

In Collegio de la Comp^{te} de la Concepcion de Sev^{te}.

R-10499

R-10459

SANTIS
PAGNINI LVCENSIS

prædicatorii ordinis
Isagogæ ad sacras literas,
Liber vnicus.

Eiusdem Isagogæ ad mysticos sacræ
scripturæ sensus, Libri xviii.

PRIVILEGIO REGIO CAVTVM EST, NE QVIS
sexennio proximo hanc Santis Pagnini ad Sacras literas
Isagogen, nunc primùm editam, intra ampliffimos
totius Galliaë limites excudat, néue
aliunde inuehat.



Prostant Lugduni
apud Hugonem à Porta.

M. D. XXXVI.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30

In Collegio de la Comp^{ta} de la Concepcion de Jca^{ca}.

R-10499

R-10459

SANTIS
PAGNINI LVCENSIS
prædicatorii ordinis
Ifagogæ ad sacras literas,
Liber vnicus.

Eiusdem Ifagogæ ad mysticos sacræ
scripturæ sensus, Libri xviii.

PRIVILEGIO REGIO CAVTVM EST, NE QVIS
sexennio proximo hanc Santis Pagnini ad Sacras literas
Ifagogen, nunc primùm editam, intra ampliffimos
totius Galliaë limites excudat, néue
aliunde inuehat.



Prostant Lugduni
apud Hugonem à Porta.

M. D. XXXVI.

INDEX AVTORITATVM IN HOC VOLVGINE EXPOSITARVM.

EX GENESI.

I n principio fecit (creavit) Deus cœlum & terram. Genes. 1. a. pagina 26. 50. 87	In cubito cōstamabis eā. Gen. 6. c. pag. 62	Vidi dñm facie ad faciem. Gen. 32. g. pa. 168
Et tenebræ erant super fac. abyssi. Gen. 1. a. pagina 52	Bitumine limes intrinsecus, & extrinsecus. Genes. 6. c. pa. 62	Vidi faciem tuam, quæadmodum uidet aliquis faciem Dei. Gen. 33. b. pa. 127
Germinet terra herbã uirentẽ. Gen. 1. b. pa. 335	Ex oibus animãtibus mundis tolles septena & c. Gen. 7. a. pa. 14	Locutus est ad cor eius. Gen. 34. a. pa. 112
Et fecit Deus firmamentum. Gen. 1. a. pag. 207	Factũq; est diluuium quadraginta diebus. Gen. 7. c. pa. 137. 138	Videbam manipulum meum stare & c. Gen. 37. b. pagina 608
Fecit Deus duo luminaria magna. Genes. 1. b. pagina 525	Operti sunt omnes montes excelsi & c. Genes. 7. d. pa. 14	Videbam solem, & lunam, & stellas undecim & c. Gen. 37. c. pa. 765
Sex diebus fecit Deus cœlum, & terram. Gen. 1. per totam. pagina 50	Emisit coruum & columbam. Genes. 9. a. & b. pagina 62. 109. 110	Et inebriatus est cum cis in meridie. Gen. 43. c. pagina 157
Crescite, & multiplicamini & c. Gene. 1. c. pagina 286	Portans ranam oliuæ. Gen. 9. b. pa. 10	Isachar asinus fortis & c. Gen. 49. b. pa. 69
Faciamus hominem ad imaginem. Genes. 1. d. pagina 154. 202	Ponã arcum meũ in nubibus cœli. Gen. 9. b. p. 47	Catulus leonis iuda. Gen. 49. b. pa. 460
Fecit hoïem ad imaginẽ & c. Gen. 1. d. p. 39. 42	Plantauit uineam. Gen. 9. c. pa. 62. 379	Lauabit in uino stolam suam & c. Genes. 49. b. pagina 593. 599. 688
Ecce dedi uobis omnem herbam & c. Gen. 1. d. pagina 336	Et bibit de uino, & inebriatus est. Genes. 9. c. pagina 156	Non deficiet princeps de iuda, & dux de frõ moribus eius. Gen. 49. c. pa. 178. 462
Vidit Deus cuncta quæ fecerat. Gen. 1. d. pa. 41	Cognouit Noë oia quæ fecit ei filius iunior. Gen. 9. d. pa. 157	Salutare tuũ expecl. dñe. Gen. 49. c. p. 391. 160
Regeuit Deus in die sabbati. Gen. 2. a. pag. 189	Hi filij Chan in tributis suis & c. Genes. 10. c. pagina 24	Fiat Dan coluber in uia, ccrastes i semita, mordens ungulas equi. Gen. 49. c. pa. 159
Insufflauit in faciem eius & c. Gen. 2. b. pag. 149	In diebus eius diuisa est terra. Gen. 10. d. pa. 1	Obtinuit enim eos fames. Gen. 47. c. pa. 170
Et plantauit dominus Deus paradysum & c. Genes. 2. b. pagina 24	Et erat omnis terra labium unum & c. Gen. 11. a. pagina 2	Quadraginta dies sepulturæ. Gen. 50. pa. 724
Sed & fons ascẽdebat & c. Et fluuius egrediebatur & c. & diuiditur in 4. capita & c. Gen. 2. b. pagina 215. 216. 217. 235. 238	Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Gen. 11. b. pa. 50	EX EXODO.
De ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. Gen. 2. c. pag. 218	Quia inualuit fames sup terrã. Gen. 12. c. p. 171	Ego sum Deus patrũ tuorũ. Exo. 3. a. & c. Exo. 3. a. pa. 57
Relinquet homo patrem, & adhærebit. Gen. 2. d. pagina 379	Melchisedech rex. Sale offeres panẽ & uinũ. Gen. 14. b. pa. 583. 592. 599	Rubus aræbat, & nõ cõfimebatur. Exod. 3. a. pagina 746. 747
Vidit mulier, quod bonum esset lignum & c. Genes. 3. a. pagina 179	Et abigebat eas Abraham. Gen. 15. c. pa. 78	Solue corrigiã calciamẽti t. Exod. 3. b. pa. 77
Et aperti sunt oculi eorum. Genes. 3. a. pag. 142	Omnia quæcumq; dixit tibi Sarra, audi uocem eius. Gen. 18. b. pa. 271	Ego sum qui sum. Exod. 3. d. pa. 42
Et cõsuerũt folia ficus & c. Gen. 3. b. p. 195. 198	Venerũt duo ang. Sodomã & c. Gen. 19. a. p. 57	Viam triũ dierũ ibi. in er. & c. Exo. 3. f. pa. 807
Ipsa tuũ obseruabit caput, & tu eius calcaneũ. Gen. 3. c. pag. 153	Viditq; post tergũ arietẽ & c. Gen. 22. c. p. 67	Ego obdurabo cor eius. Exo. 4. & c. 7. a. pa. 665
Pectore, & uentre repes. Gen. 3. c. pagina 180	Nunc cognoui, q̃ timeas Deum. Genes. 22. c. pagina 41. 26	Mitte manũ tuã in sinũ t. & c. Exo. 4. b. p. 474
Terram manducabis cumelũs diebus uitæ tuæ. Gen. 3. c. pag. 153	Et in sentine tuo benedicentur omnes gentes. Gen. 23. d. pa. 765	Ego autẽ icircũcisus sum labijs. Exo. 4. c. p. 97
Crescite & multiplicamini & c. Genes. 3. c. pagina 259. 260	Pone manũ t. sub femore m. Gen. 24. a. pa. 178	Ego aperĩ os tuũ, & istruã te. Exo. 4. c. p. 114
Quam audisset uocem domini Dei ambulantis in paradiso & c. Gen. 3. d. pa. 511	Rebecca & puella illius ascẽsis camelis secus tẽ sunt uirum & c. Gen. 24. g. pag. 79	Digitus Dei est hic. Exo. 8. c. pa. 135. 136. 137
Terra es, & in terram ibis. Gen. 3. g. pa. 149	Vt redeam ad dexteram, uel sinistram. Genes. 24. f. pa. 129	Venit musca grãuissima & c. Exo. 9. f. pa. 650
Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra. Gen. 4. b. pa. 753	Quia facta est fames super terram. Gen. 26. a. pagina 171	Ego indurabo cor eius. Exo. 4. c. & c. 7. a. & c. 10. a. & c. 11. d. & c. 14. a. & c. b. pag. 41
Nidos facies in arca & c. Ge. 6. a. pa. 660. 661	Inuenit in ipso anno cõtuplũ. Gen. 26. c. pa. 88	Nõ mutiet canis lingua sua. Exod. 11. b. pa. 82
Fac (facies) tibi arcam de lignis & c. Genes. 6. b. pagina 62. 496	Post hæc seminauit Isaac hordeum & c. Gen. 26. c. pa. 353	Manducabitis enim azyma cum amaritudine & c. Exod. 12. b. pa. 190
Pœnitet me fecisse hominem & c. Gen. 6. b. pagina 41. 42. 44. 188	Ecce odor filij mei & c. Gen. 27. d. pa. 210	Renes uestros accingetis. Exo. 12. b. pa. 55
Manũculas in arca facies. Gen. 6. c. pa. 62. 63	Det tibi Deus de rore cœli & c. Genes. 27. d. pagina 742. 743	Agnus perfectus, masculus. Exod. 12. c. pa. 55
Bicamerata, & tricamerata. Gen. 6. c. p. 62. 63	Dormiuit in eodem loco, uidentq; scalam & c. Gen. 28. c. pag. 142. 756. 757	Extẽdisti dexterã tuã. Exod. 15. b. pa. 129
Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ. Gen. 6. c. pa. 62	Inuenit mãdragoras & c. Ge. 30. c. p. 604. 605	Quando sedebamus super ollas carnum & c. Exod. 16. a. pa. 541. 543
Ostium autẽ arcæ pones & c. Gen. 6. c. pa. 63	Rachel furata est idola & c. Gen. 31. d. pa. 387	Ecce ego pluã uobis panes de cœlo & c. Exo. 16. a. pa. 540. 543. 585
	In baculo m. trãsiuũ Iordanẽ. Gen. 32. c. pa. 73	Egredietur populus, & colligat, quæ sufficiunt & c. Exod. 16. a. pa. 544. 586
		Tẽtabo eos, utriũ custodiãt & c. Ex. 16. a. p. 41
		Vespere sciẽtis & c. Exod. 16. b. pa. 586
		Ascendẽs coturnix, operuit castra & c. Exod. 16. c. pa. 544

INDEX

Mane quoq; ros iacuit &c. Exod. 16. c. pa. 742
Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum &c. Exod. 16. c. pa. 586. 587
Erat autem quasi pilotusum. Exod. 16. c. pagina 587. 588
Nullus relinquat ex eo usq; mane. Exod. 16. e. pagina 588
Colligebat mane singuli quantum sufficere poterat ad uescendum. Exod. 16. e. pa. 589
Ebullierunt ex eo uermes, & computruit &c. Exod. 16. e. pa. 541
Quumq; incaluisse sol, liquefiebat. Exo. 16. e. pagina 588
Erat autē mamma quasi semen coriandri altum &c. Exod. 16. g. pag. 588
Sume aureū uas unum, & mitte ibi māna. Exo. 16. g. pag. 545
Si quis hæc, uel illa fecerit, morte moriatur. Exod. 19. b. & 21. b. pa. 735
Ego sum Deus zelotes. Exod. 20. a. pag. 42
Visitās iniquitatē patrū in filios in tertiā &c. Exod. 20. a. pa. 50
Nō facies omne opus in eo. Exo. 20. b. pa. 192
Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi. Exod. 21. a. pa. 760
Deos non maledices. Exod. 22. d. pa. 128
Ecce ego mitto angelū meū. Exod. 23. c. pa. 57
Et multiplicetur in te bestia feræ. Exod. 23. d. pagina 75
Hoc est testamentum quod Deus disposuit ad uos. Exod. 24. b. pa. 572
Quæ hęc hęc in lacte matris sue. Exod. 23. c. & 24. a. pag. 55
Sub pedibus eius quæ. Exod. 24. c. pag. 39
Et facies propitiatorum ex auro mundo. Exo. 25. b. pag. 71
Facies & candelabrum ductile &c. Exod. 25. d. pagina 768. 769
Facies columnas quatuor, & bases earū uesties argento. Exod. 26. d. pag. 24
Circumculus &c. Exod. 28. c. pa. 10
Duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Exo. di 31. d. Deut. 9. b. pa. 39. 135. 136. 137
Cur domine irascitur furor t. Exod. 32. c. pagina 41. 44. 45
Dele me de libro quem scripsisti. Exod. 32. g. pagina 485. 486. 487
Loquebatur dominus Moysi facie ad faciem. Exod. 33. c. pa. 41
Est locus penes me, & stabis super petram. Exod. 33. d. pa. 504
Posteriora mea uidebis. Exod. 33. d. pa. 39
Faciem autē meam uidere non poteris. Exod. 33. l. pagina 38. 169
Præbuerunt armillas. Exod. 35. c. pa. 68
In cōstructione tabernaculi ut columnæ argenteæ interius starent. Paxilli ærei figi per circuitum iussu sunt &c. Exod. 38. c. pa. 702

EX LEVITICORVM LIB.

Diuidentes membrā caput, & omnia que ad

herent iccori &c. Leuit. 1. c. pa. 93
Detracta pelle hostiæ artus in frustra cōcidet. Leuit. 1. b. pa. 359
Sacrificiū cotū in libano. Leuit. 2. b. pa. 105
Si oblatio tua fuerit de sartagine similia conspersa oleo. Leuit. 2. b. pa. 754
Omne donum uictimæ uestræ salietur. Leuit. 2. d. pag. 749
Præcepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri &c. Leuit. 3. c. pag. 778
Offerat agnā de gregibus, uel capram. Leuit. 3. b. pag. 83. 56
Par turturū, aut duos pullos columbarū. Leuit. 5. b. & 12. d. Luc. 2. d. pa. 106
Et mictetur proximo suo sup deposito. Leuit. 6. a. pagina 127
Et femor alia linea sunt sup corpus eius. Leuit. 6. b. pagina 178
Ignis in altari semper ardebit. Leuit. 6. b. pagina 56. 392
In sartagine oleo cōspersa frigetur &c. Leuit. 6. c. pag. 347
Pectusculum segregationis, & trachiū oblationis manducabis &c. Leuit. 7. d. pa. 703
Cidari quoq; textit caput. Leuit. 8. b. pa. 93
Labrū quoq; cū basi sua sãctificauit oleo &c. Leuit. 8. b. pa. 768
Animal quod nō ruminat, immundū est. Leuit. 11. a. pa. 431
Per Moysen dicitur ut pisces qui pennulas nō habent, non edantur. Leuit. 11. b. pa. 713
Tomo in cuius carne, uel cute ortus fuerit diuersus color &c. Leuit. 13. a. pa. 470
Lauabit homo uestimenta sua. Leuit. 13. b. pagina 470
Vestis lanea, sue linea &c. Leuit. 13. f. pa. 472
Quisq; lauerit homo uestimēta sua &c. Leuit. 14. a. & b. pa. 473
Post hæc autem omnem pilum radet. Leuit. 14. l. pagina 83
Quod si pauper est &c. Leuit. 14. c. pa. 473
Si fuerit plaga lepræ in ædibus &c. Leuit. 14. e. & f. pagina 474
Super patre, & matre, & filiis nō polluetur &c. Leuit. 21. a. pa. 669
Si impetiginem in corpore &c. Leuit. 21. d. & 22. c. pag. 410
Et facietis de ea duodecim panes. Leuit. 24. a. pagina 155
Et inhabitabo in eis, & ambulabo. Leuit. 26. b. pagina 40
Et persequentur ex uobis quinq; centū. Leuit. 26. b. pag. 89
Nō abominabitur uos ani. m. Leuit. 26. c. pa. 43

EX NUMERORVM LIB.

Dan ad Aquilonem castrametatus est. Numeri 2. d. pagina 159
Nouacula non ascēdet super caput eius. Numeri 6. b. pagina 82. 83
Et ecce Mariam operuit cadens lepra quasi nix &c. Numeri 12. c. pa. 475

Mitte iūros, & cōsiderent terrā &c. Numeri 13. a. pa. 311
Quum ueneritis in terram quam ego dabo uobis &c. Numeri 13. c. pa. 548
Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper &c. Numeri 19. c. pa. 676
Non dormiet donec comedat præadam, & sanguinē uulneratorū bibat. Numeri 23. d. pa. 733
Qui cadens apertos habet oculos. Numeri 24. a. pagina 504
Munera mea, data mea, hostias meas in od. su. obseruate &c. Numeri 28. a. pa. 187

EX DEUTERONOMIO.

Portauit te dñs Deus tuus &c. Deut. 1. c. pa. 37
Deus tuus, ignis cōsumens est &c. Deuter. 4. d. pagina 390
Deus noster ignis cōsumens est. Deuter. 4. f. pagina 391. 392. 393. 395
Audi Israël &c. Deuter. 6. a. pa. 422
Et in noie eius iurabis. Deut. 6. c. pa. 50
Lucos succidite. Deut. 7. a. pa. 17
Nō in solo pane uiuit homo. Deut. 8. a. pa. 734
Circūcidite præcor. ue. &c. Deut. 10. d. p. 520
Capream, & ceruum. Deut. 12. b. pa. 83
Dabo uobis pluuiam temporanciam, & ferotiam. Deut. 11. b. pa. 410
Tentat uos dñs Deus uester. Deut. 13. a. pa. 50
Non apparebis in conspectu meo uacuus &c. Deut. 16. d. pa. 609
Propbetan suscitabit dominus de fratribus uestris. Deut. 18. c. pa. 556
Oculum pro oc. den. pro den. Deut. 19. d. p. 404
Maledictus ois, qui pēdet in ligno &c. Deut. 21. d. pa. 744
Circūcidet unguis &c. Deut. 21. c. pa. 814
Non indues uestem ex lana linoq; contextam. Deut. 22. a. pa. 804
Nō induetur mul. ue. uir. &c. Deut. 22. a. p. 804
Mon iunges bouē, & asinum (uel non arabis in boue, & asino) Deut. 22. b. pag. 69
Si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio &c. Deut. 23. b. pa. 92
Nō alligabis os boui triturati. Deut. 25. a. p. 75
Si habitauerint fratres &c. suscitabit semē fratris sui. Deut. 25. a. pa. 244. 245
Attēde cœlū, & loquar. Deut. 32. a. pa. 86
Expectetur ut pluer. m. &c. Deut. 32. a. p. 664
Sicut aq̄la proteget nidū suū. Deut. 32. b. p. 60
Ignis exarsit in ira mea &c. Deut. 32. c. pa. 308
Gladius meus māducab. carnes. Deut. 32. f. p. 315
In dextera eius ignea lex. Deut. 33. a. pa. 484
Qui appropinquant pedibus eius. Deuter. 33. a. pagina 40
Ferrū, & as calciamētū eius. Deut. 33. d. pa. 185

EX IOSVE ET EX IVD. LIB.

Præparate uobis cibos ad uia. Iosue 1. c. pa. 92
Exploratores Israël recipiuntur a meretrice Raab. Iosue 2. a. pa. 623
Funiculus iste cocineus. Ios. 2. c. pa. 106
Circumcisi

AUTORITATVM.

Circumcisi sunt a Iosue, qui sicut nati fuerat, in præputio erant. Iosue 5. b. pag. 97
Furatus est linguā aureā. Ios. 7. d. pa. 72
Aedificauit Iesus altare dño. Ios. 8. f. pa. 56
Equos eorū subneruauit &c. Ios. 11. b. pa. 162
Axa filia Caleph sedens super asinum, suspirauit. Iosue 15. d. pa. 419
Nō declines ad dexteram, aut ad sinistram. Ios. 23. b. pag. 131
Ipsi, & uniuersi greges eorum ueniebant cum tabernaculis suis. Iudic. 6. a. pa. 507
Onnis quicūq; lambet aquam lingua &c. Iud. 7. a. pa. 309. 310
Et dixerit ad arbore ficū &c. Iud. 9. b. p. 196
Cor Holofernis cōcussū est. Iudith 12. d. p. 114
Imuentāq; maxillā asini &c. Iudic. 15. c. pa. 616
Rasit septem crines &c. statim de eo fortitudo discessit. Iud. 16. e. pa. 83

EX QUATVOR LIB. REG.

Ferrū nō ascendit super caput eius. 1. Reg. 1. b. pagina 83
Heli punitio, quoniam filios non corripuit. 1. Reg. 2. e. pa. 264
Elechus, & bonus. 1. Reg. 9. a. pa. 219
Pœnitet me, q̄ constituerim Saul regē. 1. Reg. 15. c. pag. 41. 44. 45. 47.
Melior est obediētia, quā uictima. 1. Reg. 15. c. pag. 410
Et mutauit os suam coram Achis &c. 1. Reg. 21. d. pag. 17
Vidit mulierē lauātē se &c. 2. Reg. 11. a. p. 179
Ascēdit fumus de naribus eius. 2. Re. 22. a. p. 38
Et apposita est ira Dei succēdi i. Israël. 2. Reg. 24. a. pag. 204
Domus quam edificaretur lapidibus dolatis &c. 3. Reg. 6. a. pag. 536
Nebula impleuit domū dñi. 3. Reg. 9. b. pa. 659
Si cœlū, & cœli cœlorum te nō capiunt &c. 3. Reg. 9. c. pa. 38
Hydria farine nō deficiet. 3. Reg. 17. c. pa. 171
Misit Iezabel nunchan ad Heliam &c. 3. Reg. 19. a. pag. 429
Reliqui mihi septem milia uirorum &c. 3. Reg. 19. pagina 309. 310
Obdormiuit Helias in umbrā iuniperi. 3. Reg. 19. pagina 429
Et omnis militia cœli stabat in circuitu ad dexterā eius, & sinistrā. 3. Reg. 22. d. p. 128. 130
Pater mi, pater mi. 4. Reg. 2. d. pa. 315
Sed & lepra Naaman adhærebit tibi. 4. Reg. 5. g. pagina 475
Et facta est fames mag. in Samaria &c. 4. Reg. 6. f. & 25. a. pa. 171
Confregitq; Ezechias serpentem enēū, quem fecerat Moyses. 4. Reg. 18. a. pa. 783

EX IOB.

Et erat Iob homo uerax, sine querela, iustus. Iob 1. a. pa. 95
Et fuit possessio eius septem milia ouium &c.

Iob 1. a. pa. 684
Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium &c. Iob 1. a. pa. 760
Quingenta quoq; iuga bouum, & quingentæ asinae. Iob 1. a. pa. 727
Ac familia multa nimis. Iob 1. a. pa. 172
Consurgensq; diluculo offerebat holocausta. Iob 1. a. pa. 137. 347
Nati sunt ei septem filij, & tres filiae. Iob 1. a. pagina 200
Ut comederēt, & biberēt cū eis. Iob 1. a. p. 90
Unusquisq; in die suo. Iob 1. a. pa. 133
Si non in faciem benedixerit tibi. Iob 1. b. pagina 17. 168
Mitte manū tuā, & tolle &c. Iob 1. b. pag. 132
Quadā die quam uenissent filij Dei, ut assisterent &c. Iob 1. b. pa. 200
Ignis Dei cecidit de cœlo. Iob 1. c. pa. 86. 389
Egressus est Sathan a facie dñi. Iob 1. c. pa. 168
Vetus uabemēs irruit a regione deserti. Iob 1. d. pagina 126
Scidit uestimenta sua. Iob 1. d. pa. 803
Dñs dedit, dñs abstulit. Iob 1. d. pa. 113
Et torso capite corruens in terrā &c. Iob 1. d. pagina 785
Ventus uabemēs irruit a regione deserti. Iob 1. d. pag. 801
Egtes fecerūt sibi tria cor. Iob 1. d. pa. 163. 164
Testa saniem radebat &c. Iob 2. c. pa. 787
Pereat dies in qua natus sum. Iob 3. a. pa. 133
Obscurēt eū tenebræ &c. Iob 3. a. pa. 784. 812
Occupet eum caligo. Iob 3. a. pa. 784
Intenebrefcāt stellæ noctis illius, quia nō conclusit portas uētris matris meæ. Iob 3. b. p. 718
Nō cōputetur in diebus anni. Iob 3. b. pa. 58. 133
Obtenebrentur stellæ caligine eius. Iob 3. b. pagina 770
Quare data est misero lux &c. Iob 3. b. pa. 521
Nec ortum surgentis auroræ. Iob 3. b. pa. 70
Et replēt domos suas argento. Iob 3. c. pa. 67
Aut sicut abortiuū &c. Iob 3. c. pa. 52
Quare nō in uulua mortuus sum? Iob 3. d. p. 641
Quasi effudit es thesaurū. &c. Iob 3. d. p. 788
Flāte Deo perisse. Iob 4. b. pag. 207
Rugitus leonis, & uox leonæ &c. Iob 4. b. pagina 459
Tigris perijt, eo q̄ nō haberet prædā &c. Iob 4. b. pa. 788
Et oia oisā mea territa sunt. Iob 4. c. p. 678
Et quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurrus eius. Iob 4. c. pa. 773
Quando solet sopor occupare homines. Iob 4. c. pagina 141
De mane usq; ad uesperam succidentur. Iob 4. c. pagina 606
Et in Angelis suis reperit prauitatem. Iob 4. d. pagina 789
Cuius mesē famelicus com. Iob 5. a. p. 431. 626
Et de humo nō egred. dolor &c. Iob 5. b. p. 370
Et ebibēt siccitēs dñitias eius. Iob 5. b. pa. 138
Saluum faciet egenū de gladio oris eorū &c. Iob 5. c. pa. 316
Et scias q̄ pacem habeat tabernaculum tuum.

Iob 5. d. pa. 774
Et bestias terræ nō formidabis. Iob 5. d. pa. 74
Cum lapidibus regionum pacum tuū &c. Iob 5. d. pag. 443
Aut poterit comedi insulsam, quod nō est sale conditum. Iob 6. a. pa. 749
Sagittæ dñi in me sunt. Iob 6. a. pa. 747
Aut mugiet bos, quū ante præsepe plenus steterit. Iob 6. a. pa. 75. 218. 674
Qui timent pruina, irruet sup eos nix. Iob 6. c. pagina 662
Cōsiderate semitas Theman. Iob 6. c. pag. 72
Vel liberate me de manu hostis. Iob 6. d. pa. 611
Sic & ego habui menses uacuos. Iob 7. a. pa. 623
Nec reuertetur ultra in do. sua. Iob 7. b. p. 140
Sicut cōsumitur nubes, & pertransit &c. Iob 7. b. pagina 663
Neq; cognoscat eum amplius locus eius. Iob 7. c. pagina 502
Cōsolatur me lectulus m. Iob 7. c. p. 454. 767
Visitas eum diluculo. Iob 7. d. pa. 137
Vsq; quo nō dimittit me ut gl. &c. Iob 7. d. p. 751
Ecce nūc in puluere dor. &c. Iob 7. d. pa. 605
Numquid uirere potest scirpus absq; humorē? &c. Iob 8. b. pa. 757
Immitetur super domum suam, & non stabit. Iob 8. c. pag. 140
Quis adhuc sit i flore ne carpatur manu &c. Iob 8. c. pag. 336
Super acerium petrarū radices eius densabuntur &c. Iob 8. c. pa. 336
Et sicut tela arancarū fiduciā. Iob 8. c. pa. 66
Qui transiit montes &c. Iob 9. a. pa. 633
Qui facit arcturū, & orionā, & hyadas &c. Iob 9. a. pa. 371. 65
Qui præcipit soli, & non oritur, & stellæ claudit &c. Iob 9. a. pa. 132
Et interiora austri. Iob 9. a. pa. 72
Nō poterit ei respondere unum pro mille. Iob 9. a. pagina 628
Terra data est in ma. imp. &c. Iob 9. c. p. 786
Pertransierunt quasi naues poma portantes. Iob 9. c. pag. 717
Si lotus fuerit aq̄s nūis &c. Iob 9. d. pa. 58
Et fulserunt uelut mundissimæ manus meæ. Iob 9. d. pagina 609
Sicut aquila uolans ad escam. Iob 9. d. pa. 59
Propter superbiam quasi leonem capies me. Iob 10. c. pag. 463
Terrā miseris, & te. &c. Iob 10. c. p. 397. 784
Vtinā loq̄retur Deus tec. &c. Iob 11. a. p. 430
Inferno profundior. Iob 11. b. pa. 413
Excellentior cælo est. Iob 11. b. pa. 86
Tūc leuare poteris siccitē tuā. Iob 11. c. p. 675
Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te &c. Iob 11. c. pa. 774
Quum te consumptum putaueris, crieris ut lucifer. Iob 11. d. pa. 518
Et quasi meridianus fulg. &c. Iob 11. d. pa. 290
Qui reuelat p̄fundā de te. &c. Iob 12. d. p. 784
Deride tur iusti simpli. &c. Iob 12. a. p. 439. 439

INDEX

Interroga lumenta, & docuunt te. Iob 12. b. pagina 427
Si destruxerit, nemo est qui edificet. Iob 12. c. pag. 665
Balthem regum dissoluit. Iob 12. c. p. 739
Balthem regu dissoluit. Iob 12. c. pa. 298
Memoria nostra comparabitur cineri. Iob 13. b. pagina 94
Et redigetur in lutum ceruices nostrae. Iob 13. b. pagina 89
Vestigia pedum meorum considerasti. Iob 13. d. pagina 803
Posuisti in neruo pedem meum. Iob 13. d. pagina 709
Cur faciem tuam abscondisti. Iob 13. d. p. 168
Qui quasi flos egreditur. Iob 14. a. p. 209
Et fluuius uacuefactus, arefcit. Iob 14. b. p. 213
Donec atteratur caelum, non euigilabit. Iob 14. b. pagina 213
Quomodo si recedat aqua de mari. Iob 14. b. pagina 611
Lignum habet spem. Iob 14. b. pa. 493
Tu quidem gressus meos dimmerasti. Iob 14. d. pa. 329
Et pingui ceruice armatus est. Iob 15. c. pag. 89
Nec mittet in terram radicem suam. Iob 15. d. pagina 733
Nec mittet in terram radicem suam. Iob 15. d. pagina 730
Ladetur quasi uinea in primo flore. Iob 15. d. pagina 209
Tecedat a facie Deu ma sua. Iob 15. d. p. 611
Ranos eius arefcit. Iob 15. d. p. 611
Habitabit in ciuitatibus depoliatis. Iob 15. d. pagina 100
Terra ne operias sanguinem meum. Iob 16. d. pagina 753
Et ruga mea testimonium dicunt contra me. Iob 16. b. pa. 747
Tenuit ceruicem meam, & confregit me. Iob 16. b. pag. 88
Percusserunt maxillam meam. Iob 16. b. pa. gina 616
Et palpebrae meae caligauerunt. Iob 16. c. p. 692
Circumdedit me lanceis suis. Iob 16. c. pa. gina 441, 442
Saccum confui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Iob 16. c. pa. 94
Facies mea intumuit a fletu. Iob 16. c. pa. 167
Irruit in me quasi gigas. Iob 16. d. pa. 311
Post tenebras spero lucem. Iob 17. c. pag. 521
Et lucerna quae super eum est, extinguetur. Iob 18. b. pa. 513
Immisit in rete pedem suum. Iob 18. b. pa. 740
Et inuoluent pedes eius. Iob 18. b. pa. 710
Deuoret pulchritudinem cutis eius. Iob 18. c. pa. gina 640
Aspergatur in habitaculo eius sulphur. Iob 18. c. pag. 773
Deorsum radices eius siccat. Iob 18. d. p. 626
Manus domini tetigit me. Iob 19. c. pa. 39
Pelli meae consanctis carnibus adhaesit os meum. Iob 19. c. pa. 678, 679

Et plumbi lamina. Iob 19. d. pa. 715
Fugite a facie gladii. Iob 19. e. pa. 314
Quum dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Iob 20. b. pa. 677
Oculus qui eum uidet, non uidebit. Iob 20. b. pagina 503
Fugiet arma ferrea. Iob 20. d. pa. 185, 186
Deuorabit eum ignis, qui non succendetur. Iob 20. b. pa. 397
Non uideat riuulos fluminis. Iob 20. c. pa. 211
Caput aspidum suget. Iob 20. c. pa. 809
Scientiam uarum tuarum noluimus. Iob 21. b. pagina 809
Quoties lucerna eius extinguetur. Iob 21. b. pagina 513
Sicut fauilla quam turbo dispergit. Iob 21. c. pa gina 175
Et medullis ossa eius irrigatur. Iob 21. c. pa. 617
Dulcis fuit glareis cocyi. Iob 21. d. p. 317
Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine cau Ja. Iob 22. a. pa. 713
Et fluuius subuertit fundamentum eorum. Iob 22. c. pagina 213
Et in uis tuis splendebit lumen. Iob 22. c. p. 522
Numquid semitas saeculorum custodire cupis. Iob 22. c. pa. 759
Si reuersus fueris ad omnipotentem. Iob 22. d. pa. 774
Et eleuabis ad Deum faciem tuam. Iob 22. d. pa. 167
Tunc super omnipotentem delicijs affluet. Iob 22. d. pagina 124
Et manus plagae meae aggrauata est super gemitum meum. Iob 23. a. pa. 610
Et ueniat usque ad solium eius. Iob 23. a. pa. 766
Si ad sinistram quid agas. Iob 23. b. pa. 131
Nec faciem meam operuit caligo. Iob 23. b. p. 78
Vestigia eius secutus est pes meus. Iob 23. c. p. 710
Si ad orientem iero, non apparet. Iob 23. b. p. 666
Agrum suum non demittunt. Iob 24. a. pa. 55
Diriperunt greges, & pauerunt eos. Iob 24. a. pagina 331
Qui autem nouerunt eum, ignorat dies illius. Iob 24. a. pag. 134
Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum. Iob 24. a. pa. 126
Non habentes uelamen, amplexantur lapides. Iob 24. b. pag. 442
Quos ibres motum rigat. Iob 24. b. p. 409
De ciuitatibus fecerunt uiros gemere. Iob 24. b. pagina 100
Quilus non est operimentum in frigore. Iob 24. b. pagina 247
Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum. Iob 24. b. pa. 674
Vineam eius quem ui oppresserat. Iob 24. b. pagina 808
Nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Iob 24. c. pag. 759
Mane primo confurgit homicida. Iob 24. c. pa gina 605
Et sic in tenebris, quasi in luce ambulat. Iob 24. c. pagina 521
Non sicut tenebrae, & non est umbra mortis. Iob

24. c. pag. 785
Si subito apparuerit aurora. Iob 24. c. pa. gina 70
Pauit enim sterile, & quae non parit. Iob 24. d. pagina 772
Oculi enim eius in uis illius. Iob 24. d. pa. 806
Non sit in recordatione, sed conteratur ut lignum infructuosum. Iob 24. d. pa. 493
Et super quem non surget limen illius. Iob 25. a. pagina 522
Ecce etiam luna non splendebit. Iob 25. b. p. 526
Ecce gigantes genuit sub aquis. Iob 26. a. pa. 311
Qui excedit aequonem superuacuum. Iob 26. b. p. 60
Terminum circudedit aquis. Iob 26. c. p. 785
Qui ligat aquas in nubibus suis. Iob 26. c. pagina 663, 58
Columna caeli contremat. Iob 26. pa. 110, 111
Nudus est infernus coram illo. Iob 26. d. pa. 412
In fortitudine illius repente maria congregata. Iob 26. d. pa. 612
Et argentum innocens diuidet. Iob 26. d. pa. 67
Flante Deo, concrefcit gelu. Iob 27. a. pa. 208
Si multiplicati fuerint filij eius. Iob 27. b. pagina 315
Aedificauit sicut tinea domum suam. Iob 27. d. pagina 790
De manu eius fugies fug. Iob 27. d. p. 610
Si comportauerit sicut terra argentum. Iob 27. c. pagina 67
Tollit eum uentus urens, & aufert. Iob 27. d. pagina 805
Stringet super eum manus suas. Iob 27. d. pa. 610
Locus sapphiri. Iob 28. a. pa. 442
Eos quos oblitus est pes egetis. Iob 28. a. p. 709
Et auro locus est in quo cofatur. Iob 28. a. pa. gina 503
Et lapis calore solutus in aes uertitur. Iob 28. a. pa. 444
Lapidem quoties caliginis, & umbram mortis di uidet. Iob 28. a. pag. 78
Ferrum de terra tollitur. Iob 28. a. pa. 185
Non calcauerunt eam filij instructorum. Iob 28. b. pag. 463
Profunda quoque fluminum scrutatus est. Iob 28. b. pagina 211
In petris riuos scidit. Iob 28. b. pa. 741
Non adaequabitur ei topazius. Iob 28. c. p. 791
Qui tenet uultum solij sui. Iob 28. c. p. 659
Non dabitur aurum obrizum pro ea. Iob 28. c. pagina 71, 811
Et mare loquitur, non est mecum. Iob 28. c. pa. 611
Nec lapidi sardonio preciosissimo confertetur. Iob 28. c. pa. 754
Et aquas appetit in mensura. Iob 28. d. pa. 58
Tunc uidit illa, & enarrauit. Iob 28. d. p. 41
Petra sum mihi riuus olei. Iob 29. a. p. 670, 743
Quando splendebat lucerna eius super caput meum. Iob 29. a. pa. 512
Quis mihi tribuat ut sum iuxta menses pristinos. Iob 29. a. pa. 623
Quando lauabam pedes meos butyro. Iob 29. a. pagina 76, 709
Conterebam mollas iniqui, & de detribus illius auferebam.

auferebam praedam. Iob 29. c. pag. 125
Radix mea apta est secus aquas. Iob 29. c. p. 59
In nidulo meo moriar. Iob 29. c. pa. 660
Ros morabitur in messione mea. Iob 29. c. pagina 626
Et sicut palma multiplicabo dies. Iob 29. c. pa. gina 687
Oculus fui caeco, & pes claudus. Iob 29. c. p. 86
Et arcus meus in manu mea instaurabitur. Iob 29. d. pagina 64
Expectabant me sicut pluuiam. Iob 29. d. pagina 409
Egestate, & fame steriles. Iob 30. a. p. 772
Nunc autem derident me iuniores tempore. Iob 30. a. pa. 331
Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob 30. a. pa. 81
In desertis habitant torrentium, & in cauernis terrae. Iob 30. a. pa. 85, 126
Et radix iuniperorum cibus eorum. Iob 30. a. pagina 429, 430
Et esse sub sentibus delicias computabant. Iob 30. a. pa. 125
Et frumentum posuit in os meum. Iob 30. b. pag. 242
Vel super glaream. Iob 30. b. pa. 318
Quasi rupto muro, & aperta ianua. Iob 30. b. pa. 648
Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me. Iob 30. b. pag. 712
Et in duritia manus tuae aduersaris mihi. Iob 30. c. pagina 610
Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilli. Iob 30. c. pa. 175
Super ipsum sonabit pharetra. Iob 30. c. p. 712
Nocte os meum perforatur doloribus. Iob 30. c. pagina 679
Et fulgurans in amaritudine sua. Iob 30. c. pagina 291
Fratres sui draconum. Iob 30. d. p. 152, 772
Veritamen non ad consumptionem eorum emittis manus tuas. Iob 30. d. pa. 610
Versa est in luctum citharam mea. Iob 30. d. pagina 98
Et mandebant herbas, & arborum cortices. Iob 30. d. pa. 336
Nonne ipse considerat uias meas. Iob 31. a. pagina 319
Pepigi fcedus cum oculis meis. Iob 31. a. pa. gina 179, 180
Si ambulauit in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appedat me in statera iusta. Iob 31. a. pagina 770
Ignis est usque ad perditionem deuorans. Iob 31. b. pa. 308
Si uidi solem quem fulgeret. Iob 31. c. pa. 512
Et luman incedentem clare. Iob 31. c. pa. 526
Et brachijs meis cum suis ossibus conteratur. Iob 31. c. pa. 76
Foris non mansit peregrinus. Iob 31. d. pa. gina 814
Si fructus eius comedi absque pecunia. Iob 31. d. pagina 248
Et librum scribat ipse qui iudicat. Iob 31. d. pa.

gina 430
Si aduersum me terra mea clamat. Iob 31. d. pa. gina 785
Pro frumeto criatur mihi tribulus. Iob 31. d. pagina 288
Cur faciem tuam abscondis. Iob 31. d. pa. 40
Et celauit in sinu meo iniquitatem meam. Iob 31. d. pa. 764
Ut in humero meo portem illum. Iob 31. d. pagina 369
Et uenter meus quasi mustum absque spiraculo. Iob 32. d. pa. 437, 438
Loquatur lingua mea in faucibus meis. Iob 33. a. pagina 174
Et reuocet animas eorum a corruptione. Iob 33. c. pa. 521
Abominabilis ei fit in uita sua panis. Iob 33. c. pagina 693
Increpat quoties per dolore in lectulo. Iob 33. c. pagina 455, 456
Et omnia ossa eius marcescere facit. Iob 33. c. pagina 679
Et uidebit faciem eius in iubilo. Iob 33. d. p. 168
Spiritus illius, & flatu ad se trahet. Iob 34. b. pagina 208
Oculi enim eius super uias hominum. Iob 34. b. pa. 329
Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Iob 34. c. pa. 503, 504
Qui docet nos super iumenta terrae. Iob 35. b. pagina 427, 428
Et si fuerint in catenis. Iob 36. a. pa. 85, 298
Qui aufert stellas pluuiae. Iob 36. d. pa. gina 770, 771
Qui de nubibus fluunt. Iob 36. d. pa. 662
Immanibus abscondit lucem (uel in manibus abscondit lucem). Iob 36. d. pa. 522
Super hoc expauit cor meum. Iob 37. a. pagina 503
Audiet auditionem in terrore uocis. Iob 37. a. pagina 677
Ab interioribus egreditur tempesta, & ab arcu frigoris. Iob 37. b. pa. 65
Et nubes spargunt lumen suum. Iob 37. b. pa. 323
Numquid nosti semitas nubium magnas. Iob 37. b. pagina 663
Frumentum desiderat nubes. Iob 37. b. p. 298, 663
Hyemis pluujs praecipit. Iob 37. b. pa. 382
Qui praecipit niui. Iob 37. b. pa. 661
Numquid nosti semitas nubium magnas. Iob 37. c. pagina 759
Nonne uestimenta tua. Iob 37. c. pa. 803
Nonne uestimenta. Iob 37. c. pag. 72
Et imbris fortitudinis suae. Iob 37. d. p. 409
Quis dimisit lapidem angularem eius. Iob 38. a. pagina 444
Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius. Iob 38. a. pa. 502
Super quo bases illius solidatae sunt. Iob 38. a. pagina 74
Quis conclusit ostijs mare. Iob 38. a. pa. 611
Quam me laudarent simul astra matutina. Iob

38. a. pagina 70
Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae. Iob 38. a. pa. 293
Accinge sicut uir lumbos tuos. Iob 38. a. pagina 320
Quum ponerem nubem uestimentum eius. Iob 38. a. pagina 663
Respondens dominus Iob de turbine dixit. Iob 38. a. pagina 510
Numquid aperta sunt tibi portae mortis, & ostia. Iob 38. b. pa. 682, 683, 714
Et brachium excessum coteretur. Iob 38. b. p. 76
Numquid ingressus es profundum maris. Iob 38. b. pag. 611
Numquid post ortum tuum praecipisti diluclum. Iob 38. b. pag. 137
Auferecur ab impijs lux sua. Iob 38. b. pa. gina 522
Et ostendisti aurora locum suum. Iob 38. b. pa. gina 70
Et posui uectem, & ostia. Iob 38. b. pa. 682
Restituetur ut lutum signaculum. Iob 38. b. pagina 533, 534
Quis genuit stillas roris. Iob 38. c. pa. 742
Numquid ingressus es thesauros niuis. Iob 38. c. pagina 324
Numquid iungere ualebis micantes stellas. Iob 38. c. pa. 714
Et uiam sonantis tonitruu. Iob 38. c. pa. 790
Diuidetur aestus super terram. Iob 38. c. pa. 54
Quis dedit uachemctissimo imbri cursum. Iob 38. c. pa. 408
Et produceret herbas urentes. Iob 38. c. gina 335
Quis uincit uero egressus. Iob 38. c. pagina 39, 307
Aut gyrum arcuuri poteris dissipare. Iob 38. c. pagina 65
Quis posuit in uisbo sapientiam. Iob 38. d. pa. gina 300
Quis praeparauit coruo escam suam. Iob 38. d. pagina 115
Numquid eleuabis in nebula uocem tuam. Iob 38. d. pagina 659
Numquid capies leena praedam. Iob 38. d. pagina 464
Quando fundabatur puluis in terram, & glebae compingebantur. Iob 38. d. pa. 318
In similitudinem lapidis aquae durantur. Iob 38. e. pagina 443
Numquid producis luciferum in tempore suo. Iob 38. g. pa. 518
Numquid alligabis rhinocerotem ad arandum. Iob 39. a. pa. 61, 741
Dimmerasti menses conceptus earum. Iob 39. a. pagina 622
Circuaspicit montes pascae suae. Iob 39. a. pa. gina 634, 635
Quis dimisit onagram liberum. Iob 39. a. pa. gina 422, 678, 575
Numquid nosti tempus partus ibicium in petris, uel parturientes ceruas obseruasti. Iob 39. a. pagina 89, 336, 387

AVTORITATVM.
gina 430
Si aduersum me terra mea clamat. Iob 31. d. pa. gina 785
Pro frumeto criatur mihi tribulus. Iob 31. d. pagina 288
Cur faciem tuam abscondis. Iob 31. d. pa. 40
Et celauit in sinu meo iniquitatem meam. Iob 31. d. pa. 764
Ut in humero meo portem illum. Iob 31. d. pagina 369
Et uenter meus quasi mustum absque spiraculo. Iob 32. d. pa. 437, 438
Loquatur lingua mea in faucibus meis. Iob 33. a. pagina 174
Et reuocet animas eorum a corruptione. Iob 33. c. pa. 521
Abominabilis ei fit in uita sua panis. Iob 33. c. pagina 693
Increpat quoties per dolore in lectulo. Iob 33. c. pagina 455, 456
Et omnia ossa eius marcescere facit. Iob 33. c. pagina 679
Et uidebit faciem eius in iubilo. Iob 33. d. p. 168
Spiritus illius, & flatu ad se trahet. Iob 34. b. pagina 208
Oculi enim eius super uias hominum. Iob 34. b. pa. 329
Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Iob 34. c. pa. 503, 504
Qui docet nos super iumenta terrae. Iob 35. b. pagina 427, 428
Et si fuerint in catenis. Iob 36. a. pa. 85, 298
Qui aufert stellas pluuiae. Iob 36. d. pa. gina 770, 771
Qui de nubibus fluunt. Iob 36. d. pa. 662
Immanibus abscondit lucem (uel in manibus abscondit lucem). Iob 36. d. pa. 522
Super hoc expauit cor meum. Iob 37. a. pagina 503
Audiet auditionem in terrore uocis. Iob 37. a. pagina 677
Ab interioribus egreditur tempesta, & ab arcu frigoris. Iob 37. b. pa. 65
Et nubes spargunt lumen suum. Iob 37. b. pa. 323
Numquid nosti semitas nubium magnas. Iob 37. b. pagina 663
Frumentum desiderat nubes. Iob 37. b. p. 298, 663
Hyemis pluujs praecipit. Iob 37. b. pa. 382
Qui praecipit niui. Iob 37. b. pa. 661
Numquid nosti semitas nubium magnas. Iob 37. c. pagina 759
Nonne uestimenta tua. Iob 37. c. pa. 803
Nonne uestimenta. Iob 37. c. pag. 72
Et imbris fortitudinis suae. Iob 37. d. p. 409
Quis dimisit lapidem angularem eius. Iob 38. a. pagina 444
Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius. Iob 38. a. pa. 502
Super quo bases illius solidatae sunt. Iob 38. a. pagina 74
Quis conclusit ostijs mare. Iob 38. a. pa. 611
Quam me laudarent simul astra matutina. Iob

Nunquid uolet rhinoceros ferire titi: Iob 39. b. pagina 740
Quae dereliquit in terra oua sua. Iob 39. b. pa. gina 683
Penna struthionis similis est pennis herodij. Iob 39. b. pagina 338, 339
Aut morabitur ad praesepe tibi: Iob 39. b. pa. 721
Terram ungula fodit. Iob 39. c. pa. 914
Super ipsum sonabit pharetra, uibrabitur ha. sta. &c. Iob 39. c. pag. 334
Gloria narium eius terror. Iob 39. c. pa. 655
Feruens, & frenuens sorbet terram. Iob 39. c. pagina 791, 792
Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Iob 39. c. pagina 505, 506
Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter &c. Iob 39. c. pa. 53
Deridet equum, & ascensorum. Iob 39. c. pa. 160
Expandit alas suas ad austrum. Iob 39. d. pa. 56
Aut confringet glebas uallium post te. Iob 39. d. pagina 319
Et ubi cadauer fuerit, statim adest. Iob 39. d. pa. gina 77
In petris manet, &c. Iob 39. d. pa. 711
Nunquid ad praecceptum tuum eleuabitur a qui. las? Iob 39. d. pag. 59
Manum meam ponam super os meum. Iob 39. d. pagina 610
Formam sicut bos comedet. Iob 40. a. pa. 219
Huic motes herbas ferunt. Iob 40. b. pa. 634
Ad salicem extendit manum. Iob 40. b. p. 634
Stringit caudam quasi cedrum. Iob 40. b. pa. 85
Fundabunt eum salices torrentis. Iob 40. b. pagina 751
Absorbentur ieiunium meum. Iob 40. c. pagina 212
In locis humentibus. Iob 40. c. pa. 504
Sub umbra dormit. Iob 40. c. pa. 666
Concidit eum amici. Iob 40. d. pa. 612
Aut armilla perforabis maxillam eius. Iob 40. d. pagina 68
Et in iudicijs perforabis nares eius. Iob 40. d. pa. gina 773
Nunquid pones circulum in naribus eius? Iob 40. d. pagina 656
An extrahere poteris leuiatham hamo? Iob 40. d. pagina 333
Fune ligabis linguam eius. Iob 40. d. pa. 499
De ore eius lampades procedunt. Iob 41. b. pa. gina 439
De naribus eius procedit fumus. Iob 41. b. pa. gina 291
Et oculi eius ut palpebrae diluculi. Iob 41. b. pa. gina 193
Quum apprehenderit eum gladius. Iob 41. c. pagina 314, 334
Reputabit enim quasi paleas ferrum. Iob 41. c. pagina 185
Cor eius indurabitur quasi lapis. Iob 41. c. pa. gina 336
Non figabit eum uir sagittarius. Iob 41. c. p. 748
Humerus meus a iunctura sua cadat. Iob 41. c. pagina 369

Mittet contra eum fulmina. Iob 41. c. pa. 291
Ad illudendum ei ab angelis meis. Iob 41. d. pa. gina 153
Sternet sibi aurum quasi lutum. Iob 41. d. pa. gina 71
Sub ipso erunt radij solis. Iob 41. d. pag. 764
Quasi stipulam aestimabit malleum. Iob 41. d. pagina 536
Et ridebit uibrantem hastam. Iob 41. d. pa. 334
In stipulam uersi sunt lapides fundae. Iob 41. d. pa. gina 293
Et ego agam poenitentiam in fauilla & cinere. Iob 42. a. pa. 94
Sumite uobis septem tauros. Iob 42. pa. 67
Et dederunt ei uisusque ouem unam. Iob 42. c. pagina 410

EXPOSITA EX PSALTERIO.

Et erit tanquam lignum, quod plā est fecus dec. a. Psal. 1. a. pa. 213, 494, 495
Folium eius non defluet. Psal. 1. a. pa. 496
Dirupimus uincula eorum, & proieciamus &c. Psal. 2. a. pa. 675
Ego hodie genui te. Psal. 2. b. pa. 340
Ego autem constitutus sum rex &c. Psal. 2. b. pagina 637
Voce mea ad dñm clama. &c. Psal. 3. a. p. 638
Filij hominum usque quo graui corde? Psal. 4. a. pagina 114
Dentes peccatorum cōtriuisti. Psal. 3. b. pa. 125
Et in cubilibus uestris compungimini. Psal. 4. b. m. pagina 119
Signatum est super nos lumen uul. t. d. Psal. 4. b. m. pagina 231
A tempore frumenti, uini, & olei. Psal. 4. b. pa. gina 289
Sepulchrum patens est guttur eorum. Psal. 5. c. pagina 157
Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Psal. 6. a. pa. 37, 41, 44, 45
Miserere mei domine, quoniam &c. usque in finem psalmi. Psal. 6. a. pa. 413, 415
Arcum suum tetendit, & par. il. &c. Psal. 7. c. pagina 64, 65
Gladium suum uibrabit. Psal. 7. c. pa. 316
Scrutās corda, & renes Deus. Psal. 7. c. p. 738
Videbo caelos, opera digitorum tuorum. Psal. 8. a. pagina 39, 136, 526
Quid est homo q; memor es eius, aut filius hominis &c. Psal. 8. b. pa. 205
Oia subie. sub pe. eius, oues &c. Psal. 8. b. p. 685
Insuper & pecora campi. Psal. 8. b. pa. 80
Sub lingua eius labor, & decolor. Psal. 9. e. p. 677
Sedet in insidijs cū dñitibus &c. Psal. 9. c. p. 13
In domino confido &c. Psal. 10. a. p. 385, 700
Trāsmigra in montē sicut pas. Psal. 10. a. p. 634
Peccatores tetenderunt arcum, parauerunt sagittas suas, &c. Psal. 10. a. pa. 528
Aequitatem uidit facies eius. Psal. 10. b. pa. 169
Palpebrae eius interrogat filios hominum. Psal. 10. b. pagina 38, 69, 693

Et loquia domini &c. argentum igne examinatum &c. Psal. 11. b. pa. 66, 67, 73
Usque quo domine obliuisceris me? Psal. 12. a. pa. gina 48
Usque quo auertis faciem tuam a me? Psal. 12. a. pagina 169
Dominus de caelo recessit super filios hominum. Psal. 13. a. pa. 356
Illic trepidauerunt timore &c. Psal. 13. b. pa. gina 662
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Psal. 14. a. pa. 333, 638
Multiplicatae sunt infirmitates eorum &c. Psal. 15. a. pagina 413
Quoniam a dextris est mihi &c. Psal. 15. b. pa. gina 131
Usque ad noctem increpauerunt me renes mei. Psal. 15. b. pa. 133
Delectationes in dextera tua &c. Psal. 15. c. pagina 131
Funes ceciderunt mihi in praeclearis &c. Psal. 15. d. pagina 298
Igne me examinasti &c. Psal. 16. a. pa. 395
Perfice gressus meos &c. Psal. 16. b. pa. 396
Sub umbra alarū tuarum protege me. Psal. 16. c. pagina 39, 42
Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Psal. 17. b. pa. gina 17, 58, 585, 662, 663
Inclinauit caelos, & descendit. Psal. 17. b. p. 40, 629
Caligo sub pedibus eius &c. Psal. 17. b. pa. 659
Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt &c. Psal. 17. b. pa. 325
Et misit sagittas suas &c. Psal. 17. b. pa. 748
Fulgur a multiplicauit &c. Psal. 17. b. pa. 290
Ascendit fumus in ira eius. Psal. 17. b. pa. 292
Carbones succensi sunt ab eo. Psal. 17. b. pa. 84
Et apparuerunt fontes aquarum &c. Psal. 17. c. pagina 232
Et cornu salutaris meae. Psal. 17. c. pa. 115
Quoniam tu illuminas lucernā meam domine. Psal. 17. d. pa. 514
Tu illuminabis lucernā meam domine. Psal. 17. d. pagina 515
Et dextera tua suscepit me. Psal. 17. e. pa. 131
Et claudicauerunt a semitis suis. Psal. 17. g. pa. gina 86
Caeli enarrant gloriam Dei. Psal. 18. a. pa. 87
Et opera manuum eius annunciat firmamentum. Psal. 18. a. pa. 207
Et in fines orbis terra uerba eorum. Psal. 18. a. Rom. 10. d. pa. 206
Exultauit ut gigas ad curredam uia &c. Psal. 18. b. pa. 313, 314
Et dulciora super mel, & fauam. Psal. 18. c. pa. gina 176
Memor sit omnis sacrificij tui. Psal. 19. a. pa. gina 349
Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Psal. 20. a. pa. 115
Pones eos ut cūbant ignem. Psal. 20. b. p. 105, 397
Domine dilexi decorem domus tuae. Psal. 20. b. pagina 121
Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Psal. 20.

Psal. 20. b. pa. 131
Ego autem uermis, & non homo. Psal. 21. b. pa. gina 587
Tauri pingues obfecerunt me. Psal. 21. c. pa. gina 781
Circumdedermunt me uituli multi &c. Psal. 21. c. pagina 811
Aperuerunt in me os suum, &c. Psal. 21. c. pa. gina 462
Et a cornibus unicornum humilitatem meam. Psal. 21. c. pa. 115
Quoniam circumdedermunt me canes multi. Psal. 21. d. pagina 82
Narrabo nomen tuum fratribus meis. Psal. 21. e. pagina 243
Salua me de ore leonis &c. Psal. 21. e. pa. 462
Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Psal. 22. a. pagina 699, 734
Deduxit me super semitas iustitiae. Psal. 22. a. pagina 739
Virga tua, & baculus tuus &c. Psal. 22. a. pa. gina 73, 583
Impinguasti in oleo caput meum. Psal. 22. b. pa. gina 512, 673
Et poculum meum inebrians, &c. Psal. 22. b. pa. gina 156, 157, 158, 176, 593
Et misericordia tua domine, &c. Psal. 22. b. pa. gina 45, 46
Parasti in conspectu meo mensam, &c. Psal. 22. b. pagina 621
Quis ascendet in montem domini? Psal. 23. a. pa. gina 638
Qui non accepit in uano animam suam. Psal. 23. a. pagina 609
Hic accipiet benedictionē a domino, &c. Psal. 23. a. pagina 18
Quia ipse sum, sum. e. & super flumina praee. Psal. 23. a. pa. 214
Vias tuas domine demonstra mihi. Psal. 24. a. pa. gina 759
Delicta inuictutis meae, & ignoratis, &c. Psal. 24. b. pa. 423, 807
Uniuerse uiae domini misericordia, &c. Psal. 24. b. pag. 807
Omnia ossa mea dicent, domine quis, &c. Psal. 24. b. pag. 678, 679
Vre renes meos, &c. Psal. 25. a. pa. 739
Vnan petij a domino, b. re. ut habitem in domo domini, &c. Psal. 26. a. pa. 141
Circuui, & immolauit in tabernaculo eius, &c. Psal. 26. c. pag. 365
Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, &c. Psal. 26. c. pag. 168
Vox domini super aquas. Psal. 28. a. pa. 58
Afferte domino filios arietū. Psal. 28. a. pa. 67
Dominus diluuium inhabitare facit. Psal. 28. d. pagina 138
Domine in uoluntate t. praestitisti decori meo uirtutem. Psal. 29. b. pag. 121
Ad uesperā demorabitur fletus, &c. Psal. 29. b. pagina 586
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. Psal. 31. a. pagina 679

Conuersus sum in armina mea, &c. Psal. 31. a. pagina 429, 499
Veritatem in diluio aquarum multarū. Psal. 31. b. pag. 138
Nolite fieri sicut equus & mu. Psal. 31. c. pa. 159
In cano & freno m. e. cō. Psal. 31. c. p. 242, 243
Et gloria oēs recti corde. Psal. 31. c. p. 112, 113
Confitemini dño in cithara. Psal. 32. a. pa. 99
Misericordia domini plena est terra. Psal. 32. a. pagina 45, 46
De preparato habitaculo suo respexit, &c. Psal. 32. c. pag. 333
Hi in curribus, & hi in equis &c. Psal. 32. d. pa. gina 163
Falsus equus ad salutem. Psal. 32. d. pa. 163
Benedicant dominum in omni tempore. Psal. 33. a. pagina 99
Accedite ad eum, & illuminamini &c. Psal. 33. a. pag. 522
Diuites egerunt, & esurierunt. Psal. 33. a. pa. 91
Declina a malo & fac bonum. Psal. 33. b. pa. gina 95, 259, 455
Apprehen. arma, & scu. &c. Psal. 34. a. pa. 16
Discessi sunt, nec compung. Psal. 34. c. pa. 733
Dñe quando respicies, &c. Psal. 34. c. pa. 463
Iniquitatem meditatus est in cu. suo. Psal. 35. a. p. 118
Torrente deliciarum tuarum potum dabis eis. Psal. 35. b. pag. 123, 234
Homines, & iuncta saluos facies domine. Psal. 35. b. pag. 57, 205, 428, 429
Iudicia dei abyssus multa. Psal. 35. b. pa. gina 638
Inebriabuntur ab ubertate donus tuae. Psal. 35. b. pagina 4
Quoniam apud te est fons uitae. Psal. 35. c. gina 215, 333
Delectare in domino, & da. ti. pe. co. t. Psal. 36. a. pagina 123
Et delectabuntur in multitudine pacis. Psal. 36. b. pagina 123, 124
Nouit dominus dies immaculorum. Psal. 36. c. pagina 135
Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Psal. 36. c. pag. 139
Et non uidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Psal. 36. c. pag. 171
Gladium euagauerunt peccatores. Psal. 36. c. pagina 317
Et in diebus famis saturabuntur. Psal. 36. d. pa. gina 91, 135
A domino gressus hominis dirigentur, &c. Psal. 36. d. pag. 330
Desine a malo, & fac bonum &c. Psal. 36. e. pa. gina 423
Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi &c. Psal. 37. a. pa. 748
Lumbi mei impleti sunt illusionibus &c. Psal. 37. b. pag. 520
Corruptae sunt cicatrices meae. Psalmo 37. b. pa. gina 92
Dixi custodiam uias meas &c. Psalmo 38. a. pa. gina 424
Conclauit cor meum intra me &c. Psal. 38. a. pagina 392, 395, 114

Nicola sum, & peregrinus, sicut omnes p. mi. Psal. 38. c. pag. 191
Et statuit supra petram pedes meos, &c. Psal. 39. a. pag. 711, 712
Eduxit me de lacu miseriae, & de lu. facis. Psal. 39. a. pag. 169
Et in circuitu eius tempestas ualida. Psal. 39. a. pagina 175
In capite libri scriptum est de me. Psal. 39. b. pa. gina 483
Dominus operem ferat illi super lectum doloris eius. Psal. 40. a. pag. 182, 413
Uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius, &c. Psal. 40. a. pag. 455
Quemadmodum desiderans ceruus ad fontes aquarum. Psal. 41. a. pa. 90, 233
In uoce exul, & confes. &c. Psal. 41. a. pa. 192
Memor ero tui de terra lord. Psal. 41. b. p. 212
Abyssus abyssum inuocat. Psal. 41. b. pa. 51, 52
Cōfitebor tibi in cithara Deus. Psal. 42. b. p. 99
Sed dextera tua, & trachiū tuam. Psal. 43. a. pagina 132
In te inimicos nostros uictilimus cornu. Psal. 43. b. pagina 115
Obliuisceris inopiae nostrae. Psal. 43. d. p. 41, 46
Exurge, quare obdormis dñe? Psal. 43. d. pa. 41
Surge, quid dormis dñe? Psal. 43. d. pa. 37
Operuit nos umbra mortis &c. Psal. 43. d. pa. gina 812
Eruclauit cor meū uerbū bo. Psal. 44. a. pa. 39
Lingua mea calamus scribae &c. Psal. 44. a. pa. gina 39, 68, 136
Specie tua, & decore tuo &c. Psal. 44. a. pa. gina 121
Et concupiscet rex decorem tuum. Psal. 44. a. pag. 121
Accingere gladio tuo super femur tuum. Psal. 44. a. pa. 178
Myrrha, & gutta &c. Psal. 44. b. pa. 174
A domibus eburneis &c. Psal. 44. b. pa. 159, 159
Vixit te Deus deus tuus oleo laticitiae praee &c. Psal. 44. b. pa. 673
Et deducet te mirabiliter dextera tua. Psal. 44. b. pagina 131
Virga aequitatis, uirga regni tui. Psal. 44. b. pa. gina 73
In simbrijs aetris cir. ua. Psal. 44. c. pa. 205
Audi filia, & uide &c. Psal. 44. c. pa. 648
Proxima eius asserentur tibi &c. Psal. 44. pa. gina 383
Propterea non timebimus diem turbabitur terra &c. Psal. 45. a. pa. 612
Fluminis impetus laticitiae chuitatem Dei. Psal. 45. a. pag. 100, 231
Adiuuabit eā Deus manē dil. Psal. 45. a. p. 137
Trāferetur motes in cor &c. Psal. 45. a. p. 634
Humiliasti nos in loco afflictionis. Psal. 43. d. pagina 666
Deus sedet super sedem sanctā, &c. Psal. 46. b. pagina 40
Deus in gradibus eius dignoscetur &c. Psal. 47. a. pagina 311
Latera Aquilonis, ciui. re. ma. Psal. 47. a. pa. 61
Iustitia plena est dextera tua. Psal. 47. b. pa. 121

Letabitur iustus, quam uiderit uindictam. P.sal. 57. b. pag. 610
Super eos cecidit ignis, & non uiderunt solem. P.sal. 57. b. pag. 397
Homo qui in honore esset, non intellexit, &c. P.sal. 48. c. pag. 331
Holocausta tua in conspectu meo sunt semp. P.sal. 49. b. pag. 350
Quare tu enarras iustitias meas &c. P.sal. 49. c. pagina 467
Asperges me domine hyssopo. P.sal. 50. b. pag. 10, 384
Redde mihi letitiam salutaris tui &c. P.sal. 50. c. pagina 232
Domine labia mea aperies, & os meum annuntiat labit laudē tuā. P.sal. 50. c. pag. 113
Tūc acceptabis sacrificiū iusti. &c. P.sal. 50. d. pagina 350, 311
Deus destruet te in finem, euellet te, &c. P.sal. 51. a. pag. 731
Quis dicit m. pē. ut co. P.sal. 54. b. pa. 107, 108
Elongauit fugies, & māsi in solitudine. P.sal. 54. b. pag. 422
Molliti sūt ser. eius sup ol. &c. P.sal. 54. d. p. 673
Viri sanguini, & dolosi, non dimidiabunt &c. P.sal. 54. d. pag. 606
Dentes eorū contriuit, molas leonū confregit dominus. P.sal. 57. a. pag. 125, 126
Priusquā intelligerent spinā uestre & Rhamnum &c. P.sal. 57. b. pag. 733
Ignis ante ipsam præcedet &c. P.sal. 59. a. p. 151
Potasti nos uino cōpū. &c. P.sal. 59. a. pa. 809
Sicut dextera tua. P.sal. 59. b. pa. 131
In Idumæā & c. calciamē. P.sal. 59. b. p. 40
Dedisti metuccibus &c. P.sal. 59. b. p. 40
facie arcus. P.sal. 59. b. pa. 64, 65
Dūcitur si affluat &c. P.sal. 61. c. pa. 132
In terra deserta, sine uia, sine aqua. P.sal. 62. a. pagina 126
Sicut alipe, & pinguedine repletur aīa mea &c. P.sal. 62. b. pag. 670
Me suscepit dextera tua. P.sal. 62. c. pa. 131
Et ualles abūlabūt frumēto. P.sal. 64. c. pa. 289
Flumē dei repletū est aqs. P.sal. 64. c. p. 214, 215
Induti sunt arietes ouiu. P.sal. 64. c. pa. 67
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. P.sal. 64. c. pag. 115
Et cāpi tui replebūt uberta. P.sal. 64. c. pa. 80
Riuos eius inebriās. P.sal. 64. pa. 309, 741
Proba, nos Deus, igne nos &c. P.sal. 65. b. p. 395
Holocausta medullata offeram tibi &c. P.sal. 65. c. pag. 349
Introibo in do. t. in bolo. &c. P.sal. 65. e. pa. 349
Dñs in loco sancto suo &c. P.sal. 67. a. pa. 504
Sicut deficit fumus desi. P.sal. 67. a. pa. 49, 292
Si dormiatīs inter me. c. pē. colūbæ dearg. &c. P.sal. 67. c. pag. 107, 108, 216
Pennæ colūbæ deargē. P.sal. 67. c. pa. 495, 648
Mons Dei mōs pinguis. P.sal. 67. c. pa. 638
Currus Dei decē milibus, multiplex milia letan cian. P.sal. 67. d. pa. 119
Ascēdit in cœlum. P.sal. 67. d. pa. 40
Gressus dei mei. P.sal. 67. e. pa. 49

Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. P.sal. 67. c. pag. 81, 82
Increpa domine bestias calami (uel arundinis) P.sal. 67. f. pag. 69, 77, 181
Intrauerūt aquæ usq; ad ani. m. P.sal. 68. a. p. 58
Eripe me de luto, ut nō inbæ. P.sal. 68. pa. 334
Fiat mēsa eorū in laqueū. P.sal. 68. e. pa. 49, 621
Et placebit deo sup ui. no. &c. P.sal. 68. g. p. 811
Deleatur de lib. uiuen. P.sal. 68. f. pa. 487, 498
Quoniā quē tu percussisti persecuti sunt &c. P.sal. 68. f. pa. 488
Auertantur statim erubescētes, qui dicūt mihi euge, euge. P.sal. 69. a. pa. 89
Exurge psalteriū, & cithara. P.sal. 70. d. p. 100
Deus iudicium tuū regi da. P.sal. 71. a. pa. 734
Orietur in dietus eius iustitia, & abundantia pacis &c. P.sal. 71. a. pa. 531
Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. P.sal. 71. a. pa. 638
Descendet sicut pluuia in uellus. P.sal. 71. a. pa. 799, 801
Et dabitur ei de auro Arabiæ. P.sal. 71. c. pa. 71
Quam bonus Israēl Deus rectis cor. P.sal. 72. a. pagina 112, 113
Mei autem penē moti sunt pedes &c. P.sal. 72. a. pagina 330
Et renes mei mutati sunt &c. P.sal. 72. c. p. 719
Vt iumētū factus sum apud te. P.sal. 72. d. p. 160
Tenuisti manū dexterā meā. P.sal. 72. d. pa. 132
Tu dirupisti fontes, & torrentes &c. P.sal. 73. c. pagina 298, 233, 134
Contriuisti capita draconum in aquis. P.sal. 73. c. pagina 152
Alix in manu domini uini meri &c. P.sal. 74. a. pagina 16, 78, 79
Et delinquen. no. exal. cornu. P.sal. 74. a. pa. 114
Veruntamen fœx eius non est exinanita &c. P.sal. 74. b. pa. 169
Ego cōfirmāui colūnas eius. P.sal. 74. a. pa. 111
Omnia cornua peccatorum confringam &c. P.sal. 74. b. pa. 18, 114
Dormitauerūt q ascen. equos. P.sal. 75. a. p. 159
In die tribulationis meæ Deum exquīsui manibus meis. P.sal. 76. a. pa. 611
In mari uia tua, &c. P.sal. 76. d. pa. 893
Etenim sagittæ tuæ pertransierunt. P.sal. 76. d. pagina 748, 408
Filij Effraim inten. ar. &c. P.sal. 77. b. pa. 432
Panē de ce. de. eis man. &c. P.sal. 77. c. pa. 567
Panē ange. man. homo. P.sal. 77. c. pa. 546
Cor aut ipsorū nō er at rectū. P.sal. 77. d. p. 112
Et ranā, & disperdidit eos. P.sal. 77. e. pa. 733
Et occidit in gradine uineas eorum &c. P.sal. 77. e. pag. 325
Et dedit erugini fructus eorū. P.sal. 77. e. pa. 166
Surrexit tanquā dormiens cr. pulatus a uino. P.sal. 77. g. pag. 37
Quia comederit Iacob &c. P.sal. 78. b. pa. 18
Qui sedes sup cherubim. P.sal. 79. a. pa. 40
Ostende faciē tuā. P.sal. 79. a. pa. 40, 38, 169
Vt quid destruxisti maceriam eius? P.sal. 79. b. pagina 535
Et plantasti radices eius, & impleuit terram.

Psal. 79. b. pag. 731
Accipite psalmū, & date tympanū &c. P.sal. 80. pag. 796
Aperi os, & implebo illud. P.sal. 80. b. p. 113, 114
Cibauit eos ex adi pe frumenti &c. P.sal. 80. c. pagina 289
Deus stetit in synag. deo. P.sal. 81. a. pa. 45, 128
Surge deus, iudica terrā, &c. P.sal. 81. a. pa. 380
Ego dixi dii estis &c. uos autē sicut boies mori emini. P.sal. 81. a. pag. 194, 202, 128
Passer inuenit sibi domum &c. P.sal. 83. a. pag. 660, 661, 700
Vigilauit, & factus sum sicut passer &c. P.sal. 83. a. pag. 700
Ascensus in corde eius disposuit &c. P.sal. 83. b. pag. 634
Melior est dies una in atrijs tuis sup milia. P.sal. 83. pag. 134
Beati qui habitant in domo tua domine &c. P.sal. 83. a. pag. 141
Fundamenta eius in montibus sanctis &c. P.sal. 86. a. pag. 296
Et in beneplacito t. exal. cornu nostrum. P.sal. 88. c. pag. 114
Beatus popu. qui scit iubila. P.sal. 88. c. pa. 168
Tu formasti me, & posuisti sup me manū tuā. P.sal. 88. d. pag. 611
Beatus populus qui scit iubilationem. P.sal. 88. c. pagina 792
Auertisti adiutoriū gladii eius. P.sal. 88. f. p. 315
Et sedes eius sicut sol in conspectu meo. P.sal. 88. f. pag. 518, 329
Quis est homo qui uiuat, & non uideat mortem? P.sal. 88. g. pag. 146
Mare sicut herba transeat &c. P.sal. 89. b. pa. 335
Et sub alis eius sperabis. P.sal. 90. a. pa. 303
Scapulis suis umbrabit tibi. P.sal. 90. a. pa. 39
Cadent a latere tuo mille &c. P.sal. 90. b. pa. 487
Et decem milia a dextris tuis. P.sal. 90. b. p. 132
Ab incurso, & demonio meridiano. P.sal. 90. b. pagina 120
Super aspidē, & basiliscian ambulabis. P.sal. 90. c. pagina 74
Et concutabis leonem, & draconem. P.sal. 90. c. pagina 153
Ad annuiciandam manē misericordiam tuam. P.sal. 91. a. pag. 606
In decachordo psalterio cū cātico in cithara. P.sal. 91. a. pag. 120
Cum canticō in cithara. P.sal. 91. a. pa. 100
Placati in domo domini in atrijs &c. P.sal. 91. c. pagina 141
Dominus regnauit, de corem induit. P.sal. 92. a. c. pagina 40
Eleuauerūt flumina dñe &c. P.sal. 92. a. pa. 214
Nos autem populus tuus, & oues pascuæ. P.sal. 94. a. pagina 685
Et rex magnus super omnes Deos. P.sal. 94. a. pagina 128
Annunciate de die in diem salutare eius. P.sal. 95. a. pagina 134
Tunc

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum &c. P.sal. 95. pa. 494
Gaudebunt campi &c. P.sal. 95. c. pa. 80
Altitudines montium ipse conspiciat. P.sal. 94. a. pag. 635
Dominus regnauit exultet terra &c. P.sal. 96. a. pagina 416
Montes sicut cera fluxerunt. P.sal. 96. a. pa. 634, 635, 638
Ignis ante ipsam præcedet &c. P.sal. 96. a. pa. 396
Montes exultabunt a conspectu domini. P.sal. 97. b. pag. 638
Flumina plaudent manibus. P.sal. 97. b. pa. 214
Psallite domino Deo nostro i cithara. P.sal. 97. b. pag. 100
Adorate scabellum pedum eius &c. P.sal. 98. a. pagina 579
Misericordiam, & iudicium, cantabo tibi domine. P.sal. 100. a. pa. 305
Defecerūt sicut fumus dies mei &c. P.sal. 101. a. pagina 292
Ossa mea sicut cremum aruerunt. P.sal. 101. a. pagina 679, 680
Sicut passer singularis in tecto. P.sal. 101. b. pa. 661
Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. P.sal. 101. b. pa. 472
Et ego sicut scœnam arui. P.sal. 101. b. pa. 219
Similis factus sum pellicano &c. P.sal. 101. b. pagina 703, 704
Mutabis ea, & mu. Tu autem idē ipse es. P.sal. 101. d. pa. 42
Initio tu dñe terrā fundasti. P.sal. 101. d. pa. 717
Qui propitius sit iniquitatibus tuis &c. P.sal. 102. a. pa. 414
Renouabitur sicut aquile iuuetus tua. P.sal. 102. a. pagina 59, 60
Et sicut flos agri, ita florebit. P.sal. 102. c. p. 209
Et iustitia eius in filios filiorum. P.sal. 102. c. pagina 204
Qui facit Angelos suos spiritus &c. P.sal. 103. a. pagina 396, 57
Confessione & dec. indu. amicus lu. P.sal. 103. a. pagina 40
Super montes stabunt aquæ. P.sal. 103. a. p. 639
Qui ponit nubem ascensum suum &c. P.sal. 103. a. pagina 418
Vinum lætificat cor hominis &c. P.sal. 103. b. pagina 809
Qui emittis fontes in conuallibus. P.sal. 103. b. pagina 233
Catuli leonum rugientes ut rapiant. P.sal. 103. c. pagina 462
Posuisti tenebras, & facta est nox &c. P.sal. 103. c. pa. 462
Montes excelsi ceruis. P.sal. 103. c. pa. 635
Illic passeret nificabunt. P.sal. 103. c. p. 701
Hoc mare magnum &c. P.sal. 103. c. pa. 657
Extendens cœlum sicut pellem &c. P.sal. 103. c. pagina 489, 207, 705
Draco iste, quem formasti &c. P.sal. 103. d. pa. 133, 450

AVTORITATVM.
Querite faciē eius semper. P.sal. 104. a. p. 169
Vinctos in mendicitate, & ferro. P.sal. 106. a. pagina 186
Et dedit terra eorū ranas. P.sal. 104. c. pa. 733
Ferrum pertransiuit animam eius. P.sal. 104. b. pagina 185, 186
Qui descendunt mare in nauibus. P.sal. 106. c. pagina 656
Veritas tua usq; ad nubes. P.sal. 107. a. pa. 664
Et caro mea immutata est propter oleū. P.sal. 108. c. pag. 674
Excussus sum sicut locusta. P.sal. 108. d. pa. 506
Sede ad dexterā meā. P.sal. 109. a. pa. 129, 130
Donec ponam inimicos tuos sca. ped. tuo. P.sal. 109. a. pag. 35
Ex utero ante luciferum genui te. P.sal. 109. a. pagina 26, 39, 519
Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. P.sal. 109. a. pag. 41, 47
De torrente in uia bibit &c. P.sal. 109. a. pagina 791
Cornu eius exaltabitur in gloria. P.sal. 111. b. pa. 115
Qui cōuertit pe. in sta. aq. & ru. in fontes aquarum. P.sal. 113. b. pag. 234
Melius est sperare in domino &c. P.sal. 117. b. pagina 18
Dextera domini fecit uirtutem. P.sal. 117. c. pa. 39, 130
Lapidem quem reprobauerūt edificantes, hic factus est in caput anguli. P.sal. 117. c. pa. 452, 453
Constituete diem solemnem &c. P.sal. 117. d. pa. 186
In quo corrigit adolescentior uian suam. P.sal. 118. b. pag. 426
Reuela oculos m. & cōsiderabo mi. de. l. t. P.sal. 118. c. pagina 51
Adhæsit pavimento anima mea. P.sal. 118. d. pagina 701
Fiat manus tua ut saluet me &c. P.sal. 118. y. pagina 609
Cantabiles mihi erāt iustificationes tuæ. P.sal. 118. g. pag. 305
Fines peccatorum circumplexi sunt me &c. P.sal. 118. h. pag. 298
Ois cōsummationis uidi finē. P.sal. 118. m. pa. 207
Permanet uerbu tuū i cœlo. P.sal. 118. m. pa. 87
Quam dulcia faucibus meis eloquia t. P.sal. 118. n. pagina 174, 176
Ab oi uia mala pbitui pedes meos. P.sal. 118. n. pagina 710
Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. P.sal. 118. o. pag. 514, 515, 516
Septies in die laudē dixi tibi. P.sal. 118. x. pa. 24
Aīa mea i manibus tuis &c. P.sal. 118. h. pa. 436
Fiat pax i uirtute tua. P.sal. 121. b. pa. 49
Cū carbonibus defolatorijs. P.sal. 119. a. pa. 84
Leuauit oculos meos in montes. P.sal. 120. a. pa. 640
Quia illic sederūt sedes i iudicio &c. P.sal. 121. b. pagina 758

Ita oculi nri ad do. D. no. donec misereatur nobis. P.sal. 122. a. pag. 35
Aīa nra sicut passer erepta est &c. P.sal. 123. a. pagina 740
Qui seminant in lachrymis &c. P.sal. 125. a. pa. 609
Venietes aut uenient cū exultatione portātes manipulos suos. P.sal. 125. a. pag. 609
Conuerte domine capti. no. sicut torres in Astro. P.sal. 125. a. pag. 73
Nisi dominus edificauerit domum &c. P.sal. 126. a. pagina 141
Vxor tua sicut uitis abundans. P.sal. 127. a. pa. 817
Fiant sicut fœnum edificiorū &c. P.sal. 128. a. pa. 336
A custodia matutina, usq; ad noctē &c. P.sal. 129. a. pag. 522
Sicut unguentū in capite, quod descēdit in barn. P.sal. 132. a. pag. 74
In noctibus extollite manus uestras. P.sal. 133. a. pagina 134
Sicut unguentum in capite &c. P.sal. 132. a. pa. 386
Sicut ros Hermon &c. P.sal. 132. b. pa. 742
Et eduxit nubes ab extremo terræ. P.sal. 134. b. pagina 664
Qui pducit uentos de thesauris suis. P.sal. 134. b. pagina 801
Sup flumina Babylonis &c. P.sal. 136. a. pa. 215
In salicibus in medio eius, suspendimus cr. nostra. P.sal. 136. a. pag. 751, 752
Et nox uuminatio mea i delicijs meis. P.sal. 138. b. pagina 124, 125
Dirupisti uincula mea &c. P.sal. 115. pa. 365
Sicut tenebræ eius, ita & lumē eius. P.sal. 138. d. pagina 521
In libro tuo oēs scribētur. P.sal. 138. c. pa. 488
Nō est absconditū a te os meū. P.sal. 138. c. pa. 30
Decident super eos carbones ignis. P.sal. 139. c. pagina 85
Dirigatur oŕo mea &c. P.sal. 140. a. pa. 411, 412
Eleuatio manū mearū. P.sal. 140. a. pa. 411
Oleū aut peccatoris nō impinguet caput meū. P.sal. 140. b. pa. 674
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. P.sal. 142. a. pag. 640
Auditā fac mihi: manē misericordiā tuam &c. P.sal. 142. b. pag. 606
Expādi manus meas ad te. P.sal. 142. b. pa. 610
Et dextera eorum, dextera iniquitatis. P.sal. 143. b. pag. 132
Non in fortitudine equi uoluntatem habebit. P.sal. 146. b. pag. 162
Et pullis coruorum inuocantibus eum. P.sal. 146. b. pagina 116, 117
Qui producit in montibus fœnum, & herbam. P.sal. 146. d. pag. 335
Qui dat niuem sicut lanā. P.sal. 147. a. pa. 441
Et adipe fructū satiāt te. P.sal. 147. a. pa. 289
Mittit crystallum suam sicut buccellas. P.sal. 147. b. pag. 119
Et aque

INDEX

Et aque que super celos sunt, laudent nomen domini. Psal. 148. a. pa. 252

Aque furtive dulciores sunt. Prou. 9. d. p. 85

pagina 15

EX LIBRO PROVERB.

Frustra iacitur rete ante oculos pematiorum. Prouerborum 1. b. pagina 740

Non interficiet dominus fame animam iusti. Prouerborum 10. a. pa. 91

Quomodo nix in aestate, et phauia in messe. Prouerborum 26. a. pa. 247

Qui plantauerit ficum, comedet fructus eius. Prouerborum 27. c. pa. 196

Et oleum de capite tuo non deficiet. Ecclesi 9. b. p. 82

Meliora sunt uera tua uino. Canticum 1. a. pagina 797

Reuertere, similis esto dilecte mi caprea. Canticum 2. c. pa. 341

Et aqua que super celos sunt, laudent nomen domini. Psal. 148. a. pa. 252

Aque furtive dulciores sunt. Prou. 9. d. p. 85

pagina 15

Qui plantauerit ficum, comedet fructus eius. Prouerborum 27. c. pa. 196

Et oleum de capite tuo non deficiet. Ecclesi 9. b. p. 82

Meliora sunt uera tua uino. Canticum 1. a. pagina 797

Reuertere, similis esto dilecte mi caprea. Canticum 2. c. pa. 341

Hortus conclusus so. m. sp. hor. cō. fōs signatus. Cā. 4. d. p. 231. 232. 234. 238. 262. 355. 356. 358

Descendi in hortū nucum. Cant. 6. d. pag. 664

Fuge dilecte mi. fuge. Cant. s. d. pa. 659

EX ESAIA PROPHETA.

Audite caeli, & auribus percipe terra. Esaie 1. a. pag. 87

Requiescet super eū spiritus domini &c. Esa. 11. a. pagina 200

Caelū plicabitur sicut liber. Esa. 34. a. pag. 136

Posui manum meam sub tegumēto petrae. Esa. 51. f. pagina 136

Declino

INDEX

Declino in uos quasi fluuius pacis. Esaiæ 66.d. pagina 214
Et quasi turbo quadrige eius, uel currus eius, ut lxx. Esa. 66. c. pagina 119
Et delitij affluatis. Esa. 66. d. pagina 124
Ecce dominus in igne ueniet &c. Esaie 66. e. pagina 395
Vermis eorum non morietur &c. Esa. 66. g. pagina 224, 345, 401, 402, 403

EX HIEREMIA PROPHETA.

Priusquam in utero te formarem &c. Hier. 1. a. pagina 263
Ecce constitui te hodie super gentes. Hier. 1. b. pagina 14
Olla succensa a facie aquilonis. Hier. 1. c. p. pagina 61, 389
Vigilabo ego super uerbo m. Hier. 1. c. pag. 41
Ab Aquilone exar descent mala (uel pandetur om. mal.) Hier. 1. c. pagina 61
Ego uos plantau i vineam ueram &c. Hier. 2. d. pagina 61
Onager affluctus in solitudine, in desiderio anime sue attraxit uentum amoris sui. Hier. 2. c. pagina 126
Si laueris te nitro &c. Hier. 2. e. pag. 337.
Prohibe &c. & guttur tuum a siti. Hier. 2. c. pagina 332
In mensuris eius inuenient eam. Hier. 2. c. pagina 332
Prohibita sunt stelle pluuiaurum. Hier. 2. c. pagina 332
Imouate uos &c. Hier. 2. d. pagina 332
Ascendit leo de cubili suo. Hier. 4. b. pagina 463
Velociores sunt persecutores nostri aquilis cœli. Hier. 4. d. pagina 39
Ventrem meum doleo, uentrem meum doleo. Hier. 4. c. pag. 491
Dabo uobis pluuiam temporaneam &c. Hier. 5. f. pag. 409
Sicut frigidâ facit cisterna aquam suam &c. Hier. 6. b. pag. 247
Ecce incircumcise sunt aures uestræ. Hier. 6. c. pagina 97
Ascendit mors per fenestras uos. Hier. 9. c. pagina 180
Intrauit mors per fenestras nostras. Hier. 9. f. pagina 179
Corripe me domine &c. sed non in furore. Hier. 10. d. pag. 374.1
Mittamus lignum in panem eius &c. Hier. 11. d. pag. 493, 599
Congrega eos quasi gregem ad uictimam &c. Hier. 12. a. pag. 382
Vade, & posside tibi lumbare meum &c. Hier. 13. a. pagina 521
Simutabit Aethiops pellem suam, & pardus uarietatem. Hier. 13. b. pagina 122
Hyacinthus, & purpura indumentum eorum &c. Hier. 10. b. pag. 370
Traxerunt uentum quasi dracones. Hier. 14. a. pagina 152

14. a. pagina 152
Crua in agro peperit, & dereliquit. Hier. 14. a. pagina 89
Onagri steterunt in rupibus &c. Hier. 14. a. pagina 335
Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? &c. Hier. 14. d. pag. 409
Recedentes a te super terram scribantur, Hier. 17. b. pagina 47
Prauum est cor omnium, & inscrutabile &c. Hier. 17. b. pag. 112
Peccatum Iuda scriptum est filo ferreo in uingue adamantino. Hier. 17. a. pagina 53
Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit. Hier. 17. b. pag. 780, 709
Neq; onera portat in uia. Hier. 17. b. pag. 189
Diem hois non concupiui, tu scis. Hier. 17. b. pagina 780
Perdix fouit &c. Hier. 17. b. pagina 780
Sicut lutu figuli &c. ita uos in manu mea. Hier. 18. a. pagina 39
Et erit in die hostie dñi, uisitabo super principes &c. Hier. 19. a. pagina 365
Cœlum, & terram ego impleo. Hier. 23. d. pagina 505
Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis? Hier. 23. f. pagina 536
Quid paleis ad triticum, dicit dñs &c. Hier. 23. f. pagina 686
Et ecce duo, calathi pleni ficis &c. Hier. 24. a. c. b. pag. 194, 195
Et fabrum, & inclusorem de Hierusalē, Hier. 24. a. pagina 167
Cox clamoris pastorū, & ululatus optimatū, uel arietum gregis. Hier. 25. g. pag. 67
Vsq; quo delictis dissolueris filia uaga? Hier. 3. d. pagina 124
Da cor tuum in humerum tuum &c. Hier. 31. d. pagina 370
In manu forti, & brachio extēto. Hier. 32. d. pagina 39
Quia inebriau i aiam lassam. Hier. 31. d. pa. 157
Quasi de somno suscitatus sum. Hier. 31. c. pagina 41
Posuerunt idola sua in domo qua inuocatum est nomen meum. Hier. 32. f. pa. 388
Et posuit me sicut sagittam electam, in pharetra. Esa. 49. a. pag. 712
Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro &c. Hier. 41. b. pag. 783
Vigilabo super eos in malū. Hier. 44. g. pa. 41
Quomodo cōfractus est, & contritus malleus uniuersæ terræ? Hier. 50. d. pag. 536
Calix aureus Babylon. Hier. 51. a. pagina 71

EX THRENORVM LIBRO.

Et lachrymæ eius in maxillis eius. &c. Thren. 1. a. pagina 616
Et egressus est a filia Sio ois decor eius. Thren. 1. b. pagina 122
Viderūt ea hostes, & deriserunt sabbata eius. Thren. 1. c. pag. 142
Ois populis eius gemēs, & querēs panē &c.

Thren. 1. d. pag. 694
Os eius ad iracundiā prouocauimus. Thren. 1. f. pagina 38
Misit in renibus meis filias pharetrae sue. Thren. 3. a. pagina 712
Tctendit arcū suum, & posuit me quasi signū ad sagittam. Thren. 3. b. pag. 64
Bonū est uiro quū portauerit iugū &c. Thren. 3. c. pag. 422, 423, 426
Leuenus corda nostra cū manibus ad Deum. Thren. 3. c. pag. 610
Oculus meus depre datus est animā meā. Thren. 3. f. pagina 179
Quomodo obscuratū est aurū. Thren. 4. a. pagina 71, 443, 752
Lamie nudauerunt māmā &c. Thren. 4. a. pagina 438
Paruuli petierunt panem, & nō erat qui frangeret eis. Thren. 4. a. pag. 90
Candidiores nazaraei eius nuc &c. Thren. 4. b. pagina 413
Rubicundiores ebore antiquo. Thren. 4. b. pa. 158
Demigrata est sup carbones facies eorū. Thren. 4. b. pagina 85
Pellis nostra quasi clibanus exusta est. Thren. 5. b. pagina 105

EX EZECHIELE PROPH.

Ecce uentus turbinis ueniebat &c. Ezech. 1. a. pagina 389
Iuxta fluuium Chobar aperti sunt cœli &c. Ezech. 1. a. pagina 213
Et similitudo manus hominis subit pennis corum &c. Ezech. 1. b. pag. 609
Et de medio eius quasi species electri. Ezech. 1. b. pag. 159, 389
Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Ezech. 1. b. pag. 706, 707
Et quatuor facies uni. Ezech. 1. b. pagina 167
Similitudo animalium, & aspectus eorū quasi carbonum ignis. Ezech. 1. d. pagina 438
Et facta est super eum manus domini. Ezech. 1. d. pagina 609
Quumq; aspicerem aialia, apparuit rota una super terram. Ezech. 1. d. pag. 743
Per quatuor partes earum ibant, & nō reuertebantur. Ezech. 1. d. pag. 745
Et hæc erat uisio discurrens in medio animalium. Ezech. 1. d. pag. 389
Aialia in circuitu, & intus plena oculis erant. Ezech. 1. d. pag. 669
Quasi aspectus crystalli horribilis. Ezech. 1. f. pag. 119
Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum a lumbis eius. Ezech. 1. g. pag. 390, 391
Velut aspectus arcus, quū fuerit in nube. Ezech. 1. g. pag. 417
Et uidi, & ecce manus missa ad me &c. Ezech. 2. in fine. pag. 483, 489
Fili hominis quodcumq; inueneris comede &c. Ezech. 3. a. pag. 490
Et uocem alarum animalium percutiētium ab terā ad

teram ad alteram. Ezech. 3. c. pag. 56
Benedicta gloria domini de loco suo. Ezech. 3. c. pagina 504
Et ueni ad transmigrationem, ad acruam nauarum frugum. Ezech. 3. d. pag. 249
Manus domini erat mecum, confortans me. Ezech. 3. d. pagina 609
Et tu sume tibi sartagine ferreā &c. Ezech. 4. a. pag. 755
Et tu sume tibi frumentū &c. Eze. 4. c. pa. 166
Hæc dixit dñs Adonai montibus &c. Ezech. 6. a. pagina 636
Venit finis super quatuor alas terræ. Ezech. 7. a. pagina 56
Eruntq; in montibus quasi columbæ conualliu. Ezech. 7. c. pag. 107, 108
Apprehēsit me in circimpo capitis &c. Ezech. 8. b. pag. 94
Et eleuauit me spiritus inter terrā, & cœlum, &c. Ezech. 8. b. pag. 388
Ecce sex uiri ueniebant de uia portæ superioris &c. Ezech. 9. a. pa. 480
Et dabo uobis cor nouum &c. Ezech. 11. c. & 36. c. pagina 23
Non ascēdidistis ex aduerso &c. Ezech. 13. a. pagina 532
Ipse edificabat parietem, illi autem lineabant. Ezech. 13. b. pag. 696
Pone faciem tuā cōtra filias populi tui. Ezech. 13. c. pagina 167
Cinxi te bysso &c. Ezech. 15. b. pa. 520
Et fornicata es in filios Aegypti. Ezech. 16. e. pagina 240
Similam, & mel, & oleum comedisti. Ezech. 16. b. pagina 618
Et de i armillas in manibus tuis. Ezech. 16. b. pagina 68
Calciaui te hyac. &c. Ezech. 16. b. pa. 370, 371
Non portabit filius iniquitatem patris. Ezech. 18. a. pagina 50
Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezech. 18. a. pagina 145
Parē suam esuriēti dederit. Ezech. 18. b. p. 694
Facite uobis cor nouū &c. Ezech. 18. g. pa. 112
Aquila grandis magna, ala. Ezech. 17. a. pa. 59
Et cognoscent omnia ligna campi &c. Ezech. 17. g. pagina 497
Aufer cidarim, tolle coronam. Ezech. 21. f. pagina 93
Quorū carnes sunt, ut carnes asinorū. Ezech. 23. c. pagina 69
Congere ossa, quæ igne succendant. Ezech. 24. a. pagina 679
Transira tua fecerunt tibi ex ebore. Ezech. 27. b. pagina 158
Balsamū, & mel, & ole. Ezech. 27. d. pa. 73
Tu signaculū similitud. &c. & decoris coronæ &c. Ezech. 28. c. pa. 121, 445, 447, 449
In delicijs paradisi dei fuisti. Ezech. 28. c. pagina 124
Mea sunt flumina, & ego feci ea. Ezech. 29. a. pagina 213, 214
Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso.

Ezech. 31. b. pag. 86
Expandam super te rete meum. Ezech. 32. a. pagina 740
Et dabo carnes tuas super montes &c. Ezech. 32. d. pagina 637
Descenderūt in infernum cū armis suis. Ezech. 32. f. pagina. 397
Septem diebus facies hircum pro peccato, &c. Ezech. 33. g. pag. 344
In pascuis uberrimis pasc. eas. Ezech. 34. d. p. 699
Donus Israël habitauit in terrā, & polluerunt eam &c. Ezech. 36. c. pag. 23
Et auferā cor lapidū &c. Ezech. 36. e. pa. 111
Ecce ego ad te Pharao rex Aegypt. draco magne. Ezech. 39. a. pag. 152
Funiculus lineus in manu eius &c. Ezech. 40. a. pagina 299
Et mensus est latitu. &c. Ezech. 40. a. pa. 676
Ostium cōtra ostium &c. Ezech. 40. b. pa. 322
Et mensus est portam a tecto tha. &c. Ezech. 40. b. pagina 726
Et thala. uno ca. in lon. &c. Ezech. 40. b. p. 787
Ascendit per gradus eius. Ezech. 40. b. pa. 321
Et mensus est latitudinem portæ decem cubito. rum. Ezech. 40. b. pag. 501
Et mensus est limen portæ a calamo uno latitudinem. Ezech. 40. b. pag. 500
Et eduxit me ad atrium exterius &c. Ezech. 40. b. pagina 304
Et paumen. stratū lapide. Ezech. 40. c. pa. 701
Et ante frontes pictura palmarum. Ezech. 40. c. pagina 68
Et celatæ palmæ erāt &c. Ezech. 40. d. p. 688
Et in uesti. portæ duæ mensæ hinc &c. Ezech. 40. f. pagina 619
Septem graduan erat ascensus eius &c. Ezech. 40. d. pagina 320
Quatuor mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ. Ezech. 40. f. pa. 445
Et lab. eo. palmi unius &c. Ezech. 40. f. pa. 431
Ibi lauab. holocaust. &c. Ezech. 40. f. pa. 348
Et die se. tol. duos bædos de ca. Ezech. 43. f. p. 84
Et cōuertit me secundū uia portæ sancto. &c. & hæc erat clausa. Ezech. 44. a. pa. 713, 719
Omnis filius alienigena incircumciscus corde, & incircumciscus carne &c. Ezech. 44. c. pa. 97
Et mensus est cubitos mille. Ezech. 47. a. p. 628
Et erit fructus eius in cibum, & folia eius in me dicinam. Ezech. 47. c. pa. 616

AUTORITATVM.

Vestimentum eius quasi nix candidam, & capilli capitis eius q. la. mū. Dan. 7. c. pa. 38
Thronus eius. flamma ignis. Dan. 7. c. pa. 390
Multi morientes in terræ puluere, resurgent, &c. Dan. 12. a. pag. 144, 145
EX DVODECIM MINORIBVS PROPHETIS.
Non uisitabo super filias uestras, quam fornicate fuerint. Osee 2. a. pa. 112
Sepia uiam tuam spinis. Osee 2. b. pa. 112
Sanguis sanguinem tetigit. Osee 4. a. pa. 755
Et respondebit arrogantia Israël in facie eius. Osee 5. b. pa. 427
Vadens reuertar ad locū meū &c. Osee 5. d. pagina 504
Resuscitabit nos deus post biduum. Osee 6. a. pagina 807
Particeps sacerdotū, in uia interficientiū &c. Osee 6. c. pa. 369, 370
Sed & Iuda pone messem tibi. Osee 6. d. p. 626
Omnes mactantes sicut clibanus succensus. Osee 7. a. pag. 105, 106
Et factus est Ephraim quasi columba seducta. Osee 7. c. pa. 108
Facti sunt quasi arcus de losus. Osee 7. d. pa. 64
Culmus &c. non faciet farinā. Osee 8. b. pa. 173
Quoniam in arancarū telas erit uiculus sanctorum. Osee 8. b. pa. 66
Sicut ficus in ficulnea inueni patres eos. Osee 9. c. pagina 157
In mane transijt. Osee 11. b. pagina 299
O mors, ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Osee 13. a. pa. 566
Adducet urentem uentum dominus de deserto ascendentem. Osee 13. d. pa. 126
Viuent tritico. Osee 14. c. pa. 157
Ego ut abietem uirētem ex me fructus tuus inuentus est. Osee 14. d. pa. 430

DANIEL PROPHETA.

Videbas, & ecce quasi statua una gradis. Dan. 2. c. pag. 766
Et regnū tertiu aliud enēū. Dan. 2. e. pa. 53
De monte absisus est lapis sine manibus. Dan. 2. g. pa. 380, 451
Et non tetigit eos omnino ignis. Dan. 3. e. pa. 53
Alas habebat aquilæ. Dan. 7. a. pa. 60
Milia milium ministrabant ei &c. Dan. 7. c. pagina 200, 447
Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Dan. 7. c. pa. 154, 492

Residuum locustæ comedit bruchus. Ioel 1. a. pagina 761, 65
Ex pergisimini ebrij &c. Ioel 1. a. pa. 165
Computruerūt iumenta in stercore suo. Ioel 1. d. pagina 199, 412
Mugierunt greges armenti. Ioel 1. g. pa. 75
Zelatus est dominus terram suam. Ioel 2. d. pa. 41, 44, 45, 46
Et erit, in die illa stillabunt montes dulcedinem &c. Ioel 3. d. pa. 433
Et descendere faciet ad uos imbrem matutinū. Ioel 2. f. pa. 410
Et reddam uobis annos quos comedit locusta. Ioel 2. f. pa. 164
Et sanguinem, & uaporem fumi. Ioel 2. g. pa. 293, 395
Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem &c. Ioel 2. g. pa. 528

AMOS PROPHETA.

Super tribus sceleribus Iuda &c. Amos 1. b. pa. 388
Ego quoque prohibui a vobis imbrē &c. Amos 4. b. pagina 528
Et sicca ueltra comedit cruce. Amos 4. c. pagina 165
Qui conuertitis in absynthium iudiciū. Amos 5. b. pagina 52
Nunquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto? &c. Amos 5. d. pa. 366
Vae vobis qui opulenti estis in Sion &c. usq; & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Amos 6. a. pa. 32
Et auferetur factio laschuentium. Amos 6. c. pagina 161
Nunquid currere queunt in petris equi. Amos 6. d. pag. 711
Hic stabat super murū adamātinū, & in manu eius adamas. Amos 7. secundū lxx. pag. 53
Et emittam fanem super terrā &c. Amos 9. b. pagina 170, 171
Occidet sol in meridie &c. Amos 9. c. pa. 625
Mittam fanem in terrā &c. Amos 9. d. p. 490
Qui edificat &c. & fasciculum suum super terram fundauit. Amos 9. b. pa. 174

ABDIAS.

Quasi aquila super domum domini. Abd. 1. a. pagina 60

Et timuerūt uiri timore magno dominum &c. Iona 1. c. pa. 366
Abyssus uallauit me. Iona 2. c. pag. 52

MICHEAS.

Ecce dominus egredietur de loco suo &c. Mich. 1. a. pag. 504
Dilata caluitium t. sicut aqu. Mich. 1. d. pa. 60
Et sedebit uir subtus uineā suam, & subter ficū suam &c. Mich. 4. b. pa. 195, 196
Suscitabimus super eum septē pastores. Mich. 5. b. pagina 668
Et erunt reliquiae Iacob &c. quasi ros a domino. Mich. 5. c. pa. 742
Aufer an equos de medio tui. Mich. 5. c. p. 161
Audite montes iudicium domini. Mich. 6. a. pagina 637
Heu me, quia factus sum sicut q cōgregat &c. Mich. 7. a. pag. 188

NAVM.

Conforta lumbos, robor a uirtutem ualde &c. Naum 2. a. pag. 520
Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? Naum 2. c. pa. 459
Bruchus expansus est, & uolauit. Naum 3. d. pagina 76

INDEX

ABACVC.

Ecce ego suscitabo Chaldeos gentem amarā &c. Abac. 1. b. pag. 333
Vae ei qui cōgregat non sua. Abac. 2. b. pa. 534
Esca eius electa. Abac. 1. d. pa. 219
In medio duorum animalium cognosceris. Abac. 3. a. secundum lxx. pa. 57
Deus ab austro ueniet. Abac. 3. a. pa. 73
Deus a Libano ueniet &c. Abac. 3. a. pa. 634
Stetit, & mensus est terrā. Abac. 3. b. pag. 40
Contriti sunt montes seculi &c. Abac. 3. b. pagina 637
Qui ascendes super equos tuos, & quadrigae tuae saluatio. Abac. 3. b. pa. 729, 160, 162
Nūquid in fluminibus iratus es domine? Abac. 3. b. pagina 215
Dedit abyssus uocē suā. Abac. 3. c. pa. 52, 660
Viam fecisti in mari equis tuis &c. Abac. 3. c. pagina 161
In lumine iacula tua ibunt. Abac. 3. c. pagina 290, 384, 385
Sol, & luna steterūt in habitaculo suo. Abac. 3. c. pagina 528
Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Abac. 3. c. pa. 526
Ficus enim nō florebit. Abac. 3. d. pag. 196
Et pones pedes meos quasi ceruorum. Abac. 3. d. pagina 89
Et nō erit armētum in praesepibus. Abac. 3. d. pagina 75

ZACHARIAS.

Ipsē stabat inter myrtheta. Zach. 1. b. pa. 631
Et ecce uir ascendens super equum rufum &c. Zach. 1. b. pag. 161
Zelatus sum Hierusalem. Zach. 1. c. pa. 41
Et ostēdit mihi dñs quatuor fabros &c. Zach. 1. d. pagina 166
Ecce Angelus qui loquebatur in me egrediebatur &c. Zach. 2. a. pa. 447
Absq; muro habitabit Hierusalem &c. Zach. 2. b. pagina 428
Ponite cidarim mundā super caput eius. Zach. 3. b. pag. 93
Misisti in mare equos tuos, turbātes aquas multas. Zach. 3. secundum lxx. pa. 160
Ecce ego adducam seruum meū oriētē, &c. Zach. 3. c. pa. 454
Et ecce candelabrū aureū. Zach. 4. a. pa. 80
Et uidi falcē uolantem. Zach. 5. a. secundū lxx. pagina 170
Hæc est amphora egrediēs. Zach. 5. c. pa. 57
Iniquitas in talceto plibi sedet. Zach. 5. c. p. 213
Erāt equi nigri, ibāt in terrā Aquilonis. Zach. 6. a. pagina 61
Ecce quatuor quadrigae &c. Zach. 6. a. p. 729
Siquidem ante dies illos merces hominum non erat &c. Zach. 8. b. pa. 428
Et apprehēsimbria uiri Iudaei. Zach. 8. d. p. 206
Sedens super subingalem, & pullum asinae nō ueluum. Zach. 9. c. pa. 163
Et uinum germinans uirgines. Zach. 9. c. p. 262

Deuoratūt, & subijcient pedibus fide. Zac. 9. d. pag. 293
Videbūt in quē transfixerunt. Zach. 12. c. p. 8.
In die illa magnus erit planctus in Hierusalem. Zach. 12. d. pa. 338
In die illa erit fons p. &c. Zac. 13. a. p. 231, 239
Disperdā nomina idolorum de terra &c. Zach. 13. a. pagina 388
Et separ. mediū mōtis ad Aql. Zac. 14. a. pa. 61
Sic erit ruina eq. Zac. 14. c. p. 70, 79, 428, 729
Nō erit lux, sed frigus, & gelu. Za. 14. c. p. 248
In die illa erit quod super frenum equi &c. Zach. 14. d. pa. 243

MALACHIAS.

Iacob dilexi, Hesai autem odio habui. Malac. 1. a. Rom. 9. c. pag. 50
Ad uos o sacerdotes, qui despicitis nomē meū. Malach. 1. b. pa. 622
Labia sacerdotis &c. quia angelus domini exiit circum est. Malach. 2. b. pa. 57
Ecce ego mit. Ang. meū &c. Mal. 3. a. pa. 627
Ego Deus, & nō mutor. Malac. 3. t. pa. 38
Vobis autem qui timetis nomen domini, oriētur sol iustitiæ. Malach. 4. a. pa. 764

AGGEVS.

Seminastis multum, & intulistis parum &c. Agg. 1. b. pag. 491
Propter hoc super uos prohibiti sunt caeli, ne darent rorem. Agg. 1. c. pa. 743
Et dixit angelus nūcius dñi &c. Agg. 1. d. p. 58
Meū est arg. & meū est aurū. Agg. 2. b. p. 66
Et adhuc ficus, & uinea, & malogranatū. Agg. 2. d. pag. 196, 198

SOPHONIAS.

Extēdam manū meā sup Iudā. Soph. 1. a. pa. 39
Silete a facie domini &c. Soph. 1. b. pag. 365
Disperierūt oēs inuoluti argento. Sop. 1. c. p. 67
Et uisitabo super uiros defixos in facibus suis. Soph. 1. c. pag. 170
Et extēdet manū suā sup Aql. Soph. 2. c. pa. 61

EX LIBRO SAPIENTIAE.

Auris zeli audit omnia. Sap. 1. c. pa. 38, 44
Deus mortē non fecit. Sap. 1. d. pa. 51
Visi sunt oculis insip. mori &c. Sap. 3. a. p. 684
Et tanquā scintilla in arundineto discurrēt. Sap. 3. b. pa. 68
Sol non est ortus nobis. Sap. 5. a. pa. 764
Et pugnabit cum illo orbis terrarum cōtra insensatos &c. Sapient. 5. d. pa. 370
Sedes sapientiæ anima iusti. Sap. 7. d. pa. 40, 758
Nemo potest esse cōtinēs, nisi Deus det. Sap. 8. d. pagina 282
Nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11. d. pa. 50
Et omnis saporis suauitate. Sap. 16. c. pa. 290
Paratū panē de caelo præstitisti eis &c. Sap. 16. c. pagina 541

EX EVANG.

EX EVANG. MATTH.

Ex Aegypto uocauit filium meum. Matth. 2. c. Osee 2. a. pagina 8
Quoniā nazareus uocabitur. Mat. 2. d. Esa. 11. a. pagina 8
Poen. agite. App. enim reg. cœl. Mat. 3. a. p. 104
Potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Matth. 3. b. pa. 380, 381, 442, 443
Facite fructū dig. pœnit. &c. Mat. 3. b. pa. 380
Iam enim securis ad radicem arboris posita est &c. Matth. 3. c. pa. 757
Et uidi spiritū Dei descendēte sicut columbam &c. Matth. 3. d. pag. 107, 108
Et permūdabit arē suā &c. Matth. 3. d. pa. 66
Sic enim decet nos ipl. oēm iust. Mat. 3. d. p. 217
Cōgregabit triticū in hor. Mat. 3. d. pag. 289
Et quī ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus &c. Matth. 4. a. pag. 724
Vos estis sal terræ &c. Mat. 5. b. pa. 749, 750
Videāt op. ue. bo. & gl. &c. Mat. 5. b. pa. 688
Nō ueni sol. legē sed adim. Mat. 5. c. pa. 96, 501
Qui soluerit unum de mandatis istis &c. Mat. 5. c. pagina 735
Nemo accēdit lucernā, & ponit eā sub modio. Matth. 5. b. pa. 81, 311, 513
Si oculus dex. scan. te &c. Mat. 5. c. p. 669, 670
Audistis quia dictum est antiquis &c. ego autem &c. Mat. 5. c. pa. 34
Qui irascitur fratri suo &c. Mat. 5. c. p. 329
Qui uiderit mul. ad cōc. eā &c. Mat. 5. d. p. 180
Non mœchaberis. Matth. 5. d. pa. 642
Ne iuretis omnino. Matth. 5. e. pa. 50
Intra in cubiculum tuū &c. Matth. 6. a. pa. 118
Noli tuba canere ante te. Matth. 6. a. pag. 143
Nesciat sinistra tua, qd faciat dextera tua &c. Matth. 6. a. pag. 437
Ascēdit Ies. in nau. Petri &c. Mat. 6. b. p. 657
Sāctificetur nomē tuū. Mat. 6. b. pa. 34, 46, 49
Fiat uoluntas tua. Mat. 6. b. pa. 49, 87
Dimitte nobis debita nostra. Mat. 6. b. pa. 201
Nolite thes. uob. the. in ter. &c. Mat. 6. c. p. 788
Cōsiderate lilia ag. Mat. 6. d. Luc. 12. d. p. 210
Nolite san. da. car. Mat. 7. a. p. 82, 613, 614, 615
Si uos, quum sitis mali &c. Matth. 7. b. pa. 203
Quæcumq; uultis ut faciat uobis homines &c. Matth. 7. b. pag. 271
Nō potest arbor bona fru. ma. fa. Mat. 7. c. p. 61
Multi dicent in die illa, dñe, nōme in nomine tuo &c. uirtutes multas fecimus? Matth. 7. c. pagina 688
Quum descendisset Iesus de mōte &c. Et ecce leprosus &c. Matth. 8. a. pa. 479
Dñe puer meus ia. in do. par. Mat. 8. a. p. 695
Uidi focru eius iacētē, & febricitantē. Mat. 8. b. pagina 177
Sine mortuos sepelire mortuos &c. Matth. 8. c. pagina 641, 643, 645, 646, 647
Vulpes foueas habent, &c. Matth. 8. c. pa. 815
Qui non accipit crucem suam &c. Matth. 10. g. Mar. 9. g. Luc. 9. c. pa. 117
Quum electa esset turba, intrauit, & tenuit manum eius. Matth. 9. c. pa. 650
Mensis quidē multa &c. Matth. 9. d. pa. 289

AUTORITATVM.

Neq; calciamēta neq; uirgam, &c. Mat. 10. b. Luc. 10. a. pagina 77
Estote prudētēs sicut serpentes &c. Matth. 10. b. pagina 10, 16, 107, 108
Nō uos estis qui loqmini &c. Mat. 10. c. p. 524
Nō ueni pa. mit. in ter. sed gl. Mat. 10. d. p. 178
Vestri autem & capilli capitis manerati sunt. Matth. 10. d. pa. 83, 468
Quid exi. in. de. ui. Ar. uīnem uento agitatam? Matth. 11. a. pa. 68
Lex, & pphete, usq; ad Ioa. Mat. 11. b. pa. 267
A diebus Ioannis Baptiste usq; nunc regnan cœlorū uim patitur & uiolētū rapiunt illud. Matth. 11. b. pa. 735, 312
Venite ad me oēs q lab. &c. Mat. 11. c. p. 426
Tollite iugum meum super uos, &c. Matth. 11. d. pagina 422, 423, 424
Discite a me quia mitis sum, & humilis &c. Matth. 11. d. pa. 654
Nemo potest introire in domum fortis, & diripere uasa eius. Matth. 12. c. pa. 312
Si quis dixerit in spiritū sanctū blasphemiam, neq; in hoc seculo remittetur ei &c. Mat. 12. c. pagina 227, 228
Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Matth. 12. c. pa. 24
Aut fa. arb. bo. & fr. e. bo. Mat. 12. c. p. 61, 495
Simile est regnū cœlorum homini negociatori &c. Matth. 13. a. pa. 612
Inuenta una preciosa margarita &c. Matth. 13. a. pag. 612, 613
Alia autem ceciderūt in terrā bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Matth. 13. b. pagina 253, 254, 255, 88
Simile est regnū cœlorū grano sinapis &c. Matth. 13. c. pag. 325, 326, 327
Triticū autē cōgreg. in hor. Mat. 13. c. pa. 663
Et ligate ea fascic. ad cōbu. Mat. 13. d. pag. 173
Ager est hic mundus. Matth. 13. e. pa. 54
Sinite utraq; cres. usq; ad mes. Mat. 13. e. p. 626
Simile est regnū cœlorū fermēto &c. Mat. 13. e. Luc. 13. d. pag. 16, 172, 173, 551
Simile est regnū cœlorū saganæ misæ in mare. Matth. 13. f. pa. 612
Ideo omnis scriba doctus in reg. &c. Matth. 13. g. pagina 735
Et rogabant eum, ut uel simbria uestimēti eius tangerent. Matth. 14. d. pa. 206
Oīs plātatio quā nō plā. &c. Mat. 15. b. p. 713
Non san misus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israēl. Mat. 15. c. pa. 737
Nō est bonū su. pa. fi. & mi. ca. Mat. 15. c. p. 81
O mulier magna est fides tua. Mat. 15. c. p. 222
Simile est regnū cœlorū thesauro abscondito in agro. Matth. 15. f. pa. 735
Cauete a fermēto pharis. Mat. 16. a. p. 16, 182
Et tibi dabo clauēs regni cœlorum. Mat. 16. c. pagina 101, 102, 103, 104, 130
Sup hæc pe. edi. eccl. m. Mat. 16. c. p. 297, 261
Duc in altum &c. Matth. 16. c. pa. 658, 659
Multi ex hic astantibus nō gustabunt mortem &c. Matth. 16. d. pa. 151
Et post dies sex assup. &c. Mat. 17. a. pa. 24

Miserere filio meo, quia lunaticus est. Matth. 17. c. pagina 527, 528
Si habueritis fidē tanquā granū sinapis. Mat. 17. c. pag. 139
Et portæ inferi non preualebunt aduersus eā. Matth. 16. c. pag. 718
Quæcumq; alligaueritis super terrā, erūt ligata & in cœlis. Mat. 18. c. pag. 101, 102, 103
Sedebitis & uos sup sed. duod. Mat. 19. d. p. 155
Si uis ad uitā ing. ser. mā. &c. Mat. 19. b. p. 221
Qui potest capere capiat. Matth. 19. b. p. 272
Et sunt spadoncs, q se castrauerūt &c. Mat. 19. b. pag. 275, 276, 283, 286, 288
Nō omnes capiunt uerbu istud &c. Sūt enim uchi &c. Matth. 19. b. pag. 258, 281
Vos qui secuti estis me in regeneratione &c. Mat. 19. b. pag. 439
Si uis perfectus esse &c. Mat. 19. c. pa. 254
Dies difficile intr. in re. cœl. Mat. 19. c. p. 741
Facilius est cauellū per for. amen. acus transire &c. Mat. 19. c. pa. 79, 80
Si duobus ex uobis cōcuerit super terrā &c. Matth. 18. c. pag. 183
Ecce nos reliquimus oīa &c. Mat. 19. d. p. 274
In regeneratione quū sederit filius hoīs &c. Matth. 19. d. pag. 202
Centuplum accipiet &c. Mat. 19. d. pa. 88
Acceperūt singulos dena. Mat. 20. b. pa. 146
Dic ut sedcant hi duo filij mei, unus ad dexteram &c. Mat. 20. c. pag. 128, 806
Sedere autem ad dexteram, uel sinistrā non est meum dare uobis. Mat. 20. c. pa. 26
Et uidens fici arborem secus uiam &c. Mat. 21. b. pa. 95, 196, 197
Et cæca uisus. Mat. 21. b. p. 107
Sed erūt sicut Angeli in cœ. Mat. 22. c. p. 276
Qui ceciderit super lapidem istum &c. Mat. 21. d. pag. 453
Ligatis pedibus eius, & manibus mitte in teo neiras exteriores &c. Mat. 22. b. p. 490
Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari &c. Mat. 22. b. pagina 126
Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo &c. Mat. 22. d. pag. 734, 236
Quid uobis uid. de Christo? Matth. 22. d. p. 47
Hierusalem, Hierusalem, quotiens uolui cōgregare &c. Mat. 23. d. pag. 302, 303
Sup cath. Moysi sed. &c. Mat. 23. a. pa. 5, 107
Quæcūq; dixerint uob. ser. & fa. secundū autē op. e. no. fa. Mat. 23. a. pag. 61, 626
Alligat enim onera grauia &c. Mat. 23. a. pagina 174
Vae uobis scribæ, & pharisæi, quia similes estis sepulchris de alb. &c. Mat. 23. c. p. 338, 431
Liquates culicē, cam. autē glut. Mat. 23. c. p. 79
Propter quod ueniet super uos omnis sanguis iustus &c. Mat. 23. d. pa. 753
Abūd. iniq. re. cha. mul. Mat. 24. b. p. 247, 248
De die & hora nemo scit, neq; ang. &c. Mat. 24. b. pagina 26
Orate ut nō fiat fuga uestra a hyeme &c. Mat. 24. b. pagina 240, 382
Mittet Angelos suos cum tuba magna &c. Mat. 24. c. pa. 792

INDEX

Ibi congregatur & aq. Matth. 24. c. pa. 60
A ficu autē discite parabolā & c. Matth. 24. c. pagina 194. 197
Vbi unq; fuerit corpus, illic congregabuntur & c. Matth. 24. c. pagina 77
Duo erunt in agro uno & c. Matth. 24. d. p. 54
Duo in agro, duae molentes in unum, duo in icclo. Matth. 24. d. pag. 782. 184
Sicut in die Noē du. iuxo. & c. Mat. 24. d. p. 145
Et partē eius cū hypo. ponet. Mat. 24. d. p. 22
Simile est re. cæl. de. uir. & c. Mat. 25. a. p. 440
Quinq; crāt fa. & qnq; pru. Mat. 25. a. p. 88
Quinq; fauee uirgines, acceptis lapidibus non simpliciter olei secum. Matth. 25. a. p. 670
Homo quidam peregrē proficiscēs & c. Mat. 25. b. pag. 778. 779
Quam uenerit filius hoīs in maiestate sua & c. Matth. 25. c. pa. 758
Et statuet oues quidem à dextris & c. Matth. 25. c. pag. 39. 129
Venite be. pat. mei & c. Mat. 25. c. p. 402. 403
Ite in ignem æternum & c. Matth. 25. d. pagina 398. 403. 405. 220. 224
Cœnantibus illis accepit panem & c. Mat. 26. c. pagina 590. 591. 600
Accipite, & comedite. Mat. 26. c. pa. 592
Et accipietis calicē & c. Mat. 26. c. pa. 602
Sedebitis super duodecim sedes, iudicātes & c. Matth. 26. d. pa. 758
Hoc est corpus meum & c. Matth. 26. c. pagina 563. 565. 567. 599. 600
Cœuerte gladium tuum in locū suū & c. Mat. 26. c. pagina 318
Peccauit tradidit iustū & c. Mat. 27. p. 53
Acceptā spōgiā ipseuit ac. i. Mat. 27. f. p. 53
Multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt & c. Mat. 27. f. pa. 566
Discipuli eius nocte uenerūt & c. Matth. 28. c. pagina 736

EX EVANG. MARCI.

Et uenerunt ad eū ferentes paralyticū. Marci 2. a. pagina 695
Sole orto astuauerūt oīa. Mar. 4. a. pa. 54
Sic est regnū Dei, quāamodū si iaciat homo & c. Marci 4. c. pa. 322
Super ceruicā dormiebat. Mar. 4. d. pa. 41
Qui me cōfusus fuerit & c. cōfundetur eū & c. Mar. 8. d. pa. 46
Vade in do. tuā. Mar. 5. c. & Luc. 9. g. pa. 140
Qui uult in uobis esse primus & c. Marci 9. c. pagina 664
Quod si sal infulsus fuerit, in quo condietis? Mar. 9. g. pa. 749
Videns Iesus de tōge habētem folia & c. Mar. 11. b. pa. 193. 194. 197. 198

EX EVANGELIO LVCAE.

Et regnabit in domo Iacob in æternum & c. Luc. 1. c. pag. 738
Esurientes impleuit bonis. Luc. 1. c. pag. 91
Et posuit eū in præsēpio. Luc. 2. a. pa. 218

Et tuā ipsius aīam p̄rās. Glad. Luc. 2. c. pa. 186
Et uidebit oīs caro pariter salutare Dei. Luc. 3. b. pagina 109
Facite fructus dignos pœnit. Luc. 3. b. pa. 249
Multi leprosi erant in Israhē sub Heliseo propheta & c. Luc. 4. c. pa. 475
Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Luc. 4. g. pa. 177
Mittite in dex. nauigij rete & c. Lu. 5. a. p. 739
Manus eius dextera erat arida. Luc. 6. b. p. 130
Mēsura plenā, & cōfertā & c. Luc. 6. f. p. 436
Domus impleta ex odore unguē. Luc. 7. f. p. 652
Hic si esset p̄pheta, sciret utiq; quæ, & quālis esset mulier & c. Luc. 7. f. pa. 421
Qui habet aures audiēdi, audiat. Luc. 8. a. p. 51
Et aliud cecidit in terram bonā, & ortū fecit fructum centuplum. Luc. 8. a. pa. 254
Et ecce mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur. Luc. 8. f. pa. 236
Facite illos discumbere per conuiuia quinque genos. Luc. 9. b. pa. 100
Si quis uult uenire post me, abneget semetipsū & c. Luc. 9. c. pa. 212. 491
Factum est post hæc uerba ferē dies octo & c. Luc. 9. d. pa. 24
Nemo mittens manū suā ad aratram & c. Luc. 9. g. pagina 287
Ecce uideo Sathanā ceci. Lu. 10. c. p. 449. 507
Olim in cinere, & cilicio pœnitentiā egissent. Luc. 10. c. pag. 95
Gaudete, quia nomina uestra scripta sūt in cœlis. Lu. 10. d. pa. 47
Vidēs autē cogita. corū & c. Luc. 11. b. pa. 112
In digito Dei eij. de. Lu. 11. c. p. 39. 135. 136. 137
Qui absconditis clauē sciētiae. Luc. 11. g. pa. 130
Væ uobis legisdoctores, qui abstulistis clauem sciētiae. Luc. 11. g. pag. 481
Sint lūbi ue. p̄r. cœnclī & c. Lu. 12. e. p. 513. 520
Ignē ueni mit. in t. & c. Lu. 12. f. p. 389. 391. 396
Arborem ficī quidam habebat plātātā & c. Luc. 13. a. & b. pa. 195. 196. 197. 199
Simile est fermēto, quod acceptum mulier & c. Luc. 13. d. pag. 182. 283. 184
Māducauimus, & bib. corā te. Luc. 13. e. pa. 90
Nescio uos unde sitis. Luc. 13. e. pa. 41. 46
Ite dicite uulpi illi. Luc. 13. g. pa. 423
Homo quidā erat at hydropicus ante illum & c. Luc. 14. a. pag. 381
Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem & c. Ecc. 11. b. pa. 493
Quisquis uenit ad me, & nō odit patrē suum, & matrem & c. Luc. 14. f. pa. 737
Bonum est sal, & c. Luc. 14. g. pa. 749
Aut quæ mulier habens drachmas decem & c. Luc. 15. b. pag. 154. 124. 445
Gaudium est angelis super uno peccatore & c. Luc. 15. b. pa. 187. 188
Facta est autem fames per regionē illam. Luc. 15. c. pag. 171
Homo quidā erat at diues & c. Luc. 16. a. pag. 123
Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Luc. 16. a. pag. 154
Quod si in alieno fideles non fuistis & c. Luc. 16. c. pagina 138

Canes ueniebant, & lingebat ulcera eius. Luc. 16. c. pagina 82
Vt intingat extremum digiti sui in aqua & c. Luc. 16. f. pa. 139
Quum ingrederetur quoddam castellū, occurrerunt ei decem uiri leprosi & c. Luc. 17. c. pagina 479
Si uis perfectus esse, uade, & uende & c. Luc. 17. c. pagina 274
Sicut factum est in diebus Loth & c. Luc. 17. f. pagina 24
Memetote uxoris Loth & c. Luc. 17. g. p. 284
Nūquā dedisti mihi hædū, & c. Lu. 15. g. p. 347
Quū appropinquaret Hiericho, ecce cæcus quidam & c. Luc. 18. g. pag. 526. 527
Zachæus saluatorem uidere p̄r. & turba nō ualens, ascendit in arborem sycomori & c. Luc. 19. a. pagina 773
Filij seculi huius generant, & generantur. Luc. 20. f. pagina 286. 203
Non est Deus mor. sed uiuio. Luc. 20. f. pag. 152
Intrauit Sathanas in Iudā & c. Lu. 22. a. p. 377
Edetis in mensa patris mei in regno cœlorum. Luc. 22. c. pag. 91
Qui non habet gladium, uendat tunicam suam. Luc. 22. c. pag. 91
Si in uiridi ligno hoc faciūt. Luc. 23. e. pag. 493
Pater ignosce illis & c. Luc. 23. e. pa. 243
Memento mei, quū ueneris in regnum tuū. Luc. 23. e. pagina 46
O insensati, & tardi corde ad credendū. Luc. 24. b. pagina 378
Hæc sunt uer. quæ loc. uo. & c. Lu. 24. f. p. 739

EX EVANG. IOANNIS.

In principio erat uerb. & c. Ioā. 1. a. pa. 29. 756
Fuit homo missus à deo. Ioan. 1. a. pag. 524
Vita erat lux ho. Ioan. 1. a. pagina 523
Non erat ille lux & c. Ioan. 1. a. pag. 524
Erat lux uera & c. Ioan. 1. a. pa. 424
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioan. 1. b. pagina 128. 201. 202
Uerbu caro factū est. Ioan. 1. d. p. 109. 201. 569
Et uidimus gloriam eius. Ioan. 1. b. pa. 106
Vnigenitus filius qui est in sinu patris & c. Ioā. 1. b. pagina 51. 516
Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Ioā. 1. b. pagina 640
Ego uox clamantis in deser. & c. Ioā. 1. c. pa. 147
Cuius nō sum di. sol. cæc. Ioā. 1. d. pagina 246
Ecce agnus Dei. Ioan. 1. d. pa. 55
Quia uidi spiritum descendentem quasi colūbam & c. Ioan. 1. d. pa. 109. 110
Qui post me ue. ante me fa. est. Ioā. 1. c. p. 524
A Nazareth potest aliquid boni esse? Ioā. 1. g. pagina 30
Quū esses sub arbore ficī, uidi te. Ioā. g. p. 195
Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum & c. Ioan. 1. g. pa. 757
Erant autem lapideæ hydriæ sex positæ & c. Ioan. 2. a. pa. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381
Soluite templum hoc & c. Ioan. 2. d. pa. 791
Quadragesima

Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc. Ioan. 2. d. pagina 10. 27
Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Ioan. 3. b. pag. 566
Sicut Moys. exal. fer. in des. Ioā. 3. b. p. 761. 762
Sed ira Dei manet super eū. Ioā. 3. d. pag. 45
Qui autem nō credit & c. sed ira Dei manet super eum. Ioan. 3. d. pa. 204
Reliquit hydriā mulier & c. Ioan. 4. b. pag. 381
Spiritus est Deus & c. Ioan. 4. c. pa. 38
Ego misi uos metere, quod nō seminastis. Ioan. 4. d. pag. 627
Probatica piscina. Ioan. 5. a. pag. 17
Surge tolle grabatū tuū, & c. Ioan. 5. b. p. 455
Nec enim potest filius à se facere qcquā & c. Ioan. 5. c. pa. 27
Pater meus usq; modo operatur & c. Ioan. 5. c. pagina 189
Quæcumq; facit pater, hæc eadem filius facit similit. Ioan. 5. c. pag. 27
Pater nō iudicat quæquā & c. Ioā. 5. d. pa. 27
Venit hora, & nunc est quādo mortui audiēt uocem & c. Ioan. 5. d. pa. 647
Qui uerō malē egerunt, in resurrectionē iudicij. Ioan. 5. e. pag. 149
Ille erat lucerna ardens, & lucēs. Ioan. 5. f. pa. 514. 515. 516
Scrutamini scripturas. Ioan. 5. f. pa. 51. 632
Est puer unus hic, qui habet quinque panes horum deaceos & c. Ioan. 6. a. pa. 354
Colligite frag. ne pereāt. Ioan. 6. b. pa. 434
Queritis me, nō quia uidistis signa & c. Ioan. 6. c. pagina 694
Ego sum panis uitæ & c. Ioan. 6. d. pa. 545
Patres uestri manducauerunt manna in deserto. Ioan. 6. d. pag. 559. 568
Non Moyses dedit uobis panem de cœlo & c. Ioan. 6. d. pa. 542. 562. 567. 584.
De cœlo descendi, non ut faciam uoluntatem meam & c. Ioan. 6. d. pag. 410
Et dat uitā mūdo & c. Ioan. 6. d. pa. 567
Da nō panē hūc. Ioā. 6. d. p. 555. 568. 569. 545
Panis quem ego dabo, caro mea est. Ioan. 6. c. pagina 547. 569
Qui manducat carnem meam & c. Ioan. 6. e. pagina 567. 572. 621
Ego sum panis ui. qui de cœl. des. Ioā. 6. e. p. 583
Sicut misit me uiuens pater & c. Ioan. 6. f. pa. 551. 561
Nisi manducaueritis carnem filij hominis & c. Ioan. 6. f. pag. 15. 190. 549. 558. 753
Caro mea uerē est cibus & c. Ioan. 6. f. pa. 91
Qui comederit carnem meam & c. Ioan. 6. f. pagina 290
Durus est hic sermo. Ioan. 6. f. pag. 553. 579
Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad māducaudum? Ioan. 6. f. pa. 560. 561. 570
Ego resuscitabo eum in nouissimo die & c. Ioā. 6. f. pagina 571
Verba quæ loquor, spiritus & c. uita sunt. Ioan. 6. g. pag. 564. 569. 586
Spiritus est qui uiuificat & c. Ioan. 6. g. pa. 554. 559

AUTORITATVM.

Mea doctrina, non est mea & c. Ioan. 7. b. pagina 27
Mibi indignamini, quia totum hominem saluum feci in sabbato. Ioan. 7. c. pa. 436
Si quis sitit, ueniat ad me & c. Ioan. 7. f. p. 258
Qui credit in me, sicut dicit scriptu. & c. Ioan. 7. f. pagina 491
Flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Ioan. 7. f. pagina 58. 214. 741
Spiritus autē nondū erat datus. Ioan. 7. f. p. 100
Digito scribebat in terra. Ioā. 8. a. pa. 136
Vade, & amplius noli peccare. Ioā. 8. b. p. 222
Omnis qui peccat, seruus est peccati. Ioan. 8. d. pagina 674
In ueritate non stetit. Ioan. 8. f. pa. 450
Vos ex patre diabolo estis. Ioan. 8. f. pag. 201. 202. 203
Vade, laua in Natatoria Siloe. Ioan. 9. b. pa. 9
Mercenarius, & qui nō est pastor & c. Ioan. 10. a. pag. 532. 533
Qui nō intrat per ostium in ouile ouium & c. Ioan. 10. b. pa. 386
Oues meæ uocē meā aud. & c. Ioā. 10. b. p. 684
Per me si quis introierit, & c. & pasqua uiuet. Ioan. 10. b. pa. 697. 698
Hyems autem erat. Ioan. 10. d. pa. 247
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est. Ioan. 10. g. pag. 128
Qui credit in me etiā si mortuus fuerit uiuet. Ioā. 11. c. pa. 145. 146
Ego sum resur. & c. uita & c. Ioan. 11. e. pa. 551
Vbi posuistis eum. Ioan. 11. e. pa. 4
Quid putatis, quia nō uenit ad diem festū istius? Ioan. 11. g. pag. 191
Ecce totus mundus post eū abiit. Io. 12. c. p. 208
Nisi gramen triticum cadens & c. Ioan. 12. c. pa. 183. 289. 290. 328
Cœpit lauare pedes discipu. Ioā. 13. a. pa. 76
Eme ea quæ opus sunt ad diem festum. Ioan. 13. c. pagina 191
Mandatū nouū do uobis & c. Ioā. 13. d. p. 207
In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ioā. 14. a. pagina 286. 606. 607
Pater qui in me manet, ipse facit opera. Ioan. 14. b. pagina 551
Maiora horum faciet. Ioan. 14. b. pa. 312
Pacem meam do uobis & c. Ioā. 14. d. pa. 435
Aduocatus autem spūs, quē mittet pater, & c. Ioan. 14. d. pag. 26
Ego sum uitis, & uos palmites. Ioan. 15. a. pagina 690. 691
Sine me nihil potestis facere. Ioā. 15. a. pag. 113
Maiorem hac dilectionem nemo habet, & c. Ioan. 15. b. pag. 603
Omnia quæ audiui à patre meo nota feci uobis. Ioan. 15. b. pag. 26
Vos amici mei estis, si feceritis, & c. Ioā. 15. b. pagina 522
Hæc mando uo. ut dili. inuicē. Ioā. 15. c. pa. 250
Si non uenisset, & c. peccatum non haberent. Ioan. 15. d. pag. 203
Ipse arguet mundū de peccato. Ioā. 16. b. p. 203
Quam iero. mittā eū ad uos. Ioā. 16. b. pa. 16

Si non abiero, paracletus non ueniet. Ioan. 16. b. pagina 455
Multa habeo uobis dicere & c. Ioā. 16. c. pa. 26
Hæc est uita æterna, ut cognoscāt te & c. Ioā. 17. a. pag. 436
Pro eis ego sanctifico meipsum & c. Ioan. 17. c. pagina 547
Stabat ad prunas, quia frigus erat. Ioan. 18. c. pagina 247. 383
Nō habemus regē nisi Cæsarē. Ioā. 19. c. p. 462
Hi ergo spongiam plenam aceto hyss. cir. obtu. ori eius. Ioan. 19. f. pag. 53
Cōtinuo exiuit sanguis, & aqua & c. Ioan. 19. f. pagina 583. 602
Vade & dic fratribus m. Ioā. 20. d. pa. 243
Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis & c. Ioan. 20. f. pag. 677. 682. 113. 104
Vado piscari. Ioan. 21. a. pag. 739
Mittite in dexteram. Ioan. 21. b. pag. 129

EX EPIST. BEA. PAV. LI AD ROMANOS.

Reuelatur enim ira Dei de cœlo. Rom. 1. a. pa. 45. 46
Thesaurizasti tibi irā in die iræ. Ro. 2. a. p. 37. 787
Circumcisio quidem prodest & c. usq; Sed ex Deo. Rom. 2. d. pa. 95
Fiat autem Deus uerax. Rom. 3. a. pa. 49
Quem proposuit Deus propiciatorum p̄r. fidem in sanguine eius. Rom. 3. d. pa. 721
Gloriamur in tribulationibus, scientes, quia tribulatio & c. Rom. 5. a. pa. 31
Sicut enim exhibuistis mēbra uestra seruire iniūquitati & c. Rom. 6. d. pa. 98. 687
Quū enim essemus in carne, passiōes quæ p̄r. legem erant & c. Rom. 7. b. pa. 266
Video aliam legem in membris meis & c. Rom. 7. d. pagina 75. 87
De peccato dānauit peccatum & c. Rom. 8. a. pagina 298
Nā quod impossibile erat legis, in qua infirmabatur per carnem. Rom. 8. a. pa. 96
Prudētia carnis mors est & c. Rom. 8. a. p. 266
Accipistis spiritum adoptionis filiorū. Rom. 8. c. pagina 201
Quid oramus si. op. ne. Rom. 8. c. pa. 109
Vanitati creatura subiecta est non uidēs. Rom. 8. d. pagina 350
Etiam nos ipsi prinitias spiritus habētes & c. spe enim salū facti sumus. Rom. 8. c. pa. 204
Quos enim p̄r. adēstinauit, hos & uocauit & c. Rom. 8. f. pa. 26
Quis accusabit aduersus electos Dei & c. Ro. 8. f. pagina 29
Si fuerit numerus filiorum Israel & c. Esa. 10. f. 23
Rom. 9. f. pag. 23

INDEX

Quid ergo dicemus, quia gētes, quae non facta bantur iustitiam &c. Rom. 9. g. pag. 390

AD CORINTHIOS PRIOR.

Quia i oibus diuites facti estis. 1. Cor. 1. a. p. 139

Cor. 7. b. pag. 257

in Christo &c. 1. Cor. 15. c. pa. 144

Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Gal. 2. d. pa. 267

AVTORITATIVM. Philip. 4. a. pag. 279, 280

AD COLOSSENSES. Qui est primogenitus ois crea. Col. 1. b. pa. 732

AD HEBRAEOS. Nusquam enim angelos appreh. Heb. 2. d. p. 133

AD CORINTHIOS POSTERIOR.

Christi bonus odor sumus. 2. Cor. 2. d. pa. 210

AD EPHESIOS.

Et ipsu dedit caput sup. oem ecc. Eph. 1. d. p. 84

AD TIMOTHEVM PRI MA ET SECVNDA.

Finis praecepti charitas. 1. Tim. 1. a. pa. 207

AD PHILIPPENSES.

Et quid agā, ignoro, cōpel. autem ex duo. &c. Phil. 1. c. pagina 29

AD GALATAS.

Petrus, & Iacobus, & Ioānes, qui videbantur columbae esse. Gal. 2. b. pa. 111

PETRI PRIMA ET SEC.

Benedictus Deus &c. in hereditatē incorruptam, & immaculatā &c. 1. Pet. 1. c. pa. 268

ACTVVM APOSTOL.

Visa sunt illis linguae diuise tanquam ignis. Act. 2. a. pagina 109, 393, 346

INDEX

Sic & nos simili forma saluos facit baptisma. 1. Pet. 3. d. pagina 220. 234

IOANNIS EPISTOLA.

Si dixerimus quia peccatū &c. 1. Ioan. 1. c. p. 203

APOCALYPSIS.

Primus & nouissimus. Apoc. 1. a. pa. 583

INDEX NONNVLARVM

SENTENTIARVM, HOC IN VOLVINE ORDINE ALPHABETICO CONTENTARVM.

A Damas nec ferro, nec igne vincitur, sed hircino sanguine. pagina 401

septem candelabra. Apoc. 1. c. pag. 65

11. a. pagina 70

Apocryphis nullā esse auctoritatē. pag. 13

Beneficentia quid sit. pag. 250

Caliamenta Dei. pag. 40

Demonones spiritus corporeis ignibus cruciantur. pag. 404

Facies Dei. pagina 44

gna 139

Clavis spiritualis quid sit. pag. 103

Confessio spirituali seniori fienda. pagina 421

Corpus Christi quomodo sit, uel sit ex pane, & uino. pag. 566

Corpus Christi amplus est quam mamma de cœlo. pagina 582

Corpus Christi alienum ab omni corruptione. pagina 580

Demonia corpora habent aërea, ut nonnulli aiunt. pag. 403

Fides. pagina 251, 253

gna 139

Doctorum intelligentia qualis. pag. 301

Emphasis quid sit. pagina 19

Epistola Petri. pagina 13

Epiphonema quid sit. pag. 19

Equæ in Cappadocia uento cœcipiunt. gina 401

Exemplaria Latina quam sunt uaria, recurrentum est ad Græcum, uel Hebræicū. gina 7

Fides sine operibus non est uera fides. pa. 251

gna 139

INDEX

Frates Christi qui dicuntur pag. 243
Fruus quid sit pagina 250
Fruuntur in beatitudine tripliciter Deo pa. 436
Fruus cur dicatur spiritus sancti opera p. 250
Fruus centesimus uirginis datur pa. 253
Fulgur a uide generentur pag. 664
Furor Dei pagina 38
Fundamentum in fidem esse informem falsè nonnulli putauerunt pag. 229
Futurum ita factum est in predestinatione p. 295
Futurum non est in deo pag. 44
Futurum uice preteriti imperfecti, & uice presentis, & infinitiui, siue gerundiij. pa. 49

Hostia omnis Christi habet imaginem pa. 361
Hostia, & uictima, non principaliter à Deo quaesita pagina 362
Hostia diuersè cur mandabantur pag. 361
Humilitas sublimioris philosophiae m. pa. 425
Iacobus uirgo, ob cuius necem Hierusalem subuersa est pagina. 268
Incircumscriptus dicitur Deus pag. 38
Incorruptio communis omnium, immutatio istorum pag. 143
Incorporeus dicitur Deus pag. 38
Indurare Dei pag. 41
Infinitium uel gerundium uice preteriti perfecti, & imperfecti pag. 48
Infinitium uice imperati, & uice futuri. pa. 48
Ignis natura lucet, & cremat. pa. 39
Ignis tres species pag. 231
Ignis gehennae corporeus, inextinguibilis p. 397
Ignis inferni corporeus, spiritum tenet, & cruciat uidendo, & experiendo pag. 398
Ignis inferni ut magis torqueat, aliquid lucis habet pagina 398
Ignis unus inferni, non uno modo cruciat omnes pagina 399
Ignis inferni non lucet ad consolationem, sed ad poenam pag. 398
Ignis inferni, lumen non habet pag. 397
Ignis inferni corpora, & animas cruciabit, pagina 397
Ignis inferni inuisibilis pag. 403
Igne mundus cremabitur pag. 417
Ignis purgatorij quae purget peccata pa. 223
Ignis purga, credendus ex euangelio pa. 227
Ignem purgatorium negans, contra Deum loquitur, & haereticus est pag. 229
Ignis lucidus, adusta nigrescere facit, & lapides coctos, nigrescere facit, quanquam ille rubet pagina 400
Iniuria Dei, & propria, quomodo condonanda pagina 421
Illocalis dicitur Deus pag. 38
Interiectio, motum animi significat pag. 2
Interpretis boni regula pag. 7
Interpretatio Italica ceteris preferenda secundum Augustinum pag. 4
Interpretum Latinorum infinita uarietas pa. 2
Inuisibilis dicitur Deus pag. 38
Imago Dei pag. 38, 39, 43
Imago, & aequalitas in patre, & filio pa. 406
Imago saluatoris non colitur ut Deus, sed fit ob filij Dei recordationem pag. 407
Imago, siue pictura saluatoris cur fit pa. 407
Imago hominis in speculo habet similitudinem, sed non aequalitatem pag. 406
Imago interdum in materia dicitur pa. 405
Imago naturae, ac substantiae pag. 406
Imago similitudo, & aequalitas est inter patrem, & filium pag. 406
Imaginem patris, ac filij spiritum sanctum esse Graeci asserunt, quod in scripturis non reperitur pagina 406
Imaginem Christi Lucas pinxit pag. 418

Imagines frangere, praesumptio est pa. 407
Imaginum uenerationem statuit Gregorius congregata synodo nongetorum episcoporum, & earum uiolatores excommunicauit pa. 408
Imagines facere non est prohibendum pa. 408
Imagines antiquitas factae pag. 407
Imagines nullus ante Gregorium sacerdos fecit pagina 407
Imagines in ecclesijs non sunt infringendae pa. 407
Imagines fregit Serenus episcopus, & à Gregorio reprehenditur pag. 407
Immensus dicitur Deus pag. 38
Immutatio pro glorificatione pa. 144, 145
Immutabilis dicitur Deus pag. 38
Imperatiuus modus pro optatiuo in sacris litteris pagina 49
Ioannes uirgo fuit pag. 260
Ioannes usque ad Traianum uixit pa. 261
Iphigenia uirgo pagina 269
Ira Dei quid sit pagina 36
Ira Dei pag. 38, 41, 44, 45, 46
Ironia tropus pagina 17
Ironia quid sit pag. 20
Ison quid sit pagina 20
Iudas an accepit corpus Christi pag. 589, 594, 596
Iudas interfuit consecrationi corporis Christi, & accepit pag. 589
Iudas non accepit Christi corpus, secundum Hieronymum pag. 589
Iudicium extremum ignorant, qui peruersa faciunt pagina 314
Iugum euangelij quo pacto lege sit leuius pag. 424
Iugum quomodo leue pag. 425
Iustitia ceterarum uirtutum concordia, & mater pag. 217
Iustitia omnibus mandatur pag. 271
LAbia Dei pagina 38
Leprarum species pag. 466
Leptologia quid sit pag. 20
Lex non soluta, sed impleta pag. 364
Liberum arbitrium homo accepit pa. 641
Liberi arbitrij merito beatitudinis, si non peccasset, attigisset primus homo pag. 641
Liberum arbitrium negabant Manichaei pa. 556
Libertate arbitrij mens in culpam cadit pagina 464
Libertate arbitrij mens condita est pa. 464
Libri canonici qui habeantur pag. 11
Libros canonicos prius esse legendos pa. 10
Liber uitae quid sit pag. 280
Lignum ficus Aegyptiae mergitur, & madefactum emergit pag. 401
Lingua Dei pagina 38
Linguam Hebraeam, Graecamque ad litterarum sacrarum cognitionem, esse necessariam pa. 1
Lingua Hebraea fuisse primitiua in hominum usu, & unde nomenclaturam habet pa. 1
Linguarum notitia, & nominum Hebraeorum interpretationes quid conferant pa. 9

Literarum Christianarum magnam esse profunditatem pag. 34
Literas Hebraicas non à lege inceperunt, sed puenisse ad Abraham per successionem patrum pa. 1
Literis in sacris sunt nonnulla ambigua pa. 26
Literis in sacris esse sanam eloquentiam p. 30, 31, 32
Literis in sacris multa inter sese pugnare uidentur, quae si rectè intelligantur, nullam habent differentiam pag. 50
Literas Isis docuit pag. 2
Locutio Dei qualis pag. 36
Locutionis genus ante oia considerandum p. 15
Locus idem uariè intelligi potest pa. 16
Longanimitas quid sit pag. 250, 252, 253
Loqui Dei pagina 40
Loquitur Deus hominibus, aut per semetipsum, aut per Angelum pag. 511
Loquitur deum ad angelos quid sit pag. 509
Loquitur deus per angelum multis modis pa. 511
Loqui diabolum ad Deum quid sit pag. 510
Loquitur diabolus ad Deum tribus modis p. 510
Loqui Deum ad diabolum quid sit pa. 510
Loquitur deus ad diabolum quatuor modis p. 510
Loqui homines cum Deo quid sit pa. 510
Loqui ex Deo, & coram Deo quid sit pa. 510
Lucifer cunctis Angelorum agminibus fuit praefatus pagina 445
Lucus unde dicitur pag. 17
Lux aeterna per scripturam, & creaturam sese declarat pag. 523
Lux hominum specialiter Christus pa. 523

Mandati forma praecipua, & uoluntaria pagina 274
Magnes mirabilis ferri raptor p. 401
Magnes iuxta adamantem non rapit ferrum p. 401
Malum turpitudine est pag. 347
Manna die dominico datum est pag. 540
Manna figura uniuersalis liber auitatis Dei pagina 542
Manna intelligibile, Christus pag. 544
Manna uerum, filius Dei pag. 543
Manna quomodo habebat omne delectamentum pagina 541
Manna umbra, & figura Christi pag. 546
Manere in Christo, & Christum in se manentem habere est effectus eucharistiae, & non ipsum sacramentum pag. 567
Manus Dei pagina 39, 44
Mansuetudo quid sit pag. 250, 251, 253
Matrimonia non damnat ecclesia pag. 269
Melchisedech fuit homo, & non angelus, aut spiritus sanctus, aut filius Dei in persona, sed in figura pag. 583, 592, 599
Melchisedech fuit Sem filius Noe pa. 584
Metabole quid sit pag. 20
Metaphora quid sit pag. 17, 20
Metastasis quid sit pag. 20
Metonymia quid sit pag. 20
Metriasmus quid sit pag. 21
Minerua uirgo pag. 269
Minister Dei qui dicatur pag. 396
Ministrare, & assistere, quo pacto differant pagina 447

Miser cordia Dei pagina 45, 46
Mysteria Christianorum anteriora, & diuinita sunt, quam ludaeorum pag. 581
Modestia quid sit pag. 251, 252
Motes quidam Siciliae flammis semper aestuant p. 400
Mors carnis, & animae pag. 642
Mors duobus accidit modis pag. 641
Mors naturae, & culpa, & mori peccato pagina 645
Mors tres pag. 642, 644
Mori primus homo potuit, & non mori pa. 641
Morituros omnes communiore, & securiore opinio pagina 151
Mulier obediens uirgini inobedienti praepositur pagina 253
Musicae ignorantia, non pauca claudit mysteria pagina 10
Mutabilitas non est in deo pag. 45
Mutabile est corruptibile, & non econuerso pagina 143

Nescire Dei pag. 411
Nares Dei pag. 38
Nudum deo omne secretum pa. 177
Numerorum imperitia multa facit non intelligi pagina 10

Obedientia prima uirtus pag. 498
Obedientia uirtus qualis pag. 410
Obedientia uicinis praepositur pa. 410
Obelos, & asteriscos cur diuus Hieronymus in priori editione addiderit pag. 6
Obliuio Dei pag. 38, 41
Obscurior a manifestioribus illustranda pa. 10, 15
Oculi Dei qui sint pag. 38, 44
Olympus mons qualis pag. 14
Opera nostra nostro indigent studio, & ope diuina pagina 250
Os Dei pagina 38
Ostendere Dei pag. 40

Palca uim frigidam, & feruidam habet pagina 400
Pallium Dei pag. 40
Palpebrae Dei pag. 38
Panis de caelo, Dominus Iesus pag. 559
Panis uerus unigenitus filius pag. 543
Panis Christi discrimen à manna pag. 567
Panem uerum, & c. non manducauerunt anti qui pagina 562
Panis accedente consecratione fit caro Christi pag. 581
Parabola quid sit pag. 21
Paradigma quid sit pag. 21
Paradoxa quid sit pag. 21
Paranomasia quid sit pag. 21
Paranoia quid sit pag. 21
Paraprosodia quid sit pag. 21
Parca unde dicitur pag. 17
Parentesis quid sit pag. 21
Parison quid sit pag. 21
Participium actiuum pro passiuo, & econuerso pagina 48
Passiones, siue perturbationes quatuor pa. 165

Patientia quid sit pag. 250, 251, 253
Patria castitatis in caelo pag. 277
Paulus coniugio non fuit alligatus pagina 276, 279, 284
Pauonis caro non putrescit pag. 400
Pax quid sit pag. 250, 251, 253
Peccatum impletur suggestionem, delectationem, consensu pag. 642
Peccatum nullum post hanc uitam remitti quidam putauerunt, quorum opinio sanctis, & euangelio aduersatur pag. 230
Peccatum in spiritum sanctum pag. 243
Peccatum regnare in corpore quid sit pa. 177
Peccatum ad mortem quid sit pag. 243
Peccati tres differentiae, in corde, factio, & consuetudine pag. 642
Peccati & delicti discrimen pag. 620
Peccata magnorum uirorum cur scripta pa. 15
Peccata ad mortem, peccata grauiora, quae sanctorum orationibus reseruantur pa. 244
Peccata non ad mortem peccata sunt leuiora pagina 244
Peccata ad mortem, praemittenda soluuntur pa. 244
Peccata uenialia oratione diuina soluuntur pa. 243
Peccatorum uenialium tria genera pa. 329
Pedes Dei pag. 38, 39, 44
Perfectus non est qui patiens non est pa. 152
Petrus apostolatus principatum ha. pa. 102, 103
Petrus primus in Apostolorum ordine pa. 102
Petrus ecclesiae figura habuit pa. 103
Peusis quid sit pag. 21
Philosophorum, & ethnicorum bene dicta in nostrum usum esse conuertenda pag. 28
Pictura, hoc idiotis praestat, quod legentibus scriptura pag. 407
Pyrites lapis pressus manum adurit pa. 401
Piscina unde dicitur pag. 17
Piscinam Siloae quid insinuet pag. 9
Pythagorae discipuli quinquentio silebant pagina 424

Plato Hieremiae prophetae temporibus profectus est in Aegyptum pag. 28
Pleonasmos quid sit pag. 21
Poma in terra Sodomorum maturescunt, mors uero, praesens, euanescent pag. 401
Pompeius cepit Hierusalem pag. 461
Pannorum octo genera pag. 404
Pauitencia Dei pag. 38, 41, 44, 45, 46
Pauitencia dicitur peccatum quod homo deserit pagina 229
Pauitenciae locum semel esse in ecclesiam pauitauit Origenes pag. 421
Posteriora Dei pag. 38, 39
Precationes pro defunctis profunt, & minima purgant peccata pag. 223
Praecipitur quaedam oibus, nonnulla singulis p. 15
Praecipitur euangelium quae possumus pag. 424
Praecipitur bona pag. 271
Praecepti & consilij discrimen pag. 274
Praesentia non est rerum praeteritarum pag. 45
Praesentia Dei pag. 44
Praeteritum uice imperatiui pagina 48
Praeteritum ponitur uice futuri pag. 48

Praeteritum

P raeteritū perfectum pro praeterito plusquam perfectū pag. 43	Scientia Dei quo pacto insinuat. pa. 45
Procatleptis quid sit. pagina 21	Scripturae cur figuris obteguntur. pag. 17
Prohibentur in scripturis mala. pa. 271	Scripturae ad quae uerba descendunt. pag. 44
Prophetarum eloquia tripartita. pag. 14	Scripturae sancta omnibus posterioribus episcoporum literis praeponeitur. pag. 12
Prophesis quid sit. pa. 21	Scripturae canonicae autoritas quata sit. pa. 11
Propopoeia quid sit. pag. 21	Scripturae sacrae sic loqui, ut quod semper est, tunc fieri dicatur, quū cognosci coeperit. p. 34
Prouidentia dei quid sit. pag. 36	Scripturis in sanctis non solum dicentis personam laetiter comitari, uerū etiā et eorum ad quos fit sermo, uel de quibus sermo sit. pa. 35
Pudicitia semper tenuit principatū, etiā apud Barbaros. pag. 269	Scripturarū autores in nullo errarunt. pa. 12
Pudor etatis uiridioris ornatum. pa. 46	Scripturarū locutio accipienda secundū cuiusque linguae proprietatem. pag. 14
Purgatorius ignis. pag. 421	Sedere Dei. pag. 40
Purgatoriū esse, uniuersū credit Eccle. pa. 229	Selenitis lapidis candor luna crescente, et deo crescente, crescit, et deficit. pag. 401
Q uadragesimae numeri sacramentū. p. 10	Septenarius numeri sacramentū. pag. 10. 24
Quinquagenarius numeri sacramentū. pagina 10	Septimum caput prioris ad Corinthios epistolae multis in capitibus exponitur libr. 4. ad mysticos sensus, capite 25. et sequentibus.
Quinquagenarius nune remissionis. p. 63. 100	Septuaginta cellulae sine autore iactantur. pa. 9
R atio contra scripturarum auctoritatem non est uera. pag. 12	Lxx. interpretatio in multis deficit. pa. 7. 8
Rationibus humanis non esse fidendum. pagina 16	Lxx. interpretibus neminem praefendum secundum Augustinum. pag. 3
Recordatio Dei. pa. 38	Lxx. non uates, sed interpretes fuere. pa. 8
Regulae septē Ticonij, quibus clausa multa praetefunt in scripturis, per diuini Augustinum declarata. pa. 22	Lxx. interpretes, et eorum auctoritas. p. 3. 4. 5. 6
Resurrectioni carnis uehementer contradicitur. pagina 529	Sibyllae uirgines. pag. 269
Resurrectionem mors praecedat. pa. 148	Signorum siue uerborū duae sunt formae. pa. 4
Resurrectio animae, et corporis. pa. 647	Syllepsis quid sit. pag. 21
S abellus patre, et filium eundem esse dixit. pagina 36	Similitudo continuo non habet imaginē. pa. 406
Sacerdotū maxima potestas non est contentenda. pagina 103	Similitudines inferiorum in caelestibus. pag. 325
Sacerdotum potestas, principum superat potestatem. pag. 103	Synachrisimos quid sit. pa. 21
Sacerdotibus uxores habere non licet. pa. 264	Syndicasmos quid sit. pag. 21
Sacramentum ut à ieiunio sumatur, placuit spiritui sancto. pa. 578	Synecdoche quid sit. pag. 21
Sacramentū, et uirtus scilicet differunt. pa. 560	Synchoreis quid sit. pag. 21
Sacramenti Eucharisitiae forma exponitur. pagina 600	Synchrisis quid sit. pag. 21
Sacrificia singula modum habent, non citra autem. pag. 363	Sinistra dei. pag. 38. 39
Sacrificia cur Deus permiserit. pa. 363	Somatopeia quid sit. pag. 21
Sacris in literis affectus humani, membra humana, et ea quae propria corporum sunt, quo pacto Deo tribuantur. pa. 36. 38	Spadonum, siue Eunuchorum tres differentiae ex euangelio. pag. 275. 280. 288
Sal Agrigentinus igni admotus, feruescit, aquae adiunctus, crepitat. pa. 401	Spiritus generale nomen incorporeae substantiae. pag. 396
Salamanca in uinit in igne. pa. 400	Spiritus sanctus non est creatura, sed deus. p. 333
Sanguinis Christi mirabiles effectus. pa. 557	Spiritus sanctus patris et filij proprius. pa. 386
Sanguis Christi diluit in aeternū. pa. 580	Spiritus sanctus patri et filio coaeternus. pa. 390
Sapientia à scientia discernitur in hominibus, non in deo. pag. 45	Spiritus sanctus quomodo mobilis, et stabilis dicatur. pag. 390
Scapula Dei. pag. 38. 39	Spiritus sanctus quando deserit, et in quibus permanet. pagina 390
Scientia Dei, et humana non est comparatio. pagina 45	Stare dei. pag. 40
Scientia quo pacto de Deo dicatur. pa. 45	Suadentur perfecta. pag. 271
Scientia Dei nihil teporaliter accedit. pa. 44	Superbia maximum uitium. pag. 498
Scientiarum initia perfectam non consequuntur scientiam. pag. 363	Supplicium inferni aeternum. pag. 399

ditae, tenendae. pag. 408	V erbū cur Dei filius dicitur. pag. 523
Transire Dei. pag. 40	Verbū idē, non idē ubique significat. p. 15
Tricenarius numerus. pag. 63	Vermis cur dicitur Christus. pa. 587. 589
Tricesimus fructus cur nuptijs datur. pa. 253	Vestimentum dei. pag. 38. 40
Trinitatis substantia indiuisa. pag. 333	Videre dei. pag. 41
Trinitatis officio cū substantiae unitate. pa. 715	Vini consecratio. pag. 602
Trinitatis sacramentū indicatur. pag. 618	Virgo deo dicata, si nup. dānatur. pa. 258. 283
Tropus quid sit. pag. 18. 25	Virgo sanctimonialis si nupserit, adultera est. pagina 284
Tropos non esse mendacia. pag. 17	Virgo carne, et spiritu, hostia Christi est. pagina 259
Troporum cognitionē esse necessariā. pa. 16. 17	Virgo caeli signum. pag. 269
V	Virgo non est, quae mundi curā suscipit. pa. 279
Verbū cur Dei filius dicitur. pag. 523	Virginis sponsus, Christus. pag. 277
Verbū idē, non idē ubique significat. p. 15	Virginitas quid sit. pag. 277
Vermis cur dicitur Christus. pa. 587. 589	Virginitas Angelica portio quid sit. pa. 282
Vestimentum dei. pag. 38. 40	Virginitas deo dicata honoratur. pag. 282
Videre dei. pag. 41	Virginitas etiā corporis spiritalis est. pag. 282
Vini consecratio. pag. 602	Virginitas uera, puritas animae. pag. 279
Virgo deo dicata, si nup. dānatur. pa. 258. 283	Virginitas exemplo apostoli in primis praedicatur. pagina 272
Virgo sanctimonialis si nupserit, adultera est. pagina 284	Virginitas caeteris paribus nuptijs praefertur. pagina 253
Virgo carne, et spiritu, hostia Christi est. pagina 259	Virginitatis autor, Dei filius. pag. 277
Virgo caeli signum. pag. 269	Virginitatem nuptijs praefertendā. pag. 270
Virgo non est, quae mundi curā suscipit. pa. 279	Virginitatem uel castitatem qui uouit, si nubat, peccat. pag. 273
Virginis sponsus, Christus. pag. 277	Virginitate dissuadentes notantur. pag. 358
Virginitas quid sit. pag. 277	Virginitate nihil honestius. pag. 279
Virginitas Angelica portio quid sit. pa. 282	Virginitatis, et nuptiarū diuersa dona. p. 257
Virginitas deo dicata honoratur. pag. 282	Virgines Locridae. pag. 270
Virginitas etiā corporis spiritalis est. pag. 282	Virgines quo malo careant. pag. 286
Virginitas uera, puritas animae. pag. 279	Virgines populus Romanus in honore habuit. pagina 269
Virginitas exemplo apostoli in primis praedicatur. pagina 272	Virgines nonnullae, ut uirginitatem seruarent, in puteum se proiecerunt. pag. 269
Virginitas caeteris paribus nuptijs praefertur. pagina 253	Virgines quinquaginta pro pudicitia occubuerunt. pagina 269
Virginitatis autor, Dei filius. pag. 277	Virgines cur Christus magis amat. pag. 258
Virginitatem nuptijs praefertendā. pag. 270	Virgines uerā habēt carnis circūcisionē. p. 98
Virginitatem uel castitatem qui uouit, si nubat, peccat. pag. 273	Virgines Milesiae. pag. 270
Virginitate dissuadentes notantur. pag. 358	Virginum magna merces. pag. 286
Virginitate nihil honestius. pag. 279	Virginibus gaudiū erit peculiare. pag. 283
Virginitatis, et nuptiarū diuersa dona. p. 257	Voluntas dei quid sit. pag. 36
Virgines Locridae. pag. 270	Vouens castitatem, nubere non potest. pa. 287
Virgines quo malo careant. pag. 286	Votum conjugale, uotū uirginitatis. pag. 283
Virgines populus Romanus in honore habuit. pagina 269	Vri quid sit. pag. 284
Virgines nonnullae, ut uirginitatem seruarent, in puteum se proiecerunt. pag. 269	Vterus dei. pagina 38. 39
Virgines quinquaginta pro pudicitia occubuerunt. pagina 269	Vulcani olla in quam Theodoricus rex fuit iactatus. pagina 399
Virgines cur Christus magis amat. pag. 258	Vxorē suam, uisusque hab. cur dicitur est. pa. 253
Virgines uerā habēt carnis circūcisionē. p. 98	Z elare dei. pagina 43. 45. 46
Virgines Milesiae. pag. 270	
Virginum magna merces. pag. 286	
Virginibus gaudiū erit peculiare. pag. 283	
Voluntas dei quid sit. pag. 36	
Vouens castitatem, nubere non potest. pa. 287	
Votum conjugale, uotū uirginitatis. pag. 283	
Vri quid sit. pag. 284	
Vterus dei. pagina 38. 39	
Vulcani olla in quam Theodoricus rex fuit iactatus. pagina 399	
Vxorē suam, uisusque hab. cur dicitur est. pa. 253	

INDEX DICTIONVM

SECUNDVM MYSTICVM SENSVM, ORDINE ALPHABETICO, hoc in uolumine, cum nonnullis alijs expōsitarij.

A byssus. pag. 51. 333. 443	Argentum. pag. 66. 74. 222. 226.	Carbones. pag. 84. 438	Crines. pag. 669
Abortiuus. pagina 52	228. 648. 734	Carbunculus. pa. 85. 78	Cruis. pag. 117
Abynthium. pagina 52	Aries. pag. 67. 300. 344	Carmen. pag. 489	Cubic. pag. 118
Acetum. pagina 53	Armatura. Arma. p. 67. 290. 397	Caro. pag. 678	Culex. pag. 30
Accipiter. pagina 53. 338	Armille. pa. 68. 319	Cassia. pag. 174	Crystallus. pag. 119
Acus. pagina 80	Aromata. pag. 68	Catena. pag. 85. 299. 629	Currus. pag. 163
Accubitus. pagina 653	Arundinetum. pag. 68	Caverna. pag. 85	Currus Dei. pag. 119. 315
Adamas. pagina 52. 62	Asinus. pa. 69. 163. 675	Cæcus. pag. 86. 527	Cyniphes. pag. 164. 651
Adolescentulus. pag. 53. 54	Aspis. pa. 738. 809	Cedrus. pag. 86. 473	Cynomya. pag. 651
Adoptio. pagina 201	Astra. pag. 70	Cæli. p. 86. 136. 307. 314. 489. 529	Cyphus. pag. 769
Aedificatio. pag. 297	Atomus. pag. 149	Centū, siue ceterarius numerus. pa. 88. 62. 255. 310	D
Aenigma. pag. 17. 18. 19	Atrium. pa. 70. 141. 777	Cæra. pag. 713	Daemonia. pag. 120
Aes. pag. 53. 186. 444. 702. 777	Auaritia. pa. 185	Cerue. pag. 386	Decachordū Psalt. p. 120
Aestus. pag. 54. 185	Auis. pa. 70. 520	Ceruix. pag. 88	Decem, siue denarius numerus. pag. 120. 304. 760. 726
Aestas. pag. 54. 197. 240	Aures. pag. 750	Ceruus. pag. 89. 84. 233	Decime. pag. 120
Aetates. pag. 54	Auriga. pag. 315	Chrysolithus. pag. 298	Decor. pag. 121
Actiologia. pag. 19	Aurora. pag. 70	Chrysopasus. pag. 298	Dedicatio. pag. 122
Ager. pa. 54	Aurum. pag. 71. 81. 217. 226. 228. 370. 396. 412. 443. 534. 648. 721	Cibus. pagina 90	Defectus. pag. 111
Agricola. pa. 55. 196	734. 752. 783	Cicatrix. pag. 92. 465	Deliciae. pag. 123
Agnus. pag. 55. 469. 473. 485	Auster. pa. 72. 355. 769	Cidaris. pag. 93. 805	Dentes. pag. 125
Agrina. pag. 83	B	Cygnus. pag. 93	Depositum. pag. 127
Albedo. pag. 470	Aculus. pagina 73	Cilicium. pag. 95. 726. 705	Desertum. pag. 125. 126. 345. 411
Ala. pag. 56	Balsamum. pag. 73	Cymbalum. pag. 94	Deuxtera. pagina 128. 76. 136.
Allegoria. pag. 13. 14. 18	Balticus. pag. 74. 298	Cymimum. pag. 94	434. 435. 669
Alligamentum. pag. 173	Baptismus. pa. 203	Cincinnum. pag. 94. 387. 742	Dextralia. pag. 319
Alma. pagina 263	Barba. pag. 74. 468. 586. 796	Cingulum. pag. 74	Dies. pag. 132. 192. 784
Altare. pag. 56. 750	Bases. pa. 74. 776	Cius. pag. 74	Digitus. pag. 135. 431
Ambulare Dei. pag. 40	Basiliscus. pa. 74	Circulus. pag. 655	Dij. pagina 127
Ametistus. pag. 60. 298	Beryllus. pag. 298	Circuncisio. pag. 95	Diluculum. pag. 137
Amor. pag. 352	Bestia. pa. 74. 439	Cithara. pag. 98. 99	Dihuum. pag. 137
Amicus. pag. 522	Bos. pag. 75. 69. 218. 344. 685	Ciuitas. pag. 100	Diuitiae. pag. 138. 435
Amphora. pag. 57. 716	Botrus. pa. 75. 590. 686. 808. 809	Claudus. pag. 86	Domus. pagina 140. 112. 181
Amrygdalus. pa. 57. 506	Brachium. pag. 76. 369. 677	Clausus. pag. 101. 130. 167. 507	Dormire. pag. 141
Analogia. pagina 13	Bruchus. pa. 76. 165	Clypeus. pag. 105. 335	Draco. pag. 152. 335. 338. 449. 675
Anaphora. pag. 18	Butyrum. pa. 76. 212. 433	Coccus. pa. 106. 110. 383. 430. 384	Dragma. pag. 154. 124
Anastrophe. pag. 18	Byssus. pag. 110. 723	Cocytus. pag. 317	Duodenarius nune. pa. 155. 439
Angeli. pag. 57. 418	C	Collis. pag. 314. 412	E
Anguli. pag. 126. 433	Adauer. pag. 77	Collum. pag. 632. 669	Ebur. pagina 158. 433
Annalia. pagina 57. 743	Calamus. p. 77. 68. 69. 136. 335. 768	Collyrium. pag. 106	Electrum. pag. 159. 511
Annulus. pagina 319	Calcedonius. pa. 297	Color. pag. 110	Engaddi. pag. 76
Annus. pag. 58. 133. 192	Calcaneus. pag. 153	Columba. pag. 106. 117	Ensis. pag. 315
Anchora. pag. 58	Calciamentum. pa. 77. 185	Columna. pagina 110. 74. 140. 495. 702. 777	Equus. Eques. p. 159. 429. 631. 729
Ancilla. pag. 111. 141	Calculus. pa. 78	Coma. pag. 699. 723	Eruca. pagina 164
Antennule. pag. 648	Caligo. pag. 78. 770	Compago. pag. 316	Erugo. pag. 166. 788
Apes. pag. 618	Calix. pag. 78	Concubina. pag. 668	Escia. pagina 77
Aqua. p. 58. 161. 231. 235. 236. 237. 373. 374. 375. 378. 489. 493. 662	Camelus. pa. 79. 429. 684	Cophinus. pag. 199	Euphrates. pag. 216
Aquila. pag. 59. 168	Caminus. pag. 80. Camus. pa. 242	Comallis. pa. 233. 289. 320. 356	F
Aquilo. pag. 60. 72. 73. 355. 480. 621. 676	Campus. pag. 80	Chorda. pag. 99	Faba. pagina 166
Arare. pag. 61	Cadelabrū. p. 80. 311. 513. 517. 768	Cor. pagina 111	Faber. pag. 166
Aranea. pa. 66	Canis. pa. 81. 69. 613. 614. 615. 815	Coru. pag. 114. 159. 164. 166. 449	Facies. pa. 167. 168. 238. 767
Arbor. pag. 61. 328. 758	Canistrum. pag. 173	Corona. pag. 115	pagina 169. 79
Arca. pa. 61. 63. 109. 722. 769	Capparis. pagina 506	Cortex. pag. 336	Fax. pag. 170. 322
Architriclinus. pa. 338	Capillus. pag. 82. 785	Coruus. pag. 115. 109. 110	Fames. pag. 170
Archurus. pa. 65. 715	Capra. Caprea. pa. 83. 345. 341	Coturnix. pag. 544	Familia. pag. 172
Arctus. pa. 64. 185. 186. 748	Caput. pag. 84. 82. 142. 153	Crauer. pag. 117. 702	Fama. pag. 172
Arca. pag. 66			aficulus. pag. 173

INDEX

Fauces pag. 174
Fauilla pag. 175
Fauus pag. 175.430.618
Febris pag. 177
Femoralia pag. 178
Femur pag. 178.315.632
Fenestra pag. 179
Fera pag. 181
Ferculum pag. 181.495.734
Fermentum pag. 182.173
Ferrum pag. 185
Festum pag. 186
Ficus pag. 193
Filius filij dei filia pa. 200
Fimbria pag. 205
Finis pag. 206
Firmamentum pag. 207.87
Fistula pag. 99
Flare siue status pag. 207
Flamma pag. 747
Flos florere pag. 208.194.254.731
Fluenta pag. 432
Flumen siue fluius pagina 211.100.235.252
Faminalia pag. 804
Femur pag. 218.336.396
Folia pag. 194.195.496
Fons pag. 231.215
Foramina pag. 535
Fores pag. 239
Formica pag. 240
Fornax pag. 507
Fornicatio pag. 240
Fraxum pag. 242
Fratres pag. 243
Frigus pag. 246.324
Fructus pag. 248.614
Fruentum pagina 288.94.328.463
Frustra pag. 119
Fulgor fulgere fulgur fulgurare fulmen pag. 290.441.664
Fumus pag. 291.412.507.639
Fur pag. 788
Funda pag. 293
Fundamentum pagina 295.221.224.232
Fumis funiculus pa. 298.73.776
Gallus pag. 300
Gallina pag. 302
Gazophylacium pag. 304.683
Gene pag. 305.306
Gelu pag. 307.208
Geminem pag. 308
Gemma pag. 309
Geon pag. 309
Gibbus pag. 311
Gigas pag. 311
Glacies pag. 308
Gladius pag. 314.178.776
Glarea pag. 317.318
Gleba pag. 318.443
Grabatum pag. 455
Gradus pag. 319
Grando pag. 324
Granum pag. 325
Gressus pag. 329
Grex pag. 331.81
Gurgites pag. 771
Gutta pag. 174
Guttur pag. 332
Habitaculum dei pa. 332
Hamus pag. 334
Hastile pag. 768
Herba pag. 335
Hericius pag. 337
Herodius pag. 338
Heri pag. 339
Himmitus 160.161
Himulus pag. 341.498
Hircus pag. 342
Hirundo pagina 84
Hodus pagina 346
Holeris pagina 327
Holocaustum pa. 347.445.620
Homo pa. 350.202.351.352.428
Homicida pagina 744
Hordeum pagina 353.288
Hortus pagina 353.231
Hostia pagina 359.469
Humeralis pagina 778
Humeralis pagina 369
Humilis pagina 370.140
Hyacinthus pa. 370.110.298.319
Hyades pagina 371
Hydria pagina 371
Hydropicus pagina 381
Hyems pagina 381.54.240
Hyssopus pagina 383.467.473
Iacula pagina 384.290
Ianua pagina 386.649
Iaspis pagina 386.297.442
Ibix pag. 386.89
Idolum pag. 387
Iecur pagi 361
Ignis pag. 388.222.223.308
Imago patris filius pag. 405
Imagines ecclesiarum pag. 406
Imber pag. 408
Impetigo pagina 410
Inauris pagina 410.319
Incerfum pagina 411.140
Incircuncifus pagina 97.98
Inebriatio pagina 157
Infernus pagina 412
Infirmus pag. 413
Institores pag. 463
Insula pagina 416
Iordanis pag. 212
Ira pagina 205
Iris pagina 417
Irriguum pag. 419
Iubileus pag. 419
Iudicium pag. 149
Iugum pag. 422
Iumentum pag. 427.116.117
Iuncus pag. 68.335
Iuniperus pag. 429
Labia dei pag. 430
Labrum pagina 768
Labrusca pag. 432
Lac pagina 432.92
Lacus pagina 169
Laua pag. 434.137
Lagena pag. 437.310
Laguncula pag. 437.438
Lania pag. 438.337
Lamina aurea pag. 805
Lampas pag. 438.310
Lana pagina 441
Lancca pagina 441
Lapis pagina 442.142.186.296.734
Laqueus pag. 640
Latro pag. 475
Latus pagina 619
Lectus lectulus pagina 454.315.413.416
Legatus pag. 249
Leo pagina 459.81.168.300.485
Leena pag. 463.459
Lepra pag. 465
Leprosus pag. 465.671
Libanus pag. 721
Liber pag. 480
Lignum pag. 492.218.253
Lignum cedrinum pag. 467
Lilium pag. 498.210.211.341
Limen pag. 500
Limus pag. 169
Linum pagina 501.68.69.441.481
Linea pag. 502
Litus pag. 612.739
Locus pag. 502
Locusta pag. 505.165.506
Locutio dei pag. 509
Lucerna pagina 512.80.124.154.311
Lucifer pag. 518
Lumbi pagina 519.180.442.513
Lumbare pag. 520
Luna pagina 526.189.525.608.765
Lunaticus pag. 527.528
Lupus pag. 532
Lutum pag. 533
Lux pag. 521
Maceria pag. 535.648
Malleus pag. 536
Malogranatum pag. 196
Malum pomum pag. 209
Malum puniceum pag. 537.210.306
Malus arbor pag. 536.537
Mamma et mamilla pag. 538
Manna pag. 540
Mandragora pag. 604
Mant. pa. 605.335.544.586.588
Manipulus pag. 608
Mansio pag. 606
Manus pag. 609.82.130.132
Mare pag. 611.213.682.744
Margarita pag. 612.411
Maxilla pag. 616.244.777
Medicina pag. 616
Medulla pag. 617.316
Mel pagina 617.175.176.211.289.432
Mendicatus pag. 188.713
Mensa pag. 619.140.445
Mensis pag. 622.133.134.192
Mensura pag. 183
Mercenarius pag. 532
Meretrix pag. 623.242
Meridies pag. 624
Mesis pag. 626.240
Metreta pag. 630
Millenarius numerus pagina 628.760.808
Miluus pag. 716
Myrrha pagina 630.174.357.411.412.431
Myrmicaleon pag. 789
Myrthus pag. 631.161
Modius pag. 310.513
Mola pag. 125
Monile pag. 632
Mons pag. 633.233.314.327.341.459.412.700
Mors pag. 640.642.204
Mortuus pag. 640.642
Mulier pag. 172.173.176.182.245
Mulus pag. 242.429
Muramula pag. 647
Murus pag. 648
Musca pag. 650
Mutus pag. 678
Mustum pag. 438
Nardus pag. 651
Nares pag. 655.740.773
Nauis pag. 656.338
Nazarai pag. 433
Nebula pag. 659
Negociator pag. 612
Neomenia pag. 189
Neruus pag. 710
Nidus siue nidulus pag. 660
Nitrum pag. 337
Nix pag. 661.324.433.441.161.416.521
Nox pag. 662.124.132.133.134.161.416.521
Nouenarius numerus pa. 480
Nubes

Obdurare pag. 665
Obsequium pag. 367
Obumbratio pag. 666
Occidens pag. 666
Octaua siue octonarius numerus pagina 667.668.323
Oculus pag. 669.432.461.693
Odor pagina 654
Olla pag. 389.541.801
Oleum pagina 670.81.82.110.332.347.440.469.512.516.618.818
Oliue pag. 80.81
Onager pa. 674.126.218.335.422
Onocentaurus pag. 675
Onus pag. 189
Operculum pag. 676
Operimentum pag. 26
Organum pag. 99.742
Oraculum pag. 744.783
Oriens pag. 676.677.217
Os oris pag. 677.439.467
Os ossis pa. 678.413.415.617
Osculum pag. 680
Ostium pa. 682.322.620.784
Oues pagina 684.345.410.469.473.684
Ouum pag. 683.738
Pilea pag. 686.400.463
Pallium pag. 688
Palma pag. 687
Palmes pag. 690.809
Palmus pag. 431
Palpebrae Dei et hominum pa. 692
Pans pag. 693.176.540
Papyrus pag. 694
Paradisus pag. 124.215.218
Paralysis et paralyt. pa. 695.527
Pardus pag. 695.459
Paries pag. 696.817
Pascha pag. 187
Pasqua pa. 697.684.685.734
Passer pa. 700.472.661.703
Pannamentum pag. 701.304
Pauo pag. 400
Paxillus pag. 702
Peccatum pag. 203
Pectusculum pag. 703
Pedes pag. 709
Pellicanus pag. 703
Pellis pag. 704.678
Penna pag. 706.609.740
Pepones pag. 541
Perditio pag. 204
Perdix pag. 708
Pessilus pag. 711
Petra pag. 711.102
Petrus pag. 102
Phaetra pag. 712.334.747
Phiala pag. 713
Phison pag. 215
Pigmenta pag. 412
Pigmentarius pag. 306
Pignus pag. 713
Pilus pag. 468
Pilosus pag. 676
Pinguedo pag. 89
Piscis pa. 129.354.427.612.685
Planta et plantatio pag. 713.141
Platea pag. 752
Pleiades pag. 714
Plumbum pag. 715
Pluma pag. 717
Poder pag. 778
Pomum pag. 717
Porcus pag. 717.613
Porri pag. 541
Porta pagina 718.442.500.501.619.669
Porticus pag. 781
Praepitium pag. 96
Prada pag. 789
Praesepe pag. 720
Prasnum pag. 218
Propiciatoriu pa. 721.744
Propugnaculum pag. 386.649.650.795
Puluis pag. 412
Pruina pag. 588
Purpura pag. 723.110.319.777
Puteus pag. 724.231.507
Quadragesarius numerus pagina 724.110
Quinarius mane pa. 726
Quadrige pag. 527.395
Quindenarius pag. 323
Quinquagenarius numerus pagina 727.63.100
Quinquemus pag. 88
Radix pagina 730.732.493.626.634
Rhamnus pag. 733.196
Rannus pag. 733.194.325.326.493
Rana pag. 733
Ratione pag. 733.778.805
Reclinacrium pag. 734.495
Regina pag. 668
Regio pag. 443
Regnum caelo pag. 735.114.325
Regnum dei pag. 453
Regulus serpens pag. 738
Renes pag. 738.298
Retia pag. 739
Rex pag. 159
Rhinoceros pag. 740
Riuus siue rivulus pa. 741.211.432
Romphaa pag. 741
Ros pag. 741.586.587.626.742
Rota pag. 743.769
Rubigo pag. 165
Rubor pag. 433
Rubus pag. 746
Ruga pag. 747
Rupes pag. 335.636
Sacrificium pag. 98.188.189.349.411
Seculum pag. 128
Sagea pag. 612
Sagitta pag. 747
Sal pag. 749.538
Salua pag. 751
Salices pag. 751
Sanctuarium pag. 752
Sanctasancorum pag. 778
Sanguis pag. 753.433
Sanguisuga pag. 754
Sanies pag. 787
Sapphirus pag. 754.119.297.433.442.
Sardius pag. 297
Sardonix pag. 754.297
Sartago pag. 754.347
Sator pag. 325
Saturnus pag. 173
Saturnus pag. 755
Scabellum pag. 756.470
Scabies pag. 756
Scala pag. 756
Scire dei pag. 770
Scirpus pag. 757.336
Scorpio pag. 757
Scyntes pag. 757
Sedcs pag. 758
Semen pag. 759.321
Semita pag. 759.159
Senarius numerus pag. 760.668
Sepelire pag. 645
Septena nu. pa. 761.323.760.776
Septuagenarius numerus pa. 761
Serpens pag. 761.763.90
Sera pag. 777
Sessio pag. 128
Sexagenarius numerus pa. 255
Siccitas pag. 801
Silex pag. 634
Simila pag. 764.347.473.618
Sinapi pag. 764
Smifra pag. 764.128.434.435
Sinus pag. 764
Smaragdus pag. 297
Sol pag. 764.189.512
Solitudo pag. 126.608
Solium pag. 766.130.660
Somnium pag. 766.93
Somnus pag. 766.142.145
Soror pag. 798
Speculum pag. 767.768
Sphera siue sphaera pa. 768
Spica pag. 322
Spina pag. 770.429.499.648
Spiritus pag. 208
Sponsus pag. 241
Stare dei pag. 770.745
Statera pag. 770
Stella pa. 770.507.518.765.771
Stellio pag. 772
Sterilis pag. 772
Stilus pag. 77
Stilla pag. 742
Stola pag. 772.468
Struthio pagina 772.328.675
Stratum pagina 772.414.455
Sudes pag. 773
Sulphur pag. 773
Surdus pag. 527
Superhumerale pag. 805
Supercilium pagina 468
Sufurrum pagina 773
Sycomorus pagina 773
Tabernaculum pag. 774.333.397.517.638.702
Tabula pag. 778.74.649
Tabulatum pagina 782
Teda pagina 439
Talaris tunica pag. 778
Talentum pag. 778
Taurus pag. 780.675
Templum pagina 781.71.333
Tenebrae pag. 784.521
Terra pag. 785.86.87.206.493.730.795
Testa pagina 787
Thalamus pag. 787
Thesaurus pagina 787.332.658
Testamentum pag. 807
Testimonia pag. 807
Thorax pagina 788.334
Thromus pag. 788.529
Thus pag. 788.411.412
Thuribulum pagina 788
Tigris pag. 788.216
Tinea pagina 789
Tintinnabulum pag. 790.805
Tonitruum pag. 790.441
Topazius pag. 791.298
Torcular pagina 809
Torrens pag. 791.125.204
Trecetenarius num. pag. 791.310
Tribulum pag. 288
Tricenarius nu. pa. 691.603.255
Triticum pag. 791.686.704.157.182.289
Truncus pag. 493
Tuba pagina 791.143.310
Tunica pa. 794
Turrus pa. 794.649
Turtur pagina 795.106.262.305.660.661.709
Tupanum pa. 795.796
Vaccina pagina 796.383
Vae pagina 490
Vallis pagina 640
Vbera

DICTIONVM.

Nubes pa. 662.147.289.418.523
Nuces pag. 356.358
Nudatio pag. 456
Nycticorax pag. 703.704
Obdurare pag. 665
Obsequium pag. 367
Obumbratio pag. 666
Occidens pag. 666
Octaua siue octonarius numerus pagina 667.668.323
Oculus pag. 669.432.461.693
Odor pagina 654
Olla pag. 389.541.801
Oleum pagina 670.81.82.110.332.347.440.469.512.516.618.818
Oliue pag. 80.81
Onager pa. 674.126.218.335.422
Onocentaurus pag. 675
Onus pag. 189
Operculum pag. 676
Operimentum pag. 26
Organum pag. 99.742
Oraculum pag. 744.783
Oriens pag. 676.677.217
Os oris pag. 677.439.467
Os ossis pa. 678.413.415.617
Osculum pag. 680
Ostium pa. 682.322.620.784
Oues pagina 684.345.410.469.473.684
Ouum pag. 683.738
Pilea pag. 686.400.463
Pallium pag. 688
Palma pag. 687
Palmes pag. 690.809
Palmus pag. 431
Palpebrae Dei et hominum pa. 692
Pans pag. 693.176.540
Papyrus pag. 694
Paradisus pag. 124.215.218
Paralysis et paralyt. pa. 695.527
Pardus pag. 695.459
Paries pag. 696.817
Pascha pag. 187
Pasqua pa. 697.684.685.734
Passer pa. 700.472.661.703
Pannamentum pag. 701.304
Pauo pag. 400
Paxillus pag. 702
Peccatum pag. 203
Pectusculum pag. 703
Pedes pag. 709
Pellicanus pag. 703
Pellis pag. 704.678
Penna pag. 706.609.740
Pepones pag. 541
Perditio pag. 204
Perdix pag. 708
Pessilus pag. 711
Petra pag. 711.102
Petrus pag. 102
Phaetra pag. 712.334.747
Phiala pag. 713
Phison pag. 215
Pigmenta pag. 412
Pigmentarius pag. 306
Pignus pag. 713
Pilus pag. 468
Pilosus pag. 676
Pinguedo pag. 89
Piscis pa. 129.354.427.612.685
Planta et plantatio pag. 713.141
Platea pag. 752
Pleiades pag. 714
Plumbum pag. 715
Pluma pag. 717
Poder pag. 778
Pomum pag. 717
Porcus pag. 717.613
Porri pag. 541
Porta pagina 718.442.500.501.619.669
Porticus pag. 781
Praepitium pag. 96
Prada pag. 789
Praesepe pag. 720
Prasnum pag. 218
Propiciatoriu pa. 721.744
Propugnaculum pag. 386.649.650.795
Puluis pag. 412
Pruina pag. 588
Purpura pag. 723.110.319.777
Puteus pag. 724.231.507
Quadragesarius numerus pagina 724.110
Quinarius mane pa. 726
Quadrige pag. 527.395
Quindenarius pag. 323
Quinquagenarius numerus pagina 727.63.100
Quinquemus pag. 88
Radix pagina 730.732.493.626.634
Rhamnus pag. 733.196
Rannus pag. 733.194.325.326.493
Rana pag. 733
Ratione pag. 733.778.805
Reclinacrium pag. 734.495
Regina pag. 668
Regio pag. 443
Regnum caelo pag. 735.114.325
Regnum dei pag. 453
Regulus serpens pag. 738
Renes pag. 738.298
Retia pag. 739
Rex pag. 159
Rhinoceros pag. 740
Riuus siue rivulus pa. 741.211.432
Romphaa pag. 741
Ros pag. 741.586.587.626.742
Rota pag. 743.769
Rubigo pag. 165
Rubor pag. 433
Rubus pag. 746
Ruga pag. 747
Rupes pag. 335.636
Sacrificium pag. 98.188.189.349.411
Seculum pag. 128
Sagea pag. 612
Sagitta pag. 747
Sal pag. 749.538
Salua pag. 751
Salices pag. 751
Sanctuarium pag. 752
Sanctasancorum pag. 778
Sanguis pag. 753.433
Sanguisuga pag. 754
Sanies pag. 787
Sapphirus pag. 754.119.297.433.442.
Sardius pag. 297
Sardonix pag. 754.297
Sartago pag. 754.347
Sator pag. 325
Saturnus pag. 173
Saturnus pag. 755
Scabellum pag. 756.470
Scabies pag. 756
Scala pag. 756
Scire dei pag. 770
Scirpus pag. 757.336
Scorpio pag. 757
Scyntes pag. 757
Sedcs pag. 758
Semen pag. 759.321
Semita pag. 759.159
Senarius numerus pag. 760.668
Sepelire pag. 645
Septena nu. pa. 761.323.760.776
Septuagenarius numerus pa. 761
Serpens pag. 761.763.90
Sera pag. 777
Sessio pag. 128
Sexagenarius numerus pa. 255
Siccitas pag. 801
Silex pag. 634
Simila pag. 764.347.473.618
Sinapi pag. 764
Smifra pag. 764.128.434.435
Sinus pag. 764
Smaragdus pag. 297
Sol pag. 764.189.512
Solitudo pag. 126.608
Solium pag. 766.130.660
Somnium pag. 766.93
Somnus pag. 766.142.145
Soror pag. 798
Speculum pag. 767.768
Sphera siue sphaera pa. 768
Spica pag. 322
Spina pag. 770.429.499.648
Spiritus pag. 208
Stare dei pag. 770.745
Statera pag. 770
Stella pa. 770.507.518.765.771
Stellio pag. 772
Sterilis pag. 772
Stilus pag. 77
Stilla pag. 742
Stola pag. 772.468
Struthio pagina 772.328.675
Stratum pagina 772.414.455
Sudes pag. 773
Sulphur pag. 773
Surdus pag. 527
Superhumerale pag. 805
Supercilium pagina 468
Sufurrum pagina 773
Sycomorus pagina 773
Tabernaculum pag. 774.333.397.517.638.702
Tabula pag. 778.74.649
Tabulatum pagina 782
Teda pagina 439
Talaris tunica pag. 778
Talentum pag. 778
Taurus pag. 780.675
Templum pagina 781.71.333
Tenebrae pag. 784.521
Terra pag. 785.86.87.206.493.730.795
Testa pagina 787
Thalamus pag. 787
Thesaurus pagina 787.332.658
Testamentum pag. 807
Testimonia pag. 807
Thorax pagina 788.334
Thromus pag. 788.529
Thus pag. 788.411.412
Thuribulum pagina 788
Tigris pag. 788.216
Tinea pagina 789
Tintinnabulum pag. 790.805
Tonitruum pag. 790.441
Topazius pag. 791.298
Torcular pagina 809
Torrens pag. 791.125.204
Trecetenarius num. pag. 791.310
Tribulum pag. 288
Tricenarius nu. pa. 691.603.255
Triticum pag. 791.686.704.157.182.289
Truncus pag. 493
Tuba pagina 791.143.310
Tunica pa. 794
Turrus pa. 794.649
Turtur pagina 795.106.262.305.660.661.709
Tupanum pa. 795.796
Vaccina pagina 796.383
Vae pagina 490
Vallis pagina 640
Vbera

INDEX DITIONVM.

Vbera.pagina 341.433.649.689	702.174.472.790	Vitulus.pagina 168.344.810	Vmbra mortis.pagina 397.625
Veianen.pagina 442	Via.pagina 139.329.759.806	Vitta.pagina 810	784
Vena.pagina 773	Viaua.pagina 772	Vitta aurea.pagina 299.410	Volucris.pag. 325.326.427.685
Venter.pagina 437.491	Vinculum.pagina 676	Vitus.pagina 810.809	Vris.pagina 239
Vetus.pagina 801.661.904.126.335	Vinea.pagina 210.807.808.809.815	Vitrum.pagina 810	Vrna.pagina 777
Vermiculus color.pagina 473	Vinum.pagina 798.809.818	Viuis.pagina 146.151	Vrfus.pagina 695
Vernis.pagina 802.587.589	Vinum merum.pag. 79.374.376	Vlcera.pag. 802	Vrtuca.pagina 648
Vesper.pagina 518	Viper a.pagina 809	Vnus.pag. 810	Vteru.pagina 307.308.519.765
Vespera.pagina 802.586	Vir.pagina 520	Vndenarius.pagina 726	Vua.pagina 76
Vestibulum.pa.802.320.619.667	Virga.pagina 73.210.411.731	Vm.ilcus.pagina 810	Vulpes.pagina 809.815.816
Vestigium.pagina 802.330	Virgines.pagina 440	Vnguentum.pagina 671	Vultus.pagina 659
Vestis,iue uestimentum.pag.803.	Vifera.pagina 442.491	Vngula.pagina 160	Vuluu.pagina 611
		Vmbra.pagina 666.810	Vxor.pagina 817

INDICVM FINIS.

REVERENDISSIMO AC COLENDISSIMO D. D.

IOANNI DV BELLAY, SACROSANCTAE ECCLESIAE

Cardinali dignissimo, ac Episcopo Parisiensi, Sa. Pa. gninus Lucensis S. P. D.



Vanquam scio reuerendissime, ac colendissime D. hoc scribendi genus ple-
 risq; humanioribus imbutis literis esse inuisum, utpote quod praeter seriem,
 & paucula quaedam, nil proprii contineat ingenij: ij tamen si uolumina tum
 Graecorum, tum Latinorum accuratius expeditissent, ansam forsitan detrahen-
 di immensis aliorum laboribus non reperissent, qui ut bonos euoluant au-
 tores, & flosculos quosq; ad communem deligant utilitatem, noctes penè du-
 cunt insomnes. Perlegant (si lubet) totum Plinium, & pia illius ex Aristotele
 & Theophrasto, & Dioscoride (ut coeteros omittā) cōperient furta. Epi-
 phanium euoluant Graecum, qui in Psalmos quotquot ante se fuerunt expositores in unum colle-
 git. Quem diuus Thomas imitatus, in quatuor Euangelia catenā aedit auream. In Paulinas epi-
 stolas rursus quot diuorum commentaria fuere coacta: Reliquos consulto missos facio. Memine-
 rint ij, multo satius esse maiorum hac tempestate insequi uestigia, quā proprium praese ferentes
 ingenium, scripturis diuinis deprauatis, in uarios haeresum conlabi laqueos errorū. Quod (proha-
 dolor) multis hodie usuuenire conspiciamus. Ad hoc autem scribēdi genus Eucherius Lugdunē-
 sis episcopus antiquus ecclesiae doctor egregius, me plurimum incitauit, qui librum de mysticis
 dictionū significationibus aedit, cui titulus est: Liber formularū spiritualis intelligentiae undecim
 distinctum capitibus: ubi de diuinis agit nominibus, de membrīs domini, de supernis creaturis, de
 terrenis, de animātibus, de uarijs nominū, & rerū appellationibus, de interiori homine, de his quae
 in usu, atq; in medio habentur, de uarijs uerborum, & nominū significationibus, de numeris. Quae
 cuncta è diuersis legit autoribus, ut ex his quae hoc continentur uolumine, cunctis perspicuū erit.
 Quae tamen omnia, & multa alia hoc in uolumine copiosius, clarius, multisq; scripturarum testi-
 monijs probata comperies. Alij farinae non dissimilis periti: scripturarum duntaxat historijs oble-
 ctantur, mysticos uero sensus, ut arbitrarios, aut flocci faciunt, aut fastidient, nec Apostolicae re-
 cordantur sententiae, qui ait: Omnia in figura contingebant illis: nec uerborum Ezechielis, qui li-
 brum uidit scriptum intus, & foris: intus (inquam) per allegoriam, foris, per historiam. 1. Cor. 10. b. Ezech. 2. d.
 ritalem intellectum, foris per sensum literae simplicem: neq; quod per Salomonem dicitur, Come-
 de fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Mel, quoniam in promptu est,
 moralem indicat sensum: fauus uero in quo mel de cella exprimitur, allegoricū. Historia tanquam
 palea est, mysticus uero sensus triticum: illa iumenta, hoc est, simplices, hoc rationales pascuntur ho-
 mines. Sed quid paleis ad triticum? Historia est tanquam folium, mysticus uero sensus tanquam fru-
 ctus. Cortex est historia, mysticus uero sensus, nucleus suauissimus. Et quemadmodum nonnun-
 quam ignotorum hominum faciem cernimus, ignorato corde, quod deinde ex colloctionis fami-
 liaritate penetramus, itidem cōspecta sola sacris in literis historia accidere solet. Nam si illius fami-
 liaritate usi fuerimus, profecto cōspecta historia, tanquam illius facie, mysticum, quem corde, id
 est, intrinsecus, tenet sensum, quā facillimē penetrabimus. Non ergo literam, quae occidit, dunta-
 xat sequi debemus, sed spiritum qui uiuificat, & scripturarum abdita in lucem pandere. Recte igi-
 tur diuus praecipit Augustinus, non illis esse assentiendum, qui sola historia recepta, allegoricam
 flocci faciunt significationem, aut historia repudiata, allegoricas duntaxat sequuntur significatias.
 Mihi (inquit) sicut multū uidetur errare, qui nullas res gestas in eo genere literarum aliquid aliud
 praeter id quod eo modo gestae sint, significare arbitrantur: ita multū audere, qui prorsus in omnia si-
 gnificationibus allegoricis inuoluta esse contendunt. Nec tamen culpandi sunt, qui seruata primū
 historiae ueritate, de quacunq; re gesta, sensum spiritualis intelligentiae conantur (quantum fas est)
 elicere, atq; exculpere. Verumenim uero, quoniā sacris in literis multa sunt aenigmata, multi tro-
 pi, multae figuratae locutiones, ne ansam praebent errandi, in primo huius uoluminis libro, multas
 ad sacras literas exponendas delegimus regulas, quas antiqui, & orthodoxi tradidere patres, ubi
 & de mysticis sensibus multa pertractantur non modo scitu digna, sed & necessaria, ne in illis &
 ridiculi habeamur, & simus. In alijs autem decem & octo libris mysticas dictionū significationes
 tradimus iuxta literarū seriem, ut inuentu cuncta sint facilia. Et ne (ut multis contingit autoribus)
 in aliorum labores intraremus, nobisq; usurparemus, proprios citamus autores, quorum uestigia,
 si secuti fuerimus, non erimus ridiculi, neq; in Scyllam, aut Charibdim facillē prolabemur. Multa-
 rum quoq; quas citamus, autoritatum, uarias attulimus expositiones, praesertim figuratis in locu-
 tionibus, adeo ut totum penè Canticorum librum, & magnam Iob, & Apocalypsis partem (ut coe-

teros omittam libros) expositam inuenias. Propter eas autem quæ surrexerunt hæreses de Virginitate, & uenerabili sacramento, totum ferè caput septimum prioris ad Corinthios epistolæ, & totum ferè sextum Iohannis Euangelistæ caput accuratissimè, citatis ferè cunctis orthodoxis expositoribus, satisq; rursus expositum, ut pauca sint desideranda. Debetur autè tibi hoc opus, quodcūq; est, tum quod tibi præsideas sedi, quæ totius Christiani orbis gymnasium est, tum quod ob tuam liberalitatem mœcenas studiosorum diceris, & es, tum deniq; quod me, nullo præcedente merito, multis affeceris muneribus. Læta igitur (ut assoles) fronte hoc Sanctis tui munusculum accipe, & quum paululum tibi fuerit ocij, perlege. Siquidem multa illic cognitu, scituq; dignissima reperies, cernesq; non mihi soli, uerum etiam uenturo me laborasse sæculo, & magnum tum doctoribus, tum cõcionatoribus commodum, & adiumentum præbuisse, & pauperibus consuluisse, qui tenuem habent librorum supellectilem, diuitibus uero immensum dempsisse laborem, quibus tot euoluere libros nõ uacat, uel certè nõ lubet. Vale, tui ordinis decor, & regis me commèda maiestati, cui iam dudum optauit, ac decreui, si uita comes fuerit, si facultas unq; dabitur, Daudicum dedicare Psalterium, quod magis opere semper iudicauit Christianissima dignū maiestate, qui suauissimo concenu, paucis uniuersa Christiani complectitur mysteria.

**SYMPHORIANI CAMPEGII EPISTOLA IN LIBROS
SANTIS PAGNINI LUCENSIS, AD FRANCISCVM A TURNONE,
Bituricensis Ecclesiæ antistitem, Aquitanis primatem, sanctæq;
Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.**

Symphorianus Campegius Francisco à Turnone Cardinali S. P. D.
& felicissimam, atq; perpetuam beatitudinem, & sospitatē exoptat.



I quisquam est reuerēdissime præsul, quæ sui ipsius meritis præcipuè colere debeamus, & doctrinæ præstantia, & splendore uirtutis, & religionis sacramento plurimum obseruare, ac sancto cõedere ueteris obseruantis, ardentissimo cogamur honore cõplecti, tu ipse profectò cõteris sis omnibus ualde præferendus, præsertim à nobis, quibus ob eas causas, quas in genealogiam Turnontis familiæ, ex qua diuus Iustus originem traxit, alibi narrauimus, nihil te uno esse conueniat, uel antiquius quicquã, uel omnino perfectius. Et quum nihil sit humanissime præsul, quod nos ad Deum optimum maximū tam propè accedere faciat, quàm si beneficia cõferamus. Quæ res, quū ab omnibus expeti debeat, tum præsertim si sese obtulerit occasio aliqua, non prætermittenda est. Obtulit autem se mihi bene merèdi de studiosis (quod sanè dudum optaueram) tam honorifica, & ampla facultas, ut amplior rem neq; nostra, neq; patrū memoria meminerim. Inuiseram enim officij causa (ut sæpe soleo doctoros) excellentem uirum Santem Pagninum Lucensem, pietate, ac doctrina illustrem. Hunc quū ego meditandum inuenissem, mox id quod res erat, suspicatus sum, ab eo aliquid commentari dignum, ubi uires ac neruos suos intenderet. Quod ille uultu, gestu, & oratione omnino dissimulare nitēbatur. Est autem uir iste patria Lucensis, honestis progenitus parentibus. Hic sextodecimo ætatis suæ anno, spretis humanarum rerum blanditijs, Dominicanū subiit ordinem, in quo sapientis studio, & Hebræarum, Græcarumq; literarum cognitioni operam dedit, cœpitq; ad populos concionari mira dicendi copia, uerborum splendore, sententiarum grauitate, quas multiplicibus, ac uarijs scripturarum testimonijs comprobabat. Erat in exhortando, dulcis, in redarguendo, uehemens, in probando, grauis, in persuadendo, fidelis, in laudandis uirtutibus copiosus, in flectendis populorum mentibus, atq; animis, nunc frænis, nunc calcaribus utebatur. In eò iudatissimo instituti genere uersatus est, perseverauit, perseveratq; adhuc, usq; ad annum ætatis suæ sexagesimum sextū. Flagitiosos multos, atq; improbos à turpitudine, ac scelere abuocauit ad uirtutis amorem, ac bene uiuendi studium. Ad scribendum quoq; animum contulit, non intermisso prædicandi munere. Siquidem multa transtulit, ædiditq; uolumina non pauca. Nam transtulit in primis uetus, ac nouū instrumentum, & librum ædidit interpretationis nominum utriusq; testamenti. Isagogas item tum Hebræas, tum Græcas, tam maiores, quàm minores, Chaldaicum enchiridiū, Lexicon magnum Hebræicum, cui nomen, Thesaurus, Lexicon Græcum cum maioribus Institutionibus Græcis, Trāslationem quoq; totius Odyssææ ad uerbum, & nouem Illiadis cum scholijs librorum, grammaticam quoq; R. Daud, quæ Michlol nuncupatur, in Latinum transtulit eloquium: Item librum Ephod, grammaticam continentem Hebræicam, Latinis donauit hominibus, librum etiam cui nomen Cheter, id est, corona, in quo de diuinis agitur nominibus, uertit: Annotamenta quoq; in totum uetus instrumentum scripsit, quæ multa continent uolumina, catenam argenteam in Pentatheucum, sex magna continētem uolumina, & catenam argenteam in totum Psalterium, Hebræorum, Græcorum, ac Latinorum continentem cõmentaria, tria continentem magna uolumina, sermones quàm plurimos in euāgelia, in Esaiam, in Ioëlem, in Zachariam, in Apocalypsim, quos ad populum concionatus est, conscripsit. Item in epistolas Paulinas, quæ in aduentu domini leguntur, sermones quàm plurimos composuit. Modo autem ædidit Isagogas ad sacras literas, & ad mysticos sacre scripturæ sensus, quas ad tuam dominationem idem Santes noster breui misurus est. Hic uir religiosus hortatu suo Thomam Guadagni induxit, ut hospitale construeret pro recipiendis illis, qui peste afficiuntur. Quod ille uir liberalissimus, ac magnificus, ditissimuscq; magnis erexit impensis, atq; sumptibus, non intermissis tamen magnis eleemosynis, tum ad pauperes, tum pro maritandis puellis, tam Lugduni, quàm Auentoni, atq; Florentiæ. Pro quibus omnibus dabit illi dominus Deus peccatorum remissionem, quæ eleemosynis redimuntur, dicente Daniele: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū. Et domino accipiente: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis: Et Thobia sanctissimo uiro: Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam, Centuplū quoq; pro his p...us ille cui

Danielis 4. f.
Lucæ 11. f.
Thob. 4. b.

PROVER. 19. C.

foeneratus est, restituet, de quo scriptum est: Foeneratur domino, qui miseretur pauperis. Coeterum ut haec, & alia, quae illius sedent animo, prospero sydere, fauente Deo, efficere queat, Lugdunenses omnes uitam illi, incolumitatemque precabuntur. Sed ut ad Santem nostrum Pagninum, unde nostra coepit oratio, reuertamur, Santes iste relictis rebus alijs, ad salutarem se contulit sapientiam, omnem operam, curam, studium, ac tempus illi accommodauit, & iuxta Stoicorum sententiam, neque pecunias, neque tecta magnifica, neque opes, atque imperia, neque eas, quibus maxime astricti sunt homines, uoluptates in bonis rebus, aut expetendis esse duxit. Et uere Cicero dicebat: Omnia alia caeduca, mobiliaque sunt: una uirtus est altissimis de saxa radicibus, quae nunquam ulla uel labefactari potest, nunquam dimoueri loco. Ratio in promptu est, illam qui eiusmodi rebus circumfluunt, maxime tamen desiderant ea, quibus uehementer abundant. Neque enim expletur unquam, neque satiatur cupiditatis sitis. Neque solum ea, quae habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Hanc Ciceronis sententiam tradidit optimis argumentis, rationibusque differuit. Santes autem Pagninus uita, ac factis liquidò, & perspicue illustrauit, eorum numero iure censendus, qui Lactantio prodente, contemptis omnibus, & priuatis, & publicis actionibus, ad inquirendam, atque inuestigandam ueritatem animum, ac studium contulerunt, existimantes multo praeclearius, ac laudabilius diuinarum humanarumque rerum scire, & inuestigare rationem, quam struendis opibus, cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniam fragiles, teneraque sunt, nemo melior, nemo beator effici potest. Nam pulchre quidem à sapiente dictum est: Beatus uir, qui post aurum non abiit, neque sperauit in pecuniae thesauris. Praecipit doctor gentium Paulus, Quae sursum sunt (inquit) sapite, non quae super terram. Sed non est par tantis laudibus dicendi facultas, sed nec temporis patientur angustiae longius euagari. Santes itaque noster multorum extitit bonorum autor. Quorundam etenim, aut superstitiosam ualidentium, ac Lutheranorum uanitatem, aut solutiorum uita licentiam non modo acriter improbrauit, sed etiam sapienter subtilit. Ad te igitur praeful sapientissime, Santes Pagnini, uiri religiosissimi, simul & Symphoriani Campegi lucubrationes mittimus, ut quum superioribus Theologiae, & rerum diuinarum studijs, quibus die, noctuque inuigilas, defatigatus fueris, in has Santes Pagnini, ac Campegi amoenitates diuertas, in quibus tamen nonnulla ex intimis Philosophiae, ac Theologiae penetralibus deprompta, atque stilo theologico inscripta, reperies. Vale patriae, & nostrae decus. Lugduni pridie nonas Aprilis,

M. D. XXXVI.

Ecclesiast. 3. 4.

SANTIS PAGNINI ISAGOGAE AD LITERAS SACRAS.

LINGVAM HEBRAEAM

FVISSE PRIMITVS IN HOMINVM VSV,
& unde nomenclaturam habet. Cap. I.



Inquam Hebraeam fuisse primitus in hominum usu, & Hebraeam ab Heber fuisse nuncupatam, quod multi negant, Augustinus fatetur, hoc pacto scribens li. de ciuitate Dei 16. cap. 11. Quamobrem (inquit) sicut lingua una, quum esset omnium, non ideo illi pestilentiae defuerunt. Nam & ante diluuium una erat lingua, & tamen omnes praeter unam Noe iusti domum, deieri diluuium meruerunt: ita quando merito elationis, impietatis gentes linguarum diuersitate punita, atque diuisae sunt, & ciuitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon. Non defuit domus Heber, ubi ea, quae antea fuit omnium lingua, remaneret. Vnde, sicut supra memorauimus, quum coepissent enumerari filij Sem, qui singuli, gentes singulas procreauerunt, primus est commemoratus Heber, quum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inueniatur exortus. Quia ergo in eius familia remansit haec lingua, diuisis per alias linguas coeteris gentibus, quae lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebraea est nuncupata. Tunc ergo opus erat eam distinguere ab alijs linguis nomine proprio, sicut aliae quoque uocatae sunt nominibus proprijs. Quando autem erat una, nihil aliud, quam humana lingua, uel humana locutio uocabatur, qua sola uniuersum genus humanum loquebatur. Et dixerit aliquis. Si in diebus Phaleg filij Heber diuisa est terra per linguas, id est, homines, qui tunc erant in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quae fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut uocaretur Phaleg, quod interpretatur diuisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra diuisa est, id est, ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est. In diebus eius diuisa est terra. Nam nisi adhuc Heber uiueret, quando linguarum facta est multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quae apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis, quoniam de poena uenit illa multiplicatio, mutatioque linguarum, & utique praeter hanc poenam esse debuit populus dei. Nec frustra linguam istam, hoc est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum, qui propagati per Isaac, & insignius, atque eminentius, in Dei populum coalescentes, Dei testamenta, & stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eandem linguam in uniuersam progeniem suam refudit, sed in eam tantum, cuius generationes producuntur ad Abraham. Quapropter etiam si non euidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impijs Babylonia coedebatur, nec ad hoc ualuit haec obscuritas, ut quaerentis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. Quum enim legitur unam fuisse linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem commedatur Heber, quum ab illo quintus oriatur, & Hebraea uocatur lingua, quam patriarcharum, & prophetarum, non solum in sermonibus suis, uerum etiam literis sacris custodiuit autoritas. Profecto itaque quum quaeritur in diuisione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quae fuit ante communis, quae sine ulla dubitatione ubi remansit, non ibi fuit illa poena, quae facta est mutatione linguarum, quid aliud occurrit, nisi quod in huiusmodi gente remansit, à cuius nomine nomen accepit, & hoc iustitiae gentis huius non paruum apparuisse uestigium, quod cum aliae gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non peruenit tale supplicium. Diuus autem Hieronymus in primum Danielis caput, hoc modo scribit. Philo arbitratur linguam Hebraeorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldaeis fuerit. Quod si recipimus, quaerendum est, quomodo nunc Hebraei pueri linguam, quam non nouerant doceri iubeantur, nisi forte iuxta quorundam opinionem duas Abraham linguas, & Hebraeorum, & Chaldaeorum scisse dicamus. Sed, ut idem ait Hieronymus in tertium Sennoniae caput, lingua Hebraea omnium est matrix linguarum.

Augustinus.

Babylon. Heber.

Humana lingua.

Phaleg.

Phaleg diuisio. Gene. 10. d.

Linguarum multiplicatio unde.

Lingua hebraea in quos transmissa est.

Hebraea lingua fuisse Chaldaicam Philo putauit.

Hebraicas literas nunquam in sua lingua proprietate non fuisse. Cap. II.

Hebraicas autem literas nunquam in sua lingua proprietate non fuisse, idem Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 39. hoc pacto prodidit. Non itaque credendum est, quod nonnulli arbitrantur, Hebraeam tantum linguam, per illum qui uocabatur Heber, unde Hebraeorum uocabulum est, fuisse seruata, atque inde peruenisse ad Abraham, Hebraeas autem literas à lege coepisse, quae data est per Moysen: sed potius per illam successionem patrum, memoratam linguam cum suis literis custoditam. Denique Moyses in populo Dei constituit, qui docendis literis praessent, priusquam diuinae legis ulla literas nossent. Hos appellat scriptura Grammaton (uel Gramateos) isagogus qui lat

Hebraei ab Heber.

Hebraicae literae ante legem fuerunt.

qui latine dici possunt literarū inductores, uel introductores, eō q̄ eas inducant, id est, introducant quodāmodo in corda discētium, uel in eos potius ipsos quos docēt. Nulla igitur gēs de antiquitate sapientiae suae super patriarchas, & prophetas nostros, quibus inerat diuina sapientia, ulla se uanitate iniqua iactauerit, quando nec Aegyptus inuenitur, quae solet falsō, & inaniter de suarū doctrinarum antiquitate gloriari, qualicūq; sapientia sua patriarcharum nostrorum tempore praeuenisse sapientia. Neq; enim quisq; dicere audebit mirabilium disciplinarū eos peritissimos fuisse, anteq̄ literas nossent, id est, anteq̄ Isis eō uenisset, easq; ibi docuisset. Ipsa porro eorū memorabilis doctrina, quae appellata est sapiētia, quid erat nisi maxime astronomia, & siquid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingentia, q̄ ad illuminandas uera sapientia mentes ualere solet. Nā quod attinet ad philosophiam, quae se docere aliquid profitetur, unde fiāt homines beati, circa tēpora Mercurij, quem Trimegistum uocauerūt in illis terris, eiusmodi studia claruerunt. Longe quidem ante sapientes, q̄ philosophos habuit Graecia; sed tamen post Abrahamā, & Isaac, & Ioseph, nimirū etiam post ipsum Moysen. Eo quippe tēpore, quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus Promethei frater, maternus auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Trimegistus ille Mercurius.

Hebraeam, Graecamq; linguam, necessariam esse ad cognitionem literarum sacrarum. Cap. III.

Contra ignota signa propria (ut idem ait Augustinus in antedicto libro cap. 11.) magnū remedium est linguarum cognitio. Et latinae quidem linguae homines, quos nūc instituedos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebraea scilicet, & Graeca, ut ad exemplaria praecedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita uarietas, quanq; & Hebraea uerba nō interpretata saepe inueniamus in libris, sicut Amen, Alleluia, & Racha, & ofanna, & si qua sunt alia. Quorum partim propter sanctiorem auctoritatem, quamuis interpretari potuissent, seruata est antiquitas, sicut est, Amen, & Alleluia, partim uero in aliam linguam transferri non potuisse dicuntur, sicut alia duo, quae posuimus. Sūt enim quaedam uerba certarum linguarum, quae in usum alterius linguae per interpretationem trāsire nō possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, quae uerba potius motum animi significant, q̄ sententiae conceptae usam particulam. Nam & haec duo talia esse perhibentur. Dicunt enim Racha indignatis esse uocem, ofanna letantis. Sed non propter haec pauca, quae notare, atq; interrogare facillimum est, sed propter diuersitates (ut dictum est) interpretum illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex Hebraea lingua in Graecā uerterūt linguam, numerari possunt, latini autem interpretes, ullo modo. Vt enim cuiq; primis fidei temporibus in manus uenit codex Graecus, & aliquantulū facultatis sibi utriusq; linguae habere uidebatur, ausus est interpretari. Praeterea diuus Hieronymus in Ezechielē cap. 40. scribit. Diligētem, & studiosum lectorem admonendum puto, si tamen scientia scripturarū, & nō uanis oratorum declamationibus ducitur, ut sciat omnia propē uerba Hebraica & nomina, quae in Graeca, & Latina translatione sunt posita, nī mīa uetustate corrupta, scriptorūq; uitio deprauata, & dum de inemendatis scribuntur inemendatiora de uerbis Hebraicis facta esse Sarmatica, imō nullius gētis, dum & Hebraea esse desierint, & aliena esse non cōperint. Cognitionem itaq; Hebraicae linguae, ut haec emendentur, necessariam esse, liquidū est. Quod si quispiam dixerit (ut modo multi dicūt) libros Hebraeos esse falsatos, diuī audiant Hieronymum, qui in commentarijs in Esaia cap. 6. exponens illud prophetae, Excæca cor populi huius, &c. hoc pacto scribit: Quod si aliquis dixerit Hebraeos libros postea a Iudæis esse falsatos, audiat Origenē quid in octauo uolumine explanationum Esaiae huic respōdeat quæstionūculæ, q̄ nūcq; dominus, & Apostoli, qui cœtera crimina arguūt in scribis, & pharisæis, de hoc crimine, quod erat maximum, reticuisent. Sin autem dixerint post aduētum domini saluatoris, & praedicationem Apostolorum libros Hebraeos fuisse falsatos, cachinnum tenere nō potero, ut saluator, & euangelistae, & Apostoli ita testimonia protulerint, ut Iudæi postea falsaturi erant.

Qua dispensatione prouidentiae Dei scripturae sacrae ueteris testamenti unice Hebraeo in Graecum eloquium translatae sint, ut ueris gentibus innotescerent. Cap. III.

Has sacras literas etiam unus Ptolemaeorum regum Aegypti nosse studuit, & habere. Nam post Alexandri Macedonis, qui etiam Magnus cognominatus est, mirificentissimam, minimeq; diurnam potētiā, qua uniuersam Asiam, imō penē totum orbem, partim ui, & armis, partim terrore subegerat, quādo inter cœtera, Oriētis regna, etiam Iudæā ingressus, obtinuit, eo mortuo comites eius, quum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri, diuisissent, uel potius dissensissent, bellis omnia uastaturi, Ptolemaeos reges habere cœpit Aegyptus. Quorū primus Lagi

Isis literas docuit.
Astronomia mentem non illuminat.
Philosophia.
Mercurius Trimegistus.
Atlas astrologus.

Interpretū latinorum infinita uarietas.
Hebraea uerba nonnulla cur nō interpretata.
Interiectio motū animi significat.

Racha.
Ofanna.

Hebraeorum nomina corrupta in Graeca, & Latina lingua.

Esaie 6.

Augustinus de ciuitate, lib. 18. cap. 42.
Ptolemaeus Aegypti rex.

mus Lagi filius multos ex Iudæa captiuos in Aegyptum transfudit. Huic autem succedens alius Ptolemaeus, qui est appellatus Philadelphus, omnes, quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit: insuper & dona regia in templū Dei misit, petiuitq; ab Eleazaro tunc pōtifice dari sibi scripturas, quas profectō audierat, fama praedicante, diuinas: & ideo cōcurrerat habere in bibliotheca, quam nobilissimā fecerat. Has ei, quum idem pōtiffex misisset Hebraicas, post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuaginta duo de singulis duodecim tribubus senī homines, lingua utriusq; doctissimi, Hebraea scilicet, atq; Graeca. Quorū interpretatio, ut lxx. uoce, iam obtinuit consuetudo. Traditur fanē tam mirabilem, ac stupendum planēq; diuinum in eorum uerbis fuisse consensum, ut quum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidem Ptolemaeo regi placuit explorare) in nullo uerbo, quod idem significaret, & tantundem ualeret, uel in uerborum ordine, alter ab altero discreparet, sed tanq; si unus esset interpret. ita quod omnes interpretati sunt, unum erat: quoniam re uera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, ut illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam diuinarum etiam isto modo commendaretur autoritas, credituris quandoq; gentibus profutura: quod iam uidemus effectum.

De autoritate lxx. interpretum, quae saluo honore Hebraicae linguae omnibus sit interpretibus praefenda. Cap. V.

Nam quū fuerint & alij interpretes, qui ex Hebraea lingua in Graecā sacra illa eloquia trāstulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, sicut etiam illa est interpretatio, cuius autor nō apparet, & ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur: hanc tamē quae Septuaginta est tanq; sola esset, sic recepit ecclesia, easq; utuntur Graeci populi Christiani, quorum pleriq; utrum alia sit aliqua, ignorant. Ex hac septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est, quod ecclesiae latinae tenēt. Quāuis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Graeco, sed ex Hebraeo in latinum eloquium easdem scripturas conuerterit. Sed eius tantum literarum laborē, quibus Iudæi fateantur esse ueracem, Septuaginta uero interpretes in multis errasse cōtendāt: tamē ecclesiae Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro, tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum neminem iudicant praefendum, quia etsi non in eis unus non apparuisset spiritus: sine dubitatione diuinus, sed inter se uerba interpretationis suae, Septuaginta docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus, hoc maneret, nullus eis unus interpret debuit anteponi. Quum uerō tantum in eis signum diuinitatis apparuit profectō quisquis alius illarum scripturarum ex Hebraea in quamlibet aliam linguam interpret est uerax, aut congruit illis septuaginta interpretibus, aut si congruere non uideatur, altitudo sibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim, qui in prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiā in septuaginta uiris, quādo illa interpretati sunt. Qui profectō autoritate diuina, & aliud dicere potuit, tanq; propheta ille utrunq; dixisset, quia utruq; idē spiritus diceret, & hoc ipsum aliter, ut si non eadem uerba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret, & aliquid praetermittere, & aliquid addere, etiā ut hinc ostenderet non humanā fuisse in illo opere seruitutem, quam uerbis debebat interpret, sed diuinam potius potestatem, quae mentem replebat, & regebat interpretis. Nonnulli autem codices Graecos interpretationis septuaginta, & ex Hebraeis codicibus emendandos putarunt, nec tamen ausi sunt detrahere, quod Hebraei non habebant, & septuaginta posuerunt: sed tātummodo addiderūt, quae in Hebraeis inuēta apud septuaginta non erāt, easq; signis quibusdam in stellarum modum factis, ad capita eorūdem uersuū notauerunt, quae signa alteriscos uocant. Illa uero, quae non habēt Hebraei, habent autē septuaginta, similiter ad capita uersuum iacentibus uirgulis sicut scribuntur unciae, signauerunt, & multi codices Graeci has notas habentes usquequaq; diffusi sunt, & latini. Quae autē non praetermittuntur, uel addita, sed aliter dicta sunt, siue alium sensum faciant, etiam ipsum non abhorrentē, siue alio modo eundem sensum explicare monstrantur, nisi utriusq; codicibus inspectis nequeūt reperiri. Si igitur (ut oportet) nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei spiritus, quicquid est in Hebraeis codicibus, & nō est apud interpretes septuaginta, noluit hoc per istos, sed per illos prophetas dei spiritus dicere. Quicquid uero est apud septuaginta, in Hebraeis autem codicibus non est, per istos inluit, q̄ per illos idem spiritus dicere, sic ostēdens utrosq; fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Esaia, alia per Hieremiam, alia per alium, atq; alium prophetam, uel aliter eadem per hunc, ac per illū dixit, ut uoluit. Quicquid porro apud utrosq; inuenitur, per utrosq; dicere uoluit unus atq; idem spiritus: sed ita, ut illi praecederent prophetando, isti sequerentur propheticē illos interpretando, quia sicut in illis uera, & concordantia dicentibus unus pacis spiritus fuit: sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus, idem spiritus unus apparuit.

Eleazar pontifex.
Septuaginta interpretes.

Augustinus lib. de ciuitate Dei, 18. ad Marcelinum ca. 42.
Aquila.
Symmachus.
Theodotion.
Quinta editio.
Hieronymus.

Lxx. interpretibus nemine praefendum.

Et i libro de do
ctrina Christi
na 2. cap. 14.
q̄ 15.

Codices emen
dandi.

Interpretatio
Itala cæteris
præferenda.

Latini codices
Græcorum au
toritate emen
dandi.

DE ambiguis autem signis post loquemur, nunc de incognitis agimus, quorum dux formæ sunt, quantum ad uerba pertinet. Namque aut ignotum uerbum facit hæere lectorē, aut ignota locutio. Quæ si ex alienis linguis ueniunt, aut quærenda sunt ab earum linguarum hominibus, aut linguæ eadem si & occultum est, & ingenium ediscendæ, aut plurimum interpretum consulenda collatio est. Si autem ipsius linguæ nostræ aliqua uerba, locutionesque ignoramus, legēdi consuetudine, audiendique innotescunt. Nulla sanè sunt magis mandanda memoriæ, quæ illa uerborum, locutionumque genera, quæ ignoramus, ut quum uel peritior occurrerit, de quo quæri possint, uel talis lectio, quæ præcedentibus uel consequentibus, uel utrisque ostendat quam uim habeat, quidue significet, quod ignoramus, facile adiuuante memoria possimus animaduertere, uel discere, quam tãta est uis consuetudinis, etiam ad discendum, ut qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti, educati que sunt, magis alias locutiones mirentur, easque minus latinas putent, quæ illas, quas in scripturis didicerunt, neque in latinæ linguæ autoribus reperiuntur. Plurimum hic quoque iuuat interpretum numerositas, collatis codicibus inspecta, atque discussa, tantum absit falsitas. Nam codicibus emendandis prius debet inuigilare solertia eorum, qui scripturas diuinas nosse desiderant, ut emendatis, non emendati cedant, ex uno duntaxat interpretationis genere ueniētes. In ipsis autem interpretationibus Itala cæteris præferatur, nam est uerborum tenacior cum perspicuitate sententiæ. Et latinis quibuslibet emendandis, Græci adhibeantur, in quibus Septuaginta interpretum quod ad uetus testamentum attinet, excellit autoritas, qui iam per omnes peritiores ecclesias tanta præsentia spiritus sancti interpretati esse dicuntur, ut os unum tot hominum fuerit. Qui si (ut fertur, multique non indigni fide prædicant, singuli cellis, etiam singulis separati, quum interpretati essent, nihil in alicuius coram codice inuentum est, quod non ipsidem uerbis, eodemque uerborum ordine inueniretur in cæteris. Quis huic autoritati cõferre aliquid, nedum præferre audeat? Si autem contulerunt, ut una omnium communi tractatu iudicioque uox fieret, nec sic quidem, quenquam unum hominem qualibet peritia ad emendandum tot seniorum, doctorumque consensum aspirare oportet, aut decet. Quãobrem etiam si aliquid aliter in Hebræis exemplaribus inuenitur, quam isti posuerint, cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi, quæ per eos facta est, ut libri, quos gens Iudæa cæteris populis, uel religione, uel inuidia proderet, credituris per dominum gentibus ministra regis Ptolemæi potestate tanto antè proderentur. Itaque fieri potest, ut sic illi interpretati sint, quemadmodum congruere gentibus, ille qui eos regebat, & qui os unum omnibus fecerat spiritus sanctus iudicauit. Sed tamen (ut superius diximus) horum quoque interpretum, qui uerbis tenacius inhæserunt collatio non est inutilis ad explanandam sæpe sententiam. Latini ergo (ut dicere cõperam) codices ueteris testamenti (si necesse fuerit) Græcorum autoritate emendandi sunt, & eorum potissimum, qui cum septuaginta essent, ore uno interpretati esse perhibentur. Libros autem noui testamenti, si quid in Latinis uarietatibus titubat, Græcis cedere oportere, non dubium est, & maxime qui apud ecclesias doctiores, & diligentiores reperiuntur.

Ne diuus Hieronymus ex Hebræo diuina uertat uolumina, Augustinus dehortatur.
Cap. VII.

Septuaginta in
terpretem gra
uissima autori
tas.

Idem Augustinus in epistola ad Hieronymum 8. hoc pacto scribit. De uertendis autem in Latinam linguam sanctis literis canonicis, laborare te nollem, nisi eo modo, quo Iob interpretatus es, ut signis adhibitis, quid inter hanc tuam, & septuaginta, quorum est grauissima autoritas interpretationem distet, appareat. Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebræis exemplaribus inuenitur, quod tot interpretes illius linguæ peritissimos fugerit. Omitto enim septuaginta, de quorum uel consilij, uel Spiritus maiori concordia, quam si unus homo esset, non audeo in aliquam partem certam ferre sententiam, nisi quod eis præeminētem autoritatem in hoc munere sine cõtrouersa tribuendā existimo. Illi me plus mouēt, qui quum posteriores interpretarētur, & uerborum, locutionumque Hebræarum uiam, atque regulas mordicus (ut fertur) tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa, quæ tanto post eruenda, & prodenda remanerent. Et aut obscura sunt, aut manifesta. Si enim obscura sunt, te quoque in eis falli potuisse, non immerito creditur: si autem manifesta, superfluum est te uoluisse explanare, quod illos latere non potuit. Iustus igitur rei pro tua charitate expositis causis, certum me facias obsecrauerim. Et epistola decima ad eundem, hoc modo scribit. Iob ex Hebræo à te interpretatum, quum iam quandam haberemus interpretationem tuam eiusdem prophætæ ex Græco eloquio uel iam in Latinum, ubi in asteriscis notasti quæ in Hebræo sunt, & in Græco desunt, obeliscis autem quæ in Græco

In Græco inueniuntur, & in Hebræo non sunt, tam mirabili diligentia, ut quibusdam in locis ad uerba singula stellas significantes uideamus eadem uerba esse in Hebræo, in Græco autem non esse. Porro in hac posteriore interpretatione, quæ uersa est ex Hebræo, non eadem uerborum fides occurrit, nec parum turbat cogitantem, uel cur in illa prima tanta diligentia figantur asterisci, ut minimas etiam particulas orationis indicent deesse codicibus Græcis, quæ sunt in Hebræis, uel cur in hac altera, quæ ex Hebræis est, negligentius hoc curatum sit, ut non eadem particula locis suis inuenirentur. Aliquid inde, exempli gratia uolui ponere. Sed mihi ad horam codex defuit, qui ex Hebræo est. Veruntamen quia præuolus ingenio, non solum quid dixerim, uerum etiam quid dicere uoluerim, satis (ut opinor) intelligis, ut causa reddita, quod mouet, edisseras. Ego sanè te mallem Græcas potius canonicas nobis interpretari scripturas, quæ Septuaginta interpretum autoritate perhibentur. Perdurum erit enim si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius cõperit lectitari, quod à Græcis ecclesijs Latinæ ecclesiæ dissonabunt, maxime quia facile contradictor conuincitur, Græco prolato libro, id est, linguæ notissimæ. Quisquis autem in eo, quod ex Hebræo translatum est, aliquo insolito permotus fuerit, & falsi crimen intenderit, uix aut nunquam ad Hebræa testimonia peruenitur, quibus defensatur obiectum. Quod si etiam peruentum fuerit, tot Latinas, & Græcas autoritates damnari quis ferat? Huc accedit, quia etiam cõsulti Hebræi, possunt aliud respondere, ut tu solus necessarius uidearis, qui etiam ipsos possis conuincere: sed tamen qui iudicet, mirum si potueris inuenire. Nam quidam frater noster episcopus, quum lætare instituisset in ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longè aliter abs te positum apud Ionam prophetam, quam erat omnium sensibus ibi memoriæque inueteratum, & tot ætatum successibus decantatum. Factus est tantus tumultus in plebe, maxime Græcis arguentibus, & inflammantibus calumniam falsitatis, ut cogere tur episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare. Vtrum autem illi imperitia, an malitia, hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod & Græci, & Latini habebant, atque dicebant. Quid plura? Coactus est homo, uelut mendositatem corrigere, uolens post magnum periculum non remanere sine plebe. Vnde etiam nobis uidetur, aliquando te quoque in nonnullis falli potuisse. Et uide hoc quale sit in eis literis, quæ non possunt collatis usitatarum linguarum testimonijs emendari. Proinde non paruas Deo gratias agimus de opere tuo, quod euangelium ex Græco interpretatus es, quia penè in omnibus nulla offensio est, quum scripturam Græcam contulerimus. Vnde si quispiam ueteri falsitati contentiosus fauerit, prolatis, collatisque codicibus, uel docetur facillime, uel refellitur. Et si quædam rarissima merito mouent, quis tam durus est, qui labori tam utili non facile ignoscat, cui uicem laudis referre non sufficit? Quid tibi autem uidetur, cur in multis aliter se habeat Hebræorum codicum autoritas, aliter Græcorum, quæ dicitur septuaginta, uellem dignareris aperire. Neque enim paruum pondus habet illa quæ sic meruit diffamari, & qua uos Apostolos non solum res ipsa indicat, sed etiam te attestatum esse memini. Ac per hoc plurimum profueris, si eam Græcam scripturam, quam septuaginta operati sunt, latinæ ueritati reddideris, quæ in diuersis codicibus uaria, ut tolerari uix possit, & ita suspecta, ne in Græco aliud inueniatur, ut inde aliquid proferri, aut probari dubitetur.

Quid diuus Hilarius de Septuaginta interpretibus sentiat.
Cap. VIII.

Hilarius quoque secundum enarrans psalmum, hoc modo scribit. Postente rege Ptolemæo, septuaginta seniores libros ueteris testamenti ex Hebræis literis in Græcas transfulerunt. Erat autem iam à Mose antea institutum in synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moses, quamuis ueteris testamenti uerba in literis cõdidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimarat. Cuius doctrinæ etiam dominus in Euangelijs meminit, dicens: Super cathedram Moysis (inquit) sederunt scribæ, & pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint uobis, seruate, & facite: secundum uero facta eorum, nolite facere. Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta in hoc seniorum, & numero, & seruitio cõseruata est. Hi itaque seniores libros hos transferentes, & spiritualē secundum Moysis traductionem occultarum cognitionum scientiam adepti, ambigue linguæ Hebræicæ dicta, & uaria quædam ex se nunciantia, secundum uirtutes rerum certis, & proprijs uerborum significationibus transfulerunt, doctrinæ scientia, multimodā illam sermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit, ut qui postea transfulerunt, diuersis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorem, dum occultè illius à Mose profectæ traditionis ignari, eaque ambigue lingua Hebræa commemorata sunt, incertis ipsi iudicijs ædiderunt. Ambiguitatis autem linguæ Hebræicæ unum afferemus exemplum, ex quo cætera istiusmodi esse

Matth. 23. 4.

di esse, atque ut sunt, intelligantur. Breshith uerbum Hebraicum est. Tres enim significantias in se habet, id est, in principio, & in capite, & in filio. Sed translatore septuaginta, in principio aediderunt, ceteris diuersè transferentibus. Et secundum hanc ambiguitatem hæc ab illis in omni translatione eii facta confusio. Sed perfecta horum septuaginta interpretum autoritas manet. Primum quod ante aduentum corporalem domini transfulerunt, nec adulatio interpretandi adhibita temporari arguitur, tanto anteriores interpretationis ætate, dehinc quod ipsi illi principes, doctoresq; synagæ, & præter scientiam legis, per Mosen quoque doctrina secretiori perfecti innotuerunt, non improbabilis esse arbitri interpretandi, qui certissimi, & grauissimi erant autores docendi. Hi ergo psalmos inter ceteros libros transferentes, & in numerum redegerunt, & in ordinem collocauerunt, & diapsalmis distinxerunt, qui omnes secundum Hebræos confusi, & habebantur, & habentur. Horum igitur translationes Hebræis, tum lingua tantum sua utentibus, non erant necessariae. Ipsi autem omnibus diligenti, & religiosa custodia obseruatis, quibus posteaquam dominus legem omnem sacramento, & corporationis suæ, & passionis, & resurrectionis impleuerat, cum his libris, quos regij iidem translatore aediderant collocatis, fideliter consonantibus repertis, indissolubilis constituta est priuilegio doctrinæ, & ætatis autoritas.

Quid Hieronymus tū Hilario, tū Augustino respōdeat de interpretū autoritate. Cap. IX.

Sed modò quid diuus Hieronymus, Augustino responderit, ut referamus, operæ precium est. Quod autem (inquit) in alijs epistolis quæris, cur mea prior in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, & uirgulas prænotatas, & postea aliam translationem absque his signis aediderim, pace tua dixerim, uideris mihi non intelligere quod quæfisti. Illa enim interpretatio septuaginta interpretum est, & ubicunque uirgulæ, id est, obeli sunt, significatur, quod septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebræo; ubi autem asterisci, id est, stellæ prælucentes, ex Theodotionis additione ab Origene additum est. Et ibi Græca transfulimus, hic de ipso Hebræo, quod intelligebamus, expressimus, sensuum potius ueritatem, quam uerborum interdum ordinem conseruantes. Et miror quomodo septuaginta interpretū libros legas, non puros (ut ab eis aediti sunt) sed ab Origene emendatos, siue corruptos per asteriscos, & obelos, & Christiani hominis interpretationem culam non sequaris, præsertim quum ea, quæ addita sunt ex hominis Iudæi, atque blasphemij post passionem Cirilli additione transfulerit. Vis amator esse uerus septuaginta interpretum, non legas ea, quæ sub asteriscis sunt, imò rade de uoluminibus, ut ueterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnes ecclesiarum bibliothecas condemnare cogèris. Vix enim unus, aut alter inuenitur liber, qui ista non habeat. Porro quod dicis non debuisse me interpretari post ueteres, & nouo ueteris syllogismo, aut obscura fuerunt &c. tuo tibi sei mone respondeo. Omnes ueteres tractatores, qui nos in domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt, aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, quomodo tu post eos ausus es differere, quod illi explanare non potuerunt? Si manifesta, superfluum est te uoluisse differere, quod illos latere non potuit, maxime in explanatione psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis uoluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heraclotus, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicensis, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur & diuersorum in paucos psalmos opuscula. Sed nunc de integro psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictauiensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem, & Eusebium transfulerunt, quorum priorem & nos Ambrosius in quibusdam secutus est. Respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, & tales interpretes in explanatione psalmorum diuersa senseris. Si enim obscuri sunt psalmi, te quoque in eis falli potuisse, credendum est: Si manifesti, illos in eis falli potuisse, non creditur, ac per hoc utroque modo superflua erit interpretatio tua. Quæ lege post priores nullus loqui audebit, & quodcunque alius occupauerit, alius de eo scribendi non habebit licentiam, quin potius humanitatis tuæ est, in quo ueniam tibi tribuis, indulgere & ceteris. Ego enim non tam uetera abolere conatus sum, quæ linguæ meæ hominibus emendatè de Græco in Latinum transfuli, quàm ea testimonia, quæ a Iudæis prætermissa sunt, uel corrupta, proferre in medium, ut scirent nostri quid Hebræa ueritas contineret. Si cui legere non placet, nemo compellit inuitum. Bibat uinum uetus cum suauitate, & nostra musta contemnat, quæ in explanatione priorum aedita sunt, ut sicubi illa non intelliguntur, ex nostris manifestiora fiant. Quod autem genus interpretationis sequendum sit, liber quem scripsi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatuncula diuinorum uoluminum, quas additione nostræ præposuimus, explicant, ad illasq; prudentem lectorem remittendum puto. Et si me (ut dicis) in noui testamenti emendatione suscipis, exponisq; causam cur suscipias, quia plurimi linguæ Græcæ habentes scientiam, de meo possent opere iudicare, eandem integritatem debueras etiam

ras etiam in ueteri credere testamento, quod non nostra confinximus, sed ut apud Hebræos inuenimus, diuina transfulimus. Sicubi dubitas, Hebræos interroga. Sed fortè dices. Quid si Hebræi aut respondere noluerint, aut mentiri uoluerint? Tota frequentia Iudæorum in mea interpretatione reticebit, nullusq; inueniri poterit, qui Hebrææ linguæ habeat notionem, aut omnes imitabuntur illos Iudæos, quos dicis in Africæ repertos oppidulo in meam conspirasse calumniam? Est quoque accuratius intelligendum, quod septuaginta quinque duntaxat libros in Græcum uerterunt eloquium, ut diuus testatur Hieronymus enarrans illud Ezechielis quinto capite, Tertia tui pars peste morietur, pro quo septuaginta transfulerunt. Quarta pars tui morte atteretur, Melius (inquit) fuerat transferre quod scriptum est, quàm rei malè translatae patrocinium quaerere. Nec hoc dicimus ab illis factum, quibus uetustas autoritatem dedit: sed per multa secula scriptorum, atq; lectorum uitio deprauatum, quanquam & Aristæus, & Iosephus, & omnis schola Iudæorum quinque tantum libros Moysi à lxx. translatos asserat. Et in proemio libri quæstionum Hebraicarum, sic scribit Iosephus, qui lxx. interpretum proponit historiam, quinque tantum ab eis libros Moysi translatos refert, quos nos quoq; confitemur plusq; ceteros cum Hebræicis consonare. Sed & hi qui postea interpretes extiterunt, Aquilam loquor, & Symmachum, & Theodotionem, longè aliter habent, q̄ nos legimus. Hæc ille. Nos etiam summo studio, cura, ac diligentia lxx. interpretum additionem cum Hebræico contulimus: & tot inuenimus addita, dempta, deprauata, immutata, & ab Hebræico penitus aliena, ut mihi persuadere nequeam, illam septuaginta esse interpretum: quod in nostris annotamentis luce clarius, manifestissimum erit.

Discrimen esse inter communem, uulgatamq; additionem, & Septuaginta. Cap. X.

Idem quoq; Hieronymus Suniæ, & Fretellæ, in hunc modum scribit: Breuiter illud admono, ut sciatis aliam esse additionem, quàm Origenes, & Cæsariensis Eusebius, omnesq; Græcæ tractatores κοινῶν, id est, communem appellant, atque uulgatam, & à plerisque nunc λουκιανὸς dicitur, aliam septuaginta interpretum, quæ & in ἐξαπλοῖς codicibus reperitur, & à nobis in latinum sermonem fideliter uersa est, & Hierosolymæ, atque in Orientis ecclesijs. Et post pauca. Sicut autem (inquit) in nouo testamento, si quando apud Latinos quæstio exoritur, & est inter exemplaria uarietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, quo nouum scriptum est instrumentum: ita in ueteri testamento, si quando inter Græcos, Latinosq; diuersitas est, ad Hebræicam recurrimus ueritatem, ut quicquid de fonte proficiscitur, hoc quæramus in riuis. κοινὴ autem ista, hoc est, communis additio, ipsa est, quæ & Septuaginta. Sed hoc interest inter utraq; quod κοινὴ pro locis, & temporibus, & pro uoluntate scriptorum ueterum, corrupta additio est. Ea autem quæ habetur in ἐξαπλοῖς, & quam nos uertimus, ipsa est, quæ in eruditorum libris, incorrupta, & immaculata, septuaginta interpretum translatio reseruat. Quicquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita, & ab Hebræorum autoritate discorde. Et post pauca: Et sciendum hanc esse regulam boni interpretis, ut idioma alterius linguæ, suæ linguæ exprimat proprietate. Quod quidem & Tullium in Prothogora Platonis, & in œconomico Xenophontis, & in Demosthenis contra Aeschynem oratione fecisse conuincimus, & Plautum, Terentium, Cæciliumq; eruditissimos uiros in Græcis comœdijs transferendis. Neq; ex eo quis Latinam linguam angustissimam putet, quod non possit uerbū de uerbo transferre, quum etiam Græci pleriq; nostra per circumitus transferant, & uerba Hebræica non interpretationis fide, sed linguæ suæ proprietatibus. Et infra: Vbi (inquit) quid minus habetur in Græco ab Hebræica ueritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, & signū posuit asteriscum, id est, stellam, quæ quod prius obsconditum uidebatur, illuminet, & in medium proferat. Vbi autem quod in Hebræo non est, in Græcis codicibus inuenitur, ὀβελὸν, id est, iacentem præposuit uirgulam, quam nos Latine ueru possumus dicere, quo ostenditur iugulandum esse, & confodiendum, quod in authenticis libris non inuenitur. Et in epistola ad Sophronium: Certè (inquit) confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de Hebræica ueritate mutasse. Sicubi ergo additio mea discrepat, interroga quemlibet Hebræorum, & liquidò peruidebis me ab æmulis frustra lacerari, qui malunt contemnere uideri præclara, quàm discere. Peruersissimi homines: Nam quum semper nouas expetant uoluptates, & gulæ eorum uicina maria non sufficiunt, cur in solo studio literarum, ueteri sapore contenti sunt?

Multa deesse in Septuaginta interpretum additione. Cap. XI.

ET in prologo Geneseos, idem Hieronymus: Desiderij mei desideratas accepi epistolas obsecrantis, ut translatum in latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui

Boni interpretis regula.

Asteriscus stella.
Obelus, id est, uerū.

me afferunt in septuaginta interpretum suggillationem, noua, pro ueteribus cudere: ita ingenium, quasi uinū pbantes, quū ego sapissime testatus sūm, me p uirili portione in tabernaculo Dei offerre, quæ possim, nec opes alterius aliorū paupertate fœdari. Quod ut auerē, Origenis me studiū puocauit, qui æditioni antiquæ trāslationē Theodotionis miscuit, asterisco, & obelo, id est, stella & uerū, opus omne distinguens, dū aut illustra facit, quæ minus antē fuerant, aut superflua quæq; irregularat, & confodit, maximeq; quæ euangelistarum, & Apostolorum autoritas promulgauit. In quibus multa de ueteri testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur, ut est illud, Ex Aegypto uocauī filium meum. Et, Quoniam Nazaræus uocabitur. (Hoc enim sumptū est ex undecimo Esaiæ capite, ubi dicitur, Et Nefer de radice eius ascendet. Eruditi enim Hebræorū de hoc loco sumptum putant. Sed sciendum, inquit idem Hieronymus, quod hic Nefer per Sadi literam scribatur, cuius proprietatem, & sonū inter Zeta, & S. latinus sermo non exprimit). Et, Vidēbunt in quem cōpunerunt. Et, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. (Quod habetur Pro- uerb. quinto, ubi dicitur: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide). Et, Quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi- nis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et multa alia, quæ propriū σὺνταγμα (id est, or- dinē) requirunt. Interrogemus ergo eos, ubi hæc scripta sunt, & quū dicere nō potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee &c. Quod multi ignorantes, apocrypho- rum deliramenta sectantur, & hyberas nœnias, libris autenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse cōsilio, ne Ptolemæus unius Dei cultor, apud Hebræos etiā duplicem diuinitatem deprehenderet: quod maxime idcirco faciēbāt, quia in Pla- tonis dogma cadere uidebatur. Deniq; ubicunq; sacramentum aliquid scriptura testatur de patre, & filio, & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacerunt, ut & regi satisfacerent, & arcanum fidei non diuulgarent. Et nescio quis primus autor, septuaginta cellulas Alexandriae mēdacio suo extruxerit, quibus diuisi eadē scripserunt, quum Aristæus eiusdem Ptolemæi ὑπερ- αριστῆς, Hyperaspistes, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos contulisse scribant, nō prophetaisse. Aliud est enim uatem, aliud interpretem esse. Ibi spiritus uentura prædicit, hic eruditio, & uerborum copia, ea quæ intelligit, transfert. Nisi forte putandus est Tullius œconomicum Xenophontis, & Platonis Prothagoram, & Demosthenis pro Ctēsiphonte orationem afflatus rhetorico spiritu transfuisse, ut aliter de eisdem libris per se- ptuaginta interpretes, aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia texuerit, ut quod illi tacue- rint, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime. Sed post priorū stu- dia, in domo domini, quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubijs protulere sententijs. Nos post passionem, & resurrectionem eius, non tam prophetiam, quā historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter uisa narrantur. Quod me- lius intelligimus, melius & proferimus. Non damno, non reprehendo septuaginta, sed confiden- ter cunctis illis apostolos præfero. Per istorum os, mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in quibus ultimum penē gradum interpretes tenent. Sic ubi tibi in translatione errare uideor, interroga Hebræos, diuersarum urbū magistrōs consule, quod illi habent de Christo, tui codices non habent.

Septuaginta interpretum æditionem non esse puram, sed corruptam, uiolatamq; & in illa multa deesse. Cap. XII.

ET in prologo Paralipomenon, qui Hebraice dicitur Dibre ha'amim, id est, uerba dierum ad Chromatium, hoc pacto scribit: Si septuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Græcū uer- sa est, æditio permaneret, superflue me mi Chromati episcoporum sanctissime, atq; doctissime im- pelleres, ut tibi Hebræa uolumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominū occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem, iustum erat etiam nostro silentio compro- bari. Nunc uero quum pro uarietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa, anti- quaq; trāslatio corrupta sit, atq; uiolata, nostri arbitrij putas, aut ex pluribus iudicare quid uerum sit, aut nouum opus in ueteri opere cudere, illudentibusq; Iudæis cornicum (ut dicitur) oculos configere. Alexandria, & Aegyptus in septuaginta suis Hefychium laudat autorem. Con- stantinopolis usq; ad Aethiopiā, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has pro- uinciæ, Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius, & Pamphilus uulga- uerūt, totusq; orbis, ac inter se trifaria uarietate compugnat. Et certē Origenes non solum exēpla cōposuit quatuor æditionū, e regione singula uerba describēs, ut statim cœteris inter se cōsentienti- bus,

Osee 2. d.
Esra 2. d.

Zachar. 12. c.
Prouer. 5. c.
Esaiæ 64. b.

Septuaginta nō
uates, sed inter-
pretes fuere.

Hefychius.
Lucianus
martyr.
Origenes.

bus, arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in æditione septuaginta, Theodotionis æditionem miscuit, asteriscis uidelicet designās quæ minus fuerant, & uirgulis quæ ex superfluo uidebantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere, quod semel susceperant, & post septuaginta cellulas, quæ uulgò sine autore iactantur, singulas cellas aperuere, hocq; in ecclesijs legitur, quod septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant latini mei, qui inuisolata æditione ueteri, ita nouam condidi, ut la- borem meum, Hebræis, & (quod his maius est) apostolis autoribus probem. Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euāgelio, Ex Aegypto uocauī filium meum, & his similia in Hebræorum libris inuenti. Certe Apostoli, & Euangelistæ septuaginta interpretes nouerant, & unde eis hoc dicere, quod in septuaginta non habetur? Et Christus dominus noster, utriusq; testamenti conditor, in euāgelio secundum Ioānem: Qui credit (inquit) in me, sicut di- cit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtiq; scriptum est, quod saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est: Septuaginta non habent, apocrypha nescit, ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum, unde dominus loquitur, & discipuli exempla præsumūt. In Esdræ quoq; uo- lumine similia præfatus, post multa hæc addidit. Porro aliud est, si clausis (quod dicitur) oculis mihi uolunt maledicere, & non imitantur græcorum studium, & beneuolentiam, qui post septuaginta translatōres iam Christi Euāgelio coruscante, Iudæos, & Hebionatas legis ueteris interpre- tes, Aquilam uidelicet, Symmachum, & Theodotionem, curiosè legūt, & per Origenis laborem ecclesijs dedicant: quantomagis latini mei grati esse deberent, quod exultantent græciam cerne- rent aliquid à se mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est, & infinitæ difficultatis, exem- pla habere omnia. Deniq; & qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabūt, igno- rantes qui e multis ueris dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam, nuper apud græcos accidit, ut inter dum scripturæ sensum relinquens, unius cuiuslibet interpretis sequeretur errorē. Nos au- tem qui Hebrææ linguæ saltem parutam habemus scientiam, & latinus nobis utcunq; sermo non deest, de alijs magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua exprimere. Et in plogo Iob post multa hoc pacto scribit. Si apud Græcos post septuaginta æditionē, iam Chris- ti euāgelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio Iudaizantes hæretici sunt recepti, q multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in Exaplis ha- bentur apud Ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis uiris: quantomagis ego Christianus, de pa- rentibus Christianis natus, & uexillum crucis in mea frōte portans, cuius studium fuit, omnia re- petere, deprauata corrigere, & sacramenta ecclesiæ, puro, & fideli aperiunt sermone, uel à fastidio- sis, uel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Et in Apologia contra Ruffinum lib. 2. Apo- stolici (inquit) uiri scripturis utuntur Hebraicis. Ipsos apostolos, & euangelistas hoc fecisse perspi- cuum est, & ubicunq; Septuaginta ab Hebræo non discordant, ibi Apostolos de interpretatione eorū exēpla sumpsisse: ubi uero discrepāt, id posuisse in Græco, quod apud Hebræos didicerant.

Septuaginta
cellule sine
autore iactan-
tur.

Ioannis 7. f.

Apocrypha ne
scit ecclesia.

Aquila,
Symmachus,
Theodotio,
hæretici.

Quid linguarum notitia, & nominum Hebræorum interpretationes conferant. Cap. XIII.

Q Vid autem linguarum notitia, & nominum Hebræorum interpretationes conferant, diuus Augustinus libro de doctrina Christiana 2. cap. 16. hoc modo edisserit. In translatis uero si- gnis (at) si qua fortē ignota cogūt hæere lectorem, partim linguarum notitia, partim rerum inue- stiganda sunt. Aliquid enim ad similitudinem ualeat, & proculdubio secretum quiddam insinuat Siloa piscina, ubi lauare faciē iussus est, cui oculos dominus, luto de sputo facto, inunxerat. Quod tamen nomen linguæ incognitæ, nisi Euangelista interpretatus esset, tam magnus intellectus late- ret. Sic etiam multa, quæ ab autoribus eorundem librorum interpretata nō sunt nomina Hebræa, non est dubitandum habere non paruam uim, atq; adiutoriū ad soluenda ænigmata scripturarum, si quis possit ea interpretari, quod nonnulli eiusdem linguæ uiri periti non sanè paruum beneficiū posteris contulerunt, qui separata de scripturis eadem uerba omnia interpretati sunt, & quid sit Adam, quid Eua, quid Abraham, quid Moyses, siue etiam locorū nomina, quid sit Hierusalem, uel Sion, uel Hiericho, uel Sina, uel Libanus, uel Iordanis, uel quæcunq; alia in illa lingua.

Siloa piscina,
Ioan. 9. b.

Rerum ignorantiam obscuras figuratas locutiones facere, & idcirco tum animalium, tum hærbarum, lapidumq; ac numerorum, & Musicæ, & similitum necessariam esse cogni- tionem. Cap. XIII.

Rerum autem ignorantia (ut eodem capite diuus scribit Augustinus) facit obscuras figura- tas locutiones, quum ignoramus uel animalium, uel lapidum, uel hærbarum naturas, alia- rum

rum ue rerum, quæ plerumq; in scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur. Nam & de serpente, quod notum est, totum corpus eum pro capite obijcere ferientibus, quantum illustrat sensum illum, quo dominus iubet astutos nos esse sicut serpentes, ut scilicet pro capite nostro, quod est

Matth. 10. b. Christus, corpus potius persequentibus offeramus, ne fides Christiana, tanq; caput, necetur in nobis, si parcentes corpori, negamus Deum. Vel illud quod per cauernæ angustias coarctatus, de-

Ephef. 4. posita ueteri tunica, uires nouas accipere dicitur, quantum concinit ad imitandam ipsius serpentis astutiam, exuendumq; ipsum ueterem hominem, sicut Apostolus dicit, ut induamur nouo, & exuendum per angustias, dicente domino, Intrate per angustam portam. Ut ergo notitia naturæ serpentis illustrat multas similitudines, quas de hoc animante scriptura dare consueuit: sic ignorantiam nonnullorum animalium, quæ non minus per similitudines commemorat, impedit plurimum lectorem: sic lapidum, sic hæbarum, uel quæcunq; tenentur radicibus. Nam & carbunculi notitia, quod lucet in tenebris, multa illuminat, etiam obscura librorum, ubicunq; propter similitudinem ponitur, & ignorantia berylli, uel adamantis, claudit plerumq; intelligentiæ fores. Nec aliâ ob causam facile est intelligere pacem perpetuam significari oleæ ramusculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, nisi quia nouimus & olei lenem contactum, non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipsam frondere perenniter. Multi autem propter ignorantiam hyssopi, dum nesciunt quam uim habeat, uel ad purgandum pulmonem, uel (ut dicitur) ad saxa radicibus penetranda, quum sit hæba breuis, atq; humilis, omnino inuenire non possunt, quare dictum sit, Asperges me hyssopo, & mundabor. Numerorum imperitia multa facit non intelligi, translate, ac mystice posita in scripturis. Ingenium quippe (ut ita dixerim) ingenuum non potest non moueri, quid sibi uelit quod & Moyses, & Helias, & ipse dominus quadraginta diebus ieiunauerunt. Cuius actionis figuratus quidam nodus, nisi huius numeri cognitione, & consideratione, non soluitur. Habet enim denarium quater, tanq; cognitionem omnium rerum in extantibus temporibus. Quaternario quippe numero, & diurna, & annua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, uespertinis, nocturnisq; horarum spatij, annua, uernis, æstiuis, autumnalibus, hyemalibusq; mensibus. A temporum autem delectatione, dum in temporibus uiuimus, propter æternitatem, in qua uiuere uolumus, abstinendum, & ieiunandum est, quauis temporum cursibus ipsa nobis insinuetur doctrina contemnendorum temporum, & appetendorum æternorum. Porro autem denarius numerus creatoris, atq; creaturæ significat scientiam. Nam trinitas creatoris est, septenarius autem numerus creaturam indicat, propter uitam, & corpus. Nam in illa tria sunt unde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus est Deus. In corpore autem quatuor manifestissima apparent, quibus constat, elementa. In hoc ergo denario, dum temporaliter nobis insinuat, id est, quater ducitur, caste, & continenter à temporum delectatione uiuere, hoc est, quadraginta diebus ieiunare moneatur. Hoc lex, cuius persona est in Moyses: hoc prophetia, cuius personam gerit Helias: hoc ipse dominus monet, qui tanquam testimonium habens ex lege, & prophetis, medius inter illos in montibus discipulis uidentibus, atq; stupentibus claruit. Deinde ita queritur, quomodo quinquagenarius, de quadragenario numero exultat, quod non mediocriter in nostra religione sacratus est, propter Pentecostem, & quomodo ter ductus propter tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia, uel propter nomen patris, & filij, & spiritus sancti, adiuncta eminentius ipsa trinitate ad purgatissimæ ecclesiæ mysterium referatur, perueniatq; ad centum quinquaginta tres pisces, quos retia, post resurrectionem domini in dexteram partem missa ceperunt. Ita multis alijs, atq; alijs numerorum formis, quædam similitudinum in libris sanctis secreta promuntur, quæ propter numerorum imperitiam legentibus clausa sunt. Non pauca etiam claudit, atq; obtegunt nonnullarum rerum muscarum ignorantia. Nam & de psalterij, & citharæ differentia, quidam non inconcinnè aliquas rerum figurarum aperuit, & decem chordarum psalterium non importunè inter doctos queritur, utrum habeat aliquam musicæ legem, quæ ad tantum neruorum numerum cogat: an uero si non habet, eo ipso magis sacratè sit accipiendus ipse numerus, uel propter decalogum legis, de quo item numero si queratur, non nisi ad creatorem, creaturamq; referendus est, uel propter superius expositum ipsum denarium. Et ille numerus ædificationis templi commemoratus in Euangelio, quadringen- ta scilicet, & sex annorum, nescio quid musicum sonat, & relatus ad fabricam dominici corporis, propter quam templi mentio facta est, cogit nonnullos hæreticos confiteri filium Dei, non falso, sed uero, & humano corpore indutum. Et numerum quippe, & musicam plerisque locis in sanctis scripturis posita honorabiliter inuenimus.

Libros canonicos prius esse legendos, & obscuriora manifestioribus illustranda. Cap. XV.

Libros autem canonicos prius esse legendos, & qui sint libri canonici, idem Augustinus libro de doctrina Christiana secundo, capitulo octauo, hoc pacto prodidit. Erunt (inquit) diuinarum

rum scripturarum solertissimus indagator, qui primò totas legerit, notasq; habuerit, & si nondum intellectu, iam tamen lectione, duntaxat eas, quæ appellantur canonicæ. Nam cæteras securius leget fide ueritatis instructus, ne præoccupent imbecillum animum, & periculosis mendacijs, atq; phantasmibus eludentes, præiudicent aliquid contra sanam intelligentiam. In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, ut eas, quæ ab omnibus accipiuntur ecclesijs catholicis, præponat eis, quas quædam non accipiunt: In eis uero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioribusq; accipiunt, eis quas pauciores, minoribusq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenierit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quæ hoc inuenire non possit, æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem canon scripturarum in quo istam consideratione uersandâ dicimus, his libris continetur, Quinq; Moyses, id est, Genesi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio, & uno libro Iesu Naue, uno Iudicij, uno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia uidetur pertinere. Deinde quatuor Regnorum, & duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi à latere adiunctis, simulq; pergentibus. Hæc est historia, quæ sibi annexa, tempora continet, atq; ordinem rerum. Sunt aliæ tanq; ex diuerso ordine, quæ neq; huic ordini, neq; inter se connectuntur, sicut est Iob, & Tobias, & Hester, & Iudith, & Maccabæorum libri duo, & Esdræ duo, qui magis subsequi uidentur ordinatam illam historiam, usq; ad Regnorum, uel Paralipomenon terminatam. Deinde prophetæ, in quibus Dauid unus liber Psalmorum, & Salomonis tres, Prouerbiorum, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia, & alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerati sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui propriè prophetæ appellati sunt, duodecim prophetarum libri singuli, qui connexi sibi met, quoniam nunq; seiuncti sunt, pro uno habentur. Quorum prophetarum nomina sunt hæc. Osee, Joel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abachuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophetæ sunt maiorum uoluminum, Esaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris ueteris testamenti terminatur auctoritas. Noui autem quatuor libris Euangelij secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem, quatuordecim epistolis Pauli Apostoli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenfes, ad Thessalonicenses duabus, ad Colossenses, ad Timotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri duabus, tribus Ioannis, una Iudæ, & una Iacobi, actibus Apostolorum libro uno, & Apocalypsis Ioannis libro uno. Libro autem retractationum 2. cap. 4. hoc pacto scribit. In secundo sanè libro de autore libri, quem plures uocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipsum sicut ecclesiasticum Iesus filius Sirach scripserit, non ita constare, sicut à me dictum est, postea didici, & omnino probabilius cõperiri non esse hunc eius libri autorem. Vbi autè dixi, His quadraginta quatuor libris testamenti ueteris terminatur auctoritas, ex consuetudine, qua iam loquitur ecclesia, uetus testamentum appellauit. Apostolus autem non uidetur appellare uetus testamentum, nisi quod datum est in monte Sina. In his omnibus libris timentes Deum (inquit capitulo 9. libri 2. de doctrina Christiana) & pietate mansueti querunt uoluntatem Dei. Cuius operis, uel laboris prima obseruatio est (ut diximus) nosse istos libros, & si nondum ad intellectum, legendo tamen, uel mandare memoriæ, uel omnino incognitos non habere. Deinde illa, quæ in eis aperte posita sunt, uel præcepta uiuendi, uel regulæ credendi, solertius, diligentiusq; inuestiganda sunt, quæ quâto quisq; plura inuenit, tanto est intelligentia capacior. In his enim, quæ aperte in scriptura reposita sunt, inueniuntur illa omnia, quæ continent fidem, moresq; uiuendi, spem scilicet, atq; charitatem. Tum uero facta quadam familiaritate cum ipsa lingua diuinarum scripturarum, in ea quæ obscura sunt aperienda, & discutienda, pergendum est, ut ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, ut quædam certarum sententiarum testimonia dubitationem de incertis auferant. In qua re, memoria ualet plurimum, quæ si defuerit, non potest his præceptis dari.

De auctoritate canonicæ scripturæ, diuino spiritu conditæ, & aliorum doctorum ac episcoporum. Cap. XVI.

DE auctoritate autem canonicæ scripturæ, idem Augustinus libro de ciuitate Dei undecimo, capite tertio, hoc pacto scribit. Hic prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturâ condidit, quæ canonica nominatur eminentissimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus. Nam si ipsa sciri possunt testibus nobis, quæ remota non sunt à sensibus nostris

nostris, siue interioribus, siue etiã exterioribus, unde & præsentia nũcupãtur, q̄ ita ea dicimus esse præsentibus, sicut præ oculis, quæ præsto sunt oculis, profecto ea, quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniã nostro testimonio scire nõ possumus, de his alios testes requirimus, eisq̄ credimus, à quorũ sensibus remota esse, uel fuisse non credimus. Sicut ergo de uisibilibus, quæ non uidimus, eis credimus qui uiderunt, atq̄ ita de cœteris, quæ ad suum quencq̄ sensum corporis pertinent, ita de his, quæ animo, ac mente sentiuntur, quia & ipse rectissime dicitur sensus, unde & sententia uocabulum accepit, hoc est, de inuisibilibus, quæ à nostro sensu interiore remota sunt, his nos oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, uel manentia contuentur. Et libro confessionum 13. cap. 15. Aut quis (inquit) nisi tu Deus noster fecisti nobis firmamentum autoritatis super nos in scriptura tua diuina? Cœlum enim plicabitur ut liber, & nunc sicut pellis extenditur super nos, Sublimioris enim autoritatis est tua diuina scriptura, quã iam obierunt ista morte illi mortales, per quos eam dispensasti nobis. Et tu scis domine, tu scis quemadmodum pellibus intueris homines, quum peccato mortales fierent. Vnde sicut pellem extendisti firmamentum libri tui, concordas utiq̄ sermones tuos, quos per mortalium ministerium, superposuisti nobis. Nanq̄ ipsa eorum morte solidamentum autoritatis in eloquijs tuis per eos æditis sublimiter extenditur super omnia quæ subter sunt, q̄ quum hic uiuerent, non ita sublimiter extentum erat. Nondum sicut pellem, cœlum extenderas, nondum mortis eorum famam usquequaq̄ dilataueras. Videamus domine cœlos opera digitorum tuorum. Ibi est testimonium tuũ, sapientiam præstans paruulis. Perfice Deus meus laudẽ tuã ex ore infantium, & lactentium. Neq̄ enim nouimus alios libros ita destruentes superbiam, ita destruẽtes inimicũ, & defensorẽ, resistentẽ reconciliationi tuã, defendẽdo peccata sua. Nõ noui domine, nõ noui alia tã casta eloquia, quæ sic mihi persuaderẽt confessionem, & lenirent ceruicem meam iugo tuo, & inuiterent colere te gratis. Et epistola 7. ad Marcellinum: Si enim (inquit) ratio contra diuinarum scripturarum autoritatem redditur, quamlibet acuta sit, fallit uerisimilitudine, nam uera esse non potest. Rursus si manifestissima, certaq̄ rationi, uelut scripturarũ sanctarum obijcitur autoritas, non intelligit, qui hoc facit, & non scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum potius obijcit ueritati, nec quod in eis, sed quod in seipso, uelut pro eis inuenit, opponit. Et epistola 19. ad Hieronymum: Ego (inquit) fateor charitati tuã, solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq̄ deferre, ut nullum eorum autorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero literis, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud q̄ uel mendosum esse codicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quãtalibet sanctitate, doctrinaq̄ præpolleat, nõ ideo uerũ putem, quia ipsi ita sanxerunt: sed quia mihi uel per illos autores canonicos, uel probabili ratione quod à uero nõ abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mi frater sentire aliquid aliter existimo, prorsus inq̄ nõ te arbitror sic legi tuos libros uelle, tanq̄ prophetarũ, uel apostolorum, de quorũ scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium est. Et libro de doctrina Christiana 1. cap. 37. Asserendo (inquit) temere quod ille nõ sentit quem legit, plerunq̄ incurrit in alia, quæ illi sententiã contexere nequeat. Quæ si uera, & certa esse consentit, illud non possit uerum esse quod senserat, siq̄ in eo (nescio quomodo) ut amando sententiã suam, scripturã incipiat offensior esse, q̄ sibi. Quod malum, si serpere siuerit, euertetur ex eo. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Titubabit autem fides, si diuinarum scripturarum uacillat autoritas. Porrò fide titubante, charitas etiam ipsa languescit. Nam si à fide quisq̄ ceciderit, à charitate etiam necesse est cadat. Et libro 2. de baptismo contra Donatistas cap. 3. Quis (inquit) nesciat sanctam scripturam canonicam, tam ueteris, q̄ noui testamenti certis suis terminis contineri, eamq̄ omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum uerum, uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse cõstiterit. Episcoporum autem literas, quæ post confirmatũ canonem, uel scriptæ sunt, uel scribuntur, & per sermonem forte sapientiore cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem autoritatẽ, doctorumq̄ prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à ueritate deuiatum est, & ipsa concilia, quæ per singulas regiones, uel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum autoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere, ipsaq̄ plenaria sæpe priora posterioribus emendari, quum aliquo experimento rerũ aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbiam, sine ulla inflata ceruicẽ arrogantiã, sine ulla contentione liuidæ inuidiã, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana. Et epistola centesima undecima ad Fortunatianum episcopum: Neq̄ (inquit) quorumlibet disputationes, q̄ uis catholicorum, & laudatorum hominum uelut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atq̄ respuere, si forte inuenerimus, quod aliter senserint, quam ueritas habet, diuino adiutorio, uel ab alijs intellecta, uel à nobis.

Libris

Libris apocryphis nullam esse autoritatem.

Cap. XVII.

Libris autem apocryphis nullam esse autoritatem, Diuus Augustinus libro de ciuitate Dei 15. cap. 23. commemorat, dicens: Omittamus earum scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur, eò q̄ earum occulta origo non clauit patribus, a quibus usq̄ ad nos, autoritas ueracium scripturarum certissima, & notissima successione peruenit. In his autem apocryphis & si inuenitur aliqua ueritas, tamen propter multa falsa, nulla est canonica autoritas. Scripsit quidem nonnulla diuina Enõch illum septimum ab Adã, negare non possumus, quum hoc in epistola canonica Iudas Apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canones scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri, num talibus proferentibus, qui ea per seriem successione reperiretur rite seruasse? Vnde illa, quæ sub eius nomine proferuntur, etiam continent istas de gigantibus fabulas, q̄ non habuerunt homines patres, recte à patribus iudicantur non ipsius esse credenda, sicut multa sub nominibus, & aliorum prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia sub nomine apocryphorum ab autoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Et diuus Hieronymus ad Lætã de institutione filiarum: Caueat (inquit) omnia apocrypha. Et si quãdo ea non ad dogmatum ueritatem, sed ad signorũ reuerentiam legere uoluerit, sciat nõ eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaq̄ his admixta uitiosa, & grandis esse prudentia, aurum in luto quærere. Et in cõmentarijs Esaiã capite sexagesimo quarto enarrans illud: A sæculo non audierunt &c. Paraphrasim (inquit) huius testimonij quasi Hebræus ex Hebræis, assumit Apostolus Paulus de authenticis libris in epistola quam scribit ad Corinthios, non uerbum ex uerbo reddens, quod facere omnino cõtemnit, sed sensum exprimẽs ueritatem, quibus utitur ad id quod uoluerit roborandum. Vnde apocryphorum deliramenta conticeant, quæ ex occasione huius testimonij ingeruntur ecclesijs Christi, de quibus uerè dici potest, quod sedeat diabolus in insidijs cum diuitibus in apocryphis, ut interficiat innocentem. Et iterum: Insidiatur in apocrypho, quasi leo in spelunca sua, insidiatur, ut rapiat pauperem. Ascensio enim Esaiã, & Apocalypsis Helia, hoc habent testimonium, & per hæc occasionem, multaq̄ huiusmodi spinarum, & Lusitanicæ deceptæ sunt mulierculæ, ut Basilidis, Balsami, ac Theauri, Barbelonis quoq̄, & Leuisiboræ, ac reliquorum nominum portenta susciperent. De quibus diligentissime uir Apostolicus scribit Hireneus episcopus Lugdunensis, & martyr. Et in Epistolam ad Ephesios, enarrans illud Apostolicũ: Propter quod dicit, Surge qui dormis &c. Quærat (inquit) aliq̄s, q̄s nam sit iste, qui dicat, Surge &c. aut cuius testimonio Apostolus sit abusus. Et quidem qui simplici responsione cõtentus est, dicit in reconditis eum prophetis, & his, quæ uocantur apocrypha hæc lecta in medium protulisse, sicut in alijs quoq̄ locis illum fecisse manifestum est, non quod apocrypha comprobaret, sed quod & Arati, & Epimenidis, & Menandri uersibus sit abusus ad ea, quæ uoluerat in tempore comprobanda. Nec tamẽ Arati, & Epimenidis, & Menandri, tota, quæ scripsere sunt sancta, quia eos uerè aliquid dixisse testatus est. Et in epistolam ad Titum cap. 1. enarrans illud: Dixit quidã ex illis prius eorum propheta, Cretenses semper mendaces &c. Qui (inquit) putant totum librum debere sequi eum, qui libri parte usus sit, uidentur mihi & apocryphum Enõch, de quo Apostolus Iudas in epistola sua testimonium posuit, inter Ecclesiã scripturas recipere, & multa alia, quæ Apostolus Paulus de reconditis est locutus.

Quatuor esse modos exponendi legem.

Cap. XVIII.

Quatuor autem modi (ut inquit Augustinus libro de Genesi ad literã imperfecto, capite 2.) à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum etymologiam. Historia est, quum siue diuinitus, siue humanitus, res gesta commemoratur. Allegoria, quum figuratè dicta intelliguntur. Analogia, quum ueteris, & noui testamentorum congruentia demonstratur. Etymologia, quum dictorum, factorumq̄ causæ redduntur. Et lib. 15. de ciuitate Dei, capite 27. non illis esse consentiendum asserit, qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis, qui solas figuras defendunt, repudiata historica ueritate, hoc pacto scribens: Non tamen (inquit) quisq̄ putare debet, aut frustra hæc esse conscripta, aut tantummodo rerum gestarum ueritatem, sine ullis allegoricis significationibus hic esse quærendam, aut è contrario hæc omnino gesta nõ esse, sed solas esse uerborũ figuras, aut quicquid illud est, nequaquã ad prophetiam ecclesiæ pertinere. Quis enim (nisi mēte peruersus) inaniter scriptos esse cõtendat libros per annorũ milia tanta religione, & tam ordinatæ successione obseruantia custoditos, aut solas res gestas illic intuentas, ubi certè (ut alia omittam) si numerositas animalium cogebat arcæ tantam fieri magnitudinem, immunda bina, &

b munda

Sententia unde.

Apoca. 6. d.
Psal. 103. d.Psal. 8.
Psal. 8.
Psal. 8.Ratio contra
scripturarũ au-
toritatem non
est uera.

2. Cor. 5. b.

Enoch scri-
psit.

Gigantũ fabula.

Hieronymus.

Esaiã 64. d.

Psal. 9.

Hireneus mar-
tyr episcopus
Lugdunensis.Aratus.
Epimenides
Menander
Cretenses.Historia.
Allegatoria.
Analogia.
Etymologia.

Gene. 7. a. munda septena intromitti animalia, quid cogebat, quum æquali numero possent utraq; seruari? Aut uero Deus, qui propter reparandum genus seruanda præcepit, eo modo illa, quo instituerat, restituere non ualebat? Qui uero non esse gesta, sed solas rerum significandarum figuras esse contendunt, primum opinantur tam magnum fieri non potuisse diluuium, ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propter Olympi uerticem montis, supra quam perhibentur nubes non posse conscendere, q̄ tam sublimis, q̄ cœli sit, ut non ibi sit aër iste crassior, ubi uenti, nebulæ imbrēs q̄ gignuntur, nec attendunt omnium elementorū crassissimam terrā, ibi esse potuisse. An fortē negāt esse terrā uerticem montis? Et libro de uera religione unico, cap. 50. Distinguamus (inquit) quā fidem debeamus historiæ, quā fidē debeamus intelligentiæ, qui sit modus interpretandæ allegoriæ, quæ per sapientiam dicta creditur in spiritu sancto, utrū à uisibilibus antiquioribus, ad uisibilia recentiora eam perducere sufficiat, an usq; ad animæ affectiones, atq; naturam, an usq; ad incommutabilem æternitatem, an aliæ significant gesta uisibilia, aliæ motus animorum, aliæ legem æternitatis, an aliqua inueniantur, in quibus hæc omnia inuestiganda sint. Et quæ sit stabilis fides, siue historica, & temporalis, siue spiritalis, & æterna, ad quam omnis interpretatio autoritatis dirigenda sit. Et quid intersit inter allegoriam historiæ, & allegoriam facti, & allegoriam sermonis, & allegoriam sacramenti. Et quomodo ipsa locutio diuinarum scripturarū, secundum cuiusq; linguæ proprietatem accipienda sit. Habet enim omnis lingua, sua quædam propria genera locutionum, quæ quum in aliam linguam trāsferuntur, uidentur absurda. Et libro, de ciuitate Dei 17. capite 3. Tripartita (inquit) reperiuntur eloquia prophetarum. Si quidem aliqua sunt ad terrenam Hierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nonnulla ad utranq;. Et infra: Mihi autem sicut multū uidentur errare, qui nullas res gestas in eo genere literarum aliquid aliud præter id, quod eo modo gestæ sunt significare arbitrantur, ita multum audere, qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis inuoluta esse contendunt. Ideo tripartita, non bipartita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos, qui potuerint illic de quacunq; re gesta sensum intelligentiæ spiritalis exculpere, seruata primitus duntaxat historiæ ueritate. Cœterum quæ ita dicuntur, ut rebus humanis, seu diuinis gestis, siue gerendis conuenire non possint, quis fidelis dubitet non esse inaniter dicta? Quis ea non ad intelligentiam spiritalem reuocet, si possit, aut ab eo qui potest reuocanda esse fateatur?

Allegorie quatuor genera. Scripturarū locutio accipienda secundum cuiusq; linguæ proprietatem.

Prophetarum eloquia tripartita. Historiæ ueritas primitus seruanda.

Figuratum sermonem, si intelligatur, illustrare scripturam, & non esse accipiendum ad literam.

Cap. XIX.

Figuratum locutionem non esse accipiendam ad literam. 2. Cor. tertio. b.

Figuratus sermo qui dicatur.

Roman. 2.

Galat. 5.

Hiere. 1.

Verborum translatorum (ut idem ait Augustinus libro 3. de doctrina Christiana, cap. 5.) ambiguitates, non mediocrem curam, industriamq; desiderant. Nam in principio cauendum est, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Ad hoc enim pertinet quod ait Apostolus, Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Quum enim figuratè dictum sic accipitur, tanquā proprie dictum sit, carnaliter sapitur. Neq; ulla mors animæ congruentius appellatur, quam quum id etiam quod in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia carni subiicitur sequendo literam. Qui enim sequitur literam, translata uerba, sicut propria tenet, neq; illud, quod proprio uerbo significatur, refert ad aliam significationem, sed si sabbatum audierit, uerbi gratia, non intelligit nisi unū diem de septem, qui continuo uolumine repetuntur, & quum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud, quod fieri de uictimis pecorum, terrenisq; fructibus solet. Ea demum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse. Et capite 10. Huic autem (inquit) obseruationi, qua cauemus figuratam locutionem, id est, translata quasi propriam sequi, adiungenda etiam illa est, ne propriam, quasi figuratam uelimus accipere. Demonstrandus est igitur prius modus inueniendæ locutionis, propriæ ne, an figurata sit. Et iste omnino modus est, ut quicquid in sermone diuino, neq; ad morum honestatem, id est, ad diligendum Deum, & proximum, neq; ad fidei ueritatem, id est, ad cognoscendum Deum, & proximum, propriè referri potest, figuratum esse cognoscas. Et capite 11. Quicquid ergo asperum, & quasi sæuim factu, dictuq; in sanctis scripturis legitur ex persona Dei, uel sanctorum eius, ad cupiditatis regnum destruendum ualet. Quod si perspicue sonat, non est ad aliud referendum, quasi figuratè dictum sit, sicut est illud Apostoli: Theaurizans tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua &c. Illud autem: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs, quanquam in eo quædam uerba translata tractantur, sicuti est, Ira Dei, & Crucifixi: non tamen tam multa sunt, uel ita posita, ut obtegant sensum, & allegoriam, uel ænigma faciant, quam proprie figuratam locutionem uoco. Quod autem Hieremiæ dicitur, Ecce constitui te hodie super gentes, & regna &c. non dubium quin figurata locutio tota sit. Et capite

te 12.

te 12. Quæ autem quasi flagitiosa imperitis uidentur, siue tantum dicta, siue etiam facta sunt, uel ex Dei persona, uel ex hominum, quorum nobis sanctitas commendatur, tota figurata sunt, quorum ad charitatis partem, enucleanda secreta sunt. Alia quippe in perditis moribus, alia in Osee prophetæ uaticinatione coniunctio meretricis, quæ magnæ cuiusdam rei, signum est.

Vbi figurata sublit locutio, & ubi non.

Cap. XX.

ET capite 15. & 16. eiusdem libri: Seruabitur (inquit) in locutionibus figuratis regula huiusmodi, ut tam diu uersetur diligenti consideratione quod legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam propriè sonat, nulla putetur figurata locutio. Si præceptiua locutio est, aut flagitium, aut facinus uetans, aut utilitatem, aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium, aut facinus uidetur iubere, aut utilitatem, aut beneficentiam uetare, figurata est: Nisi manducaueritis (inquit) carnem filij hominis &c. facinus, uel flagitium uidetur iubere. Figura est ergo præcipiens passioni domini esse communicandum, & suauiter, atq; utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa, & uulnerebitante beneficentiam præcipit: sed quod sequitur, Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius, maleuolentiæ facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figuratè dictū. Et quū possit dupliciter interpretari, uno modo ad nocendum, altero ad præstandum, ad beneficentiam te potius charitas reuocet, ut intelligas carbones ignis esse urentes poenitentiae gemitus, quibus superbia sanatur eius, q̄ dolet se inimicū fuisse hoīs, a quo eius miseriam subuenitur. Itē quū ait dñs, Qui amat animā suam, perdet eā: nō utilitatē uetare putāndus est, qua debet quisq; cōseruare animā suā: sed figuratè dictū, perdet animā, id est, perimet, atq; amittet usum eius, quem nunc habet, peruersum scilicet, atq; præposterum, quo inclinatur temporalibus, ut æterna non quærat. Scriptum est, Da misericordiam, & ne suscipias peccatorem. Posterior pars huius sententiæ uideatur uetare beneficentiam. Ait enim, Ne suscipias peccatorem. Intelligas enim figuratè positum pro peccato, peccatorem, ut peccatum eius non suscipias. Sæpe autem accidit, ut quisquis in meliori gradu spiritalis uitæ, uel est, uel esse se putat, figuratè dicta esse arbitretur, quæ inferioribus gradibus præcipiuntur, ut, uerbi gratia, Si cœlibem amplexus est uitam, & se castrauit propter regnum cœlorum, quicquid de uxore diligenda, & regenda sancti libri præcipiunt, non propriè, sed translata accipi oportere contendat, & quisquis statuit seruare innuptam uirginē suam, tanquam figuratam locutionem conetur interpretari, qua dictum est, Trade filiam, & grande opus perfeceris. Erit igitur etiam hoc in obseruationibus intelligendarum scripturarum, ut sciamus alia omnibus communiter præcipi, alia singulis quibusq; generibus personarum, ut non solum ad uniuersum statum ualitudinis, sed etiam ad suam cuiusq; membri propriam infirmitatem medicina pertineat. In suo quippe genere curandum est, quod ad melius genus non potest erigi. Et capite 22. Ergo quæquam omnia, uel penè omnia, quæ in ueteris testamenti libris gesta continentur, non solum propriè, sed etiam figuratè accipienda sint: tamen etiam illa, quæ propriè lector acceperit, si laudati sunt illi, qui ea fecerunt, sed ea tamen abhorrent à consuetudine bonorum, qui post aduentum domini diuina præcepta custodiunt, figuram ad intelligentiam referat, factum uero ipsum ad mores non transferat. Multa enim sunt, quæ illo tempore officiosè facta sunt, quæ modo, nisi libidinose fieri non possunt, si qua uero peccata magnorum uirorum legerit, tamen aliquam in eis figuram rerum futurarum animaduertere, atq; indagare poterit, rei tamen gestæ proprietatem ad hunc usum assumat, ut se nequaquā rectè suis factis iactare audeat, & præ sua iustitia cœteros tanquam peccatores contemnat, quum uideat tantorum uirorum, & cauendas tempestates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiam peccata illorum hominum scripta sunt, ut Apostolica illa sententia, ubiq; tremenda sit, qua ait, Quapropter qui uidetur stare, uideat ne cadat. Nulla enim ferè pagina est sanctorum librorum, in qua non sonet, quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Ioan. 6.

Prouer. 29. Carbones ignis.

Ioan. 12.

Ecci. 12.

1. Corin. 7.

Ecci. 7. c.

Præcipiuntur quædam omnibus, nonnulla singulis.

Peccata magnorum uirorum cur scripta.

1. Corin. 10. Iacob. 4. b. & 1. Pet. 5. b.

Ante omnia, genus locutionis considerandum, & idem uerbum non idem ubiq; significare.

Cap. XXI.

Maxime (inquit) inuestigandum est, utrum propria sit, an figurata locutio, quam intelligere conamur. Nam comperto, quod figurata sit, adhibitis regulis rerum, quas in primo libro digessimus, facile est eam uersare omnibus modis, donec perueniamus ad sententiam ueritatis, præsertim quū usus acceperit, pietatis exercitatione roboratus. Inuenimus autem utrū propria sit, aut figurata locutio, illa intuentes, quæ supradicta sunt. Quod quum apparuerit,

b ij uerba

uerba quibus continetur, aut à similibus rebus ducta inuenientur, aut ab aliqua uicinitate attin-
gētibus. Sed quoniā multis modis res similes rebus apparēt, nō putemus esse præscriptū, ut quod
in aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit, hoc eam semper significare credamus.
Math. 16. Nam & in uituperatione fermentum posuit dominus, quum diceret, Cauete à fermento phari-
sæorum. & in laude, quum diceret: Simile est regnum cœlorum mulieri, quæ abscondit fermentum
in tribus mensuris farinæ, donec fermentaretur totum. Huius igitur uarietatis obseruatio
duas habet formas. Sic enim aliud, atq; aliud res quæq; significant, ut aut contraria, aut tantum-
modo diuersa significant. Contraria scilicet, quum aliās in bono, aliās in malo, res eadem per
similitudinem ponitur, sicut hoc est quod de fermento supra diximus. Tale est etiam quod leo
Apoc. 5. significat Christum, ubi dicitur, Vicit leo de tribu Iudæ. Significat & diabolus, ubi scriptum
I. Petri. 5. est, Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Ita
Math. 10. serpens in bono est, Astuti, ut serpentes: in malo autem, Serpens Euam seduxit astutia sua.
Corin. 11. a. In bono, panis, Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. In malo autem, panis, Panes oc-
Ioan. 6. cultos libenter edite. Sic & alia plurima. Et hæc quidem, quæ commemorauimus minime dubiam
significationem gerunt, quia, exempli gratia, commemorari nisi manifestissima debuerunt.
Prouer. 9. d. Sunt autem quæ incertum sit in quam partem accipi debeant, sicut Calix in manu domini uini me-
Psal. 74. a. ri plenus mixto. Incertum est enim, utrum iram Dei significet non usq; ad nouissimam poenam,
Calix. id est, usq; ad faciem, an potius gratiam scripturarum, à Iudæis ad gentes transeuntem: Quia
inclinauit ex hoc in hoc, remanentibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapiunt,
quia fæx eius non est exinanita. Quum uero res eadem non in contraria, sed tantum in diuersa
significatione ponitur, illud est in exemplo, quod aqua, & populum significat, sicut in Apoca-
Apoc. 17. lypsi legimus, Et spiritum sanctum. unde est illud, Flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Et
Ioan. 7. si quid aliud, atq; aliud, pro locis in quibus ponitur, aqua significare intelligitur. Sic & alia res,
non singulæ, sed unaquæq; earum, non solum duo aliqua diuersa: sed etiam nonnunq; multa si-
gnificat, pro loco sententiæ, sicut posita reperitur.

Obscura locis apertioribus explicanda & eundem locum uari-
etate intelligi posse, & humanis rationibus non esse fi-
dendum. Cap. XXII.

Vbi autem (inquit capite 26.) apertius ponuntur, ibi discendum est quomodo in locis intella-
gantur obscuris. Neq; enim melius potest intelligi quod dictum est Deo, Apprehende
arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi, quam ex illo loco ubi legitur, Domine ut scuto
Psal. 34. bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. Hæc tamen ita, ut iam ubicunq; scutum pro aliquo mun-
Psal. 5. tamento legerimus positum, non accipiamus nisi bonam uoluntatem Dei. Dictum est enim, Et scu-
Ephes. 6. tum fidei, in quo possitis (inquit) omnes sagittas maligni ignitas extinguere. Nec rursus ideo
debemus in armis huiusmodi spiritalibus scuto tantummodo fidem tribuere, quum alio loco
Ephes. 6. etiam lorica dicta sit fidei: Induti (inquit) lorica fidei. Quando autem ex eiusdem scripturæ
uerbis, non unum aliquid, sed duo, uel plura sentiuntur, etiam si latet quid senserit ille qui scri-
pserit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere ueritati ex alijs locis sanctarum scriptu-
rarum doceri potest, id tamen eo conante qui diuina scrutatur eloquia, ut ad uoluntatem per-
ueniatur auctoris, per quem scripturam illam sanctus operatus est spiritus, siue hoc assequatur,
siue aliam sententiam de illis uerbis, quæ fidei rectæ non refragatur, exculpat, testimonium ha-
bens à quocunq; alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe auctor in eisdem uerbis, quæ intel-
ligere uolumus, & ipsam sententiam forsitan uidit, & certè Dei spiritus, qui per eum hæc ope-
ratus est, etiam ipsam occursum lectori, uel auditori, sine dubitatione præuidit, imò ut oc-
curreret, quia & ipsa est ueritate subnixæ, prouidit. Nam quid in diuinis eloquijs largius, & ube-
rius potuit diuinitus prouideri, quam ut eadem uerba pluribus intelligantur modis, quos alia nō
minus diuina contestantia faciant approbari? Vbi autem talis sensus eruitur, reddita manifestus
appareat, etiam si ille, cuius uerba intelligere quærimus, eum forte non sensit. Sed hæc consue-
tudo periculosa est. Per scripturas enim diuinas multo tutius ambulatur, quas uerbis translatis
occupatas, quum scrutari uolumus, aut hoc inde exeat, quod non habeat controuersiam, aut si
habet, ex eadem scriptura ubicunq; inuentis, atq; adhibitis eius testibus terminetur.

Troporum cognitionem, esse necessariam. Cap. XXIII.

Troporum autem cognitionem, esse necessariam scribit Augustinus eodem libro, capite 29.
Sciunt (inquit) literati modis omnibus locutionis, quos grammatici Græco nomine tro-
pos uo

pos uocant, autores nostros usos fuisse, & multiplicatius, atq; copiosius, quam possunt existima-
re, uel credere, qui nesciunt eos, & in alijs ista didicerunt. Quos tamen tropos q̄ nouerunt, agno-
scunt in literis sanctis, eorumq; scientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuantur. Sed hic eos
ignaris tradere non decet, ne artem Grammaticam docere uideamur. Extra sane, ut discantur,
admoneo, quauis iam superius id admonuerim, id est, in secundo libro, ubi de linguarum neces-
saria cognitione differui. Nam literæ à quibus ipsa Grammatica nomen accepit (γρῆματα enim
Græci literas uocant) signa utiq; sonorum sunt ad articulatam uocem, qua loquimur, pertinen-
tium. Istorum autem troporum, non solum exempla sicut omnium, sed quorundam etiam no-
mina in diuinis libris leguntur, sicut allegoria, ænigma, parabola. Quauis penè omnes tropi,
qui liberali dicuntur arte cognosci, etiam in eorum reperiantur loquelis, qui nullos grammati-
cos audierunt, & eo quo uulgus utitur sermone, contenti sunt. Quis enim non dicit, sic floreas?
Qui tropus metaphora uocatur. Quis non dicit, piscinam etiam, quæ non habet pisces, nec
facta est propter pisces, & tamen à piscibus nomen accepit? Qui tropus catachresis dicitur. Lon-
gum est isto modo ceteros profectò. Nam usq; ad illos peruenit uulgi locutio, qui propterea
mirabiliores sunt, quia contra quàm dicitur significant, sicuti est, quæ appellatur ironia, uel an-
tiphrasis, sed ironia pronuntiatione indicat quid uelit intelligi, ut quum dicimus homini mala fa-
cienti, Res bonas facis. Antiphrasis uero, ut contraria significet, non uoce pronuntiantis effi-
citur, sed aut uerba habet sua, quorum origo contraria est, sicut appellatur lucus, quod minime
luceat, aut consueuit aliquid ita dici, quæuis dicatur etiā non è contrario, ueluti quum quærimus ac-
cipere, quod ibi non est, & respondetur nobis, abundat, aut adiunctis uerbis facimus ut à con-
trario intelligatur quod loquimur, ueluti si dicamus, Caue illum, quia bonus homo est. Et quis
taliam non dicit indoctus, nec omnino sciens qui sint, uel quid uocentur hi tropi? Quorum cog-
nitio propterea scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria, quia quum sensus ad pro-
prietatem uerborum, si accipiatur, absurdus est, quærendum est utiq; ne forte illo, uel illo tropo
dictum sit quod non intelligimus, & sic pleraq; inuenta sunt, quæ latebant.

Tropos non esse mendacia, & cur figuris obtegantur scripturæ. Cap. XXIII.

Tropos autem non esse mendacia, idem Augustinus libro unico contra mendacium, hoc pa-
cto scribit: Quæ (inquit) si mendacia dixerimus, omnes etiam parabola, ac figuræ signifi-
candarum quarunq; rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio
est intelligendum, dicuntur esse mendacia, quod absit omnino. Nam qui hoc putat, tropicis etiā
tam multis locutionibus, omnibus potest hanc importare calumniam, ita ut hæc ipsa, quæ appel-
latur metaphora, hoc est, de re propria, ad rem non propriam uerbi alicuius usurpata translatio,
possit ista ratione mendacium nuncupari. Quum enim dicimus fluctuare segetes, gemmare ui-
tes, floridam iuuentutem, niueam caniciem, proculdubio fluctus, gemmas, florem, niuem, quia in
his rebus non inuenimus, in quas hæc uerba aliunde transtulimus, ab istis mendacia putabuntur.
Et petra Christus, & cor lapideum Iudæorum, item leo Christus, & leo diabolus, & innumerabi-
lia talia dicuntur esse mendacia. Quid quod hæc tropica locutio usq; ad eam peruenit, quæ appel-
latur Antiphrasis, ut dicatur abundare quod non est, dicatur dulce, quod acidum est, lucus, quod
non luceat, parca, quod non parcant. Vnde illud est in scripturis sanctis: Si non in faciem bene-
dixerit tibi, quod diabolus ait domino de sancto Iob, & intelligitur, maledixerit. Quo uerbo, &
Nabuthæi fictum crimen à calumniantibus nominatum est. Dictum est enim, quod benedixerit
regi, hoc est, maledixerit. Hi omnes modi locutionum, mendacia putabuntur, si locutio, uel actio
figurata, in mendacio deputabitur. Si autem non est mendacium, quando ad intelligentiam ueri-
tatis aliud ex alio significantia referuntur, profectò non solū id quod fecit, aut dixit Iacob patri, ut
benediceretur, sed neq; illud quod Ioseph uelut illudēdis locutus est fratribus, nec quod Dauid si-
mulauit insaniam, nec cœtera huiusmodi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones, actionesq; pphe-
ticæ ad ea quæ uera sunt intelligenda referendæ. Quæ propterea figuratis uelut amicis obte-
gantur, ut sensum pie quærentis exerceant, & ne nuda, ac prompta uilescant, quamuis alijs locis
aperte, ac manifeste dicta didicimus, quum ea ipsa de abditis eruiuntur, in nostra quodammodo co-
gnitione renouantur, & renouata dulcescunt. Nec uidētur discentibus, quod his modis obscuran-
tur, sed commendantur magis, ut quasi subtrac̄ta desiderentur ardentius, & inueniantur deside-
rata iucundius: tamen uera, non falsa dicuntur, quoniam uera, non falsa significantur, seu uero
bo, seu facto.

De ænigmate, & tropicis locutionibus, Cap. XXV.

De ænigmate autem, & tropicis locutionibus rursus Augustinus libro de trinitate decimo-
quinto, capite nono, hoc pacto scribit, enarrans illud Apostolicum, Videmus nunc per spe-
culum, seu factum. I. Corin. 13.

Pisctna.
Catachresis.
Ironia.
Antiphrasis.
Lucus.

Metaphora.
I. Corin. 10.
Ezech. 11. d.
Apoc. 5.
I. Petri. 5.
Antiphrasis.
Lucus.
Parca.
Iob 2.
3. Reg. 21.
Gen. 27.
Gen. 4. 2.
I. Reg. 21.

Tropus. **culum in ænigmate.** Quia uero (inquit) addidit, in ænigmate, multis hoc incognitum est, qui eas literas nesciunt, in quibus est doctrina quædam de locutionum modis, quos Græci tropos uocant, eoque Græco uocabulo etiam nos utimur pro Latino. Sicut enim Schemata uisitatius dicimus quàm figuras, ita uisitatius dicimus tropos, quàm modos. Singulorum autem modorum, siue troporum nomina, ut singula singulis referantur, difficilimum est, & insolentissimum Latinè enunciare. Vnde quidam interpretes nostri, quod ait Apostolus, quæ sunt in allegoria, nolentes Græcum uocabulum ponere, circumloquendo interpretati sunt, dicentes, quæ sunt aliud ex alio significatia. Huius autem tropi, id est, allegoriae, plures sunt species, in quibus est etiam quod dicitur ænigma. Diffinitio autem ipsius nominis generalis, omnes etiam species complectatur, necesse est, ac per hoc sicut omnis equus animal est, non omne animal equus est: ita omne ænigma allegoria est, non omnis allegoria ænigma est. Quid ergo est allegoria, nisi tropus, ubi ex alio aliud intelligitur? Quale illud est ad Thessalonicenses: Itaque non dormiamus sicut & ceteri, sed uigilemus &c. usque Iobrij sumus. Sed hæc allegoria non est ænigma. Nam nisi multum tardis iste sensus in promptu est. **Ænigma** autem est (ut breuiter explicem) obscura allegoria, sicut est: Sanguisugæ erant duæ filia, & quæcunque similia. Nomine igitur ænigmatis similitudo obscura, & ad perspicendum difficilis intelligitur. Hieronymus autem enarrans illud Apostolicum, Quæ sunt per allegoriam dicta, hoc modo scribit: Allegoria proprie de arte grammatica est, & quod à metaphora, uel ceteris tropis differat, in scholis paruuli discimus. Aliud præterdit in uerbis, aliud significat in sensu. Pleni sunt oratorum, & poetarum libri. Scriptura quoque diuina per hanc non modica ex parte contexta est. Quod intelligens Paulus Apostolus, ipso uerbo figuræ usus est, ut allegoriã, sicut apud suos dicitur, appellaret, quo scilicet sensu magis loci huius Græci sermonis abusionem monstraret.

Figuras multas sacris contineri in literis,

Cap. XXVI.

Sacris in literis multæ continentur figuræ, quarum hic nonnullas inseram, ut secularium literarum professores moneantur è sacris literis schemata omnia profluxisse.

Anaphora. Anaphora, id est, relatio, est eiusdem partis orationis per diuersa membra repetitio, ut per Psalmistam dicitur, Dicant nunc domus Aharon, quoniam in sæculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum &c. Et paulo inferius, Melius est sperare in domino, quàm sperare in homine. Melius est sperare in domino, quàm sperare in principibus.

Anastrophe. Anastrophe, id est, inuersio, siue reuersio, aut peruersio, est quando promimus ordine conuerso sententiam, ut Psal. 23. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Prius, id est, misericordiam elargitur, nostris parcens peccatis, deinde benedictionis munera donat.

Antiprosopon. Antiprosopon est, quando pro homine ingrato persona ponitur gratissima, ut Psalmo septuagesimo octauo. Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt: pro gente enim, quæ peccauerat, reuerendissimi patriarchæ nomen obiectum est. compositum nomen ex anti contra, & prosopon persona.

Antiptosis. Antiptosis est, quando casus pro casu ponitur, ut quum Lamed quod est signum dandi casus, ponitur pro eth, quod est signum accusandi, ut Exo. 27. & Psal. 115. Nam illud Lamed redundat, aut ponitur uice Eth, quod est dictu, datiuus ponitur pro accusatiuo. Et in Euangelio, Sermo quæ audistis, non est meus.

Apostrophe. Apostrophe est conuersio, quoties ad diuersas personas uerba conuertimus, ut Psalmo decimonono, Tribuat tibi &c. Lætabimur in salutari tuo &c. Impleat dominus, &c. Nunc cognouit &c.

Auxesis. Auxesis, id est, augmentum, est figura quæ ascendendo quædam nomina per membra singula rerum augmenta congeminat. Psalmo tertio: Tu domine clypeus pro me, gloria mea, & exaltans caput meum. Et decimo octauo: Iudicia domini ueritas, iustificata sunt pariter, & desiderabilior auro, & auro multo, & dulciora melle & fauo.

Catachresis. Catachresis, id est, abusio, est quotiens aliena rerum nomina non habentibus commodantur, ut Psalmo septuagesimo quarto: Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti.

Characterismus. Characterismus, id est, informatio, descriptio, figura quæ siue rem præsentem, siue absentem, siue præsentem personam spiritualibus oculis subministrat. Quod & in laude, & uituperio fieri solet, ut psalmo 20. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. & Psalmo 44. Astitit coniunx ad dexteram tuam cum corona &c.

Climax. Climax, id est, scala, figura est, quando positus quibusdam gradibus, siue in laudibus, siue in uituperat.

operatione semper accrescit, postremo uerbo in primo comate existente, in sequenti iterato, ut ad Romanos 5. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit, Psalmo 105. Et effuderunt sanguinem innocẽtem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum. Et 143. Non est diuisio, neque egrediens, neque clamor in plateis eorum.

Diaphoresis. Diaphoresis, id est, differentia, figura est per quam fit personarum differentia, ut inter iustum, & impium, Psalmo 36. Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & commodat. Et rursus: Quoniam benedicentes ei possidebunt terram: maledicentes autem ei, disperibunt.

Diatyposis. Diatyposis, id est, formatio, dispositio, expressio, figura est ubi rebus, personis uel subiectis, & formæ ipsæ, & habitus exprimentur, ut Psalmo tricesimo: Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & uenter meus &c.

Emphasis. Emphasis, id est, significatio, demonstratio, expressio, figura, qua latens aliquid ex aliquo eruitur dicto, cuius duo sunt genera. Alterum quod plus quàm dicit, alterum quod etiam id quod dicit, id est, quæ significat id quod non dicit, ut Psalmo 23. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine, in quo fecit intelligi non propter meritum meum.

Energia. Energia, id est, euidentia, manifestatio, figura est, quum res ita describitur, ut cerni uideatur, ut Psalmo 33. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Et 36. Vidi impium super exaltatum &c.

Ænigma. Ænigma, id est, obscura allegoria, uel quæstio, ut in libro Iudicum: De comedente exiuit clibus &c. pertinet ad allegoriam, quia aliud dicit, aliud significat.

Epanodos. Epanodos, id est, reditus, regressio, id est, repetitio rerum, quæ iunctim dictæ sunt, ut Psalmo 113. Quid est tibi mare, quod fugisti &c.

Cap. XXVII.

Epexergasia, id est, diligentia, figura, quæ fit quoties uni causæ duas probationes apponimus, ut Psalmo 36. In diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt, & inimici domini mox ut honorificati sunt, deficient &c.

Ephegesis. Ephegesis, id est, expositio prioris dicti, ut Psalmo 7. Domine deus mi, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, & Psalmo 20. Magna est gloria eius in salutari, gloriam, & magnam decorem impones super eum &c. Et 29. Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi &c. & 36. Reuela domino uiam tuam, & ipse faciet, & educet tanquam lumen &c.

Epicherema. Epicherema, id est, conamæ, ratio, approbatio, quæ fit quoties rem de qua agitur, per exemplum aliquid probare contendimus, Psalmo uicesimo sexto: Dominus illuminatio mea &c. Dum appropiant super me noc. &c.

Epidiorthosis. Epidiorthosis, id est, correctio, id est, superioris rei cognitio, ut Psalmo 61. Salus mea, refugium meum, non mouebo amplius. uel multum in quo significat se aliquando motum.

Epimone. Epimone, id est, perseverantia, assiduitas, quæ figura fit quando similia dicta crebra repetitione geminatur, ut Psalmo 12. Usquequo domine obliuisceris me in sæculum, usquequo exaltabitur inimicus &c. Et 28. Afferte domino &c. Afferte domino gloriam &c.

Epanalepsis. Epanalepsis, id est, repetitio, figura quæ fit quando dictio in principio uersus posita, iterum in fine uersus repetitur, ut Psalmo 82. Deus quis similis tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Epiphonema. Epiphonema, id est, exclamatio, figura est quæ post narratas res breuiter cum exclamazione prorumpit, post omnia desinens in exaggerantissimam summam, ut postquam dixit Psalmo 22. Dominus regit &c. in fine concludit, ut habitem in domo domini. Et 30. In te domine speraui. Et in fine: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum. Et 134. Laudate nomen domini &c. Et postea: Omnia quæcunque uoluit fecit &c.

Epirochasmus. Epirochasmus, id est, supereffusio, figura quæ succinctè ea quæ sunt effusius dicenda, perstringit, ut Psalmo uicesimo secundo: Dominus regit me &c. in quo breuiter dixit quod in subsequentibus latius enumerauit. Et 69. Deus in adiutorium meum &c. in quo uersu quæ latius sentienda sunt, breuiter explicantur.

Epizeusis. Epizeusis, id est, combinatio, uel coniugatio, figura, quæ fit quoties in uno uersu sermonem sine aliqua interpositione geminamus, ut psalmo 108. Et tu domine domine fac mecum &c. & 139. Domine domine uirtus salutis meæ.

Erotema. Erotema, id est, interrogatio, ut Psalmo secundo: Vt quid congregauerunt se gentes? Et 3. Domine quid multiplicati sunt &c.

Ethopeia. Ethopeia figura, fit quoties introducimus aliquem ad loquendum, ut Psalmo octogesimo: In tribulatione inuocasti me &c.

Actiologia. Actiologia, id est, causæ redditio, figura, quæ fit quoties præmissæ rei decora subiungitur ratio, ut Psalmo 15. Propter hoc lætatum est cor meum &c. quoniam non derelinques animam meam in

sepulchro &c. uel in inferno.

Exallage. Exallage, id est, permutatio, ut Psalmo secundo: Tunc loquetur ad eos &c. Deinde mutat personam: Ego autem constitui regem meum &c.

Exetasmos. Exetasmos, id est, exquisitio, quaestio, figura quum res plures diuisas cum interrogatione exquirentes, singulis quæ conueniunt, applicamus, ut Psalmo 23. Quis ascendet in montem domini &c. Innocens manibus &c. Et 14. Domine quis habitabit &c. Qui ambulat sine macula &c.

Hypallage. Hypallage, id est, submutatio, de qua superius dictum est in exallage.

Hyperbaton. Hyperbaton, id est, transgressio, transcensio, figura, quæ fit cum suspensus uerborum ordo, inferius explicatur, ut Psalmo 36. Ne æmuleris in eo qui prosperatur in uia sua &c. Et adhuc pusillum &c. Et filia Tyri &c.

Hyperbole. Hyperbole, id est, excessus, figura per quam solent aliqua in magnitudinem exaggerationis extendi, quum dictio excedens fidem, ponitur augendi, uel minuendi gratia, ut Psalmo sexto: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Et 106. Ascendunt usque ad cælos, & descendunt usque ad abyssos.

Hyperthesis. Hyperthesis, id est, superpositio, superlatio, figura est, quum aliquam rem opinione omnium notam, sententia nostra superare contendimus, ut Psalmo 17. Et ascendit, & uolauit, uolauit super pennas uentorum. Et 50. Lauabis me, & super niuem dealabor.

Cap. XXVIII.

Hypozeusis. Hypozeusis, id est, subconiunctio, figura quæ fit quando diuersa uerba singulis apta clausulis apponuntur, ut Psalmo primo: Beatus uir, qui non ambulauit in consilio impiorum, & in uia pec. non stetit, & in cathedra derisorum non sedit.

Hymos. Hymos, conuenientia, uel uinculū figura est quando series orationis tenorem suum seruat usque ad ultimum, ubi nec persona alia, nec causa mutatur, ut Psalmo 53. Deus in nomine tuo &c. & 132. Ecce quàm bonum &c.

Homoeoteleuton. Homoeoteleuton, id est, similiter finitum, similiter desinens, figura est quum plura uerba in eandem uocem finiunt, ut Psalmo 84. Benedixisti domine ter. tu. Remisisti iniqui. ple. tu. operuisti o. pec. eo. Mitigasti &c.

Homoeosis. Homoeosis, id est, similitudo, tropus, siue figura est, quum ex similitudine cogniti, deuenimus in cognitionem incogniti, siue per quam minus notæ rei, ex similitudine eius, quæ magis nota est demonstratio declaratur, ut Psalmo centesimouicesimo secundo: Ecce sicut oculi seruatorum &c. Et sicut oculi ancillæ &c.

Homoeoptotō. Homoeoptotō, id est, similitum casuum, aut similiter cadens. Dicitur & Homoptoton, similitum casuum figura, quum in similes sonos diuersa exeunt uerba, ut Psalmo nonagesimo septimo: Cantate, exultate, & psallite.

Ironia. Ironia, id est, irrisio, simulatio, illusio, id est, figura quum aliquid per contrarium dicitur, & illusionem, ut Psalmo 21. Sperauit in domino, eripiat eum &c.

Ison. Ison, id est, æquale, figura quædo res aliquæ parilitate similes adhibita laude, uel detractioe iunguntur, ut Psalmo 91. Iustus ut palma florebit &c.

Leptologia. Leptologia, id est, subtilis locutio, quando res singulæ minutatim, & subtiliter indicantur, ut Psalmo 51. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia uerba &c.

Metabole. Metabole, id est, mutatio, id est, iteratio unius rei sub uarietate uerborū, ut Psalmo quinto: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intende uoci &c. Quod totū ad unam respicit petitionem. Ac si dicat: Exaudi orationem meam. Et 68. Non me demergat &c.

Metaphora. Metaphora, id est, translatio, quum mutatur nomen, aut uerbum ex eo loco, ubi proprium est in eum in quo, aut proprium deest, aut translatum proprio melius, ut Psalmo 31. Veruntamen in diluuiū aquarum multarū, ad eum non appropinquabunt &c. Et 146. Qui alligat contritiones eorum &c. Metaphora ab artificibus medendi. Et Psalmo secundo: Quum exarserit &c.

Metastasis. Metastasis, id est, transmutatio, translatio, dum culpam nostram in alium transferre conamur, ut Psalmo 140. Non declines cor meum in uerba mea. ad excu. in pecca.

Metonymia. Metonymia, id est, transnominatio, quæ fit quoties intellectum rei diuersis modis, uerbis alienis, ac translatis indicamus, ut Psalmo secundo: Qui habitat in cælis irridebit eos &c. Et Gen. decimonono: Nūc cognoui, id est, cognoscere feci te quod timeas dominum. Est etiam metonymia quando per id quod continet, hoc quod continetur edicitur, ut Psalmo quadagesimo sexto: Et uocauit terram, id est, homines terræ. Et sexagesimo quinto: Iubilate Deo omnis terra. & 104. Latata est Aegyptus &c.

Metriasmos,

Metriasmos, id est, mediocritas, quæ fit quoties rem magnam mediocri relatione proferimus, Metriasmos. ut Psalmo 30. Factus sum tanquam uas perditum. & 34. Ego autem quum mihi molesti essent, induebam me cilicio. Humiliabam &c. & 68. Ego sum pauper, & dolens.

Parabola, id est, comparatio, id est, rerum dissimilium cōparatio, ut Psalmo primo: Et erit sicut parabola. arbor plantata &c. Et decimosexto: Sub umbra alarum tuarum.

Cap. XXIX.

Paradigma. Paradigma, id est, exemplum, id est, narratio per exemplum hortans aliquem, aut deterrens, hortās, ut, Beatus uir &c. Psalmo primo: Et erit sicut arbor &c. Deterrens, ut, Non sic impij, sed tanquam &c. Et 33. Vultus autem domini super facientes mala.

Paradoxa. Paradoxa, id est, inopinabilia, præter opinionem, exitus inopinatus, quum aliud proponitur, aliud explicatur, ut psalmo 17. Deus meus impolluta uia eius. Aggressus dicere quid exoratiuum, subiunxit ei exitum inopinatum. Impolluta uia eius. Et octogesimo tertio: Domine deus uirtutum, beatus homo qui sperat in te.

Paranomasia. Paranomasia, id est, agnominatio, uel denominatio, ut Psalmo 144. Miserator, & misericors dominus. & 118. Bonus es tu.

Paraprosodia. Paraprosodia, id est, præter expectationem, idem quod paradoxa.

Parenthesis. Parenthesis, id est, insertio, interpositio, figura quoties remota de medio sententiæ, integer sermo perdurat, ut Psalmo decimosexto: Ut non loquatur os meū opera hominum (propter uerba labiorum tuorum) ego custodiui uias duras, quanquam & aliter potest ordinari uerborum series.

Parison. Parison, id est, æquale, quando duæ res è diuerso ponuntur, sed una magis eligitur, ut Psalmo 83. Melior est dies una &c. Et, Elegi abiectus esse &c.

Parœmia. Parœmia, id est, prouerbum, quod multorum ore frequentatur, ut, Omnis homo mendax, Psalmo 115. Et durum est tibi contra stimulum calcitrare, Actuum 9.

Peusis. Peusis, id est, interrogatio, ubi interrogatio fit, & responsio subsequitur, ut Psalmo 4. Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen &c.

Pleonasmos. Pleonasmos, id est, superabundantia, ut, Psalmo 73. Incenderunt igni sanctuarium tuum. & 141. Voce mea ad dominum clamaui.

Procatalepsis. Procatalepsis, id est, præoccupatio, dicitur & prolepsis, ut Psalmo quinquagesimo: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco &c. Quasi enim in uenturo iudicio constitutus, delictorum suorum aspectus teterrimos pertimescit.

Prophonesis. Prophonesis, id est, exclamatio, quæ fit quoties inter alia, quæ loquimur, ad Deum subito, uel ad quempiam uerba cōuertimus, ut Psalmo quinquagesimo quarto: Veniat mors super illos &c. Ego autem ad Deum clamaui.

Prosopopeia. Prosopopeia, personæ factiua: Prosopon est persona, & poiōo facio, figura est, quum persona aliqua fingitur ut cum inanimatum loquitur ad animatum, uel cōtra, ut Psalmo nonagesimo secundo: Eleuauerunt flumina uocem suam &c.

Somatopeia. Somatopeia, id est, corporis factiua, id est, attributio, figura quando rebus incorporeis, corpora tribuuntur, ut Psalmo octogesimo quarto: Iustitia, & pax osculatae sunt: Misericordia, & ueritas obuauerunt sibi.

Syllepsis. Syllepsis, id est, conceptio, comprehensio, quæ fit quum pluralis dictio singulari uerbo coniungitur, ut Psalmo primo, Quod plantatum est secus riuulos aquarum, id est, unum è riuulis.

Synathrismos. Synathrismos, id est, congeries, congregatio, figura quando plurimæ res in unum, aut plurima crimina colliguntur, ut Psalmo 11. Saluum fac me domine, quoniam defecit sanctus, quoniam dimi nutæ sunt ueritates &c. Et Psalmo 22. Dominus regit me &c.

Synchrisis. Synchrisis, comparatio, dum comparatione quadam iustiorē causam nostram, quàm aduersarij demonstramus, ut Psalmo 19. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini &c. & 25. In quorum manibus iniquitates sunt &c. Ego autem in innocentia mea &c.

Synchoresis. Synchoresis, id est, concessio, quotiens aliqua importune desiderantibus conceduntur, quæ ad utilitatem illorum pertinere nō possunt, ut Psalmo 77. Et manducauerunt, & saturati sunt, & desiderium eorum attulit eis &c.

Syndicasmos. Syndicasmos, collatio, quando sibi, aut personæ, aut causæ siue ex cōtrario, siue ex simili comparantur, ut Psalmo 11. Eloquia domini, eloquia casta &c. Et 51. Præualuit in uanitate sua, ego autem sicut oliua fructifera &c.

Synecdoche. Synecdoche, figura, cum à parte totum, uel à toto pars intelligitur, ut Exo. primo: Omnes animæ quæ egressæ sunt &c.

Tapinosis. Tapinosis, id est, humiliatio, quæ fit quoties magnitudo mirabilis, rebus humilissimis comparatur, ut Psalmo 21. Ego autem sum uermis, & non homo &c.

Tautologia,

Tautologia.

Tautologia, id est, eiusdem sermonis iteratio. ut, Benedicendo benedicam. Multiplicando multiplicabo semen tuum &c. Frequentissima est sacris in literis, & augendi gratia fit.

Regulæ Ticonij, quibus clausa multa patefunt in scripturis. Cap. XXX.

Ticonius quidam (ut Augustinus ait libro de doctrina Christiana 3. cap. 30. usq; in finem libri) fecit librum, quem regularum uocauit, quia in eo quasdam septem regulas executus est, quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperirentur occulta.

Prima est de domino, & eius corpore, in qua scientes aliquando capitis, & corporis, id est, Christi, & Ecclesie unam personam nobis intimari, neque enim frustra dictum est fidelibus: Ergo Abraham semen estis, quum sit unum semen Abraham, quod est Christus, non hæsemus, quando à capite ad corpus, uel à corpore transitur ad caput: & tamen non receditur ab una, eademq; persona. Vna enim persona loquitur, dicens: Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento, & tamen quid horum duorum capiti, quid corpori (id est, quid Christo, quid ecclesie conueniat) utique intelligendum est.

Secunda est de domini corpore bipartito, quod quidem non ita debuit appellare. Non enim reuera domini corpus est, quod cum illo non erit in æternum. Sed dicendum fuit de domini corpore uero, atque permixto, aut uero, atq; simulato, uel quid aliud, quia non solum in æternum, uerum etiam nunc hypocrite non cum illo esse dicendi sunt, quamuis in eius esse uideantur ecclesia. Vnde poterat ista regula & sic appellari, ut diceretur de permixta ecclesia. Quæ regula lectorem uigilantem requirit, quando scriptura, quum ad alios iam loquatur tanquam ad eos ipsos, ad quos loquebatur, uidetur loqui, uel de ipsis, quum de alijs iam loquatur, tanquam unum sit utrorumq; corpus propter temporalem commixtionem, & communionem sacramentorum. Ad hoc in Canticis Canticorum, Fusca sum, & speciosa, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis. Non enim ait, Fusca fui, ut tabernacula Cedar, & speciosa sum ut pelles Salomonis, sed utriq; se esse dixit propter temporalem unitatem intra una retia piscium bonorum, & malorum. Tabernacula enim Cedar ad Hirmaelem pertinent, qui non erit hæres cum filio liberæ. Itaque quum de bona parte Deus dicat, Ducam cæcos in uiam, quam non nouerunt, & semitas quas non nouerunt, calcabunt; & faciam illis tenebras in lucem, & praua in directum: hæc uerba faciam, & non derelinquam eos. Mox de alia parte quæ male permixta est dicit: Ipsi autem conuersi sunt retrorsum, quamuis alij iam significantur his uerbis. Sed quoniam nunc in uno sunt tanquam de ipsis loquitur, de quibus loquebatur: non tamen semper in uno erunt. Ipse est quippe illè seruus commemoratus in Euangelio, cuius, quum dominus uenerit, diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet.

Tertia regula est de promissis, & lege, quæ alio modo dici potest de spiritu, & litera, sicut nos eam appellauimus, quum de hac re librū scriberemus. Potest etiā sic dici, de gratia, & mandato. Hæc autem magis mihi uidetur magna quæstio, quam regula, quæ soluendis quæstionibus adhibenda est. Hæc autem est quam non intelligentes Pelagiani, uel condiderunt suam hæresim, uel auxerunt. Laborauit in ea dissoluenda Ticonius bene, sed non plenè. Disputans enim de fide, & operibus opera nobis dixit à Deo dari merito fidei: ipsam uero fidem sic esse à nobis, ut nobis non sit à Deo. Nec attendit Apostolum dicentem, Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo patre, & domino nostro Iesu Christo. Sed non erat expertus hanc hæresim, quæ nostro tempore exorta multum nos, ut gratiam Dei, quæ per dominum nostrum Iesum Christum est aduersus eam defenderemus, exercuit, & secundum id quod ait Apostolus, Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant in uobis multo uigilantiores, diligentioresq; reddidit, ut aduerteremus in scripturis sanctis, quod istum Ticonium minus attentum, minusq; sine hoste sollicitum fugit, etiam ipsam scilicet fidem donum illius esse, qui eius mensuram unicuiq; partitur. Ex qua sententia quibusdam dictum est, Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis: uerum etiam ut pro eo patiamini. Vnde quis dubitet utrunque esse Dei donum, qui fideliter, atque intelligenter audit utrunque donatum? Plura sunt & alia testimonia, quibus id ostenditur, sed hoc nunc non agimus: alibi autem, atque alibi sæpissime ista egimus.

Cap. XXXI.

Quarta uero Ticonij regula est de specie, & genere. Sic enim eam uocat, uolens intelligi speciem partem, genus autem totum, cuius ea pars est quam nuncupat speciem, sicut u naquæque ciuitas pars est utique uniuersitatis gentium: hanc ille uocat speciem, genus autem omnes gentes. Neque hic ea discernendi subtilitas adhibenda est, quæ à dialecticis traditur, qui inter partem, & speciem quid intersit, acutissime disputant. Eadem uero ratio est, si non de unaquaque ciuitate, sed de unaquaque prouincia, uel gente, uel regno tale aliquid in diuinis reperiaturoloquijs. Non solum

solum enim, uerbi gratia, de Hierusalem, uel de aliqua gentium ciuitate, siue Tyro, siue Babylonia, siue alia qualibet dicitur aliquid in scripturis sanctis quod modum eius excedat, & conueniat potius omnibus gentibus, uerum etiam de Iudæa, de Aegypto, de Assyria, & quacunq; alia gente, in qua sunt plurimæ ciuitates, non tamen totus orbis, sed pars eius, dicitur quod transeat eius modum, & congruat potius uniuerso, cuius hæc pars est, uel sicut iste appellat generi, cuius hæc species est. Vnde & in notitiam uulgi uerba ista uenerunt, ut etiam idiotæ intelligant, quid specialiter, quid generaliter in quocunq; præcepto imperiali sit constitutum. Fit hoc etiam de hominibus, sicut ea quæ de Salomone dicuntur excedunt eius modum, & potius ad Christum, uel ecclesiam, cuius ille pars est, relata clarescunt. Nec species semper exceditur, sæpe enim talia dicuntur, quæ uel ei quoque, uel ei fortasse tantummodo apertissime congruant. Sed quum à specie transitur ad genus, quasi adhuc de specie loquente scriptura, ibi uigilare debet lectoris intentio, ne quærat in specie quod in genere potest melius, & certius inuenire. Facile quippe est illud quod ait propheta Ezechiel, Domus Israel habitauit in terra, & polluerunt eam in uia sua, & in idolis suis, & peccatis suis, secundum immundiciam menstruata facta est uia eorum ante faciem meam, & effudi iram meam super eos, & dispersi illos inter nationes, & uentilauit eos in regiones, secundum uias eorum, & secundum peccata eorum iudicaui eos. Facile est (inquam) hoc intelligere de illa domo Israel, de qua dicit Apostolus: Videte Israel secundum carnem, quia hæc omnia carnalis populus Israel, & fecit, & passus est. Alia etiam quæ sequuntur eidem intelliguntur populo conuenire. Sed quum coeperit dicere, Et sanctificabo nomen meum sanctum, illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluitis in medio earum, & scient gentes, quia ego dominus, iam intentus debet esse qui legit, quemadmodum species excedatur, & adiungatur genus. Sequitur enim, & dicit: Et dum sanctificabor in uobis ante oculos eorum, & accipiam uos de gentibus, & congregabo uos ex omnibus terris, & inducam uos in terram uestram, & aspergam uos aqua munda, & mundabimini ab omnibus simulacris uestris, & mundabo uos, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in uos, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum dabo in uos, & faciam ut in iustitijs meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis, & habitabitis in terra quam dedi patribus uestris, & eritis mihi in populum, & ego ero uobis in Deum, & mundabo uos ex omnibus immundicijs uestris. Hoc de nouo testamento esse prophetatum, ad quod pertinet non solum una gens illa in reliquijs suis, de quibus alibi scriptum est: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquæ saluæ fient: uerum etiam cæteræ gentes, quæ promissæ sunt patribus eorum, qui etiam nostri sunt, non ambigit quisquis intuetur, & lauacrum regenerationis hinc esse promissum, quod nunc uidemus omnibus gentibus redditum. Et illud quod ait Apostolus, quum noui testamenti gratiam commendaret, ut in comparatione ueteris emineret, Epistola nostra uos estis scripta, non atramento, sed spiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: hinc esse respicit, & perspicit dictum ubi iste propheta dicit, Et dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum dabo in uos, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum. Cor quippe carneum. Vnde ait Apostolus, Tabulis cordis carnalibus, à corde lapideo uoluit uitam sentientem discerni, & per uitam sentientem, significauit intelligentem. Sic fit Israel spiritualis, non unius gentis, sed omnium quæ promissæ sunt patribus eorum in semine, quod est Christus. Hic ergo Israel spiritualis ab illo Israel carnali, qui est unius gentis, nouitate gratiæ, non nobilitate patriæ, & mente, non gente distinguitur. Sed altitudo prophetica, dum de illo, uel ad illum loquitur, latenter transit ad hunc, & quum iam de isto, uel ad istum loquatur, adhuc de illo, uel ad illum loqui uidetur, non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter inuidens, sed exercens medicinaliter cor nostrum. Vnde & illud quod ait, Et inducam uos in terram uestram, & paulopost tanquam id ipsum repetens, Et habitabitis (inquit) in terra, quam dedi patribus uestris, non carnaliter, sicut carnalis Israel: sed spiritualiter, sicut spiritualis Israel debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula, & ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in æternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum, terra uiuentium, ipsa est intelligenda patribus data, quando eis certa, & immutabili dei uoluntate promissa est, quoniam ipsa promissionis, uel prædestinationis firmitate iam data est, quæ danda suo tempore à patribus credita est, sicut de ipsa gratia, quæ sanctis datur, scribens ad Timotheum Apostolus, ait: Non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante sæcula æterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri. Datam dixit gratiam, quando nec erant adhuc quibus daretur, quoniam in dispositione, ac prædestinatione Dei iam factum erat, quod suo tempore futurum erat, quo esse dicit manifestatam. Quamuis hæc possint intelligi & de terra futuri sæculi, quando erit cælum nouum, & terra noua, in qua iniusti habitare non poterunt. Et ideo rectè dicitur pijs, quod ipsa sit terra eorum, quæ ulla ex parte non erit impiorum, quia & ipsa similiter data est, quando danda firmata est.

Quintam

24

Quintam Ticonius regulam ponit, quam de temporibus appellat, qua regula plerumque inueniri, uel conijci possit latēs in scripturis sanctis quantitas temporum. Duobus autem modis uigere dicit hanc regulā, aut tropo Synecdoche, aut legitimis numeris. Tropus Synecdoche, aut à parte totum, aut à toto partem facit intelligi, sicut unus euangelista post dies octo factum dicit, quod alius post dies sex, quando in monte discipulis tantum tribus praesentibus, facies domini ut sol resplenduit, & uestimenta eius sicut nix. Vtrunq; enim uerum esse non posset quod de numero dierum dictum est, nisi ille qui dixit, post dies octo, intelligatur partem nouissimam diei ex quo id Christus praedixit futurū, & partem primā diei, quo id ostendit impletū, pro totis diebus duobus, atq; integris posuisse: Is uero qui dixit, post dies sex, integros omnes, & totos, sed solos medios copulasse. Hoc modo locutionis, quo significatur à parte totū, etiā illa de resurrectione Christi soluitur quaestio. Pars enim nouissima diei, quo passus est, nisi pro toto die accipiatur, id est, adiuncta etiā nocte praeterita, & nox in cuius parte ultima resurrexit, nisi totus dies accipiatur, adiuncto scilicet die illucescente dominico, non possunt esse tres dies, & tres noctes, quibus se in corde terrae praedixit futurum. Legitimos autē numeros dicit, quos eminentius diuina scriptura commendat, sicut septenarium, uel denarium, uel duodenarium, & quicumq; alij sint quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumq; enim huiusmodi numeri pro uniuerso tempore ponuntur, sicut, *Psal. 118.* Septies in die laudem dixi tibi, nihil est aliudq;, Semper laus eius in ore meo. Tantundem ualent, & quum multiplicantur siue per denarium, sicut septuaginta, & septingenti, unde possunt & septuaginta anni Hieremiae pro uniuerso tempore spiritualiter accipi, quo est apud alienos ecclesia, siue per seiplos, sicut decem, per decem centum sunt, & duodecim, per duodecim centum quadragintaquatuor, quo numero significatur uniuersitas sanctorum in Apocalypsi. Vnde apparet nō solas temporum quaestiones istis numeris esse soluendas, sed latius patere significationes eorum, & in multa prosperere. Neq; enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines. Sextam regulam Ticonius recapitulationem uocat, in obscuritate scripturarum satis uigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quaedam quasi sequantur in ordine temporis, uel rerum continuatione narrentur, quum ad priora, quae praetermissa fuerant, latenter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligatur, erratur. Sicut in Genesi: Et plantauit (inquit) dominus Deus paradysum in Eden ad orientem, & posuit ibi hominem, quem formauit, & produxit Deus adhuc de terra omne lignum speciosum, & bonum in escam. Ita uidetur dictum, tanquam id factum sit posteaq; factum posuit deus hominem in paradysum, quum breuiter utroque commemorato, id est, quod plantauit Deus paradysum, & posuit ibi hominem, quem formauit, recapitulatio redeat, & dicat, quod praetermiserat, quomodo scilicet paradysus fuerit plantatus, quia produxit Deus adhuc de terra omne lignum speciosum, & bonum in escam. Deniq; secutus adiunxit, Et lignum uitae in medio paradysi, & lignum scientiae boni, & mali. Deinde flumen, quo paradysus irrigaretur, diuisum in quatuor principia fluuitorum quatuor explicatur, quod totum pertinet ad institutionem paradysi. Quod ubi terminauit, repetiuit illud quod iam dixerat, & reuera hoc sequebatur, atque ait: Et sumpsit Deus hominem, quem fecit, & posuit eū in paradiso &c. Post ista enim facta, ibi est positus homo, sicut nunc ordo ipse demonstrat, non post hominem ibi positum facta sunt ista, sicut prius dictum putari potest, nisi recapitulatio illuc uigilanter intelligatur, qua reditum est ad ea, quae fuerant praetermissa. Itemq; in eodem libro quum commemorarentur generationes filiorum Noë, dictum est, Hi filij Cham in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Et numeratis quoque filiis Sem, sequitur, Hi filij Sem in tribubus suis, secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Et annectitur de omnibus. Haec tribus filiorum Noë secundum generationes eorum, & secundum gentes eorum: Ab his dispersae sunt insulae gentium super terram post diluuium, & erat omnis terra labium unum. Hoc itaque quod adiunctum est, Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus, id est, una lingua omnium, ita dictum uidetur, tanquam eo iam tempore, quo dispersi fuerant super terram, etiam secundum insulas gentium una fuerit omnibus lingua communis. Quod proculdubio repugnat superioribus uerbis, ubi dictum est, In tribubus suis, secundum linguas suas. Neq; enim dicerentur habuisse iam linguas suas singulae tribus, quae gentes singulas fecerant, quando erat omnibus una communis, ac per hoc recapitulando adiunctum est, Et erat omnis terra labium unum, & uox una omnibus, latenter narratione redeunte, ut diceretur quomodo factum sit, ut ex una omnium lingua fuerint diuisi per multas. Et continuo de illa turris aedificatione narratur, ubi haec eis iudicio diuino ingesta est poena superbiae, post quod factum dispersi sunt super terram secundum linguas suas. Fit ista recapitulatio etiam obscurius, sicut in Euangelio dicit dominus: Die quo exijt Lot a Sodomis, Pluit ignem de caelo, & perdidit omnes, secundum haec erit dies filij hominis, quo reuelabitur. Illa hora qui erit in tecto, & uasa

& uasa eius in domo, non descendat tollere illa. Et qui in agro similiter non reuertatur retro, meminert uxoribus Loth. Nunquid quum dominus fuerit reuelatus, tunc sunt ista seruanda, ne quisq; retro respiciat, id est, uitam praeteritam (cui renunciauit) inquirat, & nō potius isto tempore, ut quum dominus fuerit reuelatus, retributionem pro eis, quae quisq; seruauit, uel contempsit, inueniat? Et tamen quia dictum est, In illa hora, tunc putantur ista seruanda, quum fuerit dominus reuelatus, nisi ad intelligendam recapitulationem sensus legentis inuigilet, adiuuante alia scriptura, quae ipsorum Apostolorum adhuc tempore clamauit, Filij, nouissima hora est. Tempus ergo ipsum, quo Euangelium praedicatur, quousq; dominus reueletur, hora est in qua oportet ista seruari, quia & ipsa reuelatio domini ad eandem horam pertinet, quae die iudicij terminabitur.

Cap. XXXIII.

Septima Ticonij regula est, eademq; postrema, de diabolo, & eius corpore. Est enim & ipse caput impiorum, qui sunt eius quodammodo corpus, ituri cum illo in supplicium aeterni ignis, sicut Christus caput est ecclesiae, quae est corpus eius futurum cum illo in regno, & gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula, quam uocat de domino, & eius corpore, uigilandum est, ut intelligatur, quum de una, eademq; persona scriptura loquitur, quid conueniat capiti, quid corpori: sic & in ista nouissima aliquando in diabolum dicitur, quod non in ipso, sed potius in eius corpore posset agnosci, quod habet non solum in eis, qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiā, qui quum ad ipsum pertineant: tamen ad tempus miscentur ecclesiae, donec unusquisque de hac uita exeat, uel à frumento palea uentilabro ultimo separetur. Quod enim scriptum est apud Esaiam, Quomodo cecidit de caelo lucifer mane oriens &c. quae sub figura regis Babyloniae de eadem persona, uel ad eandem personam dicta sunt in ipsa contextione sermonis, de diabolo utique intelliguntur, & tamen quod ibi dictum est, Contritus est in terra, qui mittit ad omnes gentes, non totum ipsi capiti congruit. Nam & si mittit ad omnes gentes diabolus angelos suos, tamen in terra corpus eius, non ipse conteritur, nisi quia ipse est in corpore suo, quod contritum sit ut puluis, quem proicit uentus à facie terrae. Haec autem omnes regulae, excepta una, quae uocatur de promissis, & lege, aliud ex alio faciunt intelligi, quod est proprium tropicae locutionis, quae latius patet, quam ut possit, ut mihi uidetur, ab aliquo uniuersa comprehendī. Nam ubicunq; uelut aliud dicitur, ut aliud intelligatur, & si nomen ipsius tropi in loquendi arte nō inuenitur, tropica locutio est. Quae quum fit, ubi fieri solet, sine labore sequitur intellectus: quum uero ubi nō solet, laboratur, ut intelligatur, ab alijs magis, ab alijs minus, sicut magis, minus uel dona Dei sunt in ingenijs hominum, uel adiutoria tribuuntur. Proinde sicut in uerbis proprijs, de quibus superius disputauimus, ubi res, ut dicuntur intelligendae sunt: sic in translatis, quae faciunt tropicas locutiones, ubi aliud ex alio intelligendum est, de quibus hucusq; quantum uisum est, satis egimus, non solum admonendi sunt studiosi uenerabilium literarum, ut in scripturis sanctis genera locutionum sciant, & quomodo apud eas aliquid dici soleat, uigilanter aduertant, memoriterq; retineant: uerum etiam quod est praecipuum, & maxime necessarium, orient, ut intelligant. In eis quippe literis, quarum studiosi sunt, legunt, Quonia dominus dat sapientiam, & à facie eius scientia, & intellectus, à quo & ipsum studiū (si pietate praeditū est) acceperūt. Sed haec satis etiā de signis, quantum ad uerba pertinent, dicta sunt.

De filio Dei, & filio hominis.

Cap. XXXIII.

Est & altera regula de filio Dei, & filio hominis, quam Diuus Augustinus ponit libro de trinitate primo, cap. 11. & 12. Quapropter (inquit) cognita ista regula intelligendarū scripturarū de filio Dei, ut distinguamus quid in eis sonet secundū formam Dei, in qua aequalis est patri, & quid secundum formam serui, quam accepit, in qua minor est patre, non conturbabitur tanquam contrarijs, ac repugnantibus inter se sanctorum sententijs. Nam secundum formam dei aequalis est patri & filius, & spiritus sanctus, quia neuter eorum creatura est, sicut iam ostendimus. Secundū autem formam serui, minor est patre, quia ipse dixit: Pater maior me est. Minor est seipso, quia de illo dictum est, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Minor est spiritu sancto, quia ipse ait: Qui dixerit blasphemiam in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit in spiritu sancto, non remittetur ei: Et in ipso uirtutes operatus est, dicens: Si ego in spiritu Dei eiicio daemonia, certe superuenit super uos regnum dei. Et apud Esaiam dicit, quam lectionem ipse in synagoga recitauit, & de se copletam sine scrupulo dubitationis ostendit: Spiritus (inquit) domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, praedicare captiuis remissionem &c. Ad quae facienda ideo dicit se missum, quia spiritus domini est super eum. Secundum formam Dei, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, secundū formam serui ipse factus est ex muliere, factus sub lege. Secundum formam Dei, Ipse, & pater unum sunt. Secundum formam serui, Non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui eum misit. Secundum formam Dei, Sicut

Matth. 26. d. Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Secundum formam serui, Tristis est anima eius usque ad mortem, & Pater (inquit) si fieri potest, transeat à me calix iste. Secundum formam Dei, Ipse est uerus Deus, & uita æterna. Secundum formam serui, Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Secundum formam Dei, Omnia quæ habet pater, ipsius sunt, & omnia tua mea sunt (inquit) & mea tua. Secundum formam serui, Non est doctrina ipsius, sed illius qui eum misit. Et, Dedie, & hora nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius, nisi pater. Hoc enim nescit, quod nescientes facit, id est, quod non ita sciebat, ut tunc discipulis indicaret, sicut dictum est ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas Deum, id est, nunc feci ut cognosceres, quia & ipse sibi in illa tentatione probatus innotuit. Nam utique & illud dicturus erat discipulis tempore opportuno, de quo futuro, tanquam præterito, loquens ait: Iam non dicam uos seruos, sed amicos, seruus enim nescit uoluntatem domini sui. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci uobis, quod nondum fecerat, sed quia certo facturus erat, quasi iam fecisset, locutus est. Ipsis enim ait: Multa uobis habeo dicere, sed non potestis illa portare modo. Inter quæ intelligitur & de die, & hora. Nam & Apostolus: Neque enim iudicauit me (inquit) scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus etiam paulo post dicit: Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod per illum scire non poterant. Et hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat. Denique sciebat inter perfectos, quod inter paruulos nesciebat. Ibi quippe ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Eo namque genere locutionis nescire quisque dicitur quod occultat, quo dicitur fossa cæca, quæ occulta est. Neque enim aliquo genere loquuntur scripturæ, quod in consuetudine humana non inueniatur, quia utique hominibus loquuntur. Secundum formam Dei dictum est: Ante omnes colles genuit me, id est, ante omnes altitudines creaturarum. Et, Ante luciferum genuit te, id est, ante omnia tempora, & temporalia. Secundum autem formam serui dictum est: Dominus creauit me in principio uiarum suarum, quia secundum formam Dei dixit: Ego sum ueritas, & secundum formam serui, Ego sum uita. Quia enim ipse est primogenitus à mortuis, iter fecit Ecclesiæ suæ ad regnum Dei, ad uitam æternam, cui caput est ad immortalitatem etiam corporis, ideo creatus est in principio uiarum Dei in opera eius. Secundum formam enim Dei principium est, quod & loquitur nobis, in quo principio fecit Deus cælum, & terram. Secundum autem formam serui, Sponsus procedens de thalamo suo. Secundum formam dei, Primogenitus omnis creaturæ, & ipse ante omnes est, & omnia in illo constant. Secundum formam serui, Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Secundum formam Dei, Dominus est gloriæ. Vnde manifestum est quod ipse glorificet sanctos suos. Quos enim prædestinavit, hos & uocauit: & quos uocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. De illo quippe dictum quod iustificet impiam, de illo dictum est, quod sit iustus, & iustificans. Si ergo quos iustificauit, ipsos & glorificauit, qui iustificat, ipse & glorificat, qui est (ut dixi) dominus gloriæ. Secundum formam tamen serui fatagētibus discipulis de glorificatione sua, respondit, Sedere ad dexteram, uel ad sinistram meam, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso filio paratum est: quia ipse, & pater unum sunt. Iam enim ostendimus in hac trinitate per multos diuinarum locutionum modos, etiam de singulis dici quod omnium est, propter inseparabilem operationem unius, eiusdemque substantiæ, sicut & de spiritu sancto dicit: Quum ego sero, mittam eum ad uos. Non dixit, Mittemus: sed ita quasi tantum filius eum missurus esset, & non pater, quum alio loco dicat, Hæc locutus sum uobis apud uos manens. Aduocatus autem ille spiritus scilicet, quem mittet pater in nomine meo, ille uobis declarabit omnia. Hic rursus ita dictum est, quasi non eum missurus esset & filius, sed tantum pater. Sicut ergo ista, ita & illud quod ait, Sed quibus paratum est à patre meo, cum patre se intelligi uoluit, parare sedes gloriæ quibus uellet. Sed dicit aliquis: Illic quum de spiritu sancto loqueretur, ita se missurum ait, ut non negaret patrem missurum, & alio loco ita patrem, ut non negaret se missurum: hic uero aperte ait, Non est meum dare uobis, atque ita secutus, à patre dixit ista præparata, Sed hoc est quod præstrinximus secundum formam serui dictum, ut ita intelligeremus, Non est meum dare, ac si diceretur, Non est humanæ potestatis hoc dare, ut per illud intelligatur hoc dare, per quod Deus & æqualis est patri. Non est (inquit) meum dare, id est, non humana potestate ista do, sed quibus paratum est à patre meo. Sed iam tu intellige, quia si omnia quæ habet pater mea sunt, & hoc utique meum est, & cum patre ista parauit.

Quædam esse in diuinis eloquijs ita posita, ut ambiguum sit ad quam potius regulam referantur.

Cap. XXXV.

SVnt autem (ut idem Augustinus scribit libro de trinitate 2. cap. 1. & 2.) quædam in diuinis eloquijs ita posita, ut ambiguum sit ad quam potius regulam referantur, utrum ad eam, qua intelligimus

ligimus minorem filium in assumpta creatura, an ad eam, qua intelligimus, non quidem minorem esse filium, sed æqualem patri: tamen ab illo hunc esse Deum de Deo, lumen de lumine. Filium quippe dicimus Deum de Deo, patrem autem Deum tantum, non de Deo. Vnde manifestum est quod filius habeat alium de quo sit, & cui filius sit: pater autem non filium de quo sit, habeat, sed tantum cui pater sit. Omnis enim filius de patre est, quod est, & patri filius est. Nullus autem pater de filio est, quod est, sed filio pater est. Quædam enim ita ponuntur in scripturis de patre, & filio, ut indicent unitatem, æqualitatemque substantiæ sicuti est. Ego, & pater unum sumus. Et, Quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, & quæcumque talia sunt. Quædam uero ita ut minorem ostendant filium propter formam serui, id est, propter assumptam creaturam mutabilis, humanæque substantiæ, sicuti est quod ait, Quoniam pater maior me est, Et, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Nam paulo post consequenter ait, Et potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Quædam porrò ita, ut nec minor, nec æqualis ostendatur, sed tantum quod de patre sit intimeretur, ut est illud, Sicut habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Et illud, Neque enim potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quod si propterea dictum acceperimus, quia in forma accepta ex creatura: minor est filius, consequens erit, ut prior pater super aquas ambulauerit, aut alicuius alterius cæci nati de sputo, & luto oculos aperuerit, & cætera, quæ filius in carne apparens inter homines fecit, ut posset ea facere, quæ dixit, non posse filium à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quis autem uel delirus ita sentiat? Restat ergo ut hæc ideo dicta sint, quia incommutabilis est uita filij, sicut & patris: & tamen de patre est, & inseparabilis est operatio patris, & filij, sed tamen ita operari filio, de illo est, de quo ipse est, id est, de patre. Et ita uidet filius patrem, ut quo eum uidet, hoc ipso sit filius. Non enim aliud illi est esse de patre, id est, nasci de patre, quam uideri patrem, aut aliud uidere operantem, quam pariter operari: sed ideo non à se, quia non est à se. Et ideo quæ uiderit patrem facientem, hæc eadem facit & filius similiter, quia de patre est. Neque enim alia similiter, sicut pictor alias tabulas pingit, quæadmodum alias ab alio pictas uidet, nec eadem dissimiliter, sicut corpus eadem literas exprimit, quas animus cogitauit, sed quæcumque (inquit) pater facit, hæc eadem filius facit similiter. Et hæc eadem dixit & similiter, ac per hoc inseparabilis, & par est operatio patri, & filio, sed à patre est filio. Ideo non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Ex hac ergo regula, qua ita loquitur scripturæ, ut non alium alio minorem, sed tantum uelint ostendere quis de quo sit, nonnulli eum sensum cõceperunt, tanquam minor filius diceretur. Quidam autem nostri indoctiores, & in his minime eruditi, dum hæc secundum formam serui conantur accipere, & eos rectus intellectus non sequitur, perturbantur. Quod ne accidat, tenenda est hæc regula, qua non minor filius, sed quod de patre sit intimatur, quibus uerbis non inæqualitas, sed natiuitas eius ostenditur. Sunt ergo quædam in sanctis libris (ut dicere cõeperam) ita posita, ut ambiguum sit, quonam referenda sint, utrum ad illud quod propter assumptam creaturam minor est filius, an ad illud quod quamuis æqualis, tamen quia de patre sit, indicatur. Et mihi quidem uidetur, si eo modo ambiguum est, ut explicari, discernique non possit, ex utraque regula sine periculo posse intelligi, sicut est quod ait: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Nam & ex forma serui potest accipi, sicut iam in libro superiore tractauimus, & ex forma Dei, in qua sic æqualis est patri, ut tamē de patre sit. In dei quippe forma sicut non est aliud filius, aliud uita eius, sed ipsa uita filius est: ita non est aliud filius, aliud doctrina eius, sed ipsa doctrina filius est. Ac per hoc sicut id quod dictum est, dedit filio uitam, non aliud intelligitur, quam genuit filium, qui est uita: sic etiam quum dicitur, Dedit filio doctrinam, bene intelligitur, genuit filium, qui est doctrina, ut quod dictum est, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui me misit, sic intelligatur, ac si dictum sit, Ego non sum à meipso, sed ab illo, qui me misit.

Historiam plurimum iuuare ad intelligendum libros sanctos.

Cap. XXXVI.

Historiam multum iuuare, ad intelligendos libros sacros, idem Diuus Augustinus testatur libro de doctrina Christiana 2. cap. 28. hoc pacto scribens: Quid igitur de ordine temporum transactorum indicat ea, quæ appellatur historia? Plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos, etiam si præter ecclesiam puerili eruditione discatur. Nam & per olympiadas, & per consulum nomina multa sæpe quærentur à nobis, & ignorantia consulatus, quo natus est dominus, uel quo passus est, nonnullos cõgert errare, ut putarent quadraginta sex annorum ætate passum esse dominum, quia per tot annos ædificatum esse templum dictum est à Iudæis, quod imaginem dominici corporis habebat. Et annorum quidem ferè triginta baptizatum esse retinemus autoritate euangelica. Sed postea quot annos egerit in hac uita, quanquam textu ipso actionum eius anti-

terrogationem uero, aut non, aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, ut post percunctationem, qua dicimus, Quis accusabit aduersus electos Dei: illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur, Deus qui iustificat: ut tacite respondeatur, non. Et item percunctemur, Quis est qui condemnet: rursusque interrogemus, Christus Iesus, qui mortuus est, magis autem qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis: ut ubique tacite respondeatur, non. At uero illo loco ubi ait, Quid ergo dicemus: quia gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, nisi post percunctationem, qua dictum est, Quid ergo dicemus: responsio subiiciatur, quia gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, textus consequens non cohærebit. Quae libet autem uoce pronuncietur illud quod Nathanaël dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse, siue affirmantis, ut illud solum ad interrogacionem pertineat, quod ait, A Nazareth, siue totum cum dubitatione interrogantis, non uideo quomodo discernatur. uterque autem sensus fidem non impedit. Est etiam ambiguitas in sono dubio syllabarum, & hæc utique ad pronunciationem pertinet. Nam quod scriptum est, Non est absconditum à te os meum, quod fecisti in abscondito, non elucet legenti, utrum correpta litera os pronunciet, an producta. Si enim corripiat, ab eo quod sunt ossa: si autem producat, ab eo quod sunt ora, intelligitur numerus singularis. Sed talia linguæ præcedentis inspectione dijudicantur. Nam in Græco non *σῆμα*, sed *ὄστρον* positum est. Vnde plerumque loquendi consuetudo uulgaris utilior est significandis rebus, quam integritas literata. Mallè cum barbarismo dici, Non est absconditum à te os meum, quam ut ideo esset minus apertum, quia magis Latinum est. Sed aliquando dubius syllabæ sonus etiam uicino uerbo ad eandem sententiam pertinente dijudicatur. Sicut est illud Apostoli, Quæ prædico uobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Si tantummodo dixisset, Quæ prædico uobis, neque subiunxisset, sicut prædixi, non nisi ad codicem præcedentis linguæ recurrendum esset, ut cognosceremus, utrum in eo quod dixit, prædico, producenda, an corripienda esset media syllaba. Nunc autem manifestum est producendam esse. Non enim ait, siue prædicauit, sed, sicut prædixi.

Considerandæ aliæ ambiguitates præter antedictas.

Cap. XL.

Non solum autem istæ, sed etiam aliæ ambiguitates, quæ non ad distinctionem, uel ad pronunciationem pertinent, similiter considerandæ sunt, qualis illa est ad Thessalonicenses: Propterea ea consolati sumus fratres in uobis. Dubium est enim, utrum o fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum est contra fidem, sed Græca lingua hos casus pares non habet, & ideo illa inspecta re-nunciatur uocatiuus. Quod si uoluisset interpret dicere, propterea consolationem habuimus fratres in uobis, minus seruitum esset uerbis, sed minus de sententia dubitaretur, aut certe si adderetur, nostri, nemo ferè ambigeret uocatiuum esse casum, quum audiret, Propterea consolati sumus fratres nostri in uobis. Sed iam hoc periculosius permittitur. Ita factum est in illa ad Corinthios, quum ait apostolus: Quotidie morior per uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu. Ait enim quidam interpret: Quotidie morior, per uestram iuro gloriam: quia in Græco uox iurantis manifesta est, sine ambiguo sono. Rarissime igitur, & difficilime inueniri potest ambiguitas in proprijs uerbis, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non aut circumstantia ipsa sermonis, qua cognoscitur scriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ soluat inspectio.

In sacris literis esse sanam eloquentiam.

Cap. XLI.

In sacris autem literis non modò sapientiam, uerumetiam & sanam eloquentiam esse his uerbis, idem Augustinus lib. de doctrina Christiana quarto, capite 6. consequitur, dicens: Hic aliquis forsitan quærit, utrum autores nostri, quorum scripta diuinitus inspirata, canonem nobis saluberrima autoritate fecerunt, sapientes tantummodo, an eloquentes etiã nuncupandi sunt. Quæ quidem quæstio apud meipsum, & apud eos qui mecum, quod dico, sentiunt, facillime soluitur. Nam ubi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius, uerumetiam nihil eloquentius mihi uideri potest. Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt, quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quædam eloquentia, quæ ætatem iuuenilem decet, est quæ senilem, nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam, quæ uiros summa autoritate dignissimos, planeque diuinos, decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa, ipsis enim congruit: alios autem quanto uidetur humilior, tanto altius non uentositate, sed soliditate transcendit. Vbi uero non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam non dubito esse talem, qualis est ubi intelligo. Ipsa quoque obscuritas diuinorum, salubriumque

brumque dictorum tali eloquentiæ miscenda fuerat, in qua proficere noster intellectus, non solum inuentione, uerumetiam exercitatione deberet. Possem quidem (si uacaret) omnes uirtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus instantur isti, qui linguam suam nostrorum autorum linguæ non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum literis sacris, quos nobis erudientis, & ab hoc sæculo prauo in beatum sæculum transferendis, prouidentia diuina prouidit. Sed non ipsa me plusquam dici potest in illa eloquentia delectant, quæ sunt his uiris cum oratoribus gentiliū, poetisue communia. Illud magis admiror, & stupeo, quod ista nostra eloquentia ita uti sunt per alteram quandam eloquentiam suam, ut nec eis deesset, nec emineret in eis, quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat, quorum alterum fieret, si uitaretur: alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscutur à doctis, tales res dicuntur, ut uerba quibus dicuntur non à dicente adhibita, sed ipsis rebus uelut sponte subiuncta uideantur, quali sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientiam procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam etiam non uocatam, sequi eloquentiam. Quis enim non uideat quid uoluerit dicere, & quam sapienter dixerit Apostolus, Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: Hic si quis (ut ita dixerim) imperite peritus artis eloquentiæ præcepta Apostolum secutum fuisse contendat, nonne à Christianis doctis, indoctisque ridebitur? Et tamè agnoscutur hic figura, quæ κλιμαξ climax Græce, Latine uero à quibusdam est appellata gradatio, quoniam scalam dicere noluerunt, quum uerba, uel sensa connectuntur alterum ex altero, sicut hic, Ex tribulatione patientiã, ex patientia probationem, ex probatione spem connexam uidemus. Agnoscutur & aliud decus, quoniam post aliquam pronunciationis uoce singula finita, quæ nostri membra, & cæsa, Græci autem κῶλα καὶ νομματα uocant, sequitur ambitus, siue circumitus, quam περιόδου periodon illi appellant, cuius membra suspenduntur uoce dicentis, donec ultima finiuntur. Nam eorum quæ præcedunt circumitum, membrum illud est primum, quoniam tribulatio patientiam operatur, secundum, patientia autem probationem, tertium, probatio uero spem. Deinde subiungitur ipse circumitus, qui tribus peragitur membris, quorum primum est, spes autem non confundit, secundum, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, tertium per spiritum sanctum, qui datus est nobis. At hæc, atque huiusmodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apostolum præcepta eloquentiæ secutum fuisse non dicimus, ita quod eius sapientiam, secuta sit eloquentia, non negamus.

Cap. XLII.

Scribens ad Corinthios in secunda epistola, redarguit quosdam, qui erant ex Iudæis pseudo Apostoli, eique detrahebant. Et quoniam seipsum prædicare compellitur, hanc sibi uelut insipientiam tribuens, quam sapienter dicit, quamque eloquenter: Sed comes sapientiæ, dux eloquentiæ illam sequens, istam præcedens, & sequentem non respiciens, Iterum dico, inquit) ne quis me existimet insipientem esse, alioquin uelut insipientem suscipite me, ut & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in stultitia in hac sublimitate gloriæ. Quoniam quidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim sustineus insipientes, quum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati sumus. In quo quis audeat, in insipientia dico, audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abraham sunt: & ego. Ministri Christi sunt: & ego. Vt insipiens dico, super ego. In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequentius. A Iudæis quinquies quadraginta una minus accepi. Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte, & die in profundo maris fui. In itineribus sepæ, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore, & ærumna, in uigilijs sæpius, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate, præter illa, quæ extrinsecus sunt, incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Quanta sapientia ista sint dicta, uigilantes uident. Quanta uero eloquentiæ flumina cucurrerint, & qui sterit, aduertit. Porro autem qui nouit, agnoscut, quod ea cæsa, quæ commata Græci uocant, & membra, & circumitus, de quibus paulo antè disserui, cum decentissima uarietate interponerentur, tota ista speciè dictionis, & quasi eius uultu, quo etiã indocti delectantur, mouenturque, fecerunt. Nã unde cepimus huc locum inferere, circumitus sunt, primus minimus, hoc est, bimembris, minus enim quæ duo membra circumitus habere non possunt, plura uero possunt: ergo ille primus est, iterum dico,

c iij dico,

dico, ne quis me existimet insipientem esse. Sequitur alius trimembris. Alioquin, uelut insipientem suscipite me, ut & ego modicum quid glorier. Tertius qui sequitur, membra habet quatuor, Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in stultitia, in hac substantia gloriae. Quartus duo habet, Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego glorior. Et quintus habet duo, Libenter enim sustinetis insipientes, quum sitis ipsi sapientes, Etiam sextus bitembris est, Toleratis enim si quis uos in seruitutem redigit, Sequuntur tria caesa, Si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur. Deinde tria membra, Si quis in faciem uos caedit, secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmati simus. Additur trimembris circumitus, In quo autem quis audet, in insipientia dico, audeo & ego. Hinc iam singulis quibusque caesis interrogando positus, singula itidem caesa responsione redduntur, tria tribus, Hebraei sunt: & ego, Israelitae sunt: & ego, Semen Abrahae sunt: & ego. Quarto autem caeso simili interrogationeposito, non alterius caeli, sed membri oppositione respondet, Ministri Christi sunt: & ego. Vt insipiens dico, super ego. Iam caesa quatuor sequentia, remota decentissime interrogatione funduntur, In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequenter. Deinde interponitur breuis circumitus, quoniam suspensa pronuntiatione distinguendum est, A Iudaeis quinquies, ut hoc sit unum membrum, cui connectitur alterum, quadraginta una minus accepi. Inde reditur ad caesa, & ponuntur tria: Ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Sequitur membrum, Nocte, ac die in profundo maris fui. Deinde quatuordecim caesa decentissimo impetu profluunt: In itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore, & aegritudine, in uigilijs saepius, in fame, & siti, in ieiunijs multis, in frigore, & nuditate. Post haec interponit trimembrem circumitum, praeter illa, quae extrinsecus sunt, incursum in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Et hinc duo membra percontatione subiungit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Postremo totus iste quasi anhelans locus, bitembri circumitu terminatur. Si gloriari oportet, in his quae infirmitatis meae sunt, glorior. Quod uero post hunc impetum interposita narratiuncula quodammodo requiescit, & requiescere facit auditorem, quid delectationis habeat, satis dici non potest. Sequitur enim, dicens: Deus, & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in saecula, quod non mentior. Ac deinde quomodo periclitatus fuerit, & quomodo euaserit, breuissimè narrat. Longum est coetera persequi, uel in alijs sanctarum scripturarum locis ista monstrare. Quid si etiam figuras locutionis, quae illa arte traduntur, in his saltem, quae de Apostoli eloquio commemorari, ostendere uoluissim? Nonne facilius graues homines me nimium, quam quisquam stultiorum sibi sufficientem putarent? Haec omnia quando a magistris docentur, pro magno habentur, magno emuntur, magna iactatione uenduntur. Quam iactationem etiam ego redolere uereor, dum ista sic differo. Sed male doctis hominibus respondendum fuit, qui nostros autores contemnendos putant, non quia non habent, sed quia non ostentant, quam nimis isti diligunt eloquentiam.

Cap. XLIII.

Sed forte quis putat, tanquam eloquentem nostrum me elegisse Apostolum Paulum. Videtur enim ubi ait, Et si imperitus sermone, sed non scientia, quasi concedendo obrectatoribus sic locutus, non tanquam id uerum agnosceret, confitendum. Si autem dixisset, Imperitus quidem sermone, sed non scientia, nullo modo aliud posset intelligi. Scientiam planè non cunctatus est profiteri, sine qua esse doctor gentium non ualere. Certe si quid eius proferimus ad exemplum eloquentiae, ex illis epistolis utique proferimus, quas etiam ipsi obrectatores eius, qui sermonem praesentis contemptibilem putari uolebant, graues, & fortes esse confessi sunt. Dicendum ergo mihi aliquid esse uideo, & de eloquentia prophetarum, ubi per tropologiam multa obteguntur. Quae quanto magis translatis uerbis uidentur operiri, tanto magis, quam fuerint aperta, dulcescunt. Sed hoc locale aliquid commemorare debeo, ubi quae dicta sunt, non cogar exponere, sed commendem tantum, quomodo dicta sint. Et ex illius prophetae libro potissimum hoc faciam, qui se pastorem, uel armentarium fuisse dicit, atque inde diuinitus ablatum, atque missum, ut Dei populo prophetaret. Non autem secundum Septuaginta interpretes, qui etiam ipso diuino spiritu interpretati, ob hoc aliter uidentur nonnulla dixisse, ut ad spiritalem sensum scrutandum magis admoneretur lectoris intentio, unde etiam obscuriora nonnulla, quia magis tropica sunt eorum, sed sicut ex Hebraeo in Latinum eloquium, presbytero Hieronymo utriusque linguae perito interpretante, translata sunt. Quum igitur argueret impios, superbos, luxuriosos, & fraternae ideo negligentissimos charitatis, rusticus, uel ex rustico iste propheta exclamauit, dicens: Vae uobis, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariae, optimates, capita populorum, ingredienti pompatice do-

mum

mum Israel. Transite in Calamne, & uidete, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palaestinarum, & ad optima quaeque regna horum, si latior terminus eorum termino uestro est qui separati estis in diem malum, & appropinquatis folio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris: Qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti: Qui canitis ad uocem psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere uasa canticum, bibentes in phialis uinum, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Nunquid nam isti qui prophetas nostros tanquam incruditos, & elocutionis ignaros, ueluti docti, disertique contemnunt, si aliquid eis tale, uel in tales dicendum fuisset, aliter se uoluissent dicere, qui tamen eorum insanire uoluissent? Quid enim est quod isto eloquio aures sobriae plus desiderent? Prima ipsa inuectio, quasi sopitis sensibus, ut eutigliarent, quo fremitu illusa est? Vae uobis qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariae, optimates, capita populorum, ingredienti pompatice domum Israel. Deinde ut beneficijs Dei, qui eis ampla spacia regni dedit, ostendat ingratos, quoniam confidebant in monte Samariae, ubi utique idola colebantur. Transite (inquit) in Calamne, & uidete, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palaestinarum, & ad optima quaeque regna horum, si latior terminus eorum termino uestro est. Simul etiam quum ista dicuntur, locorum nominibus tanquam luminibus ornatur eloquium, quae sunt Sion, Samaria, Calamne, Emath magna, & Geth Palaestinarum. Deinde uerba, quae his adiunguntur locis decentissime uariantur. Opulenti estis, confiditis, transite, ite, descendite. Consequenter denunciatur futura sub iniquo rege propinquare captiuitas, quum adiungitur, Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis folio iniquitatis. Tunc subiunguntur merita luxuriae, Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Ista sex membra, tres bitembres circumitus reddiderunt. Non enim ait, Qui separati estis in diem malum, qui appropinquatis folio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege, qui uitulos de medio armenti. Quod si ita diceretur, esset quidem & hoc pulchrum, ut ab uno pronomine repetito, omnia sex membra decurrerent, & pronuntiantis uoce singula finirentur. Sed pulchrius factum est ut eidem pronomini essent bina subnexa, quae tres sententias explicarent, unam ad captiuitatis praenuntiationem, qui separati estis in diem malum, & appropinquatis folio iniquitatis: alteram ad libidinem, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis uestris: ad uoracitatem uero tertiam pertinentem, qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti, ut in potestate sit pronuntiantis, utrum singula finiat, & membra sint sex, an primum, & tertium, & quintum uoce suspendat, & secundum primo, quartum tertio, sextum quinto connectendo, tres bitembres circumitus decentissime faciat, unum quo calamitas imminens, alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga mensa monstratur. Deinde luxuriosam remordet aurium uoluptatem. Vbi quum dixisset, Qui canitis ad uocem psalterij, quoniam potest exerceri sapienter a sapientibus musica mirabili decore dicendi, inuectionis impetu relaxato, & non ad illos, sed de illis iam loquens, ut nos musicam sapientis, a musica luxuriantis distinguere commoneret, non ait, Qui canitis ad uocem psalterij, & sicut Dauid putatis uos habere uasa canticum: sed quum illud ad illos dixisset, quod luxuriosi audire deberent, Qui canitis ad uocem psalterij, imperitiam quoque eorum alijs quodammodo indicauit, adiungens: Sicut Dauid putauerunt se habere uerba canticum, bibentes in phialis uinum, & optimo unguento delibuti. Tria haec melius pronuntiantur, si suspensis duobus prioribus membris, circumitus tertio finiat. Iam uero quod his omnibus adiicitur, Et nihil patiebantur super contritione Ioseph, siue continuatim dicatur, ut unum sit membrum, siue decentius suspendatur, & nihil patiebantur, & post hanc distinctionem inferatur, super contritione Ioseph, atque sit bitembris circumitus, miro decore non dictum est, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Ioseph, ut quicumque frater proprio significaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama praecleara est, uel in malis, quae pendit, uel in bonis, quae rependit. Iste certe tropus, ubi Ioseph quemcumque fratrem facit intelligi, nescio utrum illa, quam didicimus, & docuimus arte, tradatur. Quam si tamen pulcher, & quemadmodum afficiat legentes, atque intelligentes, non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit. Et plura quidem, quae pertineant ad praeccepta eloquentiae in hoc ipso loco, quem pro exemplo posuimus, possunt reperiri. Sed bonum auditorem non tam si diligenter excutitur, instruit, quam si ardentem pronuntietur, accendit. Neque enim haec humana industria composita, sed diuina mente sunt fusa, & sapienter, & eloquenter, non intenta in eloquentiam, sed a sapientia non recedente eloquentia. Si enim (sicut quidam disertissimi, atque acutissimi uiri uidere, ac dicere potuerunt) ea quae uelut oratoria arte discutuntur, non obseruarentur, & notarentur, & in hanc doctrinam redigerentur, nisi prius in oratorum inueniretur ingenijs, quid mirum si & in istis inueniantur, quos ille misit, qui facit ingenium? Quapropter & eloquentes quidem non solum sapientes canonicos nostros autores, doctoresque fateamur tali eloquentia usos, qualis personis eiusmodi congruebat.

Nulla

Nulla penè inueniri in Euangelica doctrina, quæ ueteribus libris
desint.

Cap. XLIII.

Idem quoque Augustinus tum contra Adimantum Manichæi discipulum, tum in libro retractionum ostendit, nulla penè inueniri in Euangelica doctrina, quæ ueteribus libris desint. Si quidem in priori libro, capite 3, hoc pacto scribit: Certis quibusdam umbris, & figuris rerum ante domini aduentum secundum mirabilem, atque ordinatissimam distributionem temporum populus ille tenebatur, qui testamentum uetus accepit: tamen in eo tanta prædicatio, & prænuntiatio noui testamenti est, ut nulla in Euangelica, atque apostolica disciplina reperiantur, quauis ardua, & diuina præcepta, & promissa, quæ illis etiam libris ueteribus desint, sed sanctæ scripturæ non temerarios, & superbos accusatores, sed diligentes, & pios lectores desiderant. In altero uero libro primo, cap. 22, addendum esse commemorat, atque dicendum, ut penè nulla in Euangelica &c. Quid est enim quod in sermone Euangelico in monte dominus dixit, Audistis quia dictum est antiquis hoc, Ego autem dico uobis hoc, si nihil ipse amplius præcepit, quam præceptum est in illis ueteribus libris. Deinde regnum cælorum illi populo fuisse promissum non legimus in his, quæ promissa sunt, lege data per Moysen in monte Sina, quod proprie dicitur uetus testamentum, quod perfiguratum dicit Apostolus per ancillam Saræ, & filium eius: sed & ibi figuratum est & nouum per ipsam Saram, & filium eius. Proinde si figuræ discutiatur, omnia ibi prophetata reperuntur, quæ sunt præsentata, uel expectantur præsentanda per Christum. Et libro de moribus ecclesiæ primo, cap. 28, de quorum (inquit) testamentorum admirabili quodam ordine, diuinoque cōcentu, longissimum est dicere, & multi religiosi, doctique dixerunt. Multos libros res ista flagitat, ut pro merito quantum ab homine potest explicari, & prædicari queat.

Magnam esse Christianarum literarum profunditatem.

Cap. XLV.

Tanta est Christianarum profunditas literarum (ut idem ait Augustinus in epistola ad Volusianum) ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia, usque ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non quod ad ea, quæ necessaria sunt salutem, tanta in eis perueniatur difficultate, sed quum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie, recteque non uiuitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in uerbis, quibus ista dicta sunt: uerum etiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet, Quum consummauerit homo, tunc incipiet. Et prope finem eiusdem epistolæ: Quæ tandem (inquit) mens auidæ æternitatis, uitæque præsentis breuitate permota, contra huius diuinæ autoritatis culmen, lumenque contendat: Quæ disputationes, quæ literæ quorumlibet philosophorum, quæ leges quarumlibet ciuitatum, duobus præceptis, ex quibus Christus dicit totam legem, prophetasque pendere, ullo modo sint comparandæ, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum tanquam teipsum: Hic Physica, quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo creatore sunt, hic Ethica, quoniam uita bona, & honesta non aliunde formatur, quam quum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodum diligenda sunt, diliguntur, hoc est, Deus, & proximus. Hic logica, quoniam ueritas, lumenque animæ rationalis non nisi Deus est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus, neque enim conditur, & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento, & uinculo fidei, firmæque concordie, quum bonum commune diligitur, quod summum, ac uerissimum, deus est, atque in illo inuicem syncerissime se diligant homines, quum propter illum se diligant, cui, quo animo diligant, occultare non possunt. Modus autem ipse dicendi, quo sancta scriptura contextitur, quam omnibus accessibilis, quauis paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet, quasi amicus familiaris sine fuce ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum. Ea uero quæ in mysterijs occulta, nec ipsa eloquio superbo erigit, quod non audeat accedere mens tardiuersula, & inerudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humiliter sermone, quos non solum manifesta pascit, sed etiam secreta exerceat ueritate, hoc in promptis quod in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus opera desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauius intimentur. His salubriter, & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus, qui uel errando eam nescit esse saluberrimam, uel odit ægrotando, medicinam.

Sic plerumque scripturam loqui, ut quod semper est, tunc fieri dicatur ab aliquo, quum in eo cognosci coeperit.

Cap. XLVI.

Est & aliud locutionis genus (ut idem ait Augustinus libro octoginta trium quaestionum, capite 69,) quum sic plerumque scriptura loquitur, ut quod semper est, tunc fieri dicatur, quum in eo cognosci coeperit. Ita enim dicimus in oratione: Sanctificetur nomen tuum, quasi aliquando sanctum

sanctum non sit. Ergo sicut, sanctificetur est, sanctum esse innotescat: sic & illud Apostolicum, Quum tradiderit regnum Deo, & patri, id est, quum patrem regnare monstrauerit, ut per speciem, manifestationemque clarescat, quod nunc a fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacua bit autem omnem principatum, & potestatem, manifestando utique regnum patris, ut omnibus notum sit, nullum principum, & potestatum, siue cælestium, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus, & potestatis: sed ab illo, ex quo sunt omnia, non solum ut sint, uerum etiam ut ordinata sint. In illa enim manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quocumque principe, aut in quoquam homine, quod etiam nunc prophetice canitur, Bonum est sperare in domino, quam sperare in homine, Bonum est sperare in domino, quam sperare in principibus, ut ista meditatione anima iam in regnum patris assurgat, nec cuiusquam potestatem præter illum magnificans, nec sua sibi ipsa perniciosè blandiens. Tradet ergo regnum Deo, & patri, quum per illum per speciem cognoscatur pater. Regnum enim eius sunt, in quibus nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnum Christi secundum potestatem diuinitatis, secundum quod ei cuncta creatura subiecta est, & aliter regnum eius dicitur ecclesia, secundum proprietatem fidei, quæ in illo est, secundum quod orat qui dicit, Posside nos. Neque enim non ipse possidet omnia, secundum quod dicitur etiam illud: Quum serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Euacuabit ergo omnem principatum, & omnem potestatem, & uirtutem, ut nulli patrem intuenti per filium, opus sit, aut libeat in cuiusquam creaturæ, uel in sua conuiescere potestate. Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, id est, oportet regnum eius intantum manifestari, donec omnes inimici eius ipsum regnare fateantur. Hoc enim intelligitur, sub pedibus eius futuros inimicos. Quod si de iustis acceperimus, ideo dictum est inimicos, quia ex iniustis iustificantur, & ei credendo subduntur. De iniustis autem, qui ad iustorum beatitudinem futuram non pertinent, sic accipiendum est, quoniam & ipsi eum regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. Ergo oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, non ita dictum est quasi quum posuerit inimicos suos sub pedibus suis, non sit postea regnaturus: sed oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: Oportet eum (inquit) ad tantam euentiam regnum suum perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quod regnet. Nam scriptum est: Ita oculi nostri ad Deum nostrum, donec misereatur nostri. Nec ideo tamen, quum misertus nostri fuerit, oculos ab eo debemus auertere. In tantum enim est beatitudo nostra, in quantum eius contemplatione perfruiamus. Sic ergo & hoc dictum est: Oculorum nostrorum intentio ad dominum non porrigitur, nisi usque ad impetrationem misericordie ipsius, non ut postea inde auertatur, sed ut inde nihil amplius requirat. Donec ergo pro eo positum est, ut non amplius intelligas. Quo enim amplius, id est, usque ad quam maiorem manifestationem manifestabitur regnum Christi, nisi quousque omnes inimici eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius manifestari, aliud amplius non permanere. Non amplius manifestari, est non fieri manifestius; non amplius permanere, non fieri perseueratius. Quando autem manifestius erit regnum Christi, quam quum omnibus claruerit inimicis? Nouissime inimica destruetur mors. Non enim erit aliud quod destruetur, posteaquam mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim subiecit sub pedibus eius, hoc est, ut etiam mortem destruat. Quum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt, dixit utique propheta in Psalmis, Manifestum est, quia præter eum, qui subiecit illi omnia, patrem uult intelligi omnia filio subiecit: sicut multis locis idem dominus in euangelio commendat, & prædicat, non solum propter formam serui, sed etiam propter principium, de quo æqualis est ei de quo est. Amat enim ad unum principium referre omnia tanquam imago eius, sed in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Quum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Non quasi modo non ita sit, sed tunc manifestum erit secundum locutionem superius tractatam, ut sit Deus omnia in omnibus. Ipse est finis, quem superius commemorauit, quum totum primo breuiter uellet concludere, deinde quasi membratim explicare, & exponere. Loquebatur enim de resurrectione, ubi ait, Initium Christus, deinde hi, qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis, ipse scilicet finis est, ut sit Deus omnia in omnibus.

Non solum dicentis personam latenter, & subito in scripturis commutari, uerum etiam & eorum ad quos fit sermo, uel de quibus sermo sit.,

Cap. XLVII.

Quemadmodum autem in scripturis prophetis obseruauimus (inquit Origenes in epistola ad Romanos, capite secundo, libro secundo) non solum dicentis personam latenter, & subito commutari: uerum & eorum ad quos sermo, uel de quibus fit sermo, uerbi gratia, ut nunc ex patris persona, nunc ex filij, uel spiritus sancti, nunc etiam ex persona prophetæ, aut eorum quorumlibet alia

alia dicantur, & nunc quidem sermo ad Israëliticam gentem, nunc ad exterarum nationes, aut ad reges, & ad mille alios dirigatur: ita mihi uidetur etiam hoc modo ad Romanos scriptam esse Epistolam, ut interdum & dicentis persona mutetur, & aliquando quidem Paulus spiritualis loquatur, sicut in multis epistolæ locis: aliquando uero Paulus carnalis, sicut (uerbi gratia) quum dicit, Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato, ut ostendamus quum ad ipsum locum domino dirigente, uenerimus. Interdum uero fit & eorum personæ ad quos sermo est commutatio, ita ut nunc ad omnem Romanorum dicatur ecclesiam. Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mundo. In alijs uero non ad omnem ecclesiam, sed ad omnem qui iudicat alium, & ipse facit ea quæ in alijs condemnat, & est inexcusabilis. Nunc autem neque ad ecclesiam, neque ad eum qui iudicat, fit sermo hic, in quo dicit: Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & cætera usque ad eum locum, & iudicabit quod ex natura est præputium legem perficiens te, qui per literam, & circumcissionem præuaricator es legis. Sicut in scripturis prophetis uigilanter oportet intendere eum, qui uult intelligentiam eorum, quæ scripta sunt capere, uel dicentium, uel ad quos, uel de quibus sermo fit personis: ita nunc in epistola ad Romanos agendum mihi uidetur.

Affectus humanos, membra humana, & ea quæ propria corporum sunt, quo pacto Deo attribuantur. Cap. XLVIII.

Quo pacto autem Deo incorporeo affectus, & humana membra tribuantur, scribit Origenes homilia 3. super Genesim: Quoniam in multis diuinæ scripturæ locis Deum legimus ad homines loqui, & propter hoc Iudæi quidem, sed & nostrorum nonnulli Deum quasi hominem intelligendum putauerunt, id est, humanis membris, habituque distinctum: philosophi uero, uelut fabulosa hæc, & ad poetarum similitudinem figmentorum formata despiciunt, uidetur mihi de his primo paucis sermocinandum, & hinc ad ea, quæ recitata sunt, ueniendum. Primo ergo ad eos fit sermo, qui foris positi, arroganter nos circumstrepunt, dicentes, ex cælo illi, & inuisibili, atque incorporeo Deo non conuenire, ut humanis utatur affectibus. Si enim loquendi (inquiunt) ei datus uisum, sine dubio dabitis & os, & linguam, cæteraque membra, quibus loquendi expletur officium. Quod si sit, recessum est ab inuisibili, & incorporeo Deo, & multa his similia neccentes, nostros fatigant. Ad hæc ergo, si precibus uestris iuuemur, prout dominus dederit, breuiter occurreremus. Nos sicut incorporeum esse Deum, & omnipotentem, & inuisibilem profiteremur: ita eum curare mortalia, & nihil absque eius prouidentia geri, neque in cælo, neque in terris, certo, & immobili dogmate profiteremur. Memento quia nihil sine prouidentia eius geri diximus, non sine uoluntate. Multa enim sine uoluntate eius geruntur, nihil sine prouidentia. Prouidentia namque est, qua procurat, & dispensat, & prouidet quæ geruntur. Uoluntas uero est, qua uult aliquid, aut non uult. Sed de his alijs. Longior enim est, & diffusior iste tractatus. Secundum hoc ergo, quod prouidentem omnium, & dispensatorem profiteremur Deum, consequens est, ut quid uelit, uel quid hominibus expediat, indicet. Si enim non indicet, nec erit prouisor hominis, nec creditur curare mortalia. Indicans igitur Deus hominibus, quæ eos agere uult, quo potissimum affectu dicendus est indicare? Nonne eo, qui hominibus in usu, & notitia est? Si enim (uerbi causa) dicamus quia silet Deus, quod naturæ illi conueniens creditur, quomodo indicatum esse aliquid ab eo putabitur per silentium? Nunc autem idcirco loquutus dicitur, ut scientes homines hoc ministerio uoluntatem alterius alteri innotescere, agnoscant ea, quæ sibi per prophetas deferuntur, Dei esse uoluntatis indicia. In quibus utique non intelligitur uoluntas Dei contineri, nisi ea locutus dicatur, quia nec sentitur, nec intelligitur inter homines indicari usquam posse per silentium uoluntatem. Sed hæc rursum non secundum errorem Iudæorum, uel etiam ex nostris nonnullorum, qui cum illis errant, eate nus dicimus, ut quoniam humana fragilitas aliter audire de Deo non potest, nisi ut sibi res ipsa, & uocabula nota sunt, idcirco etiam membris hæc nostris similibus, & habitu humano Deum agere sentiamus. Alienum hoc est ab ecclesiastica fide. Sed hoc ipsum, quod uel aspirat in corde uniuersuiusque sanctorum, uel sonum uocis peruenire ad aures eius facit, loquutus homini Deus dicitur: sic & quum nota sibi esse indicat, quæ unusquisque uel loquitur, uel agit, audisse se dicit. Et quum aliquid iniustum geri à nobis indicat, irasci se dicit. Quum beneficijs suis ingratos nos arguit, poenitere se dicit, indicans quidem hæc his affectibus, qui hominibus in usu sunt. Simplex namque est illa substantia, & neque membris ullis, neque compaginibus, affectibusque composita: sed quicquid diuinis uirtutibus geritur, hoc ut homines possent intelligere, aut humanorum membrorum appellatione profertur, aut communibus, & notis annunciantur affectibus. Et hoc modo uel irasci, uel audire, uel loqui dicitur Deus. Nam si uox humana aer ictus, id est, lingua percussus dicitur, potest & uox Dei dici aer ictus, uel uis, uel uoluntate diuina. Et inde est, quod si quando uox diuinitus datur, non ad omnium aures, sed ad quorum interest, auditus allabitur, ut agnoscas sonitum, non linguæ

Prouidentia Dei
uoluntas Dei.

Locutio Dei
qualis.

Auditus Dei
ira Dei.

Poenitentia Dei.

pulsu redditum, alioquin fieret communis auditus, sed superni nutus moderamine gubernatum, quæquam prophetis sæpe, & patriarchis, cæterisque sanctorum, etiam sine uocis sono uerbum Dei factum esse referatur, sicut ex omnibus sacris uoluminibus abundanter docemur. In quo (ut breuiter dicam) illuminata mens per spiritum Dei formatur in uerba. Et ideo siue hoc, siue illo, quo supradiximus, modo, quum uoluntatem suam indicat, loquutus esse dicitur. Et homilia 8. super Exodum, exponens illud, Deus zelans: Vide (inquit) benignitatem Dei, quomodo ut nos doceat, & perfectos faciat, ipse fragilitatem humanorum non recusat affectum. Quis enim audiens Deum zelantem non continuo miretur, & humanæ fragilitatis uitium putet? Sed omnia propter nos agit, & patitur Deus, & ut possimus edoceri, notis, & usitatis affectibus, nobis loquitur.

Cap. XLIX.

ET libro quarto contra Celsum, hoc pacto scribit: Sed quum Celsus minus intelligat, quæ de Deo pro humanis affectibus exprimentur, carpit hæc planè, & cauillatur, & ea præcipue in quibus & irascentium uoces in impios, & in peccatores comminationes aduntur. Dicendum erit, quod quemadmodum ipsi, ubi cum pueris minoribus oborta nobis est disceptatio, non nostras dicendi uires attendimus, sed illorum imbecillitatem nos ipsos accommodantes, non solum his consentanea fabulamur, sed ea etiam facimus, quæ ad puerorum uidentur emendationem sat facere, & illis non parum conducere: sic item & Dei uerbum uidetur quæ scripta sunt dispensasse, pro auditorum & uiribus, & utilitate dimetiendo, quæ decenter denunciarit. Quemadmodum uero quæ ad Deum spectant denunciantur, in Deuteromio sic proferuntur: Portauit te dominus Deus tuus, ut solet homo gestare paruulum filium suum. Quasi humanos mores deo sacra scriptura imponunt, ut hominibus conferant. Non enim erat multis necesse, ut Deus personam sibi effingeret pro eius ut dignitate istos alloqueretur. Sed quibus curæ est sacras literas apertiores efficere, committuntur proculdubio sunt spiritualia spiritualibus nunciari, ubi sic dictorum sensa contulerint, ut quæque uel ad infirmiores habentur, uel ad solertiores quosdam denunciantur, & ita, ut in una sæpe, & eadem dictione id utrunque inesse ei appareat, qui audire hanc nouerit. Iram igitur Dei nos dicimus, non tamen irasci illum asseueramus, & usurpatum id esse, ut qui per multa commiserint, castigentur, dum grauius, & trucius arguuntur. Quod autem Dei ira, dum nuncupatur, uel ubi dicitur furor, castiget, idque diuinæ doctrinæ perlibeat, ex eo liquet quod in sexto Psalmo sic dicitur: Domine in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Et item in Hieremia: Corripe nos domine, sed in iudicio, & non in furore. Qui uero in libro Regum secundo Dei iram perlegerit, Dauid ipsi persuadentem, ut populum suum recenset, & in Paralipomenon primo diabolus, & inuicem istorum dicta examinando expendat, planè uidebit quæ in re sit ira hæc constituta, cuius & filios Paulus homines omnes redditos esse affirmat, sic inquiens: Eramus olim filij iræ, sicut & cæteri. Quod autem non ira deus afficiatur, sed singuli delinquendo sibi hanc uendicent, Paulus idem in his patefecit, Num diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & magnanimitatis contemnis? Ignoras quoniam bonitas Dei te ad poenitentiam ducit. Secundum autem duriciem tuam, & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Verum quo pacto quis poterit in die iræ iram sibi thesaurizare, si iram pro affectu animi quodam, & passione acceperis? Vel quomodo qui uerit iræ affectio hæc castigare? Non enim uel sacra dicta, quæ minimè irascentium esse commonefaciunt, & in sexto iniungunt, & trigesimo Psalmo, Desine ab ira, & relinque furorem, & in Paulo illud edicunt, Deponite & uos omnia, iracundiam, furorem, odium, blasphemiam, turpiloquium, hunc iræ affectum Deo accommodassent, à quo nos prorsus uelit eximere. Liqueat sanè de ira hæc Dei fuisse tropologicè explicatum, quando & de eius somno id literis proditur. Propheta namque ueluti è somno hunc excitans, Surge (inquit) quid dormis domine? Et rursum, Et surrexit tanquam dormiens crapulatus à uino. Si itaque hoc loco aliud quippiam somnus iste designat, & non id, quod in promptu ex dictione accipitur, cur non item & ira intelligatur, & comminationes insuper ea præterdant, quæ denunciantur his occurrentibus, qui prauè uitam hanc degunt, nec secus ac si & comminari quis diceret medicum, quum agro illud inclamat, præcidam te equidè, & inuisiones mox adigam, si meis legibus minus obtemperaueris, uel ab his illisue haud quaquam abstineas, uel te non ita, ut iniunxero, gesseris? Non itaque humanos affectus Deo annectimus, nec impie de eo sentimus, neque errore aliquo ducti sacris adinuenimus inscriptionibus examinatis, quæ de Deo narratur, proferimus. Nec sanè aliud est illis propositum, qui diuinam hanc prædicant disciplinam, nisi pro sua uirili, ut auditores à stultitia uindictent, & sapientiores efficiant.

De his, quæ Deo attribuantur.

Cap. L.

Heronymus autem de his, quæ Deo in scripturis sanctis attribuantur, hoc pacto scribit: Omnipotens Deus pater, & filius, & spiritus sanctus, unus, atque trinus, unus uidelicet in natura, d trinus

Deuter. i. e.

Ira Dei.

Psal. 6.

Hierem. i. o. d.

Eph. 2. a.

Rom. 2. a.

Col. 3. b.

Psal. 43. d.

Psal. 77. g.

Inuisibilis deus. trinus in personis, solus inuisibilis, solus immensus, atq; incomprehensibilis, solus incircumscriptus, solus incorporeus, & immortalis, ubiq; præsens, sed latens, ubiq; totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sua uideri non potest, Apostolo testante, qui ait: Quem uidit nullus hominum, sed nec uidere potest. Et in Ioâne, Deum nemo uidit unquam. Incorporeus est, quia nullis membrorum lineamentis compositus est, siue compactus existit, sicut ueritas in Euangelio dicit: Spiritus est Deus, & qui adoratur eum, in spiritu, & ueritate oportet adorare. Immensus est, quia quantitas eius, uel qualitas à nullo metiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicans, ait: Si cœli, & cœli cœlorum te non capiunt, quãtomagis domus ista, quam ædificauit. Incircumscriptus est, quia circumscribi non potest. Illocalis est, quia de loco ad locum nequaquam transit, nec quolibet detinetur, ipso de se per Esaiam testimonium perhibente, Cœlum sedes mea est, terra scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam: Nunquid non cœlum, & terram ego impleo? Cuius immensitatem propheta in psalmis confitens, ait: Si ascendero in cœlum, tu illic es &c. De cuius immensitate adhuc in libro Iob scriptum est, Excelsior cœlo est, & quid facies? Profundior est inferno, & unde agnosces? Longior est terra, immensitas eius latior est mari. Qui cœlum, & terram implet, proculdubio nullus est locus ab eius præsentia absens. Super omnia quippe est regendo, atque imperando: subtus est, omnia sustinendo, atq; portando, non pondere laboris, sed infatigabili uirtute. Immutabilis est, quia ab eo quod est, omnino mutari non potest, ipso dicente per Malachiam prophetam: Ego dominus, & non mutor. Ideo Deus immutabilis dicitur, quia misericordia, ira, furor, poenitentia, obliuio, recordatio, & alia his similia ei nō accidunt. Simplex enim natura est, & immutabilis, & imperturbata, neq; aliud est ipse, & aliud quod habet, sed ipsum est quod habet, & quod est. Immortalis est, quia mori nō potest, Apostolo dicente: Qui solus immortalitatem habet, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. Vbicunq; autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros in Deo motus animæ, seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, aures, nares, os, labia, cor, linguam, imaginem, uterum, manum dexteram, sinistram, digitos, siue digitum, brachium, alas, scapulas, posteriora, pedes: Item motus animæ, iram, furorem, obliuionem, poenitentiam, recordationem, & his similia, non carnaliter iuxta historiam à recte intelligentibus sumenda sunt, sicut à ludæis, & plerisq; hæreticis carnaliter sapientibus, qui Deum corporeum, atq; localem opinantur, sed spiritualiter omnia de eo intelligenda, & contuenda sunt. Si quis enim Deo humana membra, seu motus animæ, more humano inesse credit, proculdubio in corde suo idola fabricat, quum (ut dictum est) figuratè in Deo caput legimus ipsam essentiam diuinitatis eius, quæ omnia præcedit, & cui omnia sunt subiecta, intelligere debemus. Capillos uero capitis eius sanctos Angelos, seu uiuersos electos accipi oportet, de quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est: Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, uestimentum eius, quasi nix candidum, & capilli capitis eius, quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimenta candida Dei, quod & per capillos capitis eius, sanctos uidelicet Angelos, & multitudinem sanctorum dealbatorum: Vel certe ideo capilli eius, lanæ mundæ comparantur, ut per hoc antiquus dierum credatur esse. Oculos Deus dicitur habere, pro eo quod omnia uidet, & nihil eum latet. In cuius conspectu (ait Apostolus) nulla creatura inuisibilis est. Omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. Aliter uero oculi, respectu gratiæ eius intelliguntur, ut est illud in Psalmo, Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Palpebræ domini, occulta, & incomprehensibilia iudicia, siue spiritalis in diuini libris eius locutio innuitur, de quibus occultis, & incomprehensibilibus sacramentis, atq; iudicijs, in psalmo legitur, Palpebræ eius interrogant filios hominum, id est, probant. Aures dicitur habere dominus propterea, quia omnia audit. Nihil eum sub silentio latet, de quo in lib. Sap. dicitur, Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Nares Dei, inspiratio eius in corde fidelium, ut est illud in libro Regum: Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctio poenitentium de inspiratione eius. Facies Dei, cognitio ueritatis, seu cognitio diuinitatis eius ad homines. De qua cognitione in Psal. scriptum est, Ostēde nobis domine faciē tuā, hoc est, dona nobis cognitionē tuā, quæ cognitio per filiū omnibus hominibus innotuit, ipso dicente in Euangelio: Nemo nouit patrē nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies Dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij Dei, de qua ipse dominus ad Moysen per ipsum Angelū respondit: Posteriora mea uidebis, faciem autem meam, uidere nō poteris. Os uero Dei, filius Dei patris, id est, Christus dominus, de quo Hieremias propheta, ex Iudæorum persona affatus ait, Quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter uero os domini, sermo eius, siue uisus accipitur. De quo sermone Dei Esaias propheta ait: Os domini locutum est, hoc est, uerbum filij Dei patris, per quem omnia facta sunt, de quo in Psalmo dicitur, Verbo domini cœli firmati sunt. Et alibi, Misit uerbum suum, & sanauit eos. Et in Euangelio, In principio erat uerbum. Lingua Dei, mystice significat spiritum sanctum, per quem Deus pater, secretum suum manifestauit hominibus

hominibus. Vnde in Psalmo, Lingua mea, calamus scribæ uelociter scribentis. Labia Dei, mystice utriusq; testamenti consonantia intelliguntur, de quibus duobus testamētis in Prouerbijs dicitur: Et diuinitio in labijs regis, in iudicio non errauit os eius.

Cap. LI.

Brachium, uel brachia Dei patris, filius eius, & spiritus sanctus intelligitur, sicut est illud in Esaiā: Et brachia mea populos iudicabunt. Brachium Dei patris singulariter, filius eius accipitur, de quo Hieremias ad ipsum ait: Et nunc domine Deus, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti, & brachio extento. Ideo autem filius Dei brachium dicitur, quia creatura electa ab ipso continetur. Dexterā Dei patris, unigenitus filius accipitur, de quo in Psalmo de persona hominis assumpti dicitur: Dexterā domini fecit uirtutē, dexterā domini exaltauit me. Aliter uero dexterā domini, gloriam, & patris æternam beatitudinem significat, de quo in Psalmo ex persona patris dicitur ad filium: Sede à dextris meis. Dicitur autem dexterā Dei omnis electa creatura in cœlo, & in terra, sicut per sinistram eius intelligitur reproba creatura, id est, demones, & omnes impij, qui ad læuā positi, æterna supplicia sustinebunt. Manus Dei patris, filius eius accipitur, pro eo quod per ipsum omnia sunt facta, sicut est illud in Esaiā: Omnia hæc manus mea fecit, & per manum domini facta sunt omnia. Aliter uero manus Dei potestas intelligitur, de qua potestate in libro Hieremias dicitur: Sicut lutū in manu figuli, ita uos in manu mea domus Iſi ael. Item nōnunquam manus domini flagellum accipitur, de cuius percussione in Sophonia propheta scriptum est: Extendam manum meam super Iudam, & super habitantes Hierusalem, & disperdā de loco reliquias Baal, de qua domini percussione beatus Iob de seipso ait: Manus domini tetigit me. Digitus domini singulariter, spiritus sanctus accipitur, à quo spiritu sancto lex in duabus tabulis lapideis scripta narratur in monte Sinai. Ipse enim scripsit, qui scribēda dictauit, id est, spiritus sanctus, de quo spiritu sancto dominus in Euangelio, Ego indigito Dei eicio dæmonia. Sicut enim digitus cum manu, uel brachio, manus uero, uel brachium cum corpore sunt in natura unum: ita pater, & filius, & spiritus sanctus, tres quidem sunt in personis, una uero substantia diuinitatis. Digni Dei pluraliter, sancti intelliguntur propheta, per quos spiritus sanctus legis, ac prophetarum libros, sua inspiratione describit, de quibus in psalmo dicitur: Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum. Per cœlos enim libros legis, & prophetarum: per digitos uero sanctos: ut dictum est) prophetas insinuauit. Imago Dei patris inuisibilis, dupliciter intelligitur. Aliter namq; est imago Dei patris in filio suo, quem non aliunde, sed ex semetipso, hoc est, ex substantia sua, & per omnia sibi similem, & æqualem genuit. Aliter uero in anima hominis, quam non ex se, id est, de substantia sua (sicut pleriq; hæretici opinati sunt) genuit, sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago cuiusq; regis in filio eius, quem ex semetipso sibi similem genuit, id est, homo hominem: aliter uero in anulo, siue in cara imago est impressa, quæ non est quod ipse, sicut filius, qui naturaliter hoc est quod & pater.

Cap. LII.

Cor Dei patris, est arcanum eius sapientiæ mysticæ, ex quo uerbum, id est, filium suū impassibiliter sine initio genuit, ipso dicente: Eructauit cor meum uerbum bonum. Alas Deus dicitur habere, pro eo quod more auis electos suos tanquam pullos sub se colligit, fouet, & ab insidijs diaboli, & malorum hominum protegit. Vnde Propheta: Sub umbra alarum tuarum protege me. Scapulas habere dicitur, quia infirma mēbra ecclesiæ, quasi in scapulis portat. Sicut in Psalmo dicitur, Scapulis suis obumbrabit tibi. Venter Dei, feci eta origo substantiæ eius accipitur. Vnde in Psalmo, Ex utero ante luciferum genui te. Aliter uterus Dei, incomprehensibilia iudicia eius, quæ rimari nequeūt, insinuatur mystice. De quo occulto iudicio eius in libro Iob scriptum est: De cuius utero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit? Posteriora filij Dei, incarnatio eius accipitur, de qua posteritate filius in monte Sinai ad Moysen per Angelum loquens, ait: Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uidere non potes. Pedes Dei, stabilimentū, & uirtus eius est, eo quod ubiq; præsens est, & uniuersa ei subiecta sunt, illo ipso dicente per Esaiam prophetam: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Aliter, pedes filij Dei incarnatio intelligitur, quæ diuinitati subiecta est, tanquam capiti pedes. Sicut enim per caput, diuinitas, ita per pedes eius, humanitas eius exprimitur. De qua in Exodo scriptum est: Viderunt dominū, hoc est, Moyses, & Aaron, & Abiū, & septuaginta de senioribus populi, sub pedibus eius, quasi lapis sapphirus, & quasi cœlum, quum serenum. Sicut autem per lapidem sapphirū, cœlestes naturas, uel sanctos Angelos, ita per cœlum serenum, sanctam ecclesiam electorum ex hominibus assumptam figuratè demonstrare uoluit, super quas duas creaturas homo assumptus filius Dei in perpetuum d ij regnat.

Pfal. 8. regnat. De quo in Psalmo dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Aliter autē per Dei pedes, id est, Iesu Christi, significati sunt sancti prædicatores, de quibus in Deuteronomio scriptum est: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina eius. Vestimentum filij Dei, aliquando caro eius, quæ à diuinitate est assumpta, in diuinis libris figuraliter accipitur. De quo indumento carnis Esaias ait: Quis est iste qui uenit de Edóm, tinctis uestibus de Bosrá? Rursus uestimenta eiusdem domini, sancta accipitur ecclesia, quæ per fidem, & dilectionem ei coniuncta est. De qua dicitur in Psalmo, Dominus regnauit, decorem induit. Et in Psalmo alio ad ipsum dominum: Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut uestimento. Pallium iam dicta eius ecclesia intelligitur. De quo in libro Genesis scriptum est: Lauit in uino stolam suam, hoc est, in passione carnem suam, & in sanguine uuæ pallium suum, id est, ecclesiam suam. Calciamenta domini nostri Iesu Christi, mysticè significat incarnationem eius, quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. De qua incarnatione sua ipse per prophetam in Psalmo ait: In Idumæam extendam calciamentum meum, id est, in plebe gentium manifestabo incarnationem meam. Gressus Dei, aduentus filij Dei in mundum, & regressus ad patrem. De quibus Psalmista ait: Visi sunt ingressus tui Deus, gressus Dei mei, & regis mei, id est, ipsius de cælo, qui uenit in uterū uirginis. De utero uero nascendo positus est in præsepio, postq̃ omnia impleuit, pro quibus à patre missus uenerat, appensus est in ligno crucis, de cruce autem depositus, secundum corpus sepultus est, & secundum animam ad infernum descendit. Tertia autem die per potētiam suæ diuinitatis, carnem suam de sepulchro suscitauit. Et post diem resurrectionis quadagesimo die uidentibus Apostolis ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris, id est, ad gloriam eius. Hi sunt enim gressus filij Dei, iste descensus, & ascensus eius, qui frequenter in sacris scripturis legitur. Ascendere dicitur Deus, quum filius carnem ex nobis assumptam in cælum uelut captiuam inuexit, sicut in Psalmo illo: Ascendit in cælum, captiuam duxit captiuitatem, quia naturam humani generis, quæ à diabolo in mundo captiua retinebatur, assumens secum in cælum, ubi nunquam antè fuerat, tanquam captiuā deportauit. Abscōdere faciem suam deus legitur, cum hominibus quibusdam, eorum exigentibus culpīs, cognitionem suam abscondit, sicut in populo Iudæorum nunc impletum uidemus, quæ negantes filium Dei, Dei scientiam ita Iudæi perdidit, ut similes fierent gentibus, quæ Deum non cognouerunt. Ostendere faciem suam dicitur Deus, quum respectu gratiæ suæ quibus uult scilicet electis suis, seipsum in corda eorum occulta inspiratione insinuat, & ad diligendum se amorem suum infundit.

Cap. LIII.

Sedere dei. *Pfal. 4.6.b.* *Pfal. 79.a.* **S**edere dicitur Deus, non corporaliter humano more, sed potentialiter super omnē creaturam regnando præsidere. Vnde est illud in Psalmo, Regnabit dominus super omnes gētes, Deus sedet super sanctam sedem suam. Sedere autem Deus dicitur super Cherubim (quod interpretatur plenitudo scientiæ) per quod significantur sancti Angeli, siue mentes spiritualium uirorum, in quibus Deus inuisibiliter præsidet, & regnat. In illis enim sedet, qui scientia eius, & dilectione pleni sunt. In Prouerbijs quippe Salomonis scriptum est, Anima iusti, sedes est sapientiæ. Sapientia uero Dei patris Christus est, qui in animabus sanctorum Dei sedere dicitur. Descendere Deus in mundū dicitur, quando aliquid nouum, quod antè non fecerat in creatura humana, operatur, sicut filius Dei patris descendisse narratur, quando ueram carnem ex Maria uirgine propter redēptionē nostrā suscepit, & Deus homo fieri dignatus est, nō amittēdo quod erat, sed assumēdo quod nō erat. De cuius descēssione, id est, incarnatione, in Psal. scriptū est: Inclinauit cælos, & descendit, & caligo sub pedibus eius. Cælos inclinauit, qui aduentū suū prænūcians, Angelos, siue prophetas misit, qui aduentū eius hominibus nūciarent. Caligo sub pedibus eius, quia impij homines ob suā malitiā incarnationē eius agnoscere non potuerūt, nec adhuc possunt. Stare deus dicitur, quū nos infirmos, id est, suā creaturā ad pœnitentiā, & cōuersionem patienter sustinet, ut est illud in Habacuc propheta: Stetit, & mensus est terrā, & dissoluit gentes, id est, stetit ad subueniendum, & dissoluit credentes in se, à uinculis peccatorum. Transire dicitur Deus, quum de cordibus quorundam hominum, in quibus antea per fidem condebatur: postea subrepente perfidia, uel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios transit, quemadmodum de Iudæis ad gentes, de hæreticis ad catholicos, seu de quibuslibet irreligiosis, & negligentibus pro uitio suo recedere dicitur, & ad alios transire, quod non localiter, aut uisibiliter, sed inuisibiliter occulto, iustocq̃ iudicio facere consueuit. Ambulare dicitur Deus non de loco ad locum transeundo, quia impium est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio, sicut scriptum est: Et inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum Deus. Vel certe Dei ambulare, est in sanctis prædicatoribus suis de loco ad locum transire. Loqui Dei, est inuisibiliter sine uoce, uel quolibet strepitu in mentibus

tibus sanctorum uoluntatem suam, atq̃ intellectum rectum inspirare, seu futura, sicut in sanctis prophetis, reuelare. Quæ locutio Dei (ut quidam uolūt) tribus modis accipitur. Primo namq̃ modo per subiectam creaturam, sicut ad Moylén in rubo, & igne apparuit. Vel sicut ad Abraham, atq̃ Iacob, & cœteros sanctos, quibus in Angelis apparuit. Secundo uero modo, in somnis, sicut ad Iacob, & Zachariam prophetam, & ad Ioseph sponsum Mariæ, & alijs sanctis, quibus secreta reuelare uoluit. Tertio autem modo neq̃ per creaturam uisibilem, neq̃ per hominem, sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter corda eorum tangendo afficit, sicut in libris prophetarum scriptū est, quum ipsi propheta subitò afflatus spiritu sancto, exclamant, dicentes: Hæc dicit dominus. Videre Dei, est bona acta probare, sicut est illud in Genesi: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, id est, intelligentibus esse bona demonstraui. Aliter uidere Dei, est mala hominum scienter reprobare, sicut est illud in Esaiâ propheta: Et uidit Deus, & apparuit malum in oculis eius. Item aliter uidere dei est nos uidentes facere, ut est illud in Psalmo: Proba me domine, & scito cor meum. Modus iste locutionis in libro Iob similiter reperitur, ubi de sapientia Dei patris, postquam plurima insignia locutus est de Deo patre, adiunxit: Tunc uidit illam, & enarrauit, & inuestigauit, & imperauit, id est, uidentes fecit, atq̃ prædicantes, & inuestigantes, atq̃ alijs nunciantes. Cognoscere Dei, est cognoscentes facere, sicut ait ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas Deum. Neq̃ enim in tempore nouit qui scit omnia antequam fiant, sed cognoscere dicitur Deus cognoscentes facere, ut qui prius de se quales essent, incogniti erant, per eius interrogationem, & probationem, quales essent sibi metipsis cogniti fierent, tale est illud in lege Moyli de populo Israelitico: Tentabo (inquit) eos, utrum custodiant mādātum meum, an non. Nescire Dei, est reprobare, sicut in Euangelio dicitur: Nescio uos unde sitis, recedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Zelare Dei dicitur, quum creaturam suam, quam non uult perire, sæpe castigat, corripit, atq̃ flagellat, & flagellando adducit ad se. Vel zelare Dei dicitur, quum nullum peccatum impunitum uult relinquere. Iustus est enim. Et ideo omnis iniustitia execrabilis est illi, quia (ut dictum est) nihil impurum patitur impunitum. Irasci dicitur Deus, non animæ motu, uel quauis alia perturbatione, quæ omnino illi accedere non potest, sed creaturæ delinquenti, id est, hominibus impijs, & peccatoribus, iustam dicitur inferre ultionem, hoc est, reddere illis quæ merētur, & hæc est ultio diuina, iste furor eius dicitur. Pœnitere Deus dicitur, non quod more hominum de trāsactis operibus pœniteat, qui enim omnia nouit antequam fiant, pro suis præteritis actibus pœnitere non potest, sed pœnitentiā Dei est statuta mutare, & quod prius aliter inchoatum est, in aliud mutare, id est, de bono, exigētibus culpīs, in malū. Sicut de Saule legitur pœnituisse Deum, quod constituit eum regem. Vel sicut nunc uidemus in populo Iudæorū, qui quum esset populus Dei, ob impietate suam factus est synagoga satanæ. De malo uero in bonū, sicut accidit in populo gentium, qui quum prius non esset populus Dei, nūc autem per gratiam Christi populus Dei factus est. Hoc quippe modo occulto Dei iudicio Iudas Christi proditor, de apostolatus lapsus gradu, in inferni barathro dimersus est. Latio uero post crimē rapacitatis, de cruce ad paradysum translatus est. Hanc quoq̃ mutationem de bono ad malum (ut dictum est) siue de malo ad bonum, quia occulto, iustocq̃ Dei iudicio per sententiam iustitiæ suæ, siue per misericordiam eius fiat, pœnitentiā Dei dicimus, sicut expressius in libro Hieremiæ scriptum est: Non pœnitere Dei, est statuta nullo modo mutare. Vnde est illud in Psalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, id est, pater ad filium: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedec. Sacerdos enim Dei patris dictus est filius Dei, non secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, in qua se pro nobis per passionem, & mortem suam acceptabile sacrificium Deo patri obtulit, ut ipse esset sacerdos, qui & sacrificium. Obluisci dicitur Deus, quum quibusdam impijs, & peccatoribus non miseretur, quod utiq̃ nō facit propter crudelitatem, quæ in Deo non est, sed per occultum, iustumq̃ iudicium suum. Indurare dicitur Deus quorundam corda malorū, sicut de Pharaone rege Aegypti scriptum est, nō quod omnipotens Deus per potentiam suam eorum corda induret, quod impium est ita credere, sed exigentibus eorum culpīs cum duritia cordis, quam ipsi sibi omnia mala perpetrando nutriunt, nō aufertur, quasi illos ipse induret, quos iusto iudicio induratos finit. Dormire Dei, est quum unigenitus Dei patris in assumpta carne pro nobis mori dignatus est, cuius mors recte dulcis fuisse prædicatur, ipso dicente per Hieremiam prophetam: Ideo quasi à somno excitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis est mihi. Aliter dormire Deus dicitur, quum fides eius inter prosperitates huius mundi, in quorundam corda fidelium non uigilat, sed dormit. Hanc domitationem ipse significauit, quum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire Dei, est anxij tardè subuenire, sicut est illud in Psalmo: Exurge, quare obdormis domine? Vigilare dei, est in defensione suorum electorū, & ultione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

Exo. 3.

Videre dei.

Gen. 1.

Esai. 59.c.

Psal. 138.d.

Iob 28.d.

Cognoscere dei.

Gen. 22.c.

Exo. 16.d.

Nescire dei.

Luc. 13.e.

Zelare dei.

Irasci dei.

Pœnitere dei.

Reg. 15.c.

Psal. 110.

Obluisci dei.

Indurare dei.

Exo. 10.g.

Dormire dei.

Hier. 31.e.

Matth. 8.c.

Psal. 43.d.

TRiplex est autem error de Deo (ut diuus scribit Augustinus, libro de Trinitate primo, capite primo.) Nonnulli (inquit) ea quæ de corporalibus rebus, siue per sensus corporeos experientia nouerunt, siue quæ natura humani ingenij, & diligentia uiuacitate, uel artis adiutorio percipiunt, ad res incorporeas, & spirituales transferre conantur, ut ex his illa metiri, atq; opinari uelint. Sunt quidam alij, qui secundum humani animi naturam, uel affectum de Deo sentiunt, si quid sentiunt, & ex hoc errore, quum de Deo disputant, sermoni suo distortas, & fallaces regulas fingunt. Est item aliud hominum genus, eorum qui uniuersam quidem creaturam, quæ profecto mutabilis est, nituntur transcendere, ut ad incommutabilem substantiam, quæ Deus est, erigant intentionem, sed mortalitatis onere prægrauati, quum & uideri uolunt scire, quod nesciunt, & quod uolunt scire, non possunt, præsumptiones opinionum suarum audacius affirmando, intercludunt sibi intelligentiæ uias, magis eligentes sententiam suam non corrigere peruersam, quam mutare defensam. Et hic quidem omnium morbus est trium generum, quæ proposui, eorum scilicet qui secundum corpus de Deo sapiunt, & eorum, qui secundum spiritalem creaturam, sicuti est anima, & eorum qui neq; secundum corpus, neq; secundum spiritalem creaturam, & tamen de Deo falsa existimant, eò remotiores à uero, quò id quod sapiunt, nec in corpore reperitur, nec in facto, & condito spiritu, nec in ipso creatore. Qui enim opinatur Deum (uerbi gratia) candidum, uel rutilum, fallitur, sed tamen hæc inueniuntur in corpore. Rursus, qui opinatur Deum nunc obliuiscens, nunc recordans, uel siquid huiusmodi est, nihilominus in errore est, sed tamen hæc inueniuntur in animo. Qui autem putat eius esse potentia Deum, ut seipsum ipse genuerit, eò plus errat, quòd non solum Deus ita non est, sed nec spiritalis, nec corporalis creatura. Nulla enim omnino res est, quæ seipsam gignat, ut sit. Ut ergo ab huiusmodi falsitatibus humanus animus purgaretur, sancta scriptura paruulis congruens, nullius generis rerum uerba uitauit, ex quibus quasi gradatim ad diuina nos intellectus uelut nutritus affurgeret. Nam & uerbis, & rebus corporalibus sumptis usa est, quum de Deo loqueretur, uelut quum ait: In tegmine alarum tuarum protege me. Et de spiritali creatura multa transtulit, quibus significaret illud quod ita non esset, sed ita dici opus esset, sicuti est, Ego sum Deus Zelotes. Et, Pœnitent me hominem fecisse. De rebus autem, quæ omnino non sunt, non traxit aliqua uocabula, quibus uel figuraret locutiones, uel spiraret ænigmata. Vnde perniciosius, & inanius euanescent, qui tertio illo genere erroris à ueritate secluduntur, hoc suspicando de Deo, quòd neq; in ipso, neq; in ulla creatura inueniri potest. Rebus enim quæ in creatura inueniuntur, solet scriptura diuina uelut infantilia oblectamenta formare, quibus infirmorum ad quærèda superiora, & inferiora deferenda, pro suo modulo tanq; passibus moueretur affectus. Quæ uero proprie de Deo dicuntur, quæq; in nulla creatura inueniuntur, raro ponit scriptura diuina, sicut illud, quod dictum est ad Moysen: Ego sum, qui sum. Et, Qui est, misit me ad uos. Quum enim esse aliquo modo dicatur & corpus, & animus, nisi proprio quodam modo uellet intelligi, non id utique diceret. Et illud, quod ait Apostolus: Qui solus habet immortalitatem, quum & anima modo quodam immortalis esse dicatur, & sic non diceret, Solus habet, nisi quia uera immortalitas, incommutabilitas est, quæ nulla potest habere creatura, quoniam solus est creatoris. Hoc & Iacobus dicit: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec momenti obumbratio. Hoc & Dauid: Mutabis ea, & mutabuntur, tu uero idem ipse es. Proinde substantiam Dei sine ulla sui commutatione mutabilia facientem, & sine ullo sui temporali motu temporalia creantem, intueri, & plenè nosse difficile est, & ideo est necessaria purgatio mentis nostræ, qua illud ineffabile, ineffabiliter uideri possit, qua nondum præditi, fide nutrimur, & per quædam tolerabiliora, ut ad illud capiendum apti, & habiles efficiamur, itinera ducimur. Vnde Apostolus in Christo quidem dicit esse omnes thesauros sapientiæ, & scientiæ absconditos: eum tamen, quæuis iam gratia eius renatis, sed adhuc carnalibus, & animalibus, tanq; paruulis in Christo, non ex diuina uirtute, in qua æqualis est patri, sed ex humana uobis, nisi ex qua crucifixus est, commendauit. Ait namq;: Neque enim iudicauit me scire aliquid in infirmitate, Iesum Christum, & hunc crucifixum. Deinde secutus ait: Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos. Et paulo post dicit: Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo, lac potum dedi uobis, non escam. Nondum enim adhuc poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Hoc quum dicitur quibusdam, irascuntur, & sibi contumeliose dici putant, & plerumque malunt credere eos potius, à quibus hoc audiunt, non habere, quod dicant, quam se capere non posse quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem, non quam petunt, quum de Deo quærunt, quia nec ipsi eam ualent sumere, nec nos fortasse uel apprehendere, uel proferre: sed qua demonstratur eis quàm sint inhabiles, minimeq;

Psal. 16.

Exo. 20. 4.

Gen. 6. b.

Exo. 3. d.

I. Timoth. 6. c.

Iacobi. 1.

Psal. 101.

Col. 2. a.

I. Cor. 2.

meq; idonei percipiendo quod exigunt. Sed quia non audiunt quod uolunt, aut callidè nos agere putant, ut nostram occultemus imperitiam, aut malitiosè quòd eis inuideamus peritiam, atque ita indignantes, perturbatiq; discedunt. Quapropter adiuuante domino Deo nostro suscipiemus & eam ipsam, quæ flagitant, quantum possumus, reddere ratione, quæ trinitas sit unus Deus, & solus, & uerus, & q; rectè pater, & filius, & spiritus sanctus, unius, eiusdemq; substantiæ, uel essentiæ dicatur, credatur, intelligatur, ut non quasi nostris excusationibus illudatur, sed re ipsa experiatur, & esse illud summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur, & à se propterea cerni, cõprehendiq; non posse, quia humanæ mentis acies inualida, in tam excellèti luce non figitur, nisi per iustitiã fidei nutrita, uegetetur. Sed primū secundū autoritatē scripturarū sanctarū, utrū se ita fides habeat, demonstrandum est. Deinde, si uoluerit, & adiuuerit Deus, istis garrulis ratiocinatoribus, elatioribus, q; capacioribus, atq; ideo morbo periculoso laborantibus, sic fortasse seruiemus, ut inueniāt aliquid unde dubitare non possint, & ob hoc in eo quod inuenire nequiverint de suis mentibus potius, q; de ipsa ueritate, uel de nostris disputatiõibus cõquerantur, atq; ita si quod eis erga deum, uel amoris est, uel timoris, ad initium fidei, & ordinem redeat, iam sentientes q; salubriter in sancta ecclesia medicina fidelium cõstituta sit, ut ad perceptionem incommutabilis ueritatis, imbecillè mentem obseruata pietas sanet, ne in opinionem noxiæ falsitatis temeritas inordinata præcipitet. Nec pigebit me, sicubi hæsito, quæ rere, nec pudebit, sicubi erro, discere. Proinde quisquis hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum, ubi pariter hæsit, quærat mecum ubi erro, suum cognoscit, redeat ad me, ubi meum, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis uiam, tendentes ad eum, de quo dictum est, Quærite faciẽ eius semper.

Psal. 104.

Ridiculum, imò impium est credere membra corporea esse in Deo. Cap. LV.

ET libro primo de Genesi contra Manichæos, capite decimo septimo: Istam maxime quæstionem (inquit) solent Manichæi loquaciter agitare, & insultare nobis, quòd hominem credamus factum ad imaginem, & similitudinem Dei. Attendunt enim figuram corporis nostri, & infelicitate quærunt, utrum habeat Deus nares, & dentes, & barbam, & membra etiam interiora, & cœtera, quæ in nobis sunt necessaria. In Deo autem talia ridiculū est, imò impium credere, & ideo negant hominem factum esse ad imaginem, & similitudinem Dei. Quibus respondemus, membra quidem ista in scripturis plerumque nominari, quum Deus insinuat audientibus paruulis, & hoc non solum in ueteris testamenti libris, sed etiam in noui. Nam & oculi Dei commemorantur, & aures, & labia, & dentes, & pedes, & ad dexteram Dei patris sedere euangelizatur filius. Et ipse dominus dicit: Nolite per cœlum iurare, quia sedes Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est. Item ipse dicit, quòd in digito Dei eiciebat dæmonia. Sed omnes, qui spiritaliter intelligunt scripturas, non membra corporea per ista nomina, sed spirituales potentias accipere didicerunt, sicut galeas, & scutum, & alia multa. Primo ergo istis hæreticis dicendum est, quia impudentia de talibus uerbis ueteri testamento calumniantur, quum etiam in nouo posita uideant, aut fortasse non uideant, sed quum litigant, excæcantur. Sed tamen nouerint in catholica disciplina spirituales fideles non credere Deum forma corporea definitum. Et quòd homo ad imaginem Dei factus dicitur, secundum interiorem hominem dici, ubi est ratio, & intellectus: Vnde etiam habet potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & omnium pecorum, & ferarum, & omnis terræ, & omnium reptantium, quæ repunt super terram. Quum enim dixisset, Factus homo ad imaginem, & similitudinem nostram, addidit continuo, & habeat potestatem piscium maris, & uolatilium cœli & c. ut intelligeremus non propter corpus dici hominem factum ad imaginem Dei, sed propter eam potestatem, qua omnia pecora superat. Omnia enim animalia cœtera subiecta sunt homini, non propter corpus, sed propter intellectum, quem nos habemus, & illa non habent, quamuis etiam corpus nostrum sic fabricatum sit, ut indicet nos meliores esse, quam bestias, & propterea Deo similes. Omnium enim animalium corpora, siue quæ in aquis, siue quæ in terra uiuunt, siue quæ in aere uolitant, inclinata sunt ad terram, & non sunt erecta, sicut hominis corpus. Quo significatur etiam animum nostrum in superna sua, id est, in æterna spiritalia erectum esse debere. Ita intelligitur per animum maxime attestante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei. Et libro quæstionum super Leuiticum, capite nonagesimo tertio, exponens illud Leuitici uicesimo sexto, Et non abominabitur anima mea uos. Animam suam (inquit) Deus uoluntatem suam dicit. Non enim est animal habens corpus, & animam, neque substantia eiusmodi est, cuiusmodi creatura eius, quæ anima dicitur, quam fecit. Fecit enim sicut per se iam ipse testatur, dicens: Et omnem flatum ego feci. Quod eum de anima hominis dicere, consequentia manifestant. Sicut ergo quum dicit oculos suos, & labia sua & c. uocabulo membrorum corporaliū, non utique accipimus eum forma corporis esse definitum: sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, nisi effectus rationum, atque uirtutum: ita & quum dicit, Anima mea, uoluntatem suam dicit.

Gen. 1. d.

Col. 3. a.

Matth. 5.

Luc. 11. c.

Imago Dei in homine.

Gen. 1.

Psal. 8.

Animalium corpora ad terram inclinata, hominis erectum est.

Anima dei est uoluntas.

Esai. 57.

d iij luntat

Apollinarista dicunt Christum non habuisse animam. Matth. 26. d.
 luntatem eius debemus accipere. Perfecte quippe illa simplex natura, quae Deus dicitur, non constat ex corpore, & spiritu, nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima, sed spiritus est Deus, & semper, & idem ipse, apud quem non est commutatio. Hinc autem acceperunt Apollinaristae occasionem, qui dicunt animam non habuisse mediatorum Dei, & hominum, hominem Christum Iesum: sed tantum uerbum, & carnem fuisse, quum diceret, Tristis est anima mea usque ad mortem: sed ipso eius actu, qui nobis per euangelicam declaratur historiam, sic apparent humanae animae officia, ut hinc dubitare dementis sit.

Ad quae uerba scripturae descendant:

Cap. LVI.

Affectiones humane quomodo sunt in Deo. Ira Dei est uim dicta. Zelus Dei est diuina prouidentia. Manus Dei. Pedes Dei. Aures Dei. Oculi Dei. Facies Dei. Pœnitentia Dei.

Idem autem Augustinus libro octogintatium quaestionum unico, quaestione quinquagesima secunda, hoc pacto scribit: Diuinae scripturae a terreno, & humano sensu, ad diuinum, & celestem nos erigentes, usque ad ea uerba descenderunt, quibus inter se stultissimorum etiam utitur consuetudo. Itaque earum etiam affectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissime a Deo esse seiunctas, iam qui melius sapit, intelligit, non dubitauerunt illi uiri, per quos locutus est spiritus sanctus, opportunissime in libris ponere. Ut uerbi gratia, quoniam difficilimum est, ut homo aliquid uindictae sine ira, uindictam Dei, quae omnino sine ista perturbatione fit, iram tamen uocandam iudicauerunt. Item quia coniugij castitatem zelando uiri custodire consueuerunt, illam Dei prouidentiam, per quam praecipitur, atque agitur, ne anima corrumpatur, & Deos alienos sequens quodammodo meretricetur, zelum Dei appellarunt. Sic & manus Dei, uim qua operatur, & pedes Dei uim, qua in omnia custodienda, & gubernanda pertendit, & aures Dei, uel oculos Dei, uim qua omnia percipit, atque intelligit, & faciem Dei, uim qua se manifestat, atque dignoscitur, & caetera in hunc modum. Propterea scilicet, quia nos ad quos sermo fit, & manibus solemus operari, & pedibus incedere, & quo fert animus, peruenire, & auribus, atque oculis, caeterisque sensibus corporis corporalia percipere, & facie innotescere, & si quid aliud ad hanc tanquam regulam pertinet. Hoc modo igitur, quoniam mutare ceptum aliquid, & in aliud transferre non facile solemus, nisi poenitendo, quanquam diuina prouidentia serena mente intuentibus, appareat cuncta certissimo ordine administrare: accommodatissime tamen ad humilem humanam intelligentiam ea quae incipiunt esse, neque perseverant, quantum perseverantia sperata sunt, quasi per poenitentiam Dei dicuntur ablata. Et libro secundo ad Simplicianum, quaestione secunda: Age (inquit) iam uideamus quomodo dictum sit, Poenitet me quod constituerim regem Saul. Quæris enim non utique in talium uerborum intellectu rudis, sed rudimenta explorans mea paterno studio, & benigna cura, quomodo poeniteat aliquid dominum, in quo sit omnis praescientia. Ergo quum hoc de domino dicitur, indignum aliquid dici arbitraret, si aliquid dignum inueniretur quod de illo diceretur. Quum uero uerba omnia, quibus humana colloquia conferuntur, illius sempiterna uirtus, & diuinitas mirabiliter, atque incunctanter excedat, quicquid de illo humanitus dicitur, quod etiam hominibus aspernabile uideatur, ipsa humana admonetur infirmitas, etiam illa, quae congruenter in scripturis sanctis de deo dicta existimat, humanae capacitati aptiora esse, quam diuinae sublimitati, ac per hoc etiam ipsa esse transcendenda, est sanior intellectus, sicut ista qualitercunque transcensa sunt. Quis est enim hominum, cui non occurrat in Deo cuncta praesciente, poenitentiam esse non posse. Et certe tamen haec duo uerba sunt, poenitentia, & praescientia, quorum quia unum congrue credimus in Deo, id est, praescientiam, negamus in eo esse poenitentiam. Quum uero alius liquidiore consideratione ista pertractans, quaesierit quemadmodum uel ipsa praescientia Deo congruat, & inuenerit huius etiam uerbi notionem illius ineffabilis diuinitate longè lateque superari, non miretur utrunque de illo propter homines dici potuisse, de quo utrunque propter ipsum incongrue diceretur. Quid est praescientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futurae, sed praesentes, ac per hoc non iam praescientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud eum nondum sunt, quae futurae sunt, sed ea praeventi sciendo: bis ergo ea sentit, uno quidem modo secundum futurorum praescientiam, altero uero modo secundum praesentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit scientiae Dei, quod absurdissimum, atque falsissimum est. Nec enim potest quae uentura praenoscit, nosse quum uenerint, nisi bis innotescant, & praenoscendo antequam sint, & cognoscendo, quum iam sunt. Ita fit, ut quod longè a ueritate seclusum est, temporaliter aliquid accedat scientiae Dei, quum temporaliter, quae praesciuntur, etiam praesentia sentiuntur, quae non sentiebantur antequam fierent, sed tantummodo praesciebantur. Si uero etiam quum uenerint, quae praesciebantur esse futura, nihil noui accedit scientiae Dei, sed manebit illa praescientia sicut erat etiam antequam uenerent, quae praesciebantur, quomodo iam praescientia dicitur, quando non est rerum futurarum: iam enim praesentia sunt, quae futura cernebat, & paulo post erunt praeterita. Praeteritarum autem

1. Reg. 15.

Praescientia dei.

Futurum non est in deo.

Scientia Dei nihil temporaliter accedit.

autem rerum sicut praesentium, nullo modo potest dici praescientia. Reditur ergo ad id, ut fiat rebus iam praesentibus scientia, quae eisdem rebus futuris erat praescientia, & cum ea quae praescientia erat prius, postea scientia fiat in Deo, admittit mutabilitatem, & temporalis est, quum sit Deus, qui uerè, summeque est, nec ulla ex parte mutabilis, nec ullo motu nouitio temporalis. Placet ergo ut non dicamus praescientiam Dei, sed tantummodo scientiam quaeramus. Et hoc quomodo? Non enim scientiam solemus dicere in nobis, nisi cum sensu, & intellecta memoria retinemus, quum meminimus aliquid sensisse nos, uel intellexisse, ut id, quum uolumus, recolamus.

Quod si ita in Deo est, ut possit proprie dici, intelligit, & intellexit, sentit, & sensit, admittit tempus, & furripit, nihilominus illa mutabilitas longè a Dei substantia remouenda est, & tamen & scit Deus, & praescit Deus ineffabili modo, sic eum & poenitet ineffabili modo. Quum enim scientia Dei longe distet ab humana scientia, ita ut irridenda sit comparatio, utraque tamen scientia uocatur, & haec quidem humana talis est, ut dicat de illa Apostolus, etiam scientia destruetur, quod nullo modo rectè de scientia Dei dici potest. Sic & ira hominis turbata est, & non sine cruciatu animi ira uero Dei, de qua dicitur in euangelio, Sed ira Dei manet super eum. Et Apostolus: Reuelabitur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem, illo in tranquillitate iugiter manente, in creatura subdita exercet admirabili aequitate uindictam. Misericordia quoque hominis habet nonnullam cordis miseriam, unde etiam in latina lingua nomen accepit. Nam inde est etiam, quod non solum gaudere cum gaudentibus, sed etiam flere cum flentibus hortatur Apostolus. Quis autem sano capite dixerit ulla miseria tangi Deum, quem ubique scriptura multae misericordiae esse testatur? Ita & zelum humanum non sine peste liuoris intelligimus, zelantem uero Deum non ita, sed eodem uerbo, non eodem modo. Longum est percurrere caetera, & sunt innumerabilia, quibus ostenditur multa diuina iisdem nominibus appellari, quibus humana, quum incomparabili diuersitate seiuncta sint, nec tamen frustra eadem sunt, rebus utrisque indita uocabula, nisi quia haec cognita, quae in quotidiana consuetudine uersantur, & experimentis usitatoribus innotescunt, nonnullam ad intelligenda illa sublimia praebent uiam. Quum enim de sero de humana scientia mutabilitatem, & transitus quosdam a cogitatione in cogitationem, quum recolimus, ut cernamus animo, quod in contuitu eius paulo ante non erat, atque ita de parte in partem crebris recordationibus transilimus, unde etiam ex parte dicit esse Apostolus nostram scientiam. Quum ergo haec cuncta distraherem, & reliquero solam uiuacitatem certae, atque inconcussae ueritatis, atque una aeterna contemplatione collustrantis, imò non reliquero (non enim habet hoc humana scientia) sed pro uiribus cogitauero, insinuat mihi utcunque scientia Dei, quod tamen nomen ex eo quod sciendo aliquid non latet hominem, potuit esse rei utriusque commune, quanquam & in ipsis hominibus solet discerni a sapientia, scientia, ut etiam Apostolus dicit: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum. In deo autem nimirum non sunt haec duo, sed unum, & in hominibus quidem haec discerni probabiliter solent, ut sapientia pertineat ad intellectum aeternorum, scientia uero ad ea, quae sensibus corporis experiuntur. Sed licet alius aliam differentiam proferat, nisi tamen diuersa essent, non sic ab Apostolo distinguerentur. Quod sane si ita est, ut nomen scientiae rebus, quas per sensum corporis experimur, deputatum sit, nulla est omnino scientia Dei. Non enim Deus per seipsum ex corpore, & anima constat, sicut homo. Sed melius dicitur aliam esse scientiam Dei, & non eiusdem generis, cuius ista est, quae hominum dicitur, sicut etiam id ipsum quod Deus dicitur, longè aliud est, quam quemadmodum dictum est, quia stetit in synagoga Deorum, tamen ad non latere quoquomodo pertinet communicatio ipsa uocabuli: Sic etiam de ira hominis detraho turbulentum motum, ut remaneat uindictae uigor, atque ita utcunque assurgo in notitiam illius, quae appellatur ira Dei. Item de misericordia, si auferas compassionem, quum eius, quem miserearis, participatus es miseriae, ut remaneat tranquillitas bonitas subueniendi, & a miseria liberandi, insinuat diuinae misericordiae qualiscunque cognitio. Zelum quoque Dei non repudiemus, & aspernemur, quum scriptum inuenimus, sed auferamus de humano zelo pallidam tabem doloris, & morbidam perturbationem animi, remaneatque illud solum iudicium, quo corruptio castitatis impunita esse non sinitur, & assurgimus, ut incipiamus aliquo modo capere zelum Dei. Quapropter quum legimus dominum etiam dicentem, Poenitet me, consideremus quid id esse soleat. In hominibus opus poenitendi est, quum proculdubio reperitur uoluntas mutandi, sed in homine cum dolore animi est. Reprehendit enim in se, quod temere fecit. Auferamus ergo ista, quae de humana infirmitate, atque ignorantia ueniunt, & remaneat solum uelle, ut non ita sit aliquid, quemadmodum erat: sic potest aliquantulum intima menti nostrae, qua regula intelligatur, quod poenitet Deum. Quum enim poenitere dicitur, uult non esse aliquid, sicut fecerat, ut esset, sed tamen id quum esset, ita esse debebat, & quum ita esse iam non sinitur, iam non debet ita esse perpetuo quodam, & tranquillo aequitatis iudicio, quo Deus cuncta mutabilia incommutabili uoluntate disponit. Sed quoniam praescientia, & scientia cum laude solemus dicere in hominibus

Praescientia non est rerum praeteritarum.

Scientia quo pacto de Deo dicitur.

Mutabilitas a Dei substantia remouenda.

Scientia Dei, et humanae non est comparatio. 1. Cor. 13.

Ira Dei qualis. Ioan. 5.

Roman. 1.

Misericordia Dei.

Roman. 12.

Psal. 85. a.

Zelus Dei.

Scientia Dei quo pacto insinuat.

1. Cor. 13.

Sapientia a scientia discernitur in hominibus non in Deo.

1. Cor. 12.

Psal. 81. a.

Ira Dei.

Misericordia dei.

Zelus Dei.

1. Reg. 15.

Poenitere Dei.

10m.8. atq; confusi, quum audissent, Qui sine peccato est, prior in illam lapidem iaciat, unus post alterum recesserunt. Tunc autem ille ostendens de quo numero essent, digito scribebat in terra.

Sacras literas temporum uti permutatione.

Temporum permutatione sacrae utuntur literae, iuxta Hebraicum idioma. Siquidem praeteritum ponitur multis in locis, & praecipue in prophetis uice futuri, iuxta illud, Benedicam ei, & etiam dedi (pro dabo) ex ea tibi filium. Et rursus, Postquam senui, fuit (pro erit) mihi uoluptas. Et in psalmo, Desiderium cordis eius tribuisti ei (pro tribues.) Et iterum, Redemisti me (pro redimes.) Et rursus, Redemit in pace (pro redimet.) Et in Ezechiele, Fuit (pro erit) imber inundans. Et alio in loco, Et eduxi (pro educam) ignem. Et eodem in loco, Et dedi te (pro dabo) in cinerem. Et rursus, In terram proieci te (pro projiciam.) Et in Hobadiah, hoc est, Abdia. Ecce paruulum dedi te (pro dabo te.) Et in Michaa, Ne lateris inimica mea, quod ceciderim, surrexi (pro surgam.) Et in Chababacuc, Egressus es (pro egredieris) in salutem populi tui. Et sic quando praecedit uerbum futuri temporis dictio tunc iuxta illud, Tunc canet (pro cecinit) Mosché &c. Et illud, Tunc diuidet (pro diuisit.) Interdum quoque futurum ponitur pro praeterito imperfecto, iuxta illud, Duabus operiet (pro operiebat) uultum suum, & duabus uolabit, pro uolabat. Et paulo inferius, Et mota sunt (pro mouebantur) superliminaria, & id genus multa, ut in annotamentis copertissimum erit. Utuntur quoque sacrae literae praeterito perfecto, pro praeterito plusquamperfecto, ut libro Geneseos, Et plantauit (pro plantauerat) dominus Deus hortum in Eden &c. Et sic, Et germinare fecit (pro germinare fecerat) dominus deus de terra. Et huius generis (ut inquit R. Abraham) multa sunt. Et nonnunquam ponitur pro praeterito imperfecto, iuxta illud, Quia uirum occidi (pro occidebam) in uulnere meo, hoc est, Si me quispiam uulnerabat, occidebam illum, ut exponit R. Dauid in Michlol. Ponitur etiam praeteritum uice infinitiui, uel gerundij, iuxta illud, Post Chilles, id est, eruit, id est, post erueret, hoc est, postquam eruit. Et iterum in prouerbijs, Intellectus hominis est prolongauit (pro prolongare) furorem suum. Et illud, Had Hasmido, id est, usque ad perdidit eum, pro perdere eum, hoc est, donec perdat ipse eos. Ad haec praeteritum, quauquam rarissime uice imperatiui ponitur, ut est illud, Venite uenit, id est, adherete domino, quod est praeteritum ex coniugatione Niphhal loco imperatiui, ut inquit R. Dauid in lib. ra. Participium quoque passiuum pro actiuo, & e contra nonnunquam inuenitur. Ut est illud, Per uiam Halsechune, id est, inhabitantium tabernacula. Et illud, Dies mei sicut umbra Nathui, id est, declinans. Et in Cant. cant. Omnes ipsi Achuze, id est, tenentes gladios. Et illud, Cursores egressi sunt Dechuphim, id est, festinantes. Et illud, Et rex Israel erat Mahamad, alias Mahomad, id est, stans in curru. Et Iescab, Nunquid secundum plagam Maccheh, id est, percussit eius, percussit eum? Macor quoque, id est, infinitiuum, uel gerundium ponitur uice praeteriti, ut est illud, Tenah, id est, dare, pro dedisti gloriam tuam super coelos. Et illud, Cerua in agro peperit, & Hazob, id est, relinquere, pro reliquit. Et rursus, Haloch, id est, eundo, pro iuit, ut requiescere faceret Israel. Et in Exodo, Et Hachbed, id est, aggravare (pro aggravauit) cor suum. Et illud, Et Scaol, id est, interrogare (pro interrogauit) pro eo Deum. Et uice praeteriti imperfecti, iuxta illud, Et animalia. Rafo Vascob, id est, ire, & reuerti (pro ibant, & reuertebantur.) Et sic Virgilius, Vociferans etenim mollis tibi sumere thirfos (pro sumebat.) Et uice participij, ut est illud, Et aquae erant Haloch, Vechasor, id est, ire, & deficere (pro euntes, & deficientes) hoc est, ibant, & deficiebant. Et uice imperatiui, ut est illud, Zachor, id est, recordari (pro recordare) diei Scabbati. Et illud, Scamor, id est, obseruare (pro obserua) diem Scabbati. Et illud, Tamoch, id est, sustentare (pro sustenta) gressus meos. Et alio in loco Haloh, id est, facere (pro fac) torrentem. Et illud, Lacoch, id est, accipere (pro accipe) a transmigratione. Ponitur & nonnunquam uice futuri, iuxta illud Hacreb, id est, offerre (pro offerent) eam filij Aharon. Et illud, Hoc faciemus eis Hachaiéh, id est, uiuificare (pro uiuificabimus) hoc est, uiuos reseruabimus. Et illud Hachel, Vechalleh, id est, incipere, & finire (pro incipiam, & finiam.) Et alio in loco, Et Haazin, id est, auribus percipere (pro, auribus percipiet.) Et illud, Et uos Hosi, id est, educere (pro educam) de medio eius. Et illud Hosiha, id est, Et seruare (pro seruabo, siue saluum faciam &c.) Imperatiuum quoque multis in locis ponitur uice futuri, ut est illud, Et Heieh, id est, esto benedictio (pro eris.) Et rursus, Et orabit pro te, & Cheieh, id est, uiue (pro uiues.) Et illud, Et uos Veaseru, id est, ligamini (pro ligabimini.) Et alio in loco, Ascede, & Moth, id est, morere (pro morieris.) Et in Psalmo, Et Ghilu, id est, exultate, pro exultabitis in tremore. Et rursus, Vehithhanneg, id est, & delectare (pro delectaberis) in domino. Et iterum Ghehar, id est, perde (pro perdes) feras. Et in prouerbijs, Liga eas &c. & Mesa, id est, inueni (pro inueni) gratiam. Et rursus, Custodi praeccepta mea, & Cheieh, id est, uiue (pro uiues.) Et iterum, Vade ad formicam piger, & chacam, id est, sapiens esto (pro, sapiens eris.) Et illud, Et Theher, id est, munda (pro mundabit se.) Futurum itidem multis in locis ponitur uice praeteriti, ut quando praecedit tunc, ut dictum est. Et sic, Abyssi Iechassijmo, id est, operiet eos (pro operuerunt.) Et rur-

Et rursus, Iochelemo, id est, deuorabit eos, sicut stipulam (pro, deuorauit.) Et iterum, Et Mosché Iechach, id est, accipiet (pro, accipit) tabernaculum. Et alio in loco, Ahaléh, id est, accendere faciam (pro, feci) de Aegypto. Et illud, Non Irdephu, id est, persequentur (pro, persecuti sunt) uti a. Et in Psalms, Tiphtach, id est, aperiat (pro, aperta est) terra. Et iterum, Et flama Telaheth, id est, comburet (pro, combussit) impios.) Et rursus Iahafu, id est, facient (pro, fecerunt) uitulum. Ponitur quoque futurum uice praeteriti imperfecti, ut est illud, De puteo ipso Ialcicu, id est, propinabunt gregibus, pro, propinabant.) Et rursus: Veneffephú, id est, & congregabuntur (pro, congregabuntur) greges. Et alio in loco: Et faber non Immasé, id est, inuenietur (pro, inueniebatur.) Nonnunquam etiam ponitur pro praesenti tempore, iuxta illud: Et inde Ippared, id est, diuidet (pro, se se diuidit.) Et iterum Quo Teléh, id est, uades (pro, uadis.) Et rursus: Non Iochetu, id est, comedet (pro, comedet) filij Israel neruú &c. Et alio in loco: Ut quid Tismáh, id est, audies (pro, audis) uerba &c. Nonnunquam etiam ponitur uice Macór, id est, infinitiui, siue gerundij, ut est illud: Tempore labi, id est, afferet (pro, afferendi) arcam, id est, quo arcam afferebant. Et illud: Ne festines a facie eius Teléh, id est, ibis (pro ire, hoc est, recedere.) Et rursus: Ne multiplicetis Tedabberu, id est, loquimini (pro, loqui.) Et alio in loco: Non addet labó, id est, ueniet (pro, uenire) quanquam in his duobus locis potest subaudiri Ascer, id est, ut, ut sit, Ne multiplicetis, ut loquamini in sublimia, & non addet, ut ueniat. Haec forsitan prolixius, quam opera precium erat, annotata sunt, propter nonnullos tum interpretes, tum expositores, qui Hebraica ignorantia idiomata, multa sacrarum literarum loca deprauiant, ut in annotamentis liquidissimum erit. Mutationis autem horum temporum, meminerunt & nostri doctores, ut diuus Augustinus libro quarto quaestionum super numeros, enarrans illud Numeri, Per praecceptum domini castra collocabunt filij Israel, & per praecceptum domini promouebunt: Per uerba (inquit) praeteriti temporis, saepe futura praedicta esse nouimus, sicut est, Foderunt manus meas, & pedes meos. Et, Sicut ouis ad immolandum ductus est, ac innumerabilia talia, ut autem narrator rerum gestarum uerbis utatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillime in scripturis inueniri potest. Et in enarratione psalmi 103. Praeteritum (inquit) tempus pro futuro solet poni in scripturis, ita prauidente spiritu, quae uentura sunt, quasi iam facta sint, solemus legere. Inde est quod illud in alio Psalmo nouimus omnes, ubi tanquam euangelium recitatur, Foderunt manus meas &c. omnia quasi iam facta commemorantur, quae utique adhuc uentura cernebatur. Animaduertimus saepe prophetas praeterito tempore uerborum dicere, quae uentura sunt, in figura autem futuri dicere praeterita, non facile occurrit legenti.

Morem esse scripturarum imperatiuum modum, pro optatiuo ponere.
Cap. LVIII.

Morem autem esse scripturarum imperatiuum modum pro optatiuo, siue futuro ponere scribit Origenes in secundum caput epistolae ad Romanos: Sciendum est (inquit) quod quum ait Apostolus, Fiat autem deus uerax, omnis autem homo mendax, non imperatiuo modo dicit. Stultum est enim si putetur imperandum esse Deo, ut uerax fiat. Sed ut quum dicimus, Fiat uoluntas tua, sicut in caelo, & in terra, uelut iterum, dicimus, Fiat pax in uirtute tua, non imperantes, sed optantes, imò potius pronunciantes, quia non potest pax fieri, nisi in uirtute Dei: ita & hic uelut pronunciantis sermo accipiendus est, Fiat autem Deus uerax &c. Et homilia prima in Cantica canticorum: Moris est (inquit) scripturarum imperatiuum modum pro optatiuo ponere, ut ibi, Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, pro, utinam sanctificetur, & nunc est in praesenti. Osculetur me osculo oris sui, pro, utinam osculetur &c. Et Augustinus sermone primo feriae tertiae post dominicam passionis, exponens illud Psalms, Sicut deficit fumus, deficient &c. Quum haec dixit propheta, non optat ea hominibus, sed potius uentura prauidet. In uerbis quidem figura optantis apparet, sed intelligitur praescientia nunciantis. Sicut enim quaedam in scriptura prophetarum tanquam in praeterito facta narrantur, quum futura praedicantur, ita quaedam tanquam uocantur dicuntur optantis: sed qui recte intelligit quod audiunt, uisionem praenunciantis agnoscunt. Sic & de Iuda domini traditore, & de ipsius Iudaeis propheta ait, Fiat mensa eorum in laqueum &c. Quod de his praedictum esse, sine dubitatione exponit, sicut de Iuda, quae sub eadem figura praenunciata sunt, Apostolus Petrus commemorat. Nec sine causa, & quae futura sunt, tanquam transacta dicuntur. Deo enim sic certa sunt, ut iam pro factis habeantur, & tanquam optans uideretur dicere propheta, quod certum prauidet esse uenturum, nihil aliud (quantum mihi uideretur) ostendens, nisi nobis non debere displicere cognitam sententiam Dei, quam fixam, immobilemque constituit. Et Hieronymus in epistolam ad Ephesios capitulo 2. exponens illud Apostoli, Simulque fecit sedere in caelestibus, quaeritur (inquit) quomodo Deus simul fecerit sedere cum Christo. Et quidem qui simpliciter est responsurus, hoc asserit, quod iuxta praescientiam Dei id, quod futurum est, quasi factum esse iam dixerit. Et quia mos iste sit scripturarum, ut interdum futura, tempore praeterito declinentur,

Psal. 21.
Esa. 53.

ur, uerbi causa, Foderunt manus meas, & alibi, Quasi ouis ad uictimam ductus est. Et, Litore eius sanati sumus. Et alibi, Ab iniquitatibus populi mei, ductus est in mortem. Hoc autem ideo, ne quia futura semper incerta sunt, hominum spes fluctuet, & uacillet, ea quae Deus futura cognouit, apud quem nihil ambiguum est, quasi iam facta memorantur, ut quia praeterita secundum philosophos quoque fieri infecta non possunt, qui audierint, quasi iam facta habeant, quae futura sunt.

Multos esse locos sacris in literis, qui inter sese pugnare uidentur, quum tamen, si recte intelligantur, nullam habeant controuersiam. Cap. LIX.

Gen. 1.
Ad Titum 1.
Lib. 1. de Gene-
si contra Mani-
cheos.
Gen. 1.
Augustinus lib.
bro unico, 83.
quest. cap. 72.
Ecc. 18.
Gen. 1.
Augustinus lib.
4. de Genesi ad
literam, cap. 33.
Exo. 20.
Deuter. 24.
Ezech. 18. a.
Augustinus in
Enchiridio, c. 4.
46.
Ezech. 18. a.

Sunt multa sacris in literis, quae contra se pugnare uidentur, quae conciliari quam facillime possunt, ut est illud Geneseos, In principio creauit Deus coelum, & terram, & illud Apostolicum, Agnitionem ueritatis &c. quam promisit non mendax Deus ante tempora aeterna. Nam tempora aeterna non sic sunt aeterna (ut inquit Augustinus) quomodo aeternus est Deus, quia deus est ante tempora, qui fabricator est temporum, sicut omnia, quae fecit Deus, bona sunt ualde, sed non sic bona sunt, quomodo bonus est Deus, qui illa fecit. Tempora igitur aeterna dicere maluit, quia tempus non coepit ex tempore. Vel tempora aeterna aeuum significant, inter quod, & tempus hoc distat, quod illud stabile est, tempus autem mutabile. Praeterea scriptum est: Qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul, & Moyses per sex dies opera Dei commemorauit. Quid ergo opus erat sex dies, tam distincte, dispositaque narrari? Quia scilicet, hi qui non possunt uidere quod dictum est, Creauit omnia simul, nisi cum eis sermo tardius incedat, ad id quod eos ducit, peruenire non possunt, ut suo pte in loco copiosius sumus dicturi. Praeterea scriptum est, Deum reddere peccata patrum in filios, quod pugnare uidetur cum eo quod scriptum est, Non morientur patres pro filiis &c. Et alio in loco, Non portabit filius iniquitatem patris. Ad quod dicendum, parentum peccatis paruulus obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiler dicitur. Illa quippe diuina sententia, Reddam peccata patrum in filios, tenet eos utique antequam per regenerationem ad testamentum nouum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur, quum diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata patrum suorum, nec ulterius futuram in Israel parabolam illam, Patres manducauerunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisque renascitur, ut soluatur in eo quicquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata, quae male agendo postea committuntur, possunt & poenitendo sanari. Vel dic quod repromisit quidem dominus reddere se peccata patrum filiis, sed his, qui oderunt eum, hoc est, qui in paternis malis uersati, seruiunt idolis, sicut & patres illorum. Illic autem dicitur eis, Non morietur filius pro patre, neque pater pro filio, sed anima, quae peccauerit, ipsa morietur, ut addiscerent non impune sibi futurum, sed sic reddi peccata patrum filiis, ut quia impietatem parentum secuti, mala, quae obliteranda erant, exemplauerint, acerbius puniantur. Ad haec, scriptum est: Et in nomine eius iurabis, in euangelio uero dicitur, Ne iuretis omnino. Ad quod dicens dum non ita praecipuum accipiendum esse, quasi iurare iusserit, sed in alterius alicuius Dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit, si secundum euangelium non iuraueris, non quia mala est uera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat, non solum uerum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autem omnino non iurat, a periurio longe ambulat. Amplius scriptum est, Tentat uos dominus Deus uester. Iacobus uero dixit, Deus neminem tentat. Ad quod dicendum, dixisse Iacobum Deum neminem tentare tentatione, qua quisque peccato implicatur. Vnde Apostolus dicit, Ne forte tentauerit uos, is qui tentat. Quod uero scriptum est, Tentat uos dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum, perinde est, ac si diceretur: Probat uos, ut scire uos faciat, quoniam uires dilectionis suae hominem latent, nisi diuino experimento, etiam eidem innotescat. Praeterea, scriptum est, Nihil odisti eorum, quae fecisti. Apostolus uero ait: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ad quod dicendum, quod omnis creatura Dei bona est, & omnis homo in quantum homo est, creatura est, non in quantum peccator est. Est ergo creator Deus & corporis, & animi humani. Neutrum horum malum, neutrum odit Deus. Nihil enim odit eorum, quae fecit: sed odit in homine peccatum, id est, inordinationem, atque perversitatem. Non igitur odit Deus Esau hominem, sed odit Deus Esau peccatorem. Ad haec, scriptum est, Qui peccatum non fecit. Apostolus uero ait, Pro nobis peccatum fecit. Ad quod dicendum est, quod propheta ex persona Christi locutus est, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Apostolus autem loquitur de persona Dei patris, qui Christum, qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fecit, dum incarnari illum uoluit, ut quem fors non tangebatur, de peccatrice carne corpus acciperet, per quod dicitur factus peccatum. Deinde dum offert eum pro peccatis, fecit illum peccatum. Hostia enim in lege pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur, offerre autem Christum pro nobis, quid

Augustinus in
questionibus ue-
teris testamenti
quest. 14.
Deutero. 6.
Matth. 5.
August. lib. 5.
questio. super
Deuteronomium
quest. 12.
Deuter. 13.
Iac. 1.
Augustinus lib.
1. quest. super
Gen. quest. 57.
Sapientiae 11.
Malac. 1. a. &
ad Roman. 9. c.
Augustinus lib.
1. ad Simplicitate
num, quest. 2.
1. Timoth. 4. b.
Esa. 53.
2. Corin. 5.
Augustinus lib.
quest. noui tes-
tamenti quest.
74.

quid est, nisi dare potestatem uolenti eum occidere? Amplius scriptum est, Deus mortem non fecit. Alio uero in loco ait: Bona, & mala, uita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt. Ad quod dicendum, bona quidem omnia a Deo esse; mala autem quae dixi, nobis mala sunt, dum uindictatur de nobis. Poena enim, quamuis iuste inferatur, patienti tamen mala uidetur. Nam & per prophetam ad peccatores loquitur Deus, dicens: Faciam uobis mala, id est, poenis uos agam. Vita autem, & mors sic a Deo est, quia legem dedit, quae seruantibus se uitam promittit, contemptoribus uero mortem, sed illam, quae secunda dicitur. Non ergo inuentor mortis est, sed iudex, quia mortis autor peccatum est. Sunt autem multa huius generis, quae inter sese pugnare uidentur, sed bene intellecta, & cum prudentia, nullam habent in sensu contradictionem. Vt enim Diuus scribit Chrysostomus: Sacrae scripturae uerba non uult Deus ut simpliciter, sed multa cum prudentia intelligantur. Ideo beatus Dauid saepenumero in psalmis ad doctrinam nostram, Reuela (inquit) oculos meos, & intelligam mirabilia ex lege tua. Item & eius filius, quod oportet tanquam argentum exquirere sapientiam, & tanquam thesaurum perscrutari. Praeterea dominus Iudaeos admonuit, Scrutamini scripturas, quod non utique dixisset, si per facile, & prima tantum lectione possent intelligi. Quod enim in medio, & in promptu positum est, nemo sane perscrutatur, sed quod obscurum, & latens, id multa indiget inquisitione, ut inueniatur. Idcirco thesaurum absconditum scripturas appellauit, ut ad earum nos inquisitionem excitaret. Haec autem nobis dicta sunt, ne simpliciter, & temere, sed summa cum attentione scripturam accipiamus. Nam si quis ipsa duntaxat uerba nuda, & ut dicuntur accipere uoluerit, multa absurda, de deo necesse esse suspicari. Etenim hominem esse, pecunia corrumpi, iracundum, furibundum, alia de eo non his peiora intelliget. Verum si reconditam uerbis sententiam deprehenderit, omnia purgabuntur. Nam proposita nobis lectio, sinum Deum habere dixit, quod est proprium corporis. Vnigenitus (ait) filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. Sed nemo tam insipiens est, qui incorporeum, corpus arbitretur. Considera benignitatem domini, & nostri curam. Indignis se uerbis nuncupari patitur, ut hoc saltem pacto oculos erigamus, & aliquid de se magnum concipiamus, hoc est, summam unigeniti dilectionem, & patri coaeternitatem per sinum significari.

Sapientiae 1.
Ecc. 11.
Esa. 3.
Apoc. 2. d.
Chrysostomus
Homilia 14. in
Ioannem.
Psal. 118.
Prouer. 2.
Ioan. 5. f.
Ioan. 1.

ISAGOGAE AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Quid abyssus mystice significet. Cap. I.



Abyssus quod legimus in diuinis libris (ut diuus scribit Hieronymus) nitet qui dem, & fulget, etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere uult nucleum, frangat nucem. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta, tenebras ignorantiae confitetur, quae nos putas paruulos, & penes lactentes inscitiae nocte circudari? Hoc autem uelamen non solum in facie Moyse, sed & in euangelistis, & in Apostolis positum est. Turbis saluator in parabolis loquebatur, & cōtestans mysticum esse quod dicebatur, aiebat, Qui habet aures audiendi, audiat. Nisi aperta fuerint uniuersa, quae scripta sunt ab eo, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, nullo alio referante, penduntur. Haec ille. Spirituality autem interpretatio sequi debet ordinem historiae, quod plerique ignorantes lymphatico in scripturis uagantur errore, ut idem scripsit Hieronymus. Iacto igitur historiae fundamento, spiritualis sensus perquirendus est, quod ut facilius assequamur, multarum dictionum spirituales significantias hoc in libro subijcere curauit.

Abyssus cor hominis significat. Vnde Augustinus enarrans illud Dauidicum, Abyssus abyssum inuocat, scribit in hunc modum: Abyssus est profunditas quaedam impenetrabilis, incomprehensibilis, & maxime solet dici in aquarum multitudine. Ibi enim altitudo, ibi profunditas, quae penetrari usque ad fundum non potest. Denique quodam loco dictum est, Iudicia domini abyssus multa, hoc uolens scriptura commendare, quia iudicia Dei non comprehenduntur. Abyssus ergo cor hominis est. Quid enim est profundius hac abyssus? loqui homines possunt per operationem membrorum, audiri in sermone, sed cuius cogitatio penetratur, cuius cor inspicitur? Quid intus gerat, quid intus possit, quid intus agat, quid intus disponat, quid intus uelit, quid intus nolit, quis comprehendet? Puto non absurde intelligi abyssum hominem, de quo alibi dictum est, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ergo omnis homo licet sanctus, licet iustus, licet in multis proficiens, abyssus est, & abyssum inuocat, quando homini aliquid fidei, aliquid ueritatis propter uitam aeternam praedicat. Sed si male hic uixerint homines, abyssus abyssum inuocat, quia de poena in poenam trāseunt, & de tenebris ad tenebras, & de profunditate ad profunditatem, & de supplicio ad supplicium, & de ardore cupiditatis in flamas gehennarum. Abyssus ergo est cor hominis, & praedicator uerbi Dei, & profunditas eius malitiae.

Hieronymus ad
Paulinum de ins-
titu. monachi.
Psal. 118.
Luca 8. a.
Apoc. 3. b.
Abyssus, cor.
Psal. 4. r.
Psal. 35.
Abyssus homo.
Psal. 63.
Abyssus poena,
praedicator uer-
bi Dei est mali-
tiae profunditas.

Prouer. 18.
 Habac. 3.
 Psal. 35. b.
 Psal. 41. b.
 Psal. 76. d.
 Lucae 8. c.
 Gen. 1. a.
 Gen. 7. b.
 Psal. 148.
 Abyssus fantasiae altitudo.
 Ecc. 1. a.
 Abyssus Christus.
 Abyssus nouum & uetus testamentum.
 Iona 2.
 Abyssus demonio.
 Lucae 8. c.
 Gen. 1. a.
 Abyssus sacramentum & profundissimus sensus.
 Gregorius lib. 27. moralium, cap. 18.
 Abyssus iudicium.
 Absynthium.
 Amos 5. b.
 Threnorum 3.
 Abortiuus electus quisque.
 Iob 3. c.
 Adamas indomitus.
 Adamantis quatuor genera.
 Adamas dominus, ac saluator.
 Philip. 2. a.

malitiae. Quodam loco ait scriptura, Audi abyssum. Peccator (inquit) quum uenerit in profundum malorum, contemnit. Abyssus (ut inquit Hieronymus lib. 2. in Habacuc, enarrans illud Habacuc, Dedit abyssus uocem suam) saepe in bona parte, saepe in mala, interdum indifferenter accipitur. In bona parte, iudicia tua abyssus multa, & Abyssus abyssum inuocacat. In mala, Viderunt te aquae Deus, & reliqua. Sed & daemones deprecantur, ne mittantur in abyssos. Et in Genesi, Abyssus, super quam tenebrae erant, nescio an in bonam partem potest accipi. Indifferenter autem ibi ponitur, Rupti sunt fontes abyssi, Et illud, Dracones, & omnes abyssi. Et pulchre opinionem fantasiae altitudinem uocat, iuxta illud, Abyssum, & sapientiam quis inuestigabit? Christus abyssus, inuocat patrem, alteram abyssum in uoce cataractarum suarum, ut det euangelizantibus uerbum uirtute multa. Vel certe abyssus nouum testamentum, inuocat abyssum ueteris testamenti, per cataractas Christi, id est, Apostolos, ut firmior fiat praedicatio. Et enarrans illud Iona, Abyssus uallauit me, abyssi (inquit) perniciosas quasdam, & pessimas fortitudines accipere debemus, uel tormentis, supplicijsque deditas potestates, ad quas & in euangelio daemones rogant ne ire cogantur. Vnde & tenebrae erant super abyssum. Interdum abyssus accipitur & pro sacramentis, ac profundissimis sensibus, & iudicijs Dei, iudicia Dei abyssus multa. Et, abyssus abyssum inuocat. Et Gregorius, Abyssus (inquit) abyssum inuocat. Abyssum abyssum inuocare est, de iudicio ad iudicium peruenire. Quia dum miro ordine dispositionis occultae malum non permittitur nesciri quod peragitur, & suo se iam iudicio peccator in conscientia condemnat, post condemnationem propriam, ad aeterni iudicis sententiam properat.

Quid absynthium, abortiuum, adamas, acetumque mystice significant.
 Cap. II.

Absynthium genus est herbae amarissimae, de qua Amos, Qui conuertitis in absynthium iudicium, id est, qui conuertitis dulcedinem iudicij in absynthij amaritudinem. Et in Threnis, Et inebriauit me absynthio (inquit) quoniam ualde afflictum se uidet inimicorum deuastatione. Ebrius quisque quod patitur, nescit (inquit Hieronymus.) Qui uero absynthio inebriatur, & hoc quod sumpsit amarum est, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur. Humanum quoque genus recto Dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimissum, atque per eandem uoluptates spontaneis tribulationibus traditum, absynthio est ebrium, quia & amara sunt, quae pro huius uitae amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem caecitate cupiditatis, quasi insensibilitate ebrietatis ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit: sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eiusdem amaritudinis malum discernere iam praeter ipsa ebrietate non sufficit. Idem ferè scribit Gregorius libro 7. Mora, cap. 9.

Abortiuum nomine (ut inquit Gregorius) significatur electus quisque. Vnde exponens illud Iob, Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, hoc modo scribit: Abortiuus qui ante tempus plenum exoritur, extinctus protinus occultatur. Quos ergo sanctus uir alios abortiuos uocat, cum quibus se quiescere potuisse conyderat, nisi electos quosque, qui ab ipso mundi primordio, ante redemptoris tempus exortu sunt, & tamen huic mundo semetipsos mortificare curauerunt, qui conscriptae legis tabulas non habentes, quasi in utero mortui sunt, qui autorem suum naturali lege timebant, & eum uenturum mediatorem credere studuerunt, summopere mortificandis uoluptatibus, etiam quae scripto non didicerant, praeccepta seruauerunt. Tempus itaque illud quod iuxta mundi initium mortuos huic saeculo patres nostros protulit, quasi abortiuum uteris fuit.

Adamas (autore Xenocrate) sui nominis lapis est, quem latine indomitum possumus appellare (inquit Hieronymus, & ante illum Origenes Homi. 3. in Hieremia, in Amos capite 7.) eo quod nulli cedat materiae, nec ferro quidem. Nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatu mallei, antea incus, & malleus uulnus accipiunt, quam adamas conteratur. Quumque ignis omnia domet, & uniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriores, ut ne paruulum quidem in eo angulum uis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij, quumque uicinum consumatur aurum longo usu, ac nimia uetustate, solus adamas non atteritur, & nulla lima imminui potest, sed e contrario lumina terit, & quicquid attigerit, lineis sulcat. Hic lapis durissimus, & indomabilis, solo hircorum cruore dissoluitur, & mislus in calidum sanguinem, perdit fortitudinem suam. Est autem paruus, & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystalli. Quatuorque adamantis genera describuntur. Primus est Indicus, secundus Arabicus, tertius Macedonicus, quartus Cyprius, pro qualitate regionum plus, uel minus duriciam possidentes. Dicitur quoque in electri similitudinem uenena deprehendere, & maleficis resistere artibus. Talis est dominus, & saluator, qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuetus ut homo, humilians semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, De quo Esaias scribit: Non est

Non est species illi, neque decor. Vidimus eum, & non erat pulchritudo, despectum, & nouissimum hominum, uirum dolorum, & scientem ferre infirmitatem. Hic (iuxta lxx.) stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas, id est, stat super sanctos, & apostolos suos, quibus donauit, ut & ipsi adamantes uocarentur, & a nullo separati, dicerent, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia &c. usque, in Christo Iesu domino nostro. Petrus quoque qui erat fortissimus adamas, portae inferorum non praualuerunt aduersus eum. Hic uir, & dominus, qui stat super murum adamantinum, habet in manu sua adamantem, qui nisi Dei teneatur manu, & illius ualletur auxilio, omnem perdit fortitudinem, dicente domino in euangelio, Nemo potest rapere de manu patris mei. Et in tantum robustus est, ut dicatur ad eum, Si transieris per ignem, flamma non comburet te. Quumque a nullo superari queat, solo mortiferae libidinis calore dissoluitur. Haec enim sanguinis hircorum, & ipsius hirci dicitur esse natura, ut sit ad libidinem calidissimus, & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Et enarrans illud Hieremiae, Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in ungue adamantino &c. hoc pacto scribit: Lapis adamantinus, ex eo quod indomitus sit, & infrangibilis, hoc nomen accepit, tantum nitorem habet, & leuitatem, ut absque ullo impedimento in eo scribi possit stilo ferreo, ut dura ferri materies scribat in duriori tabula adamantina, & duret quod scriptum est in perpetuum. Ipsi enim dixerunt, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et diuus Ambrosius libro de Helia, & ieiunio, cap. 7. Est (inquit) quedam creaturae natura, quam adamantium uocant, quae nullo facilis igni consumitur, quae imposita focus, ignescit, illi eo sublata de flamma, tanquam aquarum infusione, munda resplendet. Talia erant Hebraeorum puerorum corpora, quae de ieiunio adamantini transformata natura, uapore ignis, non ad dispendium sui, sed ad gratiam mutabantur. Denique quum furerent fornacis incendia, ut ultra quadraginta cubitos flamma per circuitum funderetur, consumens plurimos, quos repperat Chaldaeorum, qui Naphtha, pice, & stupa, atque sarmento alimenta ignibus ministrabant, ubi cum ieiunio ingressi sunt, discusso ardore flammaram in medio fornacis tepore, statim roris spiritu refrigerantis humescere, ita ut eorum nullus capillus capitis exureretur, quia illa quoque ieiunia comam pauerant.

Acetum est aliena sapientia. Qui alienas a ueritate sapientias applicat Christo, quasi eo ea dicenti, hi spongiam implentes aceto, imponunt calamo, & potant eum. Sunt autem qui acetum, & fel, sicut Ioannes scribit, offerunt ori eius, & forsitan qui sapiunt tantummodo male, spongiam implent aceto, & imponunt calamo scripturae suae, & potant eum: qui autem & sapiunt male de dispensationibus Christi, & uiuunt ne quiter, hi spongiam plenam aceto cum felle, offerunt ori eius, ut inquit Origenes Homi. 35. in Mathaeum.

Quid accipiter, aes, aetius, aetas, aetate, & adolescentula mystice significant.
 Cap. III.

Accipitrum naturam ex Ambrosio, & Aristotele scripsimus in Hexamero. Gregorius quoque libro Moralium 31. capite 32. enarrans illud Iob, Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum, hoc pacto scribit: Quia per annos singulos pennam ueterem accipiter, noua nascente, proiciat, ac sine intermissione plumescat, penae nullus ignorat. Non autem hic illud plumae tempus dicitur, quo in nido uestitur, quia tunc nimirum adhuc uidelicet pullus ad austrum alas expandere non ualet, sed illa annua pluma describitur, quae, laxata ueteri penna, renouatur. Et quidem domesticis accipitribus, quod melius plumescere debeant, unita, ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus uero moris est, ut flante austro, alas expandant, quatenus eorum membra ad laxandam pennam ueterem tepore concalescant. Quum uero uentus deest, alis contra radium solis expansis, atque percussis, tepentem sibi auram faciunt, sicque capto tepore, uel ueteres exiliunt, uel nouae succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere, nisi quod uniuersus quisque sanctorum tactus flatu sancti spiritus concalescit, & usum uetustae conuersationis abiicit, noui hominis formam sumit. Quod paulus admonet, dicens: Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Et rursum: Licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Vetus tam autem pennam proicere est, inueterata studia dolosae actionis amittere: & nouam pennam sumere est, mitem, ac simplicem bene uiuendi sensum tenere. Potest etiam per hunc accipitrem renouata gentilitas designari, ac si diceretur futuram uirtutum plumas in gentilitate respice, & uetustas superbiae pennas amitte.

Adolescentulus, adolescentula, quare in dictione, Aetates. Aes inter omnia metalla (ut inquit Hieronymus, enarrans illud Danielis, & regnum tertium aliud aeneum, quod imperabit uniuersae terrae) uocalius est, & tinnit clarius, & sonitus eius longè, lateque diffunditur, significans Alexandrum, & regnum Macedonum, successorumque Alexandri, quod recte aeneum dicitur, non solum ob famam, & potentiam regni: sed etiam ob eloquentiam Graeci sermonis: e iij Aestus

Esai. 53.
 Amos 7.
 Adamantes, apud stoli.
 Romani. 8.
 Matth. 16. c.
 Adamas Petrus.
 Ioan. 10. f.
 Esai. 43. a.
 Hier. 17. a.
 Matth. 27. c.
 Daniel. 3.
 Matth. 27. f.
 Ioan. 19. f.
 Origenes.
 Iob 39.
 Accipiter sanctus quisque dicitur.
 Colof. 3. b.
 2. Corin. 4.
 Accipiter, renouata gentilitas.
 Daniel. 2.
 Aes regnum Macedonum.

Aestus, anxietas, & persecutio ardor. Job. 38.

Aestus cordis significat anxietatem in uirtutum exercitatione, & persecutionis, tentationisq; ardorem. Vnde diuus Gregorius libro Mora. 29. cap. 12. & 13. enarras illud Iob, Diuidetur aestus super terram, hoc modo scribit; Sparfa luce aestus super terram diuiditur, quia per apertum iustitia praedicata, ad requirendum Deum, cordis anxietas in uirtutu exercitatione dilatur, uel per aestu persecutio designatur, sicut sermo Dominicus testatur, de iactis seminibus super petrosam terra, dicens: Sole orto, aestuauerunt omnia, quum exposuit, aestum persecutionem uocauit. Sparfa igitur luce, aestus diuisus est super terram, quia clarescente uita fidelium, accensa est crudelitas perfidoru, Diuisus namq; aestus erat, quando nunc Hierosolymis, nunc Damasci, nunc in alijs longè regionibus persecutio sauebat. Vel diuitur aestus super terram, quia quum lux spargitur, mox ab occulto aduersario contra fulgentem mentem tentamenta succrescunt, qui illicita desideria inflammare contendit, latis moribus, luxuriam proponit, tristibus poculum discordiae porrigit, pauetibus terrores intentat, elatos blandis fauoribus trahit.

Aestas, prosperitas. Hyems, aduersitas. Prouer. 6. 4.

Aestas prosperitatem significat, hyems aduersitatem. Vnde diuus Augustinus libro unico contra Adimantum, Manichaei discipulum, enarrans illud sapientis dictum, Imitare formicam, & intueri diligentiam eius, quia ab aestatis tempore usq; ad hyemem colligit sibi alimonias, Quod inquit ita positum est, ut quemadmodum illa colligit aestate, unde in hyeme pascatur: sic unusquisq; Christianus in rerum tranquillitate, quam significat aestas, colligat uerbum Dei, ut in aduersitate, & tribulationibus, quae hyemis nomine significantur, habeat unde spiritaliter uiuat. Non enim in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo Dei.

Augu. lib. de ueritate relig. ca. 27.

Aetates septem noui hominis sunt, sicut & ueteris hominis. Prima infantiae in uberibus utilis historiae, quae nutrit exēplis. Secunda pueritiae iam obliuiscētis humana, & ad diuina tēdentis, in qua non a toritatis humanae sinu continetur, sed ad summam, & incommutabilem lucem, passibus rationis innititur. Tertia adoleſcētia, quae iam fidentiorē, & carnalē appetitū, rationis robore maritat, gaudetq; intrinsecus in quadam dulcedine coniugali, quū anima menti copulatur, & uelamento pudoris obnubitur, ut iam recte uiuere non cogatur, sed etiam si omnes concedat, peccare non libeat. Quarta iuuetus iam id ipsum multo firmitus, ordinatiusq; facit, & emicat i uirtu perfectu, atq; apta, & idonea omnibus etiā persecutionibus, & mundi huius tēpestatibus, ac fluctibus sustinēdis, ac frāgendis. Quinta senectus pacata, atq; ex omni parte trāquilla, uiuēs in opibus, & abundantia incommutabilis regni, summā, atq; ineffabilis sapientiae. Sexta est omnimodae mutationis in aeternā uitā, & usq; ad totā obliuionē uitae tēporalis, trāsiens in perfectam formā, quae facta est ad imaginē, & similit. dinē Dei. Septima quies aeterna est, & nullis aetatibus distinguēda beatitudo perpetua. Vt enim finis ueteris hominis mors est, sic finis noui hominis uita aeterna. De adoleſcentibus Origenes Homi. 1. in Cant. Cant. exponens illud, Adoleſcētulae dilexerunt te, & traxerunt te post se, hoc pacto scribit: Si de ecclesijs intelligatur, quae una quies em est, quū perfecta est, multae uero sunt adoleſcētulae, quum adhuc inftruuntur, & proficiunt. Ista ergo trahunt ad se Christū per fidem, quia Christus, ubi uiderit duos, uel tres in fide nominis sui, uadit illuc, & est in medio eorū, in fide tractus, & unanimitate prouocatus. Si uero de anima Deū sequente intelligi haec oportet, quaecunq; anima fuerit erudita, primo in moralibus, secūdo etiam in naturalibus exercitata, ipsa morum emēdatio, & eruditio rerum, ac probitas disciplinae, trahit ad se uerbū Dei, & libens trahitur. Gratissimē enim ad eruditās animas uenit, & trahi se ab his indulgenter accipit, benignēq; concedit.

Cant. 1. Adoleſcētulae ecclesiae. Mat. 18. c. Adoleſcētula, anima.

Quid ager, agricola, agnusq; & agna mysticè significant. Cap. III.

Ager, mundus. Mat. 13. Augu. lib. 2. de Gen. cōtra Manichaeos. Gen. 2. Ager, caro, & spiritus. Hieronymus. Origenes. Homi. 11. super Numeros. Ager, cor humanum. Mat. 24. d. Ager, mundus.

Ager in scripturis solet figuratē mundus appellari. Nam & ipse dominus, Ager est hic (inquit) mundus, quum illam parabolam exponeret, ubi bono semini cōmixta sunt zizania. Viride ergo agri spiritalē, atq; inuisibile creaturā dicit propter uigorē uitae. Est & ager carnis, & spiritus. Sic enim diuus scribit Hieronymus in Episto. ad Gal. 6. Omne (inquit) quod loquimur, agimus, cogitamus, i duobus seminamus agris, carne, & spiritu. Si bona sunt quae de manu, ore, corde promūtur, seminata in spiritu, uitae aeternae fructibus redūdabunt. Si mala ab agro carnis excepta, corruptionis nobis segetē pululabūt. Origenes quoq; agrū cor scribit esse humanū. Arbitror (inquit) quod secundū domini uerbū ager dicatur hic mundus. Ager autem non terrae solū, sed corda intelligūtur humana. Quē agrū Angeli Dei susceperunt excolendum. Cultura ergo suae fructus ipsi quidē possident, & habent eos uidelicet, qui sub procuratoribus agūt, & actoribus, & nondū usq; ad summā aetate uenerūt perfectionis. Si quorū uero corda diligēter exculta, & ad perfectū perducta sunt, hos tāquam electos, & praecipuos ex cōteris primitias offerūt pontifici magno. Et homi. 30. in Mat. exponens illud euāgelicū, Tunc duo erunt in agro, unus assumetur, & alter relinquetur: Sicut (inquit) mundus est ager secundū parabolā quādam, duo generaliter sunt in eo, unus quidē sicut Noē operarius terrae, alter autē sicut Cāin operās terrā. His talibus in agro cōstitutis, unus assumetur, id est, qui similis est Noē operarius terrae, & alter relinquet, qui sicut Cāin operās terram

terrā. Talis enim est omnis, qui odit fratrem suū, & propter odiū fratris, homicida à Ioāne appellatur apostolo. Aut ita, Duo in agro, sensus hominis boni, & sensus hois mali. Sensus bonus assumitur, malus relinquitur. Praeterea agri nomine scripturae latitudo significatur. Vnde diuus Grego. lib. decimo sexto Mor. cap. 23. exponēs illud Iob, Agrū non suū demetūt. Potest (ingr) agri noie scripturae sacrae latitudo signari, quā haeretici non suam demetūt, quia ex ea sententias longè à suis sensibus diuersas tollunt. Potest & ager nostrā signare actionē, iuxta illud: Praepara foris opus tuū, & diligēter exerce agrū, id est, euulsis iniquitatum sentibus, actionem tuam ad frugem retributionis exerce, ut diuus exponit Grego. lib. 10. Mora. cap. decimo sexto.

Agricola est Deus, & sancta Trinitas. Augustinus in enarratione Psal. 66. Agricola dicitur, qui plātat, & qui rigat. Dixit autē Apostolus, Ego plātaui, Apollo rigauit. Querimus unde ipse iā fecerit. Respondit Apostolus: Non ego autē, sed gratia dei meeū. Ergo quocūq; te uerteris, siue per Angelos, Deū inuenies agricolā tuū, siue p Prophetas, ipse est agricola tuus, siue p Apostolos, eundē ipsum agnosce agricolā tuū. Quid ergo nos? fortasse operarij sumus agricolae illius, & hoc ipsum ab ipso, impartitis uiribus, & ab ipso donata gratia. Ipse ergo & colit, & incrementum dat. Agricola autē homo uineā colit haecenus, ut aret, putet, adhibeat cōterā, quae pertinet ad agriculturalum diligentia, pluere uineae suae non potest. Quod si forte irrigare potest, de cuius potest; Ipse ducit quidē in riuū, sed Deus implet fontē. Christus ait: Ego sum uitis uera, uos sarmenta, pater meus agricola est. Et super Ioāne tractatu 80. praedicta exponēs uerba, Nunquid (ait) unum sunt agricola, & uitis. Secundū quod ait: Pater maior me est, uitis Christus. Secundū autē id quod ait, Ego, & pater unū sumus, ipse agricola est, nec talis, quales sunt qui extrinsecus operado ministrarium exhibent: sed talis, ut det etiā intrinsecus incrementū. Nam neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Sed utiq; Deus est Christus, quia Deus erat uerbum.

Agnus dicitur dñs, & saluator noster. Sic enim intellexit Ioannes, q est maior omnium pphetarū, dicens: Ecce agnus Dei. Non ideo agnus dicitur, quasi q mutatus sit, & cōuersus sit in speciem agni. Dicitur tamē agnus, quia uolūtas, & bonitas eius, qua Deū repropitiāuit hominibus, & peccatorū indulgentiā dedit, talis extitit humano generi, quasi agni hostia immaculata, & innocēs, qua placari hominibus diuina credūtur. Et Augustinus: Agnus (ingr) perfectus, masculus &c. Quid opus erat agnum accipere, nisi ille figuraretur, cuius caro non solum ex iustis, uerum etiam ex peccatoribus propagata est? Et alio in loco: Agnus eligitur, ut simplicitas, & innocentia designetur, masculus quareitur, ut uirtus cōprobetur, immaculatus, ut sine crimine, anniculus, ut exacto praedicationis tēpore, perfectus, ut instructus oīs uirtutis genere, mēse primo, ut totus annus à primordio pprio cōsequatur, quartadecima die mēsis, ut lumine ueritatis impleto, erroris nox operatur, ad uesperā, ut saeculi occasus imminēs approbetur, eiecto fermēto, ut à corde peruersae mētis malitia corrupta tollatur, oblitis sanguine liminibus domorū, ut figura dominicae passiōis, frōte signetur, igne assus. Est enim Euāgelicū, & sermo Christi robustus cibus, neq; in aqua madidus. Non est enim delicatae interpretationis humido lāguore soluēdus, nihil praeternittitur, nihil enim in Christo oīno reprobatur. Ossa non cōterūtur, quia nec cōminū, id est, uinci in quoquā Christus potest. Quicqd superest, diuinis ignibus imponitur, quia quod q capere non potest, Christi diuinā sciētiae remittit, eorū tātū, quae manifesta sunt, pro uiribus epulatur intētus. Nā & quod stātes edunt, forma est, nequis cadat, aut neq; in Euāgelio ad necessitatē prosternat, sed ingentis animi robore cōtra psecutionū praesidia inuictus, id est, sublimis, & erectus assistat. Nā q succinctis lūbis, Euāgelica signū est cōtinētia, dū locus seminū cohercet, & cōstringitur, additis baculis, spiritui sancto quicquid nūitur, pedibus calcatis, id est, lubrico erroris eiecto, dū pbatone ad fidē cōsestū, quasi ferratis praesidijs in Euāgelio, cūcta sunt fixa, firmissima ueritate solidata, festinātes etiā, feruentes enim fide pbat, tepidi, & negligētes respuūt, & cuomūt, cū azymis sumuntur, Christus cum omni simplicis animi pura simplicitate sumitur, cū picridijs. Etenim hoc pascha in Iudaeorum dānationē acerbissimas amaritudines cessit. Non nisi circūcis dabatur. Purgatis enim solis, & lauacro indulgentiae caelestis expiatis, percipiēdi Christi corporis sacramēti, cibi facultas porrigitur. Non coques (inquit) hōedū in lacte matris suae. Hac pphetia praedictus est Christus, non occidēdus à Iudaeis infans, quando Herodes, ut eum occideret, non inuenit, ut coques, quod dictum est, pertineat ad ignem passionis, hoc est, tribulationē. Vnde dicitur uasa figuli pbat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Illud quoq; forsā non absurdum est, quod alij dicūt id esse praceptum per prophetam, ne se boni Israēlita sociarent malis Iudaeis, à quibus Christus passus est, tanquam agnus in lacte matris suae, id est, eo tempore quo conceptus est. Dicuntur enim foeminae ex quo conceperint lac colligere, illo namq; mēse passum esse Christum, & paschae obseruatio, & dies ecclesiae notissimus natiuitatis eius, ostendit. Qui enim mēse nono natus est octauo kalendas Ianuarias, profectō mēse primo conceptus est circa octauum kalendas Aprilis, quod tēpus etiā passionis eius fuit, in lacte matris suae, id est, in diebus matris suae.

I. Ioan. 3. c. Ager, scripturae latitudo. Iob 24. Ager actio humana. Prouer. 24. Agricola, deus, trinitas. I. Corin. 3. b. I. Cor. 15. Agricola homo. Ioan. 15. Iob. 14. Ioan. 10. I. Corin. 3. Origē. homi. 24. super namer. 10. I. Lib. 2. questi. super exodum. Exo. 12. Lib. 21. sententiarum unico, cap. 2. I. Cor. 10. c. Eph. 6. c. Apoc. 3. c. Exo. 23. August. li. questi. sup Exodū cap. 90. Eccl. 27. 4.

Lib. 32. Moral. cap. 2. Leuit. 5.

Agrna est uitae actiuae, siue boni operis innocentia. Vnde Greg. exponens illud Leuiticū, Offerat agnam de gregibus, Quid (inquit) per agnā, nisi actiuae uitae innocentia signatur? Et bene agna de gregibus offerri iubetur, quia actiua uita multorum est. Et quū haec agimus, quae multos age- re, & egisse conspiciamus, quasi agnam de gregibus damus.

Quid alae, altare, amygdalus, mysticè significant. Cap. V.

Ezech. 3. c. Ala, sanctorū uirtutes. Lib. 23. Moral. cap. 10. & 11. Esa. 40. 3.

Alae sunt sanctorum uirtutes. Vnde scriptum est in Ezechiele, Et audiui post me &c. & uocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Quid (inquit Gregorius) alas animalium, nisi uirtutes debemus sentire sanctorum? Qui dum terrena despiciunt, ad caelestia uolando subleuantur. Vnde rectè etiam per Esaiam dicitur: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem, assumunt pennas, ut aquilae. Volatilia itaq; animalia alis suis se uicissim ferunt, quia sanctorum mentes, in eo quod superna appetunt, consyderatis inuicem alterius uirtutibus, excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriae, me ad melius accendit: & ala mea uicinum animal ferio, si aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, ostendo. Alae quoq; sunt cogitationes nostrae. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Expandit alas suas ad austrum. Alas (inquit) nostras ad austrum expandere, est per aduentum sancti spiritus, nostras confitendo cogitationes aperire, ut iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, quum ad austrum alas expanderet, quia tunc se unusquisq; uirtutum pennis induit, quum sancto spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim uetera fatendo non detegit, nouae uitae opera minime producit. Diuus autem Hieronymus, exponens illud Ezechielis, Venit finis super quatuor alas terrae, Quas (inquit) nos plagas mundi interpretati sumus, orientem uidelicet, & occidentem, meridiem, & septentrionem, alij alas uerterunt. De quibus alis & Esaias loquitur: Domine ab alis, siue à finibus terrae portenta audiuiimus, quae in toto orbe per Apostolos gerebantur. Et de sanctis scriptum est, Si dormieritis inter medios clericos pennae columbae deargentatae. Et dominus inquit: Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiisti. Et in Deuteronomio, Expandens alas suas suscepit eos. Quidam spirituales alas terrae, quibus ad caelestia subleuamur, quatuor ponit genera credentium, de quibus & Psalmista canit: Domus Israel benedicite dominum, domus Aaron benedicite dominum, domus Leui benedicite dominum, qui timeatis dominum benedicite dominum: In Aaron, sacerdotium, in Leui, aedituos, & ministros, in Israel, cunctum populum, in timetibus dominum, profelytos intelligens.

Alae sunt cogitationes. Iob 37. d.

Ezech. 7.

Esa. 24. c. Psal. 67. c. Matth. 23. d. Deuter. 32. b.

Psal. 134. d. Ala quatuor genera credentium.

Altare est cor. Leuit. 6. b. Lib. 25. Moral. cap. 7.

Altare Dei est cor nostrum. Vnde bene per Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit, quae nutriet sacerdos, subiiciens mane ligna per singulos dies. Altare quippe Dei est (ut inquit Gregorius) cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo ad dominum charitatis flammam indefinenter ascendere, cui per singulos dies sacerdos ligna subiiciat, ne extinguatur. Omnis Christi fide praeditus, membrum utiq; summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus Apostolus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et sicut Ioannes Apostolus dicit, Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Sacerdos ergo in altari ignem nutriens, quotidie ligna subiiciat, id est, fidelis quisq; ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla praecedentium, quam sacrae scripturae testimonia congerere non desistat. Nam quasi quaedam fomenta igni dare est, in excitatione charitatis, uel exempla patrum, uel praecipua dominica ministrare. Et bene illic praecipitur, ut mane ligna per dies singulos congregentur. Haec quippe non fiunt, nisi quum nox caecitatis extinguitur. Vel certe, quia mane prima pars diei est, postpositis cogitationibus uitae praesentis, hoc priori loco quisq; fidelium cogitet, ut quod in se iam iam

1. Pet. 2. b. Apocal. 5. c.

Iosue 8. f.

Origenes.

1. Petri. 2. 4.

si deficit, nisi quibus quibus ualet, studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari domini, id est, in corde nostro citius extinguitur, nisi solerter, adhibitis exemplis patrum, & dominicis testimonijs, reparetur. Scriptum quoq; est: Aedificauit Iesus altare domino Deo Israel in monte Gebal, & fecit illud sicut praecipit Moyses famulus domini filijs Israel. Scriptum est autem in lege Moysi altare fieri ex lapidibus integris, in quibus non est iniectum ferrum &c. Quae uerba enerrās Origenes Homilia 9. super Iesum Nauē, hoc pacto scribit: Omnes qui in Iesum Christum credimus, lapides uiui esse dicimur, secundum quod scriptura pronūciat, dicens: Vos autem estis lapides uiui, aedificati domus spiritalis in sacerdotio sancto, ut offeratis spiritalis hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Arbitror autem fratres, quod quicumq; ex uobis lapidibus uiuis, apti sunt in hoc, & prompti, ut orationibus uacent, & ut die, noctuq; obsecrationibus offerant Deo, & supplicationū uictimas immolēt, ipsi sunt, ex quibus Iesus aedificat altare, ex lapidibus integris, id est, incorruptis, ipollutis, imaculatis in carne, & in spiritu, in quibus non est iniectum ferrum, id est, his quae iacula maligni ignita concupiscentiae non receperunt, sed scuto eafidei extinxerunt, & repulerunt, uel in quibus non est iniectum ferrum, id est, ferrum pugnae, ferrum belli, ferrum litium nunq; receperunt, sed semper pacifici fuerunt

fuerunt, semper quieti, & mites, & Christi humilitati conformati. Scripsit autem (inquit) Iesus super lapides altaris Deuteronomium, quod quasi secunda legislatio dicitur. Nam prima lege infirmata, secunda legem scripsit Iesus, dicens: Dicitum est antiquis: Non occides, ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, homicida est. Et iterum: Dicitum est antiquis: Non moechaberis &c. Altare quoq; est populus, ut inquit Augustinus libro secundo quaestionum super Exodum, cap. 9. Notandum (inquit) quod Moyses aedificauit altare sub monte, & duodecim lapides, & in duodecim tribus Israel. Intelligitur enim ex duodecim lapidibus altare aedificatum, significante ipsum populum esse altare Dei, sicut est templum Dei.

Exo. 20. c. Matth. 5. c. Altare est populus.

Amygdali flores sanctae ecclesiae sunt primordia, iuxta illud, Florebit amygdalus. Amygdalus quippe (ut inquit diuus Gregorius) florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali, nisi ecclesiae sanctae primordia designantur? Quae in praedicatoribus suis, primitiuos uirtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum uenturos sanctos, quasi arbuta sequentia, prauehit. Et Hieronymus: Quomodo nux, siue amygdalum amarissimum habet corticem, & testa durissima cingitur, ut detractis austerioribus, & duris, fructus durissimus reperiatur: sic omnis correctio, & labor continentiae amara quidem uidetur ad praesens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde & uetus illa sententia est: Literarum radices amarae, fructus dulces.

Eccles. 12. Amygdalus ecclesia. Lib. 31. Moral. cap. 20. Hier. in Hieremiam cap. 1. Amygdalus correctio, & continentiae labor

Quid amphora, animalia, angelus, anchora, annusq; mysticè significant. Cap. VI.

Amphora describitur, Zachariae quinto: Haec est (inquit) amphora egrediens, & dixit: Haec est oculus eorum in uniuersa terra, uel secundum septuaginta, Haec est mensura, quae egreditur, & ait: Haec est iniquitas eorum in omni terra. ubi diuus Hieronymus, hoc pacto scribit: Amphora, siue mensura, egrediebatur, & ferebatur in aere. Et ne dubitemus quo proprie uocabulo nuncupetur, ipse Angelus, qui ostenderat amphoram, siue mensuram, illi nomen imponit, & dicit: Haec est oculus, id est, ostensio omnium peccatorum, uel, Haec est iniquitas &c.

Zach. 5. c.

Animalia dicuntur homines tardioris ingenij. Homines (inquit) & iumenta saluos facies domine. Homines, rationabiles quosq; & spirituales uiros; animalia uero eos, quae tardioris ingenij sunt, & a spiritualibus ad agenda domini sabbata erudiuntur. Et pro eo quod nos legimus, In medio annorum uiuifica illud, in medio annorum notum facies, septuaginta habet, In medio duorum animalium cognosceris. Et quum appropinquauerint anni, cognosceris. Quod multi putant (ut inquit Hieronymus in commentarijs) de filio intelligi, & de spiritu sancto, eo quod pater per filium intelligatur, & spiritum. Porro simplex interpretatio, & opinio uulgi de saluatore intelligit, quod inter duos Latrones crucifixus, agnitus sit. Qui autem melius hoc dicunt, quod in primitiua ecclesia, quae de circuncisione fuit, & de praepotio congregata, duobus populis se hinc, inde cingentibus, intellectus sit Saluator, & creditus. Sunt qui duo animalia, duo intelligant testamenta, nouum, & uetus, quae uere animantia sint, atq; uitalia, quae spirant, & in quorum medio dominus cognoscatur. Animalia mores ostendunt hominum, sicut Pharisei, & Saducei propter nequitiam appellantur gemina uiperarum, & propter dolos, Herodes uulpes dicitur, & luxuriosi, proniq; ad uoluptatem, equi appellantur insanientes in foeminas, & nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intelligentia. E contrario innocentes columbae uocantur, & oues animalia habet ecclesia, dicente Dauid: Homines, & iumenta saluos facies domine. Hi ergo qui uerba Dei, & rationalis instituti studium gerunt, homines appellantur: qui uero absq; huiusmodi studijs uiuunt, & scientiae exercitia non requirunt, fideles tamen sunt, animalia quidem, sed munda dicuntur propter Christum: animalia uero immunda sunt homines, qui extra Christum sunt, in quibus neq; ratio, neq; religio ulla est.

Animalia sunt tardioris ingenij homines. Psal. 35. b. Hieron. in epi. ad Gal. 5.

Animalia duo, duo testamenta. Hieron. in Esa. cap. 14.

Luc. 3. b. Luc. 13. g. Aialia mores hominum ostendunt. Hierem. 5. c.

Psal. 31. c. Psal. 35. b. Orig. Homi. 3. super Leuit.

Angelus praedicator. Greg. lib. mor. II. cap. 3.

Malach. 2. b. Psal. 103. a. Angelus Christi.

Exo. 23. c. Augu. de 5. haesibus cap. 4. Psal. 23.

Gen. 19. a. Exo. 3. d. sic legat

Angeli, id est, nuncij in sacro eloquio nonnunq; praedicatores uocantur, sicut per prophetam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Et Dauid: Qui facit Angelos suos spiritus, id est, praedicatores suos spirituales efficit. Angelus quoq; dicitur est Christus, iuxta illud: Ecce ego mitto Angelum meum &c. Audisti Angelum, agnosce dominum. Nec contemnendum esse putes, quia non remittet, quum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quis est ille magnus, cui Deus & potestatem suam dedit, & nomen? Dominus uirtutum, ipse est rex gloriae. Et unde probamus, quod quum dicitur Angelus, debet intelligi Deus? Venerunt (inquit) duo Angeli ad Sodomam uespere &c. Et dixit, Domine. Angelos uidit, & dominum intellexit, dicens: Domine, si inuenit seruus tuus gratiam ante te, & magnificasti misericordiam tuam &c. Duos (inquit) uideo, aequales uideo. Vnum rogo, nulli iniuriam facio, quia patrem, & filium non diuido. Item in Exodo: Apparuit Moysi Angelus domini in flamma ignis &c. Quum uidisset autem dominus, quia accedit uidere, uocauit eum dominus de rubo. Ecce Angelus, ipse dominus. Adhuc audi quid dixerit ei: Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham &c. Et ideo Iudaeus sic legat

Esaie 9. secum dum lxx. sic legat Angelum, ut intelligat Deum, & timeat dominum. De domino Iesu Christo euidentissimè legimus apud prophetā, quòd magni consilij Angelus dictus sit. Angeli quoque Dei dicti sunt homines iusti. Nam de Ioanne scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuā, qui praeprabit uiam tuam &c. Et Aggei primo scriptum est: Et dixit Aggeus nūcius (uel Angelus) domini de nuncijs domini. Propheta Angelus dictus est, ab eo quòd domini uoluntatem populo nunciauerit, siue quia in multis locis dominus noster, atque saluator, Angelus Dei dicitur, sicut ibi, magni consilij Angelus, typum saluatoris dicimus in Aggei praecurrisse, ut diuus ait Hieron.

Iob 3. b. Annus praedicationis supernae gratiam, tum redemptorum multitudinem significat. Vnde diuus Gregorius enarrans illud Iob, Non computetur in diebus anni, hoc pacto scribit: Annū praedicationis supernae gratiam non inconuenienter accipimus, quia sicut in anno, congestis diebus, tempus perficitur, ita in superna gratia uirtutū multiplex uita completur. Potest per annum etiam multitudo intelligi redemptorum, quia sicut ex dierū multitudine annus ducitur, ita ex collectione honorū omnium illa electorum innumerabilis uniuersitas expletur. Hunc namque annum perfectae multitudinis Esaias praedicat, dicens: Spiritus domini super me &c. & praedicarem annū placabilem domini. Annus placabilis domini praedicatur, quum futura plebs fidelium, ueritatis lumine illustranda, praedicatur.

Anchora cordis, est pondus timoris, & plerumque fluctu cogitationum quatitur, sed per disciplinā suā uincula retinetur, neque hunc tempestas suā inquietudinis ad naufragium pertrahit, quem in diuini amoris littore perfecta charitas astringit.

Quid aqua mysticè significet.

Cap. VII.

Greg. lib. 17. Mora. cap. 12. Psal. 17. b. Aqua scientia. Prouer. 18. a. Iob 26. c. Iob 28. d. **A**qua scientiam in sacro eloquio significat, iuxta illud: Tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, occulta scientia in prophetis, qui ante aduentum domini, dum occultis sacramentis grauidis, mysteria immensa gestarent, intuitum oculis eorum intelligentia caligabant. Et Salomon ait: Aqua profunda, uerba ex ore uiri, & torrens redundans fons sapientiae. Et Iob: Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum, quia praedicatorum scientia, infirmorum mentibus loquens, quantum sentire ualeat, docere prohibetur. Et alio in loco: Et aquas appendit in mensura. Vbi diuus Gregorius, hoc modo scribit: Aqua in scriptura sacra aliquando spiritū sanctum, aliquando scientiam sacram, aliquando scientiam prauam, aliquando tribulationem, aliquando defluentes populos, aliquando mentes bonorum, fidei praedicamenta sequentium, designare solent. Per aquam quippe sancti spiritus infusio designatur, sicut in Euangelio dicitur: Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina aquae uiuae de uentre eius fluent. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Rursum per aquam sacra scientia designatur, sicut dicitur, Aqua sapientiae salutaris potabit illum. Per aquam uero praua scientia appellari solet, sicut apud Salomonem: Mulier, quae typum haereseos tenet, callidis suasionibus blanditur, dicens: Aquae furtiuae dulciores sunt. Aquarum etiam nomine nonnunquam solent tribulationes intelligi, sicut per Psalmistam dicitur: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. Per aquam populi designantur, sicut per Ioannem dicitur: Aquae uero sunt populi. Per aquam quoque bonorum mentes designantur, sicut propheta ait: Beati qui seminatis super omnes aquas. Et per Psalmistam dicitur, uox domini super aquas. Dixit ergo Iob: Et aquas appendit in mensura, quia sancti ipsi, qui, subleuante spiritu ad summa rapiuntur, quandiu in hac uita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur, ut nequaquam tantum proficere ualeant, quantum uolunt, sed ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quaedam mensura uirtutum. Aquae uero niuis (ut idem Gregorius ait) sunt lamenta humilitatis. Quae profecto humilitas, quia ante districti iudicis oculos ceteris uirtutibus praeminet, quasi per magni meriti calorē candet. Sunt namque nonnulli, qui lamenta habent, sed humilitatem non habent, quia afflicti plangunt: sed tamen in ipsis fletibus, uel contra proximorum uitam superbiunt, uel contra ordinationem conditoris eriguntur. Hi nimirum aquas habent, & mundi esse nequeunt, quia humilitatis fletibus minimè lauantur. Aquis autē niuis à culpa se lauerat, qui cōfidenter dicebat: Cor cōtritum, & humiliatū, Deus nō spernit. Qui enim lamentis affliguntur, rebelles sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari cōtēnūt, quāuis aquae niuis intelligi & aliter possint. Aqua enim fontis ex terra oritur, aqua uero niuis, ex aëre proruit. Et sunt plerique, qui per orationū lamenta se cruciāt, sed tamē totis lamētōrū laboribus, ad sola terrena exudāt, cōpungūtur in precibus, sed felicitatis trāsitoriae gaudia requirunt. Hos itaque niuis aqua nō abluit, quia eorū fletus ab imis uenit. Quasi enim ex terrae aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus cōpungūtur. Qui uero idcirco plorat, quoniam praemia aeterna desiderat, aqua niuis os diluit, quia coelestis cōpunctio infundit. Dixit ergo Iob: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint uelut mūdissimae manus meae: tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea. Ac si aperte dicat: Quamuis lamentis supernae cōpunctionis infundar, quamuis per studia rectae operationis exercear: in tua tamen notitia uideo, quòd mundus

AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS. 59

mundus non sum. Decursus uero aquarum sunt quotidiani transitus deficientium populorum, iuxta illud: Et erit tāquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quia fructum, & protectionem sui nobis umbraculi proferens, apparuit creator in carne, ut humanum genus per resurrectionem robustum fieret, quod per defectū quotidie ibat in mortē. Dixit ergo Iob: Radix mea aperta est secus aquas, quia autor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Aquae autem super coelestes, Angeli sunt, ut diuus ait Augustinus. Sūt (inquit) aliae aquae, quae super hoc firmamentum, credo immortales, & à terrena corruptione secretae. Laudent nomē tuum, laudent te super coelestes populi Angelorum tuorum, qui non opus habent suscipere firmamentum hoc, & legendo cognoscere uerbum tuum. Vident enim faciem tuam semper, & ibi legunt sine syllabis temporum quid uelit aeterna uoluntas tua.

Quid aquila mysticè significet.

Cap. VIII.

Aquila uocabulo (ut diuus ait Gregorius) scriptura sacra, aliquando maligni spiritus raptores animarum designantur, iuxta illud: Velociores sunt percutores nostri aquilis caeli, quū uidelicet tanta contra nos maligni homines faciunt, ut ipsas etiam aereas potestates inuentionibus malitiae praere uideantur. Aquilae etiam uocabulo potestas terrena figuratur, iuxta illud, Aquila grandis magnarum alarum &c. id est, Nabucodonotor rex Babyloniae, qui pro immensitate exercitus magnarum alarum, pro diuturnitate temporū, longo membrorum ductu, pro multis uero diuitijs, plenus plumis: pro innumera autem terrenae gloriae compositione plenus uarietate describitur. Qui uenit ad libanum &c. quia Iudaeae celsitudinē petens, nobilitatem regni eius, quasi medullam cedri abstulit, & dum tenerrimam regum prolem, à regni sui culmine captiuando sustulit, quasi summitatem frondium eius euulsit. Aquilae uocabulo uel subtilis sanctorum intelligentia, uel uolatus dominicae ascensionis exprimitur. Vnde per aquilam Ioannem designauit propheta, qui uolando terram deferuit, quia per subtilem intelligentiam interna mysteria uerbi, uidendo penetravit. Ipse quoque dominus noster aquila uocatus est, quia ad caelum, de quo uenerat, rediit. Dixit ergo beatus Iob: Nūquid ad praecipitium tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Hoc loco aquilae nomine subtilis sanctorum intelligentia, & sublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarū quippe auiū uisum acies aquilae superat, ita ut solis radius fixos in se eius oculos, nulla lucis suae coruscatione reuerberandus claudat. Ad praecipitium ergo Dei eleuatur aquila, dum iussionibus diuinis obtemperant, in supernis suspenditur fidelium uita. Quae & in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens, spe iam de coelestibus nutritur, iuxta illud, Nostra conuersatio in caelis est. Et rursum, Qui conuersus est, & considere nos fecit in coelestibus. Et Iob, Sicut aquila uolans ad escam: Mos quippe est aquilae, inquit Gregorius, ut irreuerberata acie radios solis aspiciat, sed quum refectionis indigentia urgetur, eandem oculorum aciem, quae radios solis infixerat, ad respectum cadaueris inclinat, & quāuis ad alta euolet, pro sumēdis tamen carnibus terram petit. Sic uidelicet, sic antiqui patres fuerunt, qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat, creatoris lucem erecta mente cōtemplati sunt, sed incarnandum tunc in mundi fine praescientes, quasi à solis radijs ad terrā oculos deflexerūt, & quasi de summis ad ima ueniunt, dū hunc Deum supra omnia, & hominem intra omnia agnoscunt, quem pro humano genere, dum passurum, moriturumque conspiciunt, quae scilicet morte semetipsos refici, atque reformari ad uitam nouerunt, quasi more aquilae post contemplatos solis radios in cadauere escam quaerūt. Libet spectare aquilam solis radios intuentem, quae ait, Deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. Sed ablato uolatu celsitudinis, ad terras ueniat, escam cadaueris inferius inquirat, dicens: Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Et rursum: Et homo est, & quis cognosceret eum? Et capite 25. Aquila etenim alto ualde uolatu suspēditur, & annuū praepetū ad aethera libratur, sed per appetitum uentris terras expetit, seseque à sublimibus repetentē deorsum fundit. Sic sic humanum genus in parente primo ad ima de sublimibus corruit, quod nimirum conditionis suae dignitas in rationis celsitudinem, quasi in aëris libertatem suspenderat, sed quia cōtra praecipitū, cibum uetitum contigit, per uentris concupiscentiam ad terras uenit, & quasi post uolatum carnibus pascitur, quia illa libera contemplationis inspiracula perdidit, & deorsum corporeis uoluptatibus laetatur. Diuus quoque Hieronymus enarrans illud Esaiæ, Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilae &c. Qui autem (inquit) non in suis uiribus, sed in Deo habent fiduciam, & eius semper misericordiam praestolantur, mutant fortitudinem, & uadant de uirtute in uirtutem, & assumant pennas, sicut aquilae, & audiant, Renouabitur sicut aquilae iuuentus tua, currat ad dominū, & eius desiderio nō laborēt, ambulēt, & nūquid deficiāt. Crebrò diximus aquilarū senectutē reuiescere mutatione pennarū, & solas esse, quae iubar solis aspiciāt, & splendorem radiorū eius possint micantibus oculis intueri, pullosque suos an generosi sint, hoc experimēto probēt. Itaque & sanctos repuerascere, & assumpto immortalī corpore laborē nō sentire mortalitū, sed

Lib. 19. Mora. cap. 27. Decursus aq. quotidiana trahitur pop. Psal. 1. a. Iob 29. c. Aquae super coelestes, angeli. Lib. confessio num 13. ca. 15.

Lib. 31. Mora. cap. 33. Aquila malignus spiritus. Hier. 4. d. Aquila, potestas terrena. Ezech. 17. a.

Aquila, subtilis sanctorum intelligentia. Aquila 10 annes. Aquila dñs. Iob 39. d. Aquila, subtilis sanctorum intelligentia & cōtemplatio.

Philipp. 3. d. Ephes. 2. b. Iob 9. d. Lib. 9. Mora. cap. 23. Aquila, sancti patres.

Esaie 9. b. Esaie 53. b. Hier. 17. secum dum lxx.

Hieronymus. Esa. 40. g.

Psal. 102. a.

66 SANTIS PAGNINI LYCENSIS ISAGOGAE

Thessal. 4. d. sed rapti in nubibus obuiam Christo, Et enarrans illud Danielis, Et alas habebat aquilae, sic scribit: **Daniel. 7. d.** Quod autem habebat alas aquilae, superbiam significat regni potentissimi, cuius princeps loquitur per Esaiam: Super sydera caeli ponam thronum meum, & ero similis altissimo. Vnde dicitur ad eum: Si aliter feraris, ut aquila, inde te detraham, Alioquin, ut leo inter bestias, ita aquila inter aues regnum tenet. Sed & hoc dicendum, aquilam multo tempore uiuere, & regnum Assyriorum multis aetatibus fuisse dominatum. Quod autem euulsae sunt alae eius, coetera regna significat, quibus prius imperabat, & uoluitabat in mundo. Et in caput Osee octauum enarrans illud propheticum, In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini, sic scribit: Diabolum (inquit) qui ponere cupit super astra caeli nidum suum, aquilam sapissime legimus. Si exaltatus fueris ut aquila, inde detraham te, dicit dominus. Oculum quoque qui irridet patrem, & despicit senectutem matris, effoditur a coruis, & deuorent eum pulli aquilarum, per diabolum, ac daemones, clarum uisionis suae lumen amittens. Vnde in lege praecipitur, ut non comedamus aquilam. Et enarrans illud Abdiae paulo superius citatum, hoc modo scribit: Aquilam autem cunctis auium altius uolitare, etiam hi, qui de natura auium disputant, memoriae prodiderunt, tantumque contuitus esse dicitur, ut quum super maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natate uideat, & quum iuxta litus fuerint, tormenti instar descendere, raptamque praedam pennis ad litus pertrahere. Et exponens illud Micheae, Dilata calcium tuum sicut aquila, sic edisserit: Quomodo aquila, quae regina est auium, certo tempore amittit pilos, & remanet implumis, sic etiam Israel deponat omnem gloriam suam. Ut autem aquila certo tempore soleat amittere plumas, in Psalterio scriptum est, Renouabitur ut aquila iuuentus tua. Et comicus *ἡ ἐκγοντομορφία*: Visa est (inquit) uerere (quod dici solet) aquilae senectus. Et in Esaiam capite sexagesimo sexto, exponens illud Deuteronomij: Sicut aquila proteget nidum suum, & pullos suos desiderauit, expandens alas, suscepit eos, & portauit in humeris suis. Auit (inquit) qui de animantium scripsere naturis, omnium quidem bestiarum, & iumentorum, & pecudum, auiumque ingenitum esse in filios, pullosque suos affectum, sed maximum amorem esse aquilarum, quae in excelsis, & inaccessis locis nidos collocant, ne coluber foetus uiolet. Amethisten quoque inter pullos eius lapidem reperiri, quo omnia uenena superentur. Si hoc uerum est, recte affectus Dei in suas creaturas aquilis comparatus est, qui omni custodia protegit liberos suos, ne draco, & coluber antiquus, diabolus, & satanas obrepat nouellis foetibus, ut ad nomen lapidis, qui ponitur in fundamentis Sion, omnes aduersariorum frangantur insidiae. Et exponens illud Matthaei, Vbi cunq; fuerit corpus (sive cadauer) illuc congregabuntur & aquilae, de exemplo (inquit) naturali, quod quotidie cernimus, Christi instruimur sacramento. Aquilae, & uultures, etiam transmarina dicuntur sentire cadauera, & ad escam huiusmodi congregari. Si ergo irrationabiles uolucres naturalis sensu tantis terrarum spacijs, & maris fluctibus separatae, paruum cadauer sentiunt ubi iaceat, quanto magis nos, & omnis multitudo credentium debet festinare ad eum, cuius fulgur exit ab oriente, & paret usque ad occidentem? Aquilae autem appellatur sancti, quibus innouata est iuuentus, ut aquilae, & qui iuxta Esaiam plumescunt, & assumunt alas, ut ad Christi ueniant passionem. Supradicta quoque uerba diuus Ambrosius enarrans, libro octauo super Lucam, cap. 17. sic scribit: Iustorum animae aquilis comparantur, quod alta petant, humilia derelinquant, longaeuam ducere referantur aetatem. Vnde & Dauid animae suae dicit: Renouabitur sicut aquilae iuuentus tua. Si igitur intelleximus aquilas, de corpore iam dubitare non possumus, maxime si meminerimus quod a Pilato Ioseph corpus acceperit. Nonne tibi uidentur aquilae circa corpus Mariae Cleophae, & Mariae Magdalene, & Mariae mater domini, Apostolorumque conuentus circa domini sepulturam? Nonne tibi uidetur aquilae circa corpus, quando ueniet in illa die cum intelligibilibus nubibus filius hominis, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt? Est etiam corpus, de quo dictum est, Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Circa hoc aquilae sunt, quae alis circumuolant spiritalibus. Sunt & circa corpus aquilae, quae credunt Iesum in carne uenisse, quia omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, de Deo est. Est etiam corpus ecclesia, in qua per baptismi gratiam renouamur spiritu, & occidua senectutis in reditu uas reparantur aetates. Et sermone 19. in Psal. 118. Aquila (inquit) ne degeneres partus nutriet, diligenti librat examine, & adhuc teneros foetus pio ungue suspendit, solisque offert radijs, ut si forte oculos suos uifulgoris inflexerint, tanquam degeneres, laxato in praecipuum ungue, dimittat: sin uero naturae uigore constanti aduersum radios solis obtutum potuerint uendicare, dignae indolem solis onere grato reportet. Quae autem scribat in libro Hexameron, suo opte in loco scripsimus.

Quid aquilo, quidue arare, & arbor mystice significant. Cap. IX.

Aquilonis nomine, diabolus signatur. Vnde diuus Gregorius libro Moralium 17. cap. 11. exponens illud Iob, Qui extendit aquilonem superuacuum, Aquilonis (inquit) nomine in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui, ut torporis frigore gentium corda constringeret, dixit, Sedebo

Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Qui superuacuum extenditur, quia illa corda possidet, quae diuini amoris gratia non replentur. Diuus quoque Hieronymus enarrans illud Esaiam, Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, hoc pacto scribit: Ad illud reteramus, quod in Hieremia dicitur, Ab aquilone exardescunt mala super omnes habitatores terrae. Et quod olla fucensa a facie aquilonis accenditur. Iste est aquilo uentus durissimus, a quo suos uult dominus liberare captiuos, & reducere in ciuitatem sanctam, dicens: Dicam aquiloni, adduc, & Aphrico, noli prohibere, adduc filios meos de terra longinqua. Illud autem quod huic potest esse contrarium, Montem Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni, facile soluitur. Hi enim qui quondam erant in lateribus aquilonis durissimi, postea per poenitentiam in ciuitate Dei esse coeperunt. Et enarrans illud Hieroniam scripsit, Ab aquilone &c. Et de quo Salomon commemorat. Aquilo durus uentus, nomine autem, dexter uocatur. Propterea autem extendit inferentem supplicia Deus manum suam, ut & aquilo sentiat poenas, & hi, qui in terra eius sunt, ad quam iuxta Zachariam, pergunt equi nigri, de quibus dicitur: Erant equi nigri, ibant in terram aquilonis. Et pulchre quod mouerit pedes suos, & recesserit ab oriente, de quo idem propheta ait: Ecce uir, oriens nomen eius, & ad occidentem respexerit, statim pergit ad aquilonem, qui non est dexter, sed noie dexter uocatur. Quod quidem & corporaliter intelligitur, ut quicumque in oriente steterit, & uerterit se, occidentem respiciens, ad dexteram habeat aquilonem. Et exponens illud Zachariae: Et separabitur medium montis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem, hoc pacto scribit: Aquilo iungetur occidenti, auster orientali plagae, ad sinistram stabit circuncisio, ad dexteram populus Christianus. De his duobus uentis ecclesia loquitur: Surge aquilo, & ueni auster, ut aquilone uento frigidissimo recedente, qui interpretatur diabolus, auster calidus uentus adueniat, quem sponsa perquirens, ait: Vbi pascis, ubi cubas in meridie.

Arare est per praedicationis studium humani pectoris terram uomere linguae profcindere, ut exponit diuus Gregorius libro Moralium 31. exponens illud Iob, Numquid alligabis rhinocerotem ad aradum loro tuo? id est, terrenum principem quodam superbum, ac rigidum praecipitis disciplinae tanquam loris astrictum alligabis ad arandum? quia uidelicet disciplinae loris astrictus, non solum se a prauis operibus retinet, sed etiam in sanctae fidei praedicationibus exercet. Ac si aperte dicat, Numquid potentes huius saeculi in sua fatua elatione confidentes, ad laborem praedicationis dirigis, & sub disciplinae uinculo restringis?

Arbor est anima, cuius fructus sunt opera. Non potest (inquit) arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Arbor est quippe ipsa anima, id est, ipse homo, fructus uero opera hominis (ut diuus ait Augustinus libro secundo de sermone domini in monte). Non ergo potest malus homo bona operari, neque bonus, mala. Malus ergo si uult bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipse dominus: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos, aut arborem malam, & fructus eius malos. Quod si duas naturas istorum, his duabus arboribus figuraret, non diceret, Facite. Quis enim hominum potest facere naturam? Deinde etiam ibi, quum ipsarum duarum arborum mentionem fecisset, subiicit, Hypocritae, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Quandiu ergo quisque malus est, non potest facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit, iam malus non erit. Sic uerissime dici potuit, non potest esse nix calida. Quum enim calida esse coeperit, non iam niuem, sed aquam uocamus, Potest ergo fieri, ut quae nix fuit, non sit: non autem potest fieri, ut nix calida sit. Sic potest fieri, ut qui malus fuit, non sit malus: non tamen fieri potest, ut malus beneficiat. Qui etiam si aliquando utilis sit, non hoc ipse facit, sed fit de illo, diuina prouidentia procurante, sicut de pharisaeis dicit: Quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite. Hoc ipsum quod bona dicebant, & ea quae dicebant, utiliter audiebantur, & fiebant, non erat ipsorum. Multi quaedam in fructibus deputant, quae ad uestitum ouium pertinent, & hoc modo a lupis decipiuntur, sicuti sunt uel ieiunia, uel orationes, uel elemosinae, quae omnia, nisi fieri etiam ab hypocritis possent, non superius diceret, Cauete iustitiam uestram facere coram hominibus, ut uideamini ab eis. Qui sunt ergo fructus, quibus inuentis, cognoscimus arborem malam, dicit Apostolus: Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicationes, immundiciae, luxuriae &c. Et qui sunt fructus, per quos cognoscimus arborem bonam, idem ipse Apostolus consequenter dicit: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Arbor quoque bona, bona est hominis uoluntas: & arbor mala, uoluntas mala, dicente saluatore: Arbor bona &c. tanquam diceret, Nec opera bona, uoluntas mala, nec mala opera facit uoluntas bona. Nam ipsarum arborum, id est, ipsarum uoluntatum, si quaerantur origines, quae occurrunt nisi naturae, quas bonas Deus condidit?

Quid arca mystice significet.

Cap. X.

Arca Noe typus est ecclesiae. Vnde diuus Augustinus de fide ad Petrum cap. 37. Firmissima (inquit) tene, & nullatenus dubites, omnem extra ecclesiam catholicam baptismatum, participem

Aqlo diabolus Gregorius, Iob 16. b.

Esai. 14. d. Hieronymus. Hier. 1. c. Esai. 43. a. Psal. 47. a. Sopho. 2. c. Hier. 1. c. Prouer. 25. d. Zachar. 6. a. Ibidem. c. Zacha. 14. Aqlo diabolus. Cantic. 4. d. Cantic. 1. b. Iob 39. a. Arbor, anima. Matth. 7. c. Augustinus. Matth. 12. c. Matth. 23. a. Matth. 6. a. Gal. 5. c. Arbor, uoluntas.

cipem fieri non posse uitæ æternæ, si ante finē uitæ huius, catholicæ nō fuerit redditus, atq; incor-
 poratus ecclesiæ. Quia si habeam (inquit Apostolus) omnem fidem, & nouerim omnia sacramen-
 ta, charitatem autem non habeam, nihil sum. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra ar-
 cam potuisse saluari. Et Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum: Arca illa iuxta Apосто-
 lum Petrum, typus ecclesiæ fuit, in qua octo animæ saluæ factæ sunt. Quando ingreditur in eam
 Noë, tam ipse, quam filij eius ab uxoribus separantur: quando uero egreditur in terram, iungun-
 tur paria, & quod in arca, id est, in ecclesia fuerat separatim, in mundi conuersatione sociatur. Si-
 mulq; si arca plures habuit mansiones, & nidulos, & bicamerata, & tricamerata, & diuersas bestias,
 & pro qualitate animalium habitationes quoq; uel maiores, uel minores, existimo quod diuersitas
 illa mansionum, præfigurauerit ecclesiæ uarietatem. Et libro aduersus Luciferianos: Arca (inquit)
 Noë ecclesiæ typus fuit, dicente Petro Apostolo: In arca Noë pauci, id est, octo animæ saluæ factæ
 sunt per arcam, quod nos nūc similis formæ baptisma saluos facit. Vt in illa omnium animalium gene-
 ra, ita & in hac uniuersarum & gentium, & morum homines sunt. Vt ibi pardus, & hœdi, lupus,
 & agni: ita & hic iusti, & peccatores, id est, uasa aurea, & argentea, cum ligneis, & fictilibus com-
 morantur. Habuit arca nidos suos, habet ecclesia plurimas mansiones. Octo animæ hominum in
 arca Noë seruatae sunt, & nobis Ecclesiastes iubet dare partes septem, dare partes octo, id est, cre-
 dere utriq; testamēto. Ideo quidem Psalmi pro octaua inscribuntur, & per octonos uersus, qui sin-
 gulis literis subiecti sunt, in cetero decimo octauo Psalmo iustus eruditur. Beatitudines quoq;
 quas dominus discipulis in monte pronuncians, ecclesiā delinuit, octo sunt. Et Ezechiel in ad-
 dicationem templi, octonarium numerum assumit. Emittere de arca coruus, & nō rediit, & postea
 pacem terræ columba nunciat: ita & in baptisate ecclesiæ, teterimo alite expulso, id est, diabo-
 lo, pacem terræ nostræ columba spiritus sancti nūciat. A triginta cubitis incipiens, & usq; ad unū
 cubitum paulatim decrescens, arca construitur, similiter & ecclesia multis gradibus consistens, ad
 extremum diaconis, presbyteris, episcopisq; finitur. Periclitata est arca in diluuiō, periclitatur ec-
 clesia in mundo. Egressus Noë, uineā plantauit, & bibens de ea inebriatus est, natus quoq; in car-
 ne Christus, ecclesiā plantauit, & passus est. Nudatum patrem irrisit maior filius, & minor textit: &
 Deum crucifixum irriserunt Iudæi, & honorauerunt gentiles. Dies me deficiet, si omnia arcæ sa-
 cramenta cum ecclesia componens, edisseram. Et Origenes homilia secunda super Genesim: Ad
 Noë (inquit) qui uerè solus iustus, solus perfectus est, dominum Iesum Christum in consumma-
 tione sæculorum, dictum est à patre, ut faceret sibi arcam ex lignis quadratis, & mensuras ei daret
 cœlestibus sacramentis repletas. Hoc enim designatur in Psalmo, ubi dicit, Pete à me, & dabo tibi
 gentes hæreditatem tuam. Construit ergo arcam, & facit in ea nidos &c. Confertur populus, qui
 saluatur in ecclesia, illis omnibus, siue hominibus, siue animalibus, quæ saluata sunt in arca. Verū,
 quoniam non est omnium unum meritum, nec unus in fide profectus, idcirco & arca illa non unā
 præbet omnibus mansionem: sed bicamerata sunt inferiora, & tricamerata superiora, & nidi distin-
 guntur in ea, ut ostendat quia & in ecclesia licet omnes intra unam fidem contineantur, atq; uno
 baptisate diluantur, non tamen unus omnibus, atq; idem profectus est, sed unusquisq; in suo or-
 dine. Hi quidem, qui per rationabilem scientiam uiuunt, & idonei sunt, non solum semetipsos re-
 gere, sed & alios docere, quoniam ualde pauci inueniuntur, qui cum ipso Noë saluantur, & proxi-
 ma ei propinquitate iunguntur, & tenent figurā, sicut & dominus noster uerus Noë Christus Ie-
 sus paucos habet proximos, paucos filios, & propinquos, qui uerbi eius participes sint, & sapien-
 tiæ capaces. Et ij sunt, qui in summo gradu positi sunt, & in summitate arcæ collocantur. Cœterū
 multitudo irrationalium animalium, uel etiam bestiarum in inferioribus locis habetur, & eorum
 maximè, quorum feritatis sauitiam, nec fidei dulcedo molliuit. Superiores uero aliquantulum ab
 his sunt, qui licet minus rationis, plurimum tamen simplicitatis, innocentiaq; custodiūt. Et sic per
 singulos habitationum gradus ascendētib; peruenitur ad ipsum Noë, id est, Iesum Christum,
 qui dicitur requies, iuxta illud, Venite ad me qui laboratis, & cœtera: qui uerè requiem dedit ho-
 minibus, & tulit peccatum mundi. Huic dicitur, Facies tibi arcam è lignis quadratis, quæ nulla ua-
 cillant ex parte, sed quocunq; uerteris, fida, & solida stabilitate consistunt, id est, ex doctoribus ec-
 clesiæ, & magistris, atq; æmulatoribus fidei, qui & populos intrinsecus positos uerbo commoni-
 tionis, & doctrinæ gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, uel gentibus, uel hæreticis,
 & quæstionum fluctus, ac procellas certaminum commouētibus, uirtute uerbi, ac sapientia ratio-
 nis obsistunt. Quæ ligna extrinsecus, & intrinsecus bitumine linuntur. Vult enim te architectus
 ecclesiæ Christus non esse talem, quales sunt illi, qui de foris quidem apparent hominibus iusti, de-
 intus autem sunt sepulchra mortuorum: sed uult te & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde
 intrinsecus purum, cautum utiq; & castitatis, atq; innocentia uirtute munitum. Hoc est, intus, &
 foris bitumine esse oblitum. Numeri quoq; ponuntur, trecenti cubiti longitudinis, quinquaginta
 latitudinis, triginta altitudinis. Centenarius autē numerus, plenus in omnibus, & perfectus osten-
 ditur

ditur, & totius rationalis creaturæ continens sacramentum, quoniam non ex semetipso subsistit,
 sed ex trinitate descendit, & longitudinem uitæ, id est, immortalitatis gratiam, ex patre per filium,
 ac spiritum sanctum suscepit, idcirco triplicatus ponitur, utpote quia perfectionem per gratiam tri-
 nitatis auget. Latitudo quinquagenarium numerum tenet, qui remissioni, & indulgentiæ conse-
 cratus est. Spiritus ergo Noë Christus in arca sua, id est, in ecclesia sua, in qua humanum genus
 de interitu liberat, hunc quinquagenarium remissionis numerū in latitudine collocauit. Nisi enim
 remissionem peccatorum donasset credentibus, non fuisset per orbem terræ ecclesiæ latitudo dif-
 fusa. Triginta autem altitudinis numerus, simile, ut trecenti, continet sacramentū. Ad unum autem
 totius constructionis numerū summa reuocatur, quia unus Deus pater, ex quo omnia, & unus do-
 minus, & una ecclesiæ fides est, unum baptisma, unum corpus, & unus spiritus, & ad unum per-
 fectionis Dei finem cuncta festinant. Ostium sanè, quod non à fronte, nec desuper, sed ex latere
 ex transuerso collocatur, quoniam iræ diuinæ tempus est. Dies enim domini, dies iræ, & furoris,
 sicut scriptum est: Licet enim uideantur aliqui saluari, multi tamen, quos merita sua reprobant, de-
 lentur, & pereunt. Ex transuerso ostium ponitur, ut illud ostēdatur, quod per prophetam dicitur:
 Quia si incelleritis mecum peruersi, & ego incedam uobiscum in ira peruersa. In arca autem si-
 gnificatur omnium quidem inferiora ipsa esse, quæ Apostolus dicit inferna, horum autem conti-
 gua superiora ipsa esse terrestria, tricamerata uero superiora, quæ dicit simul omnia esse cœlestia.
 In nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Sed in his eo-
 rum merita distingui, qui possunt secundum apostolum Paulum, usq; ad tertium cœlum conscen-
 dere. Nidi uero, & nidi, quia multi sunt in arca, multas esse apud patrem indicant mansiones. De
 animalibus uero, & bestijs, ac pecoribus, cœterisq; diuersis animantibus, quæ nobis alia figura ser-
 uanda est, nisi quam uel Esaias ostendit, quum dicit, In regno Christi lupum cum agno, pardum
 cum hœdo, leonem, & bouem simul ire ad pascua, eorumq; foetus simul paleis uesci, insuper etiam
 in aspidum cauerna, paruū puerum (talem sine dubio, qualem dicebat saluator, Nisi cōuersi fue-
 ritis, & effecti sicut puer hic, non intrabitis in regnum Dei) missurum esse manum, & nihil nocen-
 dum: Vt etiam illa figura, quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi docet, quum refert se uisio-
 nem uidisse, in qua omnia quadrupedia, & bestia terræ, ac uolatilia cœli intra unum fidei linteum
 continebantur, quatuor euangeliorum inijs alligatum. Vt prima quæ præcessit historica est, ue-
 luti fundamentum quoddam in inferioribus posita, secūda hæc mystica superior, & excelsior fuit,
 tertiā, si possumus, moralem tentemus addiscere. Nam tricamerata triplicem hanc expositionem
 designant. Tentemus nunc moralem locum differere. Si quis, qui crescentibus malis, & inundan-
 tibus uitijs conuertere se potest à rebus fluxis, & pereuntibus, & caducis, & audire uerbum Dei,
 ac præcepta cœlestia, hic intra cor suum arcam salutis ædificat, & bibliothecam, ut ita dicam, intra
 se diuini consecrat uerbi, longitudinem in ea, & latitudinem, & altitudinem, fidem, spem, charita-
 temq; collocat, fide trinitatis ad longitudinem uitæ, immortalitatemq; descendit, latitudine charita-
 tis, indulgentiæ, & benignitatis fundat affectum, altitudine spei ad cœlestia erigit, & excelsa. Super
 terram enim ambulans, in cœlis habet conuersationem. Summam uero actuum suorum refert ad
 unum. Scit enim quia omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam, scilicet qui cogitationum
 uarietate, & instabilitate mentis non fuerit multiplex, sed hæc bibliothecam ex quadratis, & secun-
 dum æquitatis lineam, directis construi lignis, id est, non sæcularium autorum, sed ex propheti-
 cis, & apostolicis uoluminibus. Bicameratam, & tricameratam facito eam, ex ipsa narrationes hi-
 storicas disce, ex ipsa mysterium magnum, quod in Christo, & in ecclesia impletur, agnosce, ex
 ipsa etiam emendare mores, reserare uitia, animam purgare, atq; exuere eam omni uinculo capti-
 uitatis, intellige nidos, in ea, & nidos diuersarum uirtutum, & profectuum collocans. Deintus sanè,
 & de foris bituminabis eam, corde fidem gerens, ore confessionem præferens, intus scientiam, fo-
 ris opera habens, intus corde mundus, foris castus corpore incedens. In hanc introducere debes
 animalia mūda, id est, memoriam, eruditionem, intellectum, examinationem, & iudicium eorum,
 quæ legis, aliq; his similia, & immunda, id est, concupiscentiam, & iram, quæ secundum quod ad
 peccandum homini famulantur, immundæ dicuntur: sed secundū quod neq; posteritatis sine con-
 cupiscentia successio reparatur, neq; emendatio ulla sine ira potest, neq; disciplina constare, neces-
 sariæ & seruandæ dicuntur.

Arca autem aurea in qua sunt tabulæ testamenti (ut opinor, inquit Origenes) non aliud, quam
 mens nostra esse declaratur, in qua legem Dei debemus habere descriptam. Hæc autem mens au-
 rea debet esse, id est, pura, & preciosa, in qua legem Dei descriptam semper habeamus, sicut dicit
 Apostolus: Scriptam non atramento, sed spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis
 cordis carnalibus. Hoc est enim quod & de quibusdā dicitur, Qui ostendunt opus legis scriptum
 in cordibus suis. Quis autem scripsit in cordibus eorum, nisi Deus digito suo, legem utiq; natu-
 ralem, quam dedit Deus humano generi, & in cūctorum mentibus scripsit. Vnde & initia sumi-
 mus,

Quinquagenaria
 ritus numerus re-
 missionis.

Trigenerius
 numerus.
 I. Cor. d. b.
 Eph. 4. a.
 Sopho. 1. c.

Leuit. 26. d.

Philip. 2. b.
 2. Cor. 12. a.
 Ioan. 14. a.

Esa. 11. b. &
 65. d.

Actuum 10. b.

I. Cor. 9. b.

Homil. 11. sup
 Numeros.

2. Cor. 3. a.
 Roman. 2. c.

f ij mus,

mus, ac semina quædam ad perferendam capimus ueritatem. Quæ semina si bene excolamus, fructum uitæ afferent in nobis. Potest (inquit idem lib. 3. in episto. ad Rom.) arca testamenti sancta Christi caro, in qua eius anima collocatur, intelligi, habens in se testimonia Dei, quæ intelliguntur Christi, quas in carne pertulit passiones, diuinis olim prædicatæ testimonijs. Possunt etiam uirtutes cœlestes intelligi, arca Dei, quæ & ipsæ capaces quidem Dei sunt uerbi, & spiritus sancti: Sed proponitur eis anima Iesu, & ipsa quodammodo mediatrice, gratiam diuinæ largitionis accipiunt.

Quid arcus mysticè significet.

Cap. XI.

Gregorius.
Arcus, insidia.
Psal. 63. a.
Arcus extremum iudicium.
Psal. 59. b.

Arcus sacris in literis plura significat (ut inquit diuus Gregorius, libro Mora. 19. capite 28.) Per arcum quippe insidiæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur: Intenderunt arcum suum, rem amarum. Per arcum quoque dies extremi iudicij designatur, sicut per eundem rursus Psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. In arcu enim quanto longius trahitur chorda, tanto de eo districtior exit sagitta: sic nimirum, sic extremi iudicij dies, quanto longius differtur, ut ueniat, tanto, quæ uenerit, de illo districtior sententiâ procedit. Idcirco autem diuersis nunc claudibus percutimur, ut his correcti, paratiores tunc inueniri ualeamus. Vnde illic præmissum est, Ostendisti populo tuo dura, id est, flagella sæculi, quæ secuturum grauius iudicij diem præcurrunt. Potasti nos uino compunctionis, ut terrena gaudia in lachrymas uerterentur. Dedisti metuentibus &c. Ac si diceret, Hoc tempus misericordiæ est, illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significat, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens, iudicas, qui sic districtè modo percussus, quando parcis. Aliquando autem per arcum etiam sacra scriptura signatur. Ipsa quippe arca ecclesiæ, ipsa est arca domini, de qua ad corda hominum sicut feriente sagitta, sic terrentes sententiæ ueniunt. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in ipso parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Arcum namque suum dominus tetendit, quia cunctis peccatoribus per scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu uasa mortis præparat, quia secundum eloquij sententiâ, eos, qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus effecit, quia in eos, quos per terrorem corrigit, accensas uerborum sententiâs emittit. De hoc prædicatorum arcu per Esaiam dicitur: Cum sagittis, & arcu, ingredientur illuc: quia nimirum sancti Apostoli ad feriendam gentilis uitæ duriciam, cum districtis uerborum spiculis uenerunt. In chorda huius arcus testamentum nouum, in cornu uero testamentum uetus accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curuatur, sicut in hoc loco eodem sacro eloquio, dum testamentum nouum legitur, duriciâ testamētū ueteris emollitur. Ad eius namque specialia, & blanda præcepta, illius literæ se rigor inclinât, quia testamentum nouum, dum quasi quodam bonæ operationis brachio trahitur, in testamento ueteri seueritatis iura flectuntur. Nec indecenter dicimus, chordam testamento nouo congruere, quod de incarnatione dominica certum est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur, & cornua curuatur, quia dum in testamento nouo incarnatio mediatoris agnoscitur, ad spiritualem intelligentiam rigor testamenti ueteris inclinatur. Ait igitur sanctus uir: Et arcus meus in manu mea instaurabitur. In manu etenim arcum tenet, qui diuina eloquia, quæ intellectu cognoscit, operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quicquid in sacro eloquio studendo cognoscitur, uiuendo completur. Hæc Gregorius: quæ omnia sunt diui Hieronymi, exponentis illud Threnorum tertio, Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam, id est, sententiâ iudicij sui in me detexit, & certo ictu castigationis corripuit. Arcus autem nomine in sacro eloquio aliquando malorum insidiæ, aliquando dies iudicij, aliquando uero ipsa eadem sacra eloquia designantur, & cœtera, quæ Gregorius accepit. Et exponens illud Osee, Facti sunt quasi arcus dolosus: Hoc (inquit) hæreticis cōuenit, qui instructi de scripturis sanctis, aduersum dominum legis, & prophetarum, & euangelij uerba uerunt, & sunt quasi arcus dolosus, siue peruersus. Dolosus arcus, atque peruersus est, qui percutit dirigentem, & uulnerat dominum suum. Siue facti sunt quasi arcus intentus, parati semper ad pugnam, & contentiones in subuersionem audientium. Diuus quoque Augustinus exponens illud Psalmi, Arcum suum tetendit &c. Arcum (inquit) istum, scripturas sanctas libenter acceperim, ubi fortitudinem noui testamenti, quasi neruo quodam, duriciâ ueteris flexa, & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli, uel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas, ardentibus operatus est, id est, qui percussus diuino amore flagrant. Et exponens illud Psalmi, Intendit arcum suum, donec infirmetur: Minæ (inquit) Dei non cessant, arcus Dei, minæ Dei. Intenditur arcus, nondum ferit. Intendit arcum &c. & multi infirmati sunt, ipsius intensione arcus territi. Nam hinc infirmatus est ille, qui dixit, Quid me iubet facere? Ego sum (inquit) Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Qui clamabat de cœlo, arcum tendebat. Infirmatus est ille, qui ait: Quando infirmor, tunc potens sum, & quum oraret, à se tolli stimulum carnis, quid ei responsum est? Virtus in infirmitate

Arcus, sacra scriptura.
Psal. 7. c.

Esa. 7. d.

Iob 29. d.

Hieron.

Osee 7. d.

Augustinus.
Psal. 7. c.
Arcus, scriptura.

Psal. 57. b.
Arcus, minæ.
Actuum 9. a.
1. Cor. 12. c.
Ilic.

firmitate perficitur. Et exponens illud Psalmi, Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus: Per tribulationes (inquit) temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni. Dixit enim Apostolus Petrus: Tempus est, ut iudicium incipiat à domo Dei. Et si initium à nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus uix saluabitur, peccator, & impius, ubi parebunt? Arcus est extentus, adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione. Et uidete quid sit in arcu. Nonne sagitta in priora mittenda est? Neruus tamen retro extenditur in contrarium quæ illa mittenda est, & quanto plus erit eius extensio retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora. Quantomagis differtur iudicium, tanto maiore impetu uenturum est. Ergo de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi suæ significationem, ut fugiant à facie arcus, ut exercitati fideles eius in tribulationibus temporalibus, digni sint euadere damnationem ignis æterni, quæ inuentura est omnes, qui ista non credunt.

Quid arcturus, araneâ ue mysticè significant.

Cap. XII.

Arcuri nomine ecclesia exprimitur uniuersalis. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Qui facit arcturum: Quid (inquit) namque arcturi nomine, qui in cœli axe constitutus, septem stellarum radijs fulget, nisi ecclesia uniuersalis exprimitur, quæ in Ioannis apocalypsi per septem ecclesias, septemque candelabra figuratur? Quæ dum dona in se septiformis gratiæ spiritus continent, claritatem summæ uirtutis irradians, quasi ab axe ueritatis lucet. Pensandum quoque, quod arcturus semper uersatur, & nunquam mergitur, quia & sancta ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sæpe namque eam reprobi, quia usque ad internitionem persecuti sunt, quasi hanc se funditus extinxisse crediderunt, sed eo multiplicius ad statum sui profectus redijt, quo inter manus persequentium moriendo laborauit. Arcturus ergo dum uersatur, erigitur, quia tunc sancta ecclesia ualentius in ueritate resistitur, quæ ardentius pro ueritate fatigatur. Et exponens illud Iob, Ab interioribus egreditur tempestas, & ab arcturo frigus. Scriptura (inquit) sacra, quum contra arcturum interiora memorat, diuersam aquilonis, partibus austri, plagam designat. Quia igitur interiora austri sol feruentior tenet, in arcturo uero cursum non habet, interiorum nomine plebs Iudaica, arcturi uocabulo, hoc in loco populus gentilis exprimitur. Hi enim qui unum, atque inuisibilem Deum nouerant, eiusdem lægi saltem carnaliter seruiebant, quasi sub meridiano sole feruentes, in fidei calore tenebatur. Gentiles autem, quia nullam scientiam supernæ cognitionis attigerant, uelut sine sole frigidi sub aquilone remanebant, quia uero tempestas impellit, frigus autem torpore opprimit, rectè nunc dicitur, Ab interioribus &c. Ac si aperte diceretur, A Iudæis surgit malitia persequens, & à gentibus potestas premens. Vnde explere hoc quod cœperat non ualentes, ad Pilati prætorium cucurrerunt, ut ipse hunc perimeret, quem iniuste perimentem, lex nulla cohiberet. Ab interioribus ergo tempestas, atque ab arcturo frigus prodijt, dum hoc, quod Iudæa ex inuidia petijt, hoc gentilis iudex ex Romana autoritate perpetravit. Et exponens illud Iob, Aut gyrum arcturi poteris dissipare? Arcturus (inquit) ita nocturna tempora illustrat, ut cœli axe positus, per diuersa se uertat, nec tamen occidat. Neque enim extra se currens, uoluitur, sed in loco situs, in cunctis mundi partibus, nequaquam casurus, inclinatur. In arcturo autem tota simul ecclesia designatur, quæ fatigationes quidē patitur, nec tamen ad defectum proprii status inclinatur. Gyrum laborum tolerat, sed ad occasum cum temporibus non festinat. Neque enim ad ima poli arcturus, cum nocturno tempore ducitur, sed dum ipse uoluitur, nox finitur, quia nimirum dum sancta ecclesia innumeris tribulationibus quatitur, præsentis uitæ umbra terminatur, eaque stante nox præterit, quia illa in sua incolumitate perdurante, mortalitatis huius uita percurrit. Est in arcturo, quod consyderatius possimus intueri. In septem quippe stellis uoluitur, & modo quidem tres ad summa eleuat, atque ad ima quatuor inclinât, modo quatuor superius erigit, & tres inferius premit. Sancta quoque ecclesia quum modo infidelibus trinitatis notitiam, modo autem fidelibus uirtutes quatuor, id est, prudentiam, fortitudinē, temperantiam, iustitiam prædicat, quasi rotatu prædicationis, status sui speciem quodam modo immutat. Nam quum quibusdam de operibus suis gloriantibus confidentiâ proprii laboris euacuat, & fidem trinitatis exaltat, quid aliud facit, nisi tres stellas arcturus eleuat, quatuor inclinât? Et dum quosdam bona opera non habentes, de sola fide præsumere prohibet, sed operari enixius quæ præcepta sunt, iubet, quid aliud arcturus facit, nisi quatuor stellas erigit, tres deponit? Videamus quomodo tres eleuet, quatuor deponat. Ecce per Paulum contra fidem de opere superbientibus dicitur: Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iusticiam. Videamus quomodo quatuor eleuet, tres deponat. Ecce per Iacobum de fide sine opere superbientibus dicitur: Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Arcturus itaque uoluitur, quia sancta eccle

Psal. 59. b.
1. Pet. 4. d.

Lib. Mor. 9.
cap. 6. & 7.
Iob 9. b.
Arcturus, uniuersalis ecclesie.
Apoc. 1. c.

Iob 37. b.

Arcturus, populus gentilis.

Iob 38. c.

Rom. 4. a.
Gen. 15. b.
Iacob. 2. d.

Arcturus, lex, siue uetus testamentum.
Aurum 15. b.
Aranea, hypocrisis.
Iob 8. c.
 Ista ecclesia, iuxta auditorum suorum mentes, in diuerso latere prædicationis arte uersatur. Arcturus uoluitur, quia hæc in noctis huius tribulationibus rotatur. Sed hunc arcturi gyrum quandoq; dominus dissipat, quia labores ecclesiæ ad requiem permutat, quando in fine mundi sancta ecclesia ab his, quos nunc sustinet, laboribus soluitur. Potest quoq; per arcturum, qui à plaga frigoris nascitur, lex designari, quasi enim ab aquilone lex uenerat, quæ tanta subditos rigiditatis asperitate terreat. Nam dū pro culpīs suis alios præciperet lapidibus obrui, alios gladij morte mulctari, plaga torpens, & uelut à sole charitatis aliena, præceptorum suorum semina plus premebat ex frigore, quam ex calore nutrebat. Cuius oppressionis pōdus Petrus horruerat, quū dicebat: Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus? Nec mirum, quod per arcturi septem stellas, testamentum uetus exprimitur, quia & in ueneratione legis, dies septimus extitit uenerabilis, & per hebdomadam integram constituti sacrificij uota tendebatur. Quaq; igitur se arcturus uertit, pleiades ostendit, quia per omne, quod testamentum uetus loquitur, testamenti noui opera nunciantur. Sub textu enim literæ, tegit mysterium prophetiæ. Et quasi inclināt se arcturus, & demonstrat, quia dum ad spiritalē intellectum flectitur, significata per illud lux gratiæ septiformis aperitur.

Araneæ hypocrisis designāt, iuxta illud Iob, Et sicut tela aranearū fiducia eius. Vbi Greg. scribit: Bene hypocritarū fiducia aranearū telis similis dicitur, quia omne quod ad obtinendā gloriā exudant, uentus uitæ mortalis dissipat. Nam quoniā æterna non quærūt, bona temporalia cū tempore amittunt. Pensandum quoq; est quod fila aranearū per ordinem ducunt, quia sua hypocris, quasi sub discretionē, opera disponūt. Aranearum tela studiose textitur, sed subito flatu dissipatur, quia quicquid hypocrisis cum labore peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in uentum labor euanescit. Sæpe namq; & usq; ad præsentis uitæ terminum hypocritarum facta perdurant. Sed quia per hæc autoris laudem non quærūt, bona ante Dei oculos nunquam fuerunt. Bene ergo dicitur, Sicut tela aranearum fiducia eius, quia apparente cordis teste, præterit omne quod exterius de humano fauore cōfidit. Et diuus Hieronymus exponens illud Osee, Quoniam in aranearum telas erit uitulus Samariæ: Aranearū (inquit) fila per aërem uolant, quæ dum uidentur, intereunt, & in atomos, atq; in nihilum dissoluuntur. Et rectè his Samariæ uitulus comparatur, quem eo tempore pro precij magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Deniq; ut aranearum fila dissoluuntur in uentum, ita uitulus Samariæ redigetur in nihilum.

Quid area, argentum, ariesq; mysticè significant.

Cap. XIII.

Matth. 3. d.
Area ecclesiam Dei significat, iuxta illud, Et permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Vbi diuus Chrysostomus homilia tertia in Matthæum: Area (inquit) est ecclesia, horreum autem regnum cœlestē, ager uero hic mundus. Sicut ergo pater familias mittens messorēs metit festucas de agro, & comportat eas in aream, ut illic trituret, & uentilet, & discernat triticum à paleis: sic dominus mittens Apostolos, cœterosq; doctores, quasi messorēs præcidit omnes gentes de mundo, & in aream ecclesiæ congregat. Hic ergo triturandi sumus, hic uentilandi. Sicut enim granum tritici inclusum in palea, foras non egreditur, nisi fuerit trituratū: sic & homo de impedimentis mundialibus, & de rebus carnalibus, quasi palea inuolutus, difficilē egreditur, nisi fuerit aliqua tribulatione uexatus. Nam sicut quidem plenum granū mox ut leuiter percussum fuerit, de palea sua exiit foras, si autem subtile fuerit, tardius egreditur: quod si uacuum fuerit, nunquam egreditur, sed illic conteritur in palea sua, & ita cum paleis foras iactatur: sic omnes quidem homines in rebus carnalibus delectantur, sicut grana in palea. Sed qui fidelis est, & boni cordis, habet medullam, mox ut leuiter tribulatus fuerit, negligēs quæ sunt carnalia, currit ad Deum. Si autem modicè infidelior fuerit, cum grandi tribulatione uix recedit, & uadit ad Deum. Qui autem infidelis est & uacuum, quantumuis contritus fuerit, sicut granum uacuum de palea non egreditur.

Esa. 1. f.
Psal. 11. b.
Hieronymus.
 Argentum est doctrina scripturarum, iuxta illud Esaiæ: Argentum tuum uersum est in scoriā, id est, doctrina scripturarum, de qua in Psalmis legimus: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, uersum est in scoriā, siue purgamentum, & sordem metallorum, quæ igne excoquantur, ut qui argentum nominauerat, seruet metaphoram. Potest autem & hoc dici, quod iusti, & sancti uiri, qui prius in urbe uersati sunt, postea in sordes uersi sunt peccatorum, ut inquit Hieronymus, in commentarijs. Et Aggei secundo scriptum est, Meum est argentū, & meū est aurum, dixit dominus exercituum. Quod autem ait (inquit) Hieron. Meū est argentū &c. non puto quenquā existimare, qd de argēto loquatur, & auro, quæ à diuitibus, & regibus possidentur. Hoc enim modo, non solum argentum, & aurum Dei

Dei est, quasi creatoris, sed & cœtera metalla, æs, stannum, plumbum, & quod domat omnia, ferrum, sed ego argentum, quo domus Dei ornatur, existimo eloquia scripturarum, de quibus dicitur, Eloquia domini &c. Et aurum, quod in occulto sanctorum sensu, & in cordis uersatur arcano, & splendet uero lumine Dei, quod & Apostolum de sanctis, qui super fundamentum Christi ædificant, sensisse perspicuum est. Aurum, argentum, lapides preciosos. Vt in auro sensus occultus sit, in argento sermo decens, in lapide precioso, opera Deo placentia. Et diuus Gregorius exponens illud Iob, Et replent domos suas argento: Quid per argentum (inquit) nisi diuina eloquia figurantur? De quibus per Psalmistam dicitur, Eloquia domini &c. Eloquia domini argentū igne examinatum dicitur, quia sermo dei, si in corde figuratur, tribulationibus probatur. Et per Esaiā prophetam dicitur: Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate. Qui argentum non habent, ad aquas uocantur, quia nimirum gentilitas, quæ scripturæ sacræ præcepta non acceperat, sacri eloquij inundatione satiatur, quam tantò nūc auidius potat, quanto hanc diu sicca sitiebat. Et quia nonnulli eloquium Dei non interius per exhibitionem, sed exterius per ostensionem habere concupiscunt, idcirco per prophetam dicitur: Disperierunt omnes inuoluti argento. Hinc nimirum, qui eloquio Dei non interiori refectione se replent, sed exteriori ostensione se utuntur. Vnde & horum argentum, id est, hæreticorum eloquium terræ comparatur, dicente Iob: Si comportauerit sicut terra argentum, quia de scriptura sacra, ut aliquid sciant, ex appetitu terrene laudis elaborant. Et argentū, inquit, innocens diuidet, id est, eloquia domini minutè, discretèq; exponit, & unicuiq; quid dignè congruat, coaptat. Vel argentum innocens diuidet, id est, quæ ab hæreticis salubriter, uel, quæ pestiferè fuerunt dicta, discernit. Hæretici namq; ut facillè ualeant peruersa suadere, dictis suis quædam recta permiscunt, ut animos audientium ex rectis sensibus trahant, & peruersis feriant.

Aries ducatum gregum sequentium designat. Vnde diuus Gregorius, exponens illud Iob, Sumite ergo uobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerite holocaustum pro uobis, hoc modo scribit: Quid est pro hæreticis tauros, arietesq; mactare, nisi eorum superbum ducatum interficere, ut de se humiliata sentiant, & post se corda innocentium non seducant. Ceruice enim tumēti ab ecclesiā uniuersitate desillierant, & infirmos post se populos, quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertantur ad ecclesiam septenario sacrificio tauros, & arietes mactandos offerant, quia ut uniuersali ecclesiæ coniungantur, humilitate interueniente interficiant quicquid prius tumidum de superbo ducatu sapiebant. Est autem adnotandum, quod inter pastores, & arietes ista differentia est (ut inquit diuus Hieronymus, exponens illud Hieremiæ, Vox clamoris pastorum, & ululatus optimatum, uel arietum gregis) quod pastores putentur in ecclesia, qui præfunt gregi cum sapientia, & eruditione, atque doctrina. Arietes uero qui principes quidem uidentur in populo, sed nihil habent in se doctrinæ, atque sapientiæ, & per nimiam simplicitatem propemodum stultitiæ uicini sunt. Aries quoque Christum significat, ut inquit Diuus Augustinus de ariete, quem Abraham immolauit: Quis (inquit) alius aries immolandus in uepre cornibus adhærebat, nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus, affigebatur? Et contra Maximum libro tertio: Quis (inquit) alius erat ille aries, qui cornibus tenebatur in uepre, nisi Christus crucifixus, uel spinis etiam coronatus? Hunc autem arietem pro filio, cui parcere iussus est, immolauit Abraam. Ita enim homini parci Deus iussit, ut tamen ex pecore propter passionem Christi, quæ illo modo prænunciabatur, mysterium sacri sanguinis impleretur. Et libro decimo octauo, capite sexto: In figuris (inquit) diuinorum eloquiorum & taurus dicitur est Christus propter uirtutem crucis, cuius cornibus impios uentilauit, & aries propter innocentiam principatum, & hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum. Arietes quoque sunt Apostoli, iuxta illud: Afferte domino filios arietum, id est, afferte domino uosmetipsos, quos per Euangelium duces gregum Apostoli genuerunt. Et exponens illud Psalmi, Cum incenso, & arietibus: Arietes (inquit) sunt duces ecclesiæ. Et exponēs illud Psalmi, Induti sunt arietes ouium: Arietes (inquit) Apostoli induti sunt exultatione, gaudent de fructibus suis.

Quid armatura, arma, armillæ, aromata, arundo, arundinetum, mysticè significant.

Cap. XIII.

Ephes. 6. b.
Rom. 13. d.
Armatura nostra Christus est, & Apostoli Pauli institutio, ut scribit ad Ephesios, Assumite arma Dei (siue armaturam Dei) ut possitis resistere in die malo &c. ubi multa armorum enumerat genera, utpote lorica, scutum, galeam, gladiumq; de quibus suo pte in loco sumus dicturi. Et Apostolus ad Romanos, Et induamur arma lucis: Quid est (inquit) nos arma lucis indui, nisi credere in deum patrem omnipotentem, qui illuminauit omnem hominem uenientem in hūc mundum,

f iij dum,

10. 12. f.

Gregorius.
Lib. 30. Moral.
cap. 10.
Exo. 35. c.
Iob 4. d.

Hieronymus.
Esaie 3. d.
Gen. 24. d.
Ezech. 16. b.
Iob 4. d.

Origenes.

Cant. 4. c.
Origenes.
3. Reg. 10. b.

Arundinetū, uita
ta secularium.
Sapient. 3. b.
Calamus, Iudaeorum
regni.
Esa. 4. 2. a.

Linum, sacerdotium.

Calamus, uerbi
aeternitas.
Psal. 44. a.
Calamus, scriptorum
doctrina.

Esa. 35. c.
Iuncus, auditorum
uiriditas.
Calamus, praedicator.

Arundo, siue calamus
mucis mobilitas.

Matth. 11. a.
Arundo, siue calamus
nitor temporalis gloriae.

Sap. 3. b.

dum, qui hoc dixit, Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.

Armillae, quae lacertos astringunt, praepositorum ualde laborantium opera demonstrant (ut diuus scribit Gregorius) de quibus scribitur, Praebuerunt armillas. Et exponens illud Iob, Aut armilla perforabis maxilla eius, hoc pacto scribit: Ab intellectu circuli armilla non discrepat, quia ipsa hoc quoque, ubi ponitur, ambiendo constringit. Sed quia armilla latius tenditur, per armillam eius occulsi iudicij erga nos protectio impetior designatur. Armilla ergo dominus maxilla Leuiathan istius perforat, quia ineffabili misericordiae suae potentia sic malitiae antiqui hostis obuiat, ut aliquando eos etiam, quos iam cepit, amittat, & quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetratas culpas, ad innocentiam redeunt. Quis enim illius semel raptus ore maxillam eius euaderet, si perforata non esset? An non in ore tenuit Petrum, quum negauit? An non in ore Dauid tenuit, quum in tantam se luxuriae uoraginem merisit? Sed quum ad uitam uterque per poenitentiam redijt, Leuiathan iste eos aliquo modo quasi per maxillae foramina amisit. Bene igitur ad beatum Iob dicitur, Aut armilla perforabis maxilla eius; subaudis, ut ego, qui prouide cuncta dispones, electos meos inde robustius in integritate custodio, unde eos per maxillam Leuiathan istius labefactari aliquo modo ab integritate permitto. Et Hieronymus in Esaia, exponens illud prophetae, In die illa auferet dominus &c. & monilia, & armillas: Et armillas (inquit) bona opera, quales Rebecca accepit in sponsalibus. Et exponens illud Ezechielis, Et dedi armillas in manibus tuis: Quando (inquit) nobis bona opera dederit Deus, circūdat armillas manibus nostris. In Iob quoque draconis labium perforatur armilla, omnesque eius uenenati sibili, qui in peruersis intelliguntur dogmatibus, bonorum operum circulo perforantur. Et Origenes praedictum Ezechielis locum enarrans, homilia 12. Et imposui (inquit) tibi armillas circa manus tuas. Quum mihi dederit occasiones bonorum actuum, armillas circumdat manibus meis.

Aromata mystica sunt, de quibus scribitur Cantico. 4. Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Vbi scribit Origenes, Multi habuerunt aromata. Regina austrī detulit aromata Salomoni, & plures alij aromata possederunt; sed habuerit quis quantalibet, non possunt Christi odoribus comparari, de quo nunc sponsa ait, Odor &c. Ego arbitror quia & Moyses habuit aromata, & Aarō, & singuli prophetarum: uerum si uidero Christum, & suauitatem in odore unguentorum eius percepero, statim sententiam fero, dicens: Odor unguentorum &c.

Arundinetum uitam significat saecularium, unde diuus Gregorius 33. libro Moraliū, citans illud Sapientiae, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillae in arundineto discurrēt: Arundinetū (inquit) uitam saecularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloriam foris quasi ad alta proficiunt, sed intus à soliditate ueritatis inanescūt. Vnde Iudaeorum regnum calamo comparatur, quū per prophetam, apparente in ueritate carnis domino, dicitur: Calamum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. Quid enim calami nomine, nisi Iudaici populi temporale regnū denunciat, uirens quidem exterius, sed interius uacuum? Et quia in eodem populo genus iam regale defecerat, & regnum eius alienigena possidebat, apte hoc quidem regnum, calamum quassatum uocat. Quid uero per linum, nisi eius sacerdotium exprimitur, quod lineis nimirum uestibus utebatur? Quod quia in aduentu domini charitatis ardorem perdidit, quasi amisso iam igne fidei, non ardens, sed fumigans fuit. Incarnatus autem dominus, calamū quassatum non confregit, & linum fumigans non extinxit, quia Iudaeorum regnum, quod penē destructum iam fuerat, eiusque sacerdotium, quod ignem fidei non tenebat, nō potestate iudicij percussit, sed cum patientiae longanimitate tolerauit. Et in principio capituli, In sacro (inquit) eloquio calami, uel arundinis appellatione aliquando uerbum manens, aliquando doctorum peritia, aliquando mobilitas mentis, aliquando nitor gloriae temporalis accipitur. Per calamū quippe uerbi aeternitas designatur, quum uoce patris per psalmistam dicitur, Lingua mea calamus scribae, uelociter scribentis. Quia enim quod loquimur, transit, quod scribimus, permanet, lingua patris scribae calamus dicitur, quia ab eo est uerbum illi coaeternum, ac sine transitu generatum. Rursus per calamum, scriptorum doctrina exprimitur, sicut de sancta ecclesia propheta pollicet, dicens: In cubilibus, in quibus dracones prius habitabant, orietur uiror calami, & iunci. Quia nimirum sententia per calamum exprimitur doctrina scribentium, per iuncum, uiriditas auditorum. Et lib. 29. cap. 18, Quid (inquit) per calamum, nisi praedicator? Quid per iuncum, qui iuxta aquam humorem semper nascitur, nisi pusilli, ac teneri auditores sacri eloquij designantur? In draconum ergo cubilibus uiror calami, & iunci oritur, quia in eis populis, quos antiqui hostis malitia possidebat, & doctorum scientia, & auditorum obediētia coaceruatur. Rursus per calamum, siue arundinem, mentis mobilitas designatur, sicut Iudaeorum turbis in Ioannis laude à domino dicitur, Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitātā? Ut uidelicet subintelligatur, non. Ioannes quippe arundo uento agitata nō erat, quia eius mentē spiritu sancto solidā per diuersas partes, nullus linguarū flatus inclinabat. Rursus per calamū, siue arundinē nitor gloriae temporalis exprimitur, sicut de iustis per sapientiam dicitur, Fulgebūt iusti &c. ut supra.

Et diuus

Et diuus Hieronymus ad Algasiam: Arundinem (inquit) quassatam &c. (siue, ut lxx. transtulerūt, calamum fractum non conteret.) Calamus fractus, qui fuit antea uocalis, & in laudes domini concinebat, appellatus est Israël, qui, quoniam impedit in angularem lapidem, & cecidit super eum, fractusque in illo est, propterea dicit de eo: Increpa domine bestias calami. Et in Iesu uolumine torrens appellatur canna, id est, calami, qui aquas habet turbidas, quas elegit Israël, purissima contemners fluentia Iordanis, reuersusque mente in Aegyptum, & desiderans coenofam, ac palustrem regionem, peponesque, & cepe, & allia, & cucumeres, ollasque Aegyptiarum carniū, rectissime per Esaia appellatur calamus fractus, cui qui inniti uoluerit, pertundet manus eius. Qui enim post aduentum domini saluatoris euangelicae interpretationis spiritum derelinquens, in Iudaicae literae morte requiescit, istius cuncta opera uulnerantur. Linū quoque fumigans non extinguet, populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amarissimi, & qui noxius oculis est, tenebrosaque caliginis inuoluebatur erroribus. Quem non solum non restinxit, & redegit in cinerē, sed è contrario de parua scintilla, & penē moriente, maxima suscitauit incendia, ita ut totus orbis arderet igne domini saluatoris, quem uenit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat. Secundum tropologiam quid nobis uideretur de hoc loco, in commentariolis Matthaei, breuiter annotauimus. Et Augustinus libro primo quaestionum euangelicarum, quaestione 3. Arundinem quassatam Iudaeos dicit, propter quod & unum erant, & ab inuicem discrepabant. In lino fumigante notandum, quia deserto lumine facit putorem.

Quid asinus, asina ue mysticè significant.

Cap. XV.

Asinorū nomine quid in sacra scriptura designetur, diuus Gregorius libro Moraliū primo, cap. 16. declarat, dicens: Asinorū nomine, aliquādo stultorū pigritia, aliquādo immoderata petulantia luxuria, aliquādo gentiliū simplicitas designat. Stultorū pigritia, sicut per Moysen dicitur, Non iuges bouē, & asinū (siue non arabis in boue simul, & asino.) Ac si diceret, Fatuos sapiētibus in praedicatione nō socies, ne per eū, qui implere rē nō ualeat, illi qui praeualent obsistat. Immoderata quoque petulantium luxuria asinorum appellatione exprimitur, ut propheta testatur, qui ait, Quorum carnes sunt, ut carnes asinorum. Asinorū rursus nomine, simplicitas gentilis ostenditur. Vnde Hierusalem tendens dominus, asellū sedisse perhibetur. Quid est enim sedendo asino Hierusalem uenire, nisi gentiliū simplicitas corda possidendo, ea ad uisionem pacis regendo, & praesidendo perducere? Et per prophetam dicitur: Cognouit bos possessorem suū, & asinus praesepe domini sui. Quis enim bos, nisi Iudaicus populus exiit, cuius ceruicem iugum legis attriuit? Et quis asinus, nisi gentilitas fuit? Quam quilibet seductor reperit, quasi brutum animal, & nulla ratione renitens, quo uolebat errore, subtrauit. Bos ergo possessorem, & asinus domini praesepe cognouit, quia & Hebraicus populus Deum, quem colebat, sed ignorabat, reperit, & gentilitas legis pabulum, quod non habebat, accepit. Et in Genesi scriptum est: Isachar asinus fortis, accubans inter terminos, uidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, supposuit humerū ad portandum. Inter terminos namque accubare, est praestolato mundi sine requiescere, nihilque de his, quae nunc in medio uersantur, quaerere, sed ultima desiderare. Fortisque asinus requiem, ac terram optimam uidet, quū simplex gentilitas, idcirco ad robur boni operis erigitur, quia ad aeternae uitae patriam tendit, quae ad portandum onus humerum apponit, quia inspecta superna requie, praecipit, etiam grauibus, in operatione se subijcit, & quicquid intolerabile pusillanimitas asserit, hoc ei leue, ac facile spes remunerationis ostendit. Vnde & asinae cum gente perhibentur, quia uocatae plebes gentiliū, dum ad requiem uenire desiderant, cuncta mandatorum onera libenter portant. Diuus autem Hieronymus enarrās antedicta Esaiae uerba, Cognouit bos &c. Non comparauit (inquit) eos canibus, quod sagacissimum genus animantium est, & pro paruo cibo, dominorum teeta defendit, sed stolidioris senitus boui, & asino, quorum alterum carpenta trahens, durissimas terrae glebas uertit uomere, alterum portat onera, & hominum in gradiendo laborem temperat, unde & iumenta appellantur ab eo quod iuuent homines. Potest hic locus & de Deo patre intelligi, sed magis refertur ad filium, quod non cognouerit eum, neque susceperit populus Israël. Querimus ubi pariter legerimus bouem, & asinum. In Deuteronomio scriptum est: Non arabis in boue simul, & asino. Et in hoc eodem Esaia, Beatus qui seminat super omnē aquam, ubi bos calcatur, & asinus. Simul arat in boue, & asino Ebion, dignus pro humilitate sensus, paupertate nominis sui, qui sic recipit euangelium, ut Iudaicarum superstitionum, quae in umbra, & imagine praecesserunt, ce remonias non relinquat. Beatus est autē qui seminat in eloquijs scripturarū tam ueteris, quam noui instrumenti, & calcatur aquas occidentis literae, ut metat fructū spiritus uiuificantis. Bos iuxta analogem refertur ad Israël, qui legis portauit iugū, & mundum animal est. Asinus peccatorū onere praegratuus, gentiū populus accipitur, cui dominus loquebatur: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, Phariseis ergo, & scribis non credentibus, qui habebant legis

Hieronymus.
Calamus, Israël.

Psal. 67. f.

Num. 11. b.

Linn, populū
de gentibus.

Luc. 12. f.

Augustinus.

Gregorius.
Asinus, stultorū
pigritia.
Deute. 22. b.Asinus, immoderata
petulantia
luxuria.Ezechiel. 23. c.
Asinus, gentiliū
tas.

Matth. 21. a.

Esa. 1. a.

Bos, Iudaicus
populus.

Gen. 49. b.

Hieronymus.
Esa. 1. a.Canis, sagacissimum
animal.Iumenta, unde
dicta.

Deute. 22. b.

Esa. 32. d.

Ebion, Hebraeus
est pauper.

Bos, Israël.

Asinus, gentiū
populus.

Matth. 11. d.

legis clauem, atque notitiam, & uerè appellabantur Israël, id est, uidentem Deum, credidit pars populi Iudaeorum, ut una die tria milia simul crederent, & alia die quinque milia. Sapiētibus quoque saeculi non recipientibus crucem Christi, indocta nationum turba suscepit. Vnde & Apostolus loquebatur: Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & quae infirma sunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia. Sed haec coacta, superior uera interpretatio est. Et enarrans illud Zachariae, Sic erit ruina equi &c. & asini. Asinus est (inquit) qui quondam ferebatur infraenis, & immundus erat, & multos habebat dominos, & per praecipitia labebatur, ut corruens repente confurgeret, & portaret dominum saluatorem, & ingrederetur in sanctam Hierusalem, & eum paruulorum turba credentium susceperet triumphantem, asina, quae subiugalis fuit, & edomita, & iugum legis traxerat, synagoga intelligatur, pullus asinae lasciuus, & liber, qui bus federit Iesus, missis ad eos duobus discipulis suis, uno in circuncisione, & altero in gentibus.

Quid astra matutina, quid ue aues, auroraque mystice significant. Cap. XVI.

Astra matutina, de quibus ait Iob, Quam me laudarent simul astra matutina, Angeli sunt. Quia enim (ut diuus ait Gregorius) primo in tempore condita natura rationabilium spirituum creditur, non immerito matutina astra, Angeli uocantur. Quod si ita est, dum terra esset inuisibilis, & incomposita, dum tenebrae essent super abyssum, uenturum diem subsequens saeculi, per lucem sapientiae existendo, praeuenerunt. Nec negligenter audiendum est, quod additur, simul, quia nimirum astra matutina, etiam cum uespertinis, redemptoris potentiam laudant, dum electi etiam Angeli, cum redemptis in mundi sine hominibus, largitatem gratiae supernae glorificant. Ipsi quippe ut nos ad laudem conditoris accenderent, hoc quod superius diximus, orta per carnem luce, clamauerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Simul ergo laudant, quia redemptioni nostrae, uoces suae exultationis accommodant. Simul laudant, quia dum nos conspiciunt recipi, suum gaudent numerum repleti. Qui & fortasse ideo matutina astra memorantur, quia saepe ad exhortandos homines missi sunt, & dum uenturum mane nunciant, ab humanis cordibus praesentis uitae tenebras fugant.

Atrium est latitudo praesentis uitae, iuxta illud. Atrium quod foris templum est, eijce foras, & non metiaris illud. Recte foris templum sunt, qui per atrium designantur, atque ideo metiendi non sunt, quia angusta est porta, quae ducit ad uitam, & latitudo uitae prauorum non admittitur ad mensuras, & regulas electorum, ut diuus scribit Gregorius.

Auis nomine ipse dominus significatur, qui licet in terra de uirgine matre sit aditus, tamen coelestia doctrina sua, & exemplo semper petit, membraque sua fide, & spe, quasi duabus alis, ad superna semper subleuat, dicens in euangelio: Regnum meum non est de hoc mundo. Et rursum: Exiui a patre &c. De hac aue scriptum est: Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. Et Iob: Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus uulturis. Et exponens illud Esaiæ: Vocans ab oriente auem, id est, Cyrum regem Persarum, siue Darium Medorum principem (ut putant Hebraei) siue (ut nos uerum esse conuincimus) dominum saluatorem, uel aue, id est, Angelorum ministeria, quae ad imperium domini in toto orbe discurrent, qui sunt administratorij spiritus, & mittuntur ob salutem credentium.

Aurora ecclesiae dicitur, quae a peccatorum suorum tenebris ad lucem iustitiae permutatur. Vnde & hanc sponsus in Canticorum Cantico miratur, dicens: Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora confurgens: Quasi aurora quippe electorum surgit ecclesia, quae prauitatis pristinae tenebras deserit, & sese in noui luminis fulgorem conuertit. Et Iob, Nec ortu surgentis aurorae. In illa enim luce, quae in districti iudicis aduentu monstratur, corpus damnati hostis ortum surgentis aurorae non uidet, quia quum districtus iudex ad retributionem uenerit, iniquus quisque suorum caligine meritorum pressus, quanta claritate sancta ecclesia in internum lumen cordis surgat, ignorat. Tunc sancta ecclesia plena aurora fit, quum mortalitatis, atque ignorantiae suae tenebras funditus amittit. In iudicio ergo, adhuc aurora est, sed in regno dies, quia & si iam cum restauratione corporum uidere lumen in iudicio inchoat, eius tamen uisum plenius in regno consumat. Ortus itaque aurorae, est exordium clarescentis ecclesiae, quem uidere nequeunt reprobi, quia a conspectu districti iudicis, malorum suorum pondere, ad tenebras pressi, trahuntur. Vnde recte per prophetam dicit, Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Aurora praeterea mens iusti est, quae peccati sui tenebras deserens, ad lucem iam erumpit aeternitatis. Vnde in Iob scriptum est, Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. Quo igitur iustus quisque iustitiae luce irradiatus, in praesenti uita honoribus sublimatur, eo ante peruersorum oculos, tenebrae mortis fiunt, quia qui peruersè se egisse meminerunt, corrigi pertimescunt. Et Iob 38. Et ostendisti (inquit) aurorae locum suum.

Cui enim

Cui enim locus suus ostenditur, profecto ex alio ad aliud uocatur. Quis est enim locus aurorae, nisi perfecta claritas uisionis internae? Ad quem, quum ducta uenerit, iam de transactae noctis tenebris nihil habebit. Nunc autem adhuc tentationum molestias sustinet, quia per intentionem cordis ad aliud festinat ecclesia, ad locum suum tendit aurora. Locum suum aurora considerat, quando sancta anima ad contemplandam conditoris sui speciem flagrat. Et diuus Hieronymus, exponens illud Osee, Sicut mane transit rex Israel: Sicut (inquit) ortus aurorae, & diluculum, & principium diei, quod appellatur mane, inter noctis, solisque uiciniam transit celeriter, ita ut finiatur nox, & clarescat dies: sic rex Israel, id est, decem tribuum, uelociter transit.

Quid aurum mystice significet.

Cap. XVII.

Auri appellatione in sacro eloquio (ut diuus inquit Gregorius, exponens illud Iob, Sternet sibi aurum quasi lutum) aliquando diuinitatis claritas, aliquando splendor supernae ciuitatis, aliquando charitas, aliquando nitor gloriae saecularis, aliquando pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri nomine ipsa intima diuinitatis claritas designatur, sicut in Canticorum Cantico sponsi species describitur, Caput eius aurum optimum. Quia uero caput Christi Deus, nil uero est in metallis auro fulgentius, sponsi caput, aurum dicitur, quia eius humanitas, ex diuinitatis suae nobis claritate principatur. Rursum auri nomine splendor supernae ciuitatis accipitur, sicut hanc Ioannes se uidisse testatur, dicens: Ipsa ciuitas, aurum mundum, simile uitro mundo. Aurum namque ex quo illa ciuitas constat, simile uitro dicitur, ut per aurum clara, & per uitrum perspicua designetur. Rursum auri nomine charitas intimatur, sicut Angelum, quem sibi loqui idem Ioannes aspexit, ad mammillas zona aurea cinctum uidit, quia nimirum supernorum ciuium pectora, dum poenali nequamquam timori subiecta sunt, atque se uicissim nulla scissione soluunt, ex sola se charitate cōstringunt. Zonam uero auream circa mammillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius iam amoris uincula restringere. Rursum auri nomine nitor gloriae temporalis exprimitur, sicut per prophetam dicitur, Calix aureus, Babylon. Quid enim Babylonis nomine, nisi huius mundi gloria designatur? Quae calix aureus dicitur, quia dum pulchra esse temporalia ostendit, stultas mentes in sua concupiscentia debriat, ut speciosa temporalia appetant, & inuisibilia pulchra contemnant. Hoc aureo calice primo sponte sua Eua debriata est, de qua historia ueritatis dicit, quia quum uetitum lignum concupisceret, uidit, quod esset pulchrum uisu, aspectuque delectabile, & comedit. Aureus ergo Babylon calix est, quia dum uisum exterioris pulchritudinis ostendit, sensum internae rectitudinis subtrahit. Rursum auri nomine, splendor sanctitatis accipitur, sicut Iudaicum populum, a splendore iustitiae, ad nequitiae tenebras commutatum, Hieremias deplorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus: Sicut enim superius diximus, aurum obscuratur, quum subsequentibus iniquitatum tenebris, iustitiae pulchritudo deseritur. Color optimus mutatur, quum splendor innocentiae, in foeditatem uertitur culpa. Aurum autem obrizum sunt sancti Angeli, iuxta illud, Non dabitur aurum obrizum pro ea, ubi diuus Gregorius scribit: Quid namque per aurum obrizum, nisi sancti Angeli designantur? Qui recte aurum uocantur, & obrizum, aurum, quia fulgent claritate iustitiae, obrizum, quia nullum habuerunt unquam contagium culpa. Aurum ergo obrizum illi nuncupantur, hi qui ea, in qua conditi sunt, innocentia perdurantes, effulgent claritate iustitiae, & nec uel minimis maculantur sordibus culpa. Aurum quoque sensum occultum scripturae signare dictum est in dictione, argentum. Aurum quoque sapientiam significat. Et dabitur ei (inquit propheta) de auro Arabiae. Prophetatum est (inquit Augustinus) etiam sapientes huius mundi in Christo fuisse credituros. Per Arabiam autem etiam gentes intelligimus, per aurum sapientiam, quae ita excellit inter omnes doctrinas, ut aurum inter metalla. Vnde scriptum est: Accipite prudentiam sicut argentum, & sapientiam sicut aurum probatum. Aurum quoque purum dicitur anima Christi (ut inquit Origenes libro tertio, in epistolam ad Romanos) ubi citat illud Exodi, Et facies propiciatorium ex auro puro. Primo (inquit) considerandum est quibus in locis aurum, quod in opere assumitur, aurum purum dicitur: quibus uero in locis aurum tantummodo sine ulla adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obseruans, deprehendisse mihi uideor, quod sicubi cum adiectione aurum purum dicitur, indicet sanctam illam, & puram Iesu animam quae peccatum non fecit, nec inuictus est dolus in ore eius. Et Origenes homilia quinta in Matthaeum: Templum (inquit) gloriae Dei est omnis scriptura diuinitus inspirata, aurum autem, positus sensus in ea. Debemus ergo ad testimonium uerborum, quae proferimus in doctrina, proferre sensum scripturae, quasi confirmantem, quae exponimus, sensum. Sicut enim omne aurum, quodquod fuerit extra templum, non est sanctificatum. sic omnis sensus qui fuerit extra diuinam scripturam (quauis admirabilis uideatur quibusdam) non est sanctus, quia non continetur a sensu scripturae, quae solet eum solum sensum sanctificare, quem habet in se, sicut templum proprium aurum. Non ergo debemus ad confirmandam doctrinam nostram, nostros proprios intellectus iurare, id est, affirmare, & quasi testimonia assumere, quos

1. Cor. 1. d.

Zachar. 14. c.

Matth. 21. a.
Zachar. 9. b.

Iob 38. a.
Lib. 28. Mora.
cap. 16.
Astra, angeli.
Gen. 1. a.

Luc. 2. b.

Apocal. 11. a.

Matth. 7. b.

Hieronymus in
Lamentationes
cap. 3.
Auis, dominus.
Ioan. 18. g.
Ioan. 16. f.
Thren. 3. f.
Iob 28. b.
Esa. 46. d.
Aues, angeli,
Hebr. 1. d.
Aurora, ecclesiae.
Greg. lib. Mor.
ral. 4. cap. 15.
Cant. 6. c.
Iob 3. b.

Esa. 26.
Aurora, mens
iusti.
Iob 24. c.
Lib. moral. 16.
c. 29.
Lib. 4. Moral.
c. 26.

Aurora, perfecta
claritas uisionis
internae.
Aurora, sancta
anima.
Osee 11. a.

Gregorius.
Iob 4. 1. d.
Lib. 34. Mora.
cap. 7.
Aurum, intima
diuinitatis claritas.
Cant. 5. c.
Aurum, splendor
supernae ciuitatis.
Apoc. 1. 2. f.
Aurum, charitas.
Apoc. 1. c.
Zona aurea,
amoris uinculum.
Hier. 51. a.
Aurum, nitor gloriae
humanae.
Gen. 3. a.

Aurum, sanctitatis
splendor.
Thren. 4. a.
Aurum, angeli.
Gregorius.
Iob 28. c.
Lib. 28. Moral.
cap. 29.

Aurum, occultus
scripturae
sensus.
Psal. 71. c.
Augustinus.
Aurum, sapientia.
Prouer. 8. b.
Aurum, anima
Christi.
Origenes.
Exo. 25. b.
Esa. 53. c. Et r.
Petr. 2. d.
Templum, scriptura.
Aurum, sensus
scripturae.
Sensus extra scripturam,
non est sanctus.

re, quos unusquisque nostrum intelligit, & secundum ueritatem aestimat esse, ni ostenderit eos sanctos esse, ex eo quod in scripturis continentur diuinis, quasi in templis quibusdam Dei. Stulti ergo, & caeci omnes, qui non cognoscunt, quoniam templum, id est, lectio scripturarum, magnum, & uenerabile facit sensum, sicut aurum sacrum. Et homilia 7. super Iesum Naue, exponens illud, Furatus est linguam auream, & posuit eam in tabernaculo suo. Non puto (inquit) illo furto parui auri tantam uim fuisse peccati, ut tam innumerofam domini ecclesiam macularet. Sed uideamus, ne forte interioris intelligentiae sit tanta, & tam grauis acerbitas ista peccati. Multus decor est in uerbis, & multa in philosophorum, uel rhetorum sermonibus pulchritudo, qui omnes de ciuitate sunt Hiericho, id est, huius mundi homines. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luctu lenti sermonis assertionibus declarata, ista est lingua aurea. Sed uide ne te decipiat fulgor operis, ne te rapiat sermonis aurei pulchritudo. Memento quia Iesus anathema iussit esse omne aurum, quod in Hiericho fuerit inuentum. Si poetam legeris modulatis uersibus, & praefulgido carmine deos, deasque texentem, ne delecteris eloquentiae suauitate, Lingua aurea est, si eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, si introduxeris in cor tuum ea, quae ab illis afferuntur, pollues omnem ecclesiam domini. Hoc fecit infelix Valentinus, & Basilides, hoc fecit Marcion haeretici. Furati sunt isti linguas aureas de Hiericho, & philosophorum nobis non rectas in ecclesias introducere conati sunt sectas, & polluere omnem ecclesiam domini. Et homilia 26. super Numeros: Si dicamus (inquit) propter aurum Deum propitium fieri hominibus, uide quam absurdum, imo quam impium iudicetur. Hoc enim etiam in uiro bono notabile ducitur, si accepto auro ab inferioribus placetur. Quanto ergo magis haec de Deo sentire non conuenit? Vnde puto expositionis huius ecclesiasticae magis constare rationem, quae per auri species indicat i docet animi uirtutes, & honorum operum gesta, quae sola offerri Deo ab hominibus dignum est, & pro quibus solis propitium fieri Deum hominibus decet. Et accepit (inquit) Moses, & Eleazar sacerdos aurum ab omnibus tribubus, & centurionibus, & intulit illud in tabernaculum testimonij, memoriale filijs Israel coram domino. Vides quia quae dicuntur, non ad conspectum uisibilem, sed ad mentis memoriam referuntur. Beatus enim est ille, qui recordatur se boni aliquid operis egisse coram domino, & obtulisse munera beneplacita Deo, animi uirtutes, & ornamenta pietatis.

Quid auster mystice significet.

Cap. XVIII.

Austri nomine, fluxa uiuendi remissio signari potest. Vnde diuus Gregorius lib. 7. Moral. cap. 17. exponens illud Iob, Considerate semitas Themán. Themán quippe (inquit) auster interpretatur. Quid hic per austrum, qui afflatu teporis membra dissoluit, nisi fluxa uiuendi remissio? Ac si aperte diceret: Dana alieni teporis attendite, & tunc spem de aeternis firmius sumitis, si recto cordis oculo, quod in alijs displiceat, uidetis. Et lib. 9. cap. 9. enarrans illud Iob, Et interiora austri. Quid namque (inquit) hoc in loco austri nomine, nisi feruor sancti spiritus designatur, quo dum repletus quisque fuerit, ad amorem patriae spiritualis ignescit: Vnde & sponsi uoce in Canticis Canticorum dicitur: Surge aquilo, & ueni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Austro quippe ueniente, aquilo surgens recedit, quum aduentu sancti spiritus, expulsus antiquus hostis, qui in corpore mentem constrinxerat, deserit, atque hortum sponsi auster perflat, ut aromata defluant, quia nimirum dum sanctam ecclesiam donorum suorum uirtutibus spiritus ueritatis impleuerit, ab ea longe, lateque odores boni operis spargit. Interiora ergo austri sunt, occulti illi Angelorum ordines, & secretissimi patriae coelestis sinus, quos implet calor spiritus sancti. Illuc quippe sanctorum animae, & tunc corporibus exuta, & postea corporibus restituta, perueniunt, & quasi astra in abditis occultantur. Ibi per diem, quasi in meridiano tempore, ardentius solis ignis accendit, quia conditoris claritas, mortalitatis nostrae iam pressa caligine, manifestius uidetur, & uelut sphaerae radius ad spacia altiora se eleuat, quia de semetipsa nos ueritas subtilius illustrat. Ibi lumem intus contemplationis sine interueniente cernitur umbra mutabilitatis, ibi calor summi luminis, sine ulla obscuritate corporis, ibi inuisibiles Angelorum chori, quasi astra in abditis, emicant. Et enarrans illud Iob, Nonne uestimenta tua calida sunt, quum perflata fuerit terra austro? Per austrum inquit, qui nimirum calidus uentus est, non immerito spiritus sanctus designatur, quo quisque, dum tangitur, ab iniquitatis suae torpore liberatur. Vestimenta ergo sanctae ecclesiae calida sunt, dum terra austro perflatur, quia hi, qui ei per fidem inhaerent, feruentibus charitatis studijs inardescunt, dum eorum mens, sancti spiritus afflatu perfunditur. Vel, Nonne uestimenta, &c. quia nimirum tunc uestimenta, id est, auditores, qui iam bene uiuentibus doctoribus inhaerent, calorem superni amoris accipiunt, quum per afflatum sancti spiritus excitantur, ac si aperte beato Iob diceret, In cassum tibi tribuis, si quis per te profecisse in uirtutibus contemplaris, quia si quos per te incaluisse aestimas, nisi eos spiritus sancti feruor attingeret, frigidi in sua insensibilitate remanent. Et diuus Hieronymus enarrans illud Ecclesiasticis, Et si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in locum ubi ceciderit lignum, ibi erit, hoc pacto scribit:

Iob 6. c. Auster, fluxa uiuendi remissio.
Iob 9. a. Auster, feruor spiritus sancti.
Cantic. 4. d. Aquilo anti quis hostis.
Austri interiora, Angeli, & anime.
Iob 37. c. Auster, spiritus sanctus.
Vestimenta ecclesiae per fidem illi adherentes.
Vestimenta auditores.
Hieronymus. Eccles. 11. a.

Scribit: Illud de Abachuc sumamus exemplum, in quo scribitur, Deus de Themán ueniet, quod alij interpretes adiderunt, Deus ab austro ueniet. Et quantum ego existimo, semper in bonam partem accipitur auster. Vnde & in Cantico Canticorum dicitur: Exurge aquilo, id est, recede, & abi, & ueni auster. Lignum igitur quod in hac uita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit incisum, aut peccauit ante, dum staret, & in boreae parte postea ponitur, aut si dignos austro fructus attulit, in plaga facebit australi. Nec est aliquod lignum, quod aut ad aquilonem non sit, aut ad austrum. Hoc idem significat & illud quod scriptum est in Esaia, Dicam aquiloni, Adduc, & Aphrico, noli prohibere. Nunquam enim auro, & orientali uento praecipitur, ut adducant, quia apud alias plagas eos esse oportet, qui ad orientem, & austrum postea deducantur. Aquilo igitur ad austrum adducit, & Aphricus ad orientem, habitatores suos. Nec enim possunt proficere, si in pristinis sedibus perseverent. Et diuus Augustinus ad Honoratum: Diabolus (inquit) & angeli eius a luce, & seruire charitatis auersi, & nimis in superbiam, inuidiamque progressi, uelut glaciali duricia torpuerunt. Et ideo per figuram, tanquam in aquilone, ponuntur. Vnde quum generi humano diabolus incubaret, uentura gratia saluatoris, dicitur in Cantico Canticorum, Exurge aquilo, & ueni auster, perfla hortum meum, & fluent aromata. Exurge, qui irruisti, qui subditis incumbis, qui possessos premis, exurge, ut a tuo pondere eleuati, erigantur, quorum animas premendo curuasti. Et ueni auster (inquit) spiritum inuocans gratiae, flantem de meridie, uelut a parte feruida, & luminosa, & fluent aromata. Vnde Apostolus dicit, Christi bonus odor sumus in omni loco. Hinc etiam dicitur in alio psalmo: Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Captiuitatem scilicet, qua sub diabolo, tanquam sub aquilone, tenebantur, ubi abundante iniquitate, frigerant, & quodammodo congelauerant. Hinc enim & Euangelium dicit, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. At uero flante austro glacies resoluitur, & torrentes fluunt, id est, peccatis remissis, populi ad Christum charitate concurrunt. Hinc & alibi scriptum est, Sicut glacies in sereno, ita soluentur peccata tua. Et exponens uerba antedicti Psalmi, Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro: Peccata (inquit) ligabant nos, quomodo frigus ligat aquam, ne currat. Et illigati frigore peccatorum, gelauimus. Auster autem calidus uentus est. Quando flat auster, liquefcit glacies, & implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hyemalia. Magno enim impetu repentinis aquis impleta, currunt. Gelaueramus ergo in captiuitate, constringebant nos peccata nostra, flauit auster spiritus sanctus, dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus a frigore iniquitatis, tanquam glacies in sereno soluuntur peccata nostra. Curramus ad patriam, quasi torrentes in austro,

Quid baculus, balsamum, baltheus, barba, basesque mystice significant. Cap. XIX.

Baculus dicitur tyrannus, iuxta illud: Vae Assur, uirga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea, id est, uae Sennacherib, quia ipse est uirga, & baculus furoris mei. In manu enim eius indignatio mea, & per illum percutiam gentem fallacissimam, quae inter me semper, & idola claudicauit, quae praecpta mea se facturam esse mentita est &c. Et infra eodem capite, Assur in uirga percutiet te, & baculum suum leuabit super te. Et capite 14. Contriuit dominus baculum impiorum, uirgam dominantium, caedentem populos in indignatione, plaga infanabili, subicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Et capite 36. Ecce confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic est Pharaon rex Aegypti, omnibus qui confidunt in eo. Baculus quoque humanum significat adiutorium. Virga (inquit) tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Virga pertinet ad iustitiam, & fortitudinem domini saluatoris, sicut in Psalmo dicit, Virga aequitatis, uirga regni tui. Baculus ad adiutorium humanum respicit, quo & pes ipse caute defigitur, & totum corpus nisi desuper incumbentium, sustinetur. Hoc uisum sunt patriarchae. Dixit enim Iacob, In baculo meo transiui Iordanem istum. Item in Exodo ait dominus filijs Israel, Renes uestros accipietis, tenentes baculos in manibus. Istis ergo duabus rebus fidelis se asserit consolatum. Vna est districtio, quae conterit uitiosos, altera gubernatio, quae sustinet fidelissimos Christianos. Virga quae percutit, affligit, & uitia nostra iudiciaria seueritate castigat, consolatur fideles, quando eos ad uitam domini, adhibita emendatione perducit. Nam recte consolari dicimus omne quod adiuuat, & si ad tempus nos pro sua districtione contristat. Vnde dicit Apostolus ad Hebraeos: Omnis autem disciplina in praesenti quidem uidetur non esse gaudij, sed moeroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. Baculum autem non est dubium consolari, qui ad opem ferendam humanae imbecillitati semper assumitur.

Balsamum in Iudaea nascitur, iuxta illud: Iuda, & terra Israel, ipsi institores tui, in frumento primo Balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Iuxta spiritualem sensum dicimus non debere terram confessionis, & sensu cernentis Deum, qui refertur ad ecclesiam, g deferre

Abac. 3. a. Auster, semper in bona parte.
Cantic. 4. d.
Esa. 43. a.
Augustinus. Aquilo, diabolus.
Cantic. 4. d.
2. Corin. 2. d. Psal. 125. a.
Match. 24. d.
Eccles. 3. b.
Esa. 10. a. Baculus, tyrannus.
Illuc. e.
Baculus, h. manum adiutorium.
Psal. 22. a. Virga iustitiae, fortitudo.
Psal. 44. b. Gen. 32. c. Exo. 12. b.
Hieronymus in comment.

Triticum, uerbu Dei.
Deuter. 8. a.
Psal. 132. a.
Matth. 7. a.
Balthus, cingulum, castitas est.
Origenes.
Cingulum duplex pontificis.

deferre Tyro primum triticum, quod cadens in terram multiplicatur, & accipitur pro uerbo Dei. Non enim in pane solo uiuit homo, sed in omni sermone Dei. Deinde balsamum quod nascitur in uineis Engaddi, siue unguentum, de quo scriptum est, Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, hæc ferri non debent ad mercatum Tyri, dicente domino. Nolite dare sanctum canibus, neque margaritas uestras mittatis ante porcos.

Balthus, siue zona, cingulum, castitatem designat: Et præcinxit eum (iniquity) zona. Et rursus ait, Et cinxit eum secundum facturam humeralis. ubi scribit Origenes homilia 6. super Leuiticum; Quod est illud duplex cingulum, quo constrictum uult esse ex omni parte pontificem? Constrictus sit in uerbo, constrictus in opere, expeditus ad omnia, nihil remissum, nihil habeat dissolutum. Accinctus sit animi uirtutibus, constrictus sit à corporalibus uitijs, nullum animæ lapsum, nullum corporis timeat. Vtroque cingulo semper utatur, ut sit sanctus corpore, & spiritu. Bene autem & secundum facturam humeralis cingitur. Secundum facta enim sua, & secundum opera sua cingulo uirtutis utitur.

Barba fortes, iuuenes, strenuos, Augustinus.
Psal. 132.

Barba significat fortes, iuuenes, strenuos, impigros, alacres. Ideo quando tales describimus, barbatus homo est, dicimus: Sicut unguentum (inquit Dauid) in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Caput nostrum Christus est, resuscitatus ascendit in cœlum, & uenit spiritus sanctus à capite ad barbam. Illud primum unguentum, id est, spiritus sanctus, descendit in Apostolos, descendit in illos, qui primos impetus sæculi sustinuerunt, ut diuus exponit Augustinus.

Basiliscus, diabolus.
Augustinus.
Psal. 90.
Bases prophetæ, & doctores.

Basiliscus rex est serpentium, sicut diabolus rex est dæmoniorum (inquit Augustinus) de quo per Psalmistam dicitur, Super aspidem, & basiliscum ambulabis. Diabolus aspides est, dum occultè percutit, basiliscus, quum palam uenena disseminat.

Bases prophetas, & doctores sanctos designant, ut diuus scribit Gregorius libro 28. Moralium, capite nono, exponens illud Job, Super quo bases illius solidatae sunt: Quid (inquit) aliud huius terræ bases, quam sanctæ ecclesiæ doctores accipimus? In basibus quippe columnarum, in columnis autem, totius fabricæ pondus erigitur. Non ergo immeritò doctores sancti basium nomine designantur, quia dum recta prædicant, & prædicationi suæ uiuendo concordant, omne pondus ecclesiæ, fixa morum suorum grauitate sustentant, asperas ab infidelibus tentationes ferunt, & quæque in præceptis Dei, uelut difficilia à fidelibus formidantur, exemplis operum facilia ostendunt. Vnde & bene quum in typo ecclesiæ tabernaculum figeretur, ad Moysem dicitur: Facies columnas quatuor, & bases earum uesties argento. Argentum est claritas diuini sermonis, bases ergo argento uestitæ, quatuor columnas tabernaculi sustinent, quia prædicatores ecclesiæ diuino eloquio decorati, ut in cunctis se exemplum præbeant, quatuor euangelistarum dicta & ore, & operibus portant. Possunt per bases etiam prophetæ signari, qui dum primi apertè de dominica incarnatione locuti sunt, quasi quasdam bases eos conspicimus à fundamento consurgere, & superpositæ fabricæ, pondera sustinere. Vnde ad Moysem rursus dominus, quum tabernaculi tabulas erigere præcepit, fundi earum bases argenteas iubet. Quid enim per tabulas, nisi apostoli, extensa in mundum prædicatione, dilatati? Quid per bases argenteas, nisi prophetæ signantur? Qui superimpositas tabulas ipsi firmi, ac fusiles sustinent, quia Apostolorum uita, dum eorum prædicatione instruitur, eorum & auctoritate solidatur. Vnde & coniunctæ duæ bases singulis tabulis supponuntur, quia dum prophetæ sancti in uerbis suis de mediatoris incarnatione concordant, subsequentes prædicatores ecclesiæ, indubitanter ædificant, ut quum à semetipsis non discrepant, illos in se robustius figant. Nec immeritò bases, quibus prophetæ signantur, ut ex argento fundi debeant, præcipitur. Argenti quippe claritas ex usu seruat, sine usu autem, in nigredinem uertitur. Prophetarum quoque dicta ante mediatoris aduentum, quia in usu spiritalis intelligentiæ non erant, dum conspici præ obscuritate, non poterant, quasi nigra remanebant. At postquam mediator ueniens ea ante oculos nostros incarnationis suæ manu terit, quicquid in eis lucis latebat, inclaruit, sensusque patrum præcedentium in usum dedit, quia uerba rebus exposuit. Siue itaque prophetas, seu doctores extremis temporibus subsequentes basium appellatione significet, dicat, Super quo bases illius solidatae sunt, subaudis, nisi super me, qui cuncta mirabiliter teneo, & bonis exterioribus intus principaliter originem præsto?

Exo. 26. d.
Argentum, claritas diuini eloqui.
Colūnae, euangeliste.
Bases, prædicatores.
Bases, prophetæ.
Exo. 26. d.
Tabule, Apostoli.

Quid bestia, bosque mysticè significant,

Cap. XX.

Bestia, diabolus.
Iob 5. d.
Gregorius.
Esaie. 35. c.

Bestia terræ, diabolus dicitur, iuxta illud, Et bestias terræ non formidabis. ubi diuus Gregorius scribit, Callidus quippe aduersarius, bestia terræ dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore peccatorum animas uiolentia crudelitatis effrænatur. Quos enim uiuentes blandiens decipit, morientes sæuiens, rapit. Quo contra de electorum ecclesia per prophetam dominus pollicetur, dicens: Mala bestia non transibit per eam. Illi igitur terræ bestiam morientes timent, qui conditoris sui potentiam uiuentes, non timent. Bene ergo dicitur, Et bestiam terræ &c. ac si apertè diceret: Qui à blandiente modo hoste non uinceris, hunc sæuientem postmodum non timebis. Et eodem in loco dicitur,

dicatur: Et bestia terræ pacificæ erunt tibi, quia maligni spiritus, quum bonorum corda aduersantes deprimunt, hæc nolentes ad amorem domini impellunt. Inde ergo cum deo robustior pax oritur, unde nobis ab aduersarijs durior pugna generatur. Possunt etiam per terræ bestias motus carnis intelligi, qui dum mentem nostram irrationabilia suadendo lacefunt, contra nos bestialiter insurgunt. Sed quum cor diuina sub lege deprimitur, etiam carnis incentiua detumescunt, & si rētan do submurmurant, nequaquam tamen usque ad effectus operum, quasi ad aperti morsus rabiem, exurgunt. Quis enim adhuc in hac corruptibili carne existens, has terræ bestias plenè edomat, quum ille ad tertium cœlum raptus egregius prædicator dicat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Pacificæ itaque sunt bestia, quia motus carnis, & si per desideria palpitant, aperta nos tamen contradictione operis non impugnant. Bestia quoque ob feritatem, regna significant, de quibus scribitur Danielis septimo: Et quatuor (inquit) bestia grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se. Vnde Angelo disserente, dictum est eodem capite: Hæc quatuor bestia magna, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. Bestiis autem dominari spiritaliter est (ut diuus inquit Augustinus, libri primo de Genesi, contra Manichæos) ut omnes affectiones, & motus animi, quos habemus, istis animalibus similes, subditos haberemus, & eorum dominaremur per temperantiam, & modestiam. Quum enim non reguntur isti motus, erumpunt, & pergunt in tœdissimas consuetudines, & per diuersas, perniciosasque delectationes nos rapiunt, & faciunt similes omni generi bestiarum. Quum autem reguntur, & subiiciuntur, omnino mansuescunt, & nobiscum concorditer uiuunt. Et hæc est hominis uita beata, atque tranquilla, quum omnes motus eius rationi, ueritati, consentiunt. Et libro septimo quaestionum super Iudicum, quaestione decima septima, exponens illud Exodi, Et multiplicentur in te bestia feræ: Ne multiplicentur (inquit) &c. mirum si non bestiales quodammodo cupiditates, & libidines intelligi uoluit, quæ solent de repentino successu terrenæ felicitatis existere. Neque enim Deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat, uel perdere, uel pasci potius non permittere.

Boum nomine in sacra scriptura aliquando hebetudo fatuorum, aliquando bene operantium uita designatur. Hebetudo fatuorum figuratur, quum dicitur, Statimque eam sequitur quasi bos ductus ad uictimam. Vita autem uniuersusque operantis exprimitur, quum dicitur, Non alligabis os boui trituranti. Quod apertè rursus dicitur, Dignus est operarius mercede sua. Vide & in dictione Asinus. Et Iob: Aut mugiet (inquit) bos, quum ante præsepe plenum steterit? Bos est, quem intra sanctam ecclesiam ad prædicationis officium suscepti ordinis iugum premit. Pabulum autem bouis est interna refectio populi fidelis. Et diuus Hieronimus, exponens illud Abacuc, Et non erit armētum in præsepibus; Boues (inquit) non erunt in præsepibus, quia ubi plena sunt præsepia, manifesta est fortitudo bouis. Bos, operarius est, bos domini sustentans iugum, bos in cuius uestigiū qui seuerit, beatus est. Omnia hæc auferentur à populo, quia iniquè egit in Deū creatorē suū. Et exponens illud Ioel, Mugierunt greges armētū, pro quo lxx. habet, Fleuerunt armenta bouū &c. De his (inquit) dicitur, qui propter simplicitatē, boues uocantur, & oues. De quorum pascuis saluator loquitur, Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Et in Esaia capite primo: Bos (inquit) iuxta anagogem, refertur ad Israël, qui legis portauit iugum, & mundum animal est. Vide in dictione Asinus. Et Augustinus in Ioan-nem, capite secundo: Boues intelliguntur, qui nobis scripturas sanctas dispensauerunt. Boues erant Apostoli, boues erant prophetæ, unde dicit Apostolus, Boui trituranti, os non infrænabis. Nūquid de bobus pertinet ad dominum? An propter nos dicit? Propter nos enim dicit, quia debet in spe qui arat, arare, & triturans in spe participandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoria scripturarum. Non enim de suo dispensauerunt, quia gloriam domini quaesierunt. Qui uero ipsis scripturis fallunt populos, à quibus quaerunt honores, uendunt boues, uendunt & oues, id est, ipsas plebes diabolo.

Quid botrus, brachiumque mysticè significant.

Cap. XXI.

Botrus, Christus.
Origenes.
Cant. 1. d.

Botrus uuae, Christus est. Vnde Origenes homilia 2. in Cantica Cantorum, exponens illud, Botrus Cyperi, fraternus meus mihi in uineis Engaddi: Sic ergo (inquit) erit historicus sensus sponsæ loquentis ad adolescentulas, ut intelligatur, dicens: Primo quidem: Nardus mea odorē mihi sponsi mei reddit. Secundo uero: Alligamentum guttæ effectus est fraternus meus mihi, demorans inter media ubera mea. Tertio: Botrus Cyperi ex uineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus, & floribus suauitatis, quo scilicet audientes hæc adolescentulæ, magis, ac magis ad charitatem sponsi concitentur, & amorem. Idcirco autem singulatim, & per ordinem nominat, ut per eos gradus quosdam profectus doceat charitatis. Sed uidemus iam quid spiritalis habeat intellectus. Si quidem hic, qui appellatur botrus, ad fructum uitis referendus est, uerbum dei accipimus, sicut sapientiam, & uirtutem, & thesaurum sciētiae, aliaque multa, ita & uitam ueram dici. Sicut ergo his, quibus efficitur sapientia, & sciētia, non ad subitum, sed per profectus quosdam, & gradus pro-

gij studijs,

studij, & intentione, ac fide eorum, qui ei uel in sapientia, uel in scientia, uel in uirtute participant, sapientes eos, & scientes reddit, uigentesq; uirtutibus: ita & in quibus uitis uera efficitur, non eis ad summum maturos botros producit, & dulces, nec repetit eis efficitur uinum suauae, & lactificas cor hominis, sed primo produxit eis suauitatem tantummodo odoris in florem. Botrus hic florens esse memoratur in uinceis Engaddi, ut gratia fragrantiae ipsius iniiciatur in inijtjs animae, ut post haec pati possit acerbis tribulationum, & tentationum, quae propter uerbum Dei, credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius dulcedinem praebet, usq; dum perducatur eos ad torcularia, ubi effunditur sanguis uuae, sanguis noui testamēti, qui bibatur in die festo in superioribus, ubi fratrum meum paratum est. Vel certe quoniam de uinceis Engaddi botrus hic florens nominatur esse. (Engaddi autem interpretatur oculus tentationis meae) si quis est, qui intellectum habere potest, quomodo tentatio est uita hominis super terram, & intelligit quomodo quis in deo eripitur a tentatione, & qui agnoscit qualitatem tentationis suae, ita ut possit de ipso dici, quia in his omnibus non peccauit labijs suis coram Deo, huius botrus Cyperi de uinceis Engaddi efficitur uerbū Dei. Et Augustinus in enarratione psalmi 8. Verbum (inquit) diuinum potest uua intelligi. Dicitur enim & dominus, & botrus uuae, quem ligno suspensum, de terra promissionis, qui praemissi erāt à populo Israël, tanquam crucifixum attulerūt. Verbum itaq; diuinum, quū enunciationis necessitate usurpat uocis sonū, quo in aures peruehatur audientium, eodem sono uocis, tanquā uinacis, intellectus tanquam uinū includitur: sic uua ista in aures uenit, quasi in calcatoria torculariorū.

Brachium in scriptura, bonam operationem designat. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Et brachium meum cum suis ossibus contera: ur, exponit ac si diceret: Si ea, quae dixi, operari renui, ipsum, quod mihi ad operandum datum est corporis membrum, perdam, ut uidelicet cadat à corpore, quod exercere nolui ad utilitatem, quia nimirum cuncta nostra operatio, quū quibuslibet uideatur esse fulta uirtutibus, soluitur, nisi per charitatis uinculum, patientia cōseruetur. Et exponens illud Iob, Et brachium excelsum conteretur: Excelsum (inquit) brachium conteritur, quando praedicata fidei gratia, superba legis operatio reprobatur, quum dicitur, Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Brachium praeterea pro robore dicitur, quoniam ipso dimicante, pugnat. Dextera significat prosperam partem, brachiū, fortitudinem, illuminationē, cōsiliū, quae dominus praeriantibus confert, quando uictoriam donare dignatur (ut inquit Hieronymus, exponens illud Threnorum, Firmauit dexteram suam quasi hostis.) Dextera enim Dei patris, unigenitus filius est, per quem & solatium, & defensionem fidelibus suis praestat.

Quid bruchus, butyrū ue, buxusq; mysticè significant. Cap. XXII.

Bruchus (ut diuus Hieronymus, exponens illud Naū 3. Bruchus expansus est, & auolauit) est homo per uiam latam ambulans: Dubitare (inquit) non poteris, multitudinem hominum, quae per latam uiam pergens, uersatur in mundo, bruchum dicere, quum uideris eos totos terrae deditos, sententiae leuitate huc, illucq; discurrere, & ad sublimiora uolare nō posse. Bruchus nihil aliud facit, nisi semper in terra sit, & absq; alio cibo, & uentri seruiat. Bruchus imperitiae multitudinē, & innumerabili comparatur. Et exponēs illud Ioel, Residuum locustae comedit bruchus: Bruchum (inquit) Maccdonas interpretantur, & omnes Alexandri successores, maximeq; regem Antiochum, cognomento Epiphanes, qui instar bruchi sedit in Iudaea, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, sub quo Maccabaeorum bella narrantur. Bruchum quoq; eodem in loco pauorem, & futurorum metum radices sapientiae deuorantem exponit.

Butyrum bonorum operū pinguedinem significat. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Quando lauabam pedes meos butyro, hoc pacto scribit: Butyro pedes lauantur, quia praedicatorum sancti, bonorum operum pinguedine replentur. Vix enim ipsa praedicatio sine aliquo transatur admissio. Nam quilibet praedicans, aut ad quantulacūq; indignationem trahitur, si contēnitur, aut ad quantulacūq; gloriam, si ab audientibus ueneretur. Vnde & Apostolis pedes loti sunt, ut à quolibet paruo contagio in ipsa praedicatione contracto, quasi quodam itinere collecto puluere, mūdaretur. Et beatus Iacobus dixit, Nolite magistri plures fieri fratres mei. Et paulo post, In multis enim offendimus omnes. Pedes ergo lauatur butyro, quia pinguedine boni operis infunditur, atq; mundatur collectus puluis, de gloria praedicationis. Vel certe butyro pedes lauantur, dū sanctis praedicatoribus debita ab audientibus stipendia conferuntur, & quos fatigat iniunctae praedicationis labor, exhibita à discipulis pinguedo boni operis fouet, non quod ideo praedicerent, ut alatur, sed ideo alatur, ut praedicerent, id est, ut praedicare subsistant, non ut ad intentionem sumendi uictus transeat actio praedicationis, sed ad utilitatem praedicationis deseruiant ministeria sustentationis. Vnde per Paulum dicitur, Non quaero datum, sed requiro fructū. Datū quippe, est res ipsa, quae impeditur, fructus uero dati, est si benigna mēte futurae mercedis studio aliquid impendat. Fessos pedes butyro unxerat ille, qui audiebat, Viscera sanctorum requieuerūt per te frater. Hoc butyro unctus

unctus fuerat pes, qui in catena tenebatur, dicens: Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigerauit, etiā catenam meam nō erubuit. Si autem sentire ista ex uoce solius corporis debemus, nimirum pedes ecclesiae sunt inferiorum operum ministri, qui dū ad usus necessarios ea quae sunt exterius exercent, per extremum ministerium, uelut pedes, terrae inhaerent. Sed debent hi, qui praesunt, qui doctrinae studio inuigilant, solerti cura occupatorum corda requirere, eisq; eā, quam ipsi uocando percipiūt, crebrae admonitionis uoce, infusionē pinguedinis ministrare. Quamdo igitur sancti doctores quibusdam ad extrema ministeria deditis, unctionem dominicae incarnationis praedicant, butyro eloquij pedes lauant. Solent etiam pedes ipsa itineris asperitate lacerari. Et quia omnino difficile est in terrenis actionibus huius uitae iter agere, & nulla ex labore itinēris uulnera sustinere, uigilanter praepositi auditores suos, curis exterioribus inuentos, ad cor reuocant, ut quae inter ipsa illicita opera admiserūt mala, cognoscant, & quae cognouerint, desinant. Butyro lauant, quia eorum uulneribus poenitentiae unguenta subministrant. Buxus (ut diuus ait Ambrosius) elementorum apicibus utilis exprimendis, leui materia usum manus puerilis informat. Vnde ait scriptura: Scribe in buxo. Simul ut admoncat te ipsa materia, quae semper uret, nec unquam folijs exiuit suis, ne unquam spei tuae dissimulatione nuderis, sed semper tibi per fidem germinet spes salutis.

Quid cadauer, calamus, calculusq; mysticè significant. Cap. XXIII.

Cadaueris nomine, corpus domini mysticè dicitur (ut diuus ait Gregorius, exponens illud Iob, Et ubicunq; cadauer fuerit, statim adest, nempe aquila) hoc enim pacto scribit: Cadauer à casu dicitur, & non immeritò corpus domini, propter casum mortis, cadauer uocatur. Quod autem hic de hac aquila dicitur, Et ubicunq; &c. hoc de egredientibus animabus fieri, ueritas spōdet, dicens: Ubicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilae. Ac si aperte dicat, quia caelesti sedi incarnatus redemptor uester praesideo, electorum quoq; animas, quum carne soluero, ad caelestia subleuabo. Potest & aliter intelligi. Omnis enim qui in peccati mortem ceciderit, non inconuenienter poterit cadauer uocari. Quasi exanimis namq; iacet, qui iustitiae uiuificantem spiritum non habet. Quia ergo sanctus quisq; praedicator, ubi peccatores esse cōsiderat, illuc anxie peruolat, ut in peccati morte iacentibus, lucem uiuificationis ostendat, bene de hac aquila dicitur, Ubicunq; cadauer fuerit, statim adest, id est, illuc tendit, ubi utilitatem praedicationis prospicit, ut ex eo quod iam spiritualiter uiuit, alijs in morte sua iacentibus profit, quos corripiendo quasi edit, sed ab iniquitate ad innocentiam permutado in sua membra, quasi edendo conuertit. Esca quippe iustorum, est cōuersio peruerforū, de qua dicitur, Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Et diuus Hieronymus enarrans illud euangelicum, Ubicunq; fuerit corpus &c. Per corpus (inquit) id est, cadauer, passionē Christi intelligere possumus, ad quā prouocamus, ut ubicunq; in scripturis legitur, congregemur, ut per illam uenire possimus ad uerbum Dei, ut est illud, Foderūt manus meas, & pedes meos. Et in Esaia, Sicut ouis ad uictimā ductus, & caetera his similia. Aquilae autem appellantur sancti, ut dictum est in dictione, Aquila.

Calamus uitam significat saecularium, & Iudaeorum regnum, & uerbi aeternitatem, & scripturam doctrinam, & nitorem gloriae temporalis, ut dictum est in dictione, Arundo. Calamus (ut inquit Hieronymus, exponens illud Esaia, Calamus, & iuncus marcescet) iuxta tropologiam est sermo uacuus, & nihil in se solidum habens, & papyrus uidetur quidem habere medullam, & nō esse uacuum, & tamen fragilis est, citoq; marcescit. Et diuus Augustinus exponens illud psalmi, Increpa seras calami: Feræ calami sunt, quoniam scripturarum sensum pro suo errore peruertunt. Per calamum quippe tam conuenienter scripturae significantur, quam sermo per linguam, secundum quod dicitur lingua Hebraea, uel Graeca, uel Latina, uel alia quaelibet, per efficiētē scilicet id quod efficitur. Usitatum est autem in latino eloquio, ut scriptura stilius uocetur, quod stilo fiat: ita ergo & calamus, quod calamo fiat. Dicit Apostolus Petrus, indoctos, & instabiles peruertere scripturas ad proprium suum interitum. Haec sunt feræ calami, de quibus hic dicitur.

Calciamentum, siue calciamēta Dei, mysticè significare incarnationem, iam dictum est in altero libro. Et Origenes homilia unica supra librū regnorū: Sic dicitur (inquit) ad Moysen, Solue corrigiā calciamēti tui. Locus enim in quo tu stas, terra sancta est. Et quid? Putamus q; in his nō aliquid mysterij obiectū sit? Sed quia Deus execrabat calciamenta Moysi corporalia, ideo haec iubebat? Aut quid magis putandū est, q; quū exiret de terra Aegypti, habebat calciamēta de pellibus mortuis, & erat uelut quadam mortalitate constrictus: quum uero cepit proficere ad uirtutē, & ascendere in montem Dei, atq; ibi immortalibus ministrare mysterijs, tunc dicitur ad eū, ut indicia mortalitatis abijceret, quae in calciamentis pelliceis designantur. Ego puto, quod propterea & Apostolis suis saluator praecipit, ne haberent calciamenta in pedibus suis, ut ipsorum pedes, qui currebant ad annūciandam uitā aeternā, omni carerēt mortalitatis indicio. Quippe qui illā uiam incederent, & Luc. 13. c.

Psal. 103. b.

Matth. 26. c. Engaddi, oculus tentationis meae.

Iob 7. a.

Psal. 17. d.

Iob 1. d.

Augustinus.

Vua, uerbū dei.

Botrus, Christi.

stus.

Niam. 13. e.

Gregorius.

Iob 31. c.

Brachiū, bona operatio.

operatio.

Iob 38. b.

Roman. 3. c.

Brachiū, robur.

Dextera, prospera pars.

Thren. 2. b.

Hieronymus.

Dextera, Dei filius.

lius.

Hieronymus.

Bruchus, imperita multitudo.

Ioel 1.

Bruchus, Maccdonas.

Bruchus, pauor.

Gregorius.

Iob 23. a.

Butyrum, bonorum operū pinguedo.

Ioan. 13. b.

Iacobi 1. a.

Butyrum, debitum stipendiū.

Philip. 4. d.

Ad Philem. b.

Butyrum, incarnationis dominice unctio, siue eloquium.

Butyrū, poenitentiae unguentum. Lib. 3. Hexaemic. rōn. cap. 13.

Esa. 30. b.

Cadauer, corpus Christi. Iob 39. d.

Matth. 24. c. Cadauer, qui in peccati morte cecidit.

Esca iustorum, peruerforū conuersio. Ioan. 6. c.

Matth. 24. c. Cadauer, Christi passio.

Psal. 21. d. Esa. 53. c. Esa. 19.

Calamus, sermo uacuis. Psal. 67. Augustinus.

Calamus, scriptura. Stilus, scriptura. 2. Petr. 3. d.

Origenes. Exo. 3. b.

Calciamenta, mortalitatis indicia. Matth. 10. b.

Luc. 13. c.

Ioh. 14. a. Calculus, uerbu Dei. Esa. 6. b. Exo. 4. f. Iosue 5. a. Apoc. 2. c. z. ap. 8. carbo. z. ap. 10. q. car. humulus. Exo. 28. c. Carbunculus, lucens doctrina. Psal. 11. b. Psal. 18. Caligo, mentis confusio. Iob 3. a. Ecc. 4. r. Roman. 6. d. Caligo, peccatum. Iob 23. b. Caligo, tetatio. Gen. 15. c. Caligo, infidelitas. Iob 28. a. Esa. 51. f. & g. Calix, furor, ira Hieronymus. Psal. 74. b. Hierem. 25. d. Calix, passio. Matth. 26. d. Psal. 115. a. Matth. 20. c. Lucae 22. b. Psal. 74. b.

quæ dixit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo enim uiam uitæ cū mortalitatis indicio incedit. Calculus est uerbum Dei. Vnde Hieron. ad Damasum papam, exponens illud, Et in manu eius calculus, quæ forcipe tulerat de altari: Calculo (ait) uidetur mihi sermo diuinus signari. Sicut enim calculus genus est lapidis durissimi, & rotundi, & omni puritate leuissimi: ita sermo Dei, qui neq; hæreticorum, neq; omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur. De hoc calculo Sephora filium circumcidit, & Iesus populum purgat à uitijs. Et in Apocalypsi dominus pollicetur uincens, ut accipiant calculum, & scribatur super eum nomen nouum. Videtur autem mihi & septuaginta in eo quod *z. ap. 8. carbo. z. ap. 10. q. car. humulus.* id est, carbonē, transfulerunt, idem sensisse quod coeteri (nēpe Aquila, & Theodotion) *z. ap. 8. carbo. z. ap. 10. q. car. humulus.* quippe, quæ & nos carbunculum interpretamur) genus est lapidis fulgidi, atq; nitentis, quem etiam in duodecim lapidibus inuenimus. Siue igitur calculū, siue carbunculum lapidem accipimus, in calculo diuini sermonis ueritas, & rigor, in carbunculo lucens doctrina, & manifesta monstratur. Eloquia enim domini, eloquia casta, argentū igne examinatum, probatū terræ, purgatum septuplum. Et alibi, Mandatum domini lucidum, illuminans oculos,

Quid caligo, calixq; mysticè significant. Cap. XXVIII.

Caligo confusionem mentis nostræ designat. Vnde diuus Gregorius libro Moralium quarto, capite 21. exponens illud Iob, Occupet eum caligo, hoc pacto scribit: Quia enim in caligine oculus confunditur, ipsa per poenitentiam mentis nostræ confusio, caligo nominatur. Nā sicut caligo nebulosa congerie obscurat diem, ita confusio, perturbatis cogitationibus, obnubilat mentem, de qua per quendam dicitur: Est confusio adducens gloriam. Quam enim ad mentem malè gesta poenitendo reducimus, graui mox mœrore confundimur. Perstreptit in animo turba cogitationum, mœror conterit, anxietas deuastat, in ærumnam mens uertitur, & quasi quodam nubilo caliginis obscuratur. Hæc namq; caligo confusionis, eorum mentem salubriter oppresserat, quibus Apostolus dicebat, Quem enim fructum habuistis tūc in illis, in quibus nūc erubescitis? Hūc ergo peccati diem caligo occupet, id est, blandimētum nequitiæ, afflictio poenitentiæ, digno mœrore perturbet. Caligo quoq; peccatū significat. Vnde diuus Gregorius libro Moralium 16. exponens illud Iob, Nec faciē meā operuit caligo, hoc modo scribit: Qui enim semper diuinæ fortitudinis pōdus aspexit, eius cordis faciē caligo peccati nō operuit. Et notandū qd ipse priora denūcians, nequaquā ait, Faciē meā nō tetigit, sed nō operuit caligo. Sæpe enim etiā corda iustorū subortæ cogitationes poluunt, terrenarū rerū delectationibus tanguntur, sed dū citius manu sanctæ discretionis abigunt, festinè agitur, ne cordis faciē caligo tentationis operiat, quæ hanc iam ex illicita cogitatione tægebat. Nam sæpe in ipso orationis sacrificio importunæ se cogitationes ingerūt, quæ hoc rapere, uel maculare ualeant, quod in nobis deo flentes immolamus. Vnde Abraham quū ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperent, abegit. Sic nos quum in ara cordis holocaustū Deo offerimus, ab immundis hoc uolucris custodiamus, ne maligni spiritus, & peruersæ cogitationes rapiāt, quod mens nostra offerre se domino utiliter sperat. Caligo præterea est nebulositas infidelitatis, iuxta illud Iob, Lapidē quoq; caliginis, & umbrā mortis diuidit (siue diuidet) torrens à populo peregrināte, dicēte Gregorio: Quid durus ille perfidus Iudæorū populus, qui autorē uitæ per fidem uidere noluit, quæ per prophetiam prædixit, nisi lapis caliginis fuit, quia & crudelitate durus est, & infidelitate nebulosus? Et umbra mortis, id est, diaboli, cuius ille populus, umbra extitit, Diuidet torrens, id est, ignis tremendi iudicis. A populo peregrinante, id est, à sorte electorum, qui peregrini, & hospites sunt super terram.

Calix, est furor, siue ira domini, iuxta illud Esaia, Confurge Hierusalē, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius. Vsq; ad fundū calicis soporis bibisti, & potasti usq; ad faces. Hic est calix (inquit Hieronymus) de quo in psalmis legimus, Calix in manu domini uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in illud, uerū tamen fæx eius nō est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. De quo & ad Hieremiam Deus loquitur, Sume calicem uini meri de manu mea, & propinabis cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Et bibent, & uoment, & infantiēt à facie gladij, quem ego mittam in medio eorum. Et notandum quod calix iste furoris domini gladius eius sit, qui in medio mittitur peccatorum. Calicem quoque in scripturis diuinis passionem intelligimus, iuxta illud, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Et in Psalmo, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Statimq; infert quis iste sit calix: Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. De hoc passionis, ac martyrij calice, dominus ait, Potestis bibere calicē, quem ego bibiturus sum? In Luca legimus duos calices, quibus discipulis propinauit. Vnum primi mensis, & alterum secundū, ut qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter poenitentes hoc dum comedat, ut inquit Hieronymus Matthæi 26. Et diuus Hieronymus in cōmentarijs Osee 2. capite, exponēs illud Psalmistæ, Calix in manu domini &c. Duos (inquit) calices legimus, & inclinauit ex hoc

ex hoc in illū, de iustitiæ calice in calicē misericordiæ, & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Si iniquitates (inquit) obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Et diuus August. lib. de doctrina Christiana 3. cap. 25. Sunt (inquit) quæ incertum sit, in quam partem accipi debeant, sicut, Calix in manu domini &c. Incertū est enim, utrum iram Dei significet, non usq; ad nouissimam poenam, id est, usq; ad facem, an potius gratiam scripturarum, à Iudæis ad gentes transeuntem, quia inclinauit ex hoc in hoc, remanētibus apud Iudæos obseruationibus, quas carnaliter sapient, quia fæx eius non est exinanita. Diuus quoq; Augustinus in enarratione eiusdem uersus: Calix (inquit) uini meri plenus mixto, uidetur mihi esse lex, quæ data est Iudæis, & omnis illa scriptura ueteris (quod dicitur) testamenti, ubi sunt pondera omnium sententiarum. Nam sibi nouum absconditum latet testamentum, tanquam in facie corporalium sacramentorum. Circūcisio carnis, magni sacramenti res est, & intelligitur ex eo circumcisio cordis. Templum Hierusalem illud, magni sacramenti est res, & intelligitur ex eo corpus domini. Terra promissionis, intelligitur regnū cœlorū. Calix uero in manu domini, id est, in potestate domini, uini meri, id est, legis synceræ, plenus est mixto, id est, cū fæce corporaliū sacramentorū. Et quia hūc humiliat, superbū Iudæum, & hunc exaltat, confitentē gentilem, inclinauit ex hoc in hūc, id est, inclinauit legē à Iudaico populo in gentilem populum. Eliquatus est inde spiritalis intellectus. Veruntamen fæx eius nō est exinanita, quia omnia sacramenta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bibent omnes peccatores terræ, id est, Iudæi, qui erant peccatores, sed superbi: gentiles autem erant peccatores, sed humiles, sed uide qui facem, qui uinū bibent. Etenim illi bibendo facem, euauerunt: isti bibendo uinum, iustificati sunt.

Quid camelus mysticè significet. Cap. XXV.

Cameli nomine (ut diuus ait Gregor.) dominus designatur, sicut ab eodem domino Iudæis caduerantibus dicitur, Liqueat culicem, camelū autē glutietes. Culex enim susurrando uulnerat, camelus autem sponte se ad suscipienda onera inclinat. Liqueauerunt ergo Iudæi culicem, quia seditiosum dimitti latronem petierunt. Camelum uero glutierunt, quia eum, qui ad suscipienda nostra mortalitatis onera sponte descenderat, extinguere clamando conati sunt. Rursum cameli nomine populus gentilis exprimitur. Vnde & Rebecca ad Isaac ueniens, dorso cameli deducitur, quia ad Christum ex gentilitate ecclesie properans, intortis, uitiosisq; uitæ ueteris conuersationibus inuenitur. Quæ uiso Isaac, descendit, & ab elatione celsitudinis ima humilitatis petiuit. Quæ & uerecundata, pallio uelatur, quia coram illo ex antea facta uita, confunditur. Vnde & per Apostolum eisdem gentibus dicitur: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Per camelos igitur, fortes moribus, atq; onustos idolorum cultibus, gentilium populos sentiamus. Quia enim ex semetipsis sibi inuenerunt Deos, quos colerent, quasi à semetipsis eis onus in dorso excreuerat, quod portarent. Potest etiā per camelos, quia cōmune est animal, Samaritanorū uita signari. Cameli namq; rumināt, sed nequaquā unguam findūt, Samaritani quoq; quasi rumināt, quia ex parte legis uerba suscipiunt, & quasi unguam non findunt, quia eam pro parte contemnant. Qui & graue onus in dorso mentis tolerant, quia in omne quod faciunt, sine spe æternitatis elaborant. Fidem quippe resurrectionis nesciūt. Et quid esse grauius, atq; onustius potest, quam afflictionem sæculi prætereuntis agere, & nequaquam ad reuocationem mentis, gaudia remunerationis sperare? Diuus quoq; Hieronymus lib. 17. in Esaia, hoc pacto scribit, enarrans illud, Inundatio camelorum operiet te: Diues ille (inquit) qui instar cameli portabat in euāgelio diuitiarū pondera, & camelus erat, noluit domini audire cōsilia, nec exonerari, ut abiecta sarcina, alis columbæ uolaret ad cœlum, propterea tristis abiit. Et de istiusmodi camelo saluator loquitur, Facilius est camelum per foramen acus trāsire, quàm diuitem in regnum cœlorum. Difficultatem rei proposuit, nō impossibilitatem. Deniq; sanctæ memoriæ mater tua Paula, fraterq; Pammachius, per foramē acus, hoc est, per arctam, & angustam uiam, quæ ducit ad uitā, trāsierunt in regna cœlorum, latam uiam cum sarcinis relinquentes, quæ ducit ad tartarū. Et exponens illud Zachariæ, Et sic erit uina equi, & muli, & cameli: Dicamus (inquit) camelos omnes peccatores esse, qui graui peccatorū sarcina deprimuntur, & uidentur sibi sanctas scripturas legere, sed unguam non findunt, ruminantes eloquia diuina, & ea quæ scripta sunt, negligēt. Rectius autem camelus dici potest populus Iudæorum, qui & ipse legem Dei meditatur, & eam ruminat, & uoluit in pectore, sed non diuidit unguam, ut credat in patrē, & in filiū, & in eo immūdus est, quod nequaquā separat literā à spiritu, umbram à ueritate, & portat legis onera, & audit per prophetā, Væ gens peccatrix, populus plenus delictis. De istiusmodi camelo, qui ruminat, unguamq; nō findit, & in Prouerbis, quasi ad filiū dicitur, Qui reliquit custodiē disciplinā p̄ris, meditabitur eloquia mala. Et exponēs illud euāgelicū, Excolātes culicē, camelū autē glutietes: Camelū (inquit) puto esse secūdū sensum præsentis loci,

Calix iustitiæ: Psal. 119. a. Calix, ira. Psal. 74. b. Vinum merum, lex syncera. Fæx, corporalia sacramenta. Lib. 1. Moral. cap. 14. Matth. 23. c. Camelus, dominus. Culex, seditiosus homo. Gen. 24. Camelus, populus gentilis. Rom. 6. d. Camelus, Samaritanorū uita. Hieronymus. Esa. 60. a. Matth. 19. c. Matth. 19. c. Foramen acus, arcta uia. Zacha. 14. c. Camelus, peccator. Camelus, Iudæorum populus. Esa. 1. a. Prouer. 24. Matth. 23. c.

& magnitudinem praeceptorum, iudiciū, & misericordiam, & fidem. Culicem autē decimas mentis, anethi, & cymini, & reliquorū uiliū holerum. Hæc cōtra præceptū Dei, quæ magna sunt, deuoramus, atq; negligimus, & opinionē religionis in paruis, quæ lucrū habent, diligentia demōstramus. Et diuus Aug. lib. quæst. euāg. cap. 47. Quid est (inquit) quod ait, Facilius est camelū per foramen acus transire, q̄ diuitem intrare in regnū Dei? Diuitem hic appellat cupidū rerū tē, oralium, & de talibus superbientem. Camelū autē nomine, se intelligi uoluit, quia humilitatus, onera sustulit. In quo enim manifestius intelligitur, q̄ in ipso, quod scriptum est, Quanto magnus es, humilia te in omnibus? Per acum autē punctiones significat, id est, dolores in passione susceptos. Sensus est autē, facilius Christū pati pro dilectoribus sæculi, q̄ dilectores sæculi ad Christū posse conuertere. Quod autē ait, Quæ impossibilia sunt &c. ita accipiendū est: Possibile est Deo, ut per uerbū eius, sicut & iam factū esse, & etiam quotidie fieri uidemus, à cupiditate tēporaliū, ad charitatē æternorū, & à pernicioſa superbia, ad humilitatē saluberrimā cōuertantur. Et lib. 1. cap. 35. Quod dominus dicit, Excolātes culicem, refertur ad id quod dixit, Decimare illos minuta quæq;. Camelū glūtientes, refertur ad id, quod dixit, Præteritis grauiora legis, misericordiā, & iudiciū, & fidem: ut iste sit sensus, Minima obseruatis, maxima contēnitis. Ex hac enim puerſitate etiā eis illud accidit, quo possunt hæc per allegoriam referri, ut dimitterent Barrabam, quia uidelicet ipse nō soluerat sabbatum, quod magna diligentia carnaliter obseruabant. Occiderunt autem dominū, spiritualiter sabbatū insinuantem per misericordiā, & iudiciū, & fidem, quæ illi maximè contemebāt. Nam & culicis nomine non absurdè figuratur seditiosus homicida, quia hoc animal & strepēdo inquietat, & sanguine delectatur, & camelū nomine propter humilitatē se ad subeunda onera submittentis propter magnitudinem, intelligitur congruenter dominus.

Quid caminus, campus, candelabrum, canisq; mysticè significant.

Cap. XXVI.

CAminus est adulantiū lingua, & passio tribulationis, ut diuus ait August. exponēs illud Psal. Auertantur statim erubescētes, qui dicūt mihi, Euge euge. Duo sunt (inquit) genera persecutorum, uituperantiū, & adulantiū. Plus persequitur lingua adulatoris, quā manus interfectoris. Nam & ipsam caminū dixit scriptura. Certē quū de persecutione loqueretur, scriptura dixit, Tanquam aurū in fornace probauit illos, de martyribus interfectis, & sicut holocausti hostiā accepit illos. Audi quia & lingua adulantiū talis est: Probatio (inquit) argenti, & auri, ignis: uir autē probatur per os laudantiū eum. Argētū (inquit) & auri. Ignis ille, ignis & iste, de utroq; te saluū oportet exire. Fregit te reprehētor, fractus es in fornace tāq; uas fictile, formauit & uerbū, & uenit tentatio tribulationis. Illud quod formatū est, oportet ut coquatur. Si bene formatū est, accedit ignis, ut firmet. Vnde ille dicebat in passione, Aruit tanq; testa uirtus mea. Passio quippe, & caminus tribulationis fecerat fortiorem. Rursus si lauderis ab adulantibus, & assentantibus, & annueris eis ueluti emens oleum, non tecū portans, sicut quinq; uirgines insipientes, erit caminus fracturæ tuæ etiā os laudantiū te, sed sine his non possumus, necesse est ut intremus in hæc, & exeamus inde, intremus in uituperationem aliquā malorū, & improborū, intremus & in assentationem aliquam adulatorū, sed exire inde opus est. Rogemus eū de quo dictū est, Custodiat dominus introitū tuū, & exitum tuum, ut intrās integer, sic exeas integer. Ait enim & Apostolus: Fidelis est Deus, qui non uos sinat tentari supra quā potestis. Audistis ingressum, audite & exitū. Sed faciet cum tentatione etiā exitum, ut possitis tolerare.

Campus est carnis uoluptas, & lata uia, quæ ducit ad interitum, ut diuus ait August. enarrans illud Psalmistæ. Insuper & pecora campi: Pecora (inquit) campi, cōgruentissimè accipiuntur homines in carnis uoluptate gaudentes, ubi nihil arduū, nihil laboriosum ascendūt. Cāpus est enim etiā lata uia, quæ ducit ad interitum. Et in campo Abél occiditur. Quare metuendum est, ne quisq; descendens de montibus iustitiæ Dei (iustitia enim (inquit) tua, uelut mōtes Dei) latitudines, & facilitates uoluptatis carnalis eligens, à diabolo trucidetur. Item campi sunt populi iusti, ut idem Aug. ait, enarrans illud Psalmistæ. Et campi tui replebuntur ubertate: Campi (inquit) propter æqualitatem dicti sunt populi iusti. Et exponens illud Psalmistæ, Gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis sunt: Omnes (inquit) lenes, omnes mites, omnes æqui, campi sunt Dei.

Cādelabrū aureū, est lex Moysi, ut inqt Hier. exponēs illud Zachar. Et ecce cādelabrū aur. tot. &c. Cādelabrū aureum, legē interpretantur Hebræi. Lampadem autē, id est, flammā in uertice cādelabri lucentē, atq; fulgentē, Christū, qui caput legis sit, & omnē mundū illuminet. Septē lucernas super cādelabrū, septē gratias spiritus sancti. Nulli enim dubiū, quin lex, spiritu sancto dicta, te, cōscripta sit. Septē autē infusoria, in quibus oleū sit, quod mittatur in lucernas, quæ super cādelabro luceāt, hoc intelligi uolūt, septē istas gratias de cœlo ad hoies per legē descendere. Duas autē oliuas sup cādelabrū à parte dextra, & sinistra, inter quas media lāpas luceat, legē, & ppheas interpretat

Luc. 18. e. Diues quis dicitur. Camelus, Christus. Ecc. 3. c. Acus, punctio, dolor.

Culex, seditiosus, homicida.

Caminus, adulantiū lingua. Psal. 67. a.

Sap. 3. a. Prou. 27. c.

Psal. 21. d. Caminus, tribulatio. Matth. 25. a. Psal. 120. b. 1. Cor. 10. c. Campus, carnis uoluptas. Psal. 8. b.

Cāpus, lata uia. Gen. 4. b. Psal. 35. b. Campus, populus iustus. Psal. 64. c. Psal. 95. c.

Zachar. 4. a. Lucerna septē, 7. spūs gratiæ. Infusoria septē, 7. spūs gratiæ. Oliuæ duæ, lex, & prophetæ.

terpretatur. Hæc ab Hebræis dicta reperimus, nūc qd ab ecclesiasticis uiris in cōmētarijs scriptū sit, differamus. Cādelabrū autē de auro purissimo, ecclesiā intelligūt, quæ in scripturis sanctis sensum, ac mentē, magis q̄ uerba perquirat. Quod autē in sensu aurū accipiat, posteriora, & humeri colūbæ ostendūt, quæ dicuntur auri uirore, siue fulgore radiare. Lampadem & ipsi Christū intelligunt, quod luceat in Ecclesia, qui de seipso dicebat: Nemo lucernā accendit, & ponit eam sub mōdio, hoc est, sub mensura legis, sed super cādelabrum, id est, Euāgelij libertatem, ut luceat cūctis, qui sunt in domo. Lucernas septē, & effusoria earum, & ipsi gratias sancti spiritus intelligunt, per quas oleum misericordiæ Dei, cunctarūq; uirtutum ecclesiā suscipit. Duas oliuas super cādelabrum, & ipsi Moysen, & Heliam intelligūt, qui cum domino loquebantur in mōte, & significabāt quid in Hierusalem passurus esset. Omnis enim lex, & propheta de Christi prædicatione passione. Alij duas oliuas stantes à dextris, & à sinistris, legem, & Euāgelium interpretantur, ut in dextera Euāgelium sit, in sinistra lex, de qua dextera, & sinistra, dicitur in Canticō Canticorū: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Canes in sacro eloquio doctores designant sanctos, ut diuus ait Gregorius, enarrans illud Job, Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Grex sanctæ ecclesiæ, est fidelium multitudo, canes uero, sunt doctores sancti, qui eorūdem fidelium custodes extiterunt, qui dū pro domino suo diurnis, nocturnisq; uigilijs intētī, clamauerūt, magnos (ut ita dixerim) latratus prædicationis dederunt. De quibus ecclesiæ doctoribus per Psal. dicitur, Lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. Nonnulli quippe ab idolorum cultibus reuocati, facti sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canum ecclesiæ ex inimicis prodijt, quia cōuersos gentiles dominus etiā prædicatores fecit. Vnde Iudæorū tarditas, qui pro Deo loqui noluerunt, increpante propheta, reprehēditur, qui ait: Canes muti, nō ualentes latrare. Patres uero hæreticorū dicimus, eos uidelicet, quos hæresiarchas uocamus, de quorū peruersa prædicatione, id est, locutionis semine, sequētes sunt populi in errore generati. Sancta ergo ecclesia cū canibus gregis sui hæreticorū patres ponere dedignatur, quia inuētores errorū dijudicando respuit, eosq; inter ueros patres numerare cōtemnit, & cum rectis prædicatoribus nō ascribit. Et diuus Hier. Canes (inquit) ethnici propter idolatriam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorū, feruntur in rabiē, de quibus dominus in Euāgelio: Non est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et exponens illud Esaia, Vniuersi canes muti, nō ualentes latrare, uidentes uana, dormientes, & amātes somnia, & canes impudētissimi nescierunt saturitatem: Qui enim (inquit) gregē domini custodire debebant, & lupos abigere, & latrare pro domino, diligūt somnia, & daemonicis uisionibus delectantur. & est sensus: Nō possunt loqui ueritatem, sed uniuersa mendacia, nec hoc sine contenti sunt, qui in custodia gregis domini dormiebant, & latrare nō poterant, & amabāt cubile, per quod uoluptas corporis indicatur, sed apud suos impudētis animæ nescierūt saturitatem, qui nunquā suo saturatur errore, qui deuorant plebē domini, sicut escam panis, & domos uiduarū, gulæq; ac libidini seruiūt. Non enim possunt dicere, Mandatū domini lucidum, illuminans oculos. nec nosse quod scriptum est, Sapientia hominis illuminat faciem eius. Et canes muti aduersum inimicos, de quibus scriptū est, Nolite sanctum dare canibus. Et canes dormiētes, qui nesciunt esse præceptū, Ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem. Et rursum: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Et idcirco dantes locum diabolo, canes impudentissimi sunt, qui nunquam saturantur. Vomunt enim quod comederūt, & reuertuntur ad uomitū suū. De quibus & Petrus Apost. loquitur: Accidit illis uerū illud prouerbū, Canis reuertens ad uomitū suū, & sus lota in uolubro luti. Quos speculatores, & canes, eosdē esse pastores, sequens sermo demōstrat. Ipsi pastores ignorauerunt intelligētiam. Et per Moysen scriptū est: Non offeres mercedē meretricis, neq; precii canis in domo Dei tui, pulchreq; canis, & meretrix copulatur, quia utrūq; animal pronum est ad libidinem. Et Esaia sexagesimo sexto: Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Et exponens illud Ecclesiasticis, Melius est canis uiuus leone mortuo: Peccator (inquit) uiuens potest melior esse iusto mortuo, si uoluerit in eius transire uirtutes. Vel certe eo qui se in malitia, potētia, procaitate iactabat, & mortuus fuerit, melior potest quis pauper esse, & uilissimus. Quare? Quia uiuētes metu mortis possunt bona opera perpetrare: mortui uero, nihil ualent adijcere, quod semel fecum tulere de uita, sed & dilectio eorū, & odiū, & æmulatio, & omne quod in sæculo habere poterūt, mortis finitur aduentu, nec iuste quippe possunt agere, nec peccare, nec uirtutes adijcere, nec uitia. Et Chananeā illā, cui dictū est, Fides tua te saluā fecit, canem esse iuxta Euāgelij dicamus, leonē uero mortuū, circūcisionis populū, sicut Balaā propheta dicit, Ecce populus ut catulus leonis cōsurget, & ut leo exultās. Canis ergo uiuēs nos sumus ex natiōibus, leo autē mortuus, Iudæorū est populus à dño derelictus. Et melior est apud dñm iste canis uiuens, q̄ leo ille mortuus. Nos enim uiuētes cognoscimus patrē, & filiū, & spiritū sanctū: illi uero mortui nihil sciūt, neq; expectant aliquā repromissionem, atq; mercedem, sed cōpleta est memoria eorū. Et Augu. ad Paul.

Cādelabrum, ecclesia. Auri, scripture sensus. Psal. 67. c. Matth. 5. b. Oleū, misericordia, & uirtus. Matth. 17. a.

Oliuæ duæ, lex & Euāgelium. Cant. 2. b. Canes, doctores. Job 30. a. Gregorius. Grex, fidelium multitudo. Psal. 67. c.

Esa. 56. d. Hæresiarcharum peruersa prædicatione. Canes, ethnici. Hieron. Matth. 15. c. Esa. 56. d.

Cubile, uoluptas. Psal. 13. b. Prou. 17. d. Matth. 7. a. Psal. 131. a. Matth. 24. d. Prou. 26. b. 2. Pet. 2. d.

Deuter. 23. c. Eccles. 9. b.

Matth. 9. c. Num. 23. d. Canis, gentium populus. Leo, Iudæorū populus. Psal. 67. c. Augustinus.

linum,

Pfal. 67. c.
Esa. 56. d.
Iud. 7. b.
T Grecum,
trecentos sibi
gnificat.

Canes, gentiles.
Matth. 15.
Canes, gentili-
ter uiuentes.
Pfal. 21. d.

Canis, mundus.

Manus, potes-
tas.

Exo. 11. b.
Canis, extreo-
mus.

Canis, nequiss-
mus homo.

Luc. 16. e.

Vlcera, passio-
nes domini.

Canes, gentes.

Matth. 7. a.

Canes, ueritatis
oppugnatores.

Pfal. 67. d.

Canes, pro fide
certantes.

Philip. 3. a.

Matth. 15. c.

Pfal. 58. b.

Esa. 56. b.

Capilli, cogita-
tionis.

Gregorius.

Cant. 4. a.

Caput, mens.

Eccis 9. b.

Oleum, chari-
tas.

Num. 6. b.

linum, epist. 59. Quod scriptum est, Lingua canū tuorum, ex inimicis ab ipso, non semper in malo accipiendi sunt canes, alioquin non reprehenderentur apud prophetam, Canes nescientes latrare, & amantes dormire. Profecto enim laudabiles canes essent, si & latrare sciret, & uigilare amarent, Et certe illi trecenti in numero per crucis literam sacratissimo non eligerentur ad uictoriam facien- dam, qui tanquam canes lamberent aquam, nisi aliquid magnū significarent. Vigilant enim, & la- trant boni canes, & pro domo, & pro domino, & pro grege, & pro pastore. Deniq; & hic in ec- clesiae laudibus, quum prophetia exereretur, lingua canum est commemorata, nō dentes. Tuorum autem canū, dixit, ex inimicis, id est, ut qui erāt inimici tui, fierent canes tui, & latrarent pro te, qui fauiebant in te. Addidit autem, Ab ipso, ut non à seipsis hoc factum intellerent, sed ab ipso, id est, à misericordia eius, & gratia. Et in eadem epistola: Lingua (inquit) canum tuorum, ex inimicis ab ipso. A quo ipso? Et nunqd canes Dei dici possunt gentiles, quos ipse in euāgelio canes nomi- nat? Aut ne forte ipsos canes Dei dicat, quales aestimari possunt, si qui in nomine Christiano gen- tiliter uiuant, quorū pars cū infidelibus ponitur, quia Deū, quē uerbis colūt, factis negant? Et ad Honoratū, epist. 120. exponēs illud Psal. Quoniam circumdederūt me canes multi, cōciliū malignā- tiū obsedit me. Quos dixit canes multos, & cōciliū malignantiū? Canes eos uidelicet appellās, qui plerūq; cōtra innocētes latrāt, cū quibus nō habēt consuetudinē. Et infra, Et de manu canis unicā meā, nihil aptius, quā unica ecclesia mihi uidetur intelligi. Canē uero appellauit mūdū, nō ratio- ne, sed consuetudinē contra insolitam ueritatem latrantem. Hęc est enim canum natura, ut cū qui- bus habent consuetudinē, siue illi boni, siue mali sint, non ad eos latrent: insolitorum autem per- sonis uisus, etiam innocentibus, irritentur. Manu autem canis potestatem mundi significauit. Et li- bro secundo locutionis de Exodo, exponens illud Exodi, In filijs autem Israël, non mutiet canis lingua sua: Elegantissima (inquit) locutio est. Per canem quippe extremum significauit, uel homi- num, uel pecorum, ita commendauit, quanta in Hebræis quies futura esset, Aegyptijs acerba ora- bitate clamantibus. Canes quoq; nequissimos significāt homines. Vnde Augustinus lib. 2. quest. euangeliorū, exponens illud, sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius: Canes (inquit) qui lingebant, nequissimi homines sunt amantes peccata, qui lata lingua etiam laudare nō cessant ope- ra mala, quæ in se alius gemens, & confitens, detestatur. Vlcera quoq; passionis sunt domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis suscipere dignatus est. Canes ergo qui lingebant, gentes sunt, quos homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi. Et tamen passionis domini in sacramen- tis corporis, & sanguinis eius, per totum iam orbem suauitate lambūt deuotissima. Et lib. 2. de ser- mone domini in monte, exponens illud euangelicum, Nolite sanctum dare canibus: Quapropter (inquit) canes quoniam exiliunt ad dilacerandum, quod autem dilacerant, integrū esse non sinunt. Nolite (inquit) sanctum dare canibus, id est, oppugnatoribus ueritatis, quia & si dilacerari, & cor- rumpi non potest, & manet integrum, atq; inuolabile, illi tamen qui uellent, cogitandum est, quod acriter, atq; inimicissime resistunt, & quantum in ipsis est, si fieri possit, conantur perimere uerita- tem. Et enarrans illud Psalmitæ, Lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso: Eosdem (inquit) ipsos, qui usq; ad sanguinem fuerant pro fide euangelica certaturi, etiam canes uocans, tanq; pro suo do- mino latrantes, non illos canes, de quibus dicit Apostolus, Cauete canes: sed illos, qui edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorū suorū. Canes laudabiles, non detestabiles, fidem seruantes domino suo, & pro eius domo contra inimicos latrantes. De talibus canibus, & in alio Psalmo di- citur, Conuertentur ad uesperam, & famem patientur ut canes. Nam & quidam canes reprehensi sunt à propheta Esaia, nō ideo quia canes esset, sed quod latrare nescirent, & dormire amarent, ubi utiq; demonsttrauit, quia si uigilarent, & pro domino suo latrarent, laudabiles canes essent, sicut laudantur isti, de quibus dicitur, Lingua canum tuorum &c.

Quid capillus mysticè significet.

Cap. XXVII.

Capilli defluentes, animi cogitationes sunt (ut diuus Gregorius, in lib. secundo Moral. cap. 38. exponens illud Iob, Et tonso capite, corruens in terram adorauit.) Quid (inquit) mo- raliter per capillos, nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Vnde & aliās ecclesiae uoce, di- citur: Sicut uitta coccinea, labia tua sponsa, & eloquium tuum dulce. Vitta quippe crines capitis astringit. Labia ergo sponsæ, sicut uitta sunt, quia exhortatione sanctæ ecclesiae, cunctæ in audito rum mētibus diffusæ cogitationes ligantur, ne remissè defluant, ne sese per illicita spargant, ne spar- sæ, cordis oculos deprimant, sed quasi ad unam se intentionem colligant, dum uitta eas sanctæ prædicationis ligat. Quam rectè, & coccineam asserit, quia sanctorum prædicationis sola, chari- tatis ardore flammescit. Caput, est mens ipsa, iuxta illud: Et oleum, id est, charitas de capite tuo non deficiat, id est, de mente tua non discedat. Caput ergo tondere, est cogitationes super- fluas à mente rescicare, & tonso capite in terram corruit, quia repressis præsumptionis suæ cogitationibus, quā in semetipso infirmus sit, humiliter agnoscit. Quid est, quod Nazaræi capillos

capillos nutriunt, nisi quod per uitam magnæ continentiae præsumptionum cogitationes crescunt? *Illic. e.* Sed quid est, quod deuotione cōpleta, caput Nazaræus radere, capillosq; in igne sacrificij ponere iubetur, nisi quod tunc ad perfectionis summam pertingimus, quum sic exteriora uitia uincimus, ut etiam cogitationes superfluas à mente rescicemus? Quas nimirum sacrificij igne concremare est, flamma eas diuini amoris incendere, ut totum cor in Dei amore ardeat, & cogitationes super- fluas concremans, quasi Nazaræi capillos deuotionis perfectione consumat. Et Origenes homi- lia octaua super Leuiticum, exponens illud Leuitici, Post hæc autem omnem pilum radet. Quod *Leuit. 14. b.* autem (inquit) radi iubet omnem pilum, puto quod omne quicquid emortui operis animæ positæ *Origenes.* in peccatis, exortum est. Hoc enim nunc pili nomine iubetur abijcere. Peccator enim omne quod ei, siue in consilio natum est, siue in uerbo, siue in opere, expedit, si uerè purificari uult, ut eradat, & abijciat, nec residere aliquid patiat. Sanctus autem seruare debet omnem capillum, & si possibi- le est, nec ascendere debet ferrum super caput eius, ne abscindere aliquid de cogitationibus suis sa- pientibus, aut dictis, aut operibus possit. Inde deniq; est, quod & Samueli ferrū dicitur non ascen- disse super caput, sed & omnibus Nazaræis, qui sunt iusti, quia iustus (sicut scriptum est) omnia quæcunq; fecerit, semper prosperabuntur, & folia eius non decident. Hinc & discipulorum domi- ni etiam capilli capitis dicuntur esse numerati, hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogi- tationes eorum seruatur apud Deum, quia iustæ, quia sanctæ sunt. Peccatorum uero omne opus, omnis sermo, omnis cogitatio debet abscindi. Et hoc est quod dicitur, ut omnis pilus corporis eius radatur, & mūdus erit. Et homilia prima super Numeros: Saluator (inquit) nō solū discipulos suos electos sub numero statuit, uerum & capillos capitis eorū dicit esse numeratos. Ait enim: Vestri autē etiā capilli capitis numerati sunt. In quo utiq; nō illos dicebat capillos esse numeratos, qui uel ferro attonderi, & proijci solent, uel temporis ætate defluere, ac perire: sed illi capitis capilli apud Deum numerati sunt, qui in Nazaræis erant, quibus inerat uirtus spiritus sancti ad prosterndos alienigenas. Virtutes ergo animi, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis, tanquam de capite Apostolorū producebatur, capillos capitis appellauit. Et Ambrosius libro secundo de spi- ritu sancto, in prologo, de Sansone loquens: Tantum ne (inquit) momenti crines habuere capitis, ut manētibus his, uirtus inuicta duraret, tonso autē capite, fortitudo omnis uiri subito solueretur? Non ita est, ut tantam uim corporalium capillorum putemus. Sunt quidem crines religionis, & fidei, crines Nazaræi in lege perfecti, in parsimonia, & abstinentia cōsecrati, quibus illa in typo ec- clesiae, quæ domini pedes oleo perfuderat, uerbi cœlestis uestigia detergebat. Tunc enim & secū- dum carnem noueramur Christum. Isti uidelicet crines, de quibus dicitur: Capillatura tua, ut gre- ges caprarum, ex illo capite pullulantes, de quo dictum est, Caput autem uiri, Christus. Et alibi: Caput eius aurum Cephæ, & collum eius abietes nigræ: Et bonæ abietes, naues Tharsis, quæ flu- ctibus supernatant mundi, & tutum remigium salutis exhibent. Vnde & in euangelio dominus noster uisibiles capitis, & intelligibiles capillos quosdam esse significans, ait: Sed & capilli capitis uestri, omnes numerati sunt, spiritualium uidelicet significans facta uirtutum. Neq; enim de capil- lis nostris cura est Deo, quanquam & illud non absurdum sit aestimare, quia pro maiestate diuina eum latere nihil possit. Sed quid mihi prodest, si Deus ipse omnes meos nouit capillos? Illud mihi redundat, & proficit, si honorum operum peruigil testis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Deniq; & ipse Sanson nō corporales, sed intelligibiles hos capillos esse declarās, ait: Si tonsus fue- ro, discedet à me uirtus mea. Hoc de mysterio. Hęc ille. Et in Apocalypsi, Caput (inquit) eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Capilli erāt candidi, id est, sancti extenua- ti, & adherentes ipsi capiti, uel cogitationes eius. *Num. 6. b.* *Capilli, animi* *uirtutes.* *Ambrosius.* *Iudicium 16. e.* *Num. 6. b.* *Luc. 7. f.* *2. Cor. 5. c.* *Cantic. 4. a.* *1. Cor. 11. a.* *Cantic. 5. c.* *Matth. 10. d.* *Luc. 12. a.* *Capilli, uirtutū* *facta.* *Iudic. 16. e.* *Apocal. 1. c.* *Capilli, sancti.*

Quid capra, & caprea, caputq; mysticè significent.

Cap. XXVIII.

Capra, contemplatiuam uitam designat (ut inquit diuus Gregorius, lib. 32. Moralium, cap. 2. ubi exponit illud Leuitici, Offerat agnam de gregibus, siue capram) Quid (inquit) per agnā, nisi actiua uitæ innocentia, quid per capram, quæ in summis sæpe, extremisq; rupibus pendens, pascitur, nisi contemplatiua uita signatur? Qui ergo se conspicit promissa, ac proposita non im- plesse, ad sacrificium Dei sese studiosius debet, uel in innocentia boni operis, uel in sublīmi pastu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus, capra uero offerri de gregibus nō iubetur, quia actiua uita multorum est, contemplatiua uero paucorum. Et quum hæc agimus, quæ multos agere, & egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Capræ proprietatem, & assimilationē declarat Origenes homil. 2. in Cantic. Cant. exponens il- lud, Similis est fratruelis meus capræ, aut hinnulo ceruorū in montibus Bethel: Hęc (inquit) duo animalia in scripturis frequentius nominantur, & quo amplius admireris, sapius iuncta ponuntur. Et hæc sunt (ait) quæ māducabis, post paululū inferens, Capræ, & ceruū. In præsentī quoq; lib. pa- riter nominantur ceruus, & caprea. Quodāmodo enim cognata sibi sunt, & uicina ista animalia. *Capra, contem-* *platiua uita.* *Leuit. 5.* *Gregorius.* *Agna, actiue* *uita innocētia.* *Origenes.* *Cant. 2. b.* *Deuter. 12. b.* *Caprea*

84. SANTIS PAGNINI LVCENSIS ISAGOGAE

Dorcās, id est, caprea.

Caprea, saluator.

Ceruus, Christus.

Psal. 73. c.

Cant. 2. b.

Ezech. 43. f.

Eccis 7. c.

Hirundo pullos oculat.

Caput, mens.

Christus.

1. Cor. 11. a.

Eph. 1. d.

Ephes. 4. d.

Eph. 5. e.

Col. 2. b.

Rom. 12. b.

Ioan. 1.

Rom. 8.

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

2. Cor. 2.

Coloc. 2.

Eph. 1.

Augustinus.

Psal. 17. b.

Carbones, peccatores mortui

Psal. 119. a.

Caprea, id est, dorcas, acutissime uidet, ceruus, interfector serpentum est. Dorcas, hoc est, caprea, secundum eorum physiologiam, qui de naturis omnium animalium disputant, ex insita sibi uī, nomen accepit. Ab eo enim quod acutius uideat, id est, ἀπό τοῦ ἀξυδορκείν, dorcas appellata est, ceruus uero serpetum inimicus, ac debellator est, ita ut spiritu narium eos extrahat de cauernis, & superata pernicie ueneni, eorum pabulo delectetur. Forfitan saluator meus caprea fit iuxta θεωρίαν, ceruus iuxta opera. Quenam ista sunt opera? Interficit ipse serpentes, contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicam ei: Tu contriuisisti capita draconum super aquam, tu contriuisisti caput draconis. Similis est fratruelis meus capreae &c. Et Hieronymus, exponens illud Ezechielis, Et die secunda tollens hœdos duos de capris &c. Græco (inquit) sermone, caprarum, & hircorum grex, sublimium conuersatio dicitur, hoc est, αἰπρόλιον, quasi αἰποπόλιον. Siquidem αἶπος excelsum, πόλιον, conuersationem significat. Et in caput Ezechielis septimum, enarrans illud Ecclesiasticis, Ne impiè agas multum: Si iuxta (inquit) eos, qui de physicis disputant, nouit hirundo pullos de succo oculare chelidoniae, & dictamum capreae appetunt uulneratae, cur nos ignoremus medicinam poenitentiae propositam esse peccantibus?

Caput mentem significat, & Christum, ut dictum est in dictione capilli. Sic enim ait Apostolus: Viri caput Christus est. Et alio in loco: Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius. Et rursus: Charitate crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum &c. Et rursus: Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiae. Et rursus: Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Vnde est annotandum, totam ecclesiam unum corpus dici mysticum ob similitudinem, quam ad naturale corpus habet. Siquidem (ut ait Apostolus) sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia membra autem non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam, quae data est nobis, differentes. In capite autem, quod est Christus, primum quidem expendendus est ordo. Nam caput si à superiori incipias, prima est hominis pars: itidem secundum propinquitatem ad Deum gratia Christi, & altior, & prior est, quoniam de plenitudine eius, omnes nos accepimus. Et Apostolus ait: Quos praesciuit, hos & praedestinauit, conformes fieri imagini filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Deinde in capite consideranda est perfectio. Siquidem in capite omnes tum interiores, tum exteriores sunt sensus, cœteris membris solū tactum habentibus: itidem in Christo perfectio est, ac plenitudo omnium gratiarum, dicente Ioanne Apostolo: Vidimus eum plenum gratiae, & ueritatis. Subinde in capite uirtus intuenda est. Nam cœterorum membrorum uirtus, motus, ac regimē suis in actibus, à capite est. Nam in capite uis sensitua, atq; motiua, dominatur, itidem Christus in omnia ecclesiae membra uim habet influendi gratiam. Est autem Christus omnium hominum caput, qui fuerunt à principio mundi. Primum quidem, ac potissimum eorum, qui sibi actu per gloriam uniantur, deinde eorum, qui actu per charitatem sibi cohaerent, subinde eorum, qui per fidem, sibi coniunguntur, postea uero eorum, qui potentia sibi cōiunguntur, in actum secundū diuinam praedestinationem reducenda, demum eorum, qui in hoc mūdo uiuentes, non praedestinatos, qui potentia duntaxat nunquam in actum reducenda sibi copulantur, qui ex hoc mundo recedentes, esse Christi membra, penitus desistant. Est autem Christus omnium eorum caput, qui secundum omnem locum, tempus, ac statum ad ecclesiam pertinent, & propria uirtute, atq; autoritate, quod cœteris conuenire hominibus nequit. Possunt siquidē alij homines unius loci, ac determinati temporis, & status, & Christi autoritate ecclesiae, siue ecclesiarū capita esse, ut episcopi, ut pōtiffices, ut Apostoli, dicente Paulo, Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Et alio in loco: Ego quod donauī, si quid donauī propter uos in persona Christi. Et non modo hominum, uerumetiam & Angelorum caput dicitur Christus, iuxta illud Apostoli: Qui est caput omnis principatus, & potestatis. Nam corpus ecclesiae mysticū, non modo ex hominibus, sed etiā ex Angelis constat, qui omnes ad unum finem, qui est diuinæ uisionis, ac fruitionis gloria, ordinantur, quorum caput est Christus, qui Deo propinquior est, & ipsius dona perfectius participat. Vnde tam homines, quam Angeli illius recipiunt influentiam. Nam (ut ait Apostolus) Deus pater constituit Christum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem potestatem, & principatum, uirtutem, & dominationē, & omne nomen, quod nominatur non solū in hoc saeculo, sed etiā in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Est igitur Christus & hominū, & Angelorū caput.

Quid carbones, carbunculusq; mysticē significant.

Cap. XXIX.

Carbones quid mysticē significant, diuus Augustinus enarrans illud Psalmi, Carbones succensi sunt ab eo, hoc pacto declarat: Qui iam (inquit) mortui erant, deserti ab igne boni desiderij, ac luce iusticiae, & frigidi, tenebrosiq; remanserant, rursus accensi, & illuminati, reuixerunt. Et exponēs illud Psalmistae, Cum carbonibus desolatorijs, siue uastatoribus: Vastatores (inquit) carbones

bones dicuntur, quia uastando, & desolando, ad desolationem facile perducunt. Exempla sunt carbones uastatores. Accepisti tu praecceptum euangelicum, habes sagittam, sed carbones nodum habes. Sunt & carbones, utputa dixit tibi Deus: Tu non potes, quare ille potest? quare alter potuit? Nunquid tu delicatior es illo senatore? Nunquid tu infirmior es illo senatore? Nunquid tu infirmior es foeminis? Foeminae potuerunt, uiri non possunt. Delicati diuites potuerunt, pauperes non possunt. Sed ego (inquit) multum peccaui, & multum peccator sum. Numerantur etiam, qui multum peccauerunt, & eo amplius amauerunt, quo plura illis dimissa sunt peccata. Quomodo dictum est in euangelio? Cui modicum dimittitur, modicum diligit. Quum ergo fuerint ista enumerata, & nominatim dicti fuerint homines qui potuerunt, ille accepta sagitta in corde, accedentibus etiam carbonibus desolatorijs, desolatur, id est, ad desolationem perducitur in illo cogitatio terrena, siue carnalis, & saecularis amor. Dicti sunt ergo carbones, quia qui se conuertunt ad dominū, de mortuis reuiuiscunt. Nam extincti carbones, mortui dicuntur, ardentes, uiui appellantur. Exempla ergo multorum iniquorum, qui cōuersi sunt ad dominum, carbones dicti sunt. Et exponens illud Psalmi. Decident super eos carbones ignis in terra, & deijcies eos: Dictum est (inquit) de quibusdam carbonibus, Quid detur tibi &c. Sagittae potētis acutae, cum carbonibus uastatorijs, id est, uerba Dei cor transigentia, & ueritatem perimentia, amorcmq; gignētia, & exempla hominum, qui mortui erant, & reuixerunt, & nigri erāt, & fulgentes effecti sunt. Carbones enim tenebrae sunt, color indicat, sed quum ad eos accesserit flamma charitatis, & ex mortuis reuixerint, audiāt ab Apostolo: Fuitis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Attendimus carbones illos: Qui erat heri ebriofus, hodie sobrius est. Qui erat heri adulter, hodie castus est. Qui erat heri raptor, hodie largitor. Omnes isti carbones ignis sunt. Decident super eos, id est, super malos, carbones ignis in terra, id est, in hac uita, & deijcies eos antequam ueniat ignis aeternus. Et lib. unico expositionis quarundam propositionum, cap. 71. Quod autem ait, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potū da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cōgeres super caput eius, intelligendum est, ad hoc dictū esse, ut eum qui nos laeserit, prouocemus ad poenitentiam facti sui, quum ei nos bene faciamus. Isti enim carbones ignis ad exustionem, id est, contributionem spiritus ualent, qui est caput animae, in qua exuritur omnis malitia, quum homo in melius per poenitentiam cōmutatur, ut sunt illi carbones, de quibus dicitur: Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatorijs. Et diuus Hieronimus, exponēs illud Hieremiae, Denigrata est super carbones facies eorū, hoc modo scribit, Nigri enim post candorem fiunt, quia amissa Dei iustitia, quum de se praesumunt, in ea etiam, quae non intelligunt, dilabuntur peccata. Et qui post amoris ignem, ad frigus torporis ueniunt, extinctis carbonibus, ex cōparatione praefertur. Nonnunquam enim dum timorem Dei per sui fiduciam deserunt, etiam frigidis mentibus, frigidiores fiunt.

Carbunculus qui paratur, siue per ordinem sternitur, uidetur mihi ignitus sermo doctrinae, qui fugato errore tenebrarum, illuminat corda credentium. Hic est, quem unus de Seraphim tulit forcipe comprehensum ad Esaiam labia purganda, qui nascitur iuxta Geneseos fidem in terra Heuilat, ubi est aurum optimum, lapisq; carbunculus, & prafinus. Haec Hieronymus exponens illud Esai. cap. 54. secundum lxx. Ecce ego praeparo tibi carbunculum lapidem tuum.

Quid catena, cauda, cauernaq; caecusq; atq; cedrus, mysticē significant. Cap. XXX.

Catena est retentio peregrinationis (ut diuus scribit Gregorius lib. 26. Moral. cap. 27. exponens illud Iob, Et si fuerint in catenis &c.) Catenae (inquit) obligationis sunt, ipsa adhuc retentio peregrinationis. Ligatum se his catenis Paulus aspexerat, quum dicebat, Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Potest & in catenis poena etiam temporalis afflictionis intelligi, quia saepe qui iubentis uerba non audiunt, ferientis uerberibus admonentur, ut ad bona aeterna, saltem poenae trahant, quos praemia non inuitant.

Cauda antichristum significat, iuxta illud Iob Stringit caudam suam, quasi cedrum. Sicut enim cedrus (ut diuus ait Gregorius) arbuta cœtera in altum crescēdo deserit, ita tunc antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum, & honoris culmine, & signorum potestate transcendit.

Cauerna terrae, est occulta haereticorum praedicatio (ut diuus ait Greg. exponens illud Iob, In desertis habitāt torrentium, & in cauernis terrae.) Quid (inquit) aliud cauernas terrae, quam occultas haereticorum praedicationes accipimus? Sic enim haeretici inter se clandestinis conuenticulis coeunt, ut errori suo reuerentiam, quam ex ratione non ualent, praebant ex occultatione, & infirmis animabus prauitatis sermo tanto reuerendus appareat, quanto secretus. Vnde apud Salomonem mulier typo haereseos suadet, dicens: Aquae furtiuae dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Quae occulta praedicamēta, detestatur ueritas, dicens: Si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere. Et rursus: Si dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire, ecce

h in pen

Luc. 7. a.

Carbones, exempla iniquorum conuersorum.

Psal. 139. c.

Ephes. 5. b.

Rom. 12. d.

Psal. 119. a.

Hieronymus.

Thren. 4. b.

Carbunculus, ignitus sermo doctrinae.

Esa. 6. b. secundum lxx.

Iob 36.

Catena, peregrinationis retentio.

Philip. 1. c.

Catena, temporalis afflictio.

Iob 40. b.

Cauda, antichristus.

Iob 30. a.

Prouerb. 9. d.

Marc. 13. c.

Matth. 24. c.

In penetralibus, nolite credere. Hoc itaq; illic in penetralibus, quod hic dicitur in cauernis. In cauernis ergo haeretici habitant, quia plerunq; errorem suu secretis praedicationibus occultant, ut quod se doctioribus, prudentioribusq; non indicant, eod ad se uehementius imperitos trahant.

Iob 29.c.

Caeus, gentilis populus. Claudus, Iudaicus populus.

Esa. 9.

Psal. 17.g.

Cedrus, excellentia celestis gloria.

Cedrus, prauorum superbia.

Psal. 28.a.

Ezech. 31.b.

Cedri, angeli.

Esa. 2.c.

Psal. 103.c.

Esa. 41.c.

2. Cor. 1.b.

Caeus est, qui adhuc quod pergat, non uidet. Claudus est, qui non potest ire. Vnde uoce sanctae ecclesiae typica interpretatione dicitur: Oculus fui caeco, & pes claudus, quia per uerbum lucet, & per adiutorium continet. Cacos enim illuminat praedicatione, claudos uero opitulando sustentat. Quae quoniam duos in se populos colligit, Iudaicum scilicet & Gentile, recte etiam potest caeco gentilis, claudus autem Iudaicus populus designari. Gentilis quippe, quasi oculos non habuit, quia non accepta lege, non uidit quod ire debuisset. At contra Iudaicus habens oculos, claudus fuit, quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enim gentilis populus caecus minimè fuisset, propheta non diceret: Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Rursum si Israeliticus populus a bono opere minimè claudicasset, nequaquam uoce domini Psalmista dixisset: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis. Qui nimirum populus, claudus idcirco nominatur, quia sanum gressum in operatione non habuit. Quippe qui utroq; pede uti noluit, dum unum testamentum recepit, aliud spreuit.

Cedrus in scriptura sacra aliquando altam excellentiam gloriae celestis exprimit, sicut Psalmista testatur: Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Aliquando autem prauorum rigidam elationem, siue superbiam potentiam designat, sicut per Psalmistam dicitur: Vox domini confringentis cedros Libani. Haec diuus Gregorius li. 32. Moral. cap. 12. & cap. 24. citans illud Ezechielis, Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei: Qui namq; (inquit) accipi in cedris possunt, nisi illa uirtutum celestium procerae celsitudinis agmina in aeterna laetitiae uiriditate plantata: Et Hieronymus exponens illud Esaiae, Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas. Et in uigesimo (inquit) Psalmo canitur, Vox domini conterentis cedros, conteret dominus cedros Libani. Et in trigesimo sexto Psalmo: Vidi impium exaltatum, & eluatum, quasi cedros Libani. Quod si prudens lector quaesierit, cur in templo domini cedrina ligna sint posita, & in centesimo tertio Psalmo, legimus iuxta Hebraicam ueritatem: Saturabuntur ligna domini, & cedri Libani, quas tu plantasti. Et inter coetera ligna etiam cedri ad laudes domini prouocentur, & in aduentu saluatoris, quando omnes arbores, & ligna campi applaudent ramis suis, scriptum sit: Ponam in terra inaquosa cedrum, & buxum &c. & nunc diem domini super cedros Libani sermo propheticus comminetur. Hoc dicendum est, quod ex eodem genere hominum, alij sublimentur ad regnum, alij detrahantur ad poenam, & cedri Libani, quae propter superbiam conterentur, eligantur, quum boni odoris fuerint, & cum apostolo dixerint, Christi bonus odor sumus Deo.

Quid caelum mystice significet.

Cap. XXXI.

Caeli, praepositus, sacerdos, doctor.

Iob 1.c.

Gregorius.

Deuter. 32.a.

Terra, plebs subdita.

Iob 11.b.

Caeli, angeli.

Caelum, homo.

Psal. 138.a.

Caelum praepositorum significat ordinem, sacerdotes uidelicet, uel pharisaeos, uel legis doctores. Vnde diuus Gregorius enarrans illud Iob, Ignis Dei cecidit de caelo, hoc pacto scribit: Omnes qui praedicationis officium in synagoga tenuerunt, caelum recte uocati sunt, quia nimirum sapere superna, credebantur. Vnde Moyses, quum sacerdos, ac populum ad uerba suae admonitionis excitaret, dixit: Attende caelum, & loquar, & audiat terra uerba ex ore meo, per caelum uidelicet signans praepositorum ordinem, per terram uero, subditorum plebem. Hoc igitur loco caelum sacerdotes, uel pharisaeos, uel legis doctores, non inconuenienter accipimus, qui ante oculos hominum, dum celestibus officijs inseruirent, quasi desuper lucere uidebantur. Sed quia ipsi summo opere in redemptoris nostri aduersitate commoti sunt, quasi ignis de caelo cecidit, dum ad decipiendum imperitum populum, ab his etiam, qui uere docere putabantur, flamma inuidiae exarsit. Et exponens illud Iob, Excelsior caelo est &c. sic ait: Quod Deus caelo excelsior, inferno profundior &c. tanto spiritualiter debet intelligi, quanto de eo quicquam nefas est iuxta corporea lineamenta sentire. Sed caelo est excelsior, quia in circumscriptione sui spiritus, cuncta transcendit, quibus possint & caeli appellatione Angeli designari. Excelsior itaq; est caelo, quia ipsi quoq; electi spiritus uisionem tantae celsitudinis perfecte non penetrant. Ad solum tamen referri potest hominem, ut ipse sit caelum, quum iam per desiderium summis inharet. Sed caelo est excelsior Deus, quia potentiae eius magnitudine uincimur, etiam quum super nosmetipsos eleuamur. Excelsior caelo sit, quum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Vnde & Psalmista cor in altum posuerat, sed necdum se eum contigisse sentiebat, dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eam: Si subuerterit (inquit) omnia &c. Subuertit dominus caelum, quum terribili, & occulta dispensatione humanae contemplationis celsitudinem destruit, caelum simul, infernusq; coartatur, quum unam, eandemq; mentem & subleuatio contemplationis illuminat, & importunitas tentationis obscurat, ut & uideat intendendo quod appetat, & succubendo in cogitatione toleret, quod erubescat. De caelo quippe lux oritur, infernus autem, tenebris possidetur. In unum ergo caelum, infernusq; redigitur, quum mens, quae iam lucem patriae supernae consyderat, etiam de carnis

carnis bello, tenebras occultae tentationis portat. Certè iam Paulus tertij caeli culmen ascenderat, iam paradisi secreta cognouerat, & tamen adhuc carnis bella tolerans, gemebat, dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Quid ergo in huius tanti praedicatoris pectore, nisi caeli Deus, infernusq; coartauerat, qui & uisionis intumescens iam lumen acceperat, & tamen adhuc tenebras de carne tolerabat? Super se uiderat, quod laetus, appeteret; in se cernebat, quod metuens, doleret. Et diuus Hier. exponens illud Danielis, Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti: Magistrum (inquit) habebunt similitudinem caeli, & qui alios erudierunt, stellarum fulgori comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi & alios erudias, tacitusq; sermo doctrinae, alium non aedificans, mercedem operis recipere non potest. Quem locum Theodotus, & uulgata aeditio, ita expressit: Et intelligentes fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & de iustis plurimi quasi stellae in aeternum, & ultra. Solent nonnulli querere, utrum doctus sanctus, & simplex sanctus, eandem mercedem habeant, & una in celestibus mansionem. Vnde nunc iuxta Theodotionem dicitur, quod docti, similitudinem caeli habeant, & absq; doctrina iusti, stellarum fulgori comparantur, tantumq; sit inter eruditam sanctitatem, & sanctam rusticitatem, quantum caelum distat, & stellae. Et exponens illud Esaiae, Audite caeli, & auribus percipite terram: In caelo (inquit) supernas significas, angelicasq; uirtutes, in terra mortalium genus uentis, ab his quae continent, ea quae continentur. Et Augustinus: Caelorum nomine, Apostoli Christi significati sunt, quod in eis Deus praesideret, ut euangelium annuntiarent: Caeli, inquit, enarrant gloriam Dei. Vnde diuus Augustinus exponens praedicta uerba, Caeli enarrant gloriam Dei: Iuste euangelista, in quibus Deus, tanquam in caelis habitat, exponens gloriam domini nostri Iesu Christi, siue gloriam, qua glorificauit patrem filius super terram. Caeli sancti sunt, eleuati a terra, portantes dominum. Apostoli ipsi enarrant nobis gloriam Dei, positam in Christo Iesu, per gratiam. Narrabunt (inquit) caeli, id est, sancti a terra suspensi, Deum portantes, praecipitis tonantes, sapientia coruscantes. Et quod inferius ait, A summo caelo egressio eius: A patre (inquit) egressio eius, non temporalis, sed aeterna, qua de patre natus est. Et lib. 2. de sermone domini in monte: Pater noster (inquit) qui es in caelis, id est, in sanctis, & iustis. Non enim spacio locorum continentur Deus: sunt enim caeli, excelsa mundi corpora, sed tamen corpora, quae non possunt esse nisi in loco. Sed si in caelis, tanquam in superioribus mundi partibus, locus Dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quarum uita, est Deo uicinior. Non enim scriptum est, Prope est dominus excelsis hominibus, aut eis, qui in montibus habitant: sed scriptum est, Prope (aliam iuxta) est dominus obtritis corde, quod magis pertinet ad humilitatem. Sed quemadmodum terra appellatus est peccator, quum ei dictum est, Terra es, & in terra ibis: sic caelum iustus est contrario dici potest. Iustus enim dicitur, Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Quapropter si in templo suo habitat Deus, & sancti templum eius sunt, recte dicitur, Qui in caelis es, qui es in sanctis. Et accommodatissima ista similitudo est, ut spiritualiter tantum interesse uideatur inter iustos, & peccatores, quantum corporaliter inter caelum, & terram. Et exponens illud Euangelicum eodem lib. Fiat uoluntas tua, sicut in caelo, & in terra, id est, sicut ab Angelis, ita ab hominibus, siue sicut in sanctis, & iustis: ita etiam in peccatoribus, uel sicut in spiritu, ita & in corpore: uel sicut in ipso domino nostro Iesu Christo, ita & in ecclesia, tanquam in uiro, qui patris uoluntatem impleuit: ita & in foemina, quae illi desponsata est. Caelum enim, & terra conuenienter intelligitur, quasi uir, & foemina, quoniam terra, caelo foecundate, fructifera est. Et Ambrosius sermone 12. in Psalmum 118. Permanet uerbum tuum in caelo: Sunt (inquit) caeli uirtutes, potestatesq; caelestes, in quibus nihil lubricum, atq; terrenum est. Sunt etiam in terris caeli, qui enarrant gloriam Dei. Qui sunt isti caeli? Audi dicentem, Sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius caelestis. Isti igitur sunt caeli, qui etiam in terris positi, audent dicere, Nostra autem conuersatio in caelis est. Isti sunt caeli, in quibus fides, grauitas, continentia, doctrina, uita caelestis est. Nam quemadmodum terra dictus est, qui lapsus ex illa prauaricatione caelestis gratiae, & in haec uita terrena deiectus, prauaricationis suae se uinculis reliquit: ita e contrario caelum dicitur, qui uitam Angelorum custodiae integritatis exercet, & corpus suum continentia moderatur, mentem quoque suam miti tranquillitate componit. pecuniam pauperibus misericordiae liberalitate dispensat. Est ergo & in terris caelum, in quo possunt uirtutes esse caelestes. Caelum mihi thronus est. Ego magis iusti affectum, quam elementum, intelligo. Illud puto caelum, ad cuius animam uenit Christus, & pulsat animam, & si aperuerit, ingreditur. Nec solus ingreditur, sed etiam cum patre, sicut ipse ait: Ego, & pater ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Origenes, homilia prima super Genesim. In principio (inquit) & ante omnia caelum dicitur factum, id est, omnis spiritualis substantia, super quam, uelut in throno quodam, & sede, Deus requiescit. Istud autem caelum, id est, firmamentum, corporeum est, & ideo illud quidem primum caelum, quod spiritale diximus, mens nostra est, quae & ipsa spiritus est, id est, spiritalis homo noster, qui uidet, ac perspicit Deum. Istud autem corporale caelum, quod firmamentum dicitur, exterior homo noster est, qui corporaliter intuetur. Et inferius: Denique (inquit) carnales isti homines, qui intellectum diuinitatis igno-

Caeli, magister & doctus sanctus.

Esa. 1.a. Caeli, Angeli. Terra, mortaliu genus. Psal. 103.a. Caeli, Apostoli, & Euangelisti.

Caeli, sancti. Caelum, pater. Caelum, sanctus ac iustus.

Psal. 33. Terra, peccator. Gen. 3.d. 1. Cor. 3.d.

Terra, peccator. Caeli, spiritus, & Christus. Terra, ecclesia. Caelum, Angelus.

Caeli, sancti. 1. Cor. 15.f. Philip. 3.d. Terra, diabolus.

Esa. 66.a.

Ioan. 14.c. Caelum, spiritualis substantia. Esa. 66.a. Caelum, mens.

Firmamentum, exterior homo,

Esa. 66. a. rant, sicubi in scripturis de Deo legunt, Quia caelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, suspicantur Deum tam ingentis esse corporis, ut putent eum sedentem in caelo, pedes usque ad terram protendere. Hoc autem sentiunt, quia non habent illas aures, quae digne possint audire uerba Dei de Deo, quae per scripturam referuntur. Quod enim dicit, Caelum mihi sedes est, ita digne de Deo intelligitur, ut sciamus, quod in his, quorum in caelis conuersatio est, Deus requiescit, & residet. In his autem, qui adhuc terrenum propositum gerunt, ultima pars eius prouidentiae inuenitur, quod in pedum appellatione figuratim indicatur. Ex quibus si qui forte studium, ac desiderium sumpserint fieri coelestes, perfectione uitae, & intellectus altitudine, efficiuntur etiam ipsi sedes Dei, facti prius peritia, & conuersatione coelestes, qui etiam dicunt, Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in coelestibus. Sed & illi, quorum thesaurus in caelo est, coelestes dici possunt, & sedes Dei, quoniam ibi est cor eorum, ubi est thesaurus eorum. Et non solum requiescit super eos Deus, sed & habitat in eis. Si uero tatus quis effici potest, ut possit dicere, An documentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus, in hoc non solum habitat Deus, sed etiam inambulat. Et propterea perfecti quique coelestes facti, uel caeli effecti, enarrant gloriam Dei, sicut in Psalmo dicitur.

Quid centenarius numerus, ceruicibus, mystice significant. Cap. XXXII.

Esa. 65. Hieronymus. Centenarius numeri laudes diuus Hieronymus enarrat, exponens illud prophetae, Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. De cuius numeri (inquit) laudibus, non necesse est plura memorare, ne superflua sit disputatio. Hoc tantum dicimus, quod decem decadis aequalia habeat latera, & quadratae formae possideat firmitatem. In repromissionibus quoque pro his, quae contemptissimas, multiplicata nobis centuplum dominus pollicetur, & in bona terra sementis cadens, primum habet uberrimae frugis numerum centenarium. Denique & Isaac unam sementem iaciens fidei, hoc numero laboris sui opera multiplicata suscepit. In illo igitur tempore, quando aetas fuerit una cunctorum, & sanctus, & peccator erunt simili resurrectione perfecti, nec inter se uariabunt tempore, sed alius ad praemia, alius ad supplicia pertrahetur. Et in eo peccator maledictus erit, quod incorrupto corpore poenas patietur aeternas. Et exponens illud Euangelicum, Et fructum facit, & aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud uero tricesimum. Centesimum fructum uirginibus, sexagesimum uiduis, & continentibus, tricesimum casto matrimonio deputant. Quidam nostrum centesimum fructum ad martyres referunt. Et Augustinus ad Hilarium, epistola 89. Quicumque dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc centuplum, & in futuro uitam aeternam possidebit, cuius (inquit) numeri perfectione significatur omnia. Fidelis quippe homini totus mundus diuitiarum est, fiuntque hoc mundo quasi nihil habentes, & omnia possidentes, ut in futuro saeculo possideant uitam aeternam. Hac quippe lege, & conditione non illi tantum, qui mentis excellentia perfectionis consilium receperunt, ut uendita sua pauperibus distribuerent, & humeris, ab omni huius saeculi sarcina, liberioribus, leuem Christi sarcinam ferrent; sed etiam quisquis infirmior, & illi gloriosissimae perfectioni minus idoneus, qui tamen se meminit ueraciter esse Christianum, quum audierit sibi proponi, quod nisi haec omnia dimiserit, dimissurus est Christum, apprehendet potius turrum fortitudinis a facie inimici, quia quum eam in sua aedificaret fide, computauit sumptus, quibus perfici posset, id est, eo animo accessit ad fidem, ut huic saeculo non solum uerbis renunciaret, quia & si emit aliquid, tanquam non possidens erat, & si utebatur mundo, tanquam non utens erat, non sperans in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo. Et Origenes homil. 16. super Leuiticum exponens illud, Et persequentur ex uobis quinquaginta, & centum ex uobis persequentur multa milia. Qui sunt isti quinquaginta (inquit) qui possunt persequi centum? Quinquenus numerus, & in laudabilibus ponitur, & in culpabilibus. Quinquaginta sunt sapientes uirgines, & quinquaginta insipientes. Sic ergo & centenarius numerus ad utramque partem accipi potest. Si itaque nos simus ex quinquaginta laudabilibus, id est, ex quinquaginta sapientibus, persequemur insipientes centum. Si enim sapienter, & probabiliter pugnemus in uerbo Dei, si prudenter de lege domini differamus, conuincimus, & fugamus infidelium multitudinem. Sicut enim quinquenus numerus & sapientes indicat, & insipientes: ita & centenus numerus & fideles indicat, & infideles. Nam & sub centenario annorum numero Abraham Deo credidisse, & iustificatus esse describitur, & peccator, qui moritur centum annorum, maledictus erit. Et hic centum infideles a quinquaginta sapientibus effugantur, & rursus centum fideles, non tam numero centum, quam daemones, ne animas credentium antiqua fraude decipiant.

Gen. 15. b. Esa. 65. b. Ceruix, superbia in bono, & malo. Iob 16. b. Esa. 60. c. Ceruix in malis superbiam, in bonis libertatis erectionem signat (ut diuus exponit Gregorius, exponens illud Iob, Tenuit ceruicem meam, & confregit me.) Vnde nonnumquam ipsa quoque superbia pro erectionis autoritate ponitur, sicut per prophetam dominus sanctae ecclesiae pollicens, dicit: Ponam te in superbiam saeculorum. Et quia persecutionis tempore infirmi quidam uera, quae sentiunt, praedicare liberè non praesumunt, rectè de hoc hoste dicitur, Tenuit ceruicem meam, confregit

fregit me. Fortasse autem hi ceruicis appellatione signati sunt, qui pacis eius tempore plusquam decet, eriguntur, & sub occasione defendendae rectitudinis, uitio deseruunt elationis. Qui persecutionis tempore idcirco aduersa plus sentiunt, quia de prosperis extolluntur. De quibus bene dicitur: Tenuit ceruicem meam, confregit me, id est, elationem, quam in infirmis habui, distractione suae percussione inclinauit. Et exponens illud Iob, Et pingui ceruice armatus est: Pinguis (inquit) ceruix, est opulenta superbia, affluentibus uidelicet rebus, quasi multis carnibus fulta. Potens igitur iniquus, pingui ceruice contra Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens, contra praecipua ueritatis, quasi de magnitudine carnis erigitur. Quid enim paupertas, nisi quaedam macies, & quid rerum abundantia, nisi pinguedo est uitae praesentis? Pingui ergo ceruice se contra Deum erigit, qui temporalem abundantiam in superbiam assumit. Habent enim hoc potentes, & iniqui proprium, ut fallacibus diuitijs occupati, ueras Dei opes negligant, & quanto minus, quod uerum est, inquitur, tanto amplius falsis diuitijs extolluntur. Et exponens illud Iob, Et redigentur in lutum ceruices nostrae: Sicut (inquit) per oculum uisus, sic per ceruicem solet superbia designari. Ceruix itaque in lutum redigetur, quum superbus quisque humiliatur in morte, & elata caro tabescit in putredine. In lutum ceruix redacta est, quia despecti iacent in putredine, qui tuebant in uanitate.

Quid ceruus, ac cerua, mystice significant. Cap. XXXIII.

Ceruarum (inquit diuus Gregorius) moris est, inuictos serpentes extinguere, eorumque membra, morsibus dilaniare. Fertur autem, quia si quando flumina transeunt, capitum suorum onera, dorsis praecedentium superponunt, sibique inuicem succedentes, laborem ponderis omnino non sentiunt. Magistri igitur atque doctores, ceruae uocati sunt, sicut per Hieremiam de doctoribus genitorum filios incaute deserentibus dicitur, Cerua in agro peperit, & dereliquit. Ipsi more ceruarum, interemptis uitijs, quasi extinctis serpentibus, bibunt, & de ipsa extinctione uitiorum, ad fontem uitae acrius inardescunt. Vnde Psalmista ait: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Ipsi etiam, dum labentia huius temporalitatis momenta, quasi quaedam flumina transeunt, copatietes charitate, onera sua sibi inuicem superponunt, quia cauta obseruatione custodiunt id, quod scriptum est: Inuicem onera uestra portate. & sic adimplebitis legem Christi. Quia uero post aduentum domini spirituales magistri per mundum sparsi sunt, qui auditorum animas in conuersatione praedicando genuissent, & hoc idem tempus incarnationis domini, ante prophetarum uoces, cognitum non fuit, bene beatus Iob de tempore partus ibicum, ceruarumque discutitur, eique dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, uel parturientes ceruas obseruasti? Ac si dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis, quia illud tempus nec dum prauides, quo spirituales magistri in mundum missi, per doctrinam antiquorum patrum, filios generant, suisque laboribus, animarum mihi lucra comportant. Nam si illorum fructum, quasi ibicum, ceruarumque partus aspiceres, ualde humiliter de tua uirtute sentires. Possunt uero ceruarum significatione doctores, appellatione autem ibicum, qui animalia sunt minima, auditores intelligi. In petris uero ibices pariunt, quia ad exercenda sancta opera, exempla patrum praecedentium foecundantur. Et quum fortasse praecipua sublimia audiunt, & infirmitatis propriae conscij, ea se implere possedunt, maiorum uitam conspiciant, atque in eorum considerata fortitudine, bonorum operum foetus ponant. Hinc est quod auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonebat, quum enumeratis maiorum uirtutibus, diceret: Habentes tantam impositam nubem testium, deponetes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Et rursus: Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem, sed quum diuina praecipua corde percipimus, non statim, quasi iam solide cogitata, parturimus. Vnde & beatus Iob, non de partu ibicum, sed de tempore partus inquiritur. Quod uidelicet tempus, dum in nobismetipsis uix comprehendimus, multo magis in aliena mente nescimus. Vel (inquit) parturientes ceruas obseruasti? Hoc est illos labores patrum, qui spirituales filios generant, cauta consideratione pensasti? Nihil uero obstat, quod uerba Deus de doctoribus faciens, non ceruorum, sed ceruarum eos specie designat, quia nimirum illi uere doctores sunt, qui, quum per rigorem disciplinae patres sunt, per pietatis uiscera, esse matres nouerunt. Et diuus Hieronymus libro secundo, in Abacuc in fine, exponens illud prophetae, Et pones pedes meos, quasi ceruorum: Vt calcem (inquit) super aspidem, & basiliscum, & quasi puer paruulus mittam manum in foramen, & extraham serpentes, ludamque de colubro. Similis enim est fratruelis meus caprea, aut hinnulo ceruorum. Et quia ipse est ceruus, mihi quoque donauit, ut ceruus essem sublimis cornibus, findens ungulas, cibos ruminans, & ad odorem meum serpentes fugas, de quo dicitur, Qui perfecit pedes meos quasi ceruorum. Et rursus, Vox domini perficientis ceruos. Ponet ergo pedes meos inter ceteros ceruos suos, & ad coelestia perducet me, ut inter Angelos canam gloriam domini, & super terram pacem hominibus bonae uoluntatis annunciem. Et exponens secundum septuaginta illud Esaiae, Ibi obuiauerunt sibi cerui, & uiderunt

Cerui, apostoli derunt facies suas &c. Allegoricè (inquit) interpretabimur, ut doceamus ceruos, id est, **Apostolos,** & **sancti docto** & sanctos quosq; doctores, de quibus scriptum est: Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū &c. Et alibi: Vox domini perficientis ceruos. Et rursus, Ceruus amicitiae, & pullus gratiarum tuarū loquantur mihi. Et in Iob, Custodisti autem menses ceruorum &c. Et Augustinus exponēs illud Psalmistæ, Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: Curre ad fontem (inquit) desiderata fontem, sed noli utcunq; noli ut quaecunq; animal currere, ut ceruus curre, non sit tarditas in currendo, impiger curre, impiger desiderata fontē. Inuenimus enim insigne uelocitatis in ceruo. Ceruus serpentes necat, & post serpentium interemptionem, maiore siti inardescit, peremptis serpentibus ad fontes acius currit. Serpentes uitia tua sunt, consume serpentes iniquitatis, tūc amplius desiderabis fontem ueritatis. Traduntur cerui, & à quibusdam etiam uisi sunt, uel quando in agmine suo ambulant, uel quando natando alias terrarū partes petunt, onera capitum suorum super se inuicem ponere, ita ut unus precedat, & sequantur qui supra eū capita ponūt, & supra illos alij consequentes, & deinde alij, donec agmen finiatur. Ille autem unus, qui pondus capitū in primatu portabat, fatigatus redit ad posteriora, ut alius ei succedat, qui portet, quod ille portabat, atq; ille fatigatiōem suam recreet posito capite, sicut & ceteri ponebāt. Ita uicissim portando quod graue est, & uiam peragunt, & inuicem se non deserunt. Nonne quosdam ceruos alloquitur Apostolus, dicens: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi: Istam fortasse ceruorum naturam intenderat Salomon, quum ait: Ceruus amicitiae, & pullus gratiarum tuarum, colloquatur tecum. Nihil enim sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem onera nostra portaremus, si unum tempus esset infirmitatis amborum, qui onera sua sustinent, aut unum infirmitatis genus, sed diuersa tempora, & diuersa genera infirmitatis faciūt, ut onera nostra portare inuicem ualeamus. Verbi gratia. Iram fratris tui tunc portabis, quum aduersus eū non irasceris, ut rursus eo tempore, quo te ira praeoccupauerit, ille te tranquillitate sua supportet. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum uidentum est, uelut si quis loquacitatem in se uicerit, & pertinaciam nondum uicerit, alius uero adhuc loquax sit, sed iam pertinax non sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare.

Gal. 6. a.
August. lib. 83.
quæst.
Prouerb. 5. d.

Gregorius.
Iob 1. a.
Cibus, & potus, est scriptura.
I. a.
Thron. 4. a.
Esa. 55. a.
Ioan. 7. f.
Esa. 5. d.

Luc. 13. e.

Hieronymus.
Esa. 65. c.
Ioan. 6. d.
Ioan. 6. f.
Prou. 20. a.
Psal. 36. e.

Quid mysticè significet cibus.

Cap. XXXIII.

Cibus aliquando est scriptura sacra. Vnde diuus Gregorius exponens illud Iob, Vt comederent, & biberent cum eis: Scriptura (inquit) sacra, aliquando nobis est cibus, aliquando potus. Cibus est in locis obscurioribus, quia quasi exponendo frāgitur, & mādendo glutitur; potus uero est in locis apertioribus, quia ita sorbetur, sicut inuenitur. Cibum uidit propheta scripturam sacra, quæ exponendo frangeretur, quum diceret, Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, id est, infirmi quicq; scripturæ sacrae ualentiores sententias petierunt, exponendo comminui, sed qui exponere debeat, non ualet inueniri. Potum uidit scripturam sacram propheta, quum diceret, Omnes sitientes uenite ad aquas. Si potus aperta mandata non essent, per semetipsam ueritas non clamaret, si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Quasi cibum, & potum uidit propheta Iudææ defuisse, quum diceret, Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Paruulorum quippe est, fortia, & occulta cognoscere: multorum uero, historiae aperta sentire. Idcirco Iudææ nobiles, non siti, sed fame interisse asserit, quia hi, qui præesse uidebantur, dum totos se exteriori intelligentiæ dederant, quid de intimis discutiendo manderent, non habebant. Quia uero sublimioribus ab intellectu interno cadentibus paruulorum intelligentia, & in exterioribus exiccatur, rectè illic adiungitur, Multitudo eius siti exaruit. Ac si apertè diceret: Dum uulgius studium uitæ suæ deserit, iam nec fluuenta historiae exquirat, & tamen occulta sacri eloqui mandata, & aperta se intellexisse testantur, qui reprobanti se iudici conquerentes, dicunt: Manducauimus, & bibimus coram te. Quod apertè exponēdo subiūgentes, In plateis (inquit) nostris docuisti. Quia ergo sacra eloquia in locis obscurioribus exponendo franguntur, in locis uero apertioribus, ita ut inuenta fuerint, potantur, dicatur rectè: Mittentes uocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent cum eis. Ac si apertè diceretur: Infirmos quosq; blanda à se persuasionē deducebant, quatenus eorum mentes & magna per contemplationem differentes, pascerent, & parua, per historiam tradentes, nutrent. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaia, Ecce serui mei bibent, & uos sitietis &c. Quæ omnia (inquit) χιλιασαι in mille annis putant esse complenda, cibum, & potum, regnum dei esse credentes, nec intelligentes illud quod scriptum est: Operamini non cibum qui perit, sed panem uitæ, & ueritatis, & carnem Christi, & fructum ligni uitæ comedere cupientes, de quo saluator loquitur: Ego sum panis, qui de caelo descendit. Et illud, Aperi oculos tuos, & saturare panibus. Et Psalmista: Iuuenis (inquit) fui, & fenui, & nō uidi iustum derelictum, neq; semen eius quærens panem &c. De isto pane, & conuiuio spiritali,

spiritali, discipulos instruebat. Vos qui perseuerastis mecum in tentationibus meis, edetis in mensa patris mei in regno caelorum. Quod si de simplici pane accipiamus, quomodo illud explanare poterimus, Nō interficiet fame dominus animam iustam? Et iterum, Cognoscit dominus uias immaculorum &c. & in diebus famis saturabuntur? Quanti enim sancti in persecutione moriuntur fame, & egestate confecti, quanti iusti esuriunt, & impij crudelitibus distenduntur? Potus autem ille accipiendus est, qui hauritur de fontibus Israēl, quem qui biberit, habet in se fontem aquæ salientis in uitam æternam. Quem & saluator in regno patris se bibiturum cum Apostolis pollicetur, qui lætificat cor hominis, ita ut bibentes possint dicere, Dediti lætitiā in corde meo. De hoc cibo, & potu inter octo beatitudines dicitur, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Et mater domini plena sancto spiritu prophetabat, Esurientes impleuit bonis, qui prius cibum domini non habebant, & diuites dimisit inanes, qui dati sunt pro sepultura eius, & quem propheta promiserant, respuerunt. De quibus & in alio loco Psalmista decantat: Diuites eguerunt, & esurierunt, id est, populus Iudæorum: qui autem quærent dominū, hoc est turba gentilium, non egebunt omnino. Et in Ecclesiastem exponēs illud, Et quidem omnis homo, qui comedit, & bibit: Porrò (inquit) quia caro domini, uerus est cibus, & sanguis eius uerus est potus, iuxta *εναργωλυ*, hoc solum habemus in præsentī sæculo bonum, si uescamur carne eius, cruoreq; potemur, non solum in mysterio, sed etiam in scripturarū lectione. Verus enim cibus, & potus, qui ex uerbo Dei sumitur, scientia scripturarum est. Et exponens illud Ecclesiastis, Non est bonum homini, nisi quod comedat, & bibat &c. Bonum est (inquit) ueros cibos, & ueram sumere potionem, quos de agni carne, & sanguine in diuinis uoluminibus inuenimus. Quis enim uel comedere, uel quum opus est, parcere potest absq; Deo, qui præcepit sanctum canibus non esse mittendū, & docet quomodo in tempore conseruis sint danda cibaria, & iuxta alium sensum, Inuentum mel tantum comedere, quantum sufficit. Et Origenes homilia septima, super Leuiticum, exponens Petri uerba, dicens: Domine tu scis, quia nunquam commune, aut immundum introiuit in os meum &c. Dominus (inquit) & saluator noster dicit, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis. Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Iesus ergo quia totus ex toto mundus est, tota eius caro cibus est, & totus sanguis eius, potus est, quia omne opus eius sanctum est, & omnis sermo eius uerus est. Propterea ergo & caro eius uerus est cibus, & sanguis eius uerus est potus. Carnibus enim, & sanguine uerbi sui, tanquam mundo cibo, ac potu, potat, & reficit omne hominum genus. Secundo in loco post illius carnem, mundus cibus est Petrus, & Paulus, & omnes Apostoli. Tertio loco discipuli eorum, & sic unusquisq; pro quantitate meritorum, uel sensuum puritate proximo suo mundus efficitur cibus. Hæc qui audire nescit, detorqueat fortassis, & auertat auditum secundum illos, qui dicebant: Quomodo dabit nobis hic carnem suā manducare? Quis potest audire eum? Et discesserunt ab eo. Sed uos, si filij estis ecclesiæ, si euangelicis imbuti mysterijs, si uerbum caro factum habitat in uobis, agnoscite quæ dicimus, quia domini sunt, ne fortè qui ignorat, ignoretur. Agnoscite quia figuræ sunt, quæ in diuinis uoluminibus scripta sunt, & ideo tanquam spirituales, & non tanquam carnales examine, & intelligite, quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, lædunt uos, & non alunt. Non solū enim in ueteri testamento occidens litera deprehenditur, est & in nouo testamento litera, quæ occidat eum, qui non spiritaliter quæ dicuntur, aduerterit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum, quod dictum est, Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, occidit hæc litera. Et, Qui non habet gladium, uendat tunicam suam, & emat gladium, litera Euangelij est, sed occidit. Si uero spiritaliter eam suscipias, non occidit, sed est in ea spiritus uiuificans. Et ideo sine in lege, siue in Euangelijs, quæ dicuntur, spiritaliter suscipe, quia spiritalis diiudicat omnia, ipse uero à nemine diiudicatur. Et homilia sexta super Iesum Nauē: Tres sunt (inquit) species ciborum. Vnū quidem genus est, quo uescimur exeuntes de terra Aegypti, sed hoc ad paruam tempus sufficit. Post hoc autem manna succedit. Tertium uero iam de terra sancta capimus fructum. In quibus differentijs (ut meæ paruitalis intellectus assequitur) illud arbitror indicari, quod primus cibus est, quem de Aegypto exeuntes nobiscum portauimus, parua hæc eruditio secularis, aut etiam si quis fortè attigit liberalium literarum cognitionem, quæ exiguum aliquid iuuare nos potest. In eremo uero positi, id est, in hoc, in quo nunc sumus, uitæ statu, manna uescimur, per hoc quod diuinæ legis instructionibus erudimur. Qui uero meruerit terram repromissionis intrare, id est, quæ à saluatore repromissa sunt, cōsequi, ille edit fructus è regione palmarū. Verè enim fructū palmæ inueniet, qui deuicto hoste, ad promissa peruenerit. Certū nancq; est, quæ quacunq; illa sunt, quæ nūc in lege Dei, uel diuinis literis intelligere possumus, aut sentire multo sublimiora, & excellentiora erūt illa, quæ, cessante ænigmatate, facie ad faciē sancti quicq; uidere merebunt: quia quæ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, hæc præparauit Deus ijs, qui diligūt eum, Et

Luce 22. c.
Prouer. 10. a.
Psal. 36. d.
Ioan. 4. b.
Luce 22. b.
Psal. 103. b.
Psal. 4. b.
Matth. 5. b.
Luce 1. e.
Esa. 53. c.
Psal. 33. a.
Eccis 5. d.
Ioan. 6. f.
Cibus uerus, scripturarum intelligentia.
Eccis 8. b.
Matth. 7. a.
Prouer. 25. b.
Origenes.
A. 10. b.
Ioan. 6. f.
Ioan. 6. f.
Luce 22. c.
I. Cor. 2. d.
Ciborum spiritalium tres species.
I. Cor. 2. b.

Iosue 1. c.
Cibi, opera.

Iosue 6. c.

I. Cor. 5. c.

Cibus, sermo
Dei.

Lac, apertior,
simplicior; do
ctrina.

homilia prima super Iesum Naué, exponēs illud, Præparate uobis cibos ad uiam: Hodie (inquit) si audias, dicit tibi Iesus: Si sequeris me, præpara tibi cibos ad uiam. C. Si etenim opera sunt, quæ nos ad futuram uitam, uelut fidele uaticin, comitatur. Videamus tamē (quonia nō in cōuenit negligenter, & quasi in trāsitu literas legere diuinas) unde eos iubet cibos parare, nō habentes frumentum. Māna etenim cibus erat eis. Sed quū iam trāsierimus fluminis huius ripas, defit māna, & ideo si nō unusquisq; præparauerit sibi cibos, nō poterit sequi Iesum, terram repromissionis intrantē. Videamus quos primū in terra repromissionis capiat fructus. Tunc (inquit) manducauerunt primū fructū de regione palmarum, & manducauerunt primo azyma. Vides ergo quia primū nobis mundi huius iter digressis, si rectē sequamur Iesum, primum occurrit palma uictoriae, & abiecto fermento malitiæ, & nequitia, azyma nobis sinceritatis, & ueritatis paratur. Et homilia uigesima septima, super numeros: Cibus (inquit) uerus naturæ rationalis, sermo Dei est: sed non omnis uno, atq; eodem uerbo nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli est, aliquibus etiam in uerbo Dei cibus lactis, apertior scilicet, simpliciorq; doctrina, ut de moralibus esse solet, quæ præberi cōsueuit ijs, qui inuita habent in diuinis studijs, & prima eruditionis rationalis elementa suscipiunt. His ergo, quum recitatur talis aliqua diuinorum uoluminum lectio, in qua non uideatur aliquid obscurum, libenter accipiunt, ut est libellus Hester, aut Iudith, uel etiam Thobia, aut mandata sapientia. Si uero legatur ei liber Leuitici, offenditur continuo animus, & quasi non suum refugit cibū. Qui enim uenit, ut disceret Deum colere, iustitiæ, ac pietatis eius præcepta suscipere, audit mandata de sacrificijs dari, & immolationum ritus doceri, quomodo non continuo auertit auditum, & tanquam nō sibi aptum cibum recusat: Sed & alius, quum leguntur euangelia, uel Apostolus, aut psalmi, lætus suscipit, libenter amplectitur, & uelut remedia quædam infirmitatis suæ inde colligens, gaudet. Huic si legatur Numerorum liber, nihil hæc ad utilitatem, nihil ad infirmitatis suæ remedium, aut animæ salutem prodesse iudicabit: sed continuo refutabit, & respuet, tanquam graues, & onerosos cibos, & quia ægræ, atq; inualidæ non competant animæ. Sed sicut leonī, si detur intellectus, non continuo culpabit abundantiam hærbarum creatam, quia ipse crudis carnibus uescitur, nec dicet illas superfluo à conditore productas, quia ipse earum cibo non utitur, nec iterum homo, quia pane, alijsq; aptis sibi utitur alimonijs, culpate debet, cur fecerit Deus serpentes, quos cibum uideat præbere ceruis, neque ouis, aut bos culpate, quod alijs animalibus carnibus uesci datum est, quum ipsis ad edendum gramina sola sufficiant. Ita ergo & in cibus rationalibus diuinorum, dico uoluminum, non continuo, aut culpanda, aut refutanda est scriptura, quæ difficilior, aut obscurior ad intelligendum uidetur, uel ea cōtinere, quibus, siue insipiens, & paruulus, siue infirmior, & minus ad intelligendā omnia ualidus, uti non potest, nec conferri sibi ex ijs utilitatis aliquid existimat, aut salutis, sed considerare debet, quia sicut serpens, & ouis, & homo, ac fœnum, Dei creatura sunt omnia, & diuersitas ista ad laudem spectat, & gloriam creatoris, quod competentem, & in tempore unicuiq; eorum, pro quibus creata sunt, uel præbeāt, uel capiant cibum: Ita & hæc omnia, quæ uerba Dei sunt, & in quibus diuersus, pro captu animarum cibus est, unusquisq; prout sanum se, & ualidum sentit. Quamuis & si diligentius requiramus in Euangelij lectione, uel apostolica doctrina, in quibus delectari uideris, & in quibus tibi aptissimum, & suauissimum deponas cibū, quanta sunt, quæ te latent, si discutias, & perscruteris mandata domini. Quod si ea, quæ obscura uidentur, & difficilia, refugienda sunt protinus, & uitanda, inuenies etiam in illis, in quibus ualde confidit, tam multa obscura, & difficilia, ut si hanc sententiam teneas, sit tibi etiam inde recedendum. Sunt tamen plurima in illis, quæ apertius, & simplicius dicta sunt, ut, quamuis parui sensus, ædificent auditorem. Non possumus autē dicere de sancti spiritus literis, quod aliquid in eis ociosum, sit, aut superfluum, etiam si aliquibus uidentur obscura. Sed hoc potius facere debemus, ut oculos mentis nostræ cōuertamus ad Deū, qui hæc scribi iussit, & ab ipso horū intelligentiā postulemus.

Quid cicatrix, cidaris, cygnusq; mysticè significant.
Cap. XXXV.

Gregorius.
Psal. 37. b.

Cicatrices, sanata
peccatorum
uulnera.

Deuter. 23. b.

Cicatrices, sanationes sunt uulnerum, id est, peccatorum. Vnde diuus Gregorius libro 9. Moralium, capite 40. citans illud Dauidicum, Computruerunt, & deteriorauerunt (siue corruptæ sunt) cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ: Laxatas (inquit) nequitias ad delectationem memoriæ redire conspexerat, qui cicatrices desolebat. Cicatrices quippe computrescere, est, sanata iam peccatorū uulnera rursus in tentatione serpere, atq; ex eorū suggestionibus post superductā cutē poenitentia, sceleris culpæ iterū, doloremq; sentire, qua uidelicet in re & nihil foris opere agit, & sola intus cogitatione peccatur, districtoq; se reatu mēs obligat, nisi hoc sollicitis lamētis tergat. Vnde bene per Moysen dicit: Si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra,

castra, & nō reuertet, priusq; ad uesperū lauetur aqua, & post solis occasum, regredietur in castra. Nocturnū quippe somniū est tentatio occulta, per quā tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur, quod tamen corporis opere nō expletur. Sed somnio nocturno pollutus, egredi extra castra præcipitur, quia uidelicet & dignū est, ut qui immūda cogitatione pollutus, indignū se cunctorum fidelium societibus arbitretur. Culpæ suæ meritum ante oculos ponat, & ex bonorum se æstimatione despiciat. Polluto ergo extra castra exire, est, turpi impugnatione laborantem sese ex continentium comparatione despiciere. Qui ad uesperum lauetur aqua, quum defectum suum conspiciens, ad poenitentia lamenta conuertitur, ut fletibus diluat omne quod in animo occulta inquinatio accusat, sed post occasum solis, ad castra redeat: quia deferuescente tētationis ardore, necesse est ut iterum fiduciam erga societatem honorū sumat. Post aquæ quippe lauationem occubente sole, ad castra reuertitur, qui post lamenta poenitentia, frigescente flamma cogitationis illicitæ, ad fidelium merita præsumendo reparatur, ut iam se à cœteris longè esse nō æstimet, qui mundum se per obitum intimi ardoris gaudet. Sed inter hæc sciendum est, quod iccirco nonnunquam impulsu illicitæ cogitationis affligimur, quia in quibusdam terrenæ conuersationis actibus, quauis licitis, libet occupamur, quumq; uel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente cōtra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur. Vnde & sacerdos legis, membra hostia per frustra concisa, caput, atq; ea, quæ erga iecur sunt, iubetur ignibus cremare: pedes uero, atq; intestina hostia, prius aqua diluere. Nos quippe ipsos sacrificium Deo offerimus, quum uitam nostram cultui diuino dedicamus. Quæ membra hostia per frustra concisa super ignem ponimus, quum uitæ nostræ opera uirtutibus distinguentes, immolamus. Caput ergo, atq; ea, quæ iuxta iecur continentur, incendimus, quū in sensu nostro, quo omne corpus regitur, atq; in occultis desiderijs flamma diuini amoris ardemus. Et tamen præcipitur, ut pedes, atq; intestina hostia lauentur. Pedibus ergo terra tangitur, intestinis uero stercora gestantur, quia plerunq; iam ex desiderio in æternitate succendimur, iam toto deuotionis sensu ad appetitum nostræ mortificationis inhiamus. Sed quia adhuc terrenum præ infirmitate aliquid agimus, nonnulla etiam, quæ iam subegimus illicita, in corde toleramus. Quumq; cogitationes nostras immūda cogitatio inquinat, quid aliud, quam intestina nostræ hostia stercus portant? Sed ut comburi debeat, lauetur, quia nimirum necesse est, ut immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptatione sacrificij amor supernus incendat, & quicquid mens uel de inexperto certamine, uel de conuersationis pristina memoria patitur, lætetur, ut tanto suauius in conspectu sui spectatoris ardeat, quanto quum ei assistere cœperit, nil terrenum secum, uel lubricum in ara suæ orationis imponit. Vir igitur sanctus humanæ mētis damna conspiciat, quod plerunq; se in cogitatione illicita inquinat, & posteaquam reatum operis relaxat, & sua plorans, nostra, quæ ploremus, aperiat, dicens: Si peccauit, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Ac si aperte dicat: Si culpam uenia abstulit, cur hanc & à memoria non deterit?

Cidaris, de qua scribitur in Leuitico, Cidari quoq; textit caput, ornatus quidam est, qui capiti superponitur, inquit Origenes homilia nona super Leuiticum, quo utitur pontifex in offerendis hostijs, uel cœteri sacerdotes. Sed unusquisq; nostrum ornare debet caput suum sacerdotalibus ornamentis. Etenim quia omnis uiri caput Christus est, quicumq; id agit, ut ex actibus suis conferat gloriam Christo, caput suum, qui est Christus, ornauit. Potest & alio modo in nobis intelligi capitis ornatus. Quoniam quidem quod est in nobis primum, ac summum, & caput omnium, mēs est, ad dignitatem pontificis excolit caput suum, si quis mētem suam adornauerit sapientia disciplinis. Et diuus Hieronymus, enarrans illud Ezechielis, Aufer cidarim, tolle coronam: Cidarim (inquit) insigne pontificis, est corona, hoc est, diadema, regis iudicium. Nonne hæc est cidaris, & hæc corona, quæ nihil fecit iudicio, sed ad imitationem regis Babylonij, quos uolebat, exaltabat, & quos uolebat, humiliabat? Veniat Christus, cuius est iudicium, & tradet ei pater regnū, & sacerdotium, uel ecclesiam de gentibus congregatam. Non enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco: Deus (ait) iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iste est, cui repositum est imperium, & sacerdotium sempiternum, de quo loquebatur & Iacob: Non deficiet princeps ex iuda, neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Et exponens illud Zachariae, Ponite cidarim mundam super caput eius &c. Pro cidari (inquit) in Hebræo legimus Saniph, quæ mitra à plerisque dicitur, & in hac Iudæi uolunt intelligi sacerdotij dignitatem. Nostri autem cidarim mundam, splendorē diuinæ maiestatis intelligunt, ut unus, atq; idem *πρόσην*, id est, incarnatione, quæ de terra est, & significatur in pedibus, secundum Deum cidari ornatus esse uideatur.

Cygnus superbos signat sacerdotes (ut inquit Hieronymus in tertium caput Sophoniae) Cygnus extento collo, & in sublime se tendens, inter immundas uolucres computatur, superbos signans sacerdotes.

Somniū nocturnū,
occulta cōsuetudo.

Leuit. 1.

Sacrificium
offerre, quid
sit.

Leuit. 8. b.
Origenes.

I. Cor. 11. a.

Caput, mens.
Ornatus mētis,
sapientia.
Ezech. 21. f.

Ioan. 5. d.
Psal. 71. a.
Gen. 4. 9. b.

Zachar. 3. b.
Cidarim, sacerdotij dignitas.
Cidarim, splendor diuinæ maiestatis.

Cygnus, superbus sacerdos.

Cilicium

Cilicium quid mysticè significet, dictum est in dictione, Cinis, cap. 36.

Quid cymbalum, cyminum, cincinnus, cinisq; mysticè significant. Cap. XXXVI.

Esaie 18. a. Cymbalum, sine charitate exitus. I. Cor. 13. a. Cymbalum, haereticus. Matth. 13. d. Epicurus, prouidentiam negat. Marcion uetus negat testamentum. Cyminum, gentilitas. Esa. 28. g. Frumentum, uideorum populus, uel sacerdos

Ezech. 8. b. Cincinns, mentis cogitatio.

Iob 16. c. Cinis, poenitentia. Cutis, carnis peccatum.

Iob 13. b.

Psal. 1. Cinis, stultorum memoria. Ventus, mortalitas. Psal. 111. b. Thren. 3. Iob 4. 2. a.

Cymbalum, charitatem Dei non habentem significat (ut inquit Hieronymus, exponens illud Esaie, Vae terrae cymbalo alarū, quae est trans flumen) iuxta illud Apostoli: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et non solum cymbalum rauco cōcrepans sonitu, sed propter leuitatem sermonis haeretici in diuersa currentis, alarum cymbalum dicuntur. Haeretici enim, dormiēte patre familiās, in agro ecclesiae superfeminauerunt zizania. Quae est (inquit) trans flumina Aethiopiae, hoc significat, quod impietate sua omnes uincant haeretici. Dicit Epicurus non esse prouidentiam, & uoluptatem maximum bonum, comparatione huius scelerator Marcion, & omnes haeretici, qui uetus lacerant testamentum. Quum enim recipiant prouidentiam, accusant creatorem, & asserunt eum in plerisque operibus errasse, & non ita fecisse, ut facere debuerat.

Cyminum quid significet, scribit Hieronymus exponēs illud Esaie, Et cyminum sparget: Sereget (inquit) gith, & cyminum sparget, id est, omnes gentes, quae non receperunt eius notitiam, nec legis habere praepcepta: Virga (inquit) excutiet gith, & cyminum baculo: frumentum autē, id est, populum Iudaeorum, magnis torquebit supplicijs. Alij exponunt, super populo, & sacerdotibus, quod uulgus indoctum in die iudicij, quasi gith, & cyminum corripatur uirga, & baculo: sacerdotes autem, qui habuerunt clauem scientiae, magnis supplicijs torqueantur, & hoc domini fiat iudicio, qui ostendit in cunctis mirabile consilium suum, & iustitiae ueritatem, ut qui plus acceperunt, plus exigatur ab eis.

Cincinnus, est collecta cogitatio mentis, ut diuus scribit Gregorius, libro trigessimoprmo Moral, capite nono, exponens illud Ezechielis, Emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram, & coelum, & adduxit me in Hierusalem, in uisione dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad prouocandam aemulationem: Quid est enim (inquit) cincinnus capitis, nisi collectae cogitationes mentis, ut non sparsae diffuant, sed per disciplinam restrictae subsistant? Manus ergo desuper mittitur, & propheta per cincinnum capitis eleuatur, quia quum nostra mens sese per custodiam colligit, uis superna sursum nos ab infimis trahit. Bene ergo inter terram, & coelum sublatum se asserit, quia quilibet sanctus in carne mortali positus, plenē quidem adhuc ad superna non peruenit, sed iam tamen ima derelinquit. In uisione uero Dei in Hierusalē ducitur, quia uidelicet unusquisque proficiens, per charitatis zelum, qualis esse ecclesia debeat, contēplatur. Bene quoque additur: Quia iuxta ostium interius ductus est, quod respiciebat ad aquilonem, quia nimirum sancti uiri, dum per aditum internae contemplationis aspiciunt, plus praua intra ecclesiam fieri, quam recta deprehendunt, & quasi in aquilonis parte oculos, id est, ad solis sinistram, flectunt, quia contra uitiorum frigora, charitatis se stimulis accendunt. Vbi & recte subiungitur, quia illic erat statutum idolum zeli, ad prouocandam aemulationem. Dum enim intra sanctam ecclesiam à nonnullis specie sola fidelibus, rapinas, & uitia perpetrari consyderant, quid aliud, quam in Hierusalem idolum uidēt: Quod idolum zeli dicitur, quia per hoc contra nos aemulatio superna prouocatur, ut tanto districtius delinquentes feriat, quanto nos charius redemptor amat.

Cinis, poenitentiam signat, iuxta illud Iob, Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Vbi diuus Gregorius scribit: Quid in sacco, & in cinere, nisi poenitentia: quid in cute, & in carne, nisi peccatum carnis debet intelligi? Quum ergo quidam post lapsum carnis ad poenitentiam redeunt, quasi saccus super cutem consuitur, & cinere caro operitur, quia culpa carnis per poenitentiam tegitur, ne in districti iudicis examine, ad ultionē uideat. Et libro decimotertio Moralium, capite decimoquinto, exponens illud Iob, Memoria uestri comparabitur cineri: Omnes (inquit) qui cogitatione terrena huic saeculo conformantur, per omne quod agunt, huic mundo relinquere sui memoriam conantur, alij bellorum titulis, alij altis aedificiorum moenibus, alij disertis doctrinarum saecularium libris instanter elaborant, sibiq; memoriae nomen aedificant. Sed quum ipsa ad finem celerius uita percurrat, quid in ea fixum stabit, quando & ipsa celeriter mobilis pertransit? Aura etenim cinerem rapit, sicut scriptum est, Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proiecit uentus à facie terrae. Recte ergo stultorum memoria cineri comparatur, quia illic ponitur, ubi ab aura raptatur. Quantumlibet etenim quisque pro faciēda gloria sui nominis elaborat, memoriam suam quasi cinerem posuit, quia hanc citius uentus mortalitatis rapit. Quo contra de iusto scriptum est, In memoria aeterna erit iustus. Eo ipso enim, quo facta sua solius Dei oculis imprimit, nomen suae memoriae in aeternitate figit. Et Hieronymus libro primo in lamentationes, capite 3, exponens illud, Ponet in puluere &c. citat illud Iob, Et ego agam poenitentiam in fauilla,

In fauilla, & cinere: In fauilla (inquit) & cinere poenitentiam agere, est contemplata summa essentia, nihil aliud, quam fauillam, cineremq; se cognoscere. Vnde & ciuitati reprobae in euangelio dominus dicit: Si in Tyro, & Sidone factae fuissent uirtutes, quae factae sunt in uobis, olim in cilicio, & cinere, poenitentiam egressent. In cilicio quippe asperitas, & compunctio peccatorum, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. Et idcirco utruq; hoc adhiberi ad poenitentiam solet, ut in compunctioe cilicij, cognoscamus quid per culpam fecimus, & in fauilla cineris perpendamus, quod per uitium facti sumus. Considerentur ergo in cilicio pungentia uitia, considerentur in cinere per mortis sententiam, subsequens iusta poena uitiorum. Quia enim post peccatum carnis contumelia surrexerunt, uideat homo in asperitate cilicij superbiendo quid fecit, uideat in cinere usquequo peccando peruenit. Potest quoque cilicio, ipsa in reprehensione, atq; poenitentia dolorum compunctio designari. Nam hoc quod ait beatus Iob, Ipse me reprehendo, quasi quodam cilicio pugitur, dum in mente sua asperis redargutionum stimulis confricatur. In cinere autem agit poenitentiam, quia ex primo peccato quid per iustum iudicium factus sit, solerter attendit, dicens: Ago poenitentiam in fauilla, & cinere. Ac si aperte dicat, De nullo autoris dono superbio, quia sumptus ex puluere, per illatae mortis sententiam ad puluerem me redire cognosco.

Luc. 10. c. Cilicium, asperitas, & peccatorum compunctio.

Iob 4. 2. a.

Quid circuncisio mysticè significet. Cap. XXXVII.

DE circuncisioe, diuus Paulus scribit: Circuncisio quidem prodest, si legem custodias: si autem praeruaricator legis sis, circuncisio tua praerputium facta est. Si igitur praerputium iustitias legis custodiat, nonne praerputium illius in circuncisioe reputabitur, & iudicabit id, quod natura est praerputiū, legem consummans te, qui per literam, & circuncisioe praeruaricator es legis? Non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque quae in manifesto est in carne circuncisio, sed qui in abscondito Iudaeus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo. Quae uerba Origenes enarrans in secundo libro in epistolam ad Romanos, hoc pacto scribit: Quae sit circuncisio, quam prodesse dicit Apostolus, uel quae lex profit, si custodiatur, diligentius requirendum uidetur, ut quum haec intellexerimus, possimus & nos circuncidi. Quippe si prodest circuncisio secundum uerbum Apostoli, dicentis: Quia circuncisio prodest, si legem custodias, ipse Apostolus in consequentibus docet, quia non illa, quae in manifesto est in carne, circuncisio, sed circuncisio cordis per spiritum, non per literam facta, laudem habet non ab hominibus, sed ex Deo. Et alibi dicit: Videte circuncisioe. Nos enim sumus circuncisio, qui in spiritu Deo seruiamus, & non in carne confidimus. Haec (ut opinor) est circuncisio, qua prodesse dicit Apostolus, si legem custodias, non legem literae, cuius utique circuncisioe in carne non recipis, sed legem spiritus, secundum quam circuncideris corde. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat, quia & lex Dei non refertur atramento scripta, sed digito Dei, qui est spiritus eius, & non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Verum potest nobis obijci, quia si Apostolus circuncisioe prodesse dicit, quae utique alia non intelligitur esse, quam animae purgatio, & abiectio uitiorum, quomodo addit adhuc, ita demum prodesse huiusmodi circuncisioe, si legem custodias, quum haec ipsa circuncisio non nisi ex legis obseruantia fieri uideatur? Sed intueri, ne forte abscondere uitia, & cessare à malis, circuncisioe significet: agere autem quae bona sunt, & efficere quae perfecta sunt, custodire sit legem. Neque enim in eo perfectio est, si cessatur à malis, sed in eo si agantur bona, sicut in Psalmo euidentius perdoceatur, quum dicit: Declina à malo, & non hic stetit, sed addidit, Et fac bonum. Similiter ergo & Apostolus (utpote in his imbutus) ita demum dicit prodesse circuncisioe, & abiectioe malorum, si custodias legem bonorum. Neque enim perfectus quis esse potest, si nihil egerit mali, sed si aliquid egerit boni. Vnde & ipsa circuncisio, quae fiebat in carne, non absque huius intelligentiae, quam nunc exponimus, significabatur imagine. Denique octaua die paruulis dabatur, qui nihil utique adhuc operis egerint. Quod si quis nobis obijciat, quod in principio libri Iob de laude eius positum est, ubi dicit: Et erat Iob homo uerax, sine querela, iustus, Dei cultor, abstinentes se ab omni re mala, cur praecedente boni operis laude, in ultimo mali continentia numeretur? Illud quoque arbitror indicari, quod saepe fieri solet, quia plurimum hominum agant quidem quae bona sunt, misceatur tamen aliquid & operis mali. Pauci uero sicut Iob, qui ita & ueraces, & irreprehensibiles, ita iusti sunt, & cultores Dei, ut haec omnia agentes, abstineant se ab omni re mala: Si ergo (inquit) praeruaricator sis legis (sicut supra exposuimus) non agendo quae bona sunt, circuncisio tua praerputium facta est, dum & hoc tibi, quod abstineri à malo uisus es, opera fidei, & iustitiae non agentium ad infidelitatem reputatur. Neque enim possibile est alicui carnalem circuncisioe rursum in praerputium uerti, quum utique abscessa praerputij caro, ultra redire non possit. Dignius ergo, & euidentius intelligitur, quod continentia mali operis, quae per circuncisioe significatur, si opera fidei non habeat, ad immunditiam reputatur. Sed & si in ecclesia per baptismi gratiam circunciditur, si post haec

Roman. 2. d.

Origenes.

Philipp. 3. a.

2. Cor. 3. b.

Circuncisio, animae purgatio, & uitiorum abiectio.

Psal. 33. c.

Roman. 2. d.

Iob 1. a.

Roman. 2. d.

Iacobi 2.d.
Roman. 2.d.
Præputium, gen-
tes.

Adu. 10.c.
Adu. 21.c.

1. Cor. 9.d.

Galat. 5.a.

Roman. 2.d.

Custodire, &
præuaricari le-
gem, quid sit.
Lex, generale
uocabulum, iusti-
tia, pars legis.

Matth. 5.c.

Roman. 8.a.

Roman. 8.b.

Circumcidere,
quid sit.

Circumcisio, cur
die octaua.

Matth. 22.c.

Matth. 19.b.

Philip. 3.d.

2. Cor. 4.d.

hæc præuaricator sit legis Christi, circumcisio baptisimi ad infidelitatis ei præputium reputabitur, quia & fides sine operibus, mortua dicitur, & mali uillici pars, cum infidelibus ponitur. Si autem præputium iustitias legis custodiat &c. Superius diximus, quod duos iudæos, & duas circumcisio nes discutiat Apostolus, & nunc commemoret. Videtur ergo in præfenti loco præputium dicere gentes, quæ in præputio carnis, ad fidem Christi uenerunt, quas legem spiritalem seruantes, componit, & comparat iudæis, qui per literam, & circumcisio nē carnis præuaricatores sunt legis, quos & iudicandos ab his dicit, in quibus non carnis circumcisio, sed legis obseruatio est. Verum confydera si possit in hoc loco & ille intellectus admitti, ut dicatur etiam post aduentum Christi carnalis circumcisio, quæ ex lege obseruabatur, prodesse aliquid custodientibus legem secundū hoc, quod in initio fidei nostræ adhuc à credentibus obseruabatur, ut in actibus Apostolorum docetur, uel Petrus in discretione ciborum, uel Paulus in sacrificijs purificationis fecisse, si fortè etiam hic hu iusmodi circumcisio nē proposuisse uideatur Apostolus, quam prodesse dicit, ita, si etiam lex ser uetur. Si minus, circumcisio nē hanc in præputium uertēdam, hoc est, nihil profuturam, imò etiā in alijs habere iudicem eum, qui per circumcisio nē carnis uideatur legis obseruatiā profiteri, & præuaricando legem iudicari ab eo, qui non suscepit quidem circumcisio nē carnis, iustitias ta men seruauerit legis. Si ergo & hic sensus recipi debeat, uide etiam tu, qui legis, quoniam quidem ipse Apostolus profitetur se iudæis fieri iudæum, & his, qui sine lege sunt, quasi sine lege sit, & omnibus omnia fit, ut omnes lucrifaciat, ne fortè propterea hic uideatur indulgere iudæis ea, quæ ad Galatas scribens his, qui ex gentibus crediderunt, non indulget. Dicit enim quia si circumci damini, Christus uobis nihil proderit. Nihil ergo prodest circumcisio his, qui ex ea putant aliquid iustificationis assumi. prodest autem his qui putant sibi ad Christum non esse ueniendum, si ei cir cuncidere filios uetaretur. Erant enim nonnulli in initijs, qui circumcisio nē, uelutū insigne uer naculum gentis suæ, nimio amore seruarent, & impediri uidebantur à fide, si eis uetaretur, quo ca rere non poterant. Ergo uidetur Apostolus ad huiusmodi homines dicere, ne eis fidei ianuam clau dat, quia circumcisio prodest, si legem custodias &c. E contrario autem si credētes ex gentibus ad circumcisio nē cogerētur, fidei Christi, & prædicationi uerbi fieri uideretur iniuria. Sed & illud ob seruandum est, quod quum dixerit, Circumcisio quidem prodest, si legem custodias, non addidit, Si autem non custodias, sicut consequens uidebatur, sed ait, Si autem præuaricator sis legis. In quo ostendit aliud esse non custodire legem, aliud præuaricari legem. Nam & Paulus ipse non semper legem custodit nunquam tamen præuaricator est legis. Propterea in consequentibus dicit, Si au tem præputium &c. Custodit ergo legem is, qui eam secundum literam obseruat, & is præuarica tur eam, qui spiritalem eius non tenet sensum. Iustitiæ uero legis, moralis est locus. Lex enim gene rale uocabulum est, iustitia uero, pars legis est. Continet enim lex iustitias, & iudicia, & mandata, & iustificationes, aliāsq; quam plurimas species. Si ergo præputium, non ait ipsam legem sed si ius titias legis custodiat, intantum præfertur circumcisio nē præuaricanti legem, ut etiam iudicet eam. Et bene addidit, Legem perficiens. Ille enim, qui secundum literam uiuit, custodire dicitur legem: iste uero, qui secundum spiritum, perficere. Perfectio autem legis, in Christo est, qui dixit, Nō ue ni soluere legem, sed adimplere. Adimplere autem legem, est perficere legē. Custodit ergo legem carnalis iudæus, perficit autem spiritualis, & qui in occulto iudæus est. In quo ille quidem præuari cator legis, hic autem iudex præuaricatoris efficitur. Præuaricator autē carnalis iudæus, quia lex ipsa infirmatur per carnem. Nisi enim infirma fuisset secundum carnem, nō utiq; diceretur, Nam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem. Per spiritum autem infirmari legem, nunquam inuenies scriptum. Et ideo qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Qui autem per spiritum actus carnis mortificauerint, non solum uiuent, sed iudices erunt, non tātum hominum, sed & Angelorum, quia illius laus ab hominibus est, huius à Deo.

De eadem circumcisio nē mystica. Cap. XXXVIII.

Circumcidere (ut eodem libro scribit Origenes) est ex genitāli membro, per quod successio hu mani generis, & carnalis propago ministratur, amputare aliquam partem. Per hoc ergo iudi cari figurāliter reor, amputandam esse ab anima, si qua illi ex consortio carnis adhæret impuritas, si quis eam libidinis maleuadæ sensus obtexit. Idcirco igitur nō alijs ista defectio, sed genitālibus membrīs infigitur, ut clareat, quod huiusmodi uitia animæ, non ex propria substātia, sed ex genui no motu, & incentiuo carnis adueniunt. Quod autem octaua die circumcisio datur, illud designa ri arbitror, quod præfenti quidē sæculo septimana deputata est, octauus autem dies, futuri sæculi mysterium tenet. Illorum ergo est circumcisio spiritualis, qui futuro sæculo militant, in quo neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei, & eorum, qui seipsos castrauerunt propter regnū dei, & quorum in terris ambulantium in cœlis est conuersatio, quicq; prospiciunt nō ea, quæ uiden tur, sed quæ non uidentur, & sciunt quia quæ uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna.

æterna. Verum (ut superius memorauimus) dictū est & ab alijs, quod circumcisio spiritualis sit omnē immundam cogitationem, atq; impuros sensus abscindere à corde, & abijcere. Sed occurritur hu iuscemodi æditionibus ex his, quæ apud Ezechielem scripta referuntur, ubi dicit dominus, Omnis Ezech. 44.c. filius alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne, non introibit in sancta mea ex omni bus filijs alienigenarum, qui sunt in medio domus Israël. Euidenter etenim duas circumcisio nē hoc in loco ostendit sermo propheticus, dicens: Incircuncisus corde, & incircuncisus carne. Vnde cogimur secundum allegoricas leges utriusq; circumcisio nē formas, ac species assignare, & uideamus, ne fortè referri queat ad duo generalia peccata, in quibus incircuncisum esse non expedit, id est, in fide, & in operibus, ut sit circumcisus corde, qui habet fidem, & incircuncisus carne, qui opera non habet. Alterum nanq; sine altero reprobatur, quia & fides sine operibus mortua dicitur, & ex ope ribus sine fide, nemo apud Deum iustificatur. Sic ergo (ut ego arbitror) dictum propheticum con uenienter aptabitur fidelium populo, quibus dicitur, Omnis alienigena, qui est in uobis in medio domus Israël incircuncisus corde, & incircuncisus carne, non introibit in sancta mea. Hoc nimirū est, quod dominus in euangelio dicit, Qui credit in me, mandata mea custodiat. Et iterum, Qui au dit uerba mea, & facit ea. Et iterum, Quid autē dicitis mihi, domine domine & non facitis quæ di co? Vides ergo ubiq; fidem cum operibus iungi, & operari cum fide. Cordis ista est circumcisio, nihil sordidum, nihil indignum sentire de fide. Carnis circumcisio est, nihil immundum, nihil conta minatum in opere, gestisq; committere. Qui enim in altero horum incircuncisus fuerit, & immun dus, Dei uocibus ingredi prohibetur in sancta. Ingreditur tamen & alienigena in sancta, quod non liceat ingredi, secundum legem literæ, nisi solis sacerdotibus. Datur uero nūc & alienigenis ut in grediantur, ut sint fidei, & actuum circumcisio nē purgati. Si quis autem nos ad superiores quæstio nes reuocare contendat, & iterum nobis replicet quod scriptum est de alienigena, quod ab eo uo lente ingredi in sancta, non solum cordis circumcisio, sed & carnis exigitur, huic ita molestè persi stenti, obuertimus & nos illud, quod Hieremias propheta dixit, Ecce incircuncisæ sunt aures ue stræ. Ostendat nobis iste carnalis circumcisio nē exactor aurium circumcisio nē sensibilem, & corporalem, si potest. Sed certum est, quod nullo pacto hoc facere queat. Reuertetur ergo ad al legorias, necessitate compulsus, & dicit circumcidi aures, quum secundum Salomonis monita non recipiunt auditionem uanam, & quum opilantur, ne audiant iudiciū sanguinis, & quum Circumcisio au ris quid sit. Ecc. 28.d. sepuntur spinis, ne audiant obreccationem, sed ut soli uerbo Dei pateant, & his, quæ ad ædifi cationem dicuntur. Sit ergo & illa cordis, qualis & hæc aurium circumcisio, quæ communiter uidetur exposita. Hoc autem modo & incircuncisus labijs dicitur, qui non circumciderit blas phemiam, scurrilitatem, turpiloquium de ore suo, qui non posuerit custodiā ori suo, & ostium circumstantiæ labijs suis, qui non etiam à uerbo ocioso, circumciderit os suum. De niq; ubi dixit Moyses ad dominum, Prouide domine alium quem mittas, ego autem tardæ Incircuncisus labijs. Psal. 38.a. lingua, & gracili uoce ego sum, ipsi in Hebræis exemplaribus habere se dicunt, Ego autem Incircuncisus sum labijs. Quod si hoc modo potest quis incircuncisus uideri auribus, & incircun cisus labijs, cur non & simili forma incircuncisus præputio carnis suæ dicatur is, qui erga natu ralem coitus motum immoderatus, & intemperatus effluit: circumcisus uero habeatur, qui in hu iuscemodi negotio, legitimis, & quantum posteritati sufficit, utatur officijs? Verum quoniam de circumcisio nē ratione tractamus, etiam illud his adiungere non absurdum uideatur, quod Iesus fi lius Naué ex præcepto domini filios Israël secundo circumcidisse cultis faxeis memoratur. Quod Iosue 5.c. utiq; quantum ad literam spectat, impossibile factu uidetur. Semel in carne præputij circumcisus, Circumcisio secun da secundum literam impossi blis. quid inuenire potest secunda circumcisio quod auferat? Iesus uero noster, qui uerè post Moysen Circumcisio spi ritualis prima, & secunda. filios Israël in terram sanctam fluentem lac, & mel, terram repromissionis induxit, euidēs est, quo modo non semel, sed secundo circumcidat credentium populum. Prima nanq; est eius circumcisio, qua ab eis uel idolorum cultum, uel commenta philosophicæ persuasionis exsecuit: secunda uero utitur circumcisio nē, quum ab eis ueteris hominis consuetudinem, & passiones, ac uitia carnis ab scidit, & tunc completur quod in Iesu Naué scriptum est, Hodie abstuli à uobis opprobria Aegy pti. Opprobria nanq; Aegypti secum fert, si quis in Ecclesia postus, & sub Iesu duce militans, Aegyptios mores, & motus animi barbaros seruet. Circumcisio interioris hominis allegoricis le gibus intelligatur, quum iam neque interior ille concupiscit in corde, neque exterior iste concupi scentiam ministrat in corpore, ut circumcisus dicatur in carne ille, quem Apostolus dicit iam non esse in carne, sed in spiritu, & qui actum carnis per spiritum mortificat. Verum quoniam qui cir cuncisus est, aliquam carnem perditam dedit, aliquam seruauit incolumem, in eo quod perditam dedit, illam carnem significari puto, de qua scriptum est, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos fœni: Caro autem quæ seruatur, & incolumis permanet, puto quod formam teneat illius Luc. 3.b. carnis, de qua dicitur, Quia omnis caro uidebit saluatorem Dei.

1. Petri 2. b.

*Circuncisio au-
rium.*

*Incircuncisus
labijs.*

*Circuncisus la-
bijs.*

*Incircuncisus la-
bijs, haereticus.*

*Circuncisus la-
bijs.*

*Circuncisio car-
nis spiritualis.*

*Incircuncisus
carne.*

*Virgines uer am
habēt carnis cir-
cuncisionem.*

*Incircuncisus
corde.*

*Circuncisus cor-
de.*

Matth. 5. 4.

*Circuncisio ma-
nuum.*

*Circuncisio pe-
dum.*

*Circuncisio ocu-
lorum.*

*Circuncisio gu-
stus.*

*Circuncisio odo-
ratus.*

Roman. 6. d.

*Cithara, recta
operatio.
Iob 30. d.*

Idem quoque Origenes de mystica circuncisione, homil. 4. super Genesim hoc pacto scribit: Vos autem, o populus Dei, & populus in acquisitionem electus ad enarrandas uirtutes domini, suscipite dignam circuncisionem uerbi Dei in auribus uestris, & in labijs, & in corde, & in praepotio carnis uestrae, & in omnibus omnino membris uestris. Circuncisus namque aures uestrae sint secundum uerbum Dei, ut uocem non recipiant obrectantis, ut maledici, & blasphemi uerba non audiant, ut falsis criminationibus, mendacio, irritationi non pateant, oppilentur, & clausae sint, ne iudicium sanguinis audiant, aut impudicis canticis, & theatralibus sonis pateant. Nihil obscenum recipiant, sed ab omni scaena corruptionis auersae sint. Ego puto, quod incircuncisus labijs sit, qui nondum cessauit a stultiloquio, a scurrilitate, qui bonis derogat, qui criminatur proximos, qui instigat lites, qui calumnias mouet, qui fratres inter se falsa loquendo committit, qui uana, inepta, saecularia, impudica, turpia, iniuriosa, proterua, blasphema, & coetera, quae indigna sunt Christiano ore, proloquitur. Si quis uero ab his omnibus continet os suum, & disponit sermones suos in iudicio, uerbositatem reprimit, linguam temperat, uerba moderatur, iste merito circuncisus labijs dicitur. Sed & qui iniquitatem in excelsis loquitur, & extendunt in caelum linguam suam, sicut haeretici faciunt, incircuncisi, & immundi labijs dicendi sunt. Circuncisus uero & mundus est, qui semper uerbum dei loquitur, & sanam doctrinam euangelicis, & Apostolicis munitam regulis profert. Nunc uero qualiter etiam carnis circuncisio suscipi debeat, uideamus. Membrum hoc, in quo praepotium uidetur esse officijs naturalibus coitus, & generationi deseruire, nemo est qui dubitet. Si quis igitur erga huiusmodi motus non importunus existat, nec statutos legibus terminos superet, nec aliam foeminam, quam coniugem legitimam nouerit, & in ea quoque ipsa posteritatis tantummodo causa certis, & legitimis temporibus agat, iste circuncisus praepotio carnis suae, dicendus est. Qui uero in omnem lasciuiam proruit, & per diuersos, & ad illicitos passim pendet amplexus, atque in omnem libidinis gurgitem fertur in-franis, iste incircuncisus est praepotio carnis suae. Verum ecclesia Christi, gratia eius, qui pro se crucifixus est, roborata, non solum ab illicitis, nefandisque cubilibus, uerum etiam a concessis, & licitis temperat, & tanquam iam uirgo sponsa Christi, castis, & pudicis uirginibus floret, in quibus uera circuncisio carnis praepotij facta est, & uere testamentum Dei, & testamentum aeternum in eorum circuncisa carne seruatur. Superest nobis etiam designare circuncisionem cordis. Si quis est, qui obscenis desiderijs, & foedis cupiditatibus aestuat, & (ut breuiter dicam) qui moechatur in corde, hic incircuncisus est corde: sed & qui haeticos sensus mente continet, & blasphemias assertiones contra scientiam Christi disponit in corde, hic incircuncisus est corde. Qui uero puram fidem in conscientiae synceritate custodit, iste circuncisus est corde, de quo dici potest, Beati mundo corde, quia ipsi Deum uidebunt. Ego uero audeo ex simili, etiam haec propheticis uocibus addere, quia sicut oportet auribus, & labijs, & corde, & carnis praepotio circuncidi: ita fortasse & manus nostrae indigent circuncisione, & pedes, & uisus, & odoratus, & tactus. Ut enim perfectus sit homo Dei in omnibus, euncta circuncidenda sunt membra. Manus quidem a rapinis, a furtis, a caedibus, & ad sola Dei opera pandenda. Circuncidendi sunt pedes, ne ueloces sint ad effundendum sanguinem, & ne intrent in concilium malignantium, sed ut tantum pro mandatis Dei circumeant. Circuncidantur & oculi, ne concupiscant aliena, ne uideant ad concupiscendum mulierem. Qui enim erga foeminarum formas lasciuo, & curioso oberrat aspectu, iste incircuncisus est oculis. Sed & si quis est, qui siue bibat, siue manducet (sicut Apostolus praecipit) ad gloriam Dei manducat, & bibit, iste circuncisus est gustu. Cuius autem Deus ueter est, & suauitatibus gulae deseruit, huius incircuncisum dixerim gustum. Si quis Christi odorem bonum capit, & in operibus misericordiae odorem suauitatis requirit, huius circuncisa est odoratio. Qui uero primis unguentis delibutus incedit, iste incircuncisus odoratu dicendus est. Sed & singula quaeque membrorum, si in officijs mandatorum Dei deseruiant, circuncisa dicenda sunt. Si uero ultra praescriptas sibi diuinitus luxuriant leges, incircuncisa reputanda sunt. Et hoc puto esse, quod Apostolus dicit: Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticiae in sanctificationem. Quum enim iniquitati seruiret membra uestra, non erant circuncisa, nec erat in eis testamentum Dei. Quum uero coeperint seruire iusticiae in sanctificationem, promissio, quae ad Abraham facta est impletur in eis. Tunc enim lex Dei, & testamentum eius signatur in eis. Et hoc est uere signum fidei, quod inter Deum, & hominem, aeterni foederis continet pactum.

Quid cithara mystice significet.

Cap. XL.

Cithara rectam operationem designat (ut diuus scribit Gregorius libro 20. Moral. cap. 31. enarrans illud Iob, Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.) Quia (inquit)

(inquit) organum per fistulas, & cithara per chordas sonat, potest per citharam recta operatio, per organum uero, sancta praedicatio designari. Per fistulas quippe organi, ora praedicatorum: chordas uero citharae, intentionem recte uiuentium non inconuenienter accipimus, quae dum ad uitam aliam per afflictionem carnis tenditur, quasi extenuata chorda in cithara per intuentium admirationem sonat. Siccatur etenim chorda, ut congruum in cithara cantum reddat, quia & sancti uiri castigant corpus suum, & seruituti subiiciunt, atque ab infimis, ad superiora tendunt. Pensandum quoque est, quod chorda in cithara si minus tenditur, non sonat: si amplius, raucum sonat, quia nimium uirtus abstinentiae, aut omnino nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum ualet: aut ualde inordinata est, si corpus atterit, plusquam ualet. Per abstinentiam quippe carnis, uitia sunt extinguenda, non caro, & tanto quisque sibi met debet moderamine praesse, ut & ad culpam caro non superbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Intueri inter haec egregium praedicatorum libet, quanta arte magisterij fidelium animas, uelut in cithara chordas tenses, alias amplius tendendo extenuat, atque alias a tensione sua relaxando coferuat. Alijs etenim dicit, Non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs. Et rursus ait: Mortificate membra uestra, quae sunt super terram: & tamen praedicatori charissimo scribit, dicens: Noli adhuc aquam bibere, sed modico uino utere, propter stomachum tuum, & frequenter tuas infirmitates. Illas ergo chordas extenuando tendit, ne non tenses omnimodo non sonent: haec uero a tensione temperat, ne dum plus tenditur, minus sonet. Siue autem sancti praedicatores in ecclesia, seu quilibet simplices, & abstinentes, prout uires accipiunt, in ea proximis suis canticum bonae exhortationis reddunt. Nam & prudentes quique ad praedicationis fructum solerter inuigilant, atque ut alios ad uitam pertrahant, sono magna persuasionis elaborant, & qui in eo tardioris ingenij uidentur, & ipso suae uitae merito, in quantum se posse conspiciunt, exhortationis erga alios auctoritatem sumunt, atque ad caelestem patriam quos ualent, trahere non desistunt. Sed sancta ecclesia extremis persecutionibus pressa, quum uerba sua a reprobis contemni considerat, amoris sui gratiam ad sola lamenta format, quia nimirum deflet, quos exhortando trahere non ualet. Dicat ergo, Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium. Ac si aperte fateatur, dicens: Pacis quidem meae tempore per alios parua, more citharae, per alios uero, more organi, magna, & sonora praedicabam: sed nunc uersa est in luctum cithara, & organum in uocem flentium uersum est, quia dum me contemni conspicio, eos, qui praedicationis cantum non audiunt, deploro. Haec per quosdam sancta ecclesia in fine factura est, haec per quosdam in suis iam exordijs fecit. Martyr quippe Stephanus Iudaeis persecutibus prodesse praedicando coratus est, quos tamen post uerba praedicationis, dum uideret ad iaciendos lapides conuolasse, fixis genibus orabat, dicens: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum. Quid ergo huic, qui diu & parua, & magna narrauerat, nisi iam suae citharae, atque organi cantus silebat, atque ad luctum uersa fuerant, quia eos, quos praedicando non traxerat, amando flebat. Quod nimirum quotidie sancta ecclesia agere non desistit, quae praedicationis uerbum penes ubique conticuisse iam conspicit. Alij namque loqui dissimulant, alij recta audire contemnunt. Sed electorum mens dum tacere cantum praedicationis conspicit, gemens, ac tacita, ad flentium redit. Dicat ergo, Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium, quia electus quisque, quo sanctae praedicationis uox siluit, damna ecclesiae grauius plangit. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistae, Confitemini domino in cithara: Cithara (inquit) est lignum illud in concauum, tanquam tympanum pendente testudine, cui ligno chordae innituntur, ut tactae resonent ex inferiore parte. Ex inferiore uita, id est, terrena, habemus prosperitatem, & aduersitatem. Terrena prosperitas est, quum sani sumus secundum carnem, quum abundant omnia, quibus uiuimus, quum incolumitas nostra seruatur, quum fructus largè proueniunt. Aduersitates autem ex inferiore utique parte de fragilitate generis humani in doloribus, in laegnoribus, in pressuris, in tribulationibus. Vnde Deum laudemus in utroque, ut semper sit laus eius in ore nostro, & benedicamus dominum in omni tempore. Ubique laudet deum, qui citharizat, non attendat, quia inferiora sunt, sed quia & regi, & gubernari non possunt, nisi ab illa sapientia, quae attingit a fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non enim caelestia regit, & terrena deserit. Ergo confitere domino in cithara, siue tibi abundet terrenum aliquid, gratias age illi, qui dedit, siue tibi desit, si forte damno tibi auferatur aliquid, cithariza securus. Non est enim ille tibi ablatum, qui dedit, quamuis tibi ablatum fuerit, quod dedit. Etiam sic (inquam) cithariza securus, certus in Deo tuo. Tange chordas in corde tuo, & dic, tanquam in cithara in inferiore parte bene sonante, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Et enarrans illud Psalmistae, Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: Cithara (inquit) manibus portatur, & tangitur, & significat opera quaedam nostra corporalia. Quum autem aliquid patimur tribulationum, tentationum, scandalorum in hac terra, quia non patimur, nisi ex inferiore parte, id est, ex eo, quod mortales sumus, ex eo quod primae nostrae causae quiddam tribulationum debemus, & quia patimur

*Organum, sancta
operatio.
Fistula, ora
praedicatorum.
Chorda citharae, recta inteno-
tio.
1. Cor. 9. d.
Abstinentiae uirtus
qualis.*

*Roman. 13. d.
Colos. 3. d.
1. Timoth. 5. d.*

Act. 7. g.

*Augustinus.
Psal. 32. a.
Cithara, quale
instrumentum.
Prosperitas ter-
rena.
Aduersitas ter-
rena.
Psal. 33. a.*

Iob 1. d.

Psal. 42. b.

i ij multa

Roman. 5. a. multa ab eis, qui non sunt desuper, cithara est. Venit enim sonus suavis ex inferiore parte, patimur, & psallimus, uel potius cantamus, uel citharizamus, quum dicebat Apostolus, Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, cithara sonabat ex inferiore quidem, sed tamen dulciter. Omnis enim patientia dulcis est Deo. Si autem in ipsis tribulationibus defeceris, citharam fregisti. Quare ergo modo dixit, Confitebor tibi in cithara? Propter illud, quod dixerat, Ut quid tristis incedo, dum affligit me inimicus? Patiebatur enim quiddam ex inferiore afflictione, & in eo ipso tamē uolebat placere Deo, & gratias gestiebat agere Deo, fortis in tribulationibus. Præterea cithara, caro Christi humana designatur. Vnde diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Exurge psalterium, & cithara, hoc pacto scribit, Caro diuina operans, Psalterium est: caro humana patiens, cithara est. Sonet Psalterium, illuminetur cæci, audiant surdi, stringantur paralytici, ambulent claudi, surgant ægroti, resurgant mortui, iste est sonus Psalterij. Sonet & cithara, esuriant, sitiant, dormiant, teneantur, flagellentur, irrideatur, crucifigatur, sepeliatur. Quum ergo uides in illa carne quædam sonuisse desuper, quædam de inferiore parte, una caro resurrexit, & in una carne agnoscimus & Psalterium, & citharam. Et exponens illud Psalmistæ, Psallam tibi in cithara, sanctus Israël: Quia spiritus (inquit) est desuper, caro de terra, significari uidetur per Psalterium, spiritus, per citharam, caro. Et enarrans illud Psalmistæ, Cum cantico in cithara, sic scribit: Cum cantico, in uerbo, in cithara, in opere. Si uerba sola dicis, quasi canticum solum habes, citharam non habes. Si operaris, & non loqueris, quasi solam citharam habes. Propterea loquere bene, & fac bene, si uis habere canticum cum cithara. Et exponens illud Psalmistæ, Psallite Domino Deo nostro in cithara, & uoce psalmi: Psallite (inquit) non uoce sola, assumite opera, ut non tantum cantetis, sed & operemini. Qui cantat, & operatur, psallit in cithara, & psalterio.

Cithara Christi, caro patiens.
Psal. 56. b.
Psalterium, caro diuina operans.
Psal. 70. d.
Psalterium, spiritus.
Cithara, caro.
Psal. 91. a.
Cithara, opus.
Psal. 97. b.

Quid ciuitas mysticè significet.

Cap. XLI.

Iob 24. b. Ciuitatis nomine, ecclesia designatur, ut ait diuus Gregorius, exponens illud Iob, De ciuitatibus fecerunt uiros gemere: Quia ciuitates (inquit) à conuenientibus populis, appellantur, non immeritò ciuitatum nomine, uerè sunt fidei ecclesiæ designatæ, quæ in singulis mundi partibus posite, unam catholicam faciunt, in qua fideles omnes, de Deo recta sentientes, concorditer uiuunt. Hanc itaque in Euangelio dominus conuenientium populorum, etiam per locorum distinctionem, concordia designauit, quum fatiaturus de quinque panibus populorum, quinquagenos per turmas, uel centenos discubere præcepit, ut uidelicet, turba fidelium escam suam, & locis disiuncta, & moribus coniuncta, perciperet. Iubilei quippe requies, quinquagenarij numeri mysterio continetur, & quinquagenarius bis ducitur, ut ad centenarium numerum perducatur. Quia ergo prius à malo quiescitur opere, ut post anima plenius quiescat in cogitatione, alij quinquageni, alij autem centeni discumbunt, quoniam sunt nonnulli, qui à prauis actionibus habent requiem operis, & sunt nonnulli, qui à peruersis cogitationibus habent iam requiem mentis. Hæretici igitur, quia peruersis sæpe huius mundi potentibus adhærentes, bonorum sociale uitam, atq; concordiam persequuntur, rectè nunc dicitur, De ciuitatibus fecerunt uiros gemere. Quos rectè beatus Iob memorat uiros, quia illos uagris hæretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per uiam Dei, non fluxè, & encriuerit, sed uigiliter currunt. Qui, quum uulnus perfidiæ ingeri in paruulorum fidelium mente conspiciunt, semper ad clamorem, & gemitus redeunt. Et libro duodecimo, capite uigesimotertio, exponens illud Iob, Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis: Quia (inquit) à conuersatione conuenientium ciuitas appellatur, ciuitates desolatæ sunt, ipsi obsequentium cunei peruersorum, quorum dum oribus peruersus iste laudatur, ad praua opera per nequitiam rapitur. Vnde scriptum est, Laudatur peccator in desiderio animæ suæ, & qui iniqua agit, benedicitur. Domus uero desertæ, sunt cogitationes prauæ, quas iniquus iste inhabitat, quia per omne quod agit, iniquorum hominum placere cogitationibus appetit. Quæ ciuitates desolatæ, & domus desertæ rectè nominantur, quia nisi omnipotens Deus talium conuersationes, cogitationesq; præcedentibus eorum culpis, relinqueret, ad grauiora perpetranda, minimè peruenirent. Ciuitas præterea, est ecclesia, de qua dicitur, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Fluminis impetus, est inundatio illa spiritus sancti, de qua dominus dicebat: Si quis sitit, ueniat, & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant, hi, qui in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Glorificato autem Iesu post resurrectionem, glorificato post ascensionem, die pentecostes uenit spiritus sanctus, impleuit credentes, locuti sunt linguis, prædicare euangelium cœperunt gentibus, hinc ciuitas Dei lætificabatur. Duæ autem sunt ciuitates, Vna bonorum, altera autem malorum, de quibus Augustinus libro undecimo de Genesi ad literam, capite decimoquinto: Hi duo (inquit) amores Dei

Iob 24. b.
Ciuitas, ecclesia.
Lucæ 9. b.
Quinquagenarius numerus, iubilei requies.
Iob 15. d.
Ciuitates, peruersorum cunei.
Psal. 9. d.
Domus desertæ, cogitationes male.
Psal. 45. a.
Ciuitas, ecclesia.
Flumens, spiritus sanctus.
Ioan. 7. e.
Ioan. 7. f.
Ciuitates duæ, bonorum nœpe, & malorum.

(Dei uidelicet, & sui ipsius) quorum alter sanctus est, alter immundus, alter socialis, alter priuatus, alter communi utilitati consulens propter supernam ciuitatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens, propter arrogantem dominationem, alter subditus, alter æmulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus, alter pacificus, alter seditiosus, alter ueritatem laudibus enarrantium præferens, alter quoquomodo laudibus auidus, alter amicabile, alter inuidus, alter hoc uolens proximo, quod sibi, alter subijcere proximum sibi, alter propter proximi utilitatem regens proximum, alter propter suam, præcesserunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis, & distinxerunt in genere humano conditas ciuitates duas, sub admirabili, & ineffabili prouidentia Dei, cuncta, quæ creata, sunt administrantis, & ordinantis, alteram iustorum, alteram iniquorum. Quarum etiam quadam temporali commixtione peragitur sæculum, donec ultimo iudicio separentur, & altera coniuncta Angelis bonis, cum rege suo uitam consequatur æternam, altera coniuncta Angelis malis, in ignem cum rege suo mittatur æternum.

Quid clauis mysticè significet.

Cap. XLII.

DE clauē scribit Esaias: Et dabo clauē domus Dauid super humerū eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Dabo ei (ait Hier.) clauē domus Dauid. Et hæc ipsa clauis erit super humerū, hoc est, in passione: iuxta illud, quod in alio loco scribit, Cuius principatus super humerū eius. Quod enim ille sua passione reserauit, claudi non poterit, & quod claudus ferit in ceremonijs Iudæorum, à nullo alio aperietur. Et exponens illud Esaiæ, Et uinctis eius non aperuit carcerem: Nos omnes (inquit) uincti eramus, & clausi tenebamur in carcere, quibus uinctis dixit saluator, Exite. & his qui erant in tenebris, Reuelamini. Dominus enim soluit compeditos. Qui liberati ab eo, gratias referunt, dicentes: Tu dissoluisti uincula mea. Funibus enim peccatorum suorum unusquisque constringitur. Quos funes, atque uincula soluere possunt & Apostoli, imitantes magistrum suum, qui eis dixerat: Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Soluunt autem eos Apostoli sermone dei, & testimonijs scripturarum, & exhortatione uirtutum. Et exponens illud euangelicum, Et dabo tibi clauis regni cœlorum &c. hoc pacto scribit: Istum locum episcopi, & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de pharisæorum assumunt supercilio, ut uel damnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur, quum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quæretur. Legimus in Leuitico de leprosis, ubi iubentur, ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc à sacerdotibus immundi fiant, non quo sacerdotibus leprosus faciant, & immundos, sed quod habeant notitiam leprosi, & non leprosi, & possint discernere, qui mundus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosum sacerdos mundum, uel immundum facit, sic & hic alligat, uel soluit episcopus, & presbyter, non eos, qui in fontes sunt, uel noxij, sed pro officio suo, quum peccatorum audierit uarietates, scit qui ligandus sit, quiue soluendus. Et Augustinus libro de doctrina Christiana primo, capite decimosextimo & decimo octauo: Quoniam (inquit) in uia sumus, nec uia ista locorum est, sed affectu, quam intercludebant, quasi septa quædam spinosa, præteritorum malitiæ peccatorum, quid liberalius, & misericordius facere potuit, qui seipsum nobis, quo rediremus, substernere uoluit, nisi ut omnia donaret peccata conuersis, & grauius fixa interdicta reditus nostri, pro nobis crucifixus, euelleret: Has igitur clauis dedit ecclesiæ suæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent in cœlo, quæ ligaret in terra, ligata essent & in cœlo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, non ei dimitterentur, quisquis autem crederet, scq; ab his correptus auerteret, in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide, atque correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, sit deterior desperando, quasi nihil illi melius, quam malum esse remaneat, ubi de fructu suæ conuersionis, infidus est. Et libro de fide ad Petrum unico, capite tertio: Pœnitentia (inquit) peccatori tunc prodest, si eam in ecclesia catholica gerat. Cui Deus in persona beati Petri ligandi, soluendiq; tribuit potestatem, dicens: Quæ alligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæ solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et libro primo contra aduersarium legis, & prophetarum, capite decimosextimo: Clauis (inquit) regni cœlorum sic dedit Christus ecclesiæ, ut non solum diceret: Quæ solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis, ubi apertissime bonum, non malum pro malo reddit ecclesia, uerum & adiungeret, Quæ ligaueritis in terra, erunt ligata & in cœlis, quia bona est, & uindicta dicandi iustitia. Illud enim quod ait, Si nec ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus, grauius est, quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subrigeretur. Nam ibi quoque subiunxit, Amen dico uobis, quæ ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, ut intelligeretur, quanto grauius sit punitus, qui uelut relictus est impunitus. Ecce ab hominibus non reddentibus malū pro malo, alligatur homo amarius, & infelicior ecclesiæ clauibus, quam quibuslibet grauissimis, & durissimis, ferreis, uel adamantinis nexibus. Et Ambrosius sermone sexagesimo-

Amoris dei, & sui ipsius magnū discrimen.
Esa. 22. f.
Esa. 9. a.
Esa. 14.
Esa. 49. c.
Psal. 145. b.
Prouer. 5. d.
Matth. 18. c.
Matth. 16. c.
Leuit. 14. a.
Augustinus.
Clauis date sunt ecclesiæ.
Matth. 18. c.
Matth. 16. c.
Clauis in persona Petri, date ecclesiæ.
Matth. 18. c.
Matth. 18. c.
Illic.
Ambrosius.
 i iij sexto

sexto de natali Apostolorum Petri, & Pauli: Petrus (inquit) & Paulus, uidentur praeceteris peculiari quadam in saluatore fidei uirtute praecellere, quod quidem ex ipsius domini iudicio possumus approbare. Nam Petro, sicut bono dispensatori, clauem regni caelorum dedit, Paulo, tanquam idoneo doctori, magisterium ecclesiasticae institutionis iniunxit, scilicet, ut quos iste erudierit ad salutem, ille suscipiat ad quietem, & quorum corda Paulus patefecerit doctrina uerborum, eorum animabus Petrus aperiat regna caelorum. Clauem enim quodammodo a Christo scientiae & Paulus accepit.

Clauis scientiae.

Clauis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorum dura referantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationali manifestatione producit. Clauis (inquam) est, quae & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad aeternitatem mysterij salutaris includit. Ambo igitur clauis a domino perceperunt, scientiae iste, ille potentiae. Diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiae thesauros, iste largitur. Sunt enim scientiae thesauri, sicut scriptum est, In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi. Ergo beatus Petrus, & Paulus eminent inter uniuersos Apostolos, & peculiari quadam praerogatiua praecellunt. Et Augustinus tractatu quinquagesimo super Ioannem, exponens illud euangelicum, Pauperes enim semper habebitis uobiscum: Petrus (inquit) corpus bonorum, corpus ecclesiae, imo corpus ecclesiae, sed in bonis. Nam si in Petro non erat ecclesiae sacramentum, non ei diceret dominus, Tibi dabo clauis regni caelorum &c. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in ecclesia sit, ut quae in terra ligantur, in caelo ligentur: & quae soluuntur in terra, soluantur in caelo, quia quum excommunicat ecclesia, in caelo ligatur excommunicatus: quum reconciliatur ab ecclesia, in caelo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in ecclesia sit, Petrus, quando clauis accepit, ecclesiam sanctam significauit. Et tractatu centesimo decimo octauo: Sicut in Apostolis (inquit) quum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est, quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit, Tu es Christus filius dei uiui, & ei dicitur, Tibi dabo clauis regni caelorum, tanquam ligandi, & soluendi solus accepit potestatem, quum & illud pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius unitatis accepit: Ideo unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus. Et tractatu centesimo uigesimo quarto: Hoc agit ecclesia (inquit) spe beata in hac uita arumosa, cuius ecclesiae Petrus Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore gratia unus, idemque primus Apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo clauis regni caelorum, & Quodcunque ligaueris &c. uniuersam significabat ecclesiam, quae in hoc saeculo diuersis tentationibus uelut imbribus, fluminibus, tempestatibusque quatitur, & non cadit, quoniam fundata est supra petram. Vnde & Petrus nomen accepit. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra, sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus: Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius Dei uiui: Super hanc ergo (inquit) petram, quam confessus es, aedificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse aedificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo, quae fundatur in Christo, clauis ab eo regni caelorum accipit in Petro, id est, potestatem ligandi, soluendique peccata. Quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia, hoc est, per significationem Petrus in petra, qua significatione, intelligitur Petrus petra, Petrus ecclesia. Et tractatu decimo, in epistola Ioannis: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram &c. Quid est super hanc petram aedificabo ecclesiam meam? Super hanc fidem, super id quod dictum est, Tu es filius Dei uiui: Super hanc Petram (inquit) fundabo ecclesiam meam. Et in enarratione Psalmi octogesimio octauo, exponens illud, Quis in nubibus aquabitur domino? Vos (inquit) quem me esse dicitis? Respondens Petrus pro omnibus, pro unitate unus: Tu es (inquit) Christus filius Dei uiui. Et sermone decimotertio, de uerbis domini: Petrum (inquit) Apostolum ecclesiae unice typum, admonet nos intelligere. Ipse enim Petrus in Apostolorum ordine primus, in Christi amore promptissimus, saepe unus respondit pro omnibus: Vos (inquit) quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es Christus filius Dei uiui. Vnus pro multis dedit responsum, unitas in multis. Tunc ei dominus ait: Beatus es Simon Bariona &c. Deinde addidit, Et ego dico tibi. Tanquam diceret, Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius Dei uiui, & ego dico tibi, Tu es Petrus. Simon quippe ante uocabatur. Hoc autem nomen ei ut Petrus appellaretur, a domino impositum est, & hoc ut ea figura significaret ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus a petra, non petra a Petro, quomodo non a Christiano Christus, sed a Christo Christianus uocatur. Tu es ergo (inquit) Petrus, & super hanc petram, quam confessus es, super hanc petram, quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius Dei uiui, aedificabo ecclesiam meam. Super me aedificabo te, non me super te. Nam uolentes homines aedificari super homines, dicebant: Ego quidem sum Paulus, ego

Clauis potestatis.

Thesaurus scientiae.

Collos. 2. 4.

Ioan. 12. b.

Petrus, ecclesia

Clauis ecclesiae

datae sunt, non

tantum Petro.

Matth. 18. c.

Petrus ecclesiam

significat.

Matth. 16. c.

Petrus primatum

habet in ecclesia.

Matth. 16. c.

Petrus a petra

dicitur.

Petra, Christus.

1. Cor. 3. c.

Clauis accipit

ecclesia in Petro.

Matth. 16. c.

Petra, fides.

Matth. 16. c.

Psal. 93. b.

Matth. 16. c.

Petrus, ecclesiae

typus.

Petrus, primus

in Apostolorum

ordine.

Matth. 16. c.

1. Corin. 1. b.

li, ego autem Apollo, ego uero Cepha, ipse est Petrus. Et alij, qui uolebant aedificare super Petrum, sed super petram, Ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus ubi cognouit se eligi, & Christum contemni, Diuisus est (inquit) Christus? Nunquid pro uobis Paulus crucifixus est? Aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus aedificaretur supra petram, & non petra super Petrum. Idem ergo Petrus a petra, cognominatus beatus, ecclesiae figuram portans, apostolatus principatum tenens. Et infra, in eo quod dixit Petrus, Tu es Christus filius Dei uiui, firmos significat: in eo autem quod trepidat, & titubat, & Christum pati non uult, mortem timendo, uitam non agnoscendo, infirmos ecclesiae significat. In uno ergo illo Apostolo, id est, Petro in ordine Apostolorum primo, & praecipuo, in quo figurabatur ecclesia, utrunque genus significandum fuit, id est, firmi, & infirmi, quia sine utroque non est ecclesia. Et sermone primo in festo cathedrae sancti Petri: Recte (inquit) ecclesiae natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Petrum itaque fundamentum ecclesiae dominus nominauit, & ideo digne fundamentum hoc ecclesia colit, supra quod ecclesiastici aedificij altitudo confurgit. Et sermone secundo in eodem festo: Denique (inquit) pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam faxum immobile totius operis Christiani compage, molemq; contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro uirtute dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus: Bibebant autem de spiritali sequente eos petra, petra autem erat Christus. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem domo enim Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, dominus irriguum subministrat. Et Chrysostomus sermone uigesimo septimo de Pentecoste: Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram &c. Super hanc petram, non dixit super Petrum. Non enim super hominem, sed super fidem aedificauit ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei uiui. Petram uocauit ecclesiam, fluctus suscipientem, & non titubantem. Quid est super petram? Hoc est, super confessionem, super sermos pietatis. Confessionem autem pietatis neque daemones, neque ulla creatura uincere potest. Et Chrysostomus libro tertio dialogorum de dignitate sacerdotali, cap. quinto: Hi, qui terram incolunt (inquit) atque in ea conuersantur, coelestia dispensare meruerunt, & potestatem acceperunt, quam neque Angelis, neque archangelis dedit Deus. Neque enim ad illos dictum est, Quaecumque ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quaecumque solueritis, erunt soluta. Habent quidem & mundi principes uincendi aliquam potestatem, sed quae solis in corporibus licet. Hoc autem uinculum, quod sacerdotibus commissum est, ipsam contingit animam, transitque caelos, ut ea, quae operati fuerint sacerdotes deorsum, etiam Deus confirmet in caelis, sententiamque seruorum dominus ipse corroboret. Quid ergo reliqui est, si omnis eis commissum est potestas caelorum? Quorumcumque enim dimiseritis peccata, dimittentur, & quorumcumque tenueritis, tenebuntur. Quae potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio. Ad hoc uideo a filio totum sacerdotibus esse commissum, ac sicut iam translati in caelum, & humanam transcendentem naturam, atque a nostris infirmitatibus liberati, in tantum inuecti sunt principatum. Nam si imperator alicui subditorum honorem impartiat eiuismo di, ut quos uoluerit, in uincula contradat, laxetque quos uoluerit, dignus inuidia, & conspicuus ab omnibus aestimatur. Hic qui a Deo acceperit tanto maiorem his, quae diximus, potestatem, quanto est caelum, quam terra preciosius, & quanto preciosior est anima, quam corpus: ita ne modico affectus honore credetur, ut aliqui etiam suspicentur hanc artem ab illis, quibus fuerat commissum, contemni? Procul, procul fiat talis insania. Neque enim aliud quam furor uocandus est, contemnere illud ministerium, sine quo nobis nec salus, nec ea bona quae sunt promissa, reddetur. Nemo enim ualebit ingredi in regnum caelorum, nisi ex aqua renatus, & spiritu. Et qui non manducat carnem domini, nec bibit eius sanguinem, non habebit uitam aeternam, quae per nullius alterius, quam sanctis efficiuntur manibus sacerdotum, nec gehennae utique ignem uitare, nec promissorum remuneratione potiri, nisi per illorum ualeamus officium.

Ibidem.

Petrus ecclesiae figuram habet.

Petrus apostolatus principatum habuit.

Matth. 16. c.

Ibidem.

1. Cor. 10. b.

1. Cor. 3. c.

Matth. 16. c.

Chrysostomus.

Illic.

Petra, ecclesia.

Chrysostomus.

Sacerdotum potestas, nec archangelis data.

Matth. 19. c.

Sacerdotum potestas, principum superat potestatem.

Ioan. 20. f.

Ioan. 5. d.

Sacerdotum maxima potestas, non est contemnenda.

Ioan. 3. a.

Ioan. 6. f.

Quid diuus Thomas, & Origenes, de clauibus scribant.

Cap. XLIII.

Quemadmodum autem (ut diuus inquit Thomas) in rebus corpori obnoxijis, clauis instrumentum est, quo ostium aperitur, itidem clauis dicitur potestas, qua regni caelestis nobis ostium, quod per peccatum clauditur, referatur. Haec autem potestas, quae apud diuinam resideat bonitatem, & apud Iesum Christum, qui merito suae passionis ante dictum peccati obstaculum remouit, excellentissime remanserit: attamen, quia Christi ex latere in cruce dormientis sacramenta, quibus ecclesia condita est, perfecta sunt, & ab illius passione uirtutem habet, non immerito sacerdotibus ecclesiae ministris, qui antedicta

Clauis spirituales, quid sit.

facramēta dispēfant, potestas collata est ad prædictū peccati obicē remouendū, quæ potestas metaphoricè clauis nuncupatur ecclesiæ. Est autem hæc clauis, ligandi, atq; soluendi potestas, qua nimirum sacerdos eos, q; digni, ac idonei sunt, in cœlū introducit, à quo indignos excludit. Hæc quoq; potestas cum aliqua consecratione exhibetur, & hanc ob causam cum ordine datur, sed quoniam executio debitam exigit materiam, hoc est, plebem subditam per iurisdictionē, idcirco antequam habeat sacerdos in subditos iurisdictionem, ut clauis habeat, operæ precium est. Duo autem sunt necessaria ut quis dignè ualeat clauibus uti, nempe ut iudicium habeat, quod qui absoluendus est, idoneus, atq; dignus sit. Alterum est ipsa absolutio, & idcirco duæ clauis esse dicuntur, quarū una ad scientiam pertinet discernendi, altera ad potestatem iudicandi, & soluendi. Ordinatur autē hæc clauium potestas ad culpæ remissionem, non utiq; ut principalis causa remissionis culpæ, quæ in Deo est, sed ut minister, ut Dei instrumentum, ut causa ad illam disponens. Non igitur propria uirtute, & propria autoritate sacerdos culpam remittit, sed ut Dei minister, accepta ab illo autoritate. Dicitur autem sacerdos bifariam ligare, nempe pœnæ quantitatem in summa expendens, & hoc pacto non ligat, nisi quatenus non soluit, sed ligatum ostendit. Deinde hanc, uel illam pœnam determinatè considerando, & hoc modo ad pœnam ligat, quatenus illam imponit. Et quæadmodum medicus interdum prudentissimè ægroto medicinam non exhibet fortem, quæ morbum curare sufficiat, ne maius oriatur periculum ob naturæ debilitatem; Itidem sacerdos diuino instinctu permotus, nō totam pœnam peccato debitam imponit, ne ob pœnæ magnitudinem pœnitens desperet, & à pœnitentia penitus recedat. Christus autē clauē habere dicitur, tum autoritate, quatenus Deus, tū ob passionis meritū, quatenus est homo, unde & clauē dicitur habere excellentiæ. Clauis autē ordinis, qua peccati obex per remissionē remouetur, solis cōgruit sacerdotibus, clauis autē iurisdictionis, per quā aliquis excluditur, uel admittitur ad ecclesiæ militantis consortiū per excommunicationē, & absolutionē, etiā ad nō sacerdotes pertinere potest; sed hæc propriè cœli clauis nō dicitur, sed quædā ad illā dispositio. Origenes autē homilia prima in Matthæū: Putas (inquit) soli Petro dantur à Christo clauis regni cœlorum, & nemo alius beatorum accipiet eas? Si autem commune est inter omnes quod dicitur, Dabo tibi clauis regni cœlorum, quomodo non omnia, quæ superius sunt relata ad Petrum, omnium uideantur esse cōmunia? Apud Ioannem enim dans spiritum sanctū Iesus discipulis suis per insufflationem, sic dixit: Accipite spiritū sanctum, si cuius dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cuius tenueritis, tenebuntur, quasi omnibus talibus constitutis, qualis erat Petrus. Omnes enim qui imitatores sunt Christi, similiter petre cognominantur, quæadmodum Christus, & de omnibus talibus bibunt spiritalem potum homines spiritales. Et infra: Post hæc uideamus (inquit) quomodo dictū est Petro, & omni fidei, qui Petrus est, Dabo tibi clauis regni cœlorum. Et primū quidem arbitror consequenter dominum prius dixisse, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebūt ei, & postea, Tibi dabo clauis regni cœlorū. Dignus est enim ab eodem ipso uerbo accipere clauis regni cœlorum, qui obstruxit portas inferorū, ut nō præualerent aduersum eum. Quasi præmiū enim in secundo loco dantur clauis regni cœlorum ei, qui potuerit uirtutibus portas obstruere inferorū, ut ipse sibi aperiat portas regni cœlorum, quæ clausæ sunt eis, qui à portis inferorum uincuntur. Et ingreditur qui quidem castus est, per aliquam castitatis portam, ipsa castitate sibi eas aperiente, ut clauis. Qui autem iustus est, intra perfectam iustitiæ portam, quæ aperitur clauis iustitiæ. Et sic in singulis quibusq; uirtutibus. Omnis enim species uirtutum, quum quis eam cœperit operari, quasi ipsa se adaperit ante eum, qui accesserit ad eam ex corde, domino uidelicet eam aperiente per gratiam suam ei, qui à portis inferorum nō fuerit uictus, ut inueniatur eadem uirtus & porta esse, & clauis portæ, & tot inueniatur clauis, quot & portæ. Forsitā autē & unaquæq; uirtus regnū est cœlorum, & omnes simul sunt regnum cœlorum, secundum hoc, qui conuersatur secundū uirtutes, iam uidetur esse in regno cœlorum. Forsitan secundum hunc intellectū, & illud dicitur, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, ut non ad tempus referatur, sed ad actum, & propositum uniuersū, quod dicitur, appropinquauit regnum cœlorum, quod est Christus, qui est omnis uirtus, qui uenit, & loquitur. Sicut enim regnum Dei non uenit cum obseruatione, nec dicenti, ecce hic, ecce illic, sed est intra discipulos Christi, sic & regnum cœlorum. Nam uidetur ad idipsum referri in multis locis Euāgeliorum regnum cœlorum, & regnum Dei. Vide autē quantā potestatem habet petra super quā ædificatur ecclesia Christi, & omnis, qui dicit, Tu es Christus filius Dei uiui, ut etiam iudicia eius maneant firma, quasi Deo iudicante per eum, si tamen in eo ipso quo iudicat, portæ inferorū non præualuerint ei. Qui ergo iniuste iudicat, & non secundū uerbū Dei, neq; liget in terris, neq; secundū uoluntatē ipsius soluat, portæ inferorū præualēt cōtra eum. Aduersus quem autem portæ non præualent inferorum, iste iuste iudicat, propter quod & habet clauis regni, & aperit eis, qui soluti fuerint super terram, ut sint soluti, & liberi in cœlo, & claudit eis, qui iusto iudicio eius ligati fuerint super terram, ut sint quasi ligati in cœlo, & iudicati.

Clauis duæ sūt, sciētiæ una, potestatis altera.

Clauis ordinis solis sacerdotibus conuenit. Clauis iurisdictionis etiā nō sacerdotibus conuenit. Matth. 16. c.

Ioan. 20. f.

Petræ cognominantur imitatores Christi. Clauis quibus datur sunt. Matth. 16. c. Ibidem.

Regnum cœlorum, unaquæq; uirtus. Matth. 3. a. Regnum cœlorum, Christus. Matth. 16. c.

iudicati. Quoniam autem qui episcopatus uendicant locum, utuntur hoc textu, quemadmodum Petrus, & clauis regni cœlorum acceptas habentes à Christo docent, quoniam qui ab eis ligati fuerint, in cœlo esse ligatos, & qui ab eis soluti fuerint, id est, remissionem acceperint, esse & in cœlo solutos, dicendum est, quoniam bene dicit, si opera habent illa, propter quæ dictum est illi Petro, Tu es Petrus, & tales sunt, ut super eos ædificetur ecclesia Christi, si portæ inferorum nō præualent eis. Alioquin ridiculum est, ut dicamus eum, qui uinculis peccatorum suorum ligatus est, & trahit peccata sua sicut funem longum, & tanquam iuge lorum uituli iniquitates suas, propter hoc solum, quoniam episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem, ut soluti ab eo, sint soluti in cœlo, aut ligati in terris, sint ligati in cœlo. Sit ergo episcopus irreprehensibilis, qui alterū ligat, aut soluit, dignus ligare uel soluere in cœlo & c.

Proverb. 5. d.

Quid clibanus, clypeusq; atq; coccus, mysticè significant.

Cap. XLIII.

CLibanus (ut inquit Origenes) est cor hominis. Vnde exponēs illud Leuiticum, Sacrificium coctum in clibano: Videamus (inquit) quod sit istud sacrificiū, quod coquatur in clibano, uel quis iste clibanus intelligi debeat. Et quidē inuenisse me puto in Osee propheta, ubi dicit, Omnes incochantes, sicut clibanus succensus ad comburendum. Et iterum: Incaluerunt (inquit) sicut clibanus corda eorum. Cor ergo, est hominis clibanus. Istud autem cor, si uitia succenderint, uel libido inflammauerit, non coquet, sed exuret. Si uero ille id succenderit, qui dixit, Ignem ueni mittere in terram, panem diuinarum scripturarum, & sermonum Dei, quos in corde fulcipio, non exuro ad perditionem, sed coquo ad sacrificiū. Et fortassis illa coqui dicuntur in clibano, quæ interiora sunt, & recondita, nec proferri faciliè ad uulgus possunt. Sunt enim multa in scripturis diuinis huiusmodi, sicut apud Ezechielem, quum uel de Cherubim, uel de Deo, & de illa magnifica uisione describitur. Hæc si in clibano non coquantur, comedi, ita ut sunt cruda, non possunt. Neq; enim credendum est, quod sit animal quoddam in forma leonis positum, quo uehatur Deus, uel aliud in forma uituli, aut aquilæ. Hæc ergo, & si qua huiusmodi sunt, nō sunt cruda proferenda, sed in cordis clibano sunt coquenda. Et puto quod clibanus secundum sui formam, profundiora, & ea, quæ sunt inenarrabilia, significet in scripturis diuinis. Et diuus Hieronymus exponēs illud Hieremiæ, Pelle nostra, quasi clibanus exusta est, à facie nepestatum famis: In pelle (inquit) exusta deformitatē obscenam ostendit, quam fame, & siti, & nuditate inter hostes positi, passi sunt. Clibanus est coquendis panibus ænei uasculi deducta rotunditas, quæ suburentibus flammis, ardet intrinsecus. In qua similitudine meritō peccatores Iudæi ponuntur, qui in futuro iudicio, & mœrore animi, & pœnali excruciatione torquendi sunt, quia contra regulas domini obstinata mente uixerūt. Vnde scriptū est in Psalmis, Pones eos ut clibanum ignis in tēpore uultus tui. Tempus uero uultus domini, dies iudicij est, quando filius hominis uidebitur ab hominibus, sed soli eum iusti diuinitatis suæ contemplatione respiciunt. Veraciter enim fame conficitur, quisquis cœlesti pane satiari non meretur. Et exponēs illud Osee, Omnes adulterātes, quasi clibanus succensus à coquēte. Omnes (inquit) qui in malitia sua iustificauerunt regē, & in mendacijs suis principes, adulteri sunt, & instar clibani ab Hieroboam idolatriæ igne succensi, ut panem coquerēt impietatis, qui quum erroris in animas eorum misisset incendium, quasi caminus, & clibanus primo igne succensus, paululum conqueuit, ut non uim faceret populo, sed suæ eū dimitteret uolūtati, donec fermentaretur omne mendaciū. Quicquid enim necessitate fit, cito soluitur: quod uolūtariè arripitur, perseverat. Et diuus Gregorius lib. 5. Moral. cap. 19. ubi citat Psalmistam, Pones eos ut clibanū ignis & c. Qui ab igne (inquit) deuoratur, ab exteriori parte accenditur, clibanus uero interius inflammatur. In tempore ergo uultus domini, iniusti omnes, & ut clibanus ponuntur, & ab igne deuorantur, quia apparēte iudice, quum à uisione illius eorum multitudo repellitur, & intus per desiderij ardet conscientia, & foris carnē cruciat gehēna. Et libro decimo quinto, cap. 14. Sciendū est (inquit) quod omnes reprobī, quia ex anima simul, & carne peccauerunt, illic in anima pariter, & carne cruciantur. Vnde per Psalmistam dicitur: Pones eos ut clibanum ignis & c. Clibanus nāq; intrinsecus ardet, is uero, qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia ardere & exterius, & interius reprobos demonstrarent, eos ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testatur, ut per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente.

Clibanus, cor hominis.

Leuit. 2. b.

Osee 7. a.

Luc. 12. f.

Clibanus, profundiora in scripturis.

Thren. 5. b.

Clibanus, quid sit.

Clibanus, peccatores Iudæi. Psal. 20. b.

Osee 7. a.

Gregorius.

Psal. 20. b.

Psal. 20. b.

Clypeus est fides, iuxta illud Apost. Super omnia accipiētes scutū fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere. Quasi dixerit (inquit) Hier. In omni opere portatē clypeū fidei, ut possitis tecti, atq; muniti excipere ueniētes sagittas, & huc, atq; illuc arte eas bellica declinare. Hæc est fides, super qua & Abraham post multa opera, atq; uirtutes, uix potuit promereri, ut de eo scriptura diceret, Credidit autem Abraham Deo, & reputatū est illi ad iustitiam. Perpicua sunt autem iacula maligni, quæ uult mittere in corda nostra per cogitationes pessimas, de quibus unum iecit in cor

Clypeus, scutū, fides est.

Ephes. 6. c.

Gen. 15. d.

in cor

Dan. 13. a. in cor Iudæ, ut traderet saluatorem. Itaq; ne principium, quidem habere poterit inimicus animæ uulnerandæ, si tenuerimus scutum fidei, in quo non solum uenientia tela franguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur, de quo & propheta complorat, dicēs: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorū. Qui hūc umbonē fidei manu forti tenuerit, & cōfusus in domino, scierit se adueniētibus iaculis esse securū, loquetur intrepidus, In dño cōfido, quomodo dicitis animæ meæ &c.

Psal. 10. a. Coccus distinctus, est charitas Dei, & proximi (ut inquit Gregorius lib. 30. Moral. cap. 10. exponēs illud Exod. 35. Si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccūq; bis tinctū &c.) Quid (inquit) per bis tinctum coccum, nisi charitas demonstratur, quæ per profectiōem bis tingitur, quia Dei, & proximi dilectione decoratur. Et diuus Ambrosius sermone 18. in Psalmū 118. exponens illud Cant. 4. a. Cantorum, Sicut resticula coccinea labia tua: In cocco (inquit) species ignis, & crucis dominicæ, sanguis irrutilat. Coccinea labia domini, quæ passionem propriam loquebatur. Deniq; in Exodo coccum pro igne collatū est. Non enim ex cocco mundus, sed ex quatuor constat elemētis. Sed in cocco figura ignis expressa est, cuius uapor nisi cœlū, atq; aërem, maria, terrasq; penetraret, omnia tanquam effoētis uiribus soluerentur. Per resticulam igitur uinculum persuasiōis agnoscimus, per coccū, uel cupiditatis ardorem, qui scintillat in animis audientiū, uel iudiciū passionis. Et lib. 5. de fide, cap. 5. Bellum (inquit) immane confecit tubæ clangor, & infula sacerdotis. Vidit hoc meretrix, & quæ in excidio ciuitatis remedia desperaret salutis, quod fides uicerat, signa fidei, atq; uexilla dominicæ passionis attollens, coccū in fenestra ligauit, ut species cruoris mystici, quæ foret mundum redemptura, uernaret. Ita foris Iesus nomē fuit præliantibus ad uictoriam, intus species dominicæ passionis periclitantibus ad salutem. Vnde quod intellexit Raab cœleste mysterium, dixit dominus in Psalmo, Memor ero Raab, & Babylonis, scientibus me.

Quid collyrium, columba, atq; columna, mysticè significant. Cap. XLV.

Collyriū, humilitas. Ioan. 1. d. Collyrium fecit Christus sua natiuitate, unde tergerentur oculi cordis nostri, ut possimus uidere maiestatem eius per eius humilitatem. Ideo factum est uerbum caro, & habitauit in nobis, sanauit oculos nostros. Et quid sequitur? Et uidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo poterat uidere, nisi carnis humilitate sanaretur. Irruerat homini quasi puluis in oculum, irruerat terra, fauciauerat oculū, uidere nō poterat lucē. Oculus iste fauciatu inungitur, terra fauciatu erat, & terra illuc mittitur, ut sanetur. Omnia enim collyria, & medicamēta, nihil sunt, nisi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere sanaris. Ergo caro te cæcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat, consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus. Verbū caro factū est. Medicus iste tibi fecit collyriū. Hæc diuus Aug. tractatu 2. in Euangelium Ioannis, in fine. Et Apocal. 3. Et collyrio (inquit) inunge oculos tuos, id est, gratia spiritus sancti, quæ mentis oculos illuminat. Dixit autem, inunge, quoniā quanquam gratia a solo Deo dilargiatur, in potestate tamē hominis est, ut sibi præbeatur, quoniā sese ad illā disponere potest. Vel collyrio, id est, sacra scripturæ studio, quod mentē illuminat. Præceptū (inquit) domini illuminās oculos, uel collyrio, id est, spiritus sancti dono mentis oculos, quos terrena clauserant inunge, ut uideas. Vel collyrio, id est, medicaminē bonæ operationis, ut ueri luminis claritatem uideas, inunge.

Collyrium, gratia, sacra scripturæ studio. Psal. 18. c. Columba est ecclesia, de qua dicitur, Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es. Oculi tui columbarū, absq; eo quod intrinsecus latet, quæ uerba enarrans diuus Gregorius libro 9. Moral. cap. 9. hoc pacto scribit: Pulchram narrat, & pulchram replicat, quia alia est pulchritudo morum, in qua nunc cernitur, atq; alia pulchritudo præmiorum, in qua tunc per conditoris sui speciem, uidelicet omnes dilecti, qui ad cuncta simpliciter incedunt, eius oculi colubarum uocantur, qui magna luce irradiant, quia & signorum miraculis coruscant. Sed quantum est omne hoc miraculum, quod uideri potest, illud de internis miraculis est mirabilius, quod uideri nō potest. De quo illuc aperit subditur, Absq; eo, quod intrinsecus latet. Magna quippe est gloria aperti operis, sed longè incomparabilis occultæ remunerationis. Et Origenes homilia secunda in Canticum: Non sine causa (inquit) in sacrificio assumitur par turturum, aut duo pulli columbarum. Nā idem ualent, & nunq; dictum est separatim, Par tantummodo columbarum, sed par turturum, & duos pullos columbarum. Columba, spiritus sanctus est. Spiritus autem sanctus, quādo de magnis, & occultioribus sacramentis, & quæ multi capere nō possunt, loquitur, in turturum appellatiōe signatur, id est, in eius auis, quæ semper in montium iugis, & in arborum uerticibus commoratur. In uallibus autem, & his, quæ ad homines usq; perueniunt, columba assumitur. Deniq; saluator, quia hominem est dignatus assumere, & uenit ad terras; multiq; tunc circa Iordanem peccatores erant, idcirco spiritus sanctus non in turturum uertitur. Inter nos propter hominum multitudinem, auis mansuetior conuersatur, turtur autem uidetur. Verbi gratia: Moyse, & unumquēq; intelligere prophetarum recedentium in montes, & deserta, & ibi accipientium sermones Dei. Et exponens illud Cantorum, Oculi tui columbæ: Qui uiderit (inquit) mulierem ad concupiscendum

dum eam, iam moechatus est eam in corde suo, oculos non habet columbæ. Si quis autem oculos columbæ non habet, domum fratris sui ingreditur infelix, non seruans illud, quod in Pro- uerbis est præceptum: Domum fratris tui ne intres infelix. Pro eo, quod lxx. infelix interpretati sunt, Aquila Hebræam exprimens ueritatem, ἀγροικόν posuit. Qui autem habet oculos columbæ, uidet recta, & misericordiā promeretur, uidens quippe recta, misericordiam cōsequetur. Porro quis uidet recta, nisi qui casto conspectu, & puris intuetur oculis? Noli igitur mihi de his tantum carnis oculis intelligere, quæ dicta sunt, licet & de his intellexisse non inutile sit, sed ingrediens ad interiora cordis tui, & alios oculos mente perquirens, qui & a Dei mandato illuminantur (mādatum quippe Dei, illuminans oculos) illud enitere, labora, contende, ut sanctè intelligas uniuersa, quæ dicta sunt, & similis spiritui, qui in specie descendit columbæ, audias, quia oculi tui columbæ sunt. Si intelligis legem spiritualiter, oculi tui columbæ sunt. Si intelligis Euangelium, ut se uult intelligi Euangelium, & prædicari, uides Iesum, omnem languorem, & infirmitatem, non solum eo tempore, quo carnaliter facta sunt, fuisse medicatum, sed hodieq; medicantem, & non tantum tunc ad homines descendisse, sed hodieq; descendere, & esse præsentem. Ecce enim (inquit) ego uobiscū sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi. Oculi tui columbæ sunt. Et homilia 27. in Lucam: Descendit (inquit) spiritus sanctus super seruatorem in specie columbæ, auis mansuetæ, innocentis, & simplicis. Vnde nobis præcipitur, ut imitemur innocentiam columbarum. Talis est spiritus sanctus, mūdus, & uolucris, & sublimē cōsurgens. Quam ob rem orantes dicimus: Quis dabit mihi pennas ut colūbæ, & requiescam, id est, quis dabit mihi pēnas spiritus sancti? Et in alio loco sermo propheticus pollicetur: Si dormiatis inter medios clericos, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in uirore auri. Si enim inter medios clericos ueteris, & noui testamēti requieuerimus, dabuntur nobis pennæ colūbæ deargentatæ, id est, sermones Dei, & posteriora eius, auri fulgore, & uirore radiantia, ut sensus noster spiritus sancti sensibus compleatur, id est, sermo, & mens illius compleatur aduentu, & nec loquamur aliquid, nec intelligamus, nisi quod ille suggesterit, sed omnis sanctificatio tam in corde, quàm in uerbis, & in opere, a sancto spiritu ueniat. Et homilia 3. super Leuiticum: Sciant (inquit) etiam ubi turtures, ubi columbæ requirendæ sunt. Oculi (inquit) tui sicut columbæ super plenitudinem aquarum. Ad aquarū ergo plenitudines proferandum est. In his enim sponsæ describitur pulchritudo. Et collum (inquit) tuum sicut turturis. In columbis, oculi prædicantur. Quod enim dixit columbæ super plenitudines aquarū, ferunt hoc genus auis, quum ad aquas uenerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, uenientem desuper inimicum, uolūtantis umbra in aquis inspecta deprehendere, & oculorum perspicacia fraudem periculi imminentis euadere. Quod & si tu ita prospicere potueris insidias diaboli, & cauere, sacrificium Deo columbas obtuleris. Et homilia 15. in Matthæum: Sunt & alij (inquit) in templo uendentes Christi columbas, & tradentes simplices, sicut columbas, & orantes, dicentes: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam, tradentes eas principibus, quibus non oportet bar: Et arbitror cōuenire uerbum de uenditoribus columbarum, eis, qui tradunt ecclesias auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis episcopis, aut presbyteris. Propter quod & cathedras tantūmodo appellauit Euangelista euerfas esse a Iesu. Et utinam audirent hæc cū decenti admonitione scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi in quibus sedent, & uendunt omnes ecclesias columbarum, & tradunt eas talibus præpositis, ad quos rectè dicitur a domino per Hier. prophetam: Principes populi mei, me non cognouerunt. Filij enim sunt insipientes, & non intelligentes. Sapientes sunt ad malè faciendum, bene autem facere nesciunt. Et apud Michæam similiter: Principes populi mei expellentur de domo epulationis suæ. Si autem audirent, nunquam uenderent Christi columbas, sed constituerent principes eorum parentes columbis, & prouidentes salutis earum, & non despicientes, nec occidentes pingues columbas. Vnusquisq; ergo sedentium super cathedram ecclesiasticam, & amantiū primas cathedras in synagogis, uideant ne fortè sic se deant in eis, ut ueniens dominus eas euertat, quasi dignas euerfione. Et diuus Hieronymus, exponens illud Euāgelicum, Estote ergo prudentes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ: Ut per prudentiam (inquit) deuitent insidias, per simplicitatem non faciant malum. Serpentis astutia ponitur in exemplū, quia toto corpore occultat caput, & illud, in quo uita est, protegit: ita & nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est, custodiamus. Simplicitas columbarum ex spiritus sancti specie demonstratur. Vnde dicit Apostolus: Malitia paruuli estote. Et exponens illud Matthæi, Et cathedras uendentium columbas euertit: Qui (ait) uendunt gratiam spiritus sancti, & omnia faciunt, ut subiectos populos deuorent, de quibus dicitur: Qui deuorant populum meum, sicut escam panis. Et exponens illud Ecclesiasticis secundo, Congregauit mihi argentum &c. Argēgentum (inquit) & aurum semper scriptura diuina super sermone ponit & sensu. Vnde & in 67. Psal. Colūba, quæ interpretatur in spiritu, propter manifestiorē, & uisui exposita, alas deargentatas habet, occultiorē uero intrinsecus sensum, in auri pallore operit. Et exponēs illud Ezech. Eruntq; in mon

Prou. 27. b. infelix interpretati sunt, ἀγροικόν, id est, indoctum, difficilem.

Psal. 18. c. Matth. 3. d. Cant. 1. d. Matth. 4. d. & 10. a. Matth. 29. d. Matth. 3. d. Matth. 10. b. Psal. 54. b. Psal. 67. c.

Cantic. 4. a. Columba, oculi perspicaces. Leuit. 5. a. Matth. 21. b. Columbas uendere. Psal. 54. b. Matth. 23. a. Hier. 4. f. Michæe 2. c. secundum lxx. Matth. 23. a. Matth. 10. b. Colūba simplicitas. Serpentis astutia. 1. Cor. 14. d. Matth. 21. b. Psal. 13. b. Eccles. 2. b. Psal. 67. c. Ezech. 7. c.

Columba, populus.
Matth. 10. b.
Psal. 67. c.
Matth. 3. d.
Psal. 1. a.
Psal. 36. f.
Osee 7. c.
Matth. 10. b.
Psal. 54. b.
Psal. 67. c.
Columba, ablati pullis nō dolet.
Columba insipiens, hereticus.
Luc. 3. d.

in montibus, quasi columbæ conuallium, omnes trepidi &c. Theodotio transtulit, Sicut columbæ meditantibus omnino tacuerunt: Sub metaphora (inquit) columbarum meditantium, significat unquam de populo suum flere peccatum, & intelligere, atq; sentire, cur ista patiat. Tropologicè uero sic accipiendum, Columbæ, quãdiu in uallibus sunt, trepidant, & ad singula reformidant, quarum imitari præcipimur innocentiam. Et de quibus in psalmo dictum est, Si dormiatis inter medios cleros &c. In cuius specie descendit spiritus sanctus, & mansit super dominum saluatorem. Pulchreque iuxta Theodotionem uocabimus columbam meditantem, eum, qui in lege domini die, ac nocte meditatur, & de quo scriptum est, Os iusti meditabitur sapientiam, Et exponens illud Osee, Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor: Præcepit (inquit) dominus in Euangelio, ut simus simplices sicut columbæ, & astuti quasi serpentes, ut imitantes simplicitatē colubarum, & serpentis astutiam, nec alijs nocere possimus, nec ab alijs patiamur insidias, sed simplicitate, & prudentia exhibeamus hominem temperatum, quia prudentia absq; bonitate, malitia est: & simplicitas absq; ratione, stultitia nominatur. Et pulchre columba seducta, siue insipiens (secundum Ixx.) appellatur, quia est columba & sapiens, quæ dicit in Psalmis, Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ &c. Cuius pennæ deargentatæ sunt &c. Ephraim autem columba insipiens, & non habens cor, intantum brutæ mentis ostenditur, ut Aegyptū inuocans, ad Assyrios perrexerit. Quæritur cur Ephraim non alijs auibus, sed columbæ comparatus sit. Aues ceteræ pullos suos, etiam cum periculo uitæ suæ, protegere festinant, & quã ad nidum suum accipitrem, colubrū, coruum, siue cornicem accedere uiderint, huc, illucq; uolitant, & immittunt se morfu, & unguibus lacerant, & dolorē parētis querula uoce testatur, sola colūba ablatos pullos nō dolet, nō regrit, & ideo rectè comparatur Ephraim, quod uastatū per partes populum non sentiat, sed negligens sit salutis suæ. Magistros cōtrariorum dogmatum, qui Christum reliquere sapientiam, & de ecclesia sunt egressi, rectè insipientem, & excordem columbam possumus dicere, qui terrena desiderantes, Assyrijs traditi sunt. Et Augustinus ad Euodium episto. 120. Spiritus sanctus (inquit) dictus est corporali specie tanq; columba descendisse, & mansisse super eum. Sic enim & petra Christus, quia significat Christum. Miror autem tibi uideri sonitum uocis illius, qua dictum est, Tu es filius meus, non mediante anima, sed diuino nutu sola corporali natura sic fieri potuisse, & non tibi uideri eodem modo potuisse fieri animantis cuiuslibet speciem corporalem, motūq; uiuenti similem diuino nutu, nullo animali interposito spiritu. Si enim obtemperat Deo creatura corporea sine uiuificatis animæ ministerio, ut ædantur soni, quales ædi ex corpore animato solent, ut forma locutionis articulata auribus inferatur, cur non obtemperet, ut sine animæ uiuificantis ministerio, figura, motusq; uolucris eadem potentia creatoris ingeratur aspectibus? An sensus audiendi hoc mereri potest, uidentis non potest, quum ex iacenti materia corporis utrunq; formetur, & quod insonat, & uocis articuli, & liniamēta membrorum, & audibilis, & uisibilis motus, ut & uerum sit corpus quod sentitur corporis sensu, & nihil sit amplius, q̄ sentitur corporis sensu? Anima enim in illo sensu corporis, uel in aliquo animante sentitur. Non igitur est opus quærere quomodo apparuerit columbæ species corporalis, sicut non quærimus, quomodo sonuerint uoces articulati corporis. Si enim potuit anima non esse media, ubi uox, non quasi uox dicitur facta, quantomagis potuit ubi dicitur columba, hoc uerbo significare solam speciem corporalem oculis redditam, non naturam uiuentis animantis expressam. Si autem subtilior ratio, uel excellentior rei uestigatio demonstrat eam naturam, quæ nec temporaliter, nec localiter mouetur, non moueri, nisi per illam, quæ temporaliter tantum, non localiter moueri potest, cōsequens erit, ut omnia illa per ministerium creaturæ uiuentis effecta sint, sicut per Angelos fiunt.

De eadem columba.

Cap. XLVI.

Augustinus.
Matth. 3. d.
Luc. 3. d.
Actuum 2. a.

ET Augustinus libro de trinitate 2. cap. 5. Iam in promptu est (inquit) intelligere de spiritu sancto, cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quædam creaturæ species ex tempore, in qua uisibiliter ostenderetur spiritus sanctus, siue quum in ipsum dominum corporali specie uelut columba descendit, siue quum decem diebus peractis post eius ascensionem, die Pentecostes factus est subito de cælo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, & uisæ sunt illis linguæ diuisæ tanquã ignis, qui & infedit super unumquēq; eorum. Hæc operatio uisibiliter expressa, & oculis oblata mortali bus, missio spiritus sancti dicta est, nō ita, ut appareret eius ipsa substantia, qua & ipse inuisibilis. & incommutabilis est, sicut pater, & filius, sed ut exterioribus uisibilibus, hominum corda commota à temporalis manifestatione uenientis, ad occultam æternitatem, semper præsentis, conuerterentur. Ideo autem nusquam scriptum est, quod Deus pater maior sit spiritu sancto, uel spiritus sanctus minor Deo patre, quia nō sic est assumpta creatura, in qua appareret spiritus sanctus, sicut assumptus est filius hominis, in qua forma ipsius uerbi Dei persona præsentaretur, non ut haberet uerbum Dei, sicut alij sapientes sancti, sed præ participibus suis. Nō utiq; quod amplius habebat uerbum Dei, ut esset,

ut esset, quàm ceteri excellentiore sapientia, sed quod ipsum uerbum erat. Aliud est enim uerbum in carne, aliud uerbum caro, id est, aliud est uerbum in homine, aliud uerbum homo. Caro enim pro homine posita est in eo, quod ait, Verbum caro factum est, sicut & illud, Et uidebit omnis caro pariter salutare Dei. Non enim sine anima, uel sine mente, sed ita, omnis caro, ac si diceretur, omnis homo. Nō ergo sic est assumpta creatura, in qua apparuit spiritus sanctus, sicut assumpta est caro illa, & humana illa forma ex uirgine maria. Neq; enim columbam beatificauit spiritus, uel illū flatum, uel illum ignem, sibiq; & personæ suæ in unitatem, habitumq; coniunxit in æternum. Haud uero mutabilis, & conuertibilis est natura spiritus sancti, ut non hæc ex creatura fierent, sed ipse in illud, atq; illud mutabiliter uerteretur, sicut aqua in glaciem. Sed apparuerunt ista, sicut opportunè apparere debuerunt, creatura seruiente creatori, & ad nutum eius incommutabiliter in seipso permanentis, ad eum significandum, & demonstrandum, sicut & significari, & demonstrari mortalibus oportebat, mutata, atq; conuersa. Proinde quanq; illa columba spiritus dicta sit, & de illo igne, quum diceretur: Uisæ sunt illis (inquit) linguæ diuisæ uelut ignis, qui & infedit super unumquēq; eorum, & cœperunt loqui linguis, quemadmodum spiritus dabat eis pronunciare, ut ostenderet per illum ignem spiritum demonstratum, sicut per columbam, nō tamen ita possumus dicere, spiritum sanctum, & Deum, & columbam, aut & Deum, & ignem, sicut dicimus filium, & Deum, & hominem, nec sicut dicimus filium agnum Dei, non solum Ioāne baptista dicente, Ecce agnus Dei, sed etiā Ioāne euangelista uidente agnū occisum in Apocalypsi. Illa quippe uisio prophetica nō est exhibita oculis corporeis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales imagines corporum. Columbā uero illā, & ignem oculis uiderūt. De colūba, quæ dicta est corporali specie descendisse, nullus unquam dubitauit, quod oculis uisa sit. Propter has ergo corporales formas, quæ ad eum significandum, & sicut humanis sensibus oportebat, demonstrandū, temporaliter extiterunt, missus dicitur etiam spiritus sanctus, nō tamen minor patre dictus est, sicut filius propter formam serui, quia illa forma serui inhæsit ad unitatem personæ: illæ uero corporales species, ad demonstrandum, quod opus fuit, ad tēpus apparuerunt, & esse postea destiterūt. Et libro unico de agone Christiano, cap. 22. hoc modo scribit: Nec eos (inquit) audiamus, qui tale corpus dominum nostrum habuisse dicunt, quale apparuit in columba, quam uidit Ioannes baptista descendentem de cælo, & manentem super eum, in signo spiritus sancti. Ita enim persuadere conantur filium Dei natum non esse de foemina, quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi, potuit (inquit) sic assumere corpus, quomodo spiritus sanctus. Non enim & columba illa, de ouo nata est (aiunt) & tamen humanis oculis potuit apparere. Quibus primū illud respondendum est, quod ibi legimus in specie columbæ apparuisse Ioāni spiritum sanctum, ubi legimus etiam Christum natum esse de foemina, & non oportet in parte credere Euangelio, & in parte non credere. Vnde enim credis in colūbæ specie demonstratum esse spiritum sanctū, nisi quia in Euangelio legisti? Ergo & ego inde credo Christum natum de uirgine esse, quia in euangelio legi. Quare autem spiritus sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus de foemina? Illa causa est, quia non columbas libere uenerat spiritus sanctus, sed hominibus significare innocentiam, & amorem spiritalem, quod in columbæ specie uisibiliter figuratum est. Neq; hoc ita dicimus, ut dominum Iesum Christum solum uerum corpus habuisse, spiritum sanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora, uera corpora credimus. Sicut enim non oportebat, ut homines falleret filius Dei, sic non decebat, ut homines falleret spiritus sanctus. Sed omnipotēti Deo, qui uniuersam creaturam de nihilo fabricauit, nō erat difficile uerū corpus in utero Mariæ, sine uirili semine fabricare, quum creatura corporea & in uisceribus foeminae ad formandum hominem, & in ipso mundo, ad formandam columbam, imperio domini, uoluntatiq; seruiret. Et tractatu sexto in Euangelio Ioannis, exponens quomodo columba super dominum descendit: Gemitus (inquit) columbæ est. Gemitus enim colūbæ in amore. Audite quid dicat Apostolus, Nolite mirari, quia in colūbæ specie uoluit demonstrari spiritus sanctus. Quid enim oremus, sicut oportet (inquit) nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nō in semetipso gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit, insinuans nobis, quia peregrinamur, & docēs nos in patriā suspirare. Præterea columba sine felle sæuit. De arca missus est coruus, & nō est reuersus, missa est colūba, & reuersa est. Et si arca figurabat ecclesiam, uidetis utiq; quia necesse est, ut in isto diluuiū sæculi utriq; genus contineat ecclesia, & coruū, id est, eos qui quæ sua sunt, quærunt, & columbā, id est, eos qui ea, quæ Christi sunt, quærunt. Propterea ergo quū mitteret spiritum sanctū, duobus modis eum ostendit uisibiliter. Per columbam super dominū baptizatum, & per ignem super discipulos congregatos. Ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Ergo ne spiritu sanctificati dolū habeāt, in columba demonstratū est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratū est. Sic sic oportebat demonstrari spiritū sanctū uenientē super dominū, ut intelligat unusquisq; si habeat spiritū sanctum, ut esset, k simplicem

10an. 1. d.
Luc. 3. b.

Actuum 2. a.

10an. 1. d.
Apoc. 5. d.

Luc. 3. c.

10an. 1. e.

10an. 1. e.

Colūba, innocētia, & amorem spiritalem significat.

Columba gemitus.

Rom. 8. c.

Gen. 8. a.

Arca, ecclesia.

Coruus, q̄ quær

rit quæ sua sūt.

Columba, quæ

querit quæ Iesu

Christi.

Colūba osculū, simpliciē se esse debere, sicut colūbā, habere cum fratribus uerā pacem, quam significāt oscula columbarū. Columba de fructibus terrae uiuit, innocēs eius uictus est, quod uerē fratres mirādum est in colūba. Sunt passerēs breuissimī, qui uel muscas occidant, nihil horū columba. Nō enim de morte pascitur. Qui lanauerunt ecclesiā, de mortibus pascūtur. Per colūbā quoq; unitas ecclesiae significatur, de qua dictum est: Vna est colūba mea, una est matri suae. Vnde debuit humilitas, nisi per aue simpliciē, & gementē, nō p̄ aue superbā, & exultantē sicut coruus significari; Et infra: Si colūba est simplex, innocens, sine felle, pacata in osculis, nō fāua in unguibus, quāro utrū ad huius colūbā membra pertineant auari, raptore, subdoli, ebriosi, flagitiosi. Membra sunt colūbā huius: Et infra: Designatū est nescio quid per colūbā, ut baptizato dño, ueniret columba, id est, spiritus sanctus in specie colūbā, & maneret super eū, quū in aduentu colūbā, hoc cognosceret Ioannes, propriā quandam potestātē in domino ad baptizandū, quia per hanc propriā potestatem (sicut dixi) pax ecclesiae firmata est. Et infra: Colūbā unam uides super caput Christi, linguas uides in toto orbe terrarū. Idē spiritus per colūbam, idē & per linguas. Si per colūbā idē spiritus, & per linguas idē spiritus sanctus per totū orbē datus est, à quo te praescidisti, ut clames cū coruo, non ut gemas cū colūba. Et infra: Missa est (inquit) colūba, & primo non inuenit requiē pedibus suis, rediit in arcam. Plena enim erāt aquis omnia, & maluit redire, quā rebaptizari. Coruus autem ille emissus est antequā siccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus est in his aquis. Auertat Deus coruū illius mortē. Nam quare non est reuersus, nisi quia aquis interceptus est? At uero colūba nō inueniens requiē pedibus suis, quū ei undiq; clamaret aqua, Veni, ueni, hic tingere, quomodo clamant isti haeretici, Veni, ueni, hic habes, nō inueniēs illa requiē pedibus suis, reuerfa est ad arcam. Emisit illam Noē iterū, sicut uos mittit arca, id est, ecclesia, ut loquamini illis. Et quid fecit postea colūba? Quia erāt ligna foris baptizata, reportauit ad arcam ramū de oliua. Ramus ille, & folia, & fructū habebat. Nō sint in te sola uerba, nō sint in te sola folia, sit fructus, & redis ad arcam, nō per teipsum, colūba te reuocat. Oliuā fructus, charitatem significat. Quomodo enim oleum à nullo humore premitur, sed disruptis omnibus exilit, & supereminet: sic & charitas quia nō potest premi in ima, necesse est, ut ad superna emineat. Propterea de illa dicit Apostolus: Adhuc supereminentiorē uiam uobis demonstro. Deinde sequitur, Si linguis hominū loquar, & Angelorū, charitatem autē non habeam &c. Et lib. 12. cōtra Faustū, cap. 20. Quod post dies quadraginta emissus coruus, nō est reuersus, aut aquis utiq; interceptus, aut aliquo supernatante cada uere illectus, significat homines in immundicia cupiditatis teterrimos, & ob hoc ad ea, quae foris sunt, in hoc mundo nimis intētos, aut rebaptizari, aut ab his, quos praeter arcam, id est, praeter ecclesiam baptismus occidit, seduci, & teneri. Quod colūba, non inuenta requie, reuerfa est, ostendit per nouum testamentū requiē sanctis in hoc mūdo non esse promissam. Post quadraginta enim dies emissa est, qui numerus uitā, quae in hoc mundo agitur, significat. Deniq; post septem dies dimissa, propter illam septenariam operationē spiritūalem, oliuā fructuosum surculum retulit, quo significaret nōnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit charitatis, posteriore tempore, quasi uespere, in ore colūbā, tanq; in osculo pacis, ad unitatis societatem posse perducī. Quod post alios septem dies dimissa, reuerfa nō est, significat finē saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tēpore consociatur ecclesia, quādiu bibitur, quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, quū traditur regnū Deo, & patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis, nullis mysterijs corporalibus egeamus.

Colūba, ecclesiae unitas. Cant. 6. c. Columba pro prietas. Matth. 23. d. Ioan. 1. e.

Gen. 8. b.

Oleū, charitas.

1. Cor. 12. d.

1. Cor. 13. a.

Coruus, hominum teterrimū significat.

Quadragesimus numerus, uita praesens.

1. Cor. 15. e.

Colores quatuor elementa.

Byssus, terra.

Purpura, mare.

Hyacinthus, aer.

Coccus, ignis.

ether.

Hyacinthus, spes, purpura, tolerantia passionis.

Coccus, charitas.

Byssus, carnis icorruptio.

Colūna, angelus, praedicator

Iob 26. c.

Quid color, columna, mysticē significant.

Cap. XLVII.

Colores quatuor (ut inquit diuus Hieronymus in epistola ad Fabiolam) ad quatuor elementa referuntur, ex quibus uniuersa subsistūt. Byssus, terrae deputatur, quia ex terra gignitur, purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur, hyacinthus aeri, propter coloris similitudinē, coccus igni, & etheri. Et iustum esse commemorat, ut pontifex creatoris nō solū pro Israël, sed & pro uniuerso mundo roget. Siquidē ex terra, & aqua, & aere, & igne, mūdus iste consistit, & haec elementa sint omniū. Quod autem supradicti colores auro intexti sunt, id significari uolunt, quod uitalis calor, & diuini sensus prouidentia, uniuersa penetret. Diuus autē Gregorius libro 30. Mor. cap. 10. per hyacinthū spem caelestium, per purpurā, cruorē, ac tolerantia passionis amore regni perpetui exhibitam, bis tinctum coccum charitatem, per byssum, immaculatam carnis icorruptionem significari putat.

Columna significat sanctos Angelos, uel summos ecclesiae praedicores, iuxta illud Gregorij exponentis illud Iob, Columnae caeli contremiscunt, & pauēt ad nutum eius: Quid aliud (inquit) columnas caeli, quā sanctos Angelos, uel summos ecclesiae praedicores appellat? Super quos in caelestibus crescens uniuersa spiritualis fabricae structura, surrexit, sicut aliās sancta scriptura testatur

testatur, dicēs: Qui uicerit, faciā illum columnā in templo dei mei. Nā quisquis in Dei opere, recta intentione firmatur, colūna in structura fabricae spiritualis erigitur, ut in hoc tēplo, quod est ecclesia, positus, & utilitati sit, & decori. Eos uero lob columnas caeli, quos Apostolus colūnas uocat ecclesiae, dicens: Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui uidebātur colūnae esse, dextras dederūt mihi. Possumus etiā colūnas caeli & ipsas ecclesias nō incoueniēter accipere, quae multae unā catholicā faciunt, toto terrarū orbe diffusae. Vnde septē ecclesijs scribit Ioannes Apostolus, ut unā catholicā cam septiformis gratiae plenā spiritu designaret. Et de domino nouimus dixisse Salomonē: Sapientia aedificauit sibi domū, excidit colūnas septē. Qui ut se id de septē ecclesijs dixisse, innotesceret, secutus etiā sacramenta ipsa diligenter inseruit, dicēs: Immolauit uictimas, miscuit uinū, & proposuit mēsam, misit ancillas suas, ut uocarēt ad arcē, & ad moenia ciuitatis. Si qs est paruulus, ueniat ad me. Immolauit enim dominus uictimas, seipsum offerendo pro nobis. Miscuit uinū praeeptorum suorū, poculū ex narratione historica, & intelligentia spirituali cōtemperās. Vnde aliās dictū est: Calix in manu domini uini meri, plenus est mixto. Et posuit mēsam, id est, scripturā sacram, quae fessos ad se, atq; à saeculi oneribus uenientes, pane uerbi nos reficit. & contra aduersarios sua refectioe nos roborat. Vnde aliās ab ecclesia dicitur: Parasti in conspectu meo mēsam, aduersus eos, qui tribulāt me. Misit ancillas suas, Apostolorū uidelicet animas in ipso suo initio infirmas, ut uocarēt ad arcem, & moenia ciuitatis, quia dum aeternā uitam denūciant, ad alta nos moenia supernae ciuitatis leuant, quae profectō moenia non nisi humiles ascendūt. Vnde illic ab eadem sapientia subditur, Si quis est paruulus, ueniat ad me. Ac si aperte dicat: Quisq; se apud se magnū aestimat, aditū sibi accessus angustat, quia tanto ad me altius pertingitur, quāto uniuscuiusq; mens apud se uerius humiliatur. Sed quantalibet quisquis uirtute proficiat, quātalibet sciētia excreseat, penetrare nō sufficit, quō nos conditor moderamine iudiciorū regit. Dicat ergo: Colūnae caeli contremiscūt, & pauēt ad nutū eius, quia nec in plerisq; ipsi pertingere ad uolūtatis eius celsitudinē praeualent, qui eiusdē uolūtatis praemia denūciantes, uident. Quod sicut superius diximus) de sanctis quoq; Angelis nihil obstat intelligi, quia ipsae quoq; uirtutes caelestium, quae hūc sine cessatione cōspiciunt, in ipsa sua cōtemplatione cōtemiscunt. Sed idem tremor, ne eiusdē poenalis sit, non timoris est, sed admirationis. Diuus autē Hieron. exponens illud Apostolicum, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui uidebātur colūnae esse, hoc pacto scribit: Colūnae sunt ecclesiae Apostoli, & maxime Petrus, Iacobus, & Ioānes, ex quibus duo cū domino ascendere merentur in mōtem, quorū unus in Apocalysi saluatore introducto loquentē: Qui uicerit, faciā eū columnā in tēplo Dei mei, dicens omēs credētes, qui aduersariū uicerint, posse colūnas ecclesiae fieri. Ad Timotheū uero Paulus scribens, ait: Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cōuersari, quae est ecclesia Dei uiui, colūna autē, & firmamentū ueritatis. His, & coeteris instruimur. tā Apostolos, omnesq; credētes, quā ipsam quoq; ecclesiā colūnā in scripturis appellari, & nihil intē esse de corpore, quid dicatur, an mēbris, quū & corpus diuidatur in membra, & membra sint corporis. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistae, Ego cōfirmaui colūnas eius, hoc pacto scribit: Colūnas Apostolos dicit, sic Apostolus Paulus de coapostolis suis: Qui uidebantur (inquit) colūnae esse. Et quid essent illae colūnae, nisi ab illo firmarētur? Quia terramotu quodā ipsae colūnae nutauerūt, in passione domini omnes Apostoli desperauerūt. Ergo colūnae illae, quae in passione domini nutauerūt, resurrectione firmatae sunt. Habere uoluit cicatrices, unde nutantes colūnas firmaret. Columna autem nubis (ut diuus ait Augustinus) figuras significat. In colūna (inquit) nubis loquebatur ad eos, id est, loquebatur per figuras. Si enim in quadam nubecula loquebatur, obscura illa dicta, nescio quem manifestum praesignabant.

Quid cor, mysticē significet.

Cap. XLVIII.

Cor in scripturis, mentē significat. Vnde Esaiā 57. Neq; cogitasti (inquit) in corde tuo. Quod clxx. exponēs uerterūt, Neq; posuisti me in mente tua. Et Hieremiae 4. Laua (inquit) à malitia cor tuū Hierusalem. Cor (inquit Hieronymus) in scripturis sanctis pro sensu, & anima debemus accipere. Et in Threnis Hieremiae, cap. tertio exponēs illud, Pars mea dñs, dixit anima mea, citat illud Psalmistae, Defecit cor meū, & caro mea, Deus cordis mei, & pars mea Deus in saecula: Defectus (inquit) dictus est, quoniam deest illi effectus, & iure cogitatio carnalis defecerat, quae se errasse noscebat. Sed illi cōfiteretur, cui culpā reuelare, remediū est, delicta cōfiteri, securitas. Et notandū quod in uno uersu, cor & in bono ponitur, & in malo. Defecit cor, utiq; mala cogitatio. Deus autem cordis, hoc est, autor boni intellectus, quia cū sine eius gratia nemo habet. Et exponēs illud Ezechielis, Et auferā cor lapideū de medio eorū, & dabo eis cor carneū, ut in praeeptis meis ambulēt &c. id est, auferā cor durū (inquit) secundū illud, quod loquitur Stephanus, Dura ceruice, & incircūcisi corde. Et induratur cor Pharaonis, ne dimittat populū Israël. Et dabo (inquit) uobis cor carneū, id est, molle, & tenerū, & quod possit Dei mandata suscipere, ut scribātur in tabulis cordis

k ij carna

Apoc. 3. c.

Gal. 2. b.

Columna, ecclesiae.

Apoc. 1. b.

Prou. 9. a.

Psal. 74. a.

Psal. 22. b.

Ancillae, animae infirmae.

Tremor in angelis, est admistratio.

Gal. 2. b.

Colūna, Apostoli, & omnes credentes.

Apoc. 3. c.

1. Tim. 3. d.

Colūna, ecclesiae.

Psal. 74. a.

Colūna, Apostoli.

Gal. 2. b.

Ioan. 20. f.

Colūna nubis, figura.

Psal. 98. b.

Cor, mens, aia.

Esa. 57.

Hier. 4. d.

Psal. 72. c.

Defectus, unde dicitur.

Cor i bono, & in malo.

Cor, cogitatio.

Cor, intellectus.

Cor lapideum, id est, durum.

Cor carneū, id est, molle, ac tenerum.

Achuam 7. f.

Exod. 7. a.

Esai. 38. a. carnalibus. Idcirco autē datur cor molle, & auferitur cor durū, ut in præceptis meis ambulent &c.
Matth. 5. a. Et exponēs illud Esaiæ, Memento quæso, quomodo ambulauerim corā te in ueritate, & in corde
Prou. 20. b. perfecto: Felix (inquit) cōscientia, quæ afflictionis tēpore, bonorū operū recordatur. Beati enim
Cor. 13. b. mundo corde, quoniā ipsi Deū uidebūt. Et quomodo alibi scribitur, Quis gloriabitur purū habe-
Hierem. 17. b. re se cor? Quod ita soluitur, perfectionē cordis in eo nūc dicit, quod idola destruxerit, templū Baal
Cor. prauū, sicut uasa peruerterit, serpētem aeneū cōminuerit, & cœtera fecerit, quæ scriptura cōmemorat. Prauū
ue profundum. autē (inquit propheta) est cor omnīū, & inscrutabile, quis cognoscerit illud? Ego dñs scrutās cor, &
Cor. 13. b. probās renes, qui do unicuiq; iuxta uias suas, & iuxta fructū adinventionū suarū, pro quo lxx. uer-
Cor. 13. b. terunt, Profundū est cor super omnia, & homo est, quis cognoscerit eū? Melius est (inquit) ut simpli-
uit Deus. citer accipiamus, quod nullus cogitationū secreta cognoscat. Et ne hominū putaremus certū esse
Psalm. 18. d. iudiciū, intulit omnīū propemodū corda esse perueria, dicēte Psalmista, Ab occultis meis munda
Gen. 6. a. me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Haud dubiū, quin cogitationibus. Et in Genesi: Vidēs autē
Gen. 8. d. Deus, q̄ multa malitia hominū esset in terra, & cūcta cogitatio cordis intēta esset ad malum omni
Luc. 11. b. tēpore. Et iterū: Sensus enim, & cogitatio humani cordis ab adolescētia sua prona sunt in malum.
Psalm. 7. c. Per quæ dicimus solū Deū nosse cogitationes eorū. Si autē de saluatore dicitur, Vidēs autē cogi-
Apoc. 2. f. tationes eorū Iesus, nullusq; potest uidere cogitationes eorū, nisi solus Deus, ergo Christus Deus
Ezech. 18. g. est, qui scrutatur corda, & probat renes, & reddit unicuiq; iuxta opera sua. Et exponēs illud Eze-
Cor. nouū, quid chielis, Facite uobis cor nouū, & spiritū nouum: Cor (inquit) nouū Israël, est credere in eū, quem
fit. prius negauerat. Cor nouū gentiū, est idola derelinquere, & mortuorū cultura cōtempta, credere
Cor. alloqui, be in eū, qui est Deus uiuentiū. Ad cor autē loqui, est idioma scripturæ, iuxta illud, Loq̄mini ad cor
tracū est idio Hierusalē. Idioma (inquit Hieron.) scripturæ est. Qui enim mœrētī loquitur, & blandiens cōsola-
ma. tor est, ad cor loqui dicitur. Doceat nos Sichem filius Hemor, qui corrupta Dina, locutus est ad
Esai. 40. a. cor eius, & cōsolatus est eā, & ubicunq; simile quid inueneris, hūc sensum habet. Quomodo autē
Gen. 34. a. intelligatur illud Esaiæ, Indurasti cor nostrū ne timeremus te: Nō quo Deus (inquit) erroris causa
Esai. 63. d. sit, & duriciæ, sed quo illius patientia, nostrā expectantis salutē, dum nō corrūpit delinquētes, causa
Cor. 13. b. erroris, duriciæq; uideatur. Vnde quibusdā uehementer iratus, à percutiēdo manū suspendit, &
Cor. 13. b. loquitur: Nō uisitabo super filias uestras, quā fuerint fornicatæ, & super spōsas uestras, quā adul-
Osai. 4. c. terauerint. Flagellat enim omnē filiū, quem recipit, & ad hoc percutit, ut emendet. Deniq; qui ne-
Hebr. 12. b. quaq; filiorū uocabulū perdiderūt, sed per pœnas retrahuntur ad pœnitentiā, dicit de eis: Uisitabo
Psalm. 88. c. in uirga iniquitates eorū, & in flagellis peccata eorū: misericordiā autē meā non auferā ab eis. Est
Eccl. 4. c. enim tristitia, quæ ducit ad uitā: & est tristitia, quæ ducit ad mortē. Vnde peccator loq̄tur in Psalm.
Psalm. 43. c. Declinare fecisti semitas nostras à uia tua, & humiliasti nos in loco afflictionis. Et per quadraginta
Num. 32. c. annos errat populus in deserto, ut priorē uia non inueniat, nec ad Aegyptios reuertatur. In Osai
Osai. 2. a. quoq; sepit̄tur semitæ Hierusalē, & claudūtur spinis, ne sequatur amatores suos, & necessitate cō-
Cor. 13. b. pulsa, reuertatur ad uirū suū pristinū. De corde autē recto scribit diuus Aug. li. unico, de octo Dul-
fit. citij quæstionibus, quæstio quarta: Rectū autē cor est (inquit) nō resistere patri emēdanti, & crede-
Psalm. 72. a. re pollicenti, non eorū, quibus cōmouentur pedes, & effundūtur gressus, atq; labūtur, sicut in alio
Psalm. 111. a. Psalmo canitur: Dum zelant in peccatoribus, pacē peccatorū uidentes, & putāt perire opera sua,
Domus, cor. quia nō eis merces redditur peritura. At iste uir, qui timet dñm, & in templū sanctū Dei cōuersio-
Luc. 16. f. ne recti cordis aptatur, nec gloriā hominū quærit, nec terrenas diuitias cōcupiscit, & tamē gloria,
Psalm. 77. d. & diuitiæ in domo eius. Domus enim eius, cor eius est, ubi Deo habitante opulentiū habitat, cū
Psalm. 26. b. spe uitæ æternæ, quā hominibus habitantibus in marmoratis, laqueatisq; tectis, cū timore mor-
Psalm. 26. b. tis æternæ. Huius enim iustitia manet in sæculū sæculi. Ipsa eius gloria, ipsa diuitiæ. Illius autem
Psalm. 72. a. purpura, & byssus, & epulæ splēdidæ, & quū præsto sunt, transeūt, & quū ad finē uenerint, aquæ
Psalm. 26. b. guttā ex digito stillantē desiderans, ardens lingua clamabit. Et exponēs illud Psalmista, Cor autē
Psalm. 26. b. ipsorum nō erat rectū cum eo: Aliud (inquit) in lingua eorū, aliud in corde eorū inueniebat, cui se-
Psalm. 26. b. creta hominū nuda sunt, & sine ullo obstaculo quid potius amarent, uidebat. Rectū itaq; cor cum
Psalm. 26. b. Deo est, quādo propter Deū, quærit Deū. Vnā quippe cōcupiuit à domino, hanc requireret, ut in-
Psalm. 72. a. habitet in domo domini semper, & cōtempletur eius delectationē. Et tractatu 28. in Ioannē: Illos
Psalm. 72. a. (inquit) in scriptura rectos corde dicit, qui mala sæculi tolerāt, & nō accusant Deū. Quādo bonū
Psalm. 72. a. aliquid agis, te laudas: quādo malū aliquid pateris, Deū accusas, hoc est, cor tortū, non rectū, cōuer-
Psalm. 72. a. so autē corde, & directo, laudabis Deū in bonis suis, accusabis te in malis tuis. Isti sunt recto cor-
Psalm. 72. a. de. Deniq; ille nondū recto, cui displicebat felicitas malorū, & labor bonorū, ait correptus. Quā
Psalm. 72. a. bonus Israël Deus, rectis corde. Mei autē (quando nō erā rectus corde) penē cōmoti sunt pedes,
Psalm. 72. a. paulominus effusi sunt gressus mei, quia zelauī in peccatoribus, pacem peccatorum uidens. Vidi
Psalm. 72. a. (inquit) malos felices, & displicuit mihi Deus. Hoc enim uolebat, pacem peccatorū intuens, ut nō
Psalm. 72. a. permitteret Deus malos esse felices. Ideo malus felix putatur, quia quid sit felicitas, ignoratur. Si-
Psalm. 72. a. mus ergo recti corde, tempus enim gloriæ nostræ nōdum uenit. Et exponens illud Psalmista, Et
Psalm. 72. a. gloriamini

gloriamini omnes recti corde: Inter rectū (inquit) cor, & prauū cor, hoc interest. Quisquis homo
Cor. 13. b. quicquid patitur præter uoluntatē, afflictionis, mœroris, laboris, humiliationis, non tribuit nisi uo-
Cor. 13. b. luntati Dei iustæ, nō illi dans insipientiā, quod quasi nesciat quid agat, quia talē flagellat, & talibus
Cor. 13. b. parcat, ipse est rectus corde. Peruersi autē corde sunt, & prauī, & distorti, qui omnia, quæ patiūtur
Cor. 13. b. mala, iniquē se pati dicūt, dantes illi iniquitatē, per cuius uoluntatē patiūtur, aut quia ei nō audent
Cor. 13. b. dare iniquitatē, auferunt ei gubernationē. Quia ipse (inquit) nō potest facere iniquū, iniquū autem
Cor. 13. b. est, ut ego patiar, & ille nō patiatur. Cōcedo enim ut sim peccator, certē sunt peiores, qui lætantur,
Cor. 13. b. & ego tribulor. Quia ergo hoc iniquū est, ut etiā peiores me lætētur, & ego tribuler, q̄ aut iustus,
Cor. 13. b. aut minus peccator, quā illi, sum, & certū est apud me, hoc esse iniustū, & certū est apud me, quia
Cor. 13. b. Deus nō faciet iniustum, Deus non gubernat res humanas, nec cura est illi de nobis. Ergo prauū
Cor. 13. b. corde, id est, distorti corde, tres habēt sentētiās: Aut nō est Deus, dixit enim stultus in corde suo,
Cor. 13. b. non est Deus, & fuit dictū de diluuiō illo. Non defuit talis doctrina philosophorū, non defuerunt,
Cor. 13. b. qui dicerent nō esse Deū, qui gubernat omnia, & cōdidit omnia: sed esse multos Deos uacantes
Cor. 13. b. sibi, præter mundū nō curantes ista. Ergo aut nō est Deus, sicut dixit impius, cui displicet quicquid
Cor. 13. b. illi accidit præter uoluntatem, & alteri non accidit, cui se præponit. Aut iniustus Deus est, cui ista
Cor. 13. b. placent, & qui hæc facit. Aut non gubernat Deus res humanas, nec cura est illi de hominibus. In
Cor. 13. b. istis tribus sentētijs magna impietas, aut negare Deum, aut dicere iniustum, aut auferre illi guber-
Cor. 13. b. nationem rerum. Quare hoc? Quia distortus est corde. Rectus est Deus, & ideo distortū cor illi
Cor. 13. b. nō acquiescit. Quod in alio Psalmo est, Quā bonus Deus Israël rectis corde. Et quia talem ha-
Cor. 13. b. bebat ipse aliquando de se sententiā, inquiens, Quomodo sciuit Deus, aut si est sciētia in altissi-
Cor. 13. b. mo, ideo ibi subiecit, Mei autem penē moti sunt pedes. Quomodo distortum lignum, & si dispo-
Cor. 13. b. nas in pauimento æquali, non collocatur, non compaginatur, nec adiungitur, sed semper agitatur,
Cor. 13. b. & nutat, nō quia inæquale est, ubi posuisti, sed quia distortū est, quod posuisti: ita & cor tuū, quan-
Cor. 13. b. diu prauum est, & distortum, non potest collinari rectitudini Dei, & nō potest in illo collocari, ut
Cor. 13. b. hæreat illi, & fiat rectum. Qui autē adhæret domino, unus spiritus est. Ideo recti corde gloriami-
Cor. 13. b. ni, dixit. Audite gloriationem ipsorum. Non solū enim (dixit Apostolus) sed & gloriamur in tri-
Cor. 13. b. bulationibus. Nam non est magnum gloriari in gaudijs, gloriari in lætitijs. Rectus corde, etiam in
Cor. 13. b. tribulatione gloriatur. Vide rectum cor. Scientes (inquit) quia tribulatio patientiam operatur &c.
Cor. 13. b. Cuicunq; aliquid accidit, dicat, Dominus dedit, dominus abstulit. Ecce rectum cor. Sicut domino
Cor. 13. b. placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum: & nō dixit, Dominus dedit, diabolus abstu-
Cor. 13. b. lit. Prorsus ad Deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille per-
Cor. 13. b. mittat, qui desuper habet potestatem, aut ad pœnam impijs, aut ad disciplinam filijs.

Quod hominis sit cor præparare, quomodo intelligendum, & de cordis
 mundatione.
 Cap. XLIX.

Quo pacto autem intelligendum sit illud Salomonis, Hominis est præparare cor, & à domi-
 no responsio linguæ. Hoc non bene intelligendo falluntur nonnulli (ut inquit Augustinus,
 lib. 2. ad Bonifacium, cap. 8.) ut existiment cor præparare, hoc est, bonum inchoare, sine adiutorio
 gratiæ Dei ad hominem pertinere. Absit ut sic intelligat filij promissionis, tanquam quum audie-
 rint dominum dicentem, Sine me nihil potestatis facere, quasi conuincat eum, dicentes: Ecce sine
 te possumus cor præparare: aut quū audierint à Paulo Apostolo, Non quia idonei sumus aliquid
 cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est, tanq; & ipsum conuincant, di-
 centes: Ecce idonei sumus ex nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare.
 Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præparare? Absit ut sic intelligant, nisi super-
 bi sui arbitrij defensores, & fidei catholicæ desertores. Ideo quippe scriptū est, Hominis est præ-
 parare cor, & à domino responsio linguæ. quia homo præparat cor, non tamen sine adiutorio Dei,
 qui tangit cor. Homo præparat cor, in responsione autē linguæ, id est, in eo, quod præparato cor-
 di lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est à domino Deo. Nam sicut dictū
 est, Hominis est præparare cor, & à domino responsio linguæ: ita etiam dictum est, Aperit os, &
 adimplebo illud. Quamuis enim, nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possu-
 mus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro, implet autem illud dominus,
 sine opere nostro. Nam quid est præparare cor, & os aperire, nisi uoluntatem parare? Et tamen in
 eisdem literis legitur, Præparatur uoluntas à domino. Et, Labia mea aperies, & os meū annuncia-
 uit laudem tuam. Ecce dominus admonet, ut præparemus uoluntatem in eo quod legimus, Homi-
 nis est præparare cor, & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat Deus, quia præparatur uoluntas à do-
 mino. Et aperit os ita iubendo, ut nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea
 aperies. Nunquid istorum, qui desipiunt, ut aliud os, aliud labia esse cōtendant, & mirabili uanita-
 te hominem dicant os aperire, labia hominis Deum? Quāquam Deus illos & ab hac absurditate
 k iij cōpescit,

Exod. 4. c.
Psal. 80. b.
Exod. 4. c.

Cordis mundatio.
Lib. 2. de sermone dominico in monte.

compescit, ubi ad Moysen famulum suum dicit: Ego aperiam os tuum, & instruam te, quae de-
beas loqui. In sententia ergo illa, ubi dicitur, Aperi os, & adimplebo illud, quasi unum uidetur ad
hominem pertinere, alterum ad Deum. In hac autem, ubi dicitur, Ego aperiam os tuum, & instruam
te, utrunque ad dominum. Quare hoc: nisi quia in uno istorum cooperatur homini facienti, alterum
solus facit. Quapropter multa Deus facit in homine bona, quae non facit homo: nulla uero facit
homo, quae non facit Deus, ut faciat homo. Cordis autem mundatio, est tanquam oculus, quo ui-
detur Deus (ut inquit Augustinus) cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet, quantam
eius rei dignitas flagitat, quae tali oculo conspici potest. Huic autem oculo magna ex parte munda-
to, difficile est non surrepere fordes aliquas de his rebus, quae ipsas nostras bonas actiones comitari
solent, ueluti laus est humana. Siquidem non recte uiuere, perniciosum est: recte autem uiuere, &
nolle laudari, quid est aliud, quam inimicum esse rebus humanis, quae utique tanto sunt miseres,
quantominus placet recta uita hominum? Si ergo inter quos uiuis, te recte uiuentem non laudaue-
rint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo, nisi tam simplex cor habueris, & mun-
dum, ut ea, quae recte facis, non propter laudes hominum facias, magisque illis recte laudantibus gra-
tuleris, quibus id, quod bonum est, placet, quam tibi, nisi quia recte uiuis, etiam si nemo laudaret,
ipsamque laudem tuam tunc intelligas utilem esse laudantibus, si non te ipsum in tua bona uita, sed
Deum honorent, cuius sanctissimum templum est, quisquis bene uiuit. Qui autem bonitatem simu-
lant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, id est, mundum cor, nisi qui transcendit hu-
manas laudes, & illum solum intuetur, quum recte uiuit, & ei placere nititur, qui conscientiae solus
inspector est. De cuius conscientiae puritate quicquid procedit, tanto est laudabilius, quanto hu-
manas laudes non desiderat.

Quid sit Deum diligere ex toto corde.

Cap. L.

Psal. 38. a.
Matth. 6. c.
Philipp. 3. d.

Psal. 4. a.
Matth. 24. b.

Iudith 12. d.

1. Tim. 6. b.

1. Ioan. 2. d.

Quo pacto autem Deus ex toto corde diligendus sit, cordis ipsius proprietates nos edoce-
re possunt. Siquidem cor complexione calidum, atque siccum est. Quae quidem proprietates, igni na-
turales sunt. Sicut igitur calere naturale est igni, itidem naturale est cordi amando ardere. Et quia
cordis uita amor est, ut cor sine amore uiuat, impossibile est: Dicamus igitur cum Dauid, Concaluit
cor meum intra me. Veruenimvero quoniam ad calidum consequitur leuitas, & sursum moueri, cor no-
strum debet esse ubi & thesaurus noster, nepe in caelo, sicut & cor Pauli, qui dicebat, Nostra autem
conuersatio in caelis est. Sed filij hominum cor habent aggrauatum, iuxta illud, Filij hominum, usquequo
graui corde, ut quid diligitis uanitates? Et hoc illis uiuenerit, eo quod illorum cor est frigidum. Quoniam
(inquit saluator) superabundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Praeterea cordis substantia
solida est, & idcirco qui perfacile uoluptatibus capiuntur, cor habent dissolutum, atque concussum, iuxta
illud, Cor Olofernis concussum est. Ad haec, cordis forma inferius acuta, superius lata est, designans
cor humanum debere in rebus, quae uidentur, quae temporalia sunt, quae inferiora sunt, parum habere affe-
ctus, & praecipuum illud seruare Apostolicum, Habentes alimeta, & quibus tegamur, his contenti simus.
Sed uersus caelestia, uersus aeterna, latum debet esse cor humanum, quod est capax Dei, quod praeter
Deum nihil implere potest. Solus siquidem Deus (ut inquit Ioannes) maior est corde nostro. Et haec ob rem
cor humanum interius concauum est, quoniam nulla creatura illud implere ualet. Capax nepe Dei est,
& idcirco quicquid Deo minus est, illud implere nequit. Cor praeterea duplici mouetur motu, nepe
constrictionis, quo superflua pelluntur fumositates, & dilatationis, quo calor genuinus attracto aere
mitigetur, atque refrigeretur. Qua profecto proprietate nobis indicatur pellenda esse superflua, &
nos impedienda, & quae necessaria sunt ad amandum attrahenda, quod per prudentiam fit. Nam (ut inquit
Aug.) prudentia est amor, ea quibus adiuuatur, ab his, quibus impeditur, prudenter discernens. Est etiam
cor (ut ait Aristoteles) primum sentiendi organum, & idcirco congrue primum mandatum ab ipso, & per
ipsum sensibile est. Est quoque secundum eundem philosophum, uitae domicilium, designans eum qui
non diligit in morte manere, dicente Ioanne: Qui non diligit, manet in morte. Sunt autem non-
nulli, qui & mundum, & Deum pariter se diligere posse arbitrantur, quum tamen Ioannes dicat, Si
quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Tales enim non diligunt ex toto corde, quoniam
diuifum est cor illorum.

Quid cornu, coronaque, mystice significant.

Cap. LI.

Psal. 74. b.
Augustinus.
Cornua, dignitates, sublimitates, potestates, munera Christi.
Cassiodorus.

De cornibus scriptum est per Psalmistam: Et omnia cornua peccatorum confringam, & ex-
altabuntur cornua iusti. Cornua peccatorum (ut inquit Aug.) sunt superiorum dignitates:
cornua uero iusti, munera Christi. Per cornua enim, sublimitates intelliguntur. Nolunt sibi frangi
cornua peccatores, quae sine dubio fragentur in fine. Audisti supra eodem Psal. Dixi iniquis, nolite
iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Si fecistis iniquitatem per cupiditatem, nolite eam
defendere per elationem. Et Psal. 88. Quoniam (inquit) gloria uirtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo
exaltabitur cornu nostrum. Merito cornu eorum, id est, potestas exaltabitur, quia domino saluatore uirtute,
glor

gloriamque suam posuerunt, quia dum ad illum refertur omne quod datum est, ipse sit laus nostra, & per-
fecta laetitia. Et nota quod in hoc loco cornu in bono posuit, alibi uero in malo, ut est illud, Et a cornu-
bus unicornium, humilitatem meam, id est, a superbis de summis suarum potestate ferentium. Sed in-
spice quod addidit, unicornium, id est, se singulariter erigentium, qui nimia elatione surgentes, confor-
tes ferre non possunt, dum soli faciendum putant quodcumque libuerit. Talia enim animalia, quae uno
cornu armantur, multo fortiora sunt. Ab illa ergo unicornium superbia non ferenda, humilitatem suam,
quae destituta opprimi facile possit, eripi postulauit. In bono autem & illud, Protector meus, & cor-
nu salutis meae. Quod enim hic dixit cornu salutis suae dominum, ad inimicos pertinet dissipandos.
Nam cornua sunt arma beluarum, quibus salutem suam solerti concertatione defendunt. Et Psal. 111. Di-
spersit, dedit pauperibus &c. cornu eius exaltabitur in gloria. Cornu pro potestate poni iam dictum
est, quia necesse est illis ibi, hoc est, in regno caelorum, dari, qui hic uidebantur pia humilitate prostrati.
Et rursus scriptum est, Confessio eius super caelum, & terram, & exaltauit cornu populi sui, id est, po-
testatem, quod quidem cornu hic humilitatum est propter afflictiones, & dolores, quos patitur populus
fidelis. Ibi autem exaltabitur, ubi omni gloria manifesta praestatur. Primum, quia dexteram meretur,
deinde cum domino iudicabunt, tertio in aeternam pacem, gaudiumque transibunt, ut merito exaltati di-
cantur, qui usque ad ipsius domini contemplationem, mirabili eius pietate perueniunt. Et rursus alio
in loco: In te inimicos nostros uentilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in no-
bis. Venerunt martyres ad illud genus liberationis eximium, quod iudicij tempore constat fide-
libus concedendum. Nam qui nimia fuerant afflictione confecti, resumunt animam, & futuris se pro-
speris consolantur, dicentes: In te inimicos nostros uentilabimus cornu.

Corona certantibus datur de lapide precioso, iuxta illud: Quoniam praeuenisti eum in benedictio-
nibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Metaphoricè dicitur ab his,
qui post labores maximos premio digno coronantur. Hoc de Christo dictum est: Corona non im-
probe circueuntium discipulorum uideat significare conuentum, quia ipsum docentem desiderantium Apo-
stolorum circuitus ambiebat. Haec erat corona capitis, hoc regale diadema, quod non ornaret imposi-
tum, sed de Christo domino potius ornaret. In hac enim corona & totius mundi circulum merito poterit
mus aduertere, in quo generalis significat ecclesia. Et sic alio in loco: Benedices corona anni beni-
gnitatis tuae, & capi tui replebunt ubertate. Corona anni hic totus mundus conuenienter aduertitur,
per quem catholica dilata ecclesia. Benedicit enim dominus quos uere fecerit Christianos, flumine laetifica-
cante ciuitate Dei, de cuius aqua qui biberit, non sitiet iterum, & riuo Apostolorum, & stillicidio aliorum
fidelium, & capi, id est, fideles homines, atque iusti, replebunt ubertate fructuum. Alijs enim fructum tri-
cenarium, alijs sexagenarium, alijs centenarium dominus fructum praestabit. Est & altera corona omnibus
sanctis communis, quae dat omnibus sanctis, uiriliter decertantibus. Haec autem corona, beatitudinem si-
gnificat animae, quae consistit in perfecta animae coniunctione ad deum, quatenus illo perfecte fruatur,
ut reuisa, & perfecte amata. Hoc autem beatitudinis praemium, corona metaphoricè nuncupatur, tum
ex parte meriti, quod cum quadam agitur pugna. Nam (ut ait Iob) Militia est uita hominis super ter-
ram, tum ex parte ipsius praemij, per quod homo diuinitatis, ac regiae potestatis fit particeps. Feci-
sit (inquit Ioannes) Deo nostro regnum (uel potius reges, ut Graeci habent codices) & sacerdotes. Haec
autem corona potestatis regiae signum est. Praeterea quoniam circularis figurae sit corona, quae omnium
perfectissima est figurarum, non immerito illius beatitudinis perfectionem designat. Habent autem &
sancti alteram (ut ita dicam) corollam, siue coronulam, quam dicunt aureolam, id est, quoddam accidentale gaudium
de operibus ab illis factis, quae uictoriam habent excellentem. Et quia uirgines de carne sua, contra quam
continuum habent bellum (nam spiritus concupiscit aduersus carnem, ut ait Apostolus) idcirco uirginibus
specialis debet corona, quae (ut dictum est) aureola nuncupatur. Virgines autem nunc appello, qui propo-
situm habent uirginitatem perpetuo conseruandi, siue uoto, siue citra uotum, hoc habuerint propositum. Et
quoadmodum pugnam habet spiritus, & intestinum bellum contra inferiores concupiscentias, itidem
martyribus magna est pugna contra afflictiones extrinsecus illatas. Et idcirco de perfectissima hac
uictoria, quae de morte, & ad mortem ordinatis causa fidei, siue Christi amore, quam habuerunt mar-
tyres, altera illis debetur aureola. Et quoadmodum per uirginitatem, & martyrium de carne, & mun-
do uictoriam nonnulli obtinent perfectissimam, itidem nonnulli perfectissimam contra diabolum
uictoriam obtinent, expellentes illum non solum a se, uerumetiam & ab alijs per praedicationem, &
doctrinam, idcirco non modo praelatis, quorum munus est, & praedicare, & docere, si actu doceant,
uel actu, praedicandi officium exerceant, altera debetur corolla, uerumetiam omnibus, qui praedictum do-
cedi, uel praedicandi actum licite exercent, praedicantes, uel docentes ea quae pertinent ad animae salutem.

Quid coruus mystice significet.

Cap. LII.

Coruus, gentilem, siue gentiles significat, iuxta illud, Quis preparat coruo escam suam, quan-
do pulli eius ad Deum clamant, uagientes, eo quod non habeant cibos? Vbi diuus Gregorius
Gregorius.
k iij hoc pacto

hoc pacto scribit: Quid enim corui, pullorūq; eius nomine, nisi peccatis nigra gētilitas designatur? De qua per prophetā dicitur: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eum, iumenta quippe escam accipiunt, dū sacrae scripturæ pabulo mentes dudum brutæ satiantur. Pullis uero coruorum, filijs: scilicet gentium esca datur, quum eorum desiderium nostra conuersatione reficitur. Iste coruus esca fuit, dum ipsum ecclesia quæreret. Sed nūc escam accipit, quia ipse ad conuersionem alios exquirat. Cuius uidelicet pulli, id est, prædicatores ex eo æditi, non in se præsumunt, sed in uiribus redemptoris sui. Vnde bene dicitur: Quando pulli eius ad deum clamant. Nihil enim in sua uirtute se posse sciūt. Et quamuis animarum lucra pijs uotis esuriant, ab illo tamen, qui cuncta intrinsecus operatur, hæc fieri exoptant. Vera enim fide comprehendūt, quia neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat: sed qui in clementum dat, Deus. Quod uero dictum est: Vagantes, eo quod non habeant cibos, in hac uagatione nihil aliud, quam æstuatium prædicatorum uota signantur. Qui dum in ecclesiæ sinum recipere populos ambiunt, magno ardore succensi, nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quædam quippe uagatio est, ipsa cogitationis æstuatio, & uelut ad loca uaria, mutatis motibus, transeūt, dum pro adiuuandis animabus in modos innumeratos, ac in partes diuersas, esuriēte mente discurrunt. Hanc uagationem pulli coruorum, id est, filij gentilium ab ipso gentium magistro didicerunt. Ipse quippe quam ualida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca se uagatione permutat, trāsire ad alia ex alijs appetit, quia ipsa eū, quem implet charitas, impellit. Longè nanq; à Romanis positus scribit: Memoriam ueiri facio semper in orationibus meis, obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate Dei ueniendi ad uos. Desidero enim uidere uos. Retentus Ephesi, Corinthijs scribit: Ecce tertio paratus sum uenire ad uos. Rursum Ephesi commorans, Galatis loquitur, dicens: Vellem modò esse apud uos, & mutare uocem meā. Romæ quoq; custodia carceris clausus, quia ire ad Philippenses per semetipsum non permittitur, transmittere se discipulum pollicetur, dicens: Spero in domino Iesu, Timotheū me cito mittere ad uos, ut & ego bono animo sum, cognitis, quæ circa uos sunt. Cōstrictus etiam uinculis, atque Ephesi retentus, Colofensibus scribit: Nam si corpore absens sum, sed spiritū uobiscum sum. Vagetur itaq; pulli coruorum, id est, magistrum suum imitentur filij gentium, torporem mentis excutiant, & quum animarum lucrum, id est, cibū suum minime reperiunt, non quiescant, ad profectū ex profectibus se extendant, & exæstuant in utilitate multorum, refectionem suam, quasi uagantes, esuriant. Potest etiam corui nomine nigra per infidelitatis meritum plebs Iudaica designari. Nam pulli eius ad Deum clamare referuntur, ut eadem coruo à domino esca præparetur, quia nimirum sancti Apostoli, plebs Iudaica carne generati, dum pro gente sua preces ad dominum funderent, quasi pulli coruorum eum, de quo carnaliter æditi sunt, spirituali intelligentia parentem populum pauerunt. Igitur dum pulli eius clamant, coruo esca præparatur, quia dum Apostoli exorant, plebs dudū perfida ad cognitionem fidei ducitur, & ex prædicatione filiorum, quasi ex pullorum uoce, satiatur. Illud tamen in hoc uersu debemus solerter intueri, quod huic coruo esca dicitur primum, pullis clamantibus, & postmodum uagantibus, præparari. Clamantibus nanq; pullis, coruo esca præparata est, quæ prædicantibus Apostolis uerbum Dei, Iudæa audiens, modo in tribus milibus, modo in quinque milibus, spirituali est intelligentia satiata. Sed quum reproborum multitudo crudelitatem suam contra prædicantes exercebat, & quasi pullorum uitam necaret, ijdem pulli in uniuersa mundi spacia dispersi sunt. Vnde & eisdem carnalibus patribus spirituali prædicationi resistentibus, dicunt: Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Rectè ergo dicitur: Quis præparat coruo escam? &c. subaudis, nisi ego, qui infidelem populum filijs suis & exorantibus tolero, & prædicantibus pascō, atq; ad alia uagantibus conuertendum quādoq; in fine sustineo. Est adhuc aliud, quod de coruo moraliter possit intelligi. Aeditis nanq; pullis (ut fertur) escam plenè præbere dissimulat priusquā plumescendo nigrescant, eosq; inedia affici patitur, quoaduscq; in illis per pennarū nigredinem, sua similitudo uideatur. Qui huc, illucq; uagantur in nido, & ciborū expetūt aperto ore subsidiū. At quū nigrescere cœperint, tanto eis præbenda alimenta ardentius requirit, quāto illos alere diutius distulit. Coruus profectò, est doctus quisq; prædicator, qui magna uoce clamat, dum peccatorum suorum memoriam, atq; cognitionem infirmitatis propriæ, quasi quandam coloris nigredinem, portat. Cui quidā nascūtur in fide discipuli, sed fortasse adhuc consyderare infirmitatem propriam nesciūt, fortasse à peccatis præteritis memoriam auertunt, & per hoc eam, quam assumi oportet contra huius mundi gloriam, humilitatis nigredinem, non ostendūt. Hi uelut ad accipiendas escas os aperiant, quum doceri de secretis sublimibus quærent. Sed eis doctor suus alimenta prædicamentorū sublimiū tanto minus tribuit, quanto illos peccata præterita minus dignè deslere cognoscit. Expectat quippe, atq; admonet, ut à nitore uitæ præsentis prius per poenitentia lamenta nigrescant, & tunc demum congrua prædicationis

Psal. 146. b. Iumenta, mentes dudum brutæ.

1. Cor. 3. b.

Roman. 2. a.

2. Cor. 13. a. Galat. 4. c.

Philipp. 2. c. Colof. 2.

Coruus, plebs Iudaica.

Coruorū pulli, Apostoli.

Achui. 3. c.

Coruus, doctus prædicator.

prædicationis subtilissimæ nutrimēta surripiant. Coruus in pullis inhiatibus respicit, sed antè in eis pennarum nigredine indui corpus, quærit. Sic & discretus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat, quos adhuc ab hoc sæculo nequaquam se abiecisse considerat. Pulli autem dū nigro se pennarum colore uestiunt, de se etiam uolatum promittunt, quia quò magis discipuli abiecta de se sentiunt, quò magis sese despicientes, affligunt, eò amplius spem profectus sui altiozem pollicentur. Vnde & curat doctor festinatius alere, quos iam per querelam indicia prouidet posse & alijs prodesse. Hinc enim Timotheum Paulus admonet, uelut plumescētes pullos sollicitius nutrire, dum dicit: Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt, & alios docere. Quæ doctrinae discretio, dū cautè à prædicatore custoditur, diuinitus largior copia prædicationis datur. Vnde hic quoq; aptè dicitur: Quis præparat coruo escam &c. Quum enim pulli, ut satientur, clamant, coruo esca præparatur, quia dum uerbum Dei boni auditores esuriant, pro reficiendis eis, maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Et libro decimo octauo, capite decimo octauo, citans illud Salomonis: Oculū, qui subfannat patrē, & qui despiciat partum matris suæ, effodiant illū corui de torrentibus, hoc pacto scribit: Peruersi quippe, dum diuina iudicia reprehendunt, subfannant patrem, & quilibet hæretici, dum prædicationem sanctæ ecclesiæ, scœcunditatem illius deridendo, contemnunt, quid aliud, quam partum matris despiciunt? Quam non immeritò eorum quoq; matrem dicimus, quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur, Ioanne attestante, qui ait: A nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Corui uero de torrentibus ueniunt, quum prædicatores ueri ad defensionem sanctæ ecclesiæ, ad sacrorum librorum fluentia procedunt. Qui etiam rectè corui uocati sunt, quia nequaquam de iustitiæ luce superbiunt, sed per humilitatis gratiā, peccatorū in se nigredinem confitentur. Vnde etiam ab electorum ecclesia dicitur: Nigra sum, sed formosa. Et Ioannes ait: Si dixerimus, quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus. Qui uidelicet corui subfannantis oculum effodiunt, quia prauorum pertinacium hominum intentionem uincunt. Hæc ille. Potest autem quod Psalmista ait: Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, hoc pacto enarrari: Iumenta, ecclesiasticos significant greges, qui competenti refectione pascuntur, alij lacte, alij cibo solido, prout dispensatori uisum fuerit, qui solus nouit, quæ sunt profutura, præstare. Corui sunt irreligiosi uiri, qui peccatorū nigredine inseparabiliter uestiuntur, nec aliquo splendore conuersionis elucescunt. Pulli uero coruorum (ut physiologi uolūt) cœlesti rore uestuntur, & adhuc paternas escas, id est, cadauerum fœtores beneficio ætatis ignorant. Quapropter paganorum filijs, atq; peruersorū dat escam, quia paternam uitam innocentia munere non sequuntur. Addidit autem: Inuocantibus eū, quoniam soli ipsi eum inuocant, qui regulas scripturarū nulla hæretica prauitate subuertit. Hoc nisi ad homines referas, inuocare dominum quemadmodum potest pullis conuenire coruorum? Et diuus Augustinus in eundem Psalmum: Qui dat (inquit) pecoribus escam ipsorum, & pullis coruorum, qui inuocant eum. Ne hoc cogitatis, irrationalem animam inuocare Deum. In figura accipite dictum, nec putetis, sicut impij quidam dicunt, reuolui animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos. Anima humana facta est ad imaginem Dei, non dabit imaginem suam canī, & porco. Pulli coruorum sunt omnium gentium homines, qui in idolatria non remanserunt. Pulli coruorum sunt quibus dixit Petrus: Quia non corruptibilia argento, uel auro redempti estis de superuacua uestra consuetudine à parentibus uestris tradita. Proficientes enim pulli coruorum, qui simulacra colere uidebantur parentum suorum, conuersi sunt ad Deum, & unū Deū inuocant. De coruo Noë, dictum est in dictione, Columba. Illic quoq; dictum est, coruos ecclesiæ illos esse, qui quærent, quæ sua sunt.

2. Timot. 2.

Prouer. 30. c.

1. Ioan. 2. c.

Cantic. 1. a. 1. Ioan. 1. a.

Psal. 146. b. Iumenta, ecclesiastici.

Corui, irreligiosi uiri.

Pulli coruorū, gentium homines.

1. Petri 1. d.

Culex quid mysticè significet, dictum est in dictione, Camelus.

Quid crater, crux, cubileq; mysticè significant.

Cap. LIII.

Crater magnus, corpus Christi est, ut inquit diuus Hieronymus in Ecclesiastem, capite secundo, exponēs illud, Et urceolos in ministerium ad uina fundenda, pro quo Symmachus translulit crateres: Quia igitur (inquit) Ecclesiastem interpretamur in Christo, & sapientia in cratere mixto, in prouerbis prætereuntes ad se conuocat, corpus domini craterem magnum debemus accipere. In quo nō meraca diuinitas, ut in cœlestibus fuit, sed propter nos humanitate media tēperata est, & per Apostolos in minora κυλίαι, cyphos paruulos, & crateres, in toto orbe credentibus effusa sapientia est.

Crater magnus, Christi corpus.

Prouer. 9. a.

Crateres parui, Apostoli.

Crux, carnis mortificatio.

Gal. 5. d.

Matth. 9. d.

Luc. 9. c. Crux, carnis cruciat mortalitas.

Crux nostra, mortificatio carnis est. Dicit enim Apostolus: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem crucifixerunt cum perturbationibus, & concupiscentijs. Et Augustinus ad Letum epistola tricesimo octaua: Crucem (inquit) nostram dominus, quam portari à nobis iubet, ut eum expeditissimi sequamur, quid aliud, quam mortalitatem carnis huius significat? Ipsa enim nos cruciat mortalitas.

Psal. 118. p.

Gal. 5. d.

Colof. 3. a.

Roman. 8. c.

Galat. 6. d.

Roman. 6. d.

2. Cor. 4. d.

Roman. 12. c.

Crucis latitudo, hilaritas.

Manus, opera.

Crucis altitudo, spes retributionis.

Roman. 2. a.

Crucis longitudo, tolerantia.

Ephes. 3. d.

Psal. 118. p.

Psal. 35. a.

Cubile, cor, mens

Matth. 6. a.

Ostium claudere, quid sit.

1. Cor. 2. c.

Psal. 4. b.

Roman. 5. a.

Cassiodorus.

Cubilia, ferocium cogitationes.

Psal. 149. d.

2. Cor. 1. c.

cruciat, donec absorbeat mors in uictoriam. Crux ergo hæc ipsa crucifigenda est, & transfigenda est, clauis timoris Dei, ne solutis & liberis mēbris reluctantem, portare non possis. Sequi enim dominū, nisi eā portans, omnino non uales. Nam quomodo eum sequeris, si nō es eius? Qui autem Iesu Christi sunt (ait Apostolus) carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & desiderijs. Et epistola 119. capite decimoquarto: Nunc (inquit) dicitur homini: Tolle crucem tuam, & sequere me. Cruciat autem caro, quum mortificatur membra nostra, quæ sunt super terram, fornicatio, immundicia, luxuria, auaricia, & cœtera huiusmodi, de quibus idem dicit: Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Hinc etiam de seipso dicit: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et in alio loco: Sciens (inquit) quia uetus homo noster simul confixus est cruci cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Quandiu ergo id agunt opera nostra, ut euacuetur corpus peccati, quādiu exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de die in diem, tēpus est crucis. Hæc sunt etiā bona opera quidē, tamē adhuc laboriosa, quorum merces, est requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudentes, ut cogitantes requiē futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem, hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias: per altitudinem uero, cui caput adiungitur, expectationē retributionis de sublimi iustitia Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua: his quidem, qui secundum tolerantiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, quærentibus uitam æternam. Itaq; etiā longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde Ioganimes dicuntur, qui tolerant. Profundum autem, quod terræ infixum est, secretum sacramenti præfiguratur. Recordaris enim (nisi fallor) quæ uerba Apostolica in ista designatione crucis expendam, ubi ait: In charitate radicati, atq; fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Ea uero, quæ nondum uidemus, & nondum tenemus, in alio biduo figurata sunt. Hæc enim, quæ nūc agimus, tanquam clauis præceptorum in dei timore confixi, sicut scriptum est: Confige clauis à timore tuo carnes meas, in necessarijs deputantur, non in eis, quæ per seipsa appetenda, & concupiscenda sunt. Idem ferè scribit epistola 120. ad Honoratum, cap. 26. Et libro de doctrina Christiana 2. cap. 41.

Cubile, cor nostrum est, iuxta illud: Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Cubile nostrum (ut illic diuus scribit Augustinus) est cor nostrum, ibi tumultum patimur malæ conscientia, & ibi requiescimus, quando bona conscientia est. Qui amat cubile cordis sui, aliquid boni ibi agat. Ibi est cubile, ubi nos dominus Iesus Christus iubet orare: Intra in cubiculum tuum, & claude ostiū tuū, id est, noli talia expectare de deo, quæ forinsecus sunt: sed ea, quæ intrinsecus sunt. Claudere ostiū, est, ut hoc petas à Deo, quod solus Deus nouit, quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod non ascendit in cubile tuum, id est, in cor tuum. Quis est, qui non claudit ostiū? Qui talia petit à Deo pro magno, & ibi constituit omnes preces suas, ut accipiat ea, quæ sunt huius sæculi bona, qui de iustitia sua placere uult hominibus, nō eo fine, ut homines, qui eum uident, Deum laudent: sed ea intentione, ut ipse laudetur, non claudit ostium contra strepitum, quia patet ostium in illo strepitu, & non audit Deus quomodo audire uult in cubili. Cubile ergo, id est, cor nostrum, laboremus mundare, ut ibi possit nobis bene esse. De hoc cubili dicitur & psalmo quarto: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris, id est, in cordibus uestris, compungimini ad poenitentia dolorem, uel aperimini. In Græco enim psalterio est κατανύγητε, quod refertur ad illam dilatationem cordis, ut excipiat diffusio charitatis per spiritum sanctum. At Cassiodorus, hoc pacto exponit: Ferarum domicilium (inquit) proprie cubile dicitur, à cubando. Ferocium ergo cogitationes apte dicit cubilia, quamuis hæc interdum & in bono abusiue legatur assumptum, ut est illud de sanctis: Lætantur in cubilibus suis, id est, in secreto pectoris, sicut Apostolus dixit, Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Ibi enim lætantur, ubi solus ille cognoscit, qui donare dignatus est. Vbi & diuus Augustinus scribit: Lætantur in cubilibus suis, nō in theatris, nō in amphitheatris, nō in circis, non in nugis, nō in foris, sed in cubilibus suis, id est, in cordibus suis. Audi Apostolū Paulū exultantem in cubiculo suo: Nam gloria nostra hæc est &c. Et Ambrosius lib. primo de Cain, cap. nono: Intra (inquit) in cubiculum tuum, id est, mentis arcanum, animiq; secretum, alta præcordia. Totus ingredi de corporis tui exteriori uestibulo, & claude ostium tuum, id est, pone dominum custodiam ori tuo, & ostium circuitus labijs tuis, ne culpa intret, ne lapsus aliquis sermonis exeat. Et de sacramentis libro sexto, capite tertio: Cubiculum tuum (inquit) mens tua est. In populo licet positus, tamen in interiore homine arcanum tuum, secretumq; conserues, animo tuo totus intende, intra in recessum pectoris tui, totus ingredi, uideat quia ex corde oras, ut te ex corde orantem dignetur audire. Habes hoc & Esaia uigesimo sexto: Ambula popule meus, & intra in recessus tuos, abscondere pusillum, donec transeat ira.

Quid

Quid crystallus, currusq; mysticè significant.

Cap. LIII.

DE crystallo, scribitur Esaia 54. secundum Ixx. Lapides crystalli, & muros tuos lapides electos. Vbi scribit diuus Hieronymus: Porta autē istius ciuitatis, de lapide sunt crystallo, qui incipitur uarijs modis, quo lapide, nihil purius est. Deniq; uehementissimis Alpium frigoribus, & inaccessis soli speluncis, concrefcere aquæ dicuntur in crystallū, & tactu quidem lapidem, uisu aqua esse. Per quæ ostenditur, eos qui in foribus ecclesie sunt, nulla debere sorde maculari, sed fidei esse purissimæ, & illud audire, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et exponens illud Ezechielis, Et similitudo super caput animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis: Videtur (inquit) super quatuor animalia, & rotas totidem, similitudo firmamenti, quod nos appellamus cœlum, habens speciem crystalli, quod est purissimum, ex aquis mundis, atq; lucentibus, nimio frigore cōcrefcere dicitur, in tantum, ut etiā gelu cōstricta aqua, Græco sermone κρύσταλλος nominetur. Decbat autē in superioribus esse eximiam puritatem, quæ cuncta protegat, id est, rationales, sapientesq; uirtutes. Et infra: Sicut autem crystallo purissima quæq; atq; lucetia in cœlestibus demonstratur, quæ nostrum oculatū corpus illuminant: sic in sapphiro, id est, in throno Dei, & super firmamentū, quod cœlū accipimus, abscondita, atq; secreta, & incomprehensibilia Dei sacramenta nostro scribit: Crystallū est in modum uitri per numerosas hyemes glacies cōdurata, & in duriciam laxilliquens admodū perducta substantia, cui obstinati peccatores merito comparatur, qui algore perfidia cōstricti, per dies singulos congelascunt. Hos quoq; dominus, uelut frusta panis emittit, quādo cōuersos sua facit prædicare magnalia, unde populus esuriens, cœlesti pane uescatur. Frusta quippe significat doctrina diuersa dona, quæ ex peccatoribus in sanctis suis dominus sæpius mōstrare dignatus est. Sed hæc accepta sunt ex Augustino, qui in enarratione prædicti Psalmi, hoc pacto scribit: Est (inquit) crystallū species quædam in modū uitri, sed cādīdum est. Hoc autem genus traditur ab eis, qui nouerūt, unde dubitare nō debemus, quoniam fidelissima scriptura, testimoniū dicit. Traditur enim crystallus durata per multos annos, & nō resoluta niue ita cōgelascere, ut resolutio nō facilis sit, niues præterita hyemis facile dissoluit æstas adueniens. Non enim eis ad confirmandum duriciā accessit annositas. Vbi autem niues multæ per annos multos superinueniunt missæ fuerint, & copia sua uiolentiam æstatis euicerint, non æstatis unius, sed multarum, præsertim in his terræ partibus, id est, in Aquilonia plaga, ubi nec æstate sol perferuētissimus inuenitur, ipsa diuturna, & annosa duricia, reddit hæc speciem, quæ crystallū dicimus. Dicit ergo propheta: Mittit crystallum suam uelut frusta panis. Multum obduruit, multum congelauit. Fuerunt nimis duri, non iam niui, sed crystallo comparadi, & ipsi prædestinati sunt, & uocati, & quidam eorum ita ut passerent alios, & essent utiles & alijs. Occurrit unicuique cogitati ex his quos nouit, quam fortè duri, & pertinaces, & obnitentes aduersus ueritatem fuerunt, & modo prædicant ueritatem, facti sunt frusta panis, id est, membra Christi. Ecce crystallus erat Apostolus Paulus, durus, obnitens ueritati, clamans aduersus euangelium, tanquam induratus aduersus solem. Quia ergo crystallum erat, nitidus uidebatur, & cādīdus, Hebræus ex Hebræis, secundū legem pharisæus, sed durus, & nimis gelidus, secundū æmulationē persequens ecclesiam dei. Sed duriciā glaciei huius dissoluit Christus, de cœlo clamans: Saule saule, quid me persequeris? Vna illa uoce, tãta illa duricia crystalli resoluta est.

Currus Dei, quomodo dicatur, scribit diuus Hieronymus, enarrans illud Esaia: Quia ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorē suū &c. pro quo septuaginta habent: Ecce dominus quasi ignis ueniet, & quasi tēpestas currus eius, reddere in furore ultionē suam &c. Quasi (inquit) tempestas currus, siue quadrigæ eius, psalmodi edifferamus exemplis, in quibus scriptū est: Deus manifeste ueniet, Deus noster, & nō tacebit. Ignis ante eū ardebit, & in circuitu eius tēpestas ualida. Et alibi: Currus Dei decē milibus multiplex milia lætantū. His curribus, & equis, Helisæus erat circūdatus, quos puer eius uidere non poterat. Vnde ait: Domine aperī oculos pueri eius, ut uideat. Et apertis (inquit) oculis, uidit currus, & quadrigas, & equos per circuitum. Hoc curru igneo, & Helisæus raptus ad cœlum est, quando clamabat Helisæus: Pater mi, pater mi, currus Israēl, & auriga eius. Hæc autem uniuersa narrantur, non quod aut currus habeat, aut quadrigas, aut equorum uelocitate portetur, de quo alibi scriptum est: Qui ambulat super pennas uentorum. Sed quomodo in folio sedere dicitur, quando assumit habitum iudicantis: sic quando ad uindictam uenit, ut debellet aduersarios suos, in habitu uictoris, & triumphantis ostenditur. Et Cassiodorus exponēs illud psalmi, Currus dei &c. Consuetudo est scripturæ diuinæ allegoricè loqui, ut quum aliud dicat, aliud uelit intelligi, quod in hoc psalmo positū frequenter inuenies. Vnde hic currus significat hominū iuncta copulatio, quia ita sanctos charitas uincit, sicut lorīs, & iugis animalia sociatur. Vnde & dominus ait: Iugū meū suauē est, & onus meum leue est. Sanctorū ergo unanimitas, currus est domini, quæ ille uelut auriga insidet, & ad uoluntatis suæ

suæ ministerium salutari lege moderatur. Sed ut istum currum ostenderet, non equis deditum, sed humanis cogitationibus attributum, ait, Decem miliũ multiplex. Quod bene ad innumeros populos, non ad equos, noscitur pertinere. Subiunxit, Milia lætantium, quod utiq; de fidelibus debet intelligi. Et ut ostenderetur lætitiæ plenitudo, ait: Dominus in illis, qui magnæ exultationis est cum illo, & bonorum omnium dulcedo mirabilis. Et diuus Augustinus, Currus Dei &c. Ingentem (inquit) multitudinem sanctorum, atq; fidelium, qui portando Deum, fiit quodammodo currus Dei, significauit hoc nomine. Hanc immanendo, & regẽdo perducit in finem, tanquam currum suum, uelut in locum aliquem destinatum. Initium enim Christus, deinde qui sunt Christi, in præsentia eius, deinde finis. Hæc est sancta ecclesia, quæ sunt quod sequitur: Milia lætantium. Spe enim sunt gaudentes, donec perducantur in finem, quem nunc expectant per paciẽtiã. Mirificẽ autem quũ dixisset, Milia lætantium, cõtinuo subiicit: Dominus in illis, ne miremur quod lætetur: Dominus in illis. Nam per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ Dei. Sed dominus in illis, ideo & si sunt quasi tristes, semper tamen gaudentes, nec iam ipso fine, quod nondum uenerunt, sed spe sunt gaudentes, & in tribulatione patientes, quoniam dominus in illis.

Augustinus.
Currus, fidelium
multitudo.
1. Cor. 15. c.
Roman. 12. c.
Act. 14. d.
2. Cor. 6. b.
Roman. 12. c.

LIBER SECVNDVS AD MYSTICOS SACRÆ
SCRIPTVRÆ SENSVS.

Quid dæmonia, decem, decimæ, decachordum, mysticẽ significent. Cap. I.

Esa. 14. d.
Lucifer, superbia.
Matth. 15. c.
Mammona, auaritia.
Matth. 6. c.
Asmodæus, luxuria.
Thob. 3. b.
Lucæ 11. b.
Abaddon, ira.
Apocal. 9. b.
Sathan, inuidia.
Iob 2. b.
1. Reg. 16.
Iob 40. d.
Behemoth, gula.
1. Cor. 2. d.
Beelzebub, acidia.
Psal. 90. b.
Dæmonium meridianũ, uehẽmens persecutio.
Mar. 4. b. &
Matth. 13. d.
Denarius numerus, summa perfectio.
Exo. 31. d.
Decima, uidua continens.
Psal. 91. a.
Decachordum, decem præcepta.
Denarius numerus.



Aemonia septem, septem significat uitia. Lucifer enim, dictus quasi lucem ferens, peccatum est uanæ gloriæ, & superbiæ, & hoc dæmonio uexabatur filia Chananeæ. Nam filia iuuentulæ uanæ gloriæ, & superbiæ subiacent uitio. Mammona uero, de quo dicitur: Non potestis Deo seruire, & mammonæ, quod diuitias sonat, peccatũ denotat auaritiæ, quo cupidus, atq; auarus, magnoperè uexatur. Asmodæus autem, de quo scribitur Thobias tertio, & sonat facturam iudicij, luxuriam denotat, propter quam Deus fecit diluuij tempore iudicium, & euertit mundum tempore diluuij, & postea ciuitates Sodomæ, & Gomorræ, quod etiam uitium per dæmonium mutum figuratur, eo quod inter cœtera uitia ob erubescentiã mutũ a confessione faciat hominem. Abaddon, de quo scribitur in Apocalypsi, quod sonat perditionẽ, irã uiri significat, quæ bona omnia perdit. Sathan uero, quod aduersariũ sonat, inuidiã quæ aduersat omni bono proximi, de illo summoperè dolens, denotat. Hic est, qui Iob multipliciter flagellauit, & Saulẽ plurimũ uexauit, qui Dauid iustũ, & generũ suũ ex inuidia persecutus est. Behemoth autẽ, de quo scribitur in Iob, quod sonat animal, siue animalia, gulã designat, quæ animalẽ facit hominẽ, ne percipiat ea, quæ sunt spiritus Dei. Beelzebub, quod sonat uirũ muscarum, acidiam significat, quæ hominem uanis, & immundis cogitationibus, quasi importunis muscis, opplet. Dæmonium autem meridianũ, de quo dicitur in Psalmo: Ab incurfu, & dæmonio meridiano, est immane periculum feruore persecutionis accẽsum. Et Augustinus prædictum exponens uerbum: Recte (inquit) intelligimus dæmonium meridianum persecutionem uehẽntem, siue æstum persecutionis uehementis. Sic enim dominus dicit: Ortus est sol, & aruit herba, quia radicem non habebat, & exponens nobis, id est, a sole arescere herbam, dixit: Quia persecutione facta, non manent illi in fide, quia altam radicem nõ habebat: talis fuit illa persecutio, quando imperatores, & reges sæculi putauerunt se persequẽdo tollere posse de terra nomen Christi, & nomen Christianorum, iubentes, ut quisquis se confiteretur Christianum, feriretur. Iusserunt postea, quicunq; confessus se fuerit Christianũ, torqueatur, & tam diu torqueatur, donec neget se esse Christianum. Prima persecutio sagitta fuit, altera, dæmonium meridianum.

Decẽ, siue denario numero, summa perfectionis exprimitur, ut inquit Gregorius libro primo Moral. cap. 15. Et diuus Hieronymus: Denariũ esse mysticum numerum ostendit decalogus, qui scriptus fuit in tabulis lapideis digito dei.

Decimæ dicuntur in uiduitate continentes, ut inquit Origenes homilia 11. super Numeros: Primitiæ (inquit) possunt intelligi ecclesiæ uirgines, decimæ quoq; ij, qui post coniugium continenter, & castè uixerunt.

Decachordum psalterium, de quo scribitur in psalmo: In decachordo Psalterio, cum cãtico in cithara, decem legis præcepta significare, manifestũ est, quia ipsa chordæ sunt, quas si bonorum actuum qualitate tangamus, salutare melos efficiunt, & ad cœlorum regna perducunt. Scire autẽ debemus cur iste numerus tãtæ rei uideatur adiuctus. Ipse est, quẽ Pythagorici tetradazathin uocãt, id est, quaternitatem diuinam, quoniam breuiter cõprehendit quod per infinitas summas noscitur posse dilatari. Vnus enim, duo, tres, & quatuor, faciunt decem, qui semper reuolutus, atq; repetitus, in extẽsas, & infinitas supputationes egreditur. Neq; enim in quibuslibet summis ultra istum ordinẽ noui

noui aliquid reperitur, sed ita probatur esse compositus, ut ipse fiat semper numerabilis, quum nullis nouitatibus immutetur. Meritò ergo talis calculus totius redemptionis nostræ continet formã, qui per obliquas lineas caractere suo, sanctæ crucis imitatur figurã, & in digitis decori circuli rotunditate cõcluditur. Diuus quoq; Augustinus: Decachordum psalterium (inquit) significat decẽ præcepta legis, sed cantare in illo opus est, siue psallere, id est, operari. Parum est, qui operantur cum tristitia, nõdum psallunt, id est, cum hilaritate benefaciunt; Hilarẽ enim datorẽ diligit Deus. Cum cantico in cithara, id est, in uerbo, & in opere.

Quid decor mysticẽ significet.

Cap. II.

Decor animæ, est de quo inquit Origenes homilia 13. in Ezechielem: Cõsydera (inquit) quæ decoris fuerit, qui fuit corona decoris. Hunc autem decorem noli extra te quærere, sed circa animæ religionem, ubi cogitatoriu, ubi intellectuale cõsistit, ubi uera est pulchritudo. Quod si uolueris ibi quærere decorẽ, ubi caro est, & sanguis, humor, & uenæ, ubi materia corporalis, nõ poteris inuenire. Siquidem uerus decor in saluatore est, & ita ab illo, iuxta largitionem, & misericordiam eius, in cunctorum diuisus est animas. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime, specie tua, & decore tuo, & pulchritudine tua. Est igitur aliquis decor in principali cordis nostri, & in anima. Qui autem istiusmodi decor etiam ad animã pertingat humanã, propheta te doceat, dicẽs: Audi filia, & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populũ, & domus patris tui, quia concupiuit rex, id est, sponsus decorem tuum. Quis ita habet pulchram animam, quis tantum possidet decorem, quis ita est extraneus ab omni fœditate, ut possit ei dici: Concupiuit rex decorem tuum? Et tu quidem adhuc istum quæris decorem, & niteris ad placendum, iste uero a decore, quem habuit, in turpitudinem concidit. Et quomodo in corporibus sæpe uidemus accidere, ut mulier speciosa, & pulchra facie, ab ægrotatione decorem suum perdat, & per senectutem splendorem uultus amittat, eodẽ modo & anima, quæ pulchra erat, per infirmitatem amittit decorem, & per senectutem deformis efficitur. Quum enim susceperit ueterem hominem cum actibus suis, senectute eius pristinum perdit decorem. Venit Iesus, ut trãferat nos a uetere homine, & senectutis insignibus, (Ruga quippe senectutis indicium est, ut ait Apostolus) ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam, non habẽtem maculam, aut rugam, aut aliquid istiusmodi, uerũ ut sit sancta, & immaculata. Licet igitur a senectute, & ruga, ad iuuentutem transcẽdere. Et hoc est in hac parte mirabile, quod corpus ab adolescentia pergit ad senium: anima uero, si uenerit ad perfectum, a senectate in adolescentiam transmittitur. Idcirco etiam si exterior homo noster corrumpitur, interior renouatur de die in diẽ. Oportuit te nosse decorem, quem rex concupiscit, oportuit te scire eum, qui aliquando fuit decoris corona, & tu quum fueris consecutus hanc gloriã, caue ne corruas. Siquidem & iste qui corruit, signaculum erat similitudinis, plenus sapiẽtia, & decoris corona, in delictis paradisi Dei. Hæc ille. Et in psalmo scriptum est: Domine dilexi decorem domus tuæ. Decorem domus dicit, nõ pulchritudinem parietum, ac ministeriorum preciosissimos apparatus: sed ipsorum actuum beatissimam qualitatem, quibus cuncta gaudet ecclesia, id est, in psalmodum iubilatione, in precum sanctitate, in Christiani populi humilima deuotione. Scribit autem diuus Augustinus, prædictum enarrans uersum, in hunc modum: Domus dei, ecclesia est. Adhuc habet malos, sed decor domus Dei in nobis est, in sanctis est. Ipsum decorem domus tuæ dilexi. Dixit prius: Decorem domus tuæ, & exponit quid sit decor domus Dei: Et locum (inquit) habitationis gloriæ tuæ. In quibus autem habitat gloria Dei, nisi qui sic gloriantur, ut non in se, sed in domino gloriantur? Ergo quia dilexi decorem domus tuæ, id est, omnes, qui ibi sunt, & gloriã tuam quæruẽt. Et alio in psalmo inquit de domino Iesu Christo, sic ad patrem orante: Domine in uoluntate tua, præstitisti decori meo uirtutem. Virtutem quippe non de se humana natura habuisse dicit, sed desuper sibi asserit contributam. Nã decorem ipsius probat illud exemplum: Speciosus forma præ filijs hominũ. Sed ista immaculata, & sole clarior humanitatis pulchritudo copulata uerbo, uirtutem accepit, qua miracula magna faciebat, sicut in euangelio ipse testatur, dicens: Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Vel secundum Augustinum: Domine (inquit) in uoluntate tua &c. id est, quia non ex me bonus eram, & fortis, sed ex te eram & pulcher, & fortis, decori meo uirtutem præstiteras ex uoluntate tua, qua me feceras. Et de ecclesia rursus dicitur: Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus Deus tuus. Rex iste saluator est dominus, qui concupiuit ecclesiam præuaricationis culpa in forte diaboli constitutam, quam speciosam fecit ipse non reperit, sed fœda erat. Fœtebat, quum eam tenebat inuasor, pulchra facta est, quum ad suum remeauit auctorem, de qua legitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Et cõsydera, quod hæc sponsa quæ si simili laudatur initio, sicut superius de sponso dictum est: Speciosus forma præ filijs hominum. Sed ille in specie sua habere dictus est pulchritudinẽ singularem, hæc uero ideo pulchra est, quia sibi eam sociauit sponsus: Quia ipse (inquit) est dominus Deus tuus. Nõ ille, quem patrẽ dicebas,

Augustinus.
Decor animæ
qualis.
Ezech. 28. c.
Psal. 44. a.
Psal. 44. c.
Col. 3. b.
Eph. 5. f.
2. Cor. 4. d.
Ezech. 28. c.
Psal. 20. b.
Augustinus.
1. Cor. 1. d.
Psal. 29. b.
Psal. 44. a.
Ioan. 5. d.
Augustinus.
Psal. 44. c.
Can. 3. c.
Psal. 44. d.

Thren. 1. b.
Hieronymus.
Decor, uirtutum
ornamentum.

non qui te fecerat tenebrosam, sed iste est dominus Deus tuus, qui pristinam summouens fœditatem, pulchritudinem tibi contulit nuptialem. Et in Threnis scriptum est: Et egressus est à filia Sion, omnis decor eius. Mystice (inquit Hieronymus) filia Sion reliquit decorem, quâdo per incuriam cogitationum, uirtutum perdidit ornamentum, nec ei subueniebant principes sui, id est, rationabiles tractatus, cū quibus resistere debuit, inimicis persequentibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequente, propulsa est in foueam deceptionis. Hac etiam sententia arguuntur negligentes rectores ecclesiæ Dei, ob quorum imperitiã perit omnis decor populi Christiani, quum nec in meditatione legis diuinæ, nec in cultu pietatis, neq; in sacrarum uirtutum exercitio laborare conantur, sed in luxu uoluptatū per uaria scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis, adducuntur.

Quid dedicatio mysticè designet.

Cap. III.

Matth. 23. d.

Augustinus.

Psal. 13. d.

Psal. 23. b.

Apoc. 3. d.
Prouer. 1. c.

Eccles. 12. d.

Psal. 114. a.

Roman. 7. d.

Psal. 50. b.

Eccles. 10. b.

Eccles. 3. c.

Ezech. 1. d.

Galat. 5. d.

Matth. 10. g.

Matth. 6. c.

Dedicatio, domini nostri Iesu Christi resurrectionē significat. Tunc enim corpus eius in æternam gloriam, potestatemq; perductum est, sicut in euangelio ipse dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Dedicare quippe dicimus, quum nouitas domus alicuius in usum celeberrimum deputatur. Vnde titulus psalmi 28. est: Psalmus cantici in dedicationem domus Dauid. Domus Dauid significat dominici corporis templum, quod de semine Dauid originem duxit. Et Augustinus antedictum enarrans titulum: Psalmus lætitiæ resurrectionis, atq; immortalem statum mutationis, atq; innouationis corporis, non tantum domini, sed etiã totius ecclesiæ concinit. Nam in superiore psalmo psalterium consummatum est, ubi habitamus belli tēpore, nunc autem domus dedicatur, quæ in sempiterna pace permanebit. Est autem adnotandum, quod in ecclesiæ dedicatione, quum ab episcopo consecratur, multa fiunt, quæ animæ, & ecclesiæ ueram designant, ac spirituales dedicationem: eiciunt infidelium ossa è loco dedicando, id est, uitia, & peccata per confessionem de anima. Siquidem pontifex tertio circuit ecclesiam, significans tres Christi circuitus, quos Christus, ut ecclesiam, ut animam sanctificaret, effecit. Nempe de cœlo in mundum, de mundo ad inferos, de inferis ad cœlum, iuxta illud: A summo cœlo egressio eius &c. Vel triplicem denotat ecclesiæ statum, nempe uirginum, uiduorum, ac coniugatorum. Hos enim status circumeundo uisitat, protegit, ac defendit. Vel est consideratio peccatorum cogitationis, locutionis, ac operis. Tertio quoq; episcopus ad ostium pulsatur, dicens: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales. Quæ quidem percussio triplicem, qua Christus ad ostium cordis percutit, significat pulsationem. Pulsatur enim uocando, beneficia exhibendo, uirga disciplinæ corripiendo. Scribitur enim in Apocalypsi: Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Et in Prouerbijs scriptum est, quo pacto ad cordis ostium pulset, quum ait: Cœuertimini ad correptionem meam, en proferam uobis spiritum meum, & ostendam uobis uerba mea, quia uocaui, & renouistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliū meū, & increpationes meas neglexistis. Tertio quoq; aspergit locū cū hyssopo aqua benedicta mixta cum uino, cinere, & sale, quæ designat uerā poenitentiam, siue dolorē peccatorum, in quo tria expendere debet. Primum quidem peccatū in quo fuit, de quo in tremendo iudicio rationē redditurus est, dicente Salomone: Cuncta quæ fiunt adducet dominus in iudicium. Et sic magno est in periculo, iuxta illud: Pericula inferni inuenerunt me. Demum expendere debet æternā se amisisse felicitatem, & mortem incurrisse peccati, iuxta illud: Stipendium enim peccati mors est. Gemere quoq; debet, ob hoc, & ob illius dilationem, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Fit autem antedicta aspersio cū hyssopo, iuxta illud: Asperges me domine hyssopo, & mundabor. Aspergitur quoq; totum pauimentum cineribus, & in pauimēto scribitur alphabetū literis Græcis, ac Latinis, ab angulo, ad angulum, in modū crucis. Cinis, est mortis recordatio, ob quam humiliari quilibet debet, & dicere cum Abraham, se esse cinerem, & puluerem, & recordari debet illud sapientis: Quid superbis terra, & cinis? Alphabeti autem descriptio, sanctam designat doctrinam, in qua diuina continentur præcepta, quæ scripta debent esse in tabulis cordis, & illa semper cogitare, iuxta illud: Quæ tibi præcepit Deus, cogita semper. Vel alphabetum in modum crucis descriptum ab angulo dextro in sinistrū literis Græcis, ac Latinis, duorum designat populorum cōiunctionem, nempe Iudæorum, ac gentium in Christi cruce, & fide articularum credendorum, qui sunt prima doctrinæ Christianæ elementa. Vel noui, ac ueteris instrumenti conuenientiam, ac cōcordiam, quæ per rotā designatur, de qua scribitur in Ezechiele, quod rota erat in medio rotæ. Et in cineribus describitur, quoniam ad suscipiendam fidei doctrinam, ut suū humiliet, & captiuat intellectum, opus est. Crux autem, carnis significat mortificationem, quam qui Christi sunt, habere debent, iuxta illud: Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Vel passionum denotat tolerantiam, dicente saluatore: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est ne dignus. Crux autem oleo inungitur, quod lætitiā notat, iuxta illud: Tu autem quū ieiunas

ieiunas, unge caput tuum. Vel denotat charitatem, & erga proximum benignitatem, ac beneuolentiam, & necessitatibus subuentionem, iuxta illud: Oleum de capite tuo, id est, de mente tua, non deficiat. Accenduntur quoq; luminaria, quæ lumen denotant agendorū, & rectam in operibus intentionem, iuxta illud: Lucerna corporis tui est oculus tuus &c. Vel sunt honorum operū clara exempla, iuxta illud: Et lucernæ ardentes in manibus nostris. Et sic dictum est de Ioanne baptista, quod erat lucerna ardens, & lucens. Ponitur quoq; in medio ecclesiæ crucifixi imago, ut omnes ad illum respiciant, iuxta illud Apostoli: Respicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Demum ecclesiam episcopus in alicuius sancti memoriam titulat, ut sanctorum uitam expendamus, & imitemur, iuxta illud: Mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus suis.

Quid deliciae mysticè significant.

Cap. III.

Deliciae, & deliciarum, id est, delicijs perfrui, quid sit, Origenes homilia prima, in psalmum trigésimum sextum, enarrans illud Dauidicū, Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, hoc modo declarat: Sciendum (inquit) primum est, quia hoc quod dixit in Latino, Delectare in domino, in Græco, deliciarum in domino, dicitur. Hoc enim Græcus sermo indicat κατὰ τὸν φησὶν. Sicut ergo secundum exteriorem hominem possibile est, non solum cibus uti, uerum etiam delicijs perfrui, & maxime qui diuites sunt, delicijs utuntur: ita etiam interior homo potest non solum cibus uti, uerum & delicijs perfrui, quod fieri hoc modo arbitror. Si quis audiat uerba ea solummodo, quæ se inuident ad timorem Dei, iste cibus tantummodo capit ex huiuscemodi uerbo. Qui uero dederit operam ad intelligendum legem, ad perscrutandos prophetas, ad exsolutiones parabolarū euangelij, ad explanationem uerborum apostolicorū, & qui in omnibus intellectu, & sciētia operam dederit, iste delicijs fruatur. Non enim ad hoc solum, quod ei ad uitam sufficit, cibo utitur mandatorum, sed in omni agnitione scientiæ delectatur. Hoc est quod arbitror, & in eo indicari, quod dicitur Deus ab initio plantasse paradysum deliciarum, sine dubio in quo spiritualibus delicijs fruere. Sed & alibi: Torrentem (ait) deliciarū potum dabis eis, sanctis scilicet. Sed & hic scio quod in Latinis exemplaribus haberi solet, Torrentē uoluptatis tuæ, sed in Græco habetur, τρυφῆς, quod est deliciarum. Sed & sanctis quibusq; corporalium deliciarum contemptus indicitur, & spes deliciarum spiritualium repromittitur. Vis etiam de hoc auctoritatem accipere scripturæ diuinæ: Diues quidam erat, & Lazarus pauper. In delicijs corporalibus erat diues, Lazarus cōficiēbatur inedia. Excessit uterq; de sæculo, & Lazarus quidem ab Angelis sublatus est in sinum Abraham, ut ibi in delicijs requiesceret, ille autem, qui in delicijs fuerat corporalibus, abiit in gehennam ignis, sicut in euangelio scriptum est, & audit ab Abraham: Quia tu cōsecutus es bona in uita tua, hoc est, delicijs abusus es, & Lazarus mala, nunc autem hic requiescit, tu uero cruciaris. Nemo potest & in carne, & in spiritu habere delicias: sed si quis in carne deliciarum, sicut ille diues, carebit gremio Abraham, & delicijs. Qui uero in præsentī sæculo pane afflictionis uescitur, sicut & ille pauper, quum hinc abscesserit, in delicijs erit. Deliciare ergo in domino, & dabit tibi petitionem cordis tui. Quod si adhuc plenius intueri uis, quomodo quis delicias in domino, perspice, quod dominus ueritas est, & sapientia est, & iusticia est, & sanctificatio est. Si ergo abundaueris in diuitijs ueritatis, si abundaueris in intellectu sapientiæ, si copiosus fueris in actibus iusticiæ, tunc plenè, & integrè deliciarum in domino. Quæ utiq; quum expleueris, tunc etiam id quod consequitur, adipisceris: Dabit enim tibi dominus petitiones cordis tui. Et enarrans alium uersum eiusdem psalmi, homilia secunda in eūdem psalmum, nempe, Et delectabuntur in multitudine pacis: Etiam (inquit) sermone ipso utitur Græcus, de quo & superius diximus, κατὰ τὸν φησὶν, id est, deliciabuntur, magis quam delectabuntur. Igitur deliciabuntur, siue delectabuntur mansueti, in multitudine pacis. Si qui sunt carnales homines, delectantur in cibus, qui destruentur cum uentre suo, sicut & apostolus dicit: Esca uentri, & uenter escis, Deus autem hunc, & illas destruet. Sancti autem istas quoq; delicias continent, & respuunt, habent autem delicias in multitudine pacis. Multitudo autem pacis esse dicitur in diebus Christi. Ita enim scriptum est: Et multitudo pacis erit in diebus eius, usq; quo auferatur luna. Quicunq; ergo desinit ab ira, & relinquit indignationem, & neq; animus in iram iritatur, neq; sermone utitur iracundo, non solum forinsecus, uerum etiam & intrinsecus, totus in pace est, & neq; prouocanti se ad iracundiam cedit, neq; ipse alterum ad iracundiam prouocat, sed in semetipso pacem habet, & in alijs, si qui forte dissident, seruat diligere mansuetudinem, quæ pacis custos est fidelissima, quæ cuncta moderatur, iste deliciarum, uel delectatur in multitudine pacis. Et Cassiodorus priorè exponens uersum, Delectare in domino &c. hoc modo scribit: Delectatio, & corporalis dicitur, & spiritualis. Illa nutrit uitia, ista uirtutes. Delectare, quum dicit in domino, suauem tibi uult esse eius recordationem, ut ames, quæ times, ut desideres, quem uereris, ut ambias quærere, quem

Petitio cordis que sit. *Pfal. 36. b.* pauescis: Et dabit tibi petitionem cordis tui. Respice, quia cordis dixit, non carnis, quod ad sapientiam solet referri. Cordis enim petitio, est fides, spes, charitas, intellectus Dei, & opera actuum bonorum. Ipsa enim consuevit propitius annuere, quae solet pijs praedicationibus admonere. Et exponens alterum uersum, Et delectabuntur in multitudine pacis: Hic iam (inquit) ueritas ipsa perfectae beatitudinis indicatur, ut semper suauiter sentiat omne, quod est, nec aliquando possit desinere quod delectat. Nam ut ostenderet ipsam delectationem nulla contrarietate dissolui, addidit: In multitudine pacis. Pax enim futuri saeculi est, ubi nihil aduersum, nihil potest esse contrarium, sed uno modo conceptum gaudium suauissimè perseuerat. Et Augustinus in commentarijs: Delectetur (inquit) hic impius ille in multitudine auri, argenti, mancipiorum, opum diuersarum, uinolentiae, latissimorum, & luxuriosorum conuiuiorum. Quae erunt autem deliciae tuae? Et delectabuntur in multitudine pacis. Aurum tuum, pax, argentum tuum, pax, praedia tua, pax, uita tua, pax, Deus tuus, pax. Quicquid desideras, pax tibi erit. Et in alio psalmo scriptum est: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Quomodo poterat (inquit Cassiodorus) a tenebris conculcari, cui erat nox illuminatio in delicijs suis? Nox significat inferni claustrum, quod reuera illuminauit, quando potestatem diaboli contriuit, & hominem sua miseratione liberauit: In delicijs meis, id est, in paradiso, unde primum hominem peccata pepulerunt, sed confessionis beneficio, animae sanctorum ad eius amoenitatem, domino praestante, reuersae sunt. Sic enim credenti latroni dictum est: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Paradisus enim significat amoenissimum locum, & felicissimae iocunditatis aeternam securitatem. Et Augustinus: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Facta est mihi nox illuminatio, quia in nocte me desperaueram posse transire tantum mare, & tantam uiam superare, & uenire ad extremum perseuerando usque in finem. Nox est, quandiu ista uita agitur. Nox est illuminata, quia Christus descendit in noctem, id est, accepit carnem de isto saeculo, & illuminauit nobis noctem. Perdiderat enim drachmam mulier illa, accendit lucernam. Sapientia Dei perdiderat drachmam. Quid est drachma? Nummus, in quo nummo imago erat ipsius imperatoris nostri. Factus est enim homo ad imaginem Dei, & perierat. Et quid facit mulier sapiens? Accendit lucernam. Lucerna de luto est, sed habet lucem, qua inueniatur drachma. Lucerna ergo sapientiae, caro Christi. De luto facta est, sed uerbo suo lucet, & inuenit perditos, & nox illuminatio in delicijs meis. Facta est mihi nox in delicijs. Deliciae nostrae, Christus. Videte quemadmodum de illo modo gaudeamus. Clamores istius uestri, gaudia ista uestra, unde sunt, nisi in delicijs? Unde autem istae deliciae, nisi quia nox illuminata est, nisi quia dominus Christus nobis praedicatur? Quia quaesiuistis uos, antequam quaereretis eum, & inuenit uos, ut inueniretis eum. Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Et diuus Hieronymus exponens illud Salomonis, Et delicias filiorum hominum: Deliciae (inquit) filiorum hominum super sapientia intelligendae, quae ad instar paradisi habet poma uaria, & multiplices uoluptates, & de ipsa praecipitur: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et alio in loco, Torrente uoluptatis tuae potabis eos. Et in Esaiam scriptum est: Et delicijs affluatis, scilicet ueritatis, & scientiae, ab omnimoda gloria eius. Et de rege Tyri, diaboli figuram gerentis, dicitur: Tu signaculum similitudinis &c. in delicijs paradisi Dei fuisti. Et pulchre ad distinctionem, paradisum Dei nominat (inquit Hieronymus) ut contendant esse & contrarium paradisum, non Dei apud eos, qui ueritatem mutant mendacio, & paradisum habere se iactant. De iniquorum autem delicijs scriptum est: Viquequo delicijs dissolueris filia uaga: quanquam diuus Hieronymus delicias in bono accipiat. Delicias (inquit) in hoc loco, iuxta illud accipiamus, quod in Psalmo dicitur: Delectare in domino &c. pro quo in Graeco, & in Hebraico habet: Delicijs affluere. Unde & paradisi in Edem, deliciarum paradisi appellatur. Et in Esaiam: Et ponet (inquit) desertum eius quasi delicias, pro paradiso, in cuius loco nos delicias uertimus, in Hebraico ponitur Eden, de quo in principio Genesis scriptum est. Dixit ergo propheta, Consolabitur ergo dominus Sion, id est, ecclesiam, & consolabitur omnes ruinas eius, & ponet desertum eius quasi paradisum. In Sion aliud esse non debet, nisi gaudium, & laetitia, confessio, & uox laudis, ut quod in caelis facturi sunt sancti cum Angelis Dei, hoc etiam in terra iungi in domini laude meditetur. Et in Iob scriptum est: Tunc super omnipotentem delicijs affluere, ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Super omnipotentem delicijs affluere, est in amore illius scripturae sacrae epulis satiari. In cuius nimirum uerbis tot delicias inuenimus, quot ad profectum nostrum intelligentiae ueritates accipimus, ut modo nuda nos pascat historia, modo sub textu literae uelata medullitus nos reficiat moralis allegoria, modo ad altiora suspēdat contemplatio in praesentis uitae tenebris, iam de lumine aeternitatis intermicans. Et sciendum, quod quisquis delicijs affluit, in quadam sui remissione soluitur, atque a laboris studio, quasi ex lassitudine, relaxatur, quia nimirum anima, quum internis delicijs abundare coeperit, terrenis operibus iacubare minime consentit, sed amore conditoris capta, & sua captiuitate iam libera, ad contemplandam eius speciem despicendo suspirat, & quasi lacescendo conualescit, quia dum sordida onera portare iam non ualet, ad illum per quietem properat, quae intus amat. Hinc etiam in admiratione sponsae scriptum est: Quae est ista,

Cantic. 5. a.

ista, quae ascendit de deserto delicijs affluens? Quia nimirum sancta ecclesia, nisi uerborum Dei delicijs afflueret, de deserto uitae praesentis ascendere ad superiora non posset. Delicijs ergo affluit, & ascendit, quia dum mysticis intelligentijs pascitur, ad superna quotidie contemplanda subleuatur. Hinc etiam psalmista ait: Et nox illuminatio mea in delicijs meis, quia dum per intellectum mysticum studiosa mens reficitur, iam in ea uitae praesentis obscuritas fulgore diei subsequenti illuminatur, ut etiam in huius corruptionis caligine in intellectum illius mens futuri luminis erumpat, & uerborum delicijs pasta, praegustando discat, quid de pabulo ueritatis esuriat. Et in Iob scriptum est: Qui inter huiusmodi laetabantur, & esse sub sensibus delicias computabant. Sentes, peccatorum sunt punctiones. Esse igitur sub sensibus delicias computabant, quia (ut diuus ait Gregorius) peruersae mentes gaudent in iniquitatibus, quas flere debuerunt. Omnes haeretici tanto se inani laetitia extollunt, quanto magis ad peiora conualescunt, & ecce sub fen. de. com. quia inde peruersam mentem ad gaudium subleuant, unde spinas peccatorum portant, Nam si quando ad errorem suum ualuerint quempiam trahere, sese per laeticiam iactant, atque unde sibi peccata quotidie etiam perdeno congregant, inde se esse quasi duces ad iustitiam exultant.

Quid dentes mysticè significant.

Cap. V.

Dentes quid mysticè significet, diuus scribit Gregorius libro Moral. 19. capite 24. ubi exponit illud Iob: Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Molas, occultae sunt insidiae, dentes uero apertae iam culpae perpetratio, de quibus nimirum molis, ac dentibus, per Psalmistam scriptum est: Deus uero contriuit dentes eorum, molas leonum confringet donec auferre. Prius enim necesse est, occulta consiliorum illius machinamenta prodere, ut auditoris nostri animam ualeamus postmodum ab aperto lapsu reuocare. Huius iniqui molas ipse summus pastor ecclesiae praedicando conterebat, quum diceret: Sobrii estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quaerens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Contra hunc leonem sancta ecclesia, quia eius insidias conspiciat, fidei caulas munit, cuius totiens molas frangit, quotiens haereticorum argumenta destruit, totiensque ab eius dentibus praedam diripit, quotiens eorum ab errore quempiam praedicando conuertit. Quis namque iniquus uerius dici potest, quam diabolus? Cuius molas conterimus, quotiens differendo contra eius insidias, occulta illius machinamenta monstramus, ac de eius dentibus praedam tollimus, quia mentem, quam iam a peccato frangendo, momorderat, ad salutem uitae conuertendo, reuocamus. Dentes quoque sunt linguae detrahentium, iuxta illud: Et dentes peccatorum contriuisi, id est, detrahentium uerba mordentia, qui potestati diuinae nefandis dogmatibus obloquuntur. Dentes enim dicti sunt (ut inquit Cassiodorus) a demendo, & ideo pulchre nimis linguae detrahentium dentes uocantur, quia sicut illi ciborum partes demunt, ita & isti opinioniones hominum adhibita detractione corrodunt, quamuis hoc & ad Iudaeos possit aptari, qui dicebant: Si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei: Nam reuera contriti sunt, id est, ad nihilum redacti sunt, quando ipsum cognouerunt in gloria resurrexisse, quem uisum sunt humanitate despecta trucidare. Et Augustinus, Dentes, id est, uerba maledica, uerba peccatorum dilacerantium maledictis filium Dei. Quibus dentibus dicit Apostolus: Si autem mordetis inuicem, uidete ne consumamini ab inuicem. Possunt & dentes peccatorum, accipi principes peccatorum, quorum autoritate quisque de societate recte uiuentium praeciditur, & quasi incorporatur male uiuentibus. His dentibus contrarij sunt dentes ecclesiae, quorum autoritate ab errore gentilium, uariorumque dogmatum praeciduntur credentes, & in ea, quae Christi corpus est, transferuntur. His dentibus dictum est Petro, ut manducaret mactata animalia, id est, occidendo in gentibus quod erant, & transmutando in id, quod ipse esset. Et de his dentibus ecclesiae dicitur: Dentes tui sicut grex detonsarum ascendens de lauacro, quae omnes geminos pariunt, & sterilis non est in illis. Hi sunt qui recte praecipunt, & quemadmodum praecipunt, ita uiuunt, qui faciunt, quod dictum est: Luceant opera uestra coram hominibus, ut benedicant patrem uestrum, qui in caelis est. Horum enim autoritate commoti, Deo per illos loquenti, & operanti, homines credunt, & separati a saeculo, cui conformati erant, in ecclesiae membra transeunt. Et ideo recte isti, per quos haec fiunt, dentes dicuntur, detonsis ouibus similes, qui iam terrenarum curarum onera deposuerunt, ascendentes de lauacro, de sordium saeculi ablutione, per sacramentum baptismatis, omnes geminos pariunt. Operantur enim duo praeccepta, de quibus dictum est: In his duobus praecceptis, tota lex pendet, & prophetae, diligentes Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximum tanquam seipsum. In quibus sterilis non est, quoniam tales fructus reddunt Deo. Secundum ergo istum intellectum, sic accipiendum est: Dentes peccatorum contriuisi, id est, in irritum adduxisti principes peccatorum, percutiens omnes aduersantes mihi sine causa. Principes enim eum secundum euangelicam historiam persecuti sunt, quum multitudo inferior eum honoraret. Tropolo

Desertum, uita praesens. Psal. 138. b.

Iob 30. 4.

Gregorius. Iob 29. c.

Mola, occulta insidia.

Dentes, aperta culpa.

Psal. 57. a. Petri 5. b.

Iniquus, diabolus.

Psal. 3. b. Dentes, detrahentium lingue.

Dentes, unde dicitur.

Matth. 27. e. Augustinus.

Galat. 5. c. Dentes, peccatorum principes.

Ad. 10. b. Cati. 4. a. & b.

Matth. 5. b.

Matth. 22. d.

Dentes, maledi-
centes, uitorū
autores.
Psal. 62. c.
Psal. 57. a.

Matth. 22. b.
Augustinus.
Psal. 57. a.

gicè uero, siue moraliter exponens idem Augustinus, ait: Rectè in prædestinatione dicitur de diabolo, & Angelis eius, qui non solum in totum Christi corpus, sed etiam in singulos quosq; priuatum scruuunt. Dentes peccatorum contriuiti. Habet unusquisq; maledicentes sibi. Habet etiam uitorum autores, conantes eum à Christi corpore præcidere. Sed, domini est salus. Cauenda superbia est, & dicendum, Adhæsit anima mea post te. Et, Super populū tuum benedictio tua. Hæc est super unūquēq; nostrū. Et psalmo quinquagesimo septimo scribitur: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. Deus (inquit) cōteret &c. Quando dolosa uerba ipsorum, & captiosæ interrogationes deducebantur ad nihilū, sicut eis contigit, quādo subdolè interrogabant, cui nūmus Cæsaris pēderetur. Sed tale à domino respōsum accepere, ut uidebantur mordere, cōtritis dentibus uiderētur abscedere. Ait enim: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Vnde diuus Augustinus hunc uersum enarrans, scribit: Deus contriuit &c. Factum est hoc primo, & modo fit, sed sufficeret, ut diceretur: Deus cōtriuuit dētes eorū. Quare, In ore ipsorum? Nolebant audire legē, nec præcepta ueritatis à Christo pharisæi. In ore ipsorū est, ut ore suo contra se pronunciarēt, licet reddere tributum, aut non licet reddere. Si dicebant ei propter tributum. Non dixit ille: Licet reddere tributum, aut non licet reddere. Si diceret: Soluatur Cæsari tributum, calumniarētur illi, quod malè dixisset genti Iudæorum, eam tributariam faciendo. Ex peccato enim tributum reddebant humiliati, sicut illis in lege prædictum erat. Si autem dixisset: Nolite soluere, teneamus eum (dixissent) quod contradixerit nobis deuotos esse Cæsari. Talem bicipitè laqueum, quasi capiēdo domino posuerūt. Sed ad eum uenerunt, qui no- uerat conterere dētes eorum in ore ipsorum. Ostendite mihi nummum (inquit.) Quid me tentatis hypocritæ? Et monstrauerunt ei nummum. Et ille nō dixit, Cæsaris est, sed interrogat, cuius est, ut eorum dentes in ore ipsorum conerantur. Reddite (inquit) Cæsari &c. Quærit Cæsar imaginem suam, reddite. Quærit Deus imaginem suam, reddite. Et illi non inuenerunt quid responderent. Missi enim erant, ut calumniarētur ei, & redierunt dicentes, quod nemo possit ei respondere, quia contriti erant dentes eorum in ore ipsorum.

Quid desertum mysticè significet.

Cap. VI.

Desertū cor in-
fidelium.
Iob 1. d.
Ventus, tētatio.

Desertū, immu-
dorū spirituum
multitudo.
Anguli qua-
tuor qui sint.
Iob 24. a.
Onager, hære-
ticus.
Hier. 2. e.
Iob 30. a.
Torrētes, inuen-
tores prauorum
dogmatum.
Iob 1. d.

Solitudines, siue
deserta, qui dis-
cantur.
Matth. 12. d.

Ioan. 13. c.

3. Reg. 22. d.

Deserti regio, est cor infidelium, & derelicta immundorum spirituum multitudo (ut diuus inquit Gregorius libro Moral. 2. cap. 28. exponēs illud Iob: Ventus uehemens irruit à regione deserti, id est, tētatio fortis irruit à regione deserti, id est, à corde infidelium Iudæorū, quod dum creator deserit, nullus inhabitator colit. Nam in passione redemptoris nostri contra fideles eius fortis tētatio à cordibus Iudæorū uenit. Vel à regione deserti, id est, à derelicta immundorū spirituum multitudine tētatio prodijt, & persecutorū corda cōmouit. In quatuor angulis, qui sunt sacerdotēs, scribæ, seniores, ac pharisæi, quorum mētes in malitiam persecutionis excitauit. Et exponēs illud Iob, Alij quasi onagri in deserto egrediūtur ad opus suū. Onagris (inquit) cōparātur hæretici, quia in suis uoluptatibus dimissi à uinculis sunt fidei. Vnde scriptū est: Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ, attraxit uētum amoris sui. Onager quippe in solitudine assuetus est, quia dī terram cordis sui disciplinæ uirtute non excolit, ibi habitat, ubi fructus nō est. Qui in desiderio animæ suæ uentum amoris sui attrahit, quia ea, quæ ex desiderio scientiæ in mente concepit, inflare præualēt, non ædificare. Et exponēs illud Iob, In desertis habitant torrentiū: Torrētes (inquit) sunt inuētores peruerforum dogmatū. Hi ergo, qui illorum sequuntur errores, in desertis torrentiū habitant, id est, in eorum prædicatione confidunt, quorum eloquia, catholicorum iam responsione, & ratiocinatione siccata sunt. Et Origenes exponens illud Iob, Subitò spiritus uenit ab eremo, pro quo nos habemus: Repentē uentus uehēmēs irruit à regione deserti, sic scribit libro primo in Iob: Subitò (inquit) occultè, & clanculo innumeros subuertis, innumeros circumuenis, & tuæ condēnationis hæredes facis. Tu ipse es aëris penetrator diabolus, aëreusq; spiritus ab eremo, spiritus uero tanquam in eremū, ac solitudinē, ubi neq; hominis, neq; quadrupedis uestigium traditur, proiectus, atq; expulsus. Aut adhuc uenit ab eremo, utpote omnium diuinorum exors, & ab omnibus desolatus, utpote nō solum ab incorruptilibus, atq; inanimatis solitudinibus sequestratus, ac desstitutus, sed magis in humanis, atq; animatis solitudinibus, quæ sunt animæ impiæ, sceleratæ, errantes, infideles, quæ sunt desolata omni sanctitate, quæ nō habitātur, neq; à sancto spiritu paracleto, neq; à sanctis Angelis Dei, utpote in huiusmodi desertis habitans, à deserto te ipsum uenire dicis. Tale desertū factus est etiā ille, quē scopis mūdatur, atq; ornatū reperiēs nequissimus atq; immūdus spiritus, altos septē nequiores se assumēs, habitauit in eo. Tale desertū factus est ille infelix Iudas, postquam spiritus sancti familiaritatem, atq; illuminationem à se expulit, & sanctorum Angelorum coniunctionē, atq; habitationē à se amouit, sicut dicit: Et post hæc, introiuit in eum sathanas. Tales solitudines fuerūt olim omnes pseudopphetæ, atq; fallaces sacerdotes, illi, ad quos dicit Michæas propheta ante Achab regē Israël: Dedit dñs spiritū mēdacem in ore oim prophetarum tuorū. Quod quū audisset princeps ipsorū pseudopphetarū Sedechias filius Chanaam, percussit Michæam

Michæam in maxillā, dixit: Quis spiritus domini discessit à me, ut loqueretur in te? Per quæ euidenter ostēdit, quia discessit ab eo spiritus domini, & habitauit in eo spiritus diaboli, utpote desolato à spiritu sancto. Talia deserta facti sunt Iudæi, qui domino nō crediderunt, neq; suscipere eum uoluerunt. Propterea dixit ad eos dominus: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Talia deserta factæ sunt etiam nunc omnes infidelij sectæ, atq; hæreses, quæ desolata fidei ueritate, atq; omni pietate, in quibus habitans diabolus, multitudines scandalorum, tanq; zizania, in eis oriri fecit. Post quæ uniuersa, adhuc in ultimo talia deserta sunt, omnes pertinaces, omnes crudeles, qui nō agunt pœnitentiam, qui contristant spiritum sanctū, in quo pridem signati sunt in die redemptionis, qui contristant sanctos Angelos, qui gaudent super eos, qui pro peccatis pœnitentiam agunt. Omnes ergo isti desolati sunt, qui non pœnituerunt. Habitat uero in illis, utpote in desertis, malignus aduersarius, qui tenet cor eorum, ut nec ad pœnitentiam confiteantur, neq; ieiunia exerceāt, neq; elemosynas faciant. Istis nanq; peccata dominantur. Isti ergo omnes, quum sint desolati sanctitate, & fide, atq; Dei timore, desolātur de regno Dei, & projiciuntur de choris sanctorum, atq; in tenebras exteriores pellentur, & in ignem inextinguibilem, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et Augustinus exponēs illud Psalmistæ, In terra deserta, & sine uia, & sine aqua, hoc modo scribit: Sæculum istud est desertum sine uia, & sine aqua, ubi nullus hominum habitat. Malum desertum, horribile, & timendum, & tamen Deus misertus est nostri, & fecit nobis uiam in deserto, ipsum dominum nostrum Iesum Christum, & fecit nobis consolationem in deserto, mittendo ad nos prædicatores uerbi sui, & dedit nobis uitam æternam in deserto, implens spiritu sancto prædicatores suos, ut fieret in eis fons aquæ salientis in uitam æternam. Et ecce habemus hic omnia, sed non sunt de deserto, sed de illo, qui te uisitare dignatus est in deserto. Desertū quoq; est genus humanum, & beatæ uirginis uterus, ut inquit diuus Hieronymus, exponens illud Osee, Adducet urentem uentū dñs de deserto ascendentem, & siccantem uenas eius: V entum (inquit) urentem, qui siccet uenas mortis, & fontes eius arefaciat, adducet dominus de deserto ascendentem, de deserto autem humani generis, in quo & diabolus quærens quietem, inuenire non potuit. Siue desertum intelligimus sanctæ Mariæ uterum uirginalem, quod absq; semine humano nulla frutice pullula- uerit, sed uirga simplex, atq; purissima, & unione fœcunda ædiderit eum florem, qui dicit in Cantico canticorum, Ego flos campi, & lilium conuallium. Et pulchrè tam in Esaia, quàm in præsentis loco, flos ascendens, & uentus descendens dicitur, quia de humilitate carnis ad excelsa conscendit, & nos secum duxit ad patrem.

Matth. 23. d.

Matth. 13. d.

Eph. 4. g.
Luc. 15. b.

Matth. 25. d.

Psal. 62. a.

Desertum, secun-
lum.

Via, Christus.

Ioan. 4. b.

Desertū, genus
humanum.

Osee 13. d.

Desertum, Ma-
riæ uirginis ute-
rus.

Cant. 2. a.

Esa. 15. d.

Quid depositum, Dijs mysticè significet.

Cap. VII.

Depositum quid mysticè significet, enarrat Origenes homilia quarta super Leuiticum, exponens illud Leuitici, Et mentietur proximo suo super deposito: Videamus (inquit) nunc, quod est depositum, quod fidelium unusquisq; suscepit. Ego puto quod & ipsam animam nostrā, & corpus depositū accepimus à Deo. Et uis uidere maius aliud depositū quod accepisti à Deo? Ipsi animæ tuæ Deus imaginem suam, & similitudinem commēdauit. Istud ergo depositum, tam integrè tibi restituendum est, quàm à te constat esse susceptum. Si enim sis misericors, sicut pater tuus in cœlis misericors est, imago Dei in te est, & integrum depositum seruas. Si perfectus es, sicut pater tuus in cœlis perfectus est, imago Dei in te depositū manet. Similiter & cœtera omnia, si pius, si iustus es, si sanctus, si mundus corde, & omnia quæ in Deo præsto sunt per naturam, si tibi per imitationem subsistant, depositum apud te diuinæ imaginis saluum est. Si uero è contrario agas, & pro misericorde, crudelis, pro pio, impius, pro benigno, uolētus, pro quieto, turbulētus, pro liberali, raptor existas, abiecta imagine Dei, diaboli in te imaginem suscepisti, & bonum depositum, tibi diuinitus commendatum, abnegasti. Aut non hoc erat, quod sub mysterio Apostolus electo discipulo mandabat Timotheo, dicēs: O Timothee, bonum depositum custodi. Ego etiam illud addo, quod & Christum dominum depositum suscepimus, & sanctum spiritum depositum habemus. Videndum ergo nobis est, ne hoc sancto deposito, non sanctè utamur, & quum nos in consensum sui peccata sollicitant, iuremus nos nō suscepisse depositum. Quod utiq; si habeamus in nobis, peccato consentire non possumus. Sed & ipse sensus rationalis, qui in me est, commendatus mihi est, ut eo utar ad intelligentiam diuinorū. Ingeniū, memoria, iudiciū, ratio, & omnes, qui intra me sunt motus, commendati mihi uidentur à Deo, ut eis utar in his, quæ præcepit lex diuina. Si uero ad malas artes solers, & perspicax uertamus ingeniū, & rebus Dei abutamur in his, quæ non uult Deus, hoc est abiurare depositum, & beneficia uertere in perfidiam.

Leuit. 6. a.

Origenes.

Depositū, ani-
ma, & corpus.

Depositū, imago
Dei.

Luc. 6. e.
Matth. 5. g.

2. Tim. 1. d.

Depositū, Chri-
stus, & spiritus
sanctus.

Depositū, sensus
rationalis,

ingenium, me-
moria.

Dijs, inter dū hoies dicuntur, & dæmonia. Vnde diuus Aug. in lib. quæstionū super Genesim primo, cap. 15. Quid sibi uult (inquit) quod Iacob ait fratri suo: Propter hoc uidi faciē tuā, quæ admodum: quū uidet aliquis faciē Dei, utrū pauētis, & perturbati animi uerba usq; in hanc adulationē proruperunt, an secundū aliquē intellectū sine peccato dicta accipi possunt? Fortassis em̄ quia dicti sunt & gentiū dijs, quæ sunt dæmonia, nō præiudicetur ex his uerbis dñi Dei. Nō em̄ dixit, quæ admodū si

Dij, homines,
Dæmonia.

Gen. 33. b.

Psal. 95. b.

uiderē faciē Dei, sed quū uide taligs, ipse em aliqs quē significare possit, incertū est, atq; ita fortasse temperata sunt uerba, ut & ipse Etia sibi delatū tantum honorē gratē acciperet, & qui hęc etiā aliter intelligere possunt, eū à quo dicta sunt, nullo crimine impietatis arguerēt. Quod & si benigno animo dicta hęc uerba fraterna sunt, quoniā & post bonam susceptionē, metus ipse transierat, potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaonis Deus dictus est, secundum quod dicit Apostolus: Et si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi, maxime quia sine articulo in Græco dictū est, quo articulo euidentissimè solet Dei ueri unius fieri significatio. Non enim dixit *πρόσωπον τοῦ θεοῦ*, sed dixit *πρόσωπον θεοῦ*, facile autem hoc intelligunt qua distantia dicatur, qui Græcum eloquium audire, atq; intelligere solent. Et libro secundo quæstionum super Exodum, quæstione 86, exponens illud, Deos non maledices, quæritur quos dixerit Deos, utrū principes, qui iudicant populum, sicut dictum est de Moyse, quod datus fuerat Deus Pharaoni, ut per expositionem dictum sit quod sequitur, uelut ostendendo quos dixerit Deos, ubi ait: Et principem populi tui nō maledices, quod Græcus habet: Non dices male. An secundum illud accipiendum, quod Apostolus ait: Nam & si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, sicuti sunt dij multi, & domini multi, addendo enim sicuti sunt, deos intelligi uoluit, qui dignè etiam dicuntur, ita sanè ut *λατρία*, quæ dicitur Græcè, & interpretatur Latine seruitus: sed ea, quæ ad religionem pertinere intelligitur, nō debeat nisi uni Deo uero, qui nobis est Deus. Illi autem, qui dicuntur Dij, etiam si qui sunt, qui meritò dicuntur, prohibiti sunt maledici, non iussi sunt sacrificijs, uel ullis latriæ obsequijs honorari. Et libro 21. contra Faustū, cap. 9. Deus huius sæculi dicitur, id est, hominum impiorum, nō nisi in hoc sæculo florere uolentium, diabolus dicitur, propter suadendā malignitatem. Tale est & illud: Quorum Deus uenter est, nisi esset ibi: quorum, ullo modo diceret, Deus uenter. Sic enim scriptum est: Quoniam Dij gētium dæmonia. Simpliciter autem positum est: Deus temperauit corpus, qui non potest intelligi, nisi Deus uerus omnium creator. Illa enim cum uituperatione dicuntur, hoc autem cum laude dictum est. Verus autem Deus, credentes in se Deos facit, ut inquit Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos; Hic (inquit) accipe homines Deos. Nō enim rex dñs super dæmonia, & hic habemus scripturæ testimoniū: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. Deos dicit participatione, non natura, sed gratia, qua uoluit facere Deos. Quantum deus est, qui facit Deos: Aut quales dij sunt, quos facit homo? Quam ille magnus Deos faciendo, tam isti nihil, qui ab homine facti sunt. Deus uerus facit Deos credentes in se, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Et ideo ipse uerus Deus, quia Deus nō factus est, nos autem facti, non ueri Dij, meliores tamen illis, quos homo facit, quoniam simulacra gentiū argentum, & aurum &c. Nobis autem Deus noster oculos uidētes fecit, quia interiores oculos nostros illuminauit. Et Ambrosius libro quinto de fide, cap. secundo: Sin autem ideo dictum putant (nēpe Arriani) q̄ inspirationē diuinitatis habuit, sicut & sancti Dei multi uiui. Eos enim scriptura Deos dixit, ad quos sermo Dei factus est. Ergo nō ultrā homines Deum præferunt, sed cōparandū hominibus arbitrantur, ut hoc eum putent esse, quod hominibus ipse donauit, dicens ad Moysē: Posui te in Deum Pharaoni. Vnde & in Psalmo dictum est, Ego dixi dij estis. Et hanc tamen sacrilegorum opinionem Paulus excludit, qui ait: Nam & si sunt, qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra. Non dixit: Sunt dij, sed: Sunt qui dicantur. Christus autem (sicut scriptum est) heri, & hodie ipse est, & in sæcula. Heri, propter æternitatem, hodie, propter corporis susceptionem.

Quid dextera, mysticè significet.

Cap. VIII.

Quid dextera, ac sinistra mysticè significet, exponit Origenes homil. 12. in Matthæum, exponens illud Euangelicum: Dic ut sedeāt hi duo filij mei, unus ad dexteram, & alter ad sinistram, in regno tuo: Quæret (inquit) qui sapiens est auditor scripturæ, quid sit sedere ad dexteram Iesu, & ad sinistram in regno eius. Et conueniebat quidem congregare quæ sunt scripta de sessionibus Dei, uel Christi, ut ex tractatu eorum, & ex collatione eorum ad inuicem clarescere posset aliqua dogmatis magnitudo, sed prolixitatis declinandæ gratia, proponimus unū quod dicit Michæas: Vidi Deum Israël sedētem in sede sua, & omnis militiæ cœli stabat in circuitu eius, ad dexteram eius, & sinistram. Omnis ergo qui est spiritalis, & cum iudicio uult cuncta discutere, dicet quod spiritalis est sessio Dei super spiritali sede. Similiter etiā Christi. Nihil enim in omnibus sessionibus huius Dei, uel Christi de corporali sessione significat sermo. Ridiculū enim est propter has corporales sessiones appellatas, æstimare sedes aliquas corporaliter esse ædificatas de materia nescio qua, in quibus sedeat Deus, uel Christus eius, uel qui ad dexteram eius sessuri sunt, uel ad sinistram, quibus hoc à patre paratum est. Et nescio si sit corporale, quod dicitur, Militiam Dei stare ad Dei dexteram, uel sinistram. Et iterum æstimare: quoniam qui saluantur quidem & laudabiles sunt, à dextris corporalibus sunt regis nostri Iesu: mali autem, & perditissimi similiter in sinistris corporalibus. Sed uide ne fortè quod dicitur Christum restitui in regno suo recipien

Exod. 7. a. 1. Cor. 8. b.

Exod. 22. d.

Exod. 7. a. Exod. 22. d. 1. Cor. 8. b.

2. Cor. 4. a. Sæculū, impius. Philip. 3. d. Psal. 95. b. 1. Cor. 12. d.

August. Psal. 94. a. Psal. 81. a. Dij participatiōne, non natura.

Ioan. 1. b.

Psal. 113. b. Ambrosius. Ioan. 10. g.

Exod. 7. a. Psal. 81. a. 1. Cor. 8. b. Heb. 13. b.

Origenes. Matth. 20. c.

3. Reg. 22. d.

Sessio Dei spiritalis.

recipientem proprium principatum, sic intelligere debeamus, ut destructo peccato, quod in corporibus mortalibus hominum est, & omni principatu alienarum uirtutum, & potestate destructa, hoc sit sedere Christum in sede gloriæ suæ. Quod autem Deus omnia facit ad dexteram, & ad sinistram, hoc est, ut iam nullum malum sit ante eum. Intelligat ergo qui potest eminentiam quidem regni in hominibus Christum recepisse, & glorificatum esse ad gloriam, quam habuit priusquam esset mundus, priusquam peccarent qui peccauerūt, & habebat gloriam apud patrem: eorum autem, qui appropiant in primo, uel secundo, uel in tertio loco, quasi homines constituti secundum mensuram suam habentes sedere ad dexteram, uel sinistram Christi in regno eius, quos restituet Deus cooperans eis, & parans eis, ut appropient eminentiæ Christi. Qui quidem præcellunt præcæteris appropinquantibus Christo, sunt à dextris Christi, uidelicet qui tangunt eum, & coniuncti sunt dextris ipsius uerbi. Qui autem inferiores sunt, à sinistris eius sunt. Dexteram autem uide si potes intelligere Christi inuisibilem creaturam, sinistram uero, uisibilem, & corporalē. Et Christus quidem omnibus regnat. Appropinquantium autem ei, quidā dexteram sortiuntur, & intelligibilia, alij autem sinistram, & sensibilia. Et exponens illud Matth. Et statuet oues quidem à dextris: Sic intellige & sanctos à dextris, qui dextera opera operati sunt, & plenius sunt conuersi ad iusticiam, quæ semper à dextris est Dei. Propterea secundum dignitatem actuum suorum dextrorum à dextris consistunt, & accipiunt mercedem suorum dextrorum, dexteram regis, in qua requies, & gloria est. Qui autem ad peruersitatem uitæ seipsos separauerunt à dextris propter opera sua pessima, & sinistra, ceciderunt in sinistram, id est, in tristitiā tormentorum damnati, propter quod à sinistris consistunt. Et homil. 6. super Exodum, exponens illud Exodi, Extendisti dexteram tuam, deuorauit eos terra: Adhuc (inquit) me mouet quod ait: Extendisti dexteram tuam &c. quasi ut deuorarentur à terra, hæc causa fuerit, quod extendit dominus dexteram suam. Si consideres quomodo dominus exaltatus in cruce tota die extendit manus suas ad populum non credentem, sed contradicentem, & qualiter infidelem populum, qui clamauit: Crucifige, crucifige eum, mors admissi sceleris oppressit, euidenter inuenies, quomodo extendit dexteram suam, & deuorauit illos terra. Nec tamen penitus desperandum est. Possibile namq; est, ut si fortè resipiscat, qui deuoratus est, rursus possit euomi, sicut Ionas. Et diuus Augustinus libro primo locutiōis de Genesi, exponens illud Genesis, Renunciate mihi, ut redeam ad dexteram, uel sinistram: Per dexteram (inquit) prosperitatem, per sinistram, aduersitatem significauit, id est, dexteram, si concesserint, sinistram, si non concesserint. Nam utiq; ea uia rediturus fuerat, quæ uenerat. Quam locutionem scripturarum etiam cætera earum loca indicabūt, quia dextera nominatur in omnibus bonis, sinistra in malis, siue felicitas, & infelicitas, siue iustitia, & iniusticia, & aliquando dextera in æternis, sinistra in temporalibus. Et libro unico de fide, & symbolo, cap. 7. Credimus (inquit) etiam quod sedet ad dexteram Dei patris, nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptū esse Deum patrem, arbitrandum est, ut de illo cogitantibus, dextrum, aut sinistrū latus animo occurrat. Ad dexteram ergo intelligēdum est dictum esse, in summa beatitudine, ubi iusticia, & pax, & gaudium est, sicut ad sinistram hæcōdi constituantur, id est, in miseria, propter iniquitates, & labores, atq; cruciatus. Sedere ergo quod dicitur Deus nō membrorum positionem, sed iudiciariam potestatem, qua illa maiestas nunquam caret, semper digna dignis tribuendo, quāuis in extremo iudicio multo manifestius inter homines unigeniti filij Dei iudicis uiuorū, atq; mortuorum claritas indubitata fulsura sit. Et libro de agone Christiano unico, cap. 26. Nec eos (inquit) audiamus, qui negant ad dexteram patris sedere filium. Dicunt enim: Nunquid Deus pater habet latus dextrum, aut sinistrum, sicut corpora? Nec nos hoc de Deo patre sentimus: Nulla enim forma corporis deus diffinitur, atq; concluditur. Sed dextera patris est beatitudo perpetua, quæ sanctis datur, sicut sinistra eius reuerentissimè dicitur miseria perpetua, quæ impijs datur, ut nō in ipso Deo, sed in creaturis hoc modo, quo diximus, intelligatur dextera, & sinistra, quia & corpus Christi, quod est ecclesia, in ipsa dextera, hoc est, in ipsa beatitudine, futurū est, sicut Apostolus dicit: Quia & simul nos suscitauit, & simul nos sedere fecit in cœlestibus. Quāuis enim corpus nostrum nondum ibi sit, tamen spes nostras inuenit, ut in dexteram partem mitteret reuā. Quod quum fecissent, ceperūt pisces, qui omnes magni erant, & omnes iustos significabant, quibus dextera promittitur. Hoc significabat quod etiam in iudicio dixit se agnos ad dexteram, hæcōdos autem ad sinistram esse positurum. Et cap. 29. Petrus (inquit errans) seruo non libero aurem dexteram præcidit. Ex quo significat eos, qui gladio schismatis feriuntur, seruos esse carnalium desideriorum, nondum educos in libertatē spiritus sancti, ut iam non confidant in homine, & nō audire quod dextrum, id est, domini gloriam per catholicam ecclesiam latissimè peruagatam, & audire sinistrū humanæ inflationis errorē. Et libro unico contra sermonem Arrianorum, cap. 12. Audiuit (inquiunt) à patre: Sede ad dexteram meam, & ideo sedet ad dexteram patris, tanquam paterna iussione, nō etiam sua id fecerit potestate. Hoc quidem

Ioan. 17. a.

Dextera, inuisibilis creatura. Sinistra, uisibilis creatura. Matth. 25.

Dextera, requies, & gloria.

Sinistra, tormentorum tristitia. Exo. 15. b. Esa. 65. a.

Luc. 23. c.

Augustinus. Gen. 4. f.

Dextera, prosperitas. Sinistra, aduersitas.

Dextera in bonis.

Sinistra in malis, felicitas, & infelicitas. Col. 3. a.

Dextera, summa beatitudo. Matth. 25. c. Sinistra, miseria.

Dextera, beatitudo perpetua.

Sinistra, miseria perpetua.

Eph. 1. d.

Eph. 2. b.

Ioan. 21. b.

Pisces, iusti.

Matth. 25. c.

Psal. 109. a.

*Dextera, aeter-
na, ineffabilisq;
felicitas.
Manus Dei, uni-
genitus Dei.
Esa. 33. 4.*

Psal. 109. d.

*In dextera de-
clinare, qd sit.
In sinistra de-
clinare, qd sit.
Prou. 4. d.*

*Vicarius mu-
neris.*

*Dextera, sup-
ba praesumptio.
Sinistra, securi
peccati delecta-
tio.*

quidem nisi spiritaliter acceptum fuerit, filio pater ad sinistram erit. Quid est autem patris dextera, nisi aeterna illa, ineffabilisq; felicitas, quod peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta? Nam si uelut manum Dei patris, non secundum linamenta corporis, quae in Deo non sunt, sed secundum effectiua uirtutem, sapienter, & fideliter cogitemus, quid intelligimus, nisi ipsum unigenitum, per quem facta sunt omnia? De quo etiam propheta dixit, Et brachium domini cui reuelatum est; Quomodo autem filius audit patrem, quomodo dicuntur a patre multa uerba unico uerbo, quomodo transeunter loquitur ei, quem stabiliter loquitur, quomodo aliquid temporaliter ei dicit, in quo sibi coaeterno iam erant omnia, quae congruis quibusq; temporibus dicit, quis haec audeat quaerere, quis ualeat inuenire? Et tamen, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Et quia dictum est, ideo factum est. Hoc ergo iam erat in uerbo, quod uerbum caro factum est: Et quia in uerbo ante carnem iam erat ueraciter, ideo in carne completum est efficaciter. Quia in uerbo iam erat sine tempore, ideo in carne completum est suo tempore. In qua carne ascendit in caelum, qui de caelo non recessit, etiam quum inde descendit, & in qua sedet ad dexteram patris, brachium patris, & in qua descendurus est ad iudicium. Et libro secundo contra Pelagianos, cap. 35, quid sit declinare in dexteram, uel sinistram, hoc pacto declarat: Teneamus (inquit) indeclinabilem fidei confessionem. Solus unus est, qui sine peccato natus est, in similitudinem carnis peccati, sine peccato uixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus est, propter nostra peccata. Non declinemus in dexteram, aut sinistram. In dextera enim declinare, est seipsum decipere, dicendo se esse sine peccato: in sinistram autem, per nescio quam peruersam, atq; prauam securitatem, se tanquam impunem dare peccatis. Vias enim, quae a dextris sunt, nouit dominus, qui solus sine peccato est, & nostra potest delere peccata: peruersae autem sunt, quae a sinistris sunt, amicitiae cum peccatis. Tales etiam illi uiginti annorum adolescentuli figuram noui populi praemisere, qui in terram promissionis intrarunt, qui nec in dexteram, nec in sinistram dicti sunt declinasse. Non enim ea uiginti annorum aetas comparanda est innocentiae paruulorum, sed, nisi fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat, & resonat. Vetus enim testamentum in quinque Moyse libris excellit, nouum autem quatuor euangeliorum autoritate praefulget, qui numeri per se multiplicati, ad uicinarium perueniunt. Quater enim quini, uel quinquies quaterni, uiginti sunt. Talis populus (ut praedixi) eruditus in regno caelorum per duo testamenta, uetus, & nouum, non declinat in dexteram superba praesumptione iustitiae, neq; in sinistram securi delectatione peccati, in terram illius promissionis intrabit, ubi iam peccata ulterius, nec nobis donanda optemus, nec in nobis punienda timeamus.

De eadem dextera.

Cap. IX.

Luc. 6. b.

*Dextera, cor-
poris portio
praeclearior.
Dextera, scri-
bae, ac docto-
res.*

Luc. 11. g.

*Clauis, Christus
Matth. 16. c.*

Psal. 117. c.

3. Reg. 22. d.

*Solum Dei, an-
gelicae potesta-
tes.*

*Exercitus caeli,
Angelorum mi-
nistrantium mul-
tudo.*

*Dextera Dei,
Angelorum pars
electa.*

*Sinistra Dei, an-
gelorum pars re-
proba.*

Ephes. 6. c.

Diuus quoque Ambrosius sermone octauo, enarrans illud euangelicum, Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida: Nulli (inquit) dubium est, dexteram, uel totius corporis praecleariorem portionem hoc officij genere, ut diurna alimenta suo corpori subministraret, & prouidentia quadam ad fruendam uitam, membra caetera pascat, ac nutriat. Hanc igitur dexteram in Iudaico populo scribas esse dixerim, uel doctores, qui, uelut praeclearior portio in pharisaeorum corpore a domino constituti, neglexerunt, & in caetera membra sua prophetarum oracula, uelut escam uitae aeternae, porrigere, atq; ideo doctrina eorum tanquam manus aruit imbecillis, quia fontem perennis sapientiae non quaesierunt. Propterea denique factum est, ut quasi contracta dextera, clauem scientiae tenere non possit, sicut ait dominus: Vae uobis scribae, & pharisaei, qui absconditis clauem scientiae, & reliqua. Haec autem clauis, Christus est dominus, quo ad credulitatem fidei, peccatorum arida referantur. Ista clauis est, de qua ait dominus Petro: Tibi dabo clauem regni caelorum. Ergo aruit dextera synagoga manus, relinquens Christum, quae prius erat in principibus Iudaeorum, & deteriorauit. Quisquis enim Christi fontem deserit, & debilitatur protinus, & arefcit. Et libro secundo de spiritu sancto, cap. 10. Ideo (inquit) & filius patris dextera nuncupatur, sicut lectum est: Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. Et diuus Gregorius libro Moral. 2. cap. uigesimo primo citans Micheae dictum: Vidi dominum sedentem super solum suum, & exercituum caeli a dextris eius, & a sinistris &c. Solum Dei, Angelicae sunt potestates, quarum mentibus altius praesidens, inferius cuncta disponit. Exercitus caeli, est ministrantium Angelorum multitudo. Dextera Dei, est Angelorum pars electa, sinistra autem pars angelorum reproba. Non enim ministrant Deo solummodo boni, qui adiuuent, qui a culpa redeunt, subleuant: sed etiam mali, qui probent, qui redire nolentes grauent. Nec quod caeli exercitus dicitur, angelorum pars reproba in eo intelligi posse, prohibetur. Quas enim suspendi in aere nouimus, aues caeli nominamus. Et de eisdem spiritibus Paulus dicit: Contra spiritalia nequitiae in caelestibus, Quorum caput enuncians, ait: Secundum principem potestatis aeris huius. A dextera ergo Dei, & sinistra, Angelorum exercitus stat, quia & uoluntas electorum spirituum diuinae pietati concordat, & reproborum sensus, suae malitiae seruiens, iudicio districtiois eius, obtemperat. Unde &

Iob 23. l.

*Ad sinistram
ire, quid sit.*

*Ad dexteram
ire, quid sit.*

Iosue 23. b.

Psal. 15. c.

Psal. 15. b.

Psal. 17. e.

*Dextera, potes-
tia diuinitatis.*

Psal. 20. b.

*Dextera, pa-
tris filius.*

Psal. 43. a.

*Dextera, pro-
prietaria pars.*

*Dextera, potes-
tia.*

Psal. 44. b.

Psal. 47. b.

*Dextera, locus
istorian.*

Psal. 59. b.

Rom. 8. c.

*Dextera, uita
aeterna.*

Psal. 62. c.

*Dextera, Chris-
tus.*

de & mox fallax spiritus in medium prosiliisse describitur, per quem Achab rex, exigentibus suis meritis, decipitur. Neque enim fas est credere, bonum spiritum fallaciae deseruire uoluisset, ut diceret, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Sed quia Achab rex ex praecedentibus peccatis dignus erat, ut tali debuisset deceptione damnari, quatenus qui saepe uolens ceciderat in culpam, quandoque nolens, caperetur ad poenam. Occulta iustitia, licentia malignis spiritibus datur, ut quos uolentes in peccati laqueo strangulat, in peccati poenam etiam nolentes trahant. Et lib. 16. cap. 16. exponens illud Iob: Si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me uertam ad dexteram, non uidebo eum, hoc pacto scribit: Ad sinistram ire, est peccatorum delectationibus consentire, & nimirum constat, quia Deum apprehendere non ualeat, qui adhuc in delectatione peccati per sinistram tacet. In dextera procul dubio uertitur, qui de uirtutibus eleuatur. Sed Deum uidere non ualeat, qui priuata laetitia de bonis actibus gaudet, quia in eo cordis oculum tumor elationis premit. Unde bene alias dicitur: Non declines ad dexteram, aut ad sinistram. Et Cassiodorus exponens illud Dauidicum, Delectationes in dextera tua usque in finem: Paululum (inquit) perscrutemur sollicitius, quid sit, quod hic in dextera patris dicat se delectationibus adimplendum, quum superius dixerit: Quoniam a dextris est mihi, ne commouear. In isto quippe saeculo, ubi carne suscepta, flagella passus, alapis caesus, sputisq; complutus est, quum tamen nullis eius aduersitatibus uince retur, congrue dictum est: A dextera sua semper dominum fuisse conspectum. Sic enim mundi contraria superauit, quod nullatenus a paterna contemplatione discessit. Sed post resurrectionis gloriam, proprie se dicit in patris dextera delectatum, ubi iam mundi istius aduersitate deposita, humanitas eius totius maiestatis glorificatione completa est, regnas unita uerbo cum patre, & spiritu sancto, per saecula saeculorum. Usque in finem, significat perfectionem, atq; aeternitatem, quia gloria eius in sua perfectione manens, nullis erit finienda temporibus. Et exponens illud Psalmista, Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, & dextera tua suscepit me: Protectio (inquit) salutis, gloriam significat resurrectionis, quando mortali carne deposita, eandem incorruptibilem, & glorificatam resumpsit. Dextera, potentia diuinitatis est, quae assumptam humanitatem in aeterna maiestate constituit. Et exponens illud Dauidicum, Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt: Hic illud (inquit) iudicij tempus aduertitur, quando dextera patris, id est, dominus saluator iudicaturus est mundum, & qui eum oderunt, poenam perpetuitate dandam sunt. Et exponens rursus illud Dauidicum, Et brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum &c. id est, & robur eorum non saluauit eos: Dextera (inquit) significat prosperam partem, brachium fortitudinem, illuminatio consilium, quae dominus praesentibus confert, quando uictoria donare dignatur. Vel secundum Augustinum, dextera tua, id est, potentia tua, & brachium tuum, id est, filius tuus, & illuminatio uultus tui, id est, effectus miraculi, qui tua praesentia insinuat hominibus. Et alio in loco dicitur: Et deducet te mirabiliter dextera tua, id est, per cursum totius uitae inoffensa conuersatione custodiet mirabiliter, id est, contra mundi inopinabilem consuetudinem. Dextera tua, id est, potentia uerbi tui, qua uniuersa operaris, quae uis in caelo, & in terra. Vbi & diuus Augustinus scribit: Dextera sua deductus est, id est, potentia sua. Et tenim potentiam, quam pater habet, habet & ipse, & diuinitatem patris habet & ipse, immortalitatem patris habet & ipse, aeternitatem patris habet, uirtutem patris habet. Deducet enim eum mirabiliter dextera eius, faciens diuina, patiens humana, malitias hominum sternens bonitate sua. Et alio in Psalmo ait: Iusticia plena est dextera tua. Locum significat, ubi iusti sunt collocandi. Ad dexteram quippe ipsius uenient, quicumque aeterna praemia consequentur. Plena est ergo dextera eius iusticia, quia in illam partem recipiuntur, qui ipsius munere iusti esse meruerint. Unde & diuus Augustinus illic scribit: Iusticia &c. id est, multi sunt & illi, qui stabunt ad dexteram. Non solum illi multi erunt, qui stabunt ad sinistram, sed & ibi erit plenitudo massae ad dexteram constitutae. Et alio in Psalmo, Saluum fac dextera tua, & exaudi me. Bene precatur populus iste, ut saluus fiat dextera, quia in ipsa parte staturi sunt, qui perpetua felicitate gaudebunt. Poterat enim supplicare, ut saluus fieret & in hoc saeculo, sicut in languoribus petitur, sicut in tribulationibus postulatur, sed dextera domini saluum se fieri deprecatur, ubi aeterna salus est, & sine fine laetitia. Unde & diuus Augustinus scribit: Saluum me fac dextera tua &c. Salutem temporalem non quaero, de hac, fiat uoluntas tua. Ad tempus quid nobis prosit, penitus ignoramus. Quid enim oremus sicut oportet, nescimus, sed saluum me fac dextera tua, ut etsi in tempore isto tribulationes aliquas patiar, transacta nocte omnium tribulationum, ad dexteram inueniar inter oues, non ad sinistram inter haedos. Peto autem uitam aeternam, ergo exaudi me, quia dexteram tuam peto. Et alio in Psalmo: Me (inquit) suscepit dextera tua. Dextera patris, Christus est dominus, qui suscepit ecclesiam, alarum suarum uelamine protegendam. Unde & diuus Augustinus illic scripsit: Dixit hoc Christus in nobis, id est, in homine, quem gestabat pro nobis, quem offerebat pro nobis. Dicit hoc & ecclesia in Christo, dicit in capite suo, quia & ipsa passa est hic persecutiones magnas, uarijs tentationibus agitata a diabolo, & angelis eius, ut peruertatur qualibet cupiditate, qualibet suggestionem, aut promissione lucri, uel terrore damni

Pfal. 72. d.
Matth. 14. d.
Manus, potestas.
Iob 1. b.
Prou. 19. d.
Matth. 12. c.
Ioan. 1. b.
Dextera in malum.
Pfal. 143. b.
Augustinus.
Sinistra, felicitas temporalis.
Pfal. 61. c.
Cant. 2.
1. Tim. 4. c.
Matth. 6. d.
Matth. 19. d.
Luc. 18. e.
Prou. 3. b.
Matth. 23. d.
Pfal. 90. b.
Latus, iustorum corona.
Matth. 19. d.

damni, uel promissione uitae, uel terrore mortis. Sed non timeamus, sed dicamus: Me suscepit dextera tua. Et alio in Psalmo: Tenuisti (inquit) manum dexteram meam. Cuius enim haec pars à domino tenetur, semper soluitur, atque liberatur, sicut Petro mergenti dextram tenuit dominus, eumque fecit elementum liquidum fixo calcare uestigio. Diuus autem Augustinus hoc modo legit: Tenuisti manum dexteræ meae, non dixit: Manum dexteram meam, sed manum dexteræ meae. Si dextera manus est, manus habet manum. Manum tenuisti dexteræ meae, ut deduceres me. Manus, est potestas, iuxta illud: Mitte manum tuam, & tolle quæ habet, id est, da potestatem. Et alio loco: Mors, & uita in manibus linguæ, id est, in potestate linguæ. Iuxta illud: Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Tenuisti ergo manum, id est, potestatem dexteræ meae, quia ego semper tecum. Potestatem manus meae rexisti, dedisti mihi potestatem filium Dei fieri. Cœpi iam esse inter filios Dei, ad nouum testamentum pertinens. Et quâuis dextera frequentissimè ponatur in bonis, impiorum tamè sic iniqua dicit propheta, ut potius sinistra esse uideatur: Et dextera (inquit) eorum, dextera iniquitatis. Nam quum mundanas res præcipuas, atque appetibiles putant, prospera aestimant, quæcunque uirtuti sunt contraria. Et diuus Augustinus: Dextera eorum, dextera iniquitatis. Sinistra (inquit) est temporalis, mortalis, & corporalis felicitas. Nolo illam iam diffugas, sed neque dexteram putes. Non enim isti ideo maligni, ideo uani, quia his abudant, sed quia id quod sinistrum esse debuit, in dextera ponebant. Ideo: Et dextera eorum, dextera iniquitatis. Quid enim in dextera ponere debuerunt? Deum, æternitatem, annos Dei non deficientes. Ibi dextera, ibi esse debet desiderium nostrum. Sinistra utamur ad tempus, dexteram desideremus in æternum. Diuitiæ si affluant, ne apponatis cor. Si enim diuitijs fluctibus cor apposueritis, quod sinistrum est, dextrum facietis. Corrigite uos, agnoscite sapientiam amplectentem uos, cui sponsa dicit: Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius complectetur me. Amplectentis enim desuper brachium super caput, sinistra autem sub capite. Non enim (inquit) me deseret, & in temporalibus necessarijs, & desiderijs: sed tamè ipsa sinistra sub capite erit, ut dextera eius complectatur me, pollicens uitam æternam, impleturque quod ad Timotheum scriptum est: Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ præsentis, & futuræ: Quærite primum regnum Dei, id est, dexteram, & hæc omnia apponentur uobis. Habebitis hic (inquit) & diuitias, & gloriam, & in futuro sæculo uitam æternam, & in sinistra cõtinebo infirmitatem uestram, & dextera coronabo perfectionem uestram. Vide sinistram, & dexteram: Accipient (inquit) in hoc sæculo septies tantum, & in futuro sæculo uitam æternam. Merito & alio loco de ipsa sapientia dicitur: In dextera eius anni uitæ, & in sinistra eius diuitiæ, & honor. Habete ergo sinistram, sed in sinistra desiderate dexteram, ut ponamini ad dextram. Ad sinistram enim habuerunt Christum, apud quos esuriuit, & dederunt ei manducare, sitiuit, & potum dederunt &c. Hoc totum de sinistra abstulerunt, & ad dexteræ opera transtulerunt, ut ad dexteram ponerentur. Et alio in Psalmo scriptum est: Cadent (inquit) à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Hoc de præsumptoribus bene dicitur, qui illud se consequi credunt, quod minimè promeruerunt. Cadent (dixit) quasi ab alta beatitudine corruent, quam sibi temeraria, non fidelis anima promittebat. Latus autem domini saluatoris, corona iustorum est, quæ cum ipso (sicut promissit Apostolis) in resurrectione iudicabit. A dextris autem dixit, quia multi putant se ad dextram collocandos, decem milia testatur inde ruituros, quoniam & ipsi falsa opinione conceperant, quod in suis meritis non habebant. Hæc autem sententia illos specialiter uerberat, qui aliquo bono prosperitatis inflantur, & sanctos se putant esse, quum non sint

Quid dies, mysticè significet.

Cap. XII.

Dies, prosperitas.
Nox, aduersitas.
Apoc. 12. c.
Hierem. 3. b.
Dies, æterna patria.
Nox, præsens uita.
Iob 9. d.

Diem scriptura sacra sæpe pro prosperis, & noctem pro aduersis ponere consueuit, ut inquit diuus Gregorius 2. Moral. libro, cap. 9. ubi exponit illud Apocalypsis: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri, die, ac nocte. In die, & nocte accusare non desinit, quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabiles ostendere contendit. In die accusat, quum prosperis male nos uti insinuat. In nocte accusat, quum in aduersis nos non habere patientiam, demonstrat. Et lib. 9. cap. 3. exponens illud Hieremias, Prohibitæ sunt stellæ (aliàs stillæ) pluuiarum, sic scribit: Quia uero sol per diem fulget, stellæ obscuritatem noctis irradiant, & plerumque in sacro eloquio diei appellatione æterna patria, noctis autem nomine, præsens uita designatur, prædicatores sancti, ut sol nostris oculis fiunt, quum contemplatione nobis ueræ lucis aperiunt, & uelut stellæ in tenebris lucent, quum per actiuam uitam, pro futuris nostris necessitatibus terrena disponunt. Quasi in die, ut sol coruscant, quum ad contemplandam æternæ claritatis patriam, mentis nostræ aciem subleuant, & quasi stellæ in nocte resplendunt, quia quum & terrena agunt, offensurum iam iamque nostris operis pedem, exemplo suæ rectitudinis dirigunt. Rectè igitur dicitur: Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit, quasi sub signaculo. Oriri quippe ei sol noluit, à qua prædicantium animam diuertit, & quasi sub signaculo stellas claudit, quia, dum

dum prædicatores suos per silentium intra semetipsos retinuit, cæcis iniquorum Iudæorum mentibus cœleste lumen abscondit. Et libro primo, cap. 20. exponens illud Iob, Vnusquisque in die suo: Si ignorantia obscuritas (inquit) sine dubitatione nox cordis est, intellectus non immeritò dies uocatur. Vnde per Paulum dicitur: Alius iudicat diem inter diem, alius iudicat omnem diem. Ac si aperte dicat: Alius quidem nonnullis intermissis intelligit, alius uero ad intellectum omnia possibilia (ita ut sunt) uidentia cognoscit. Vnusquisque ergo filius in die suo conuiuium exhibuit, quia sanctus quisque prædicator, iuxta mensuram illuminatæ intelligentiæ, mentes audientium epulis ueritatis pascit. In die suo Paulus fecerat conuiuium suum, quum dicebat: Beatiores erunt, si sic permanferint, secundum consilium meum. De die suo unumquemque admonerat cogitare, quum diceret: Vnusquisque in suo sensu abundet. Et libro quarto, cap. 22. exponens illud Iob, Non computetur in diebus anni, hoc modo scribit: Illuminationis nostræ annus tunc perficitur, quado apparente æterno iudice, sanctæ ecclesiæ peregrinationis suæ uita completur. Dies uero huius anni sunt singulæ quæque uirtutes, menses autem multiplicia facta uirtutum. Dicit itaque: Non computetur in diebus anni &c. Ac si districtum iudicem exoret, dicens: Quum expleto sanctæ ecclesiæ tempore, extremo te examini manifestas, sic dona, quæ contulisti, remunera, ut mala, quæ commisimus, non requiratur. Si enim nox illa in diebus anni computatur, omne quod egimus, ex prauitatis nostræ aestimatione, confundit, & dies uirtutum iam non lucent, si hos in conspectu tuo, annumerata nostræ noctis tenebrosa confusio, obscuret. Quo pacto autem intelligatur illud Iob, Et sicut palma multiplicabo dies, require in dictione, Palma. Et exponens illud Iob, Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo, sic scribit: Quasi dies quædam est, quum mundi huius prosperitas arridet. Sed dies iste in noctem desinit, quia sæpe temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducit. Hunc prosperitatis diem propheta respexerat, quum dicebat: Diem hominis non concupiui, tu scis. Hanc noctem tribulationis postremo incarnationis suæ tempore passurum se dominus noster nunciabat, quum per Psalmistam quasi ex præterito diceret, Vsq; ad noctem increperunt me renes mei. Potest autem per diem, peccati delectatio, per noctem uero cæcitas mentis intelligi, per quam se homo patitur in culpæ perpetratione prosterni. Optat igitur perire diem, ut omne quod blandiri culpa cernitur, uigore iusticiæ interueniente, destruat. Optat etiam perire noctem, ut quod cæcata mens etiam per cõsensum perpetrat, animaduersione poenitentiae extinguat. Dicatur ergo, Pereat dies &c. id est, pereat delectatio, quæ in culpam hominem rapuit, pereat incauta mentis infirmitas, quæ eum usque ad tenebras prauis cõsensibus excæcauit. Homo enim dum blandimenta delectationis cautè non prospicit, etiam in noctem nequissimæ perpetrationis ruit. Solerter ergo uigilandum est, ut quum blandiri culpa inchoat, ad quantum interitum mens trahatur, agnoscat. Vnde & aptè subditur: Dies illa uertatur in tenebras. Dies quippe in tenebras uertitur, quum culpa in ipso delectationis exordio, ad quæ perditionis finem rapiat, uidetur. In tenebras diem uertimus, quum nosmetipsos districtè punientes, ipsa delectationis prauæ blandimenta per districta poenitentiae lamenta cruciamus, quum flendo insequimur, quicquid in corde taciti ex delectatione peccamus: Non requirat eum Deus desuper. Hic dies, id est, hæc peccati delectatio, à domino non requiritur, si animaduersione spontanea punitur, Paulo attestante, qui ait: Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique à domino iudicemur. Et cap. 8. Antiquus hostis dies est per naturam bene conditus, sed nox est per meritum ad tenebras delapsus. Dies est, quum pollicendo bona, humanis aspectibus lucis se Angelum simulat, Paulo attestante, qui ait: Ipse enim sathanas transfurat se in Angelum lucis. Sed nox est, quum menses consentientium erroris tenebris obscurat. Vir ergo sanctus in dolore proprio causam totius humani generis deflens, & nihil speciale omni modo in speciali uulnere cogitans, reducat ad animum originem culpæ, & consideratione iusticiæ, dolorem temperet poenæ. Videat humanum genus, unde, & quod cecidit, & consideratione iusticiæ, Ac si aperte dicat: Pereat spes ab apostata angelo illata, qui diem se simulans, ex promissione diuinitatis emicuit, sed noctem se exhibens, lucem nobis nostræ immortalitatis obscurauit. Pereat antiquus hostis, qui lucem promissionis ostendit, sed peccati tenebras contulit, qui quasi diem se blandiendo inuoluit, sed usque ad tenebrosam noctem, ex impressa cordis cæcitate, perduxit: Dies illa uertatur in tenebras. In tenebras dies uertitur, quando aduersa intelligimus, etiam quæ prospera futuendo, pollicetur. Et cap. 10. exponens illud Iob, Non computetur in diebus anni: Quid (inquit) per dies, nisi singulæ quæque electorum mentes, quid per menses, nisi multiplicatæ eorum ecclesiæ, quæ unam catholicam faciunt, designatur? Illa ergo nox non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus, quia antiquus hostis superbiæ suæ tenebris pressus, aduentum quidem redemptoris conspicit, sed nequaquam ad ueniam cum electis redit. Hinc enim scriptum est: Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit. Idcirco namque redemptor noster non Angelus, sed homo factus est, quia hoc proculdubio fieri debuit, quod redemit, ut & perditum Angelum, non apprehendendo, desereret, & hominem, in semetipso apprehendendo, repararet. Et

Iob 1. d.
Nox, ignorantia obscuritas.
Dies, intellectus.
Rom. 14. d.

1. Cor. 7. g.

Rom. 14. d.
Iob 3. b.
Annus, illuminatio.
Dies, singula uirtus.
Menses, uirtutum facta.

Iob 29. c.

Iob 3. d.
Greg. lib. quarto mor. cap. 18.
Dies, temporalis prosperitas.
Nox, tribulatio.

Hierem. 17. b.
Pfal. 15. b.

Dies, peccati delectatio.
Nox, cæcitas mentis.

1. Cor. 11. g.
Dies, diaboli.
Nox, diabolus.

2. Cor. 11. c.

Iob 3. b.
Dies, electorum mens.

Menses, ecclesiæ.

Heb. 2. d.
Angelos cur Christus non apprehendit.

m ret. Et

Dies, Angeli boni. *Menses, Angelorum ordines.* *Iob 24. d.* *Dies Dei, aeternitas.* *Psal. 93. c.* *Psal. 101. d.* *Aeternitas, tempora comprehendit.*

ret. Et cap. 11. Possunt etiam dies hi, qui in interna luce permanent, Angeli spiritus, menses autem eorum ordines, & dignitates intelligi. Singuli enim quicq; spiritus, quia lucent, dies sunt. Sed quia certis quibusdam dignitatibus distinguntur, ut alij throni, alij dominationes, alij principatus, alij potestates sint, pro hac ipsa distributione agminum, menses uocantur. Sed quia antiquus hostis nequaquam ad meritum lucis, nequaquam ad ordinem supernorum agminum reducitur, nec in diebus anni, nec in mensibus numeratur. Et lib. 16. cap. 21. exponens illud Iob, Qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius: Quid (inquit) dies Dei, nisi ipsa eius aeternitas appellatur? Quae nonnunquam unius diei pronuntiatione exprimitur, sicut scriptum est: Melior est dies una in atrijs tuis, super milia. Nonnunquam uero pro sua longitudine, dierum multorum appellatione signatur, de quibus scriptum est: In saeculum saeculi anni tui. Nos itaque intra tempora uoluimur, per hoc quod creaturae sumus, Deus autem, quia creator est omnium, aeternitate sua tempora nostra comprehendit. At ergo: Ab omnipotente non sunt abscondita tempora, qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius, quia ipse quidem nostra comprehensibiliter conspicit: nos autem ea, quae eius sunt, comprehendere nullatenus ualemus. Sed natura Dei, quam simplex sit, non aliud est ipse, atque aliud dies eius sunt. Quid est itaque dicere, Qui nouerunt eum, ignorant dies illius, nisi quia & qui cognoscunt eum, adhuc nesciunt? Nam & qui iam eum fide tenent, adhuc per speciem ignorant. Et quam ipse sit sibi aeternitas, quem ueraciter credimus, qualiter tamen sit ipsa eius aeternitas, ignoramus.

De eodem die.

Cap. XIII.

Psal. 133. *1. Ioan. 5. d.* *Eph. 6. b.* *Dies, saeculum futurum.* *Nox, praesens saeculum.* *Rom. 13. d.* *Ibidem.* *Rom. 14. d.* *Psal. 95. a.* *Dies, uirtus.* *Nox, peccatum.* *Dies duo, duo testamentum.* *2. Cor. 6. a.* *Dies, haec uita.* *Nox, iudicium.* *Psal. 93. c.* *Dies una, regnum caelorum.* *Cassiodorus.* *Parison, figuratus.* *Augustinus.*

ET diuus Hieronymus exponens illud Psalmi. In noctibus extollite manus uestras: Mundus (inquit) iste, in maligno positus est, & non est nobis pugna aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus rectores tenebrarum istarum. Vnde dicit & Apostolus: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Ergo hoc saeculum, nox est, saeculum uero futurum, dies est. Vnde dicit & Apostolus: Sicut in die (inquit) honeste ambulemus. Quomodo uicturi sumus in die, hoc est, in futuro saeculo, sic nunc uiuamus. Et exponens illud Apostolicum, Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abudet. Qui sapit diem, domino sapit: Iudaei (inquit) in eis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo de ieiunio, & abstinentia dicit, quae non sunt sub certo modo legis redacta, ut unusquisque tantum faciat, quantum potest, quantum mercedem habere uoluerit. Vnde sequitur: Vnusquisque id faciat in tali causa, quod melius esse iudicat. Item hoc est quod dicit, aliquos esse, qui certis anni temporibus, alios esse, qui omni tempore uitae suae ab esu carnum decreuerunt abstinendum. Qui sapit diem, domino sapit. Domino sapit, qui propter Deum ieiunat, & non propter homines. Et exponens illud Psalmistae, Annunciate de die in diem salutare eius: Qui simplex est (inquit) sic intelligit. Omnibus diebus laudate dominum, hoc est, diei succedat dies. Laudasti hodie, lauda & crastino. Videtur quidem sensus esse simplex, sed mihi uidetur aliquid sacramenti latere. Annunciate &c. Non potest laudari saluator, nisi in die. Debeuerat enim dicere, Laudate dominum die, ac nocte, si de ista die diceretur. Videte quid dicat: Quamdoque laudatis dominum, semper illum in luce laudate, & non in tenebris peccatorum, sed in luce uirtutum. Semper in anima tua sol Christi oriatur, ut semper in te nascatur lumen nouum. Dicamus & aliter. Duo sunt dies, uetus testamentum, & nouum. Et in illo Christus lucet, & in isto Christus lucet. Nolite eum tantum laudare in ueteri testamento, ne sitis Iudaei. Nolite eum tantum laudare in nouo testamento, ne sitis Manichaei, qui uetus negant testamentum, sicut Iudaei nouum. Laudate illum de die in diem, hoc est, in ueteri, & nouo testamento, quae, duo dies, unam lucem faciunt. Et exponens illud Apostoli, Et in die salutis adiuui te: Dies (inquit) ideo dicitur haec uita, quia ad operandum est apta, & concluditur nocte iudicij, quae dies tenebrae erunt peccatoribus, non lux, in qua iam nemo poterit operari. Aestati quoque assimilatur hoc tempus, in cuius comparatione, formica dicitur hyemem sperare uenturam. Et exponens illud Psalmistae, Melior est dies una in atrijs tuis, super milia: Putat aliquis (inquit) sic intelligendum. Melius mihi est in regno caelorum parum habere, quam hic totum, id est, in hoc saeculo. Sed nos dicamus: Si possit fieri, ut aliquis una die esset in regno caelorum, & postea praecipitaretur, recte diceret: Melior est &c. Nunc uero quod dicit, una dies: hoc est, quod dicit in regno caelorum. Vna illa dies non habet noctem, & tenebras, sed semper lux est. Qui ergo una die in regno caelorum fuerit, semper ibi erit. Cassiodorus autem praedicta enarrans uerba, sic scribit: Ipsa sunt atria domini, in quibus superius concupisse se, & defecisse, testatus est, in quibus una dies iuste desideratur, quia semper aeterna est, quae solis aduentu non oritur, nec eius finitur occasu, quam non sequitur crastina, nec praecedit hesternus, sed immutabilis manens, constat unitate perpetua: Super milia, mundum istum significat, ubi milia dierum sustinent finem, & ab uno illo uincitur, quicquid in istorum multiplicationibus aggregatur. Merito ergo talibus desiderijs queritur, cui nihil simile reperitur. Haec figura dicitur Parison, id est, aequatio sententiae, quando duae res e diuerso ponuntur, sed una magis eligitur. Et diuus Aug. Milia dierum desiderant homines, & multum

multum uolunt hic uiuere. Contendant milia dierum, desiderant unum diem, qui non habet ortum, & occasum. Vnum diem, diem sempiternum, cui non cedit hesternus, quem non urget crastinus. Ipse unus dies desideretur a nobis. Et Augustinus libro unico de religione, cap. 42. Ambulemus (inquit) dum diem habemus, id est, dum ratione uti possumus, ut ad deum conuerfi, uerbo eius, quod uerum lumen est, illustrari mereamur, ne nos tenebrae comprehendant. Dies est enim praesentia illius luminis, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et Origenes homilia 3. in Psalmum 36. exponens illum uersum: Nouit dominus dies immaculatorum: Secundum scripturas, sicut in multis locis obseruauimus, dominus non omnia cognoscit, sed sola illa, quae bona sunt. Mala autem dicitur ignorare, non quod uere aliquid sit, quod eius scientiam lateat, sed ea, quae indigna sunt notione eius, dicitur ignorare. Quod ostendimus etiam de scripturis, quae dicit Apostolus: Si quis in uobis propheta uel spiritus talis, cognoscat quae scribo uobis, quoniae domini sunt: Si quis autem ignorat, ignorabitur. Et in euangelio, ubi dicit ad peccatores: Nescio uos: Discedite a me operarij iniquitatis. Sicut ergo & alibi dicitur: Cognoscit dominus qui sunt eius, sic hic non impiorum, sed immaculorum dies cognoscere dicitur dominus. Digni enim scientia domini immaculorum dies. Sed & hoc secundum litteram nescio si possit consequenter exponi. Qui enim possunt esse dies immaculorum, qui non sunt etiam peccatorum, quam huius saeculi dies una, eademque sit omnibus, atque in eadem, siue iusti, siue peccatores simul luce uersentur, sicut & ipse dominus de patre dicit: Quia sol suum iubet oriri, super bonos, & malos: Quomodo ergo hic uelut exceptum aliquid, & segregatum, immaculorum dies cognoscere dicitur dominus? Sed uideamus, ne forte unusquisque propria sibi ipse faciat diem. Et si quando abiicientes mendacium, loquimur ueritatem cum proximo nostro, in ueritatis die, & ueritatis luce uersamur. Similiter & quum retrahimus nos ab his, qui oderunt fratres, & in tenebris ambulat, & in dilectione fratrum permanemus, dies nobis facimus charitatis. Sed & quam iustitiam custodimus, & quam uisitantes uiduas, atque orphanos in tribulatione sua, immaculatos nos custodimus ab hoc saeculo, immaculorum nobis ipsi facimus dies. Et isti sunt dies, quos nosse dicitur, quando cognoscit dies immaculorum. Verum si sacratorem adhuc sensum in hoc loco uolumus perscrutari, possumus dicere, quia dies mali sunt huius saeculi, secundum quod scriptum est: Quoniam dies mali sunt. Dies autem boni alij sunt, qui & ipsi immaculorum sunt, quos dominus cognoscit, in quibus & haereditas eorum in aeternum manet, tunc sine dubio, quum iusti haereditatem capient uitam aeternam, consequentes quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Illi sunt immaculorum dies, in quibus non iste sol, quem occasus excipit, & cuius nox succedens, lumen interimit: sed sol iustitiae lucebit, qui noctem nesciat, qui lumen aeternum sit, sicut scriptum est: Quia ipse dominus erit eis lux sempiterna. Et paulo post exponens alium uersum, Et in diebus famis saturabuntur: Inquirendum (inquit) primo est, qui sint dies famis. Cominatur in quodam loco Deus per Prophetam, & dicit: Ecce dies uenit, dicit dominus, & immittam famem super terram, non famem panis, neque sitim aquae, sed famem ad audiendum uerbum Dei. Et circuibunt ab oriente usque ad occidentem, ut audiant uerbum domini, & non inuenient. Isti sunt ergo dies, & istud est tempus famis, quum non sunt, qui uerbum Dei loquantur.

Quid digitus Dei mystice significet.

Cap. XIII.

Digitus Dei, dicitur spiritus sanctus (ut inquit Aug. ad Ianuarium, de ritibus ecclesiae): In libris (inquit) Euangelij apertissime declaratur digitum Dei significare spiritum sanctum. Quum enim unus Euangelista dixisset, In digito Dei eijcio daemonia, alius hoc idem ita dixit, In spiritu Dei eijcio daemonia. Et infra: Demonia eorum erit manifesta omnibus, sicut & illorum fuit. Quia enim per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in signo tertio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse spiritum sanctum, qui erat in Moysse. Nam deficientes dixerunt, Digitus Dei est hic. Et libro unico ad Marcellinum de spiritu, & littera, cap. 16. Hic spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, quae plenitudo legis est, etiam digitus Dei in Euangelio dicitur. Vnde & quia illae tabulae digito Dei conscriptae sunt, & digitus Dei est spiritus Dei, per quem sanctificamur, ut ex fide uiuentes, per dilectionem bene operemur, quem non moueat ista congruentia, ibidemque eadem subsistentia: Dies enim quinquaginta computantur a celebratione paschae, quae occasione figuratae ouis per Moysen fieri praecpta est, in significatione utique futurae dominicae passionis, usque ad diem, quo Moyses legem accepit in tabulis digito Dei conscriptis, similiter ab occisione, & resurrectione illius, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, quinquaginta diebus completis, congregatos in unum fideles, digitus Dei, hoc est, spiritus sanctus impleuit. In hac mirabili congruentia illud certe plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locum, ubi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos superuenit spiritus sanctus, qui cum promissum expectantes, in unum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus est, hic in cordibus humanis. Ibi ergo lex extrinsecus posita est, qua iniusti terrentur, hic intrinsecus data est, qua iustificentur. Et libro 2.

Dies, Christi praesentia. *Psal. 36. c.*

1. Cor. 14. g. *Math. 25. b.* *2. Tim. 2. c.*

Dies immaculorum, q sunt.

Math. 5. g.

Ephes. 4. f.

1. Ioan. 2. b. *Iacob. 1. d.*

Eph. 5. d.

1. Cor. 2. b.

Esa. 60. d. *Psal. 36. d.*

Amos 9. d.

Digitus Dei, spiritus sanctus.

Luc. 11. c. *Math. 12. b.* *2. Tim. 3. c.*

Exod. 8. c. *Rom. 5. a.*

Rom. 13. c. *Luc. 11. c.*

Exod. 31. d.

Ibidem. *Esa. 53. c.*

Digitus cur spi-
ritu sanctum ju-
gnificet.
Luc. 11. c.
Matth. 12. b.
Psal. 8. a.
Exod. 31. d.
Digitus, sacraru
literarum scri-
ptores.
Coeli libri sacra-
rum scripturas
rum.
Exod. 3. c.
Esa. 34. a.

Cassiodorus.
Esa. 66. a.
Exod. 31. d.

Esa. 40. c.
Digitus, diuinae
operationis ef-
fectus.
Cyrillus
Exo. 31. d.
Psal. 44. a.
Calamus, filius
Dei.
Luc. 11. c.
2. Cor. 3. a.

Ambrosius.

Luc. 11. c.
Matth. 12. b.
Exod. 31. d.

2. Cor. 3. a.

1. Cor. 3. a.

Psal. 18. a.
Psal. 101. d.

Psal. 8. a.

Psal. 91. a.
Esa. 66. a.
Esa. 51. f.

quæst. Euang. quaestione 17. Ideo dicitur spiritus sanctus digitus Dei, propter partitionem dono-
rum, quæ in eo dantur, unicuique propria, siue hominum, siue Angeliorum. in nullis enim membris
nostris magis apparet partitio, quam in digitis. Et lib. 2. de contentu euangelistarum. Lucas (inquit)
penè totidem uerbis hoc dixit quod Mathæus, & quod digitum Dei appellat spiritum Dei, ab ea-
dem sententia non recedit, quin potius & aliquid docet, ut nouerimus quemadmodum intelliga-
mus ubicunque in scriptura legerimus digitum Dei. Et exponens illud Psalmi, Quoniam uidebo
caelos opera digitorum tuorum: Legimus (inquit) digito Dei scriptam legem, & datam per Moysen
sanctum seruum eius. Quem digitum Dei, multi intelligunt spiritum sanctum. Quapropter si di-
gitos Dei, eosdè ipsos ministros spiritu sancto repletos, propter ipsum spiritum, qui in eis opera-
tur, rectè accipimus, quoniam per eosdem nobis omnis diuina scriptura confecta est, conuenienter
intelligimus hoc loco, caelos, dictos libros utriusque testamenti. Dicitur enim eundem de ipso Moysè
se à magis regis Pharaonis, quum ab eo superati essent: Digitus Dei est hic. Et quod scriptum est:
Coelum plicabitur sicut liber, etiam si de isto aethereo coelo dictum est, congruè tamen ex hac ea-
dem similitudine, in allegoria librorum, caeli nominantur. Quoniam uidebo, inquit, caelos, opera digito-
rum tuorum, id est, cernam, & intelligam scripturas, quas, operante spiritu sancto, per ministros tuos
conscriptisti. Et Cassiodorus: Videbo caelos, id est, libros Euangelicos, qui coeli merito dicuntur,
quoniam continet dominum saluatorem, qui dixit: Coelum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum
meorum. Sed qui sint isti caeli, breuiter diffiniuit, Opera digitorum tuorum. Nam quum legatur in
Exodo, digito domini legem fuisse conscriptam, quem multum spiritum sanctum accipere uoluerunt,
hic igitur positum æstimo, digitorum, ut libros diuinos cooperatione sanctæ trinitatis perfectos,
euidenter ostenderet, sicut & alibi legitur: Appendit tribus digitis molem terræ. Quod simili sacra-
mento recipiendum est. Digitus enim Dei, dicitur diuinæ operationis effectus. Quod potest patri,
& filio, & spiritui sancto, id est, uni deo aptissimè cōuenire. Et Cyrillus lib. 10. de adoratione in spi-
ritu. In lapideis quidem tabulis lex depingebatur digito Dei, ut scriptum est. Et erant illa, quæ fie-
bant, figura corum, quæ credita sunt à nobis per Christum esse facta. Quippe omnium dominus Deus sui co-
siliij scientiam quodammodo in nobis scribit, filio quasi calamo utens in spiritu. Ita enim illum per
Dauidem nominauit, dicens: Lingua mea calamus scribæ uelociter scribens. Patris enim calamus,
hoc est, filius, omnium cordibus inscripsit omnis boni scientiam, quasi quodam digito Dei, spiritu tam
suo, quam patris usus. Sanè spiritum digitum Dei nominabat, dicens quodam loco: Si autem in spiritu
Dei eicio daemona. Et Paulus nos uocat spirituales epistolam: Vos estis, (inquit) epistola Christi
subministrata à nobis, inscripta non atramento, sed spiritu Dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in
tabulis cordis carnis. Et diuus Ambrosius, lib. 3. de spiritu sancto, cap. 2. Spiritus sanctus, inquit,
appellatus est digitus Dei, sicut ipse dominus dixit: Quod si in digito Dei eicio daemona. Hunc
enim digitum in alio libro Euangelij eodem loco Dei spiritum nominauit. Sic enim habes: Quod si
in spiritu Dei eicio daemona. Hic ergo digitus Dei & sempiternus est, & diuinus. Quid enim
Dei proprium, quod non sempiternum sit, & diuinum? Hoc digito, sicut legimus, tabulas illas lapideas
inscripsit, quas Moyses accepit. Non enim carnali digito Deus harum literarum, quas legimus, ap-
ices, & elementa formauit, sed spiritu suo dedit legem. Et ideo Apostolus dixit: Lex enim spiritualis
est, quæ utique non atramento inscripta est, sed spiritu Dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis
cordis carnalibus. Nam si Apostoli epistola scribitur in spiritu, quid obstat quominus etiam legem
Dei, non atramento, sed spiritu Dei descriptam credere debeamus, quæ utique cordis nostri mensuræ
secreta non maculat, sed illuminat? Hoc digito mysticè etiam dominus Iesus, inclinato capite, scribebat in
terra, quum à ludæis adultera esset oblata, significans per figuram, quando de peccatis alterius iudica-
mus, nostri nos debere meminisse peccati. Et cap. 3. Sed si quis (inquit) adhuc carnalibus inhaeret am-
biguis, & corporalibus uacillat exemplis, cōsyderet, quia non potest bene sentire de filio, qui potest ma-
le sentire de spiritu. Nam si ideo portionem quandam exiguam putat esse spiritum Dei, quia digitus Dei di-
citur, idem utique & portionem exiguam dicunt esse in filio Dei, quia dextera Dei dicitur, sed filius &
dextera, & uirtus dicitur. Et cap. 6. scriptum est: Coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annu-
ciat firmamentum. Et alibi: In initio terram tu fundasti domine, & opera manuum tuarum sunt caeli. Eadè igitur
sunt opera hominum, quæ sunt opera Dei. Non ergo aliqua pro membrorum corporalium qualitate dis-
cretio operatiois, sed unitas potestatis est. Quæ autem opera sunt manuum, eadè opera digitorum, quia
æquè scriptum est: Quoniam uidebo caelos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ
tu fundasti. Quid hic igitur digiti minus, quam manus fecisse produntur, quum idem fecerint di-
giti, quod manus? Sicut scriptum est, Quoniam delectasti me domine in factura tua, & in operibus
manuum tuarum delectabor. Et tamen, quia manum legimus filium, scriptum est enim: Nonne
manus mea fecit hæc omnia? Et alibi: Posui manum meam sub tegumento petrae, quod ad incar-
nationis mysterium spectat, quia integumentum corporis, uirtus Dei sempiterna suscepit, utique

liquet manus, & de filio Dei, & spiritu sancto scripturam locutam. Et rursus: Quia digitum Dei spi-
ritum legimus, ideo appellatos digitos æstimamus, ut filium, & spiritum designaret. Denique ut filij,
& spiritus sanctificationem se habere memoraret, ait quidam sanctus: Manus tuae fecerunt me, &
plasmauerunt me. Et diuus Hieronymus enarrans illud Matthæi, Si autem ego in spiritu Dei eicio
daemones: In Luca (inquit) scriptum legimus: Si autem ego in digito Dei eicio daemones. Iste est
digitus, quem confitentur & magi, qui contra Moysen, & Aaron signa faciebant, dicentes: Digi-
tus Dei est iste, quo tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Si igitur manus, & brachium, Dei
filius est, & digitus eius, spiritus sanctus, patris, & filij, & spiritus sancti una substantia est. Non re-
scandalizet membrorum inæqualitas, quum ædificet unitas corporis. Et exponens illud Prouer-
biorum, Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum, hoc modo scribit: So-
lent foeminae nentes fufum in dextera, colum tenere in sinistra. In colo enim lana inuoluta est, quæ
filo ducenda, & nenda, transeat in fufum. Saepe autem in scripturis dextera, uita perpetuam, laua,
praesentia Dei dona significat, opulentiam uidelicet rerum, pacem temporum, sospitatem corpo-
rum, scientiam quoque scripturarum, & caelestium perceptionem sacramentorum. Hæc, & huius-
modi bona, quum domino largiente, perceperimus, quasi lanam colo inuolutam in laua gestamus.
At quum ea pro amore caelestium salubriter exercere incipimus, iam lanam agni immaculati de
colo in fufum, de laua in dexteram traicimus, quia de donis nostri redemptoris, de exemplis ope-
rum eius stolum nobis gloriae caelestis, ac ueste charitatis nuptialem facimus. Digiti namque, quibus
apprehendere fufum dicitur, ipsam intentionem discretionis, qua quisque operatur, insinuant, ea ni-
mirum ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distincta articulis, ac flexibus apta,
quam digiti. Quicumque ergo ueraciter dicere cum Apostolo potest: Nostra autem conuersatio in
caelis est, unde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, huius profectio
digiti dextri apprehenderunt fufum, quia discretionem sedula pro aeternis bonis laborare didicit. Et
bene dicitur, Apprehenderunt, ut uiuacius commenderetur, quanto studio, quanta festinatione in
huius uitæ incerto, pro certis apud dominum praemijs agere debeamus.

Quid diluculum, diluuiumque mysticè significant.

Cap. XV.

Diluculum, est omnis electorum ecclesia, ut diuus inquit Gregorius, libro uigesimo nono
Moralium, capite primo, exponens illud Job, Nunquid post ortum tuum praecipisti di-
luculo, & ostendisti auroræ locum suum? Subaudis, ut ego. Ortus quippe diuinitatis eius ante,
& post non habet. Cui dum semper esse est per aeternitatem, dum omne quod labitur, circum-
scribit, intra semetipsum temporum discursus claudit: Ortus uero humanitatis eius, quia & coepit,
& desit, & ante, & post habere à tempore accepit. Sed quia dum ipse umbras nostræ mortalitatis
suscepit, lumen nobis suæ aeternitatis infudit, rectè per hunc ortum, quem creator sibi in tempore
condidit, locum suum sine tempore aurora cognouit. Quia enim diluculum, uel aurora à tenebris
in lucem uertitur, non immerito diluculi, uel auroræ nomine omnis electorum ecclesia designatur.
Ipsa namque dum ab infidelitatis nocte ad lucem fidei ducitur, uelut auroræ more in diem post tenebras
splendore supernæ claritatis aperit. De aurora, uide in dictione, Aurora. Et exponens illud Job, Co-
surgensque diluculo, offerebat holocausta per singulos: Diluculo (inquit) consurgimus, quum com-
punctionis luce perfusi, humanitatis nostræ noctem deserimus, & ad ueri luminis radios oculos
mentis aperimus. Et exponens illud Job, Visitas eum diluculo: Quis nostrum (inquit) nesciat, quia
diluculum dicitur, quum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur? Nos itaque noctis te-
nebris premimur, quum perpetratione iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem uertitur, quum
erroris nostri obscuritas, ueritatis cognitione irradiatur. Nox in lucem uertitur, quum corda no-
stra iustitiæ fulgor illuminat, quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc diluculum discipulorum menti-
bus oriri Paulus aspexerat, quum dicebat: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Diluculo
ergo nos dominus uisitat, quia erroris nostri tenebras luce suæ cognitionis illustrat, cōtemplatio-
nis munere subleuat, in arcem uirtutis exaltat. Et diuus Hieronymus exponens illud Salomonis,
Bene consurgit diluculo, qui quaerit bona: Bona quaerere (inquit) quæ facere debeas, quibus ad cae-
lestia bona peruenias, hoc est, bene diluculo consurgere, id est, crescente luce scientiæ, ad bonum
opus accingi. Vel certè bene, id est, ad uitam consurgit in tempore resurrectionis, qui nunc bona
quaerit, in tempore operationis. Scriptum quoque est: Adiuuabit eum Deus mane diluculo, id est,
praesentia incarnationis suæ. Tunc enim nox praecessit, & dies appropinquauit, & incarnatum uer-
bum ecclesiam suam tum praedicationibus, tum miraculis iuuat, sed mane diluculo, id est, resurre-
ctionis tempore magnoperè illam iuuat, ne fidem amitteret.

Diluuij mysterium Diuus Augustinus libro unico de catechizandis rudibus, cap. decimo nono,
hoc pacto breuiter explicat: Praenunciabatur (inquit) etiam diluuij sacramento, quod per lignum
iusti liberati sunt, futura ecclesia, quam rex eius, & Deus Christus mysterio suæ crucis ab huius

Matth. 23. h.
Iob 1. h.
Matth. 23. h.
Luc. 11. c.
Exod. 3. c.
Exod. 31. d.
Prou. 31. c.
Dextera, uita
perpetua.
Laua, dona
praesentia.
Digitus, discre-
tionis intentio.
Philip. 3. d.
Iob 32. h.
Diluculum, elec-
torum ecclesia.
Iob 1. a.
Iob 7. d.
Diluculum, uer-
itatis cogni-
tio, fulgorque ius-
titiae.
Rom. 12. d.
Prouer. 11. d.
Diluculum, lux
scientiæ.
Diluuium, resur-
rectionis tempus.
Psal. 42. a.
Augustinus.

fæculi submerſione ſuſpēdit. Neq; enim Deus ignorabat, quòd etiam ex illis, qui fuerant in arca ſeruati, natiuri erant mali, qui faciem terræ iniquitatibus implerent: ſed tamen & exemplum futuri iudicij dedit, & ſanctorum liberationem ligni myſterio prænuſciauit. Diluuij ſacramentum beatus Petrus exponit: In diebus Noë, quum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & uos ſimili forma baptiſma ſaluos faciet &c. Diuus autē Auguſtinus libro unico de ſubſtantia dilectionis, cap. ſeptimo: Vniuerſus autem mūdus (inquit) quaſi quoddam diluuium eſt, eo quòd omnia, quæ in hoc mundo ſunt, ad ſimilitudinē aquæ incertis euentibus fluctuando decurrant. Vera autem fides, quæ nō tranſitoria, ſed æterna promittit, quaſi à quibusdam fluctibus, ſic ab huius mūdi cupiditate in ſuperna animam attollit, & portari quidem ab aquis poteſt, ſed mergi omnino non poteſt, quia ad neceſſitatem hoc mundo utitur, ſed eius deſiderijs per affectum non implicatur. Quiſquis ergo æterna non credens, ſola quæ tranſeunt, appetit, hunc quaſi ſine nauī laborantē in fluctibus, impetus aquæ decurrētis ſecum trahit. Qui uero æterna credens, tranſitoria diligit, hic iuxta nauem naufragium facit: qui autem æterna bona credit, & diligit, hic in nauī poſitus, fluctuantis maris undas ſecurus pertranſit: quia qui per deſideriū fidei nauem nō tranſgreditur, iam quodammodo in fluctibus ſtabilitatem imitatur. Primum ergo, ſi hoc mare magnum illæſi pertrāſire uolumus, fabricemus nauem, ut fidem integram habeamus, deinde nauem fidei inhabitemus per charitatem, ut credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus, ſicq; & lex Dei in corde noſtro ſit per rectæ fidei cognitionē, & cor noſtrū in lege Dei ſit per dilectionem. Et Caſſiodorus exponēs illud Pſalmiſtæ, Dominus diluuium inhabitare facit: Cur (inquit) diluuium pro ſacris fontibus poſitum eſt? Meritò, quoniam illud, quod factū eſt ſub Noë, baptiſmatis ſacri gerebat imaginem. Nam ſicut iſtud purgat animas à ſordibus peccatorum, ita & illud diluuium mūdi crimina probroſa deleuit. Meritò ergo pro baptiſmate diluuium poſitum eſt, ad cuius ſimilitudinē conſtat effectum. Et Aug. Dominus diluuiū &c. Dominus primum inhabitat diluuium huius ſæculi in ſanctis ſuis, tanq; in arca, ita in eccleſia cuſtoditis. Et Pſalmo 31. ſcriptum eſt: Verū tamen in diluuiū aquarum multarum, ad eum non appropinquabūt. Diluuium aquarum multarum (inquit Caſſiodorus) eſt error hominum peſſimorum, qui uarijs prauitatibus fluctuantes, multiplices ſibi doctrinas conſtituūt, quas à uero magiſtro nullatenus acceperūt. Quæ ſententiā maxime hæreticos arguit, qui in diluuiū peruerſitatis ſuæ, tempeſtuofas, & naufragas excitant quæſtiones. Et hi ad eum non approximabūt, quoniam à uera religione diſcedunt. Et Aug. Diluuium aquarum multarum, multiplicitas eſt uariarum doctrinarū. Multæ aquæ, ſunt uariæ doctrinæ. Dei una eſt, nō ſunt multæ aquæ, ſed una aqua, ſiue ſacramenti baptiſmi, ſiue doctrinæ ſalutaris. De ipſa doctrina, qua irrigātur per ſpiritū ſanctū dicitur: Bibe aquam de tuis uaiſis, & de puteorum tuorum fontibus. Ad iſtos fontes non accedūt impij, ſed credentes in eum, qui iuſtificat impium, iam iuſtificati accedunt. Aliæ aquæ multæ doctrinæ inquināt animas hominum. Alia doctrina eſt, Fatum mihi fecit: alia doctrina, Caſus, uel fortuna mihi fecit. Si caſibus reguntur homines, nulla prouidentia aliquid geritur. Verū tamen in diluuiū &c. Quæ eſt illa aqua? Illa uera, quæ manat de intimo puræ uenæ ueritatis, quæ docet cōfiteri domino, quæ docet hanc uocem, Dixi, pronūciabo aduerſum me iniuſticiā meā domino. Et, Ego dixi, domine miſerere mei, ſana animam meam, quoniam peccaui tibi. Hæc aqua conſeſſionis peccatorum, hæc aqua humiliatiōnis cordis, hæc aqua uitæ ſalutaris, abiicientis ſe, nihil de ſe præſumentis, nihil ſuæ potentiæ ſuperbè tribuentis. Hæc aqua in nullis alienigenarum libris eſt, non in Epicureis, non in Stoicis, non in Manichæis, nō in Platoniciſ. In diluuiū ergo aquarum multarum extollentium ſe aduerſus Deum, & docentium ſuperbas impietates, ad Deum non appropinquabunt.

Quid diuitiæ myſticè ſignificent.

Cap. XVI.

Diuitiæ mentis quæ ſint, diuus Gregorius lib. 6. Moralitū, cap. 4. his uerbis enarrat, exponēs illud Iob, Et ebibēt ſitientes diuitias eius: Diuitiæ (inquit) mentis, ſunt uerba ſacræ locutionis, ſed has diuitias ſtultus oculis aſpicit, & in ornamentū ſui uſum minime aſſumit, quia uerba legis audiēs, magna quidē eſſe cōſyderat, ſed ad cōprehendenda hæc, nullo ſtudio amoris elaborat. At cōtrā, alius ſitim habet, ingeniū nō habet, amor hunc ad meditantū pertrahit, ſenſus hebetudo cōtradicit, & ſæpe hoc in diuinæ legis eruditione quādoq; ſtudēdo intelligit, quod per negligētiam ingeniouſ nescit. Huius ergo ſtulti diuitias ſitietes bibūt, dum præcepta Dei, quæ ingeniouſ faſtidientes, nesciūt, hebetes amātes aſſequūtur. Nā hoc tardioribus ſitis aperit, quod uelocioribus faſtiditū claudit. Et Orig. hom. 3. ſuper Leuiticū, citās illud Salomonis, Redēptio animæ uiri, ppriæ diuitiæ eius: Audis (inquit) uerba ſapiētiae, quō neceſſarijs cū pprietatibus uim uniuiſcuiuſq; ſermonis enūciat. Diuitias dixit aptas ad animæ redēptionem, & diuitias nō alienas, neq; cōmunes, ſed diuitias pprias. Per quod oſtēdit eſſe quaſdā diuitias pprias, quaſdā uero nō pprias. Sed hoc euāgeliſ dñs in Euāgelijs declarauit, quū dixit: Quod ſi in alieno fideles nō fuiſtis, quod ueſtrū, quis dabit

dabit uobis: Oſtendēs per hoc præſentis ſæculi diuitias nō eſſe noſtras proprias, ſed alienas. Trāſeūt enim, & ſicut umbra prætereūt. Propriæ uero ſunt illæ diuitiæ, de quibus propheta dixit: Et ad te congregabo diuitias gentium. Ex his fortāſſe diuitijs & Abraham diues factus eſt ualde in auro, & argēto, & pecoribus, atq; omni ſupelleſtili. Vis tibi oſtendā ex quibus theſauris descendant iſtæ diuitiæ? Audi Apoſtolum Paulum dicētem de domino Jeſu Chriſto: In quo ſunt (inquit) omnes theſauri ſapiētiae, & ſcientiæ abſconditi. Sed & in euāgelijs dominus dixit: Quia ſcriba diues profert de theſauris ſuis noua, & uetera. De his & Apoſtulus Paulus dixit: Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni uerbo, & in omni ſcientia. Ex his ergo diuitijs, quæ de theſauris ſapiētiae, & ſcientiæ proferuntur, mercandus nobis eſt iſte aries, qui offerri debeat pro peccatis. Et homilia tertia in Pſalmum triceſimum ſextum, exponens illum uerſiculum, Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas: Vt ſunt (inquit) diuitiæ peccatorum, ſapiētia huius mundi, in qua diuites ſunt, & abundantes in eloquentia, nec tamen ſe per hæc continere præualēt à peccatis. Modicum autem iuſti eſt, qui habet fidem, tanquam granum ſinapis modicum, ſed uiuidam, & uehemētē, per quam ſe communit, & continet à peccato. Melius eſt ergo hoc modicum fidei iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas, quas habent in eloquentia, ac ſapiētia huius ſæculi, quæ deſtruitur. Tamē ſi potuerit quis & diuitias habere, & non peccatorum habere diuitias, ſed cōgregare aliqua de theſauris Moyſi legiſlatoris, alia etiam de cenſu acquirere prophetarum, de Eſaiā, de Hieremiā, de Ezechiele, perſcrutari quæq; ſecreta Danielis, cōterorumq; prophetarum reconditos, & obſcuros penetrare theſauros, iſte iam non confertur ſapiētibus huius mundi, ut melior illis dicatur: ſed illis magis exæquatur, qui dicebant: Quia diuites facti eſtis in omni uerbo, & in omni ſcientia, & qui deſtruentes huius mundi ſapiētiam, & uelut uictōres eius effecti, dicunt ſe paratos eſſe ad captiuandum omnem intellectum extollentem ſe, & erigentem aduerſus ſcientiam Chriſti. Super ambos autem iſtos eſt, qui diues eſt in uerbo Dei, & ſcientia ueritatis, id eſt, qui ſecundum Paulum diues eſt in omni uerbo, & in omni ſcientia, & nihilominus diues eſt in operibus bonis. Si autē uis ſcire quid eſt diuitem eſſe in omni uerbo, breuiter te docebo. Incipe diſcurrere à primo uerbo Geneſeos, uſq; quo peruenias ad euāgelicas, Apoſtolicasq; diuitias, & diues es, ſed non in omni uerbo. Si uero potuerit quis nouum, ac uetus teſtamentum pari ſtudio ediscere, atq; ex omni eius eruditione inſtrui, ita ut paratus ſit reddere rationem de ſingulis quibuſq;, quæ ſcripta ſunt, & uitam ſuam ſecundum uerbum ueritatis eius, quæ in ſcripturis cōtinetur, aptare, iſte uere diues eſt in omni uerbo, & in omni opere bono. Et iſtas puto eſſe diuitias, de quibus dicitur: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ eius. Et Apoſtulus Paulus inquit de diuitibus, ac diuitijs: Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſuperbè ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum: ſed in Deo uiuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum, benefaciant, diuites ſint in operibus bonis, facile tribuant, communent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendāt ueram uitam. Quæ uerba diuus Auguſtinus enarrans libro unico contra Adimantum Manichæi diſcipulum, capite uigeſimo: Quis (inquit) hic non intelligat, nō eſſe culpabile habere iſta, ſed amare, & ſpem in eis ponere, & ea præferre, aut etiam conferre ueritati, iuſticiæ, ſapiētiae, fidei, bonæ conſcientiæ, charitati Dei, & proximi, quibus omnibus anima pia diues eſt in ſecretis ſuis coram oculis Dei: Sed ut diligatur Deus, qui diligentibus ſe iſta cuncta & inuiſibilia, & æterna largitur, id eſt, ſeipſum his omnibus plenum donat dilectoribus ſuis. Et capite decimonono, de eo, quod ſcriptum eſt in lege: Ego ſum qui diuitias do amicis meis, & paupertatem inimicis meis. Huic ſententiæ illud opponunt, quod dominus dixit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et, Væ uobis diuitibus, quia percepiftis conſolationem ueſtram. Sed & cur nolunt & alia in euāgelio contueri? Ibi enim ſcriptum eſt: Beati pauperes ſpiritu &c. ubi ſequitur: Beati miſeres, quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Ecce habent amicos Dei hæreditate terræ, diuites fieri. Quum autem ad tantam egeſtatem diues ille redigitur, ut ab eo paupere, quem neglexerat, digito breui in aquam tincto, arenti linguæ ſuæ humorem ſtillari deprecetur, intelligant quomodo ſiant pauperes inimici Dei, & id eſſe cognofcant, quod in lege ſcriptum eſt: Ego ſum, qui diuitias do &c. Nam iſtas diuitias temporales, & in ueteri ſcriptura etiam contemptas, & ſuperius docui, & in innumerabilibus locis, qui legere uoluerit, inueniet. Vnde eſt etiā illud: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Et illud: Bonum mihi lex oris tui, ſuper milia auri, & argenti. Et illud: Iudicia Dei uera, iuſtificata in ſemetiſpa, deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem precioſum multum. Et illud: Beatus uir, qui inuenit ſapiētiam, & immortalis, qui uidet prudentiam. Melius eſt enim illam mercari, quàm auri, & argenti theſauros. Precioſior eſt enim lapidibus optimis. Non reſiſtit illi ullum malum, bene nota eſt omnibus appropinquantibus ei, & eis, qui conſiderant eam diligenter. Omne autē precioſum, nō eſt illi dignū. Et illud: Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & uenit in me ſpiritus ſapiētiae. Et præpoſui illā regnis, & ſedibus, & honeſtatem nihil eſſe dixi ad comparationem ipſius. Nec comparaui illi lapidem

m iij precioſ

1. Petri 1.

Nauis, fides.

Caſſiodorus.

Pſal. 29. d.

Diluuiū, baptiſma.

Auguſtinus.

Diluuiū, ſeculum.

Pſal. 31. b.

Diluuiū, error hominum peſſimorum.

Auguſt.

Diluuiū, multiplicitas doctrinarum.

Prou. 5. c.

Pſal. 31. b.

Pſal. 40. a.

Iob 5. b.

Diuitiæ, uerba ſacræ.

Origenes.

Prou. 13. b.

Luc. 16. c.

Diuitiæ præſentis ſæculi, non ſunt noſtra.

Zach. 14. c.

Gen. 13. b.

Coloſ. 2. a.

Matth. 15. g.

1. Cor. 1. a.

Pſal. 36. c.

Matth. 17. e.

1. Cor. 1. a.

2. Cor. 10. b.

1. Cor. 1. a.

1. Timo. 6. d.

Prouer. 13. b.

1. Timo. 6. d.

Auguſtinus.

Matth. 5. a.

Luca 6. b.

Matth. 5. a.

Luca 16. f.

Pſal. 36. c.

Pſal. 119. i.

Pſal. 18. c.

Prouer. 3. b.

Sapient. 7. d.

preciosum, quoniam omne aurum in comparatione ipsius arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum ad illam. Et diuus Hieronymus exponens illud Ecclesiasticis, Nec prudentium diuitia, sic scribit: Quoniam non desunt diuitia, de quibus Apostolus ait: Diuites fieri in operibus bonis. Et alibi: Diuites facti estis in omni sermone, & in omni scientia. Sciendum prudentem uirum has non posse diuitias congregare, nisi eas a domino acceperit, cuius ipsae diuitiae sunt. De quibus & alibi dictum est: Redemptio animae uiri, propriae diuitiae.

Quid domus mystice significet,

Cap. XVII.

Domus quid mystice significet, enarrat diuus Gregorius libro 8. Moral. capite 14. exponens illud Iob, Nec reuertetur ultra in domum suam: Sicut, inquit, domus est corporis habitaculum corporale, ita unicuique merite hoc domus fit, quod ex desiderio inhabitare consuevit. Ad domum igitur suam non reuertitur, qui descendit ad inferos, quia semel quisque aeternis supplicijs traditus, ad hoc iam ubi amore inhaeserat, nullatenus reuocatur. Solet etiam domus inhabitatio cordis intelligi. Vnde sanato cuidam dicitur: Vade in domum tuam, quia nimirum dignum est, ut peccator post ueniam ad mentem suam redeat, ne iterum, quo iuste feriatur, admittat. Sed qui ad infernum, id est, desperationem descenderit, ad domum suam ulterius non ascendit, quia eum, quem desperatio obruit, a cordis sui habitaculo foras mittit, & redire retrorsus non ualet, quia fusus exterius, ad deteriora quotidie impulsus, cadit. Et exponens illud Iob, Innitetur super domum suam, & non stabit: Sicut, inquit, domus exterioris conuersationis, est aedificium, quod inhabitat corpus: ita domus nostra cogitationis, est res quaelibet, quam per dilectionem inhabitat animus. Omne quippe quod diligimus, quasi in hoc quiescentes, habitamus. Vnde Paulus, quia in supernis cor fixerat, in terra quidem positus, sed tamen a terra extraneus, dicebat: Nostra conuersatio in caelis est. Mens itaque hypocritae nihil aliud in omne quod agit, nisi opinionis suae gloriam cogitat, nec curat, quod post meritum ducitur, sed quid interim dicatur. Domus ergo eius, est delectatio fauoris, quam quasi quietus inhabitat, quia per cuncta sua opera ad hanc se intra animum reclinat, sed stare domus haec non ualet, quia laus cum uita praeterit, & humanus fauor in iudicio, non subsistit. Vel certe super domum suam hypocrita innitetur, quum uanis fauoribus deceptus, quasi de fiducia sanctitatis eleuatus. Sed stare domus hypocritae non ualet, quia in terrore districti examinis, omnis antea facta fiducia cadet sanctitatis. Et libro trigesimo primo, capite uigesimo octauo, exponens illud Salomonis, Diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam: Ille quippe (ait) bene mentis domum aedificat, qui prius agrum corporis a spinis uitiorum purgat, ne si desideriorum fentes in carnis agro proficiant, intus tota uirtutum fabrica, fama boni operis crescent, destruat. Et libro decimo septimo, capite nono, exponens illud Esaiam, Super humum populi mei spinas, & uepres ascendent, quomagnis super omnem domum gaudij ciuitatis exultantis: Humum quippe (ait) populi sui dominus electorum omnium mentem uocat, super quam spinas, ac uepres accendere perhibet, quia nec ipsam quoque esse absque punitionibus uitiorum uidet. Domus ergo gaudij ciuitatis exultantis, est mens prauiorum, quae dum uentura supplicia conspiciere negligit, in carnis uoluptate se deserens, inaniter hilarescit. Ait ergo, Super humum &c. Ac si aperte dicat: Si & illorum mentem uitia deprimunt, qui se pro caelestis patriae desiderio affligunt, quibus culpis substrati sunt, qui sine ulla formidine sese in carnis uoluptate derelinquunt? Et exponens illud Iob, Perfodit in tenebris domos: Quid namque (inquit) hoc loco domorum nomine, nisi conscientia designatur, in quibus habitamus, quum tractando quid agimus? Vnde cuidam sanato dicitur: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi dominus fecerit, id est, a peccati iam uitio securus, ad conscientiam reuertere, & in uoce praedicationis excitare. In tenebris ergo errorum magistri domos perfodiunt, quia bonorum mentes ex ipsa eorum corrumpere aduersitate moluntur. In tenebris domos perfodiunt, dum cor innocentium, sed tamen infirmorum deiectionis tempore pessima colloquutione corrumpunt. Et libro trigesimo tertio, capite uigesimo primo, exponens illud Salomonis, Sapientia aedificauit sibi domum, excidit columnas septem &c. Sapientia (inquit) domum sibi condidit, quum unigenitus Dei filius in semetipso intra uterum uirginis, mediante anima, humanum sibi corpus creauit. Sic quippe corpus unigeniti, domus Dei dicitur, sicut etiam templum uocatur: ita uero, ut unus, idemque Dei, atque hominis filius sit, qui inhabitat, sit ipse, qui inhabitatur. Quod tamen recte & aliter accipitur, si domus sapientiae, ecclesia uocatur. Quae septem sibi columnas excidit, quia ab amore praesentis saeculi disinctas ad portandum eiusdem ecclesiae fabricam mentes praedicatorum erexit, quae pro eo quod perfectionis uirtute subnixae sunt, septenario numero signantur. Immolauit uictimas, quia uitam praedicatorum mactari in persecutione permisit. Vinum miscuit, quia diuinitatis, & humanitatis suae nobis pariter arcana praedicauit. Mensam proposuit, quia scripturae sacrae nobis pabula aperiendo praeparauit. Ancillas

Eccles. 9. a. Timot. 6. b. 1. Corin. 1. a. Prouer. 13. b. Iob 7. b. Domus, id cui desiderio, & amore inhaeremus. Domus, cor, mens. Marci 5. c. & Luc. 9. g. Infernus, de desperatione. Iob 9. c. Domus, res quae diligitur. Philip. 3. d. Domus, fauoris delectatio. Prouer. 24. c. Domus, mens. Esa. 32. c. Humus, mens. Iob 24. c. Domus, conscientia. Luc. 9. g. Prouer. 9. d. Domus, corpus filij dei. Domus, ecclesia. Colim. e. mites praedicatorum. Mensa, sacra scriptura.

cillas etiam suas misit, quae ad arcem nos, atque ciuitatis moenia uocarent, quia praedicatorum infirmos, abiectionem habere studuit, qui fideles populos ad spiritualis patriae aedificia superna colligerent. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Iustus ut palma florebit &c. plantati in domo domini, in atrijs domus dei nostri florebit. Quoniam (inquit) iustos uiros electis arboribus comparauit, nunc amoenitatem, & pulchritudinem ecclesiae catholicae breuissima commemoratione designat, in qua dum plantatio dicitur, praedestinatio domini significatur, quia nisi quis in ea plantatus fuerit, clementum felicissimum non habebit. Considera etiam, quod plantatos in domo domini, in atrijs florere manifestat, quoniam qui in ista ecclesia per gratiam domini plantantur, in illo ingressu Hierusalem modis omnibus florebit. Atrium enim initium mansionis, domus autem interiora membra designat, & utrumque simul uni rei non potest conuenire. Haec enim iustus bene dicitur plantatus, qui radicibus uirtutum terrenis uisceribus firmiter continetur. In atrijs enim merito florebit, quoniam in illo resurrectionis initio, auditu muneris felicitate gaudebit, id est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Et exponens illud Psalmistae, Vnam petij a domino, hanc requiram, ut habitem in domo domini omni bus diebus uitae meae: Vnam (inquit) rem petiisse se dicit a domino, quam exponit inferius. Sed uideamus si unam, & non magis omnia. Calculo quidem singularis est, sed rerum utilitate numerosa. Angusta precatio, latum praemium. Bonorum ergo mos est, domum domini solam expetere, in qua bona omnia continentur. Vt habitem in domo domini &c. Haec est una supplicatio, quam superius expetebat. Vt habitem in domo domini, ubi nihil humanum, nihil diabolicum certum est pertimesci. Et hoc non paruo tempore, sed omnibus diebus uitae suae. Quando rogo metuat, cui omnis uita secura est? Et Augustinus: Vnam (inquit) scilicet petitionem petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnes dies uitae meae. Domus ea dicitur, ubi semper manebimus. Omnes dies uitae suae non quasi finiendos, sed aeternos. Sic enim dicuntur dies, quomodo anni, de quibus dictum est: Et anni tui non deficient. Nam dies uitae aeternae, unus dies est sine occasu. Et quasi dicremus ei, & quid ibi facturus es? Quae ibi delectatio tua? Vnde gaudia suppent. Vt contempler (inquit) delectationem domini. Ecce quod amo, ecce quare uolo habitare in domo domini per omnes dies uitae meae. Habet ibi magnum spectaculum, delectationem domini contemplari. Vnde alio loco Psalmus dicit: Manebit tibi, & contemplantur te. Scribitur quoque alio in loco: Beati qui habitant in domo tua domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Si beatus hic habeatur, cui ad tempus omnia secunda procedunt, nec aliqua aduersitate concutit, quid de illa beatitudine sentiamus, cui nec in qualitate, nec in perennitate quicquam simile reperitur? Et Augustinus: Domum tuam si habueris, pau per es: domum Dei si habueris, diues es. In domo tua timebis latrones, domum Dei minus ipse Deus est. Beati ergo, qui habitant in domo tua. Possident Hierusalem caelestem sine angustia, sine pressura, sine diuersitate, & diuisione limitum, omnes habent eam, & singuli habent totam. Magna illa diuitiae, non angustat frater fratrem, nulla ibi indigentia est. In saecula (inquit) saeculorum laudabunt te. Hoc erit totum negocium nostrum, sine defectu Alleluia. Securi ergo simus, non nos fatiabit nisi laus Dei. Si deficias ab amore, deficiis a laude. Si autem amor sempiternus erit, quia illa infatiabilis pulchritudo erit, noli timere, ne non possis semper laudare, quem semper poteris amare. Et exponens illud Psalmistae, Nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui aedificant eam: Domus (inquit) Dei, populus Dei, quia domus Dei, templum Dei. Et quid dixit Apostolus? Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Omnes autem fideles, qui sunt domus Dei, non solum qui modo sunt, sed & qui ante nos fuerunt, & iam dormierunt, & qui post nos futuri sunt, usque in finem saeculi, congregati in unum fideles innumerabiles, sed Deo numerati, de quibus dicit Apostolus: Nouit dominus qui sunt eius. Omnis ergo numerus fidelium sanctorum ex hominibus commutandorum, ut fiant aequales Angelis Dei, adiuncti etiam ipsis Angelis, qui modo non peregrinantur, sed expectant nos, quando a peregrinatione redeamus, omnes simul unam domum Dei faciunt. Nisi ergo dominus aedificauerit domum, in uanum laborauerunt aedificantes eam, id est, omnes, qui in ecclesia praedicant uerbum Dei, ministri sacramentorum Dei. Sed dominus ipse aedificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum populi. Domum ergo Dei dominus Iesus Christus aedificat intus, praedicatorum loquantur foris.

Quid dormire mystice significet.

Cap. XVIII

Dormire quid mystice significet, diuus Gregorius libro Moral. 5. capite 21. exponens illud Iob, Quando solet sopor occupare homines, hoc modo declarat, dicens: Quisquis ea quae mundi sunt, agere appetit, quasi uigilat: quisquis uero internam quietem quaerens, huius mundi strepitum fugit, uelut obdormiscit. Sed prius sciendum est, quia in scriptura sacra figurate positus tribus modis somnus accipitur. Aliquando enim somno mors carnis exprimitur, sicut Paulus ait: Nolo uos ignorare fratres de dormientibus. Et paulo post: Ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo, Somno

Ancilla, praedicatorum infirmis, & abiectione. Psal. 91. c. Plantatio, praedestinatio. Atrium, mansionis initium, id est, resurrectionis. Matth. 25. c. Psal. 26. a. Augustinus. Psal. 101. d. Psal. 5. a. Psal. 83. a. Augustinus. Psal. 126. a. Domus, populus. 1. Cor. 3. d. 2. Timot. 2. c. Iob 4. c. Dormire, morti. 1. Thessal. 4. d.

Somnus, torpor negligentia. eo. Somno rursus, torpor negligentia designatur, sicut ab eodem Paulo dicitur: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursus: Euigilate iusti, & nolite peccare. Somno quoque carnis (calcatis desiderijs) quies uitae figuratur, sicut sponsi uoce in Canticis Canticorum dicitur: Ego dormio, & cor meum uigilat, quia uidelicet sancta mens, quo se a strepitu temporalis concupiscentiae comprimit, eo uerius interna cognoscit, & tanto alacrius ad intima uigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Iacob in itinere dormientem figuratur, qui ad caput lapidem posuit, & obdormiuit, a terra scalam caelo inhaerentem, innixum scalae Deum, ascendentes quoque, & descendentes angelos uidit. In itinere quippe dormire, est in dierum labentium cursu ab appetitu uisibilium metis oculos claudere, quos primis hominibus seductor aperuit, qui dixit: Scit enim Deus, quod in quocumque die comedetis ex eo, aperietur oculi uestri. Vnde & paulo post subditur: Tulit quoque de fructu illius, & dedit uiro suo, & comedit, & aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscentiae aperuit, quos innocentia clausos tenebat. Angelos uero ascendentes, & descendentes cernere, est ciues supernae patriae contemplari, uel quanto amore auctori suo super semetipsas inhaerent, uel quanta compassione charitatis nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum est ualde, quod ille dormiens Angelos conspiciat, qui in lapide caput ponit, quia nimirum ipse ab exterioribus operibus cessans, interna penetrat, qui intenta mente, quod principale est hominis, imitationem sui redemptoris obseruat. Caput quippe in lapide ponere, est mente Christo inhaerere.

Caput, mens. Lapis, Christus. Qui enim a praesentis uitae actione remoti sunt, sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt, sed uidere Angelos nequaquam possunt, qui caput in lapide tenere contemnunt. Sunt namque nonnulli, qui mundi actiones fugiunt, sed nullis uirtutibus exercentur. Hi nimirum torpore, non studio dormiunt, & idcirco interna non conspiciunt, quia caput non in lapide, sed in terra posuerunt. Quibus plerumque contingit, ut quanto securius ab externis actionibus cessant, tanto latius immunda in se cogitationis strepitum per ocium cogitant. Vnde sub Iudaeae specie per prophetam, torpens ocio anima defletur, quum dicitur: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Praecepto etenim legis ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes ergo sabbata uidentes, irrident, quum maligni spiritus, ipso uacationis ocio, ad cogitationes illicitas pertrahunt, ut unaquaeque anima, quod remota ab externis actionibus seruire Deo creditur, eodem magis eorum tyrannidi, illicita cogitando, famuletur. Sancti autem uiri, qui a mundi operibus non torpore, sed uirtute sopiuntur, laboriosius dormiunt, quam uigilare potuerunt, quia in eo quod actiones huius saeculi deserentes, superant, robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, ne subacta ocio, ad desideria immunda frigescat, ne ipsis desiderijs bonis plus iusto inferueat, ne sub discretione specie, sibimet parcendo, a perfectione languescat. Et diuus Hieronymus, exponens illud Zachariae, Et suscitauit me quasi uirum, qui suscitatur de somno suo: Prouerborum Salomonis (inquit) testimonium est: Si sederis, absque timore eris. Si autem dormieris, dulciter dormies, & non timebis terrorem superuenientem tibi, nec impetus impiorum ingruentes. Qui hoc somno dormierit, & audierit dictum de se, quod scriptum de Lazaro legimus: Si dormit, saluus erit, poterit cantare cum sponsa: Ego dormio, & cor meum uigilat. Et in epistola ad Minerium, & Alexandrum, exponens illud Apostoli: Omnes quidem dormiemus &c. hoc modo scribit: Quaritis quo sensu dictum sit, & quomodo in prima ad Corinthios epistola Pauli sit legendum: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur, an iuxta quaedam exemplaria, non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Vtrumque enim in Graecis codicibus inuenitur. Super quo Theodorus Heracleotes, quae urbs olim Perinthus uocabatur, in commentariolis Apostoli, sic locutus est: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur. Enoch enim, & Helias, mortis necessitate superata, ita ut erant in corporibus, de terrena conuersatione, ad caelestia regna translati sunt. Vnde sancti, qui die consummationis, atque iudicij in corporibus reperiendi sunt, cum alijs sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aera, & non gustabunt mortem, eruntque semper cum domino, grauissima mortis necessitate calcata. Vnde ait Apostolus: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur. Qui enim ex mortuis resurrexerint, & in nubibus uiuentes rapti fuerint, transibunt ad incorruptionem, & a mortalitate in immortalitatem mutabuntur, non in tempore, non saltim in breui spacio, sed in atomo, & in puncto temporis, atque momento, quo palpebra oculi moueri potest, in nouissima tuba. Tanta enim fiet celeritate resurrectio mortuorum, ut uiui, quos in corporibus suis consummationis tempus inuenerit mortuos de inferis resurgentes, praeuenire non ualeant. Quod manifeste Paulus edisserens, ait: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile istud induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, ut possit in utraque parte, uel in caelorum regno manere perpetuo. Diodorus Tarsensis episcopus, praeterito hoc capitulo, in consequentibus breuiter annotauit in eo, quod scriptum est: Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: Si (inquit)

Si (inquit) incorrupti resurgent mortui, haud dubium, quin & ipsi ad meliora mutati, quid necesse fuit dicere, Et nos immutabimur? An hoc uoluit intelligi, quod incorruptio communis sit omnium, immutatio autem proprie iustorum, dum non solum incorruptionem, & immortalitatem, sed & gloriam consequuntur? Apollinarius, licet alijs uerbis, eadem quae Theodorus asseruit, quosdam non esse morituros, & de praesenti uita rapiendos in futuram, ut mutatis, glorificatisque corporibus, sint cum Christo. Quod nunc de Enoch, & Helia credimus, Didymus non pedibus, sed uerbis in Origenis transiens sententiam, contraria uia graditur: Ecce mysterium uobis loquor. Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Quod ita differuit. Si non indigeret resurrectio interprete, nec obscuritatem haberet in sensibus, nunquam Paulus, post multa, quae de resurrectione locutus est, intulisset, Ecce mysterium uobis dico. Omnes quidem dormiemus, id est, moriemur, non omnes autem, sed soli sancti immutabimur. Et scio quod in nonnullis codicibus scriptum sit: Non quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Sed considerandum, an ei, quod praemissum est, Omnes immutabimur, possit conuenire cum eo quod sequitur: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes immutabuntur, & hoc commune cum caeteris est, superfluum fuit dicere, Et nos immutabimur. Quamobrem ita legendum est: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur. Si enim in Adam omnes moriuntur, & in morte dormitio est, omnes ergo dormiemus, siue moriemur. Dormit autem iuxta idioma scripturarum, qui mortuus est spe resurrectionis futurae. Omnisque qui dormit, utique exurgitur, si tamen non uis mortis eum oppresserit, & mors somno fuerit copulata. Quumque omnes ita dormierint lege naturae, soli sancti & corpore, & anima in melius mutabuntur, ita ut incorruptio omnium resurgentium sit, gloria autem atque mutatio proprie sanctorum. Quodque sequitur iuxta Graecos, *ὅτι ἀπομύω, ὅτι ἐπιπύω*, siue *ὅτι ἕρπυζω ἀφθαλμῶς*, utrumque enim legitur, & nostri interpretati sunt, in momento, & in ictu, siue in motu oculi, idem Didymus ita explanauit, iuncta simul omnium resurrectione, rapiuntur obuiam Christo: sed hi, quos mors dissoluerit, quae praesens sermo significat. Quando enim dicit, in puncto temporis, & in motu oculi, atque momento, futuram omnium resurrectionem, cunctam primam, & secundam resurrectionem excludit fabulam, ut alij primi, alij nouissimi resurrecturi esse credantur. Atomus autem punctum temporis est, quod secari, & diuidi non potest. Vnde & Epicurus ex suis atomis mundum fruit & uniuersa conformat. Ictusque oculi, siue motus, qui Graece dicitur *ἕρπυζω*, tanta uelocitate transcurrit, ut penes sensum uidentis effugiat. Verum quia in plerisque codicibus pro *ἕρπυζω*, id est, ictu, uel motu, *ἐπιπύω* legitur, hoc sentire debemus, quod quomodo leuis pluma, uel stipula, aut tenuis siccumque folium, uento, flatuque raptatur, & de terra ad sublime transferitur: sic ad ictum oculi, & ad nutum Dei omnium mortuorum corpora mouebuntur, parata ad aduentum iudicij. Quodque iungit, & dicit: In nouissima tuba, canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, duplicem habet intelligentiam, ut clangor tubae, aut uocis indicet magnitudinem, iuxta illud quod scriptum est: Sicut tuba exalta uocem tuam, aut apertam omnium resurrectionem, iuxta illud, quod in euangelio legimus: Tu autem quando facis elemosynam, noli tuba canere ante te, hoc est, abscondite fac misericordiam, & in secreto, ne uidearis de alterius miseria gloriari. Quae rimus autem cur ad nouissimam tubam mortuos scripserit resurrecturos. Quando enim nouissima dicitur, utique aliae praecesserunt. In Apocalypsi Ioannis, septem describuntur Angeli cum tubis, & unoquoque clangente, primo uidelicet, secundo, & tertio, quarto, & quinto, & sexto, quid per singulos actum sit, indicatur. Nouissimo autem, id est, septimo claro tubae strepitu personante, mortui suscitantur, corpora, quae prius habuerant corruptibilia, incorrupta recipientes. Vnde post nouissimam tubam exponit Apostolus quid sequatur: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, nos autem immutabimur. Quando dicit, nos, alium se, & eos, qui secum sunt, praeter mortuos esse significat. Ad quod intelligendum, sunt qui dicant mortuos, qui resurgant incorrupti, esse corpora mortuorum: eos autem qui dicantur esse mutandi, animas debere accipi, quando in maiore gloria fuerint commutatae, & peruenerint in uirum perfectum, in mensura aetatis plenitudinis Christi. Alij uero asserunt, mortuos debere intelligi peccatores, qui resurgent incorrupti, ut possint aeterna sustinere supplicia: eos autem qui commutantur, esse sanctos, qui de uirtute in uirtutem, & de gloria transferuntur in gloriam. Vnde & ad incorruptionem mortuorum intulit: Oportet enim corruptium hoc, induere incorruptionem. Ad id autem, quod dixerat, Nos immutabimur, illud adiunxit, Et mortale hoc induet immortalitatem. Aliud est enim immortalitas, aliud incorruptio, si quod corruptiuum, statim & mortale. Corruptiuum quippe sunt corpora, quae carent anima, & tamen non sunt mortalia, quia nunquam habuere uitam, quae proprie animantium est. Vnde signanter Apostolus, corruptioni incorruptionem, & mortalitati immortalitatem, resurrectionis futuram tempore, copulauit.

Idem

Incorruptio communis omnium. Immutatio iustorum. Apollinarius Theodorum sequitur. Didymus in Origenis transit sententiam. 1. Cor. 15. g. Omnes dormiemus. Alia lectio, Non omnes dormiemus. 1. Cor. 15. g. Omnes dormiemus, legendum est. Dormire, mortis esse resurrectionis. Incorruptio omnium erit resurgentium. Immutatio sanctorum erit. *ἕρπυζω*, ictus, ut celi missi, seu fulminis, a *ἕρπυζω*, iacio. *ἕρπυζω*, momentu lancis huc, atque illuc inclinatis, a *ἕρπυζω*, uergo, propendo. 1. Corin. 15. g. Tuba clangor quid significet. Esa. 59. a. Matth. 6. a. Apocal. 8. b. 1. cor. 15. g. Mortui, mortuorum corpora. Eph. 4. c. Mortui, peccatores. 1. Cor. 15. g. Mutabile est corruptibile, sed non est diuerso. Corruptiuum, corpus carentis anima.

Acacius Casareus episcopus.

1. Corin. 15. g. Omnes dormiemus. Dormitio, mors omniu communis. 1. Corin. 15. c. Apoc. 8. b. Immutatio pro glorificatione. Incorruptio communis omnium.

1. Cor. 15. c.

Daniel. 12. a.

Non omnes dormiemus, secunda lectio, declaratur. Resurgere quid sit.

1. Thessal. 4. d.

2. Thessal. 2. a.

1. Thessal. 4. d.

2. Timo. 4. a.

Roman. 7. d.

2. Corin. 5. b.

Dormitio, peccatum post baptismum.

1. Corin. 11. g.

1. Corin. 15. b.

Acacius Casareus, quae prius turris Stratonis uocabatur, post Eusebiu Pamphili, episcopus, in quarto συλλεκτῶν ζητημάτων (id est, Collectiuarum quaestionum libro) proponēs sibi hanc eandem quaestionem, latius disputauit, & utrunq; suscipiens, quod inter se uideatur esse cōtrarium, post principium, quod omisimus, sic locutus est: Dicamus primum de eo, quod magis in plurimis codicibus inuenitur. Ecce mysterium dico uobis. Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur. Mysteriū dixit, ut attentos faceret auditores, de resurrectione plenius disserturus, Dormitio autem, mortem istam, quae communis est omnium, significat. Vnde rectissime posuit, quod omnes dormiamus, id est, moriamur, sicut supra dixit: Quomodo in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Quum ergo omnes morituri sint, audite sacramenta, quae dico. Omnes quidē moriemur, sed non omnes immutabimur. Canet enim tuba (haud dubiū quin Angelus septimus) & mortui resurgent incorrupti. Si autē incorrupti erunt mortui, quomodo non mutabuntur, quum incorruptio ipsa, mutatio sit: Sed hic commutatio, qua Paulus mutatus, & sancti sunt, glorificatio intelligitur. Incorruptio autem idcirco communis est omnium, quia in eo miserabiles erunt peccatores, ut ad tormenta perpetui sint, & non mortali, & corruptibili corpore dissoluantur. Legimus in eadem epistola, Apollolo differente, sacratam diuersitatem resurrectionis non in natura corporum, sed in uarietate gloriae, dū alij resurgūt ad poenas perpetuas, alij ad gloriam sempiternam. Alia enim caro uolatilium, alia piscium, alia iumentorum, & corpora caelestia, & corpora terrestria. Sic (inquit) erit & resurrectio mortuorū. Cui sententiā magis acquiescit ecclesia, ut omnes communi morte moriantur, & non omnes mutantur in gloriam, iuxta illud quod Daniel scribit: Multi dormientes in terrae puluere, resurgent, alij in gloriam aeternam, alij in confusionem, & opprobrium sempiternum. Qui enim resurgent in opprobriū, & confusionē sempiternam, non resurgent in aeternam gloriam, in quam Paulus, & qui cum eo sunt, mutabuntur. Quae quum ita se habeant, & sic intellecta sint à nobis, eorum tantum commutationem suscipere, qui resurgent in gloriam: peccatorum autem, & infidelium, qui mortui appellantur, & resurgent incorrupti, nequaquam commutationem, sed poenas perpetuas esse dicendas. Transeamus ad secundam lectionem, quae ita fertur in plerisque codicibus: Non quidē omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Ex qua nonnulli asserunt multos uiuos in corporibus reperiendos, & si non dormiant omnes, non omnes esse morituros: si autē non moriantur omnes, non omnes resurrecturos. Resurgere enim proprie dicitur, qui prius moriendo cecidit. Vnde Paulum uolunt scribere in prima ad Thessalonicenses epistola: Nos qui uiuimus, qui residui erimus in aduentu domini, non praueuiemus eos, qui dormiunt, quoniam ipse dominus in iussu, & uoce Archangelī, & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui in Christo, resurgent primum, deinde nos, qui uiuimus, qui residui fumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Et ex his dictis probare conantur Apostolum Paulum, & qui cum eo scribebant epistolam, putasse se non esse morituros, sed reperiendos in die consummationis in corpore. Quod si uerum est, errauit Paulus, & humana aestimatione deceptus est, ut arbitraretur se inueniendum in corpore, quod falsum esse, rerū exitus approbavit. Hoc intellexerant & ipsi Thessalonicenses, sacramenta sermonis mystici nescientes, & coniecturis uarijs fluctuabant, dicebantq;: Si Paulus inueniendus in corpore est, proximus est dies iudicij. Vnde corrigit eos, secundam epistolam scribens: Rogamus uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostri congregationem in ipsum, ut nō cito moueamini mente, nec terreamini, neq; per spiritū, neq; per uerbum, neq; per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi discessio uenerit primū, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se, tanquam sit Deus. Non meministis, quod quum apud uos essem adhuc, haec dicebam uobis: Quibus dictis, hoc agit, ut eos reuocet ab errore, ne putent diē appropinquare iudicij, & id quod scripserat: Nos, qui uiuimus &c. aliter intelligant, quam intelligi uoluit ipse, qui scripsit. Neq; enim fieri potest, ut, qui ad Timotheum scripserat: Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meae instat, putaret se in carne perpetuum, & nunquam esse moriturū, & de uita terrena statim ad regna caelestia transitorium, praesertim quum ad Romanos scribens, eadē dixerit: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ad Corinthios: Habitanes in corpore, peregrinamur à domino. Magis autem uolumus exire de corpore, & esse cum domino. Qui haec dicebat, nouerat utiq; se esse moriturū. Melius est igitur spiritualiter sentire, quod scriptum est, & dormitionem in praesenti loco, non mortem accipere, per quam anima à corpore separatur, sed peccatum post fidem, & offensam Dei, dormitionemq; post baptismū, de qua & ad Corinthios loquebatur: Et ideo inter uos multi infirmi sunt, & dormiunt plurimi. Et in alio loco: Ergo & qui dormierūt in Christo, perierūt, qui quum mortui sint,

sint, non sunt perpetua morte perituri, quia non in mortali crimine continentur, sed leui, modicoq; peccato. Quod & alius sanctus uitare cupiens, loquebatur: Ne forte obdormiā in morte. Est enim somnus peccati, qui ducit ad mortem, & est alia delicti dormitio, quae morte nō stringitur. Qui ergo uixerit ea uita, quae dicit: Ego sum uita (etenim uita nostra abscondita est cum Christo in Deo) & nunquam ab ea fuerit separatus, nec ad mortem usq; peccauerit, iste de uiuentibus, & semper uiuentibus esse dicitur, de quibus & saluator in euangelio Ioānis mystico sermone testatur: Qui credit in me, non morietur. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternum. Vnde & Apostolus, domini sui calcās uestigia, ea docuit discipulos, quae didicit à magistro: Omnes itaq; nō dormiemus. Qui enim omni custodia seruat cor suum, & ad Christi praecpta uigilat, mandatiq; eius memor est, dicētis: Vigilate, quia nescitis qua hora fur ueniet. Et in alio loco: Ne dederis somnum oculis tuis, & palpebris tuis dormitationem, ut saluus fias, quasi caprea de uinculis, & quasi auis de laqueis, iste non dormiet. Quum igitur quidam nō dormiant, qui semper in Christo uiuūt, & uigilant, sequitur, ut nequaquam omnes dormiant, & econtrario omnes immutentur, nō immutatione gloriae, quae proprie debetur sanctis, sed ea immutatione, qua corruptiuum hoc, incorruptiuū efficitur, ut uel poenas, uel praemia recipiat sempiterna. Quod & si dormierit aliquis in Christo, & negligentia somno obdormierit, debet audire quod scriptum est: Nunquid qui dormit, nō resurget? Qui uero non dormit, sed uigilat, & semper uiuūt in Christo, de uita ad uitam trāstet, siue rapietur in nubibus, ut semper cum domino sit. De istiusmodi dormiētibus Lazarus erat, de quo dominus ait: Lazarus amicus noster dormit. Et de hoc dormiēte dicebat ad Martham: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternum. Qui enim tota mente in Christo confidit, etiam si, ut homo lapsus, mortuus fuerit in peccato, fide sua uiuūt in perpetuum. Alioquin mors ista communis, & credentibus, & nō credentibus, debetur aequaliter, & omnes pariter resurrecturi sunt, alij in confusionem aeternam, alij ex eo quod credūt in sempiternam uitam. Et sic stare potest, ut qui credit in Christo, quomodo non moriatur, & etiā si mortuus fuerit, nō uiuit, uiuat in perpetuum. Quod iuxta corporalem mortem, excepto Enoch, & Elia, nulli contigisse, perspicuum est. Qui autem fidei magnitudine semper uiuunt in Christo, non dormient, neq; morientur, sed imitatores erunt uitae Apostolicae, qui absq; ulla culpa uixerūt in lege iusticiae, & ad fidem domini trāseuntes, credētesq; in eum, qui uita uocatur, & resurrectio, nūquam dormire, nunquam mortui sunt. Anima enim quae peccauerit, ipsa morietur. Sicut igitur anima, quae peccat, uiuēte corpore, mortua est, & eadem die, qua peccauerit, dormit in morte, dicente Ecclesiaste: Qui peccauerit, mortuus est extunc: sic anima, quae Christi praecpta seruaauerit, etiam si corpus mortuum fuerit, uiuet in aeternum. Hoc autem sciendū, quod magis cōueniat ueritati, ita legere: Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur, maxime quia sequitur: Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si enim omnes sunt immutandi, iuxta alteram lectionem, quomodo postea dicitur, quasi praecipuum, atq; priuatum, & proprie Apostolorum, & nos immutabimur? Quando autem dicit, Nos, sanctos quosq; significat.

Idem Hieronymus de eadem materia. Cap. XX.

Q Væritis (inquit) quomodo intelligendū sit illud, quod in prima ad Thessalonicenses epistola scribitur: Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini &c. usq;. Cum domino erimus. Super quo, quamuis superior Acacij disputatio plenius uentilarit, tamen dicendum est quid uideatur alijs, Theodoro uidelicet, Apollinario, & Diodoro, qui unam sequuntur sententiam, quorum Diodorus hæc scripsit. Residuos, atq; uiuentes, Paulus Apostolus uocat, non quod uelit intelligi & se, & alios resurrectionis tempore reperiendos, sed, Nos, dixit, pro eo quod est, iustos, de quorum & ego sum numero. Ipsi enim rapiuntur obuiam Christo, & non peccatores. Viuentes autem non iuxta tropologiam, sanctos accipimus, qui peccato non mortui sunt, sed omnes, quos in corpore adueniens Christus inuenit. Quodq; sequitur, Nō praueuiemus eos, qui dormierūt, nequaquam ad peccatores referre debemus. Neq; enim peccatores cum iustis rapiuntur obuiam Christo, sed eos, quos mors dissoluerit. Verum quid ista perquirō, & Apostolicis dictis calumniam facio, quū ipse manifestissime scribat: Qui residui sumus in aduentu domini? Qui sint autem residui, uerbis dicimus saluatoris: Sicut in diebus Noē ducebant uxores, & nubebant, & repente uenit diluuiū, & tulit omnes, sic erit aduentus filij hominis. Quibus sermonibus approbatur, in fine mundi multos uiuos, & adhuc in corporibus reperiendos. Sequitur: In iussu &c. Et hoc rursus saluator loquitur in euangelio: Media autem nocte spūsus uenit, qui utiq; uiuentes in corpore deprehendet, quando duo erunt in lectulo uno, unus assumeretur, & alius relinquetur, & duæ molentes, una assumetur, & alia relinquetur. Quibus dictis, ostenditur, medio noctis, securis omnibus, consummationem mundi esse uenturam. Origenes in tertio uolumine ὑπομνημάτων (id est, enarratoriorum, ab ὑπομνηματι, id est, enarro, sic enim uocat commentarios, in quibus explicat scripturam sacram) epistolae

Psal. 12. b. Sōmus, peccati. Ioan. 14. a. Col. 3. a. Ioan. 5. d. Ioan. 11. c. Prouer. 4. d. Matth. 24. d. Prouer. 6. a. Immutatio gloriae, solis debetur sanctis. 1. Cor. 15. g. Psal. 40. b. 1. Thes. 4. d. Ioan. 11. b. Ioan. 11. c. Dan. 12. a. Ioan. 14. a. Ioan. 11. c. Ezech. 18. a. Omnes dormiemus, legēdū est. 1. Cor. 15. g. 1. Thes. 4. d. Diodorus. Ibidem. Matth. 24. d. Matth. 25. a. Matth. 24. d. Origenes.

stolæ Pauli ad Thessalonicenses primæ, post multa, quæ uario, prudentiq; sermone differuit, hæc intulit, de quibus nulli dubiū est, & Acacium pleraq; libasse. Quid est ergo quod scribunt Thessalonicensibus, in uerbo Dei Paulus, & Syluanus, & Timotheus? Nos qui uiuimus &c. Qui sunt isti uiuentes, qui loquuntur talia? Vtiq; Paulus, nō ab hominibus, nec per homines Apostolus, & charissimus eius filius in fide Timotheus, & Syluanus, qui illis erat & affectione, & uirtutibus copulatus. Et hoc nō solum illi, sed quicumq; Pauli, & scientia, & conuersatione similis est, dicere potest: Nos qui uiuimus, quorum corpus mortuum est propter peccatū, spiritus autem uiuit propter iusticiam, & quorum mortificata sunt membra super terram, ita ut nequaquam concupiscat caro contra spiritum. Si enim adhuc desiderat caro, uiuit, & quia uiuit, desiderat, & non sunt mortificata membra illius super terram. Quod si mortificata sunt, nequaquam contra spiritum concupiscunt, quæ mortificatione sui huiusmodi desiderium perdidit. Sicut igitur qui uita caruere præsentis, & ad meliora translati sunt, magis uiuunt, deposito mortis corpore, & uitiorum omnium incentiuis, sic qui mortificationem Iesu in corpore suo circumferunt, nequaquam uiuunt iuxta carnem, sed iuxta spiritum, uiuunt in eo, qui uita est, & uiuit in eis Christus, de quo scriptum est: Viuens est sermo Dei, & efficax, qui est Dei uirtus, Deiq; sapientia. Viuunt enim in quibus uiuit uirtus Dei omni humana fragilitate deposita, & in quibus uiuit sapientia, quæ abscondita est in Deo, & in quibus operatur iusticia. Christus enim factus est nobis non solum iusticia ex Deo, sed & sapientia, & omne quod uirtus est. Et si quidē in præsentis loco se à dormientibus, & in Christo mortuis, qui hanc scribunt epistolam, separarent, uidebatur superflua annotatio, & ex uno loco assumptum testimonium, non ualeret. Nunc uero eodem sensu, quia & eodem spiritu, in prima ad Corinthios loquitur: Omnes nō dormiemus, omnes autem immutabimur, in momento &c. Hoc quod in præsentis loco scriptum est: In tuba Dei descēdet de cœlo, compara illi, quod ad Corinthios dicitur, In nouissima tuba, Canet enim tuba &c. Illi autē, quod ad Thessalonicenses legitur: Et mortui in Christo resurgent primi, hoc quod ad Corinthios scriptum est, & mortui resurgent incorrupti. Porro quod sequitur: Deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus, illi respondet: Et nos immutabimur, quorum utrunq; sic intelligi potest: Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non in morte, sed in uita præstolamur, quia de Israëlítico genere sumus, & electæ sunt de nobis reliquæ, de quibus dominus olim loquebatur: Dereliqui mihi septem milia uirorum, qui non curauerunt genu Baal. In Ioannis quoq; euangelio, uiuorum, & non uiuorū duplex ordo describitur: Omnis qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Si uiuos ita intelligimus (ut iam à nobis dictum est) dormientes, & in Christo mortuos, illos esse credamus, qui quum uelint in Christo uiuere, tamen peccato mortui sunt. Sin autem reliquæ, & electio secundum gratiam appellantur uiuentes, qui non ita credunt, nec de Israëlítica nobilitate generati sunt, dormientes, & mortui appellantur in Christo. Sunt qui hūc locum ita edisserant: Viui appellantur, qui nunquam peccato mortui sunt: qui autem peccauerunt, & in eo quod peccauerunt mortui sunt, & postea conuersi ad pœnitentiam, purgant antiqua delicta, mortui appellantur, quia peccauerunt, in Christo autem mortui: quia plena ad Deum mente conuersi sunt. Porro qui uiuunt, & habent testimonium fidei, & necdum receperunt promissionem Dei, qui & de alijs melius quiddam cogitant, ut non absq; his qui iusti sunt, coronentur, in eo habent beatitudinem, quod fruuntur bono conscientia, & uiuunt, & relicti sunt in aduentu domini saluatoris. Sed quia clemens est Deus, & uult saluare etiam eos qui dormierunt, & in Christo mortui sunt, non præuenient illos, neq; soli rapiuntur in nubibus, sed iuxta exemplum euangelicæ parabolæ, unum denarium, unamq; mercedē, & undecimæ horæ operarij, & primæ, qui in uinēā missi sunt, salutis precium accipient. Nec hoc alicui uideatur iniustum, ut dispar labor, unum præmium consequatur. Magna quippe diuersitas est eorum, qui post uulnera sunt sanati, & eorum qui nunquam uidentur mortis terrorem. De his puto dictum: Quis est homo qui uiuat, & nō uideat mortem? Redimet de morte animam suam. Neque enim (ut quidam putant) quis pro eo, quod est, nullus accipitur, sed quasi dixerit, quis putas, iuxta illud quod scriptum est: Quis sapiens, & intelliget hæc? Et in alio loco: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iterum: Quis cognouit sensum domini? Residui ergo erunt de credentibus pauci, qui aduentum domini uideant, secundum id quod Deus uerbum caro factum est, nequaquam in uilitate carnis, sed in gloria triumphantis. Et considerandum quomodo primum dormientes appellauerit, deinde in Christo mortuos, quos uiuentes præuenire non poterunt. Qui enim non custodierit hoc quod scriptum est: Ne dederis somnum oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitationem, ut saluus fias, sicut caprea de uinculis, & sicut auis de laqueis, dormiet, & culpabili sopore torpescet. Quomq; dormierit, transibit in mortē. Sicut enim mouetur, qui uigilat, sic qui dormit, iacet immotus, & mortis torpet similitudine. Quod autem dormitionem sequatur mors, & prima ad Corinthios epistola docere nos poterit, in qua ita scriptū est: Nūc autem Christus surrexit ex mortuis, primitiæ dormientium, quia per hominem mors, & per hominem

1. Thessal. 4. d.
Gal. 1. a.
Illic.
Roman. 9. b.
Col. 3. a.
Gal. 5. c.
2. Cor. 4. c.
Hebr. 4. c.
1. Cor. 2. b.
1. Cor. 1. d.
1. Cor. 15. g.
1. Thessal. 4. d.
1. Cor. 15. g.
5. Reg. 19. d. &
Roman. 11. a.
Ioan. 11. c.
Viui qui appellentur.
Mortui qui dicuntur.
Viui qui appellentur.
Mortui qui nō cupentur.
Matth. 20. b.
Psal. 89. g.
Psal. 106. d.
Psal. 14. a.
Roman. 11. d.
Ioan. 1. d.
Prouer. 6. a.
1. Cor. 15. e.

hominē resurrectio mortuorum. Et post paululum: Non omnes dormiemus, sed omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Quum ergo hæc de dormitione dicatur, & morte, & illud legamus in Apostolo: Surge qui dormis, & exurge de mortuis, & illuminabit te Christus, iurem domino, & uotum faciamus Deo Iacob, unusquisq; dicens in corde suo: Si ascendam super fratrum meum, si dero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inuentam locū domino, haud dubium, quin in anima sua tabernaculum Deo Iacob, ut Deus in illo æterna sede requiescat.

Idem Hieronymus in eadem epistola: Cap. XXI.

Sequitur: Quia ipse dominus in iussu, & reliqua. Descendet enim missus à patre, non diuersitate uirtutis, sed dispensatione iudicis, & descendet ad eos, qui deorsum sunt, uerbum Dei, & sapientia, & ueritas, atq; iustitia. Et quanquam mortui sint ad quos dignatur descendere, non tamen sunt ab eo alieni. Mortui enim uocantur in Christo. Qui autem uiuunt, hoc habent priuilegium, quod eligantur è pluribus. Attamen utrunque agmen, & mortuorum in Christo, & uiuentium, rapiuntur pariter in nubibus obuiam Christo, ut non eum expectent, donec ad terrena descendat, sed præsentia illius, & contubernio in sublimibus perfruantur. Quantaq; clementia Christi, ut pro salute nostra non solum caro factus sit, sed ad mortuos usque descendit, & in ipsa morte habeat signa uiuentium. Aqua enim, & sanguis de latere eius egressa sunt. Descendit igitur sermo diuinus uoce Archangeli præcedente, & preparante sibi uiam, in his, qui eius possunt ferre præsentiam. Quod, ut queamus intelligere, primi aduentus mysteria cognoscamus. Scriptum est de Ioanne, qui præcurator eius fuit, quod in eremo dixerit: Ego uox clamantis in deserto, & reliqua. Quid clamauit uox in deserto? Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ob quod præmium, quàm ue mercedem? Omnis uallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in uias planas, & uidebit omnis carol salutare Dei. Hoc autem ideo, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nunc autem nequaquam uox prophetæ in deserto erit, sed uox Archangeli parantis uias non in carnis humilitate ueniens, sed ei, qui est apud patrem uerbum, Deus. Et tūc quidem egrediebantur in desertum, ut audirent assumpti hominis præcursores, & uiderent arundinem uento agitatam, de qua factæ sunt tibiæ, & uocalis calamus, qui in ore puerorum dulci sonat modulamine, canentium in plateis, atq; dicentium: Cantauimus uobis, & non saltastis. Nunc autem in uoce Archangeli præcedentis dominum descendentem de cœlis, & in clarissima tuba, unusquisq; credentiū, uel ad prælium, uel ad sacerdotalia ministeria prouocantur. Legimus in Numerorum libro, sacratas Deo tubas, quæ ante hostias personent. Sin autem magna est uox Angeli, & tubæ, & Archangeli, quāto maior erit tubæ Dei, quæ parat uias primum dormientium, & mortuorū in Christo, deinde eorū, qui uiuunt, & residui sunt, & sermonis Dei præstolantur aduentū? Forsitan simplicis tubæ clangor, dormientibus, & mortuis in Christo necessarius est, uox autem Archangeli, & tubæ Dei, his qui uiuunt, & in præsentia Dei reseruantur. Videamus quid possit intelligi, & id quod sequitur: Simul cum illis rapiemur. Quo uerbo ostendi puto, subitum ad meliora transcensum, & idcirco raptum se uoluisse dicere, ut uelocitas transeuntis, sensum cogitantis excederet. Quod & in alio loco eiusdē uerbi proprietate signauit: Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio, Deus scit, raptum istiusmodi usq; ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit, quia raptus est in paradysum, & audiuit uerba ineffabilia, quæ nō licet homini loqui. Alij enim proficientes, & (ut ita dicam) gradientes, ad maiora crescebant, donec fierent iuxta id, quod scriptum est: Magni ualde nimis, & quosdam in cœlū assumptos legimus. Paulus autem uas electionis in tertiu cœlum raptus, ascendit, & idcirco audiuit uerba ineffabilia. Quomodo autem hi, qui rapiuntur in nubibus, rapiantur obuiam Christo, diligentius contemplandū est. Scimus nubes prophetas, quibus præcepit Deus, ne pluerent super Israël imbrem, quando impleuerunt mensuram patrum suorum, & facta est lex, & prophetæ, usq; ad Ioannem Baptistam. Et quia deus in ecclesia posuit primum Apostolos, secundum prophetas, non solum prophetas, sed & Apostoli nubes intelligendi sunt. Si quis igitur rapitur ad Christū, ascendit super nubes legis, & euangelij, super prophetas, & Apostolos, & assumptis alijs columbæ, eorumq; doctrina ad excelsa sublatus, accurrit, non deorsum, sed in aère, & spiritali intelligentia scripturarū. Occurrens autē in spiritualibus, & terrena dimittens, siue ille sit dormiens, siue in Christo mortuus, siue uiuēs, & in illius præsentiam reseruatus, semper cum illo erit, & perfruetur uerbo Dei, & sapientia, ueritate, atq; iustitia. Et in fine dicti capituli, hoc pacto concludit: Illud autem breuiter in fine commoneo, hoc, quod in latinis codicibus legitur: Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, in Græcis uoluminibus non haberi, sed uel, *Omnes*

ibidem g.
Eph. 5. d.
Psal. 131. a.
1. Thessal. 4. d.
Mortui in Christo.
Viuentium priuilegium.
Ioan. 19. f.
Ioan. 1. c.
Ioan. 1. b.
Matth. 11. b. &
Luc. 7. e.
Numeri 10. a.
1. Thessal. 4. d.
2. Cor. 12. a.
Gen. 26. c.
4. Reg. 2. b.
Esa. 5. b.
Matth. 23. d.
Matth. 11. b.
1. Cor. 12. d.
Nubes, prophetæ, & Apostoli.
Omnes resurgemus, non est in Græco.

Omnes dormiemus, non autem omnes immutabimur, uel, Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur, quorum quis sensus sit, supra diximus.

De eadem materia, idem Hieronymus alio in loco, & Augustinus.
Cap. XXII.

Hieronymus quoque ad Marcellam, hoc pacto scribit: Tertio interrogaueras, quod dicit Apostolus in aduentu domini saluatoris, rapti quosdam uiuentes obuiam in nubibus, ita ut non praeueniatur ab his, qui in Christo dormierunt, nisi nosse, utrum sic occurrant in corporibus, & non ante moriantur, quum & dominus noster mortuus sit, & Enoch, atque Elias, secundum Apocalypsim Ioannis morituri esse dicantur, ne scilicet ullus sit, qui non gustauerit mortem. Hoc ex ipsius loci contentia sciri potest, quod sancti, qui in aduentu saluatoris fuerint deprehensi in corpore, in istis corporibus occurrant eis: ita tamen, ut in gloriam, & corruptiuum, & mortale, gloria, & incorruptione, & immortalitate mutetur, ut qualia corpora surrectura sint, in talem substantiam etiam uiuorum corpora transformentur. Vnde dicit in alio loco Apostolus: Propter quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat mortale hoc a uita, ne scilicet, corpus ab anima deserat, sed, anima habitante in corpore, fiat inclytum, quod ante inglorium fuit. De Enoch autem & Elia, quos uenturos Apocalypsis refert, & esse morituros, non est istius temporis disputatio, quum omnis ille liber, aut spiritualiter intelligendus sit, ut nos existimamus, aut si carnalem interpretationem sequimur, Iudaicis fabulis acquiescendum sit, ut rursus aedificetur Hierusalem, & hostiae offerantur in templo, & spirituali cultu imminuto, carnales obtineant ceremoniae. Diuus autem Augustinus lib. de ciuitate Dei uigesimo, capite uigesimo, hoc pacto scribit: Sed hic Apostolus tacuit de resurrectione mortuorum. Ad eosdem autem scribens in epistola prima: Nolumus (inquit) ignorare uos fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & coeteri, qui spem non habent. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos uiuentes, qui reliqui sumus in aduentu domini, non praeueniemus eos qui ante dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu, & in uoce Archangelis, & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primo. Deinde nos uiuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Haec uerba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, quando ueniet dominus Christus, utique ad uiuos, & mortuos iudicandos, praclarissime ostendunt. Sed quae solet, utrum illi, quos hic uiuentes inuenturus est Christus, quorum personam in se, atque illos, qui tunc seculi uiuebant, transfigurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt. Neque enim dicendum est, fieri non posse, ut dum per aera in sublimis portantur in illo spacio, & moriantur, & reuiuiscant. Quod enim ait: Et ita semper cum domino erimus, non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum domino esse mansuros, quia neque ipse utique ibi manebit, quae ueniens, transiturus est. Venienti quippe ibitur obuiam, non manenti, sed ita cum domino erimus, id est, sic erimus semper habentes corpora sempiterna, ubicumque cum illo fuerimus. Ad hunc autem sensum, quo existimamus etiam illos, quos hic uiuos inuenturus est dominus, in ipso paruo spacio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos uidetur urgere, ubi dicit: In Christo omnes uiuificabuntur, quum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporum, dicat: Tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Quomodo igitur, quos uiuentes hic Christus inueniet, per immortalitatem in illo uiuificabuntur, & si non moriantur, quum uideamus propter hoc esse dictum, Tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur? Aut si recte non dicimus seminari, nisi ea corpora hominum, quae moriendo quomodo reuertuntur in terram, sicut se habet etiam illa, in transgressorem patrem generis humani, diuinitus prolata sententia: Terra es, & in terram ibis: fatendum est istos, quos nondum de corporibus egressos, quum ueniet Christus, inueniet, & in istis uerbis Apostoli, & illis de Genesi, non teneri, quoniam sursum in nubibus rapti, non utique feminantur, quia nec eunt in terram, nec redeunt, siue nullam prorsus experiantur mortem, siue paululum in aere moriantur. Sed aliud rursus occurrit, quod idem dixit Apostolus, quum de resurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: Omnes resurgemus, uel sicut alij codices habent: Omnes dormiemus. Quum ergo nec resurrectio fieri possit, nisi mors praecesserit, nec dormitionem possumus illo loco intelligere, nisi mortem, quomodo omnes, uel dormient, uel resurgent, si tam multi, quos in corpore inuenturus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur, Christo ueniente, uiuentes, etiam in obuiam rapiemur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox immortalia redituros, nullas in uerbis Apostoli patiemur angustias, siue ubi dicit: Tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur, siue ubi dicit: Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus,

mus, quia nec illi per immortalitatem uiuificabuntur, nisi quamlibet paulum, tamen ante moriantur, ac per hoc, & a resurrectione non erunt alieni, quam dormitio praecedit, quamuis breuissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile uideatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter, atque incorruptibiliter reuiuiscere, quum credamus, quod idem ipse Apostolus alibi apertissime dicit: In ictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fine duratura tanta facilitate, tamque inestimabili uelocitate redituri antiquissimorum cadauerum puluerem? Nec ab illa sententia, qua homini dictum est: Terra es, & in terram ibis, futuros illos esse sanctos arbitremur immunes, si eorum morientium in terra non recident corpora, sed sicut in ipso raptu morientur, ita & resurgent, dum feruntur in aera. In terram quippe ibis, id est, in hoc ibis amissa uita, quod eras antequam sumeres uitam, id est, hoc eris exanimatus, quod eras antequam esses animatus. Terrae quippe insufflauit Deus in faciem flatum uitae, quum factus esset homo in animam uiuam. Tanquam diceretur: Terra es animata, quod non eras, terra eris exanimis, sicut eras. Hoc sunt & antequam putrescant omnia corpora mortuorum, quod erunt & illa, si morientur, ubicumque moriantur, quum uita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quando ex uiuis hominibus terra erunt, quemadmodum ita in cinerem, quod sit cinis, ita in uetustatem, quod sit uetus, ita in testam, quod ex luto fit testa. Libro quoque unico de uera religione, capite 27. sic legit: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Resurget ergo pius populus, ut ueteris hominis sui reliquias transformet in nouum. Resurget autem impius populus, qui ab initio usque ad finem ueterem hominem gesserit, ut in secundam mortem praecipitur. Et epistola 146. ad Cōsentium: Ecce (inquit) mysterium uobis dico. Omnes quidem resurgemus (uel sicut Graeci codices habent:) Omnes quidem dormiemus, non tamen omnes immutabimur. Hanc mutationem utrum in deteriorius, an in melius intelligi uoluerit, inferiora demonstrant. In atomo (inquit) id est, in puncto temporis, quod diuidi non potest. In ictu oculi, hoc est, in summa celeritate. In nouissima tuba, hoc est, in nouissimo signo, quod dabit, ut ista compleatur. Canet enim tuba (inquit) & mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur. Ergo istam commutationem in melius sine dubitatione oportet intelligi, quia omnes, & iusti, & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut dominus in euangelio loquitur: Qui bene fecerunt, in resurrectionem uitae, qui male egerunt, in resurrectionem iudicij, iudicium appellans poenam sempiternam, sicut alio loco: Qui non credit (inquit) iam iudicatus est. Proinde illi, qui ad iudicium resurrecturi sunt, non commutabuntur in illam incorruptelam, quae nec doloris corruptionem pati potest. Illa namque fidelium est, atque sanctorum: isti uero perpetua corruptione cruciabantur, quia ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. Quid sibi ergo uult ista distinctio: Et mortui resurgent incorrupti, & nos commutabimur, nisi quia omnes incorrupti resurgent? Sed ex his etiam iusti immutabuntur in illam incorruptelam, cui omnino nulla possit nocere corruptio, ac per hoc qui in ea non commutabuntur, incorrupti quidem resurgent integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore poenarum, quum audierint: Ite male dicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Et libro unico de fide, & symbolo, capite octauo: Credimus (inquit) etiam inde uenturum conuenientissimo tempore, & iudicaturum uiuos, & mortuos, siue istis nominibus iusti, & peccatores significantur, siue quos tunc ante mortem nostram in terris inuenturus est, appellati sunt uiui: mortui uero, qui in eius aduentu resurrecturi sunt. Et libro unico de fide ad Petrum, capite tertio: De hominibus (inquit) quoque uiuis, ac mortuis iudicandis, hoc ait beatus Paulus: Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos, & mortuos. In cuius aduentu ab illo primi hominis corpore, quod Deus de terra plasmauit, usque ad omnium hominum corpora, quae animata quandoque uiuere coeperunt, ab illo resuscitabuntur, a quo operante creata sunt. Erit etiam iniquorum resurrectio, sed sine immutatione, quam solis fidelibus, & ex fide iuste uiuentibus daturus est Deus. Hoc est enim quod ait Apostolus Paulus: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Ostendens autem iustus diuino munere commutandos, ait: Et nos immutabimur. Habebunt ergo iniqui cum iustis resurrectionem carnis communem, immutationis tamen gratiam non habebunt, quae dabitur iustis, quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio, & ignobilitas, & infirmitas, in quibus seminantur, quae ob hoc morte non extinguentur, ut illud iuge tormentum corpori, atque animae sit mortis aeternae supplicium. Et libro unico de octo Dulcitijs quaestionibus: Interrogationi (inquit) tuae, qua quaeris utrum in aduentu domini mox credendum sit futurum esse iudicium, puto quod sufficiat fides symboli, qua confitemur Christum a patris dextera esse uenturum, ad uiuos, & mortuos iudicandos. Illi autem, de quibus dixit Apostolus, quum loqueretur de resurrectione mortuorum: Et nos uiuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur obuiam Christo in aera, & ita semper cum domino erimus, afferunt quidem aliquid quaestionis, sed propter seipsos, non propter istos. Nam & simul sunt etiam ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino non uideo, quum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus, Enoch scilicet, & Elia. Sed de uera quantum ad uerba beati Apostoli pertinet,

uidetur asserere quosdam in fine saeculi, adueniente domino, quum futura est resurrectio mortuorum, non mortuos, sed uiuos repertos, in illam immortalitatem, quae sanctis etiam ceteris datur, repente mutandos, & simul cum illis rapiendos, sicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi uisum est, quotiens de his uerbis uolui cogitare. Sed uellem hinc potius audire doctiores, ne illis etiam, qui putant aliquos, morte non praecedente, uiuificatos, ad uitam transituros perpetuam, dicere inueniatur Apostolus: Stulte, tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Nam & illud, quod in plerisque codicibus legitur: Omnes resurgemus, unde fieri poterit, nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors praecesserit, nulla est. Et quod nonnulli codices habent, Omnes dormiemus, multo facilius, & apertius id cogit intelligi, & si quid aliud tale in sanctis libris inueniatur, ad id uidetur impellere, ut nullos hominum existimemus immortalitate, nisi mors praecesserit, adepturos; Proinde ubi dixit Apostolus: Et nos uiuentes, qui reliqui sumus & c. usque, cum domino erimus, uellem de his uerbis (ut dixi) audire doctiores. Et si mihi potuerint haec ita exponi, ut in eis possit intelligi, omnes homines, qui uiuunt, uel post nos uicturi sunt, esse morituros, corrigere, quod hinc aliquando aliter sensi. Neque enim debemus esse indociles doctores, & certe melius homo corrigitur prauus, quam frangitur durus, cum his, quae descripsimus: ita nostra, uel aliorum exerceatur, uel erudiatur infirmitas, ut tamen in eis nulla uelut canonica constituat autoritas. Si autem in his uerbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri, & hoc eum intelligi uoluisse claruerit, quod uidentur ipsa uerba clamare, id est, quod futuri sint in fine saeculi, & secundo aduentu domini, qui non expolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, ut absorbeatur mortale a uita, huic sententiae proculdubio conueniet, quod in regula fidei consistemur, uenturum dominum, iudicaturum uiuos, & mortuos, ut non hic intelligamus uiuos, iustos, mortuos autem, iniustos, quamuis iudicandi sint, & iusti, & iniusti: sed uiuos, quos nondum exiisse, mortuos autem, quos iam exiisse de corporibus, aduentus eius inueniet. Quae si ita esse constiterit, illa uerba excutienda erunt, quomodo sic accipiamus. Tu quod seminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et illud: Omnes resurgemus, siue omnes dormiemus, ut non auerferentur huic sententiae, qua quidam credunt etiam cum suis corporibus in aeternum, non gustata morte, uicturi. Sed utriuslibet horum ueracior, & perspicacior intellectus inueniatur, quid ad causam pertinebit istorum, siue omnes debita morte plectantur, siue aliquibus ab hac exceptis conditione parcatur, quum tamen constet, non solum mortem animae, uerum etiam corporis sequuturam non fuisse, si peccatum non praecessisset, & gratiae mirabilioris uirtute iustos a morte ad aeternam beatitudinem reuiuiscere, quam in mortis experientiam non uenire.

Quo pacto Chrysostomus, Ambrosiusque, ac Hilarius, diuusque Thomas, legant & exponant antedicta Pauli uerba. Cap. XXIII.

Chrysostomus autem in homilia de resurrectione, hoc pacto scribit: In epistola (inquit) ad Corinthios, dicit Apostolus: Omnes quidem resurgemus, unusquisque autem in suo ordine. Quid autem est, quod hic dicitur? Hoc uidelicet quod Graecus, & Iudaeus, & haereticus, & omnis homo, qui uenit in hunc mundum, in hac nostra resurrectione erit, & hoc est, quod manifestat, dicens: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illa ultima tuba. Quia ergo communis est omnibus resurrectio, & pijs, & impijs, & bonis hominibus, ut ne putes iniustum quoddam fieri iudicium, neque dicas ad teipsum: Quidnam hoc est? Ego qui multo studio, & labore, & in miseria uixi, resurgo, & Graecus, & impius, & idolatra, & qui ignorat Christum, etiam ipse resurgit, & simili honore mecum fruatur. Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit: Siquidem induti, non nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorruptionem, & immortalitatem, ut inueniatur nudus? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad Deum destituimur. Et enim peccatorum quoque corpora incorruptibilia resurgunt, & immortalia: sed hic honor fomentum, & uaticum ipsis erunt suppliciorum, & ultionis. Incorruptibilia enim resurgunt, ut semper urantur. Nam quum ille ignis sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, quae & ipsa nunquam consumantur. Eapropter dicit: Siquidem & induti, non nudi inueniamur. Non enim hoc solum est quod quaeritur, ut resurgamus, & immortalitatem induamus: sed ut quum resurrexerimus, induti fuerimus immortalitate, non inueniamur nudi a gloria, fiduciaque erga Deum, neue igni illi tradamur, & ob hoc dicit: Siquidem & induti, nudi non inueniamur. Et Ambrosius in oratione de fide resurrectionis: Denique (inquit) Paulus ad uitam excitat quiescentem, dicens: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit tibi Christus. Ergo hic excitatur, ut uiuat, ut similis Pauli sit, ut possit dicere: Quia nos qui uiuimus, non praueuiemus eos, qui dormierunt. Non enim commune hunc uiuendi loquitur usum, spiritalis commercium, sed meritum resurgendi. Nam quum dixisset: Et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi, subiecit deinde: Et nos qui uiuimus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera. Vtque mortuus est Paulus, & passione uenerabili uitam corporis cum immor-

1. Cor. 15. d.
Omnes resurgemus.
Ibidem g.
Omnes dormiemus.

1. Thessal. 4. d.

2. Cor. 5. d.

Uiu, qui mortui in iudicio, qui dicuntur.

1. Cor. 15. d.
Ibidem g.

1. Cor. 15. c.

1. Cor. 15. g.
Omnes non dormiemus.

2. Cor. 5. d.

2. Cor. 5. d.

Ambrosius, Ephes. 5. d.

1. Thessal. 4. d.

tali gl

tali gloria commutauit. Num sefellit ergo, qui se uiuentem scripsit in nubibus obuiam Christo esse rapiendum? Hoc enim de Enoch legimus, aut Elia, sed & tu rapieris in spiritu. Ecce currus Eliae, ecce ignes, & si non uidentur, parantur, ut iustus ascendat, innocens transferatur, & tua uita mori nesciat. Denique Apostoli mori nescierunt. Vnde & dictum est: Amen, amen dico uobis, multi ex his aetatibus non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo. Viuit enim qui non habet quod moriatur in eo, qui non habet ex Aegypto calciamentum aliquod, ut uinculum, sed exiit illud priusquam corporis huius deponat officium. Non solus itaque Enoch uiuit, quia non solus est, rapietur & Paulus obuiam Christo. Viuunt etiam patriarchae. Neque enim aliter Deus Abraham, Deus Isaac, & deus Iacob, nisi mortui uiuerent, diceretur: Deus enim mortuorum non est, sed uiuentium. Viuemus & nos, si gesta, moresque maiorum, uoluerimus imitari. Et Hilarius in enarratione Psalmi 51. sic scribit: Sed & illud Apostoli: Si ita tamen legenti uidebitur, quia duplicem sensum significationem habet: Et nos, qui uiuimus, qui residui sumus, rapiemur cum nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus. Interceptio quidem corporis affert temporarium mortis occasum, sed lex constituta moriendi, legem non adimit resurgendi, quia decernenti legem, lex non affert necessitatem, neque sibi Deus ius uindicandi ademit, legem nobis decernendo moriendi. Mors autem in eos tantum, in quo decreta legitime est. Viuit autem Deo omnes, ex cuius lege sunt mortui. Neque mors, quae non nisi per legem decernentis inualuit, potest per se in his inualescere, ne per decernentem renouanda uita legem demutabilis sit lege uiuendi, quum decernendi potestas constituta ab exordio in Adam sub conditione decreti uita legis demutauerit legem moriendi. Viuunt itaque sancti quique fideles Deo. Nam quum se Deum eorum, qui mortui fuerant, id est, Abraham, Isaac, & Iacob esse dicat, & continuo testetur, non mortuorum se, sed uiuorum Deum esse, docet per id, eos, qui iudicio humanae opinionis mortui existimantur, sibi legem decernenti non mortuos esse, sed uiuos. Scribit autem diuus Thomas 4. Sententiarum libro, distinctione 43. ubi quaerit an mors futura sit terminus a quo, resurrectionis in omnibus. Ad quod respondens, uarias scribit fuisse hac de re opiniones, & securiorem, ac comuniorē esse opinionem, quod omnes morientur, & a morte resurgent. Quod tribus rationibus manifestum esse potest. Primo quidem, quia hoc diuinae iusticiae magis conuenit, quae humanam naturam pro peccato protoparentis morte damnauit, nempe ut omnes, qui ab illo per naturae actum originem ducerent, & peccati originalis infectione macularentur, morti omnes forent obnoxij. Deinde quoniam hoc magis diuinae quadrat scripturae, quae omnium futuram resurrectionem praedicat, quae proprie non est nisi illius, quod cecidit, ac dissolutum est. Demum ordini naturae magis concordat secundum quem illud, quod corruptum est, in suam non reuertitur nouitatem, nisi per corruptionem, quemadmodum usuuenit aceto. Siquidem acetum, uinum non fit, nisi corrumpatur acetum, & in humorem transeat uitis. Quum itaque natura humana ob peccatum protoparentum nostrorum morti sit obnoxia, ad immortalitatem redire nequit, nisi per mortem. Ad haec caeli motus est tanquam uita omnibus existentibus, quemadmodum cordis motus, totius corporis est uita. Vnde, quemadmodum cessante motu cordis, omnia mortificantur membra, itidem cessante caeli motu non potest quippiam in uita remanere, quae ex influentia illius motus proficiscitur, qualis est modo omnium mortalium uita. Quam ob rem ut ex hac uita demigrent, qui uicturi sunt motu caeli quiescere, necesse est. Quod autem scribitur in symbolo, dominum esse uenturum, ad iudicandum uiuos, & mortuos, illa mortuorum, ac uiuorum distinctio non est referenda ad iudicij tempus, quoniam tunc omnes uiuent, nec ad totum tempus praeteritum. Nam omnes iudicandi aliquo tempore uiui fuerunt, & aliquo tempore mortui, sed referenda est ad illud determinatum tempus, quando iudicij signa incipient apparere. Nec obstat quod ait Apostolus: Nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est a uita. Nam quaquam perfectum sanctorum desiderium esse nequit inane, attamen desiderium, quod est cum aliqua conditione, nempe si possibile sit, uanum esse potest, & tale est desiderium, quo, si possibile esset, tunica nostri corporis expoliari nollemus. Et quemadmodum sacrae literae resurrectionem praenunciant, itidem & corporum reformationem, dicente Paulo: Reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis eius: & idcirco ut omnes uere resurgant, & eorum corpora reformentur, ut omnes moriantur, necesse est. Et quemadmodum ob peccatum primi parentis mors introiuit in mundum, & corporum resolutio secundum diuinam iusticiam, dicente Paulo: Sicut per unum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, itidem ordo exigit naturae, ut non modo anima a corpore separetur, uerum etiam elementorum mixtio, quae ex caeli motu proficiscitur, atque conseruatur, & eo cessante, omnia mixta in pura resoluuntur elementa. Et quemadmodum ignis alia mixta in praeriacentem resoluat materiam, itidem ignis ille, qui mundi superficiem purgabit, poterit statim illorum corpora, qui uiui inueniuntur, in cinerem resoluere. Addendum est & praedictis, quod ignis ante faciem iudicis praecedet, iuxta illud Dauidicum: Ignis ante

4. Reg. 2. b.

Math. 16. d.
Viueret, qui dicuntur.

Luc. 20. f.

Hilarius, 1. Thessal. 4. d.

Luc. 20. f.

Thomas Aquinas.
Morituros omnes comunior, & securior opinio.

Uiu iudicandi sunt, & mortui.

2. Cor. 5. d.

Philip. 3. d.

Rom. 5. b.

Psal. 39. d.

n iij ipsum

Apoc. 1.4. ipsum præcedet. Nam mortuorum resurrectio ultimū præcedit iudicium, alioquin Christum uenientem non uideret omnis oculus. Antedictam autem resurrectionem mundi præcedet conflagratio. Nam post resurrectionem, sanctorū corpora erunt impassibilia, & cōsequenter per ignem illum purgari non poterunt, si quid in nonnullis fuerit purgandum. Quam ob rem illa conflagratio, quātum attinet ad suum initium, uerē iudicium præcedet, sicut & mortuorum resurrectio, dicente Paulo, quōd qui dormierūt, rapiētur in nubibus in aëra obuiam Christo, scilicet ad iudiciū uenienti. Communis præterea resurrectio, & corporum sanctorum glorificatio, citra omnem dubitationem simul erit. Nam sancti resurgentes, corpora habebūt gloriosa, dicente Paulo: Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Glorificatis autem sanctorum corporibus, suo pte modo tota renouabitur creatura, dicente Apostolo: Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quia ergo mūdi conflagratio, est dispositio ad antedictam renouationem, idcirco quantum ad mundi purgationem, iudicium præcedet: & sic omnes morientur, qui conflagrationis tempore inuenti fuerint. Illi autē uiui dicuntur reperiri, qui usq; ad illud tēpus conflagrationis uixerint. Ignis autem ille conflagrationis suapte natura, ac uirtute naturali, tum in bonos, tum in malos, qui uiui reperientur, aget, & illorum corpora in cinerem rediget. Sed quatenus est diuinæ instrumentum iusticiæ, nō eodem modo in illos aget. Siquidem mali per ignem cruciantur, boni uerō in quibus nihil reperiet purgandū, nullo dolore afficientur ab illo, quemadmodum nec pueri ignis ardorem senserūt in camino ardēti, ut dicitur Danielis tertio cap. Qui autem aliquid purgandum habuerint tempore conflagrationis, ocissimē purgabuntur, tum quōd pauca in illis ob terrores, & persecutiones præcedentes erunt purganda, tum quōd uiui, ac sponte pœnā illam sustinebūt. Nam eō plus pœna purgat, quō fuerit magis uoluntaria, tum quōd calor ille erit intensissimus, & propterea citissimē purgabit.

Quid draco mysticè significet.

Cap. XXIII.

Dracōnes, malitiosorum uita. **Iob 30. d.** **Hierem. 14. d.** **Perfectus non est, qui patiens non est.** **Cant. 2. d.** **Ezech. 2. c.** **2. Pet. 2. b.** **Phil. 2. b.** **Apoc. 2. d.** **Draco, diabolus.** **Ezech. 39. d.** **Iob 40. & 41.** **Psal. 73. c.** **Psal. 103. c.** **Apoc. 12. b.** **Psal. 73. c.** **Cassiodorus,**

DRaconum nomine, malitiosorum hominum uita signatur, ut diuus inquit Gregorius lib. 20. Moral. cap. 29. exponens illud Iob, Frater fui draconum, & socius struthionum: Draconum (inquit) nomine, malitiosorum hominum uita signatur, de quibus & per prophetam dicitur, Traxerunt uentum quasi dracones. Peruersi etenim quicq; uentum quasi dracones trahūt, quum malitiosa superbia inflantur. Electus itaq; sanctæ ecclesiæ populus, quia pacis suæ tempore intra se quosdam malitiosos patitur, dicat: Frater fui draconum. Nullus quippe est perfectus, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim æquanimitè aliena mala nō tolerat, ipse sibi per impatentiam testis est, quia ab omni plenitudine lōge distat. Sic nanq; iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace auro palea cum igne sociatur, ut quo ardeat palea, purgetur aurum. Hi ergo ueraciter boni sunt, qui in bonitate persistere inter malos possunt. Hinc etiam sponsi uoce sanctæ ecclesiæ dicitur: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielem dominus dicit: Fili hominis, increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Hinc Petrus uitam beati Loth glorificat, dicens: Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta cōuersatione eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui quotidie animā iusti iniquis operibus cruciabāt. Hinc Paulus discipulorum uitam glorificat, & glorificando confirmat, dicēs: In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continent. Hinc per Ioannem Angelus Pergami ecclesiæ attestatur, dicēs: Scio ubi habitas, ubi sedes est sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Draco quoq; est contraria potestas, id est, diabolus, ut diuus scribit Hieronymus, exponens illud Ezechielis, Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne &c. Draconem (inquit) iuxta anagogem, contrariam potestatem sæpe legimus. Vnde Pharao dicitur *drakon* (id est, dissipator) quōd à Deo separet, atq; seūgat, & Aegyptus, id est, Misraim, in tribulantes, & affligētes uertitur, eos uidelicet, quos sibi potuerit subiugare. Iste draco est præuaricator, de quo Iob plenissimē loquitur. Et in Psalmis scriptum est: Tu confregisti capita draconis, dedisti eum in escam populis Aethiopum. Et draco magnus ad comparisonem minorum draconum dicitur, de quibus canitur in Psalmo, Tu confregisti capita draconum in aquis. Et in alio loco: Draco iste, quem formasti ad illudendū ei. Et in Apocalypsi: Facta est pugna in cœlo, Michael, & Angeli eius bellabant cū dracone, & draco pugnat &c. Illud autem Psalmi, Contriuisti capita draconum in aquis, mysterium superioris miraculi decenter exponit, quia illa præfiguratio transitus maris rubri, aquas sancti baptismatis indicabat, ubi capita draconum, id est, spirituum immūdorū, perducuntur ad nihilum, quando animas, quas illi peccatorum fordibus inquinant, fons salutaris emundat. Deinde quum superius dixerit plurali numero, capita draconum, significare uolens nequitias spirituales, modo singulari numero ponit draconem, dicens: Tu confregisti capita draconis, ut ipsum sathanam indicare uideatur, qui quanto

quanto fortior, tanto nequior. Contractum est caput eius, quando superbia ipsius de cœlo deiecta est, & naturam claritatē retinere non meruit, qui se uoluntaria obscuritate maculauit. Et diuus Augustinus: Draconum capita, dæmoniorum superbias, à quibus gentes possidebāt, cōtriuisti super aquam, quia eos, quos possidebant, tu per baptismum liberaisti. Illi dracones habent principem suum, & ipse primus est magnus draco. Tu confregisti (inquit) caput draconis, id est, diaboli. Tu confregisti caput draconis, id est, initium peccati. Caput illud est, quod accepit maledictum, ut semen Euæ obseruaret caput serpētis. Admonita est enim ecclesia, initium peccati deuitare, id est, superbiam. Contractum est ergo caput draconis, cōtracta est superbia diabolica. Et in alio Psalmo scriptum est: Et conculcabis leonem, & draconem. Leo dicitur diabolus, dū persequitur innocentes: draco, quum negligentes impia uoracitate deglutit. Et sunt uerba Dei ad ecclesiam. Et Augustinus: Leo sauiū apertē, draco occultē insidiatur. Vtranq; uim, & potestātē habet diabolus. Quando martyres occidebantur, leo erat sauiēs, quando hæretici insidiantur, draco est surrepens. Probemus quia leo erat, quando apertē sauiēbat. Exhortans martyres Petrus, ait: Nescitis quia aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens, circuit quærens quem deuoret? Draco insidiatur per hæreticos. Tales timens Paulus, ne ab illis corrumpetur ecclesia à uirginitate fidei, quam gestabat in corde, ait: Despōsauī enim uos unū uiro, uirginē castam exhibere Christo, & timeo, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita & mentes uestre corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Uirginitatem corporis pauca fœminæ habent in ecclesia, sed uirginitatem cordis omnes fideles habēt. In ipsa fide uirginitatem cordis timebat corrumpi à diabolo, quam, qui perdidit, sine causa sunt uirgines corpore. Corrupta corde, quid seruat in corpore? Ideo mulier catholica præcedit uirginem hæreticam. Illa enim non est uirgo in corpore, ista mulier facta est in corde, & mulier non à marito Deo, sed à serpente. Et alio in loco scriptum est: Draco iste, quē formasti ad illudendū ei. Hic apertē diabolū significat, qui uerē draco dicitur, propter uenenum, quod Euæ primæ mulieri pestiferis suasionibus inspirauit. Iste creatus bonus est, sicut in Genesi legitur: Fecit Deus omnia ualde bona. Sed postq; sua uolūtate peccauit, à Deo ita formatus est, ut ei illuderetur ab Angelis, quando propter execrabilem peruersitatem natua dignitate priuatus est. Sic enim dixit dominus in libro Iob: Non est quicquam simile ei factum super terram. Ad illudendū ei ab Angelis meis. Illuditur enim ei ab Angelis Dei, siue per iustissimas increpationes, ut qui creatus est ad obsequiū domini, fœdis uideatur peruersitatibus implicari. Siue magis illuditur, quando ei animæ consentit, imperio superno de perniciofa potestate tollitur. Illuditur etiam & à fidelibus uiris, dum incentiua uitiorum eius detestabilis horrore refugiant. Audis draconem, sed non omnino timeas atrocem. Sic enim formatus est, ut ei beneficio domini, & ab ipsis quoq; hominibus possit illudi. Inuoca qui illum calcet, & incipis non timere qui deuorat. Scriptum est enim: Et conculcabis leonem, & draconē. Et diuus Augustinus in enarratione antedicti Psalmi: Nostis (inquit) inimicum ecclesiæ, quendam draconem, nō uidistis oculis carnis, sed uidetis oculis fidei. Ipse est qui leo dicitur, de illo scriptura dicit: Conculcabis leonem, & draconem. Subditus est ille capiti tuo, subdetur & corpori eius, hæreant tantum membra capiti suo, & membra eius sint. Dicitur est ecclesiæ: Ipsa tuum obseruabit caput, & tu eius calcaneum. Caput serpentis, est prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem nescio quid illicitum, noli ibi tenere mentem tuam, noli consentire. Caput calca, id est, ipsam suggestionem contemne. Ille autem diabolus calcaneum tuum obseruat, id est, lapsum tuum à uia Dei. Si enim lapsus fueris, cades: si cecideris, possidebit. Vt autē non cadas, noli exire de uia. Angustam tibi semitam strauit Deus, quicquid extra illam est, lubricum est. Hic ergo draco, antiquus hostis noster, ira feruidus, insidijs astutus, in mari magno est. Draco hic, quē finxisti ad illudendū ei. Iam tu illude draconi. Ad hoc enim hic factus est draco. Ipse cadēs peccato suo de sublimi habitatione cœlorum, & ex Angelo factus est diabolus, accepit quendam locū suum in hoc mari magno, & spaciofo. Regnū eius quod putas, carcer eius est. Obserua igitur caput eius à timore sæculi, & à cupiditate sæculi. Hinc em suggestit aliquid, aut unde times, aut unde cupis, aut amorem tuum tentat, aut timorem. Tu si timueris gehennam, si amaueris regnum Dei, obseruabis caput eius. Euitato capite, securus eris, nec ille lapsum tuum tenebit, nec de tua ruina gaudebit. Draco hic, quē finxisti ad illudendū ei, id est, ut illudatur ei ab Angelis, iuxta illud Iob: Non est quicq; simile illi factū super terram, ad illudendū ei ab Angelis meis. Sunt Angeli, qui illudant draconi, ne tibi noceat. Præpositi enim sunt Angeli cœlorum super potestates aëreas, & inde procedit uerbum, quod hic fit. Intuentur enim legem fixam, legem æternam, iubentes sine scriptura, sine syllabis, sine strepitu fixam semper, & stantem intuentur Angeli corde mundo, & ex illa faciunt, quicquid hic fit, & potestates ex illa ordinātur à summis, usq; ad ima. Draconi dictū est: Terram manducabis cunctis diebus uitæ tuæ. Audisti cibum draconis. Cibum serpentis esse non uis, noli esse terra, id est, noli terrena sapere. Audi Apostolum, ut non sis terra: Si confurrexistis (inquit) cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est, in dextera Dei sedens, quæ sursum

Augustinus.

Gen. 3. c.

Psal. 90. c.

Augustinus. Draco, diabolus occultē insidiatur.

1. Pet. 5. b.

2. Cor. 11. a.

Psal. 103. d. Cassiodorus. Gen. 1. d.

Iob 41. d.

Psal. 90. c.

Psal. 90. c.

Gen. 3. c. Caput, prima suggestio. Calcaneus, laesus.

Iob 41. d.

Gen. 3. c. Col. 3. a.

sursum sunt, sapite, non quæ super terram.

Quid drachma mysticè significet.

Cap. XXV.

Origenes.
Luc. 15. b.

DRACHMA, est imago Dei in nobis (ut inquit Origenes hom. 14. super Genesim:) Mulier (inquit) illa, quæ perdidit drachmam, non inuenit extrinsecus, sed in domo sua, posteaq; accendit lucernam, & mundauit domum foridibus, & immundicijs, quas longi temporis ignauia, & hebetudo congefferat, & ibi inuenit drachmam. Et tu ergo si accendas lucernam, si adhibeas tibi illuminationem spiritus sancti, & in lumine eius uideas lumē, inuenies intra te drachmam. Intra te nanc; est collocata imago regis cœlestis. Quum enim faceret hominem ex initio Deus, ad imaginem, & similitudinem suam fecit eum, & hanc imaginem non extrinsecus, sed intra eū collocauit. Hæc in te uideri nō poterat, donec domus tua foridida erat, immundicijs, & rudibus repleta. Iste fons scientiæ intra te erat situs, sed non poterat plueri, quia Philistini repleuerant eum terra, & fecerant in te imaginem terreni. Sed tu portasti quidem tunc imaginem terreni. Nunc uero his auditis, ab illa omni mole, & oppressione terrena per uerbū Dei purgatus, imaginem cœlestis in te splendescere facito. Hæc ergo imago est, de qua dicebat pater ad filium: Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinem nostram. Filius Dei est pictor huius imaginis. Et quia talis, ac tantus est pictor, imago eius obscurari per incuriā potest, deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago Dei in te, licet tu tibi ipse superducas imaginem terreni. Istam picturam tu tibi ipse depingis. Quum enim te libido fuscauerit, induxisti unum colorem terrenū. Si uero & auariciæ studeas, miscuisti & alium. Sed & quum te ira sanguineum facit, addis nihilominus & tertium colorem. Superbiæ quoq; alius additur fucus, & impietatis alius. Et sic per singulas quasq; malitias, uelut diuersis coloribus congregatis, hanc imaginem terreni, quam Deus in te non fecit, tu tibi ipse depingis. Propterea ergo deprecandus est nobis ille, qui dicit per prophetā: Ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua. Et quum deleuerit omnes istos inter colores, qui ex fucis malitiæ sumpti sunt, tūc resplendet in te imago illa, quæ à Deo creata est. Vides quomodo diuinæ scripturæ formas inducunt, & figuras, quibus ad agnitionem, uel purgationem sui anima doceatur. Vis adhuc & aliam uidere formam huius imaginis? Sūt quædam literæ, quas Deus scribit, quædam literæ, quas nos scribimus. Peccati nos scribimus. Audi Apostolum dicentem: Delens (inquit) quod aduersum nos erat chirographum in decretis, quod erat cōtrarium nobis, tulit illud de medio, affigens illud cruci suæ. Istud quidem quod dicit chirographum, peccatorum nostrorū cautio fuit. Vnusquisq; etenim nostrū in his, quæ deliquit, efficitur debitor, & peccati sui literas scribit, quia & in iudicio Dei, quod Daniel cōfēdisse describit, libros dicit apertos, sine dubio, qui peccata hominum continerent. Hos ergo ipsi nobis scribimus, per ea, quæ nos delinquimus. Huius enim rei & illa imago est, quæ in Euangelio dicitur de uillico iniquitatis, qui ad unumquēq; debitorum dicit: Accipe literas tuas, & sedēs scribe octoginta, & cœtera, quæ referuntur. Vides ergo, quia unicuiq; dicitur: Accipe literas tuas. Vnde cōstat nostras esse literas peccati, literas autem iusticiæ Deus scribit. Ita enim dicit Apostolus: Vos enim estis epistola scripta, nō atramento, sed spiritu Dei uiui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Habes ergo in te literas Dei, & literas spiritus sancti: si uero delinquas, ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed uide, quia quum semel accessisti ad crucem Christi, & ad gratiam baptismi, chirographum tuum cruci affixum, & in fonte baptismi deletum est. Non rescribas ultra, quæ deleta sunt, nec repares, quæ abolita sunt, solas in te serua literas Dei, sola in te pmaneat scriptura spiritus sancti. Et diuus Hieronymus de duobus filijs frugi, & luxurioso: Subiungit (inquit) & mulieris personam, arguens Iudæos, docens autem ecclesiam, & hominem, quasi erraticam ouem diligens pastor inquirat, quem hominem drachmam nominat propter monetæ regalis similitudinem, figuratim in drachma, quæ pecuniæ genus est, quod illi tanq; nummo, imago, & inscriptio regis cœlestis insculpta sit. Quærit ergo eam drachmam mulier, accensa lucerna, & mundata domo, inuenit, hoc est, homo illuminatus uerbo, & misericordia Dei, gloriā naturæ suæ, in qua ad imaginē creatoris sui factus est, quam obscurata peccatis domo cordis, in tenebris cordis amiserat, emendatis sensibus reperit, & gaudio gaudet, quod omnem immundiciam interioris aulæ, studijs disciplinæ specialis absterferit, & cōtractas animæ, de rebus, & curis sæcularibus, sordes, orationibus, & increpationibus expurgatas, excusserit. Et diuus Ambrosius in epistola ad Iustum: Est (inquit) dimidium didrachmi, drachma. Redemptio autem animæ fides. Fides ergo drachma, quam illa mulier in Euangelio (ut legimus) amissam diligenter requirit, lucernam accendens, & mundans domum suā, & si inuenit, cōuocat amicas, & uicinas, petens congratulari eas secū, q; inuenit drachmā, quā perdidit. Magnū em dānum animæ, si quis fidē amiserit, uel gratiā, quā fidei precio acquisiuit sibi. Et tu ergo accēde lucernā tuā. Lucerna tua, oculus tuus est, ille interior oculus scilicet mentis. Istam lucernā accēde, quæ accipit oleū spirituale, & lucet in tota domo sua. Quære drachmam, redemp

Drachma, imago Dei in homine.

Gen. 1. d.
1. Cor. 15. f.

Gen. 1. d.

Esa. 44. d.

Col. 2. c.

Daniel. 7. c.

Luc. 16. a.

2. Cor. 3. a.

Hieronymus.

Luc. 15. c.

Luc. 15. a.

Drachma, monetæ genus.

Luc. 15. b.

Ambrosius.

Luc. 15. b.

Drachma, fides

Lucerna, oculus interior mentis.

redemptionem animæ tuæ, quam, qui amiserit, turbatur: qui inuenit, exultat. Est & redemptio animæ misericordia. Redemptio enim animæ hominis, diuitiæ eius sunt, quibus utiq; fit misericordia, quæ sumpta, pauperes iuuat. Fides igitur gratia, gratia misericordia, misericordia redemptio est animæ, quæ drachma, hoc est, integro precio summæ plenioris expenditur. Sic enim scriptum est, dicente domino ad Moysen: Quod si acceperis computationem filiorum Israël in uisitatione ipsorum, & dabunt singuli redemptionem animæ suæ domino, & non erit in his ruina in uisitatione eorum. Et hoc est, quod dabunt, quotquot perambulant uisitationem, didrachmi dimidiam partem, quod est secundum didrachmum sanctum. Viginti oboli didrachmum. Dimidia autem pars didrachmi illatio domino. Omnis qui intrauerit uisitare à uiginti annis, & supra, dabūt illationem domino. Qui diues est, non adiiciet: & qui pauper est, nō minorabitur à dimidia parte didrachmi, quum ceperint dare oblationem domino, & exorare pro animabus suis. Et accipies pecuniā illationis à filijs Israël, & dabis illam in opus tabernaculi testimonij, & erit filijs Israël legitimum memoriale in conspectu domini, & orate pro animabus uestris. Ita ergo deerat uel diues, qui plus offerret, uel pauper, qui minus haberet, si in pecunia dimidium didrachmum istud non in uirtute esset. Vnde aduertendum, quod non materialis ista, sed intelligibilis drachma sit, quæ ex æquo ab omnibus, conferenda existimabatur. Et infra: Potest autem & drachma pro ueteri testamento accipi, didrachmum pro utriusq; testamenti precio, quia secundū legem, unusquisq; per legem redimebatur. Qui autem secundū Euangelium redimitur, soluit drachmam secundum legem, sanguine redimitur Christi, secundū gratiā, geminam habens redemptionem, & deuotionis, & sanguinis. Nec enim fides sola ad perfectionem satis est, nisi etiam baptismatis adipiscatur gratiā, & sanguinem Christi, redēptus, accipiat. Bona ergo drachma, quæ Deo soluitur. Nō est drachma denarius, sed diuersum est. Deniq; in denario imago Cæsaris est, in drachma, imago Dei. Quia unius est Dei, ad imitationem ipsius, ab uno incipit, & in infinitum diffunditur. Et iterum de infinito numero in unum, quasi in finē omnia reuertitur. Quia Deus & principium, & finis omnium est. Vnde nec numerum monada, sed elementum numeri, quibus ea cura est, appellauerūt. Et hoc propterea diximus, quia scriptum est: Ego sum α & ω, primus, & nouissimus: Et audi Israël: Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et tu ergo ad similitudinem domini, unus esto, atq; idem. Nō hodie sobrius, cras ebriosus, hodie pacificus, crastina die litigiosus, hodie frugi, crastina die incontinens. Mutatur enim unusquisq; morū uarietate, & fit alter, in quo nō agnoscitur quod fuit, & incipit esse quod non fuit, sui degener. Graue est enim mutari in peius, sed esto sicut imago in drachma immutabilis, eundem habitum seruans. Quotidie uidens drachmam, attēde imaginem, hoc est, uidēs legem, attēde in lege imaginem Dei Christum. Quia ipse imago Dei inuisibilis, & incorruptibilis, luceat tibi, uelut in speculo legis. Confitere eum in lege, ut eum in Euangelio recognoscas. Si cognouisti in mandatis, recognoscis in operibus.

Quid duodenarius numerus.

Cap. XXVI.

DVODENARIUS numerus plenæ, consummataq; uirtutis est, ut diuus inquit Hieronymus, exponens illud Ezechielis, Et factū est in undecimo anno. Vnde & duodecim sunt filij Iacob, quibus postea duodecim nomina prophetarū, uno uolumine continentur. Et Apostoli duodecim sunt, quorum quia unus Iudas proditor fuit, in locū eius Matthias eligitur. Et archifsynagoga filia annorū duodecim à domino suscitata. Hæmorrhosa quoq; āno duodecimo recipit sanitatē. Vnde & cap. 32. Et factum est (inquit) in duodecimo anno, in mēse duodecimo &c. Et diuus Gregorius lib. Mor. 10. cap. 30. citans illud Euāgelicum: Vos, qui sequuti estis me &c. sedebitis & uos super duodecim sedes, hoc modo scribit: Neq; enim plusquam duodecim iudices illa interni confessus curia non habebit: Sed nimirū duodenario numero quantitas uniuersitatis exprimitur, quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmē iudiciariæ potestatis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice ueniat, qui nūc consyderatione iudicij, sese spontanea paupertate caltigat. Et Orig. hom. 13. super Leuiticū, exponens illud, Et sumetis similaginé, & facietis de ea duodecim panes: Duodecim (inquit) panes ex ista simila fieri mandātur, secundū numerum tribuū, quæ tunc erant carnalis Israël. In quo mihi uidetur forma totius creaturæ rationalis cōtineri. Duodecim nanc; putantur esse generales ordines rationalis creaturæ, quorū figura erat in illis duodecim tribubus, in quibus erat unus quidā ordo regalis, qui Iudas nominatur, alius erat ordo sacerdotalis, & Leui appellatur. Erat & alius ordo Iudæ uicinus, qui Beniamin dicitur, in quo ordine & templum Dei, & altare collocatum est. Alius ordo Isachar, Zabulon, & Effren, aliq; quos nominatim designat scriptura diuina, quorū rationē, nō est nūc tēporis, explicare. Hæc ille. Et in Apoc. legitur: Ex tribu Iudæ, duodecim milia signati. In quo eminentes in diuinis laudibus per Iudā, qui sonat cōfitens, siue laudās, significātur, eminentes in contēplatione, per Rubē, q; uisio nis filiū sonat, eminentes in bello cōtra dæmones, per Gad, q; accinctū sonat, eminentes in sentiēdo diuinæ

Redemptio anime misericordia, misericordia.

Prou. 13. b.

Exod. 30.

drachma, uetus instrumentum. Didrachmum, utriusq; testamentum.

Drachma, non est denarius.

Apoc. 1. a.

Apoc. 1. a.
Deut. 6. a.

Hieronymus.
Ezech. 31. a.
Gen. 35. d.
Luc. 6. c.
Mar. 5. c.

Gregorius.

Origenes.
Leuit. 24. a.

Apoc. 7. b.

diuinæ beatitudinis dulcedinē per Aser, qui beatus dicitur. Eminentes autem in operibus pietatis per Neptalim, qui latitudinē sonat (ut aiunt) eminentes in obediētia diuini sermonis per Simeonem, qui audientem, siue obedientem sonat, eminentes in ambulando de uirtute in uirtutem, per Leui, quem additū sonare dicunt, & eminentes in contemplatione mercedis retributionis æternæ per Isacar, qui mercedem sonat, eminentes in præparando suæ mētis habitaculum domino, qui dicunt: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, per Zabulon, qui habitaculum significat, & eminentes in charitate, siue in profectu charitatis, quorum charitas magis, ac magis abundat, per Ioseph, qui addentē sonat, demum eminentes in imitatione Dei, tanq̄ filij charissimi, & huius rei gratia adoptione filij Dei, per Beniamin, qui filium dexteræ sonat. Vel per tribū Iuda, intelliguntur qui peccata sua confitentur, & nihil penitus ob pudorem omittunt. Et per tribū Ruben, intelliguntur corde contriti, qui lachrymis cor suum mundant, ut Deum uidere possent. Vel qui curam omnem adhibuerunt, ut filium suū uiderent, hoc est, peccatū, quod ab eis perpetrātū est, ut de illo conterantur. Et per tribū Gad, hi qui succincti sunt, ac parati, ut dignos faciāt pœnitentiæ fructus, & pœnitentiā peragāt, sibi pro peccatis iniūctam. Et per tribū Aser, q̄ rectā habēt fidē, sine qua Deo placere nō possunt, per quā & beatitudinē consequuntur. Et per tribū Naphtalim, spe gaudētes, qui per meditationem habitāt in domo dñi. Per tribū autem Manasse, radicati in charitate, per quā, quæ retro sunt obliuiscētes, in anteriora se extendunt. Per tribum uero Simeon, qui, quoniam sunt ex Deo, uerbum Dei quā libentissimē audiunt, & aure corporis, & aure cordis, qui audiunt, quid loquatur in eis dominus. Per tribum autem Leui, qui proximis charitate iunguntur, & uero copulantur amore, qui non diligūt uerbo, neq̄ lingua duntaxat, sed opere, & ueritate. Nam Leui propriē, copulationem sonat. Per tribum autem Isacar, qui inclināt cor suum ad faciendū iustificationes Dei, propter retributionē. Per tribum Zabulon, significantur hi, qui sunt Dei habitaculum, in quibus spiritus sanctus requiescit. Per tribum autem Ioseph, intelliguntur hi, qui eunt de uirtute in uirtutem, & nō modo cōmunia præcepta custodiunt, sed & consilia. Demum per tribum Beniamin, intelliguntur hi, qui perseverant usq̄ in finem, ut salui sint, & filij sint dexteræ, id est, æternæ felicitatis, quæ non datur, nisi perseverantibus.

Quid ebrietas mysticē significet.

Cap. XXVII.

Ebrietas in scripturis diuinis in bono plerūq̄ ponitur, in scripturis autem sæcularibus, uel cōmunibus fabulis, ebrietas in bona parte penitus non habetur (ut inquit Cassiodorus Psal. 22. Et poculum tuum inebrians, quā præclarum est: Nonum (inquit) munus, est sanguinis domini, quod sic inebriat, ut mentem fanet, à delictis prohibens, non ad peccata perducens. Hæc uinolentia sobrios reddit, hæc plenitudo, malis euacuat. Et qui illo poculo non fuerit repletus, æterna reditur egestate ieiunus. Quā præclarum est (inquit) utiq̄, quum talia conferat, ut ad cœlorum regna perducatur. De quo poculo in Euangelio dicitur: Qui biberit ex aqua, quam ego do, non sitiet unq̄, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternā. Ebrietas felix, satietas salutaris, quæ, quāto copiosius sumitur, tanto sobrietatē mētibus donare dignatur (ut inquit Cassiodorus) de qua ebrietate & alio loco dicitur: Visitasti terram, id est, genus humanum, & inebriasti eam, id est, satiasti, & refecisti in tuo aduentu. Et diuus Amb. lib. de Noë, & arca, cap. 29. exponens illud Genesios, Et bibit de uino, & inebriatus est: Nō dixit (inquit) uinum bibit, nec iustus uinum ebibit, sed de uino, hoc est, de eius portione libauit. Ebriosi est, omne absorbere uinū, & intemperātis, euacuare quod sumpsit. Continentia autē utendī, mēsurā legitima est. Ebrietatis itaq̄ species gemina est. Una, quæ titubationē corpori afferat, atq̄ eius supplantet uestigia, sensumq̄ perturbet. Altera, quæ mentem uirtutis uaporet gratia, & omnem infirmitatē uideatur auertere. Vnde Apostolus ait: Vino modico utere, propter frequentes tuas infirmitates. Sicut enim isto bibendī moderamine, uinum non infirmitati est, sed salutē, atq̄ omnem infirmitatem alleuat corporis, ita etiam ebrietas illa præclara, omnem infirmitatem carnis excludit, de qua scriptum est: Et poculum inebrians, quā præclarum est. Quæ sit ista ebrietas? Inebriamini (inquit) non uino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, Apostolus dixit. Et secundū literam igitur cautio est, & secundū sapientis altiore sensum, laudatio est. Cautus est, qui & si nudatur, in domo tamen nudatur sua, ubi operimenta nō desint, & quædam tegmina ebrietatis, ut uitia sua norit abscondere. Corporalia igitur nudū corpus tegūt, ut parietes, & tecta, animæ autem quæ sint operimenta, uideamus. Sed tūc operimenta reperimus, si enudationē eius discutimus. Gemina autem nudatio sapientis. Gemino igitur amictus, mens nostra uestitur, si aut peccatū imprudēs admiserit. Hæc est enim enudatio uelut ebriæ mentis, ut nesciat quod delinquat, quasi quæ temulētia quadam ignorantia, in uitū deducta, labatur, aut rursus negligentia, & ignorantia somno sepulta, errorem suū nesciat. Quæ quū inciderimus, imō, quū peccata plura inciderimus, etiam præscientiam (est enim naturalis quædam etiā nostræ infirmi

infirmitatis ebrietas, ut impetu delectationis feramur in uitū, sicut pleriq̄ iuuenili accēsi calore, aut luxuria, & delectatione flammati, aut auaritiæ rapti cupiditate) certē omnibus his medicina quæ ratur, ut aliquis tegat huiusmodi infirmitatem suam, primum pudore quodam, & uerecundia, ut etiam si in lubrico sit adhuc positus delinquēdi, det tamen emendationis insigne. Et tenim plurimū interest, utrum peccata sua iactare desideret. In altero enim turpis impudentia, in altero tolerabilis uerecundia spem futuræ correctionis ostendit. Alia est autem denudatio animæ, qua uelut quandam sarcinam corporis abiicit, atq̄ exiit, sicut sepulchrū quoddam carnis effugiens. Sepulchrum enim patens est guttur huiusmodi hominum, in quo sepulchro uelut attumulatur anima delectationibus, & cupiditatū passionibus onerata diuersis. Exiit igitur se à congestione terrena, & quasi retia quædam circūfusa euadit, atq̄ effugit, quæcunq̄ se ab omni nudauerit passionum laqueo, & omnem illam deformē speciem terrenæ labis auerterit, ut lucem uideat decoris æterni. Et cap. 31. Et sobrius (inquit) factus Noë à uino. Manifestū est ex ebrietate, intercedente somno, sobrios fieri homines. Mens autem sobria est, quando & præterita, & futura cognoscit. Sobria ergo erat mens iusti, & quando ebria putabatur. Est enim præclarum poculum inebrians iustos. Ille autem uerē inebriatus erat, qui ridebat patrem. Qui enim neq̄ præteritam generationis gratiā, neq̄ præsentem reuerentiam patris, neq̄ futuram pœnam paternæ iniuriæ considerabat, uerē ebrius erat, & quod putabat uidere se, non uidebat. Erat in illo profunda cæcitas, qui patrem uidere non poterat. Nam si uidisset patrem, non utiq̄ risisset. Neq̄ enim ridendus, sed uerendus est pater. Multo autē amplius mentem iusti insipiens uidere non poterat. Quomodo enim uidebat, qui in eo putabat dubietatis errorem, ubi erat profectus sapiētiæ, cœterarumq̄ uirtutum uapor? Sicut scriptum est: Vapor est enim uirtutis Dei. Quando enim mens magis sobria est, quā tunc, quando naturam omnium rerum, temporumq̄ præsentium, & futurorum ita spectat negocia, ut nulla in eo temporalis titubatio ebrietatis appareat. Quæro etiam qua ratione, quum ante mediū dixerit inter filios Cham, nunc iuniorem cōstituat. Sic enim scriptum est: Cognouit Noë omnia, quæ fecit ei filius iunior. Iuniorem nō ætate, nō tempore accipias, sed rudem sensu, & in quadam intellectus infantia cōstitutum, qui prouectioris doctrinam ætatis, nō hauserit, nec perceperit senile consiliū. Et diuus Hieronymus exponens illud Osee, Viuent tritico, pro quo lxx. habent: Bibent, & inebriabuntur frumētō, scribit: Inebriabuntur tritico, id est, rerum omnium abundantia. Quod autē hic ebrietas, nō euersionem mentis, sed copiam rerū omnium significet, uersiculus ille declarat, dicēs: Visitasti terram, & inebriasti eam. Et Ioseph cōuiuuium, in quo inebriasse dicitur fratres suos. Et dñs loquens ad Apostolos: Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini fratres. Siue quia dñs noster ipse est frumentū, & uinea, quicunq̄ crediderit in eo, inebriari dicitur. Et exponens illud Hierem. Quia inebriauit animam lassam, sic scribit: Notandum quod ebrietas in hoc loco, in bonā partem ponatur, de qua & in Cantico dicit: Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi. Qua ebrietate & Ioseph inebriatus est cum fratribus suis in meridie. Dominus inebriat animam lassam (siue sitiētē, ut lxx.) & dicit in Euangelio. Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Et, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ. Et in eodē cap. scribitur: Et inebriabo animā sacerdotū pinguedine. Ebrietas (inquit) sacerdotū & in Apostolis cōprobatur, qm̄ feruebāt fide, & musto pleni dicebātur. Quicunq̄ sacerdotes pingues fuerint doctrina dñi, & inebriati in conuiuio Ioseph, dixerint: Calix tuus inebrians, q̄ præclarus est: tūc erit & hoc, quod nūc dñs pollicetur: Et populus meus bonis meis adimplebitur. Et exponēs titulū Psal. 80. q̄ est, In finē pro torcularibus: Torcularia (inquit) nō sunt alibi, nisi ubi uineæ sunt, & infinita uindemia. Inebriatus est Noë in domo sua, & denudata sunt femora eius, & eius apparuit turpitudine, & uenit frater eius maior, & irrisit, frater autē minor textit. Hoc totū dicitur de saluatore in mysterio, qm̄ dicebat in cruce passionis: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Bibit, & inebriatus est, & denudata sunt femora eius, & apparuit ignominia crucis. Venit frater maior, populus Iudæorū, & irrisit, & minor populus de gentibus textit ignominiam. Propterea maledictus Chanaam, seruus erit fratris sui. Ecce maledictio ista, usq̄ hodie pseuerat. Nos minor populus, imperamus maiorī populo Iudæorū. Sicut ergo dominus in passione inebriatus est, sic & sancti in ardore fidei, quotidie inebriatur in spiritu sancto. Tu qui die hesternā aurū colligebas, hodie proijcis, nōne apud ignotos uideris infanus? Deniq̄ & Apostoli, quando spiritus sanctus descenderat super eos, & impleuerat eos, & loquebantur linguis uarijs, propterea dicebantur musto pleni. Multa sunt, quæ dicantur de uini mysterio, & de ebrietate. Legimus & in alio loco, quoniam Ioseph ille uir sanctus, q̄ in typo præcessit saluatoris, qui uenditus est à fratribus suis, quem uendiderunt fratres sui, & regnauit in Aegypto: Sic dominus, & saluator uenditus est à Iudæis, & regnauit in Aegypto istius sæculi. Ille ergo Ioseph uir sanctus, ille præcipuus, qui crudelitatem pietate superauit, qui ideo uenditus est in Aegyptum, ut Aegyptum pasceret, & fratres suos, qui eum uendiderūt. Ille igitur Ioseph inuitauit fratres suos, & inebriatus est cum eis in meridie. Hoc uero secundum literam stare non potest, ut uir

Psal. 56. b.

Matth. 3. a. Hebr. 11. b.

Col. 2. b. Psal. 84. b. 1. Ioan. 3. c. Psal. 118. o.

Psal. 83. b. Matth. 10. c. 24. b.

Ioan. 4. b.

Psal. 64. a. Ambrosius, Gen. 9. c.

Ebrietatis, gemina species. 1. Tim. 5. d.

Psal. 22. b. Eph. 5. d.

Nudatio gemina sapientis. Amictus mētis geminus.

Psal. 5. c.

Sobria mēs quā do dicitur.

Psal. 22. b.

Sap. 7. d.

Gen. 9. d.

Osee 14. c.

Triticum, rerū omnium abundantia.

Ebrietas, rerū omnium copia.

Psal. 64. b.

Gen. 43. g.

Cant. 5. a.

Hierem. 31. d.

Ebrietas in bonam partem.

Cant. 5. a.

Ioan. 7. f.

Hierem. 31. c.

Actuum 2. b.

Psal. 22. b.

Hierem. 31. d.

Gen. 9. c.

Matth. 26. d.

Inebriatio Christi, & sanctorū qualis.

Actuum 2. b.

Gen. 43. c.

Origenes. sanctus inebriatus fuerit. Inebriatus est, in mysterio, sicut & Noe, de quo dictum est. Et Origenes homilia septima super Leuiticum: Est (inquit) ebrietas sancta, de qua dicebat quidam sanctorum: Et poculum tuum inebrians, quam praeclarum est. Sed & in alijs multis scripturae locis similia legimus, ut ibi: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente bonitatis tuae potabis eos. In Hieremia quoque dixit dominus: Et inebriabo populum meum. Et Esaias dicit: Ecce qui seruiunt mihi, bibent, uos autem sitiatis. Et multa de huiusmodi ebrietate in scripturis diuinis inuenies memorari. Quae ebrietas sine dubio, pro gaudio animae, & laetitia mentis accipitur, sicut & alibi distinxisse nos meminimus, aliud esse nocte inebriari, & aliud die inebriari. Si ergo intelleximus sanctorum quae sit ebrietas, & quomodo haec pro laetitia sanctis in promissionibus datur, uideamus nunc quomodo saluator noster dicat, Amē dico uobis, quia non bibam de genuine uitis huius, usquequo bibam illud uobiscum nouum in regno patris mei. Si quis uestrum auribus ad audiendum purificationis accedit, ineffabilis mysterij intueatur arcanum. Saluator meus luget etiam nunc peccata mea. Saluator meus laetari non potest, donec ego in iniquitate permaneo. Quare non potest? Quia ipse est aduocatus pro peccatis nostris apud patrem, sicut Ioannes Symmysta, id est (condiscipulus) eius pronunciat, dicens: Quia & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est repropiciatio pro peccatis nostris. Quomodo ergo potest ille, qui aduocatus est pro peccatis meis, bibere uinum laetitia, quem ego peccando contristo? Quomodo potest iste, qui accedit ad altare, ut repropiciet me peccatorem, esse in laetitia, ad quem peccatorum meorum moeror semper ascendit? Uobiscum (inquit) illud bibam in regno patris mei. Quandiu nos non ita agimus, ut ascendamus ad regnum, non potest illud uinum bibere solus, quod nobiscum se bibere promissit. Est ergo tam diu in moerore, quandiu nos persistimus in errore. Si enim Apostolus ipse lugeat quosdam, qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam in his, quae gesserunt, quid dicam de ipso, qui filius dicitur charitatis, qui semetipsum exinaniiuit propter charitatem, quam habebat erga nos, & non quaesuit quae sua sunt, quum esset aequalis Deo, sed quaesuit quae nostra sunt, & propter hoc euacuauit se? Expectat ergo ut conuertamur, & ipsius imitemur exemplum, ut sequamur uestigia eius, & laetetur nobiscum, & bibat uinum nobiscum in regno patris sui. Nunc enim, quia misericors est, & miserator dominus, maiore affectu ipse, quam Apostolus flet cum flentibus, cupit gaudere cum gaudentibus. Vide de spiritali ebrietate diu Ambrosii, infra, in dictione, Fauus.

Psal. 22. b.
Psal. 35. b.
Hier. 51. d.
Esa. 65. c.
Ebrietas, gaudium, & laetitia.

Matth. 26. c.
1. Ioan. 2. d.
2. Cor. 12. g.

Quid ebur, electrum, mystice significant. Cap. XXVIII.

Thren. 4. b.
Ebur, patres praecedentes.
Ezech. 27. b.
Ebur, sermo, & lingua.
Psal. 44. b.
Cassiodorus.
Ebur, castitas.

DE ebore scribit Hieremias: Rubicundiores (inquit) ebore antiquo, ubi diuus Hieronymus scribit: Dum enim (inquit) ruboris nomen imprimitur, sancti desiderij flama signatur. Ebur uero esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore utique antiquo rubicundiores sunt, quia saepe ante humanos oculos nonnullis praecedentibus patribus studij feruentioris existunt. Et exponens illud Ezechielis, Transstra tua fecerunt tibi ex ebore Indico: Fium (inquit) transstra de ebore, quum mortificauerint corpora sua, uel usum dentium ad laudes Dei contulerint, ubi septuaginta legunt: Et fecerunt tibi ex ebore domos syluestres de insulis Chettijm, quae iuxta Hebraici sermoneis etymologiam, uertitur in percussam, ut plagis diaboli non tam interfecta sit, quam probata. Possimus ex ebore & syluestres domos dicere de insulis Chettijm, quas haeretici non in domo Dei, sed in nauis Tyria fabricare conantur. Et ipsi habentes ebur suum sermonis, & linguae aedificantes templa, Dei templo contraria, & domos syluestres, habitacula bestiarum, quum scriptura dicat, in domo Dei nemora, & syluas, ac lucos non esse plantandos. Et exponens illud Psalmi. A domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiae regum in honore tuo: Domos (inquit) eburneas, propter magnitudinem elephatorum, domos amplas accipimus. Ampla est enim uia, quae ducit ad perditionem. Sed ebur, nisi radatur limis, diuidatur ferris, ac subulis perforetur, obscurum, & horribile est: sic & Apostoli erant, antequam uocarentur, & inhabitarentur. Sed postquam uocati sunt, ferris secti, unguis rasi, scalpulis scalpti, flammis igniti, ac diuersis supplicij elimati, facti sunt domus Dei, in qua ipse Christus dignaretur inhabitare. Horum exempla sequentes martyres, effecti sunt suorum corporum reges. Istorum regum filiae sunt animae sanctae, quae Christum delectatae sunt, honorando nomen maiestatis eius, & praconando misericordiam eius. A domibus eburneis, de quibus laetificauerunt te. Vbi & Cassiodorus scribit in hunc modum: A persona (inquit) sponsae, laus sumitur Christi. Dicit enim propheta, unde ueniet sponsa gloriosissima pulchritudo, quae ad domini dexteram locata consistit, a domibus eburneis, quod significat ornata palatia, quae copioso ebore uestuntur, sed ebur non ad solas diuitias intelligamus aptatum: sed quoniam elephas, cuius haec ossa sunt, nimiae castitatis asseritur, qui inter quadrupedia, & sensu plurimum elephas, cuius haec ossa sunt, nimiae castitatis asseritur, qui inter quadrupedia, & sensu plurimum elephas, & temperanter miscetur foeminae suae, & coniuge secunda non utitur. Hoc pudicis foeminae decenter aptatum est, quia illae in domibus eburneis mansisse noscuntur, quae per castitatem, Christi domini praeccepta secutae sunt. Hanc enim translationem probauerunt doctissimi patres Augustinus, & Hieronymus. Ex quibus

quibus te delectauerunt, dixit, id est, ad te proprio non cucurrerunt iudicio, sed tua delectatione producta sunt. Filiae regum, siue hominum fidelium, qui regunt corpora sua, & produunt filias, quae sacro baptismate generantur, siue imperantium, quod frequenter contingit, ut relicto palatii dominatu, fibulis principum, eligant diuina seruitia. Ideo enim addidit: In honore tuo, ut religiosam mentem, tali designaret indicio. Non enim in honore patrum suorum delectatae sunt, sed in honore domini saluatoris. Et diuus Augustinus antedictum exponens uersum, hoc pacto scribit: Domos eburneas, quauis domos magnas, quauis domos regales dicat, quas, si uis, elige, delectauerunt inde Christum filiae regum. Vis domos eburneas spiritualiter accipere? Magnas domos, & magna tabernacula Dei, corda sunt sanctorum. Ipsosque reges regentes carnem, subiugantes sibi turbas humanarum affectionum, castigantes corpus, & seruituti subijcientes, accipe, quia inde delectauerunt eum filiae regum. Etenim omnes animae quae illis praedicantibus, & Euangelizantibus, natae sunt, filiae regum sunt, & ecclesiae, filiae Apostolorum, filiae regum sunt. Ille est enim rex regum, illi autem reges, de quibus dictum est: Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, praedicauerunt uerbum ueritatis, & genuerunt ecclesias, non sibi, sed illi. Videte si non iste sensus uigilat, & in his uersibus. Quum enim diceret, A domibus eburneis, dixit de regalibus, amplis, pulchris, lenibus, qualia sunt corda sanctorum: Ex quibus te delectauerunt filiae regum, id est, Apostolorum, non in honore suo, sed in honore tuo. Paulus, quum uideret currere ad nomen suum, exclamauit: Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis? Tene te, serua te in honore tuo, id est, habere uestem nuptialem illius, illius honorem, illius gloriam quaere. Intellige etiam filias regum ciuitates, quae crediderunt in Christum, & a regibus conditae sunt, & a domibus eburneis, diuitibus, superbis, elatis. Filiae regum delectauerunt te in honore tuo, quia non quaesierunt honorem patrum suorum, sed quaesierunt honorem tuum. Ostendatur mihi Romae in honore tanto templum Romuli, in quanto ibi ostendo memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? Sumus enim Christiani, non Petriani. Ecce Roma, ecce Carthago, ecce aliae, & aliae ciuitates filiae regum sunt, & delectauerunt regem suum in honore ipsius, & ex omnibus fit una quaedam regina.

Augustinus.
Eburneae domus, sanctorum corda.
Reges, qui carnem regunt.
1. Cor. 9. d.
Filiae regum, animae, & ecclesiae, & ciuitates.
Apoca. 19. c.
Matth. 19. d.
1. Cor. 1. b.

Electrum preciosius est auro, & argento, de quo scribitur in Ezechiele: Et de medio eius, quasi species electri, id est, de medio ignis, ubi diuus scribit Hieronymus: In medio ignis, & tormentorum Dei, electri similitudo est, quod est auro, argentoque preciosius, ut post iudicium, atque tormenta, quae patientibus tristitia uidentur, & dura, preciosius electri fulgor appareat, dum prouidentia Dei omnia gubernantur, & quae putatur poena, medicina est.

Ezech. 1. b.
Electrum, prouidentia.

Quid equus, & eques, mystice significant. Cap. XXIX.

Equi nomine quid mystice significetur, diuus Gregorius libro 31. Moral. cap. decimo octauo, hoc pacto declarat: In scriptura (inquit) sacra, equi nomine aliquando lubrica prauorum uita signatur, sicut scriptum est: Nolite fieri sicut equus, & mulus, & sicut per prophetam alium dicitur: Equi amatores, & emissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui inhiabat. Equi nomine dignitas temporalis accipitur, Salomone attestante, qui ait: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quali seruis super terram. Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati, & serui in equis sunt, quum peccatores praesentis uitae dignitatibus effertur. Principes uero quasi serui ambulant, quum multos dignitate uirtutum plenos, nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas, uelut indignos, deorsum premit. Hinc rursum dicitur: Dormitauerunt qui ascenderunt equos, id est, in morte animae, mentis oculos a ueritatis luce clausurunt, qui in praesentis uitae honore confisi sunt. Equi nomine hoc ipsum praesens saeculum designatur, sicut Iacob uoce dicitur: Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Quo in testimonio quod equus significet, melius ostendimus, si & ea, quae circumstant, paulo subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan uenire antichristum ferunt, pro eo, quod hoc loco Dan & coluber asseritur, & mordens. Unde & non immerito, dum Israeliticus populus terras in partitionem castrorum susciperet, primus Dan ad aquilonem castrametatus est, illum scilicet signans, qui in corde suo dixerat: Sedebit in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. De quo & per prophetam dicitur, A Dan auditus est fremitus equorum eius. Qui non solum coluber, sed etiam cerastes uocatur. Cerastes enim Graece cornua dicuntur, serpensque hic cornatus esse perhibetur, per quem dignus antichristi aduentus asseritur, quia contra uitam fidei, cum morsu pestiferam praedicationem, armatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiore esse, quam uiam? Fit ergo Dan coluber in uia, quia in praesentis uitae latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi placendo blanditur, sed in uia mordet, quia eos, quibus libertatem tribuit, erroris sui ueneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles reperit, & sese ad praeccepti coelestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidae persuasionis

Equus, lubrica prauorum uita.
Psal. 31. c.
Hierem. 5. c.
Equus, dignitas temporalis.
Eccis. 10. b.
Ioan. 8. d.
Psal. 75. a.
Gen. 49. c.
Equus, praesens saeculum.
Antichristus de tribu Dan.
Nim. 2. d.
Esa. 14. d.
Hierem. 8. f.
Cerastes, cornutus serpens, antichristus.
Via, praesentis uitae latitudo.
Semita, praeccepti coelestis angustum iter.
Cornu, ptas.

impetit, sed etiam terrore potestatis premit, & in persecutionis languore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam incursum labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, Cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulas quippe equi mordere, est extrema sæculi feriendo contingere, ut cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur, non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere, est in hac uita suas unumquęq; culpas agnoscere, & poenitendo deslere. Retro uero, quo nõ uidetur, cadere, est ex hac uita repente decedere, & ad quæ supplicia ducatur, ignorare. Et quia Iudæa erroris sui laqueis capta, pro Christo antichristum expectat, bene Iacob eodem loco repente in electorum uoce conuersus est, dicens: Salutare tuum expectabo domine, id est, non sicut infideles antichristum, sed eum, qui in redemptionem nostram uerturus est, uerum credendo fideliter Christum. Equi nomine, præparatio rectæ intentionis accipitur, sicut scriptum est: Equus paratur in diem belli, sed dominus salutem tribuit, quia contra tentationem quidem se animus præparat, sed nisi adiuuetur desuper, salubriter non decertat. Equi nomine, sanctus quisq; prædicator accipitur, propheta attestante, qui ait: Misisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas. Quietæ quippe aquæ iacuerunt, quia humanæ mētes diu sub uitiorum suorum torpore, sopitæ sunt. Sed equis Dei mare turbatum est, quia missis sanctis prædicatoribus, omne cor, quod pestifera securitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expauit. Hoc itaq; loco equi nomine sanctus prædicator accipitur, quum beato Iob dicitur: Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circūdabis collo eius hinnitum? Verus quisq; prædicator ante fortitudinē, & post hinnitū, id est, uocē prædicationis accipit, quia quum in se prius uitia extinxerit, tunc pro erudiendis alijs, ad uocem prædicationis uenit. Equus iste habet fortitudinem, quia aduersa constanter tolerat, habet & hinnitum, quia ad superna blandiens, uocat. Et notandum cur hinnitus, qui interior nimirum per guttur ducitur, equi collo circumdari, id est, quasi per gyrum trahi exterius dicatur, quia uidelicet prædicationis uox de internis emanat, sed extra circumdat. Nam quod alios ad bene uiuendum suscitatur, eò ad bene agendū, & opera prædicantis ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne uoci uita contradicat. Et exponens illud Iob, Deridet equum, & ascensorem: Equus (inquit) est unicuiq; sanctæ animæ corpus suum, quod uidelicet nouit & ab illicitis continentia frangere restringere, & rursum charitatis impulsu in exercitatione boni operis relaxare, Equitis ergo nomine, anima sancti uiri exprimitur, quæ iumentum corporis bene subditum regit. Vnde & Ioannes Apostolus in Apocalypsi dominum contemplatus, ait: Et exercitus, qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis. Multitudinē quippe sanctorum, quæ in hoc martyrij bello sudauerat, recte exercitum uocat. Qui idcirco in equis albis sedere referuntur, quia nimirum eorum corpora, & luce iusticiæ, & castimonie candore claruerunt. Deridet ergo hypocrita equitem, quia quum ipse in aperto iniquitatis eruperit, electorum despicit sanctitatem, & elatos fatuos appellat, quos pace pressus fidei, callida arte simulabat. Quis uero alius huius ascensor est equitis, nisi omnipotēs Deus, qui & ea, quæ non erant, præuidēs condidit, & ea, quæ sunt, possidens regit? Ascendit quippe equitem, quia iusti uniuscuiusq; uiri animum possidet, sua bene membra possidentem. Huic ergo hypocrita deridere est equitem, sanctos despiciere: deridere uero est ascensorem equitis, prosilire usq; ad iniuriam creatoris. Et diuus Hieronymus, exponens illud Abacuc, Qui ascēdes super equos suos, & quadrigæ tuæ saluatio, hoc pacto scribit: Quæro equos, super quos ascendit dominus, & puto nõ esse alios, nisi sanctorum animas, super quas ascendit sermo diuinus, ut & ipsas saluet, & alios per eas. Ponamus equorum exempla. Spōsus loquitur in Cantico Canticorū: Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te proxima mea. Non quod Christus ecclesiam, uel sermo Dei animam, quæ sponsam suam uocat, quadrigis comparet Pharaonis: sed quod omnis anima, quamuis sancta sit, atq; perfecta, ad Deum comparata, quasi currus Pharaonis sit, & iumentum. Vnde & Moyses loquitur ad dominum: Ego sum ἀλογος, id est, irrationalis. Et Dauid: Ut iumentū factus sum apud te, non quod absolute iumentum sit, sed quod apud Deum iumentū sit. His equis illi cōtrarij sunt, quos habet Pharaon, de quibus dicitur: Equum, & ascensorem proiecit in mare. Huiusmodi equitatio non salus est, sed perditio. Quæramus & alios equos, quibus ascēdit dominus. In quarto regnorum libro legimus surrexisse manē ministrum Helizei, & egressum uidisse exercitū ambientem ciuitatis muros, & equos, & currus. Et postquam ad preces prophetæ aperti sunt oculi eius, aspexit (inquit) & ecce mons plenus equis, & quadrigæ igneæ in circuitu Helizei. Diligēter attende, quod equi uideantur, & currus, & tamen in tantis milibus equorum, & curruum, nullus ascensor. Horum equorum ille erat auriga, & ille rector, de quo Psalmista canit: Qui sedes super Cherubim, ostendere. Talibus equis, taliq; curru, & Elías raptus ad cœlū est. Vidit & Ioannes equos candidos, & sessores eorum, e quibus corpora in gloria resurgentium puto esse equos candidos, sessores autem sanctorum animas. Si quis uero peccator est, & mei similis, sedebit in equo nigro, & dicitur

& dicitur de eo: Dormitauerunt omnes qui ascenderunt equos. De talibus equis scriptum est: Falax equus ad salutem. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & sapientia eius inimica est Deo. Hoc dictum sit de his, qui corpora diligunt, & in nigris sedent equis. Nos autem animas nostras in equos, & in currus domini præparemus, qui ascendit in Paulo, ascendit in Petro, & in huiusmodi curribus equitans.

Cap. XXX.

IN Zacharia quoq; scriptum est: Vidi per noctem, & ecce uir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, uarij, & albi & c. ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Et ecce uir & c. Hunc Hebræi Michaelē Angelum putant, qui ultor iniquitatum, & peccatorum sit Israël. Myrtos intelligi uoluit prophetas, & sanctos, qui in medio captiui populi uersabantur, & erant in profundo. Virum autem, id est, Michaelē equi rufi, & uarij, & albi sequebantur, ordine, ut existimant, commutato, ut albi Medos, Persasq; significant, quia sub ipsis dimissa captiuitas, & templum instauratum est. Varij, Macedonas, quorum nonnulli amici, alij persecutores fuerunt. Plenissime super hoc Danielis ultima uisio loquitur. Rufi uero, regnum Romanorum cruentum, & sanguinarium, quod populum interfecerit, templumq; tubuerit. Alij uero ordinem, qui scriptus est, conseruantes, uirum, qui ascenderit super equum rufum, & equos rufos, & uarios, & albos, quatuor regna interpretantur. Primum, & secundum sanguinarium, Assyrios, & Chaldaeos, quorum primi decem tribus sub Salmanasar duxere captiuas. Secundi Iudam, & Beniamin, incensa Hierusalem ciuitate, temploq; subuerso. Tertios, & quartos uarios, & albos, Medos significari putant, & Persas, quorum alij clementes fuerunt, ut Cyrus, & Darius filius Hystaspis, & Artuerus, quem Græci Artaxerxem uocant, sub quo Helter impletur historia, alij crudeles, ut Cambyles, & ceteri. Ceterum ecclesiarum magistri, noctem in qua cernitur uisio, obscuritatem mysticæ uisionis intelligunt. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum. Vir autem qui ascēdebat super equum rufum, dominus, atq; saluator est, qui dispensationem carnis nostræ assumens, audit in Eiaia: Quare rubra sunt uestimenta tua? Hic, qui nunc captiuo populo rufus ostenditur, in Apocalypsi Ioannis in candidis uestibus, & in candido equo sedere describitur. Myrteta autem, quæ erant in profundo, inter quæ stare describitur, Angelicas intelligunt potestates, quæ ei, etiā in carne posito, ministrarunt, & Apostolos, atq; Apostolicos uiros sentire possumus, qui totum orbem rufi, & uarij, & albi peragrante memorantur, quorum alij martyrio coronati sunt, & appellantur rufi, alij operibus, & doctrina, & uarietate signorum, uarij nūcupantur, alij uirginitatis, integrorumq; dogmatum, & puri cordis, quod cernit Deum, præmia susceperunt. Et exponens illud Micheæ, Auferam equos tuos de medio tui, sic scribit: Auferam, id est, interficiam equos tuos de medio tui, id est, de principali cordis tui lasciuientes impetus, & equorum more ruptis uinculis prouentes, & currus tuos, quibus tibi in uitijs tuis placebas, & peccata peccatis cōsocians, quasi triumphans, in quadrigis ferebaris. Et exponens illud Abacuc, Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, hoc pacto scribit, pro quo Septuaginta habent: Et superduxisti in mari equos tuos, cōturbantes aquas multas. Superinducit Deus egregius eques, & auriga præcipuus, equos suos, Angelos uidelicet, sublimesq; uirtutes super mare huius sæculi, ut turbent aquas multas, dæmonia, & contrarias potestates. Quod si uoluerimus de aduentu Christi interpretari, iuxta illud, quod in Apocalypsi scribitur, quod sermo Dei sedeat in equo albo, & omnis exercitus in equis albis sequatur eum, uidebimus quomodo Christus ascenderit in Apostolis suis, dicens eis: Ecce ego uobiscū sum, omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi. Et euntes ite, baptizate omnes gentes, & reliqua, & postea conscenderit in uno equo albo, quem alium non puto esse, nisi Apostolum Paulum, super quem equitans, omnem orbem circumierit. Ascendit autem sermo Dei in equis suis, ut turbarentur aquæ multæ, hoc est, uel populi multi, qui ante in mari erant, & a dracone tenebantur obnoxij. Lata enim, & spaciōsa uia est, quæ ducit ad mortem, & turbarentur, primum errorem pristinum deferentes, deinde conturbati uenientem equitem susciperent. Vel certe de quibus supra diximus, dæmonum cateruæ nequaquam ita dominarentur in mari, sed turbatē cederent, & equitis præstantis uulnera formidarent. Et exponēs illud Amos, Et auferetur factio lasciuientium, pro quo Ixx. habent: Auferetur hinnitus equorum ex Ephraim, hoc pacto scribit: Allegoricè (inquit) principes hæreticorum, qui propter delicias suas, meum populum deuorant, & nihil patiebantur super cōtritione Ioseph, primi ducentur ad pœnas, & auferetur hinnitus equorum ex Ephraim. Qui in scripturis sanctis dupliciter accipitur, aut in superbiam, potentiamq; eorum, qui hinniunt, aut in libidinis magnitudinem. In superbiam, malorumq; consensum, ut ibi: Hi in curribus, & hi in equis. Et Psalmo

Psal. 75. b.
Psal. 32. d.
Gal. 5. c.
Rom. 8. d.
Zaccha. 1. b.
Myrti, prophe-
tæ, & sancti.
Equi albi, Me-
di, & Perse.
Equi uarij, Ma-
cedones.
Daniel. s. p. to-
tium.
Equi rufi, Ro-
mani.
Equi rufi, Assy-
rij, & Chaldei
Equi uarij, &
albi, Medi, ac
Perse.
Nox, obscuritas
mysticæ uisionis.
Psal. 17. b.
Esa. 63. a.
Apocal. 3. &
6. a.
Myrteta, ange-
licæ potestates,
Apostoli, &
apostolici uiri.
Equi rufi, mar-
tyres.
Equi uarij, san-
cti signorum ua-
rietate, doctri-
nâq; uarij.
Equi albi, uirgi-
nes.
Mich. 5. c.
Equi, lasciuien-
tes impetus.
Abac. 3. c.
Eques, Deus.
Equi, Angeli.
Aque, dæmo-
nes.
Apoc. 19. b.
Matth. 28. d.
Equi albi, Apo-
stoli.
Equis albus,
Paulus Aposto-
lus.
Aque, populi.
Matth. 7. b.
Aque, dæmonū
cateruæ.
Amos. 6. c.
Hinnitus, su-
bia, potentia, li-
bidinis magnitu-
do.
Psal. 19. b.

Deut. 17. d.
Iob 39. c.
Hierem. 5. c.
Abac. 3. b.
Equi, & equita-
tus, animae.
Rom. 8. c.
Apoc. 19. d.

Equus albus,
corpus Christi.

Ioan. 1. a.
Equus albus, a-
nima Christi.
Col. 1. b.
Ioan. 10. e.
Equus albus,
corpus, & ani-
ma Christi, &
ecclesia.
Eph. 1. d.
Eph. 5. f.
Cant. 1. c.

1. Tim. 1. c.
Cant. 1. c.

Psal. 146.
Equi, peccato-
res.
Equites, demo-
nes.

Origenes.
Iosue 11. b.

tricesimosecundo: Fallax equus ad salutem. Et regibus Israël præcipitur, ne sibi multiplicent equos. Et in libro Iob, uox equi, clangori tubæ comparatur. In libidinis uero magnitudinem, & effrenatum cordis desiderium, ut in Hieremia, qui luxuriosos, adulterosque describens, intulit: Vnusquisque super uxorem proximi sui hinniebat. Et Origenes homilia secunda in Cantico Canticorum, citans illud Abacuc, Qui ascendes equos tuos, & equitatus tuus salus. Sunt equi domini, quibus ascendit, & equitatus eius, illæ animæ, quæ frænum disciplinæ eius accipiunt, & iugum portant suauitatis eius, & quæ spiritu Dei aguntur, & in hoc est eis salus. In reuelatione Ioannis legimus, quod apparuit ei equus, & sedens super eum quidam fidelis, & uerus, & cum iustitia iudicans, cuius nomen est uerbum Dei. Ait ergo: Et uidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis, & uerus, & cum iustitia iudicans, & pugnans, & oculi eius sicut flamma ignis, & super caput eius diademata multa, habentia nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse, & adoperus erat uestimento sanguine consperso, & uocabatur nomen eius uerbum Dei. Et exercitus eius erat in cælo, & sequebantur eum in equis albis, induti byssino albo puro. Sed opus est gratia Dei, quæ horum nobis aperiat intellectum, quo possimus aduertere, quid istæ indicent uisiones, quis sit equus albus, & quis sit qui sedet super eum, cuius nomen est uerbum Dei. Et forte quidem dicit aliquis, album esse equum, corpus quod assumpsit dominus, & quo ille, qui in principio erat apud Deum, Deus uerbum, uel uestitus, uel uectus est. Alius autem animam dicit, quam assumpsit primogenitus omnis creaturæ, & de qua dicebat: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Alius uero, utrunque simul, corpus, atque animam, quasi ubi peccatum non fuerit, equum dici album putabit. Alius adhuc quarto loco ecclesiam dicit, quæ & corpus eius nominatur, album uideri equum, quasi non habentem maculam, aut rugam, quam sibi ipse sanctificauit lauacro aquæ. Secundum hæc autem singula, etiam illa accipiet, quæ sequuntur, militiam cæli, & exercitum uerbi Dei, & quomodo singuli quique eorum sequentes uerbum Dei, equis albis sedent, & byssinis albis induantur, & mundis. Huic ergo equo albo, quo ipse uehitur, qui uerbum Dei appellatur, uel huic equitati cælesti, qui eum sequitur in albis nihilominus equis comparat, & similem facit Christus ecclesiam suam curribus Pharaonis. Vel ita possumus accipere, ut quantum hic domini equitatus, equitatum, & currus Pharaonis euincit, & præcellit, tantum tu, quæ pulchra es in mulieribus, præcellis, & euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugum Pharaonis portant, & fessores eius patiuntur. Vel certe quod equitatus hic meus, qui lauacro aquæ mundatus, purus, & candidus factus est, & uerbum dei meruit habere fessorem, ex curribus assumptus est Pharaonis. Inde enim omnes ueniunt credentes, quia Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Hoc ergo modo potest explanari uersiculi huius sensus. Equitatu meo, qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc sequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ, similem te arbitror proxima mea. Beata ergo sunt illæ animæ, quæ dorsum suum curuauerunt, ut fulcipiant fessorem uerbum Dei super se, & fræna eius patiuntur, ut quocumque ipse uoluerit, fleat eas, & agat habentis præceptorum suorum, quia iam non propria uoluntate incedunt, sed ad omnia ducuntur, & reducentur uoluntate fessoris. Et Hieronymus, exponens illud Psalmistæ, Non in fortitudine equi uoluntatem habebit: Ego (inquit) puto equos, homines esse peccatores, & equites, demones, qui equitant in eis. Si quando ergo uiderimus aliquem, fratrem persequentem, & inimicum esse, sciamus quia ille equus est. Cæterum eques diabolus est, qui sua læcea nos percutit. Ille currit, & ille percutit. Sed & ipse equus calcaribus ducitur, confoditur, & inuitus infanit.

De eodem equo, & equite, secundum Origenem.
Cap. XXXI.

Origenes quoque homilia decimaquinta, super Iesum Naue, exponens illa uerba, Equos eorum subneruauit, & currus eorum exussit igni, hoc pacto scribit: Nos scripturam sanctam sibimetipsi conferentes, & spiritalibus spiritalia comparantes, requiramus quid est, quod de asinis quidem non est scriptum, quia subneruati sunt, nec Madianitarum spolia, uel animalia interempta dicantur, sed profuisse Israëlitis uisibus. De istis autem, qui non habebant asinos, sed equos, præcepit ipse dominus, & dixit: Equos eorum subneruabitis. Quod & Iesus, sicut à domino mandatur, expleuit. Putamus hæc accidisse fortuito, ut equi hostiles interimerentur, & asini seruantur, & in præceptis Dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius uideatur, ut putemus magis in his scripturam mysticum aliquid indicare? Denique & filij Israël nunquam equis usi esse referuntur, & lex nihil de equis, sed de asinis mandat, utpote de animalibus, quæ ad humanos labores iuuandos, & ad onera eorum portanda uidentur existere, equi uero magis ad hominum perditionem.

Hoc

Hoc enim est, quod per eos in prælijs geritur. Lasciuus motus animal, & superbæ ceruicis accipitur. Sunt ergo asini frequenter à scriptura in typo gentium positi, sicut & saluator ostenditur supra asinum sedens, nunquam autem equo sedens referitur: sed & quum discipulos mittit ad soluendam asinam, & pullum asinæ, dicit eis: Si quis uos interrogauerit, dicite, quia dominus eis opus habet, & sedens super eum, ingreditur Hierusalem, & nunquam equo sedens, ingressus esse dicitur. Sed & propheta de ipso ita pronunciauerat, quod sedens asino ueniret ad Hierusalem, dicens: Ecce rex tuus mansuetus, sedens super subiugalem, & pullum asinæ nouellum. Et exterminabit currus Effrem, & equum ex Hierusalem. Vides ergo quomodo secundum prophetæ sententiam, qui super asinum sedet, exterminabit currus Effrem, & equum de Hierusalem. Et ideo uidentur mihi asini quidem (ut diximus) figuram seruare eorum, qui ex gentibus credunt super quibus sedisse scribitur dominus: equi uero, qui exterminantur, & currus, figuram tenere illorum, qui in cælestibus positi, per lasciuam, & superbiam deciderunt, quando uel ad filias hominum concupiscendas semet ipsos incestatores præbuerunt, uel secuti sunt illum, qui dixit: Ponam super nubes sedem meam, & ero similis altissimo. Inde fortassis est, quod propheta dicit: Falsus equus ad salutem. Et iterum dicit de his, qui in dæmonibus confidebant: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur. Neque enim currus, & equos Deo contulisset, quantum ad inuocandum spectat: sed utique hoc ostendit, quia sicut nos inuocamus Deum uerum, ita illi inuocant currus, & equos, id est, demones, quos inuocabant gentes illæ, quæ aduersus Israël bellum gerebant. Sed & Aegyptiorum equos commemorat scriptura, & istos ipsos, quos nunc interimi iubet. Vnde hoc intelligatur, quod in typo quidem asinorum gentes, quæ ad credulitatem ueniunt, merito reseruantur, in typo uero equorum, & curruum, demones, qui humanæ salutis aduersarij sunt, & inimici, merito perimuntur. Sed & si passionis corporis, id est, libidinem, lasciuam, uel superbiam, ac leuitatem, quibus infelix anima uelut equitans uectatur, & fertur ad præcipitia, equos nunc dici, & currus intelligamus, & ipsos esse, qui ex præcepto dei subneruari iubentur, non erit rationi nostræ contraria intelligentia. Subneruatur quippe equus, quando ieiunijs, & uigilijs, & omni abstinentiæ afflictione corpus humiliatur. Et currus igni exuruntur, quum in nobis completur sermo domini, dicentis: Ignem ueni mittere in terram, & quam uolo ut accedatur. Quo igne iam se illi ardere confessi sunt, qui dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, quum adaperiret nobis scripturas? Ideo ergo & falsus equus dicitur ad salutem, si motus corporis nostri ferri permittamus infrænes, nec abstinentiæ iugo lasciuam carnis, & superba colla subdamus. Sed nunc si quis forte ex his, quæ dicimus, Dei uerbis stimuletur, atque compungitur, & is, qui hesternis die pronus, & feruidus, tanquam equus, in libidinem ferebatur, hodie, si his auditis, poenitet, conuertitur, ac secundum prophetam à Dei timore confixus, refrænat se, & reuocat à peccato, & pudicam dehinc, castamque diligit uitam, uidebimur etiam nos, gladio uerbi dei euaginato, subneruasse equos, & magis per hoc dignè impletur præceptum dei, quam si animalia quis equini generis, de spolijs hostium capta, subneruet. Quorum autem equi subneruantur? Equos (inquit) Iabin subneruandos. Iabin autem prudentia interpretatur, uel sensus. Quæ est ista prudentia, uel quis sensus, cuius subneruandus est currus? Illius nimirum, de qua dicit Apostolus: Quia prudentia carnis, inimica est Deo. Et ille sensus, de quo dicit: Inflatu sensu carnis suæ. Iabin uero rex Asor. Asor autem, aula interpretatur. Hæc est Asor, quæ omnium horum regnorum obtinere dicitur principatum, qui intelligitur princeps huius mundi, regnans in aula, id est, super terram, uel, quod maius est, in uitijs carnis. Sed & omnium illorum regum, quorum uim secundum nominum suorum interpretationem, iam antè exposuimus, equi ab Iesu dicuntur interfici. Quorum nos, si rectè sub Iesu duce militamus, debemus in nobismetipsis abscindere uitia, & accepto spiritali gladio, subneruare omnem istum equitatum pessimum uitiorum. Sed & currus debemus incendere, id est, omnem à nobis arrogantiam, & elationis spiritum refecare, ut ultra non in equis, necq; armis, sed in nomine domini Dei nostri inuocemus. Et homilia sexta super Exodum, exponens illud, Equum, & ascensorem proiecit in mare: Homines (inquit) qui nos insequuntur, equi sunt, & (ut ita dicam) omnes qui in carne nati sunt, figuratim equi sunt. Sed hi habent ascensores suos. Sunt equi, quos dominus ascendit, & circumeunt omnem terram, de quibus dicitur: Et equitatus tuus salus. Sunt autem equi, qui ascensorem habent diabolum, & Angelos eius. Iudas equus erat, sed donec ascensorem habuit dominum, de equitate fuit salutis. Cum cæteris enim apostolis missus, ægrotis salutem, & sanitatem languentibus præstabat. Sed ubi se diabolo subtrauit (post buccellam enim introiuit in illum Sathanas) & ascensor illius effectus est Sathanas, & illius habens ductus, aduersus dominum, & saluatorem nostrum coepit equitari. Omnes ergo, qui persequuntur sanctos, equi sunt hinnietes, sed habent ascensores, quibus aguntur, angelos malos, & ideo feroces sunt. Si ergo uideris aliquando persecutor tuum nimis saeuientem, scito, quod ab ascensore suo demone perurgeat, & ideo saeuus, ideo truculentus est. Et homilia 1. in Iob, exponens illud Iob iuxta lxx, Equites fecerunt sibi tria cornua: Qui fuerunt (inquit) equites, qui tria

Asini, gentiles
credentes.
Matth. 21. a.
Ioan. 12. a.
Zach. 9. c.

Equi, lasciuiores,
ac superbiores
homines.
Gen. 6. a.
Esa. 14. d.
Psal. 32. d.
Psal. 19. b.
Equi, demones.

Equi, passionis.
Iosue 11. b.

Equi quomodo
subneruentur.
Currus quoque
esto exuruntur.
Luca 12. f.
Luca 24. e.
Psal. 32. d.

Psal. 118. p.

Equi Iabin, qui
dicuntur.
Iabin, prudentia,
uel sensus.
Roman. 8. b.
Col. 2. d.
Asor, aula.

Equitatus uitio-
rum quomodo
subneruatur.
Currus incenduntur.
Psal. 19. b.

Exo. 15. a.
Equi, persecutores.
Abac. 3. b.
Ioan. 13. c.

Equites, Angeli
mali.

Iob 1. d.

o iij cornua

cornua sibi fecerūt, hoc est, qui triplici modo se armauerūt, qui triplici praelio circudederunt camelos? Illi fuerūt spirituales equites, id est, aërei spiritus, qui terrā peragrant, qui pelagus transeūt, qui aërem peruolant, qui omni uento, & aqua, atq; omnibus tempestiuis procellis uehementiores sunt, atq; uelociores in aëra sua iniquitate. Vnde etiam equites dignè appellantur. Qui super omnes luxuriosos, atq; impudicos sedent, tanquam super equos, & iuxta nequitiam suam exagitant illos, & ad suæ iniquitatis, atq; impudicitiae perfectionem omnes insectantur illos, de quibus dicitur: Adulter sicut admiffarius sub omni fessore hinnit. Et, Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus nō est intellectus. Et adhuc: Equi admiffarij facti sunt, unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebant. Isti ergo tales sunt equi diaboli, isti sunt equi maligni. Isti, & omnes, qui eiusdem seruiunt iniquitati, Isti quorum pedes iniquitatibus currunt. Huiusmodi namq; equorum pedes ueloces sunt ad effundendum sanguinem. Equites sunt nequissimi daemones, atq; aërei spiritus. Talis enim equus fuit olim Nabuchodonosor, sed non iugiter, sed septem annis tantum, quibus à nequissimis equitibus, id est, daemonibus, imparcenter est exagitatus. Talis equus fuit & ille, qui in euāgelij à legione similiter per deserta, & per montes urgebatur, donec ueniens dominus illos quidem malos equites, id est, daemones, effugauit, & illum miserum equum liberauit. Alij q; innumerī à saeculo, alij apertè, alij uero occultè, diuersè, ac uariè daemoneum equi effecti sunt, quibus uniuersis, quum essent immundi, atq; execrabilis, in malis uisus quocq; atq; nequissimi liuoris, & omnium, quæ uolūtas diaboli, atq; opus exigebat. De istis ergo equitibus, dicit iste: Equites fecerunt tria cornua, & circudederunt camelos. Tria cornua fecerūt, hoc est, sinxerūt, cōsimulauerunt, armauerūt, utpote equites, equis sedentes, atq; uniuersam armaturā habentes, timorē ostēdentes, atq; fortitudinē demonstrantes. Quam multiplicem inquisitionem, atq; disputationem habet hic sermo: Tria cornua fecerunt, pro peculij consumptione, & filiorum perditione, atq; corporis plaga, superare eum nitentes. Tria cornua fecerunt, quia & cum eo tertio cōgressi sunt. Semel sanè, quum omne peculium, atq; filios subitò interfecerunt. Secundo, quando totū corpus eius putredine, ac uermibus repleuerunt. Tertio, quando per uxorem seduxerunt, & amici culpauerunt. Adhuc autem tria cornua fecerūt, tanquam tria præcipua, ac singularia, id est, fidem, spem, charitatem, prædari eum conātes. Fidem, quam in Dei culturā habuit, spem aeternæ liberationis, ac coelestis refrigerij, charitatē circa Deum, qua nihil est maius, neq; in hoc saeculo, neq; in futuro. Pro his ergo omnibus fecerunt tria cornua nequissimi daemones. Sed adhuc tria cornua fecerūt hi, qui aduersus tria saecula ab initio, & usq; in finem bellum gesserūt, & aduersus eum, qui ab initio fuit, usq; ad diluuium, & à diluuiō, usq; ad passionem, & resurrectionem domini Christi, & usq; in finem, & resurrectionem omnium. Et adhuc tria cornua fecerunt hi, qui aduersus legem dimicant per idolorum iniquitatem, aduersus prophetas, per pseudopphetas, aduersus apostolos, per falsos Apostolos. Post quæ uniuersa, adhuc unū aduertamus. Tria cornua fecit diabolus in typum, atq; figuram trionymæ illius sectæ, triumq; deorum hæresis, quæ uniuersum orbem terræ in modū tenebrarum repleuit, quæ patrem, & filium, & spiritum sanctum aliquando tanquam tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodū Græcorum lingua memoratur triada, uel homouision. Istam ergo trinitatis sectam, & hæresim, atq; infidelitatem iam olim de longè designans uersutissimus ille diabolus, tria cornua misit ad Iob prædandum. Sic namq; etiam nunc memorata trionyma hæresis, præsertim prædatur, atq; expugnat ecclesiam.

Equites, aërei spiritus.
Equi luxuriosi, impudici.

Psal. 31. c.
Hier. 5. c.
Equi diaboli, q.
Psal. 13. b.

Dan. 4. c.
Marci 5. a.
Luca 9. e.

Iob 1. d.
Cornua tria multifariam exponitur.

ἰσχυροὶ αὐτοῦ.

Quid eruca, & erugo, mysticè significant.

Cap. XXXII.

Eruca magna domini fortitudo, uel uirtus appellata est à Ioele propheta, capite secundo, ubi ait: Et reddam uobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca fortitudo mea magna, quam misi in uos. ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Querimus cur eruca fortitudo, uel uirtus domini appellata sit, & non solum uirtus, sed uirtus magna. Quomodo potentia Dei in Aegyptijs plagis ostensa est per parua animalia, & præcipuè cyniphes, qui tam parui sunt culices, ut uix cernantur oculis, sic nunc in paruo, tardeoq; uermiculo, qui uix moueri potest, & leui tactu conteritur, Dei potentia, & humana fragilitas demonstratur. Non quod Deus ad nuntium suum, & potentia maiestatem nequeat terras subuertere, & operire cuncta diluuiō, uel fulmine concremare, sed per parua, & (ut ita dicam) puncta corporum ostendit humanam fragilitatem. Vnde & illud solemus Marcioni, & ceteris respondere hæreticis, qui uetus lantant testamentum, quod & pulices, & culices, & cimices, & huiuscemodī animantia idcirco fecerit Deus, ut fragilitatem, & imbecillitatem nostræ carnis ostenderet, quæ in tantum nihil est, ut ab his, quæ parua sunt, uulneretur. Si autem eruca, paruusq; uermiculus fortior homine est, quid gloriatur terra, & cinis, & elata per superbiam (quum ex humo sit, à quo homo appellatur) humana

Eruca, fortitudo domini cur dicitur.

Cyniphes, parui culices.

Pulices, culices, cimices, cur Deus fecerit.

humana contemnit. Et capite i. eiusdem prophetæ scriptū est: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Erucam (inquit Hieronymus) quæ Hebraicè Gazam, Græcè dicitur κάμμη, Hebræi Assyrios interpretantur, Babylonios, atq; Chaldaeos, qui de uno orbis climate procedētes, tam decem tribuū, quàm duarum, hoc est, Israëlitijs populū cuncta uastarūt. Locusta uero Medos interpretantur, & Persas, qui subuerso imperio Chaldaeorum, Iudæos habuerunt captiuos. Bruchus Macedonas, & omnes Alexandri successores, maximeq; regem Antiochum, cognomento Epiphanes, qui instar bruchi sedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, sub quo Maccabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quartū, & ultimū in tantum oppressere Iudæos, ut de suis finibus eos pellerent. Quatuor quoq; antedicta, quatuor significant perturbationes, quibus animarum sanitas subuertitur, quarum duæ præsentēs, sibiq; cōtrariæ, nempe animi ægritudo, hoc est, tristitia, & gaudiū. Aut enim tristes sumus, & moerore cōficimur, statusq; nostræ mentis euertitur. Vnde & Apostolus monet: Ne abundantiori tristitia absorbeatur frater. Aut è cōtrario gaudemus, gestimusq; læticia, & bona nostra moderanter ferre non possumus. Iusti autem, & fortis uiri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari, sed in utroq; esse moderatum. Diximus de perturbatione præsentium, dicamus de futurorū, in quibus metus, aut spes est. Aduersa timemus, prospera præstolamur, aduersa nonnunquam plusquam decet, timemus esse uentura, & prospera, quæ speramus, in tantum nos faciunt exultare, ut nō teneamus modū, maxime in his, quæ incerta sunt, quia futura, & sperantur potius, quàm tenentur. Has perturbationes uno, & nec pleno uersiculo, illustris poeta comprehendit: Hi metuunt, cupiūtq; hoc de futuro: Dolent, gaudentq; hoc de præsentibus: Neq; auras (inquit) respiciūt clausi tenebris, & carcere cæco. Qui enim perturbationum tenebris obuoluuntur, clarum sapientia lumen nō ualent intueri. Cauendum est igitur, ne ægritudo quasi eruca nos comedat, ne locusta uastet in gaudio, huc, illucq; uolitans, & gestiente læticia per diuersa se iactans, ne bruchus, id est, pavor, & futurorum metus, radices sapientia deuoret, ne rubigo, & desiderium futurorum res inutiles concupiscat, & nos perferat ad ruinam. Sed ut in omnibus, quatuor quadrigas, & quatuor cornua, & quatuor equos rufos, & uarios, & albos, & nigros, id est, uel aduersa, uel prospera, uel ex utroq; sociata, frans sapientia gubernemus. Ego reor erucam esse incipientē in animo passionē, quæ tarda est, & discurrere nō potest, & mora ipsa, ac pertinacia ehibit, & exugit omnem uirorem, quam si non occiderimus, in nobis crescet, & auolat, & nunc deuorat quicquid attigerit, nunc semesa dimittens pergit ad alia, reuertensq; ad pristinam sedem, bruchus efficitur, ut non solū fruges, & folia, & cortices, sed & ipsam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit, quod tamen rarum est, ut etiam post bruchum uitalis quippiam in nobis spiritus resideat, cuncta rubigo populatur, ita ut stipulam, & uile fœnum uertat in nigredinem, ut non solum esui, sed & fimo inutilia sint. Diuus autem Gregorius libro trigesimalotertio Moralium, capite trigesimalonono, hoc pacto scribit: Quid per erucam, quæ toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur, quæ cor, quod tenet, ita polluit, ut in superioris mundiciae amorem surgere non possit. Quid per locustam, quæ saltibus euolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se uanis præsumptionibus exaltat. Quid per bruchum, cuius penè totum corpus in uentrem colligitur, nisi edendi ingluuies figuratur. Quid per rubiginem, quæ dum tægitur, incendit, nisi ira innuitur. Residuum ergo erucæ locusta comedit, quia sæpe, quum luxuria uitiū à mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia iam per amorem carnis non sternitur, quasi sanctam se ex castitate gloriatur. Et residuum locustæ bruchus comedit, quia sæpe, quum inani gloria, quæ quasi ex sanctitate ueniebat, restititur, uentri, uel quibuslibet ambitiosis desiderijs immoderatus indulgetur. Mens enim Dei nescia, tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo uel humanæ laudis amore refrænatur. Residuum bruchi, rubigo consumit, quia sæpe, dum uentris ingluuies per abstinentia restringitur, iræ impatientia acrius dominatur, quæ more rubiginis, quasi exurendo messem comedit, quia uirtutum fructus, impatientia flamma tabefacit. Quū ergo uitia uitijs succedunt, agrū mentis alia pestis deuorat, dum alia relinquit. Bene autem illic subditur: Expergiscimini ebrij, & flete. Ebrij quippe uocati sunt, qui mundi huius amore confossi, mala non sentiunt, quæ patiuntur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini ebrij, & flete, nisi somnum uestra insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis, tot sibi succedentibus uitiis pestibus, uigilantibus lamētis obuiate. Et diuus Hieronymus, exponens illud Amos, Oliueta uestra, & ficeta uestra comedit eruca, & nō redistis ad me, hoc pacto scribit: Quia semper hæretici tumētes superbia, & incidentes in iudicium diaboli, magna sibi promittunt, & bonorum fingunt imagines, ut melli uenena commisceant, etiā uineas, & oliucta, & ficeta habere se iactāt, sed uinea eorū, uinea Sodomorū est, oliueta eorū, non sunt de bonis oliuis, sed oleastris, quos Apostolus radicibus bonarū oliuarū præcipit inserēdos. Ficeta quoq; talia habēt, quæ calathū pessimarū impleant ficuū, quos Hieremias, præ amaritudine comedi non posse, testatur. Ad quæ, quum dominus uenerit, æterna eis ariditate maledicit, ut

Ioel 1. a.

Gazam.
Eruca, Assyrijs, Babylonijs, Chaldaei.

Locusta, Medis, & Persæ.
Bruchus, Macedones, & Alexandri successores.

Rubigo, Romanorū imperiū.
Passiones, siue perturbationes quatuor, Tristitia, Gaudiū, Timor, Spes.

1. Cor. 2. b.

Vergilius.

Eruca, incipiens in animo passio.

Gregorius.
Eruca, luxuria.

Locusta, inanis gloria.
Bruchus, ingluuies, id est, gula uitiū.
Rubigo, ira.

Ioel 1. a.
Ebrij qui dicantur.

Hieronymus.
Amos 4. c.

Roman. 16. e.
Hier. 29. d.
Mar. 11. b. & c.

cit, ut nunquam fructum afferant, ne uirore foliorum decipiant transeuntes. Et ut intelligamus oli- ueta, & ficeta ad malam partem referri, singulis sermonibus addidit, uestra, ut non Dei, sed haereti- corum ea esse monstraret. Quae omnia, eruca populata est, id est, extrema poenarum omnium, quae non auolat, ut locusta, & hucusque discurrens, semesa dimittit, sed permanet perituris frugibus, & tardo lapsu, pigrisque moribus uniuersa consumit. Quumque haec passi sint, nec sic quidem ad domi- num redire uoluerunt.

ErUCA, poenarum extrema.

Psal. 77. c.

ErUGO, fornicatio.

Cassiodorus.

ErUGO, amor turpis.

ErUGO, rubigo, & canicula dicitur.

ErUGO, aura noxia, superbia oc- culba.

Erugo, de qua scriptum est, Et dedit erugini fructus eorum, est fornicatio (ut diuus inquit Hie- ronymus, eundem uersum exponens): In erugine (inquit) fornicationis forma monstratur. Na sicut haec lento repens conamine, crudelissime arborum fructibus insidiatur, ita & haec blandè illiciens homines, iniquis eos, atque occultis moribus saeuissime uorat. Cassiodorus quoque sic scribit: Erugo est amor turpis, honestatem occulta imminutione consumens. Diuus autem Augustinus: Rubigo occulte nocet, quam etiam eruginem nonnulli interpretati sunt, alij caniculam. Quod malum, cui uitiorum aptius comparatur, nisi, quod difficilime apparet, sicuti est multum de se fidere: Aura est enim noxia, quae hoc in fructibus latenter operatur, sicut in moribus occulta superbia, quando se quisquam putat aliquid esse, quum nihil sit.

Esca, quare in dictione, Cibus.

INCIPIT LIBER TERTIVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Quid faba, faber, faciesque, mysticè significant. Cap. I.

Ezech. 4. c.



Aba, de qua dicitur Ezechielis 4. Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, quid mysticè significet, diuus Hieronymus praedicta uerba enarrans, exponit: Possumus (inquit) & hoc dicere iuxta intelligentiam spiritualè, quod Iudaicus populus post offensam Dei, usque hodie subcinericios panes com- dat, mistos frumento, hordeo, faba, lente, milio, & auena, quorum alter homi- num, alter iumentorum cibus est. In eo enim, quod uidentur in unum Deum credere, habet aliquid & frumenti. Quod autem filium negant, hordeo iumen- torum pascentur, & fabis, quibus comedenti uenter inflatur, & mens oppri- mi dicitur, in tantum ut Pythagoreis quoque cibus detestabilis sit.

Faba, cibus detestabilis Pythagoreis.

Zachar. 1. d.

Hieronymus.

Fabri, Angeli.

Cornu quatuor, quatuor perturbationes.

1. Cor. 3. d.

Esa. 3. d.

Matth. 13. g.

Fabri quatuor, quatuor Euangeli- stae.

Esa. 54. d.

Aetuum 13. b.

Esa. 54. d.

Fabri, siue fabrorum nomine quid significetur, exponitur in Zacharia: ubi dicitur: Et ostendit mihi dominus quatuor fabros. Et dixi: Quid isti ueniunt facere? Qui ait, dicens: Haec sunt cornua, quae uentilauerunt Iudam per singulos uiros &c. Vbi diuus Hieronymus scribit: Quatuor fabros, siue artifices, quos Graeci τεχνους uocant, non ipse propheta conspicit, sed ei dominus ostendit, & exponit qui sint fabri, & artifices, quos nos Angelos intelligimus obediētes dominicæ pote- stati, ut quod gentes destruxerant, isti aedificent. Et hoc notandum, quod ista quatuor cornua gen- tium, unum contra populum Dei cornu eleuauerint. Non enim regnauerunt pariter, & simul op- presserunt Israel, sed sibi inuicem successerunt. Babylonij, Medij, & Persae, Persarum regno, regnum Macedonum, regno Macedonum, imperium Romanorum. Haec sequentes historiae ordinem di- ximus. Possumus quatuor cornua, quae regnauerunt contra populum Dei, quatuor perturbationes accipere, aegritudinem, siue tristitiam animi, metum, & cupiditatem, de quibus dictum est in dictio- ne, Eruca. Aduersum has quatuor fabri, & (ut ita dicam) medici, bonique artifices, non cernuntur à propheta (nec dum enim absque ostensione Dei per se eos uidere poterat) sed ostenduntur ei à domi- no, quatuor scilicet uirtutes, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, de quibus plenissime in offi- ciorum libris Tullius disputat, scribens proprium quoque de quatuor uirtutibus librum. Qui ergo uitia destruunt, uirtutes aedificant, omnesque sancti, qui haec remedia possidentes, instaurant semper ecclesiam, fabri appellandi sunt. Vnde & Apostolus loquebatur: Quasi sapiens architectus funda- mentum posui. Et iratus dominus, de Hierusalem ablaturum esse se dicit architectum, & uirum sapientem. Et ipse dominus Dei omnipotens filius, & creatoris omnium, fabri filius appellatur. Legi in quibus- dam comentarijs, quatuor fabros, quatuor euangelistas intelligi, qui oppressum Israel, sensum uidelicet uidentem Deum, & Iudam dominum conscientem, & Hierusalem uisionem pacis, in pristina sede resti- tuant, & quos uitiorum gentes disperferant de ecclesia, per praedicationem euangelij retraxerunt ad salutem. Et Esa. 54. Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas &c. id est, diabolum omnium malo- rum artificem, non necessitate naturae, sed metus arbitrio. Qui suscitauit incedia, & proferet contra te uas- tationem eorum, qui increduli sunt futuri, non quod ego sim causa perditionis eorum, sed quod crea- tus aduersarius ad pugnandum, & uictis perditio, & uictoribus causa sit praemiorum. Omnesque qui contra te à fabro sufflante sunt fabricati, non dirigentur, sed praesentes poenas sentient, & futuras

futuras. Et in Hieremia scriptum est: Postquam transtulit &c. & fabrum, & inclusorem de Hie- rusalem, & adduxit illos in Babylonem: ubi diuus Hieronymus scribit: Fabros autem, & inclusores, uel legis interpretes, atque doctores debemus accipere, uel artifices, inclusoresque auri, atque gemmarum, quae ars apud barbaras nationes preciosissima est. Et exponens illud Esaiae, Comfortabit faber aera- rius, percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum est, & confortauit eum in clauis, ut non moueatur: Melchisedech (inquit) intelligi uolunt, uenisse obuiam Abraham de praedio reuertenti, & accessisse, & benedixisse ei, & eum Dei benedictionibus corroborasse, ipsumque fabrum aeraarium, qui Abraham conflauerit, & malleo suae artis ad meliora produxerit, & dixisse ei: Bonum est, ut timore domini glutineris, & iungaris ei. Et confortauit eum, siue solidauit in clauis praceptorum domini, ut non moueretur, sed in timore illius permaneret.

Hiere. 24. d. Hieronymus: Fabri, legis in- terpretes, atque doctores. Esa. 41. b. Geii. 14. d.

Clauis, praec- pta.

Facies, quid mysticè significet, diuus Gregorius libro x. Moral. capite decimosextimo, expo- nens illud Iob, Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, hoc pacto declarat, dicens: Interna quippe facies hominis, mens est, in qua nimirum recognoscimur, ut ab autore nostro diligamus. Quam scilicet faciem leuare, est in Deo animum per studium orationis attollere. Sed eleuatam fa- ciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat, quia à spei fiducia pro- tinus frangitur, si intenta precibus nec dum deuictae culpae memoria mordetur, diffidit namque acci- pere se posse quod appetit, quae profecto reminiscitur nolle se adhuc facere, quod diuinitus audiuit.

Iob 11. c. Facies interna, mens.

Hinc per Ioannem dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus ab eo, accipiemus. Hinc Salomon ait: Qui auertit aurem suam, ne audiat le- gem, oratio eius erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione reprehendit, quum resistere se praec- ptis eius, quem postulat, meminit, & oratio fit execrabilis, quum à censura auertitur legis, quia di- gnum profecto est, ut ab eius beneficijs sit quisque extraneus, cuius nimirum iussionibus non uult esse subiectus. Qua in re hoc est salubre remedium, ut quum se mens ex memoria culpae repre- hendit, hoc prius in oratione defleat, quod errauit, quatenus erroris macula cum fletibus tergatur, in petitione sua, cordis facies ab autore munda uideatur. Sed curandum nimis est, ne ad hoc rur- sus proueat, quod se mudasse fletibus exultat, ne dum deplorata iterum culpa committitur, in con- spectu iudicis iusti ipsa etiam lamenta leuigentur. Solerter quippe debemus meminisse, quod dicitur: Ne iteres uerbum in oratione tua. Quo uidelicet dicto uir sapiens nequaquam nos prohibet

1. Ioan. 3. d. Prouer. 23. b.

saepe ueniam petere, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: Quae mala gesta defles, nequaquam rura- sus facias, quod in precibus iterum plangas. Vt ergo ad praec- facies sine macula leuetur, ante ora- tionis semper tempora debet sollicitè conspici, quicquid potest in oratione reprobari, talemque se mens & quum ab oratione cessat, exhibere festinet, qualis apparere iudici in ipso orationis tempore ex- optat. Saepe namque immunda quaedam, uel illicita in animo uersamus, quotiens à precibus uacamus. Sed quum se mens ad studium orationis erexerit, earum rerum imagines reuerberata patitur, quibus libenter prius ociosa premebatur, & quasi iam faciem animam ad Deum leuare non sufficit, quia in se nimirum, inquinata mente, maculas pollutae cogitationis erubescit. Saepe curis mundi liben- ter occupamur, quumque post hoc studio orationis intendimus, nequaquam se mens ad caelestia eri- git, quia pondus hanc terrenae sollicitudinis in profundum merfit, & in prece facies munda non osten- ditur, quia cogitationis infimae luto maculatur. Et libro decimotertio, capite undecimo, exponens illud Iob, Facies mea intumuit à fletu, hoc modo scribit: Facies quippe sanctae ecclesiae, sunt hi, qui

Eccii 7. b.

Iob 16. c.

Facies eccle- siae, praelatus.

Iob 22. d.

in locis regiminum positi, apparent primi, ut ex eorum specie sit honor fidelis populi, etiam si quid in corpore latet deforme. Qui nimirum praelati, plebibus plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus, ac si de proprijs, affligunt. Et libro decimosexto, capite 10. exponens illud Iob, Et ele- uabis ad Deum faciem tuam, hoc modo scribit: Ad Deum faciem leuare, est cor ad sublimia inuesti- ganda attollere. Nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorē imaginē Deo notū, atque conspicabilem sumus. Quum uero reatu culpae deprimimur, ad Deum leuare cordis nostri faciem ueremur. Dum enim nulla bonorum operum confidentia fulcimur, intueri summa, mens trepidat, quia ipsa se conscientia accusat. Quum uero iam poenitentiae lamentis culpa diluitur, & sic pepe- trata planguntur, ut plangenda minimè perpetrentur, magna menti fiducia nascitur, & ad conspi- cienda supernae retributionis gaudia, cordis nostri facies leuatur. Et Origenes homilia prima in Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Similitudo hominis in illis, & quatuor facies uni &c. Haec (inquit) ipsa animalia habent similitudinem super se hominis, quum sint quatuor facierum. Nec di- ctum est in principio, quod facierum quatuor sint, sed quia inter quatuor facies eminet, & princi- patū tenet facies humana, describitur: & quae dicitur facies humana, & facies leonis à dextris quatuor partium, & facies uituli à sinistris quatuor, & facies aquilae à quatuor partibus. Videamus ergo an tripartita animam significet, de qua etiam aliorum opinionibus disputandum est, ut animae tripartitae, alia quarta fortitudo praesideat. Quae est tripartitio animae? Per hominem, rationale eius indicatur, per leonem, iracundia, per uitulū, concupiscentia. Spiritus uero qui praesidet ad auxiliandum, non est à dextris,

Origenes. Ezech. 1. b.

Hom. par. 1. d. lionis.

ut homo,

Leo in *aracūdia*. ut homo, uel leo, nō est à sinistris, ut uultus, sed super omnes tres facies cōsistit. Aquila quippe, in *Vitulus, concupiscentia.* alio loco nūcupatur, ut per aquilā spirītū præsidentem animæ significet. Spirītū autē hominis dico, qui est in eo. Atq; ita omnia ducuntur nutu Dei, cœlestia, terrestria, & inferna, & ea, quæ super cœ-
Aquila, spirītus præsidentis. los sunt, & efficiuntur nos omnes Cherubim, quæ sub pedibus Dei sunt, quibus cōiunctæ sunt rotae, & subsequitur ea. Nō sub rota, neq; sub sæculi ditione, rebusq; uersamur, quū iam per passionē Christi sumus à mundi negocijs liberati. Et diuus Hieronymus, exponens illud Ezechielis, Et tu fili hominis, pone faciē tuam contra filias populi tui &c. pro quo lxx. habēt: Obfirma faciē tuā, hoc pacto scribit: Nunc aduersus filias populi prophetissas iubetur faciē suam ponere, siue dirigere, & (ut septuaginta trāstulerunt) obfirmare. Primum dicendum, quid sibi uelit posita facies, siue directā, & obfirmata. Nempe illud quod de domino scriptum est: Facies domini super facientes mala, ut disperdat de terra memoriā eorum. Et rursus: Sicut liquescit cæra à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Secundum quem sensum in hoc eodem propheta dicitur: Fili hominis, obfirma faciē tuam super Theman. Et iterum: Fili hominis, obfirma faciē tuam super filios Hierusalem.

Psal. 33. e.
Psal. 67. a.
Ezech. 20. g.
Ezech. 21. a.

Quid facies Dei mysticè significet.

Cap. II.

Facies Dei, respectus gratiæ.
Iob 1. b.
Illuc.

Iob 33. d.
Facies Dei, cognitio Dei.
Gen. 32. g.
1. Cor. 13. d.

Iob 33. d.
Iubilū quid sit.

Psal. 88. c.

Iob 13. d.

Iob 1. c.

Psal. 26. c.
Cassiodorus,
Exo. 14. d.

Matth. 5. a.

Augustinus.

1. Ioan. 1. a.
Matth. 5. a.

Facies Dei respectus gratiæ eius dicitur. Vnde diuus Gregorius, exponēs illud Iob, Nisi in faciem benedixerit tibi: Nos nempe quod amamus, respicimus: quod uero auersari uolumus, ab eo faciem declinamus. Quid itaq; Dei facies, nisi respectus eius gratiæ perhibetur intelligi? Aut ergo: Extende paululum manū tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi, Ac si aperte dicat: Ea quæ dedisti, subtrahe. Nam, si accepta perdidit, respectum gratiæ tuæ, ablati rebus tēporalibus, non requirit. Si enim ea, quibus delectatur, non habuerit, fauorem tuū, etiam maledicendo, contemnit. Cuius petitione callida nequaquā prouocata ueritas uincitur, sed ad deceptionem suā hosti conceditur, quod fideli famulo ad augmentū muneris suffragetur. Vnde mox subditur: Ecce uniuersa quæ habet, in manu tua sunt &c. Et libro Moral. 24. capite 6. & septimo, exponēs illud Iob, Et uidebit faciē eius in iubilo, hoc pacto scribit: Quia per faciē quilibet agnoscimus, non immeritō cognitionem Dei, faciē eius uocamus. Vnde Iacob postquā cum Angelo luctatus est, ait: Vidi dominū facie ad faciem. Ac si diceret: Cognoui dominū, quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionē plenissimè fieri Paulus testatur in fine, dicēs: Tunc cognoscā, sicut & cognitus sum. Quia ergo post laborum certamina, post tentationū fluctus sæpe in excessu anima suspenditur, ut cognitionem diuinæ præsentia contempletur, quam tamen præsentiam, & sentire possit, & explere non possit, rectè post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciē eius in iubilo. Iubilū dicitur, quando ineffabile gaudium mente cōcipitur, quod nec abscondi possit, nec sermonibus aperiri, & tamen quibusdam motibus proditur, quāuis nullis proprietatibus exprimat. Vnde Dauid propheta intuens electorum animas, tantum gaudium mente cōcipere, quantum sermone nō ualent aperire, ait: Beatus populus qui scit iubilationē. Nō enim ait, Qui loquitur, sed qui scit, quia sciri quidē iubilatio intellectu potest, sed dicto exprimi nō potest. Et exponens illud Iob, Cur faciē tuā abscondis, & arbitraris me inimicum tuū? Quia (inquit) si ut amicum aspiceres, tuæ me uisionis lumine non priuares. Humanū genus contemplationē lucis intima habuit in paradiso, sed sibimetipsi placens, quo à se recessit, lumen conditoris perdidit, eiusq; faciē ad ligna paradisi fugit, quia post culpam uidere metuebat, quem amare consueuerat. Et exponens illud Iob, Egressus est Sathan à facie domini: A facie domini (inquit) exijt, quia relaxatus diuinitus ab internæ intentionis angustia, ad sui desiderij effectū uenit. A facie domini exijt, quia diu in uinculis disciplinæ religata quandoq; uoluntas noxia, ad opus processit. Quum enim id quod uoluit, implere nō ualuit, quasi ante faciē domini stetit, quia illū ab effectu malitiæ superna dispensatio coartauit. Sed à facie domini exijt, quia potestatem tentationis accipiens, ad malitiæ suæ uota peruenit. Scribitur quoq; in Psalmo: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciē tuam domine requiram. Ne auertas faciē tuam à me &c. Cor (inquit Cassiodorus) desiderij tacitū prodit, quod plus audit diuinitas, quam populorū tonatissimas uoces, sicut Moysi dicitur: Quid clamas ad me? quum locutus aliquid non legatur. Fidelis itaq; uir cor suum dixit ad dominum loqui, quoniā hoc uidebatur, quod cogitabat offerre. Vultum autem domini, quærit, qui se sancta conuersatione trāstauerit, de quibus dictū est: Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū uidebunt. Geminat quoq; quod dictum est: Vultū tuum domine requiram. Vna quidē res, sed frequentata precatio. Sciebat enim quā preciosum est, quod ardenti studio totiens expetebat. Et Augustinus: Tibi dixit cor meum, quæsiui uultum tuum. Hoc est ergo, quod paulo antè dixit: Ut cōtempler delectationem domini. Si gaudium nostrum in isto sole esset, nō cor nostrum diceret: Quæsiui uultum &c. sed oculi corporis nostri. Lucem istam quærunt oculi carnis, lucem illam quærunt oculi cordis. Deus enim lux est (ait Ioannes) & tenebræ in eo non sunt ullæ. Munda oculum cordis, ut illam uideas. Beati enim mundo

mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et psalmo 12. Viquequo auertis faciē tuam à me? Sicut (inquit) non oblitiscitur Deus, sic nec faciē auertit, sed more nostro scriptura loquitur. Auertere autem Deus faciē dicitur, dum non dat animæ notitiā sui, quæ adhuc purum mentis oculum non habet. Et exponens illud psalmi, Aequitatem uidit facies eius: Fortasse (inquit) pro eo sit positum: Aequitatem uidit facies eius, ac si diceretur: Aequitas uisa est in facie eius, id est, in notitia eius. Facies enim dei, est potētia, qua dignis innotescit. Vel certe: Aequitatem uidit facies eius, quia non se præbet cognoscendum malis, sed bonis, & ipsa est æquitas. Et exponens illud Psalmitæ, Ostende faciē tuam, & salui erimus, pro quo ipse legit: Et illumina faciē tuam, & salui erimus: Nunquid ille (inquit) obscuram habet faciē? Non habet obscuram faciē, sed opposuit ei nubem carnis, & tanquam uelum infirmitatis, & non est putatus ipse, quū penderet in ligno, agnoscendus, quum sederet in cœlo. Nam ita factum est. Præsentem in terra Christum, & miracula facientem non agnouit synagoga: mortuum tamen, posteaquam resurrexit, & ascendit in cœlum, agnouit. Obtestisti faciē tuam, & ægrotauimus, illumina illam, & salui erimus. Et exponens illud Psalmitæ, Quærite faciē eius semper: Quæ est (inquit) faciē domini, nisi præsentia Dei? Sicut faciē uenti, & faciē ignis, dictum est enim: Sicut stipulam ante faciē uenti, & sicut fluit cæra à facie ignis. Et multa talia ponit scriptura, nihil aliud quàm earum rerū præsentia uolens intelligi, quarum nominat faciē. Sed quid est, Quærit: faciē eius semper? Scio quidem quia mihi adhærere Deo, bonum est, sed si semper quæritur, quando inuenitur? An semper dixit in tota ista uita, qua hic uiuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærendus est? Iam quippe illum inuenit fides, sed adhuc eum quærit spes. Charitas autem & inuenit eum per fidem, & eum quærit habere per speciē. Vbi tunc sic inuenietur, ut sufficiat nobis, & ulterius non quærat, nisi enim eum in ista uita inueniret fides, non diceretur: Quærite dominum, & quum inuenieritis eum, derelinquat impius uias suas, & uir iniquus cogitationes suas. Item si fide inuentus, nō adhuc esset perquirendus, non diceretur: Si enim quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Et quod Ioannes ait: Scimus, quia, quum apparuerit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. An fortè etiam, quum facie ad faciē uiderimus eum, sicuti est, adhuc perquirendus erit, & sine fine quærendus, quia sine fine amandus? Dicimus etiam præsentia alicui, nō te quæro, id est, non te diligo. Ac per hoc, qui diligitur, etiam præsens quæritur, dum charitate perpetua, ne fiat absens, optatur. Proinde quem quisq; diligit, etiam quum eum uidet sine fastidio, semper uult esse præsentem, hoc est, semper quærit eum esse præsentem. Et nimirum hoc est: Quærite faciē eius semper, ut non huic inquisitioni, qua significatur amor, finem præstet inuentio, sed amore crescente, inquisitio crescat inuenti. Et diuus Hieronymus in Esaiam, capite primo, citans illud Exodit: Non poteris uidere faciē meam. Iste (nempe Esaias) ausus est dicere: Vidi dominum sedentem super solium excelsum &c. Homo igitur Dei faciē uidere non potest, Angeli autem etiam minorum in ecclesia, semper uident faciē Dei. Nunc in speculo uidemus, & in ænigmate, tūc autem facie ad faciē, quando de hominibus in Angelos profecerimus, & potuerimus cum Apostolo dicere: Nos autem omnes reuelata faciē, gloriā Dei speculantes, in eandem imaginem trāstformamur à gloria in gloriā, quasi à domini spiritu, licet faciē Dei iuxta naturæ suæ proprietatem nulla uideat creatura, & tunc mente cernatur, quando inuisibilis creditur.

Quid fæx, falx, famesq; mysticè significant.

Cap. III.

Fæx, de qua scribitur: Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis, quid significet, antedictū exponēs uersum Cassiodorus, sic declarat: Sicut duobus modis operari præcipit Christianū, ut declinet à malo, & faciat bonum: ita duplici ratione dominum dicit profutura concedere. Primum est enim, ut nos educat de mundi istius profundissima calamitate, cuius aptè designata est maligna latitudo, lacus miseriæ, lutumq; fæcilium. Et ut exprimeret crassitudinem, corpulentiamq; lutum addidit, quod lacu continetur, ne peccata solis aquis cognoscere, quamuis densissimis, comparata. Nam sicut lutum lacus fætidū, atq; graue est, ita & hominum delicta limosa sunt, quæ & foetoribus horrescunt, & grauitate demergunt. Diuus Augustinus legit: Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto limi. Lacus miseriæ, est profunditas iniquitatis ex carnalibus concupiscentijs. Limus luti, concupiscentia carnalis, tenebræ iniquitatum. Et in alio psalmo dicitur: Quia calix in manu domini uini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, uerū tamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Fæces (inquit Cassiodorus) dicitur reliquiæ uini confidentes in densissimam crassitudinē, ad quas solet peruenire, quando liquor ille superior probatur expellus. Sed quia interius plenum calicem diximus, iustè hic negauit fæcem eius exinanitam, ad quam peruenire nō potuit, quoniam cunctis potatibus, eius plenitudo non deficit. Fæces enim hic, nō sordes, sed im-

p illa,

Fæces, ima atq; ultima uini.

illa, atq; ultima uini debemus accipere. Nam quomodo fæces habere potuit quod merum, atq; purum ante declarauit. Sed ut ad ista fæcem cognoscere, minimè fuisse peruertum, redit ad poculum plenum, dicens: Bibent omnes peccatores terræ. Hic significat (quod sæpe diximus) Iudæos in fine sæculi cum alijs peccatoribus de isto calice bibituros, quando credere meruerint, sed quæ ecclesiæ catholicæ, adunata fide, coniunxerint. Et diuus Augustinus: Calix enim uini meri plenus mixto, uidetur mihi esse lex, quæ data est Iudæis, & omnis illa scriptura ueteris (quod dicitur) testamenti, ubi sunt pondera omnium sententiarum. Nam ibi nouum absconditum latet testamentum, tanquam in fæce corporalium sacramentorum. Calix uero in manu domini, id est, in potestate domini, uini meri, id est, legis synceræ, plenus est mixto, id est, cū fæce corporalium sacramentorum. Veruntamen fæx eius non est exinanita, quia omnia sacramenta carnalia, apud Iudæos remanserunt. Bibēt omnes peccatores terræ, id est, superbi Iudæi, qui bibendo fæcem, euauerunt. Et diuus Hieronymus, exponens illud Sophonia, Et uisitabo super uiros defixos in fæcibus suis: Et uisitabo (inquit) super eos, qui confidunt in corporibus suis, & in uiribus suis, quia διασπορῶν fæces uocat, siue peccata, in quibus penitus fuere defixi, qui tollentes prouidentiam, nec boni, nec mali Dei autorem esse dixerunt, hoc est, quod nec bonis bona, nec mala malis redderet, sed quod fortunæ cuncta regerentur arbitrio, & casu ferrentur incerto.

Augustinus. Calix, lex.

Fæces, corporalia sacramenta.

Hieronymus. Sopho. i. c.

Fæces, corporalia, uires, peccata.

Zachar. 5. a. Hieronymus.

Daniel. 7. c.

Apocal. 14. c.

Fæx, iudicialia sententia.

Fames spirituales.

Ambrosius s. b.

Prouer. 9. a.

Matth. 11. d. Matth. 5. a.

Matth. 3. b. Prouer. 11. d.

Matth. 26. c. Matth. 9. b. Gen. 47. c.

Falx, de qua scriptum est secundū Ixx. Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, & uidi falcem uolantem, pro quo Hieronymus habet: Et ecce uolumen uolans, quid significet diuus scribit Hieronymus in commentarijs: Uolumen (inquit) uolans ostenditur, in quo omnium peccata descripta sunt, ut unusquisq; recipiat secundum opera sua, siue bonum, siue malum, dicente Daniele: Throni positi sunt, & libri aperti sunt. Sin autem ἀρεπῶν πετάλων, id est, falcem uolantem, accipimus, ut Ixx. transferunt, de Apocalypsi Ioannis sumamus exemplum, in quo scriptum est: Et respondit Angelus, & dixit ei, qui sedebat super equum. Mitte falcem tuam acutissimam, & mete uineam tuam, quoniam maturæ sunt uinæ eius. Hæc falx, uiginti habet cubitos longitudinis, & decem latitudinis, in quo numero, tristibus læta sociantur. Ad hoc enim dominus corripit, ut emendet. In uicesimo, qui ex duabus decadibus efficitur, austera, & tristitia nūciantur, in decimo, id est, una decade, meliora, & prospera. Per omnia enim flagella, atq; supplicia, eruditur Israël. Antedicta autem Apocalypsis uerba, hoc pacto exponi possunt: Et alius Angelus, id est, sanctus, exiuit de templo, apparens nempe, non qualis olim fuerat, sed qualis in æternum mansurus est: Clamans uoce magna ad sedentem super nubem, id est, ad Christum sedentem super sanctos, uel dominicam carnem, siue humanitatem, super quam sedet diuinitas: Mitte falcem tuam, id est, iudicialiam sententiam, a bonis malos separantem, & mete, id est, collige tuos, quia uenit hora, ut metatur, id est, quia iam est opportunum, quum completus sit numerus tuorum.

Famem aperte, & euidenter spiritalem nudo sermone propheta Amos pronūciat, dicens: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & emittam famem super terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi uerbum domini. Quæ uerba citans Origenes homilia decima sexta, super Genesim, hoc pacto scribit: Vides quæ sit famis, quæ obtinet peccatores? Vides quæ sit famis, quæ inualescat super terram? Qui enim de terra sunt, & terrena sapiunt, & non possunt percipere quæ sunt spiritus Dei, famem uerbi Dei patiuntur, legis mandata non audiunt, correptiones prophetarum nesciunt, apostolicas consolationes ignorant, non sentiunt Euangelij medicinam. Et ideo de his merito dicitur, quia inualuit famis super eos: iustus autem, & in lege domini meditantibus die, ac nocte, sapientia præparat mēsam suam, occidit uictimas suas, miscuit in cratere uinum suum, & summa uoce clamat, non ut omnes ueniant, non ut abundantes, non ut diuites, neq; ut sapientes huius mundi diuertant ad se, sed si qui sunt (inquit) inopes sensu, ueniāt ad me, id est, si qui sunt humiles corde, qui à Christo didicerunt, mites esse, & humiles corde, quod alibi dicit, Spiritu pauperes, sed fide diuites, illi conueniant ad epulas sapientiar, & dapibus eius relecti, depellant famem, quæ inualescit super terram. Vide ergo ne & tu inuentiaris Aegyptius, & obtineat te famis, ne forte sæculi actibus occupatus, aut auaritiæ uinculis strictus, aut luxuriæ effusione resolutus, alienus efficiaris à sapientiæ cibis, qui in Dei ecclesijs semper exhibentur. Si enim auertas auditum ab his, quæ uel leguntur in ecclesia, uel disputantur, sine dubio famem uerbi Dei patieris. Si uero de Abraham stirpe descendas, & nobilitatem Israëliti generis custodias, pascit te semper lex, pascunt prophetæ, exhibent tibi & Apostoli opulenta conuiuia. In sinibus quoq; Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno patris recumbere te inuitabunt euangelia, ut ibi manduces de ligno uitæ, & bibas uinum de uite uera, uinum nouum cum Christo in regno patris eius. Ab his enim cibis non possunt ieiunare, nec famem pati filij sponsi, donec cum ipsis est sponsus. Et eadem homilia, exponens illud Genesios: Vendiderunt Aegyptij terram suam Pharaoni. Obtinuit enim eos famis. Vituperatio (inquit) mihi uidetur, & in hoc Aegyptiorum contineri, Non enim facile de Hebræis scriptum inuenies,

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

nies, quia obtinuit eos famis. Licet enim scriptum sit, quia inualuit famis super terram, non tamen scriptum est, quia obtinuit famis Iacob, aut filios eius, sicut de Aegyptijs dicitur, quia obtinuit eos famis. Quamuis enim ueniat etiam ad iustos famis, non tamen obtinet eos. Propter quod & gloriantur in ea, sicut Paulus inuenitur libeter gloriari huiusmodi passionibus, quum dicit: In fame, & siti, & frigore, & nuditate. Quod ergo iustus exercitium uirtutis est, hoc iniustus pœna peccati est. Deniq; etiam Abraham temporibus scriptum est: Quia facta est famis super terram. Descendit Abraham in Aegyptum, ut habitaret ibi, quoniam inualuerat famis super terram. Et utiq; si (ut quidam putat) incaute, & imperite esset sermo scripturæ diuinæ compositus, potuerat dicere, quia inualuerat super eum famis. Sed intueri quanta distinctione utatur sermo diuinus, quanta cautela. Quum de sanctis refert, famem dicit inualuisse super terram, quum de iniustis, ipsos fame dicit obtentos. Neq; ergo Abraham, neq; Iacob, neq; filios eorum obtinet famis. Sed & si inualescat, super terram dicitur inualefcere. Et temporibus Isaac nihilominus scriptum est, quia facta est famis super terram, præter illam famem priorem, quæ facta est temporibus Abraham. In tantum autem non potest obtinere famis Isaac, ut dicat ad eum dominus: Noli descendere in Aegyptum, sed habita in terra quamcumq; ostendero tibi, & in ea habita, & ego ero tecum. Secundum hanc (ut arbitror) obseruantiam, longè post ista tempora, propheta dicebat: Iuuenis fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Et alibi: Non occidet Deus fame animam iusti. Ex quibus omnibus declaratur, terram quidem posse pati famem, & eos, qui terrena sapiunt. Quorum autem iste cibus, ut faciant uoluntatem patris, qui in cœlis est, & quorum animam panis ille alit, qui de cœlo descendit, nunquam possunt famis inedia laborare. Idcirco ergo obseruanter scriptura diuina non dicit eos fame obtineri, quibus nouit esse scientiam Dei, & cibum cœlestis præberi sapientiæ: sed & in tertio regnorum libro similem de relatione famis inuenies habitam esse cautelam, ubi quum famis inualuisset super terram, dicentem audis Heliam ad Achab: Viuit dominus Deus uirtutum, Deus Israel, in cuius conspectu sto, si in his annis ros, uel pluuia fuerit super terram, nisi per sermonem oris mei. Et post hæc mandat à domino coruis, ut pascat prophetam, & ut aquam bibat de torrente Coraph. Et iterum in Sarepta Sydoniæ mandat mulieri uiduæ pascere prophetam, ut cui non amplius, quàm unius diei supererat uictus, largiendo ea indeficiens fieret, & multipliciter abundaret exhaustus. Hydria enim farinae, & capfaces olei secundum uerbum domini non deficit, pascendo prophetam. Similia quoque inuenies etiam in temporibus Helisæ, quum filius Adadezer, rex Syriæ ascendit aduersum Samariam, & obsedit eam: Et facta est (inquit) famis magna in Samaria, usquequo efficeretur caput asini quinquaginta siclis argenteis, & quartarium stercoris columbini, quinq; argenteis. Sed subito per uerbum prophetæ fit mira conuersio, dicentis: Audi uerbum domini. Hæc dixit dominus Deus: Sicut hac hora crastino, mensura simlaginis siclo uno, & duæ mensuræ hordei, siclo uno in portis Samariæ erunt. Vides ergo ex his omnibus, quid colligatur. Quia, quum terram famis obtineat, non solum non obtinet iustos, sed medela potius per eos intentatæ cladis desertur. Quum ergo uideas huiusmodi obseruatiam in omnibus penè scripturæ sanctæ locis integrè custodiri, cōuerte hæc ad tropicum, & allegoricum sensum, de quo per Amos iam dictum est. Et homilia nona super Leuiticū: Deus (inquit) per prophetam comminatur, & quidem in ira magna: Et mittam famem super terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiendi uerbum Dei. Sed famem nunc non misit Deus super ecclesiam suam, neq; sitim ad audiendum uerbum dei. Habemus enim panem uiuam, qui de cœlo descendit, habemus aquam uiuam, salientem in uitam æternam. Cur nos ipsos fecunditatis tempore fame necamus, ac siti? Pigræ, & desidis animæ est, in abundantia omnium penuriam pati. Non audistis ex diuinis scripturis, quia certamē est inter homines, carnī aduersum spiritum, & spiritui aduersus carnē? Et nescitis, si carnem solam nutriatis, & ipsam frequenti mollicie, ac iugi deliciarum fluxu foueatis, insolecet necessariò aduersus spiritum, & fortior illo efficietur? Quod si fiat, eum sine dubio in ditionem suam reductum, suis coget legibus, ac uitijs obedire. Si uero ad ecclesiam frequenter uenias, aurem literis diuinis admoueas, explanationem mādatorum cœlestium capias, sicut cibus, & delicias caro, ita spiritus uerbis diuinis conualefcet, ac sensibus, & robustior effectus, carnem sibi parere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimta igitur spiritus sunt, diuina lectio, orationes assiduæ, sermo doctrinæ. His alitur cibus, his cōualefcit, his uictor efficitur. Et diuus Ambrosius exponēs illud euangelicum, Facta est autem famis per regionem illam: Famis (inquit) non epularum, sed bonorum operum, atq; uirtutum, quæ sunt miserabiliora ieiunia. Etenim qui recedit à uerbo Dei, esurit, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Qui recedit à fonte, sitit; qui recedit à thesauro, eget; qui recedit à sapientia, hebetatur; qui recedit à uirtute, dissoluitur. Merito ergo iste egere cœpit, qui thesauros sapientiæ, & scientiæ Dei, diuitiarumq; cœlestium altitudinem dereliquit. Egere ergo ideo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ satis est uoluptati. Semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri.

Gen. 12. c.

2. Cor. 11. f.

Gen. 12. c.

Gen. 26. a.

Psal. 36. c.

Prouer. 10. a.

10an. 4. c.

10an. 6. c.

3. Reg. 18. a.

3. Reg. 17. a.

Ibidem.

Illic 17. c.

4. reg. 6. f.

2. 3. a.

4. Reg. 6. f.

Ambrosius s. b.

10an. 6. c.

10an. 4. b.

Gal. 5. c.

Ambrosius.

Luc. 15. c.

Deuter. 8. a.

Iob 1. a. Gregor. libro 1. Moral. cap. 8. Familia, ignobilis, insipientes. 1. Cor. 1. d.

Familia, cogitationes.

Matth. 13. c. Hieronymus. Mulier, praedictio, Ecclesia. Fermentum, scripturam intelligentiam. Farinae sata tria, spiritus, anima, corpus. Farinae sata tria. Rationabile. Irascibile. Concupiscibile. Rationale in cerebro. Ira in fratre. Concupiscentia in iecore.

Farinae sata tria, pater, & filius, & spiritus sanctus unius substantiae. Satum, unum & dimidium capit modium.

Tria, pro multitudinem.

DE familia scriptum est: Ac familia multa nimis, ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Quid est quod prius animalium multitudo describitur, ac familia in extremo memoratur, nisi quod ad cognitionem fidei prius stulta mundi collecta sunt, ut postea astuta etiā uocarentur? Paulo attestante, qui ait: Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes. Ipsa namque sanctae ecclesiae principia, literarum perhibentur ignara, ut uidelicet cunctis in praedicatoribus suis redemptor ostenderet, quod ad uitam credentes populos non sermo, sed causa suaderet. Et capitulo trigesimo primo: Multam familiam nimis possidemus, quum cogitationes innumeras sub mentis dominatione restringimus, ne ipsa sui multitudine animam superent, ne peruerso ordine discretionis nostrae principatum calcant. Et bene cogitationum turba multae familiae appellatione signatur. Nam scimus, quod absente domina, ancillarum linguae perstrepunt, silentium deserunt, deputati operis officia negligunt, totumque ordinem sibi meti uiuendi confundunt. At si repente domina ueniat, mox perstrepentes linguae reticent, officia uniuscuiusque operis repetunt, sicque ad opus proprium, ac si non recesserint, reuertuntur. Si igitur a domo mentis ad momentum ratio discedat, quasi absente domina, cogitationum se clamor, uelut garrula ancillarum turba, multiplicat. Vt autem ratio ad mentem redierit, mox se confusio tumultuosa compescit, & quasi ancillae se ad iniunctum opus tacite reprimunt, dum cogitationes protinus causis se propriis ad utilitatem subdunt. Possidemus ergo multam familiam, quum recto iure, innumeris cogitationibus rationis discretionem, dominamur.

Farina quid mystice significet, habes in euangelio, ubi dicitur: Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. Vbi diuus scribit Hieronymus: Mulier ista, uel praedictio mihi uidetur apostolica, uel ecclesia, quae de diuersis gentibus congregata est. Haec tollit fermentum, notitiam scilicet, & intelligentiam scripturarum, & abscondit illud in farinae satis tribus, ut spiritus, anima, & corpus in unum redacta, non discrepent inter se, sed cum duobus, & tribus conuenerint, impetrent a patre quodcumque postulauerint. Dissertitur locus iste & aliter. Legimus in Platone, & philosophorum dogma uulgatum est, tres esse in humana anima passiones, το λογικόν, quod nos possumus interpretari rationabile, το θυμικόν, quod dicimus plenum irae, uel irascibile, το επιμυτικόν, quod appellatur concupiscibile. Et putat ille philosophus rationabile nostrum in cerebro, iram in felle, desiderium in iecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentum euangelicum sanctarum scripturarum, de quo supra dictum est, tres humanae animae passiones in unum redigentur, ut in ratione possideamus prudentiam, in ira, odium contra uitia, in desiderio, cupiditatem uirtutum, & hoc totum fiet per doctrinam euangelicam, quam nobis mater ecclesia praestitit. Dicam & tertiam quorundam intelligentiam, ut curiosus lector e pluribus, quod placuerit, eligat. Mulierem istam, & ipsi ecclesiam interpretantur, quae fidem hominis farinae satis tribus commiscuerit, credulitati patris, & filij, & spiritus sancti. Quumque in unum fuerit fermentata, non nos ad triplicem Deum, sed ad unius diuinitatis perducit notitiam. Farinae quoque sata tria, dum non est in singulis diuersa natura, ad unitatem trahunt substantiae. Sati autem genus est mensurae, iuxta morem prouinciae Palaestinae, unum, & dimidium modium capiens. Et Chrysostomus homilia quadragesimaseptima, super Matthaeum: Simile est regnum caelorum fermento &c. Nam sicut fermentum (inquit) magnam farinae copiam in uires suas, quamuis modicum sit, conuertit, sic quoque uos uniuersum terrarum orbem conuertetis. Prudentissimè autem ex natura rerum imagines conduxit, ut ostendat, sicut illa, natura duce, impossibile est non fieri, pariter haec quoque naturae, domino concedente, necessariò fient. Non igitur opponetis: Et quid poterimus ad tantam duodecim homines multitudinem? Id enim ipsum maxime uirtutis uestrae splendorem ostendet, quod multitudini orbis immixti, non confundemini. Nam & fermentum, quum farinae appropinquauerit, non solum appositum, sed immixtum, penitus totam massam fermentat. Propterea non dixit, apposuit, sed abscondit. Si igitur & uos, quum uniti, atque commixti impugnationibus fueritis, tunc trophaea consequemini, & quemadmodum fermentum in farina subuersum, non deperditur, sed in naturam suam farinam transmutat, pariter in praedicatione hac euangelij fiet. Nolite igitur timere, si magna pericula futura praedixi. Non enim extinguetur fulgur uester, sed omnia superabit. Tria uero pro multitudine hic posuit. Consueuit enim hoc numero multitudinem abuti scriptura. Nec mireris, si de regno caelorum differens, sinapis, & fermenti fecit mentionem. Homines enim alloquebatur quasi agrestes, atque imperitos, qui maxime his rebus commoueri solent, quicquid sic erant agrestes, ut harum rerum etiam sapius interpretationem requirerent. Vbi nunc gentium alumni sunt? Intelligent saltem nunc a rerum ipsarum euentu, quam ineffabilis sit Christi uirtus, & utraque ratione ipsum adorandum credant: Vel quia incredibilem futuram rem praedixit, uel quia quod praedixit, non aliter quam praedixerat, adimpleuit. Ipse namque est, qui tantam fermento uirtutem

uirtutem imposuit, & multitudini hominum ita credentes immiscuit, ut infideles fidei credentium adhererent. Nemo ergo paucitatem nostram (inquit) deploret. Magna enim est praedicationis uirtus, & quod semel fermentatum est, fermentum rursus ad reliqua efficitur. Et quemadmodum fauilla, quum in arida ligna incidit, in flammam ipsa conuertit, quae uis sua deinde, uel uiridia ligna facile incendit, eodem quoque modo praedictio. Sed cur nam non dixit ignis, sed fermentum? Quoniam non ignis uirtute totum fit, sed lignorum quoque ariditate, fermentum uero per seipsum omnia conficit. Et diuus Augustinus libro primo quaestionum euangelicarum, capite duodecimo: Mulierem, sapientiam dicit, fermentum, dilectionem, quod feruere facit, & excitat. In farinae autem satis tribus, uel tria illa in homine: Ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, uel tria illa fructifera, centesimum, sexagesimum, tricesimum, uel tria illa genera hominum, Noe, Daniel, Iob. Et Genesis decimo octauo: Accelera (inquit) tria sata similiae commisce, & fac subcinericios panes. Haec in typum ecclesiae dicuntur, quae de tribus mundi partibus in unitatem fidei congregata est, & quasi panis sine fermento igne spiritus sancti decocta est. Tria ergo sata tres filios significant Noe, ex quibus omne genus hominum natum est, qui diuinae trinitati credentes, aqua baptismatis per Samaritam, id est, ecclesiam, conuersi sunt, & in unum panem corporis Christi redacti. Subcinericius panis sunt, qui per poenitentiam delictorum spiritus sancti uapore decocti, esca Deo acceptabilis efficiuntur. Et Genesis quadagesimo scribitur: Videns pistorum magister, quod prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego uidi somnium, quod haberem tria canistra farinae supra caput meum &c. Sunt enim nonnulli peccatis obstinati, qui poenitentiam agere nolunt, & hi per pistorum significantur, tribus canistris oneratum, id est, grauius peccatis pressum, quae illi in desperationis profundum trahunt, iuxta illud: Impius, quum in profundum peccatorum uenerit, contemnit. His Ioseph, id est, praedicator, aeternam praedicit damnationem, post tres dies futuram, id est, post peccatum operis, consuetudinem, ac desperationem. Et diuus Hieronymus exponens illud Osee, Culmus stans, non est in eo germen, non facit farinam. Quod & si fecerit, alieni comedent eam, hoc pacto scribit: Culmus, hoc est, stipula, non erit ex his seminibus (nempe haereticorum) nec aliquam poterunt specie segetis habere foecundae. Quod si raro acciderit, ut ecclesiastici quid dogmatis simile habere uideantur, ipsum germen, & spica, farinam non facit. In cuius farinae satis tribus mittit fermentum euangelica mulier, ut spiritus, quo sentimus, & anima, qua uiuimus, & corpus, quo incedimus, in unum sanctum spiritum redigantur, iuxta Apostolum: In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. Quod si raro acciderit haereticis, ut farinam quoque sementis eorum faciat, de hac farina fiet subcinericius panis, qui non reuersatur, & quem alieni comedent, de quibus scriptum est: Filij alieni mentiti sunt mihi.

Augustinus. Mulier, sapientia.

Fermentum, dilectio.

Sata tria quid sint.

Panes subcinericius, poenitentes.

Canistra tria quid significant.

Prouer. 18. 4.

Osee 9. b.

Matth. 13. c.

Act. 17. f.

Osee 7. c.

Psal. 17. g.

Matth. 13. d.

Ioan. 14. a.

Cant. 1. d.

Fraternus, fratris filius.

Spōsa, ecclesia.

Alligamentum guttae, corpus Christi.

Alligamentum guttae, dogmaticum continentia, diuinarum sententiarum restrictio.

Numeri 19. e.

DE fasciculis scriptum est: Colligite primum zizania, & ligate ea fasciculis ad comburendum. Quae uerba, diuus Gregorius enarrans libro Moralium 9. capite 47. sic scribit: Si enim nullus in supplicijs ordo seruabitur, cur comburenda zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare, est hos qui aeterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare, ut quos similis culpa inquinat, par etiam poena constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur, quatenus simul damnatio conterat, quos simul elatio subleuat, quosque non dissimiliter dilatauit ambitio, non dissimiliter angustet afflictio, & par cruciet flamma supplicij, quos in igne luxuriae par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mansiones multae sunt, pro diuersitate uirtutis, sic damnatos diuerso supplicio, gehennae ignibus subijcit disparitas criminis. Nam sicut uno sole omnes tangimur, nec tamen sub eo uno ordine omnes aestuamus, quia iuxta qualitate corporis, sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis & una est gehenna, quae afficit, & tamen non una omnes qualitate comburit, quia quod hic agit dispar ualetudo corporum, hoc illi exhibet dispar causa meritorum. Et Origenes exponens illud Cantorum, Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, pro quo iuxta Ixx. legit, Alligamentum guttae fraternus (sive fraternus) mens mihi, in medio uberum meorum manebit, sive commorabitur: Fraternus (inquit) appellatur fratris filius. Requiritur quid sit primo frater sponsae, cuius hic filius habeatur. Vide si possumus dicere, sponsam quidem ex gentibus esse ecclesiam, fratrem uero eius, priorem populum, & fratrem indicat utique seniore. Quia ergo ex illo populo Christus secundum carnem nascitur, ob hoc ab hac ecclesia gentium, fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum guttae, fraternus meus mihi, corporeae natiuitatis eius indicat sacramentum. Videtur enim quodammodo alligamentum esse, & uinculum quoddam animae, corpus, quod alligamentum in Christo diuinae uirtutis, ac suauitatis astringitur. Si autem ad unamquamque animam, quae dicta sunt, referuntur, alligatura guttae dogmaticum continentiae, & restrictio diuinarum sententiarum restrictio. Innexae enim sibi inuicem sunt fidei rationes, & uinculis ueritatis astrictae, Denique & haec mundum

Fasciculos ligare, quid sit.

Ordo in supplicijs.

Cant. 1. d.

Fraternus, fratris filius.

Spōsa, ecclesia.

Alligamentum guttae, corpus Christi.

Alligamentum guttae, dogmaticum continentia, diuinarum sententiarum restrictio.

Numeri 19. e.

Leuit. 5. a.

Dañ. 2. g. Mich. 2. d.

Pfal. 44. b. Vestimentū uerbi Dei, doctrina sapientiae. Myrrha, Christi mors. Gutta, diuinitas casta, redemptio. Drama, actus comediarū, rei representatio. Vera, corda. Esa. 58. b. Match. 23. a.

Exiōi potest, quod debitum est.

Marci 11. c. Leuit. 25. b. & 27. c.

Amos 9. b.

Luca 12. d. Religio à religando.

Historia, tropologiae fundamentum.

Iob 33. a.

dicit esse omne uas, quod alligatum est, immundum uero, quod solutum fuerit, & non ligatum, Cuius rei hæc figura erat, quod Christus, in quo nunquam fuit ulla immūdicia peccati, alligamentum guttæ dicitur. Et ideo anima nō debet contingere aliquid dissolutum, & quod non sit ratione subnixum, & dogmatum ueritate constrictum, ne immunda fiat. Qui enim immundū contigerit, immundus erit, secundum legem. Continget namq; eum sensus irrationabilis, & alienus à sapientia Dei, & faciet eum immundū. Vide autem si forte illium Dei in carne guttam dictum, & quasi breue aliquid, & exiguū nominatum possimus accipere, sicut & Daniel de eo dicit: Lapidem paruū de monte excisum sine manibus, & post hoc montem magnum. Vel sicut in libello duodecim prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur, quæ congreget populum. Est ergo & in prophetis ita scriptū: Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob. Decebat enim eū, qui ueniebat cōgregare non solū Iacob, sed & omnes gētes, quæ sicut propheta dicit, reputatæ sunt, tanq̃ gutta ex litula, exinanientem se diuinitatis forma, effici ipsū, ut guttā, & sic uenire ad congregandam guttam gentium, & guttam nihilominus reliquiarum Iacob. Sed in quadagesimo quarto psalmo dicitur ad dilectū, cui etiam ipse psalmus ascribitur: Myrrha, & gutta, & castia, à uestimentis tuis, A uestimētis ergo uerbi dei, quæ est doctrina sapientiae, procedit myrrha mortis dūtaxat indicū, pro humano genere susceptæ. Gutta (ut supra diximus) exinanita diuinitatis forma seruilis formæ suscepta dignatio. Castia quoq; quoniam id genus hærbæ aquis indefinentibus nutrirī dicitur, & coalescere, redemptionem humani generis per aquas baptisimi indicat datam. Sic ergo alligaturā guttæ fraternū suū sponsa, tanquam nuptiali dramate loquens, inter mediū uberū suorū cōmorantē dicit. Vbera, principale cordis aduerte, in quo ecclesia Christū, uel anima uerbum Dei desiderij sui uinculis alligatū tenet, & astrictū. Si quis enim uerbum Dei toto affectu in corde suo, & toto amore constringit, ipse solus poterit odorē fragrantiae eius, & suauitatis accipere. Et in Esaia legit: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, id est, graues pœnas, quas populo imponebant, iuxta illud: Alligant enim onera grauiā, & importabilia, & imponūt in humeros hominū. ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Postiquā docuit quale ieiuniū reprobet, ostēdit quale libenter accipiat. Dissolue (inquit) colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, siue (ut lxx. manifestius transtulerunt) dissolue obligationes uiolentarū cautionū, quas nostri uerbi ambiguitate decepti, *συνάλλαγμα* cōmutationes, pro chirographis interpretati sunt. Significat autē chartarum fasciculos, in quibus foeneratorū calumniæ continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno, quæ in cunctis urbibus seditionis causa uel maxima est. Vnde & Romanus populus uicinos occupat montes, & tabulæ nouæ, quas Græci appellant *χρῆμα ἀποκοπίας*. Non ergo præcepit propheta, ne exigat unusquisq; quod debitū est, maxime quod iuste dedit, & iuste repetit, alioquin Tribunicia esset seditionis assertor, sed ubi iniqua est cautio, ubi opprimūtur pauperes calumnia, ibi fasciculi cautionum, & omnia iniquitatis uincula, rumpenda sunt. Vel certè hoc dicendum, quia de ieiunijs sermo est, & ieiunium afflictionem, atq; humiliationem habet animæ, afflictio autē corporis, peccatorum indulgentiam deprecatur, docet scriptura diuina, ut dimittamus debitoribus nostris, uel quinquagesimo, qui est uerus iubileus, omnes possessiones redire ad dominos, & reddi seruis pristinam libertatem, cunctaq; nomina, quæ uulgō appellant cautiones, irrita fieri. Et exponēs illud Amos, Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terrā fundauit, hoc modo scribit: Dominus Deus omnipotēs, qui respicit, siue tãgit terram, & cōmouet eam, ipse est qui quotidie ædificat in cælo, id est, in sanctis ascensionem suam, & fasciculū suum super terrā fundauit, de quo in euangelio loquitur: Ne timeas grex paruule, quia complacuit patri meo habitare in te. Iste fasciculus una domini religione constrictus est. Vnde & ipsa religio à religando, & in fascem domini uinciendo, nomen accepit. Porrò iuxta lxx. *τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῇ γῆς θεμελιώσῃ*, id est, repromissionem suam fundat super terram, ut omnes illius repromissiones, quas sancti propheta suo ore cecinerunt, non inanem sonum habeant, & casta solius tropologiae nomina, sed fundentur in terra. Et quum historiae habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiæ culmen accipiant, ut uerè Christus de uirgine natus sit, uerè Lazarum mortuum suscitauit &c. licet secundum tropologiam quotidie de anima uirginali nascatur sermo diuinus, quotidie peccato mortuū, & uitiorum funibus alligatū, de sepulchro scelerum suorum iubeantur exire.

Quid fauces, fauilla, fauusq; mysticè significant. Cap. VI.

DE faucibus scribit Iob: Loquatur lingua mea in faucibus meis, ubi Gregorius scribit: In faucibus loqui, est silenter dicere, & non clamoribus uociferari. Quibus uerbis arrogantes intra sanctam ecclesiam positos signat. Hi enim uelut in faucibus loqui dicuntur, quando nō contra aduersarios extra uiuentes clamant, sed quosdam intra sinum sanctæ ecclesiæ, quasi uicinos, ac iuxta positos increpant. Sæpe uero arrogantes eandem, quam tenent, arrogantiam se fugere ostendunt, & dum

& dum sic cuncta agunt, ut nullum lateant, hæc priuatè singulis, quasi silenter, narrant, quatenus non solum de sensu intelligentiæ, sed de ipso apud homines etiam arrogantiae contemptu gloriantur. Vnde nunc dicitur: Loquatur lingua mea in faucibus meis. Ac si apertè dicatur: Quæ cōtra te prudenter sentio, ecce silenter narro. Et diuus Hieronymus, exponēs illud Salomonis, Et erit uita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis, hoc modo scribit: Quam dulcia (inquit) faucibus meis eloquia tua. Habet ergo sensus animi fauces suas, quibus uerba, quæ audit, diiudicet, quibus res, & gesta singulorum, quæ cernit, discernendo examinet, & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando conternat. Quibus nimirum faucibus, quum legem, atq; consiliū domini custodimus, gratia multiplicatur, quia quanto solertius quisq; diuinis obtemperat iussis, tanto dulcius eius amorem concipit. Quam nostris faucibus inesse gratiā desiderabat Psalmista, quum ait: Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus. Et Origenes homilia tertia in Cantica Cantorum, exponēs illa uerba, Et fructus eius dulcis in faucibus meis, hoc modo scribit: Illius animā hoc credo dicere, quæ nihil emortuū, nihil inensibile habet in faucibus suis, & in nullo prorsus similis est illis, de quibus dicitur, Sepulchrum patens est guttur eorum. Quicumq; enim uerba mortis, & interitus de faucibus proferunt, ipsorum fauces sepulchra dicuntur, sicut sunt omnes, qui uel contra ueram fidem loquuntur, uel contra disciplinam castitatis, & iustitiæ, & sobrietatis aliquid proferūt. Ipsi ergo sunt, quorum fauces sepulchra sunt, & loca mortis, unde mortis uerba proferuntur. Iustus autē dicit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Et alius, qui uerba uitæ docebat, ita dicit: Os nostrū patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatātū est. Sed & alius, qui uerbo Dei aperuit os suum, inquit: Os meū aperui, & attraxi spiritum. Et Cassiodorus prædicta Dauidica uerba enarrans, Quam dulcia faucibus meis &c. Spiritualibus (inquit) delicijs magna ubertate saginatus populus beatus exclamat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Dicendo, Quam, magnam quidem dulcedinem sibi esse professus est, sed nūquam lingua potuisset exprimere. Nam quum omnis gustus sapiat in palato, considerandum est hic, quare dixit: Faucibus meis. Fauces enim sunt gutturis nostri uia, ubi iam deglutita dulcedo nulla sentitur. Sed quia de eloquijs domini erat absolute dicturus, mirabiliter illā partem posuit, ut citò ad cordis nostri penetralia perueniret. Eloquia enim domini non in palato sapiunt, sed magis, quum fuerint deglutita, dulcescunt. Super mel, & fauum ori meo. Mel ad uetus, fauum ad nouum pertinet utiq; testamentum. Nam licet utraq; sint dulcia, tamen faui sapor est suauior, quia gratia nouitatis maiore cumulatur. Potest etiam & mel intelligi aperta doctrina sapientiae, fauum uero, quæ in quibusdam profundis cellulis probatur esse recondita. Quod utrūq; in scripturis diuinis non est dubium reperiri. Addidit: Ori meo, quando reuera ipsam sapientiam, quam faucibus deglutierat, ore prædicabat. Vide Ambrosium in dictione, Fauus.

Fauilla est ecclesia, iuxta illud Iob: Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ, & cinerī. Vbi diuus Gregorius scribit: In reprobatorum quippe iudicio sancta electorum ecclesia luto comparatur, quia temporaliter cōculcata, despicitur. Fauillæ assimilatur, & cinerī quia dum bona eius interiora non uident, ad sola hanc mala peruenisse æstimāt, quæ in ea exhiberi corporaliter uident. De fauilla iterum uide in dictione, Cinis. Et Gregorius, exponens illud Iob, Erūt sicut paleæ ante faciem uenti, sicut fauilla, quam turbo dispergit: Ante omnipotentis Dei oculos iniqui uita fauilla est, quia & si apparet ad momentū uiridis, ab eius tamen iudicio iam consumpta cernitur, quia cōsumptioni est æternæ deputata. Hæc fauillam turbo dispergit, quia Deus manifestus ueniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida. Huius enim tempestatis turbine ab æterni conspectu iudicis iniqui rapiuntur, & qui hic mentem desiderio peruerso solidauerant, ibi paleæ, & fauilla uidebuntur, quia eos ad æterna supplicia turbo rapiens asportat. Et in Esaia legitur: Et erit fortitudo uestra, ut fauilla stupæ, & opus uestrum quasi scintilla. Vbi diuus Hieronymus scribit: Omnis fortitudo, & superbia peccatorū, & sceleratorum Israël, qui dereliquerunt dominum, & idcirco consumpti sunt, & sacrificauerunt idolis, & erubescunt in hortis, quos elegerunt, redigentur in purgamenta stupæ, quæ leui uorantur incendio. Et opus eius, id est, fortitudinis uestre, siue idolatriæ, in qua erraueratis, paruula scintilla consumet. Et succendetur utrūq; simul, & scientia uidelicet Iudæorum, & omnia opera quæ faciunt, siue & idolum, & Hierusalem, in qua idolum fuit. Et succedente domino, nullus extinguere poterit. Quæ omnia de cōtrarijs quoq; dogmatibus accipere possumus, quod & magistri, & discipuli pariter pereant, & omne opus eorum ignis pabulum sit.

Fauus, ut dictum est in dictione, Fauces, est nouum testamentum, & occulta sapientia. Significat etiam & allegoricam locutionem, iuxta illud: Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauū dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiae animæ tuæ, quam, quum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Vbi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Patet facillimè, quare doctrinam sapientiae, melli comparet, & fauo, quia nimirum sicut illud cibus, ita hæc doctrinis cœteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter utriusque significantiam distat, quia

Hieronymus. Prou. 3. c. Psal. 119. m.

Psal. 33. b. Origenes.

Psal. 5. c.

Psal. 119. n. 2. Cor. 6. c. Psal. 119. r. Cassiodorus. Psal. 119. r.

Fauces sunt gutturis uia.

Mel, uetus testamentum. Fauus, nouū testamentum. Mel, aperta doctrina. Fauus, occulta sapientia. Fauilla, ecclesia Iob 30. c.

Iob 21. c.

Fauilla, iniqui uita.

Psal. 39. a.

Esa. 1. g. Hieronymus.

Prou. 24. b. Fauus, nouū testamentum, occulta sapientia, allegorica locutio. Mel, moralis sensus.

Mel, moralis sensus. mel, quod in promptu est ad comedendum, moralem literæ superficiem insinuat: fauus autem, in quo mel de cara exprimitur, allegoricam locutionem figuratè denunciat, ut subducto literæ uelamine, suauitas sensus spiritualis aliquanto cum labore, uel mora percipiatur. Et rursus in Psalmo scriptum est, iudicia domini uera &c. & dulciora super mel, & fauum. Mel uetus est testamētum, fauus uero nouum (ut inquit Cassiodorus.) Et in Prouerbijs scriptum est: Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans, labia meretricis &c. Vbi diuus Hieronymus scribit: Rectè sapientia huius mundi, atq; concupiscentia eius, fallax mulier dicitur, quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum, dum demulcet, a Deo meretricari facit, & de uana spe presentis sæculi deceptos fallit. Aliter: Quum in ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, nõ ad sufficientiam solummodo, uerum etiam ad superfluitatem resonat, ob id fallitas, quia aptè profertur cernitur, ueritas à stultis existimatur. Et in eodem libro scriptum est: Fauus mellis, uerba cõposita, dulcedo animæ, sanitas ossium. Multi inquit idem Hieronymus) per eloquentiam possunt amantibus, & fauentibus suauiter pronunciare bona, quæ ipsi non amant, ea autem solum uerba ad sanitatem ossium tuorum, hoc est, ad uirtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt, quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedunt. Et rursus alio in loco inquit: Anima saturata, calcabit fauum, & anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet. Hoc est, anima diuitum (ut idem ait Hieronymus) qui habent consolationem suam, & quibus dicitur à domino: Væ uobis, qui saturati estis, quia esurietis, spernit auditam cœlestis regni dulcedinem. Anima autem eorū, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, etiam aduersa sæculi pro domino, imò etiam ipsam mortem perpeti, dulce habet, sciens se per poculum amaritudinis, ad gaudia perpetuæ salutis esse uenturum. Et diuus Ambrosius, exponens illud Psalmistæ, Quam dulcia faucibus meis uerba tua, super mel, & fauū ori meo: Et bene (inquit) dulcia, quibus prædicatur remissio peccatorum, uitæ perennitas, resurrectio etiam defunctorum, quæ perpetuæ mortis, & acerbæ, amaritudinem temperant. Per hæc, mortem cœpimus nõ timere, qui cœpimus dicere: Vbi est mors uictoria tua? Et bene faucibus dulcia, eo quod intimis infusa uisceribus gratia spiritalis sit. Super mel, & fauum (inquit) ori meo dulcia. Et ideo, quia dulcia nobis uerba tua esse cœperunt, dicit ad ecclesiam: Fauum distillant labia tua sponsa. Qui sit fauus, doce nos Salomon. Tu enim dixisti: Fauus mellis, sermones boni. Et uerè bonus fauus, quem māducat ecclesia, multorum prophetarum, uelut apum spiritali ubertate congesta mella, redolentem. Hoc est mel, de quo ait: Manducaui panem meum cum melle meo, bibi uinum cum lacte meo. Mysticus sermo cœlestium scripturarum sicut panis est, qui confirmat cor hominis, uelut fortior cibus uerbi. Suavior autē ethicus dulcis, & mollior, eo quod ethica prædicatione, mentis interna mulcentur. Amara febribus, id est, pœnitentia delictorum, miti corda sermone dulcescunt. Stillant mel labia prædicantis, quādo collata duris calibus, uel ruinis, lapsæ animæ membra refouentur. Est etiam uis feruentior uerbi, sicut & uini. Est etiā in lactis specie sermo lucidior. Edite (inquit) proximi mei, & bibite, & inebriamini. Bona ebrietas, quæ ad meliora, atq; iocunda, facit quendam mentis excessum, ut immemor solitudinum animus noster, uino iocunditatis hilaratur. Bona mensæ spiritalis, ebrietas. Deniq; poculum inebrians quā præclarū. Sed & alibi habes: Riuis eius inebria, multiplica generationes eius, eo quod ebrietas terræ, quum infusa fuerit imbre cœlesti, suscitare semina, fructus multiplicare consueuerit. Itaq; uerbū, quod sicut pluuia descendit de cœlo, ubi uenas terræ nostræ, uel animæ, ac mentis nostræ inebriauit prædicatione diuina, excitauit uirtutum studia diuersarum, fructusq; fidei, & castæ deuotionis adoleuit. Meritoq; ei dicitur: Visitasti terram, & inebriasti eam. Susceptione etenim corporis uisitauit, ut sanaret infirmos, inebriauit gratia spiritali, ut anxios iocunditate mulceret. Rectè ergo sponsæ dicitur: Fauum distillant labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua. Os enim iusti distillat sapiētiam, de ore iusti suauitatis, & misericordiæ mella procedūt. In ore iusti nullus dolus, nulla fallacia, nulla est amaritudo peccati. Audit ecclesia uerba iusti, audit plebs Dei præcepta sapientis, delectatur alloqui suauitate, moralis disputationis iocunditate mulcetur, dicens: Quam dulcia faucibus meis uerba tua, super mel, & fauum ori meo, quia mel apum ad horam delectat, sed citò sapor eius euanescit, & plerūq; uiscera uitiosa læduntur: uerborum autem moralium & si pungunt mella, non lædunt. Cognosce tamen cui illa credantur. Scriptum est enim: In aurem insipientis nihil dicas, nequando irrideat prudentes sermones tuos. Euomet enim, & reijciat sermonem tuum stultus, qui eius non potest sentire suauitatem. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Et dulciora super mel, & fauum: Et siue (inquit) quisq; iam sit mel, qui iam solutus uitæ huius uinculis expectat diē, quo ueniat in epulas Dei, siue adhuc sit fauus, ut quasi cæra circumplacetur hac uita, non huic concretus, sed implens eā, cui opus sit aliqua pressura, nõ opprimētis, sed exprimētis manus Dei, qua de tēporali uita in æternā eliquetur, dulciora illi sunt iudicia Dei, q̄ sibi ipse est, quia sup mel, & fauū illi dulciora sunt. Et exponēs illud Psal. Quam dulcia faucibus meis uerba tua (uel quod de Græco est expressius, eloquia tua) super mel, & fauū ori meo, Hæc est (inquit) illa suauitas, quæ Deus dat, ut

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

177

dat, ut terra nostra det fructū suum, ut bonū uerè bene, id est, non malū carnalis formidine, sed boni spiritualis delectatione faciamus. Nonnulli sanè codices non habēt fauum, sed plures habent mel. Mellis autem est similis aperta doctrina sapiētiae, fauo uero occulta doctrina sapientiae, quæ de abstrusioribus sacramentis, tam de cellis carnis ore differentis, uel ut mandentis exprimitur, uerum ori cordis, non carnis est dulcis.

Quid febris, mysticè significet.

Cap. VII.

DE febribus diuus scribit Ambrosius, exponens illud Euāgelicum, Socrus autem Simonis, tenebatur magnis febribus: Socrus (inquit) Simonis & Andreae, uarijs criminum febribus, id est, caro nostra, læuebat, & diuersarum cupiditatum immodicis æstuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quā calor. Itaq; illa animū febris, hæc corpus inflamat. Febris enim nostra auaritia est, febris nostra libido est, eo quod ignitæ sint cupiditates. Vnde & Apostolus ait: Si non se continent, nubāt. Melius est enim nubere, quā uri. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis uitia sint, ignem tamē ossibus implicant, mentem, animum, sensumq; pertentant. Hæc prior diaboli sollicitatur arte. Etenim ager bonus, uestis, monile, suadela serpentis est. Honorum gratia, sublimitas potestatum, epularum suauitas, forma meretricis, laqueus est diaboli, & quasi quidā nequitiae spiritalis illecebrofus affectus, qui per carnis illecebram, quæ citò foeminea quadam leuitate mollitur, animū quoq; de gradu deijcit. Neq; enim formam mulieris animus, priusquam corporis oculus concupiscit. Deniq; quod non uideris, non amabis: sed ubi caro concupierit, compatiens quoq; animi constantia defertur, & mens consortio amoris inflectitur. Duo enim in carne una sunt, atq; ita mors irrepit sceleris effectu tentante diadolo, carne suadente. Vehementior tamen est animi, quā corporis febris, & ideo pro animi uoluntate, corporis salus plerūq; cõtemnitur, nec à periculis abstinetur. Vnde nõ alienū uidetur repetere, quæadmodū Theotimus, quū graui oculorū incõmodo laboraret, & amaret uxorē, interdicit sibi à medico facultate cõeundi, cupiditatis impatiēs, atq; impetu libidinis raptus se moderari nequieuit. Sciēs enim, prudēsq; quod esset oculos amissurus, priusq; cõueniret uxori, in ipso æstu feruentis cupiditatis, & cõsuetudinis apparatu: Vale (inquit) amicū lumen. Sic febre libido flagrantior est, grauiusq; præcipitat, & inflamat. Sed ubi quis resipuerit à furore, tūc cõscientiæ interioris uisus aperitur, factiq; succedit pœnitentia, & pudenda sui unusquisq; facinoris erubescit. Tunc Deus timetur, & peccator cupit se celare, sed non potest, tunc caro arguitur, diabolus accusatur. Hæc quasi læna uitiorum, ille quasi autor erroris. Patescit deformitas. Nudū est enim Deo omne secretum, nec illius ficus folijs, hoc est, tegmine corporali, & iactantia sæculari, flagitorum secreta uelantur. Et unusquisq; diuinum peccati conscia formidat mente iudicium, dicens: Qui super me montes cadant, in quibus me abscondam fissuris petrarum, quum uenerit cõfringere terram? Tunc tribulos, & spinas animo caro, hoc est, curarum morsus, solitudinūq; generat, æstusq; quos sibi per concupiscentiam carnis animus ipse circumdedit. Etenim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporis uoluptatibus, & quum semel adhæserit cupiditatibus, demersa terrenis difficilè in altum potest, unde descendit, sine Dei fauore reuolare. Actū enim suorum uincta laqueis, & deliciarum sæculariū illecebris obnoxia iam tenetur. Et in Euāgelio Matthæi scriptum est: Et quum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum eius iacentem, & febricitantem, & tetigit manū eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Vbi scribit Beda: Mysticè domus Petri lex, uel circuncisio est. Socrus, est synagoga, quæ quodammodo mater est ecclesiæ Petro commissæ. Hæc febricitat, quia inuidiæ æstibus laborabat persequens ecclesiam, cuius manum dominus tangit, quando carnalia eius opera in spiritualem usum conuertit. Vel (ut inquit Remigijs) per focrum Petri potest intelligi lex, quæ secundum Apostolum infirmabatur per carnem, id est, carnalem intelligentiam. Sed quum dominus per mysterium incarnationis uisibilis in synagoga apparuit, & opere legem impleuit, & spiritaliter intelligēdam docuit, mox ipsa sociata gratia Euāgelij, tantum robur accepit, ut quæ fuerat ministra mortis, & pœnæ, postmodum fieret uitæ, & gloriæ. Vel, secundum Rabanum, unaquæq; anima, quæ carnis concupiscentijs militat, quasi febribus æstuat, sed manu misericordiæ diuinæ tacta conualescit, & per continentiæ fræna, carnis lasciuiam constringit, & membris, quibus seruiat immunditiæ, seruit iustitiæ. Vel, secundum Hilariū: In focru Petri uitiosa infidelitatis æstimatur affectio, cui adiacet libertas uoluntatis, quæ nos sibi quadam coniugij societate coniungit. Ergo ingressu domini in Petri domum, id est, in corpore, curatur infidelitas peccatorum calore æstuans, & saluata, officij famulatu ministrat. Vel, secundum Hieronymū, febris intemperatiam significat, de qua nos filij synagogæ per manum disciplinæ, desiderij eleuatione sanamur, & huius, qui sanat nos, ministramus uoluntati. Et secundum Theophilum, febricitat qui irascitur, ut ex ira manus effrænatus extēdat, sed si ratio retineat manum eius, surget, & rationi ministrabit.

Quid

Mel, aperta doctrina sapientiae.
Fauus, occulta doctrina sapientiae.

Ambrosius.
Luc. 4. g.

Febres, uitia.

1. Cor. 7. b.

Febris animi uehemetior, quā corporis.
Theotimus, Vale (inquit) amicū lumen.

Libido febre flagrantior.

Nudum Deo omne secretum.

Matth. 8. b.

Beda.

Donus Petri, lex, circuncisio.

Febris, inuidia.

Remigijs.

Rabanus.

Febris, concupiscentia.

Hilarius.

Febris, infidelitas.

Hieronymus.

Febris, intemperantia.

Theophilus.

Febris, ira.

Femur, Christi significat incarnationē. Vnde diuus Augustinus, exponens illud Dauidicum, Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissimè: Gladium (inquit) tuum, quid, nisi uerbum tuum? Isto gladio strauit inimicos, diuisit filium à patre, filiam à matre, nurum à focu. Nō ueni (inquit) pacem mittere, sed gladium. Circa femur, id est, carnem. Vnde illud est: Non deficiet princeps de Iuda, & dux de femoribus eius. Nōne & ipse Abraham, cui promissum erat semen, in quo benedicerentur omnes gentes, quando misit seruum suum ad quærendam, & ducendam uxorem filio suo, unde ueniret illud semen sanctum, in quo benedicerentur omnes gētes, fidem tenens, in illa ueluti humilitate feminis, esse magnitudinem numinis, id est, filium Dei uenturum ex filijs hominum per semen Abraæ, fecit ipsum seruum suū, quē mittebat, ita sibi iurare: Pone (inquit) manum tuam sub femore meo, & sic iura. Quasi diceret: Pone manum tuam ad altare, ad Euangelium, aut ad prophetam, aut ad aliquid sanctum. Sub femore meo (inquit) pone manum, habens fiduciam, nec reuerens turpitudinem, sed intelligens ueritatem. Potentissimè (inquit) etiam circa femur, quia quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Et Cassiodorus: Accingere gladio tuo. Metaphora à bellatore concepta, quia dimicaturus, gladio cingitur, ut prosternat inimicū. Sed hic gladiū, sermonē prædicationis debemus accipere, de quo ipse in Euāgelio testatur: Nō ueni pacē mittere in terram, sed gladium. Et Apostolus dicit: Et gladium spiritus, quod est uerbū Dei. Gladius autem dicitur sermo Dei, quia corpulenta uitij corda hominum icu suæ uirtutis irrumpit, nec potest imbecillitas humana resistere, ubi illa fortitudinis gloria dignatur intrare. Femur uero incarnationem significat domini saluatoris, sicut in Genesi legitur, Non deficiet &c. Bene autem subiunxit, Potentissimè, ut reuerendam iam incarnationem crederes, quam potentia diuinitatis assumpsit. Et diuus Hieronymus, Accingere &c. Per gladium, uerbum, per femur, incarnatio significatur. Ac si dicat propheta: Tu Christe indue carnem, pugna contra diabolū, & libera genus humanum de inferno. Accingere gladio, uerbo prædicationis. Circa femur tuum, super carnem assumptam. Potentissimè, non segniter, neq; leuiter, sed uiriliter. Et Eucherius Lugdunensis episcopus: Quid est (inquit) quod Abraham puerum iubet sub femore suo manum ponere, & per cœli dominum iurare, nisi quod illius caro per illud membrum descensura erat, qui & Abrahe filius esset ex humanitate, & dominus ex diuinitate? Sic utiq; puero dicitur: Pone manum tuam sub femore meo, & iura per deum cœli. Ac si aperte diceretur: Tange filium meum, & iura per dominum meum. Vnde nec super femur, sed sub femore manum ponere iubetur, quia ex illo femore descensurus erat, qui homo quidem, sed super omnes homines ueniret. Vnde dignum nō fuit, ut manum super femur poneret, quia nulla caro super illam carnem est, quam in redemptionem nostram sibi patris unigenitus uniuert. Et diuus Hieronymus, in Epistola ad Princiipiā uirginē, exponens illud Dauidicum, Accingere gladium tuum super femur tuum potentissimè, hoc modo scribit: Istum arbitror te locum optimè intelligere, & accinctam Christi gladio militare. Ut autem scias semper uirginitatem gladium habere pudicitia, per quē truncat opera carnis, & superat uoluptates, gentilis quoq; error Deas uirgines finxit armatas. Quod autem femur significet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doceberis. Abraham mittens ad uxorem quærendam filio suo Isaac, dixit maiori domus suæ: Pone manum tuā super femore meo, & adiurabo te per dominum Deum cœli. Non dubium, quin per eum, qui de eius semine erat nasciturus. Iacob postquam luctatus est cum homine, qui ei apparuerat ad torrentem Iaboc, Mesopotamia derelicta, & terram repromissionis ingrediens, nō antè Israël sortitus est nomen, quàm neruus femoris eius emaruit. Et ad filium loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius. Et rursus ipse moriturus, Ioseph adiurat in femore suo, ne eum in Aegypto sepeliat. In Iudicum quoq; libro legitur: Gedeoni erant filij septuaginta, qui egressi sunt de femoribus eius. In Cantico dicitur Cantorum: Ecce lectulus Salomonis, sexaginta potentes in circuitu eius, de potentibus Israël, omnes tenentes gladios, docti ad bellum, uir, & gladius super femur eius. Gloria ergo, & decore suo, siue specie, & pulchritudine diuinitatis suæ, carnis opera mortificans, & natus ex uirgine, futuris uirginibus, uirginitatis princeps fuit.

Femoralia, quid mysticè significant, scribit Origenes homilia nona, super Leuiticum, exponens illud Leuitici, Et femoralia linea sint super corpus eius: Femorale (inquit) indumentum est, quo pudenda corporis contegi, & constringi solēt. Si ergo aspicias saluatorem meum suscepisse quidem corpus, & in corpore positum egisse humanos actus, id est, uescendi, & bibendi, & cœtera similia, hoc autem solum opus non egisse, quod ad pudenda corporis pertinet, carnemq; eius, neque nuptijs, neq; filiorum procreationi patuisse, inuenies qualiter femoralia linea sanctificata haberit, ut uerè de ipso dici debeat: Quia inhonestiora nostra, abundantiorē habent honorem. Considera tamen & ipsum pontificis habitum, quia quod per naturam minus in eo honestum uidetur,

uidetur, indutis femoralibus lineis, & zona constrictis, etiam secundum literam de eo conuenit dici: Quia inhonestiora nostra, abundantiorē honestatem habent. Ita ergo & omnis, qui in castitate uiuens, imitatur Christum, hoc solum de humanis actibus nescientem, etiam ipse lineis femoralibus sanctificatis indutus est, & inhonestioribus suis, abundantiorē circumdedit honestatem. Tunica ergo linea sanctificata induitur, & femoralia linea super corpus eius sunt. Et homilia sexta super Leuiticum: Sed uideamus (inquit) quoniam in superioribus diximus hoc genus indumenti iudiciū castitatis uideri, quo uel femora operiri, uel cōstringi renes uidentur, ac lūbi, ne fortè (inquam) non semper in illis, qui tunc erant sacerdotes, has partes dicat esse cōstrictas. Aliquando enim & de posteritate generis, & de successu sobolis indulgetur. Sed ego in sacerdotibus ecclesiæ huiusmodi intelligentiam non introduxerim. Aliam namq; rem uideo currere sacramento. Possunt enim & in ecclesia sacerdotes, & doctores filios generare, sicut & ille, qui dicebat: Filii mei, quos iterum parturio, donec formerur Christus in uobis. Et iterū alibi dicit: Tameſi multa milia paedagogorum habeatis in Christo, sed nō multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium, ego uos genui. Ite ergo doctores ecclesiæ in huiusmodi generationibus procreandis aliquando constrictis femoralibus utuntur, & abstinēt à generando, quū tales inuenerint auditores, in quibus scient se fructum habere non posse. Deniq; & in actibus Apostolorū refertur de quibusdam, quod non potuerunt in Asia uerbum Dei loqui, hoc est, imposita habuisse femoralia, & cōtinuisse se, ne filios generarent, quia scilicet tales erant auditores, in quibus & semen periret, & non posset haberi successio. Sic ergo ecclesiæ sacerdotes, quū incapaces aures uiderint, aut quū simulatores inspexerint, & hypocritas auditores, imponant cāpeſtre, utantur femoralibus, non preat semen uerbi Dei, quia dominus eadem mandat, & dicit: Nolite mittere sanctum canibus, neq; margaritas ueſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus, & conuerſi, dirumpant uos.

Quid fenestæ, mysticè significant.

Cap. IX.

Fenestæ dicuntur quinque corporis sensus. Vnde diuus Gregorius lib. 21. Moral. cap. 2. exponens illud Iob, Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine, hoc modo scribit: Quum sit inuisibilis anima, nequaquam corporearū rerum delectatione tangitur, nisi quod inhærens corpori, quasi quædam egrediendi foramina eiūsdē corporis sensus habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quasi quædam uia mentis sunt, quibus foras ueniat, & ea, quæ extra eius sunt substantiam, concupiscat. Per hos etenim corporis sensus, quasi per fenestras quasdam, exteriora quæq; anima respicit, respiciens cōcupiscit. Hinc etenim Hieremias ait: Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, quum per sensus corporis cōcupiscentiā ueniens, habitaculum intrat mentis. Quo cōtra de iustis per Esaiam dicitur: Qui sunt hi, qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Iusti quippe uolant, ut nubes dicti sunt, qui à terrenis contagijs subleuantur, & quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quæq; intentione non respiciunt capacitatis, eosq; foras non rapit concupiscentiā carnalis. Quisquis uero per has corporis fenestras incautè exteriori respicit, plerūq; in delectationem peccati, etiam nolens, cadit, atq; obligatus desiderijs, incipit uelle quod noluit. Præceps quippe anima, dum antè non præuidet, ne incautè uideat, quod concupiscat, & cæca post incipit desiderare, quod uidet. Vnde & prophetæ mens, quæ subleuata sæpe mysterijs internis intererat, quia alienam coniugem incautè uidit, obtenebrata postmodum libimet illicite coniunxit. Sanctus autem uir, qui acceptis corporis sensibus, uelut subiectis ministris, quidam æquissimus iudex præest, culpas conspicit, antequam ueniant, & uelut insidiantī morti fenestras corporis cōcludit, dicens: Pepigi fœdus cū oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Ut enim cogitationes cordis castæ seruare potuisset, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incautè aspiceret, quod, postmodum inuitus, amaret. Valde nāq; est, quod caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos illecta, uix magna luctaminis manu soluitur. Ne ergo quædam lubrica in cogitatione uersemus, prouidendum nobis est, quia intueri nō decet, quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia uoluptatis suæ deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptore ad culpam. Neq; enim Eua lignum uetitum contigisset, nisi hoc prius incautè conspexisset. Scriptum quippe est: Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit. Hinc ergo pensandum est, quanto debeamus moderamine erga illicita uisum restringere nos, qui mortaliter uiuimus, si & mater uiuentium per oculos ad mortem uenit. Hinc etiā sub Iudææ uoce, quæ exteriora uidendo cōcupiscēs, bona interiora perdiderat, propheta dicit: Oculus meus deprædatus est animam meam. Concupiscendo enim uisibilia, inuisibiles uirtutes amisit. Quæ ergo interiorē fructū per exteriorē uisum perdidit, per oculū corporis prædā cordis perdidit.

Vnde

Vnde nobis ad custodiendam cordis mundiciam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet uirtute mens polleat, quantalibet grauitate uigeat, carnales tamen sensus puerile quiddam exterius perfrepunt, & nisi interioris grauitatis pondere, & quasi iuuenili quodam uigore frænentur, ad fluxa quaeque, & leuia mentem eneruem trahunt. Videamus igitur quomodo beatus Iob id, quod in eo fluxum, ac puerile caro sapere potuit, iuuenili sapientiae uigore restringit. Ait enim: *Pepigi foedus cum oculis meis. Et quia non in se actionem tantummodo, sed & cogitationem luxuriae extinxit, secutus adiunxit: Ut ne cogitarem quidem de uirgine. Sciebat nimirum luxuriam esse in corde refranandam, sciebat per sancti spiritus donum, quod redemptor noster ueniens, legis praecipua transcenderet, & ab electis suis non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleret, dicens: Scriptum est: Non adulterabis. Ego autem dico uobis, quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Per Moysen quippe luxuria perpetrata, per autorem uero mundiciae, luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim, quod discipulis primus ecclesiae pastor dicit: Propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrii, perfecti, sperate in eam, quae offertur uobis, gratiam. Lumbos enim carnis succingere, est luxuriam ab effectu refranare. Lumbos autem mentis succingere, est hanc etiam a cogitatione restringere. Hinc est quod Angelus, qui Ioannem alloquitur, zona aurea super mamillas, cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui mundicia, etiam cordis luxuriam frangat, Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus uenit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis supernae patriae ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis immundiciam deserit. Malum uero luxuriae, aut cogitatione perpetrata, aut opere. Callidus namque aduersarius noster, quum ab effectu operis expellitur, secreta pollueret cogitatione molitur. Vnde & serpenti a domino dicitur: Pectore, & uentre repes. Serpens uidelicet uentre repit, quando hostis lubricus, per humana membra sibimet subdita, usque ad expletionem operis luxuriam exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos, quos in opere luxuriae non ualet pollueret, polluit in cogitatione. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur, recte serpens prius pectore, postmodum repere uentre describitur. Vnde beatus Iob, quia disciplinam etiam in cogitatione tenuit, una custodia serpentis pectus, uentreque superauit, dicens: *Pepigi foedus cum oculis meis &c. Sed inter haec sciendum est, aliud esse quod animus de tentatione carnis patitur, aliud uero quum per consensum delectationibus obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulsatur, sed renititur, plerumque autem, quum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium uoluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio imunda inquinat, quum pulsatur, sed quum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim praedicator egregius dicit, Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur, etiam nolentes, quia ut nonnunquam & illicita ad animum ueniant, hoc utique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam uero daemoniaca est, & non humana tentatio, quum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Hinc iterum dicit: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore. Peccatum quippe in mortali corpore non esse, sed regnare prohibuit, quia in carne corruptibili, non regnare potest, sed non esse, non potest. Vir igitur sanctus dicens: *Pepigi foedus cum oculis meis &c. nequaquam uult intelligi, quia eius animi culpa in cogitatione non contingit, sed quia nunquam hunc ex consensu superauit. Nam uelut integerrimam possessionem Dei, mentem suam contra aduersarij depradationem indicat, qui protinus adiungit: Quam enim partem haberet Deus in me desuper, & haereditatem omnipotes de excelsis? Ac si aperte dicat: Carne quidem mortali corruptionis conditioni subiaceo, sed auctori mundi non seruiro, si ei integrum a consensu culpae animum non defendo. Et Origenes exponens illud Cantorum secundo, Respicens per fenestras, prospiciens per cancellos, homilia tertia, in Cantica Cantorum: Possumus (inquit) sensus corporeos fenestras intelligere, per quas aut mors, aut uita intrat ad animam. Sic enim designat Hieremias propheta, quum de peccatoribus loquitur, dicens: *Ascendit mors per fenestras nostras. Quomodo ascendit mors per fenestras? Si oculi peccatoris uideant mulierem, & moechentur eam in corde suo, sic mors ingressa est ad animam per fenestras oculorum. Sed & quum recipit quis auditum uanum, & praecipue falsae scientiae, dogmatum peruersorum, tunc per aurium fenestras mors intrat ad animam. Si uero anima intuens ornamentum mundi, & ex pulchritudine creaturarum conditorem omnium intelligat Deum, & opera eius miretur, laudetque operum creatorem, ad animam hanc uita ingreditur per fenestras oculorum. Sed & quum auditum inclinatur ad uerbum Dei, & rationibus sapientiae, ac scientiae eius delectatur, hinc per aurium fenestras ad animam sapientiae lumen ingreditur. Per has ergo fenestras prospiciens uerbum Dei, & prospectum suum ad sponsam animam dirigens, assurgere hortatur eam, & uenire ad se, id est, corporea, & uisibilia relinquere, & ad incorporea, & inuisibilia, ac spiritualia properare, quoniam quae uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna sunt. Quod autem per retia fenestrarum prospicere dicitur, illud sine dubio ind****

Iob 31. a.
Matth. 5. d.
1. Pet. 1. c.
Lumbos succingere corporis, & mentis quid sit.
Apoc. 1. c.
Zona aurea quid signet.
Gen. 3. c.
Serpente pectore, & uentre repere quid sit.
Iob 31. a.
1. Cor. 10. c.
Tentatio humana quid sit.
Tentatio daemoniaca.
Rom. 6. b.
Peccatum in corpore regnare quid sit.
Iob 31. a.
Ibidem.
Cant. 2. b.
Hierem. 9. e.
Matth. 5. d.
Sap. 13. b.
2. Cor. 4. d.

bio indicat, quod donec in domo huius corporis posita sit anima, non potest nudam, & apertam Dei sapientiam capere, sed per exempla quaedam, & indicia, atque imagines rerum uisibilium, illa quae sunt inuisibilia, & incorporea, contemplatur, & hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fenestrarum. Si uero de Christo haec, & ecclesia exponamus, domus, in qua habitat ecclesia, scripturae sunt legis, & prophetarum. Ibi enim & cubiculum regis est, omnibus diuitijs scientiae, ac sapientiae repletum, ibi & domus uini, doctrina scilicet uel mystica, uel moralis, quae laetificat cor hominis. Adueniens ergo Christus, stetit paululum post parietem ueteris testamenti. Stetit enim post parietem, quum non manifestaretur ad populum. Vbi uero affuit tempus, & coepit per fenestras legis, ac prophetarum, per ea scilicet, quae de eo praedicata fuerant, apparere, & ostendere se ecclesiae intra domum, hoc est, intra literam legis sedenti, prouocat eam inde exire, & uenire foras ad se. Nisi enim exeat, nisi procedat, & progrediat a litera ad spiritum, non potest sponso suo coniungi, neque Christo sociari. Vocat ergo eam, & inuitat a carnalibus ad spiritualia, a uisibilibus ad inuisibilia, a lege uenire ad Euangelia, & ideo dicit ei: Surge, ueni proxima mea &c.

Domus ecclesiae, scripturae sacrae.
Domus uini, doctrina mystica, & moralis.
Parietis, uetus testamentum.
Fenestrae, lex, & prophetae.
Cant. 2. b.

De eadem fenestra, & de fera, & ferculo, & fermento, quid mystice significant.
Cap. X.

Scriptum est & in prouerbij: De fenestra enim domus meae per cancellos prospexi, & uideo paruulos, ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Aptè Salomon de fenestra domus suae, se per cancellos prospexisse dicit, ut paruulorum gesta diiudicaret. Qui enim de fenestra per cancellos prospicit, ipse quidem ea, quae foris aguntur, plenè considerare sufficit, nec tamen ipsum, qui foris infra degunt, aspiciunt. Namque hoc est, quod Apostolus ait: Spiritualis enim iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Patet iuxta literam, quia sapientium aspectus magistrorum, & infirmorum actus sedulo speculatur, & fortium. Aeterna Dei sapientia de caelo prospexit, & uidet omnes filios hominum.

Prou. 7. a.
Hieronymus.
1. Cor. 2. d.
Psal. 13. a.

Fera quid significet mystice, habes & in dictione, Bestia. Et diuus Ambrosius, libro de spiritu sancto 2. cap. 11. hoc modo scribit: Spiritus (inquit) sanctus, est qui nos ab illa gentili colluione mundauit, de qua scriptum est in actibus Apostolorum. Nam Petrus, quum in oratione uidisset caelum apertum, & quatuor iniunctis ligatum uas quoddam, tanquam linteamen, in quo erant omnia genera quadrupedum, & ferarum, & uolucrum caeli, facta est uox ad eum: Surge, occide, & manduca &c. In illis enim generibus quadrupedum, & ferarum, & uolucrum, figura erat conditionis humanae, quae ferarum modo, bestiali uidetur induta saeuitia, nisi spiritus sanctificatione mitescat. Bona ergo gratia, quae ferinam rabiem, spiritali simplicitate commutat. Erasmus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & uoluptatibus uanis. Nunc autem per renouationem spiritus haeredes Christi, Angelorum coepimus esse cohaeredes. Itaque spiritu uidentes Dauid sanctus propheta, ex feris nos similes esse caelestium, ait: Increpa feras syluae. Syluam uidelicet significas, non ferarum fragosam cursibus, nec bestiarum gemitibus inhorrentem, sed illam syluam, de qua scriptum est: Inuenimus eam in capis syluae. In qua, sicut dicit propheta, Iustus ut palma florebit, uelut cedrus, quae in libano est, multiplicabitur. Illa sylua, quae uerbi caelestis alimoniam prophetarum uirtutibus arborum, concussa defluxit. Illa sylua, ad quam Paulus lupus quidem raptor introiuit, sed pastor exiuit. In omnem enim terram exiuit sonus eorum. Erasmus ergo feram, & ideo dicit dominus: Attēdite uobis a falsis prophetis, qui ueniunt in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Sed per spiritum sanctum iam leonum saeuitia, pardorum uarietas, tigrum astutia, luporum rapacitas, de nostris exoleuit affectibus. Magna igitur gratia, quae caelo terras mutauit, ut conuersatio nostra (sicut Apostolus dixit) in caelis sit, qui ante sicut feram errabamus in syluis. Hieronymus autem enarrans antedictum uersum, Increpa feras arundinis: Feram (inquit) siue bestiae calami, daemones sunt, fragilis, infirmaeque uirtutis. Vel haeretici sunt, qui tractant, & scribunt contra te, ut decipiant nos. Oportet enim & haereses esse in nobis. Feram enim dicuntur ab eo quod capiunt animas, & interficiunt. Vel, Increpa feras arundinis, ludaeorum beluam superbiam. Et Cassiodorus: Increpa feras syluarum, id est, argue superbos homines, & feroces, qui in praua persuasionem consistunt, ut istorum inuictio, fidelium sit solidata munitio. Pro iniquis enim hominibus, uel diabolo feras ponit, sicut in alio Psalmo dicitur: Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Et diuus Augustinus: Increpa feras calami, id est, Christianum uocabulum habentes, & diuerfa sentientes. Nam & feram sunt, quoniam non intelligendo nocent, & feram calami sunt, quoniam scripturarum sensum pro suo errore peruertunt. Per calamum quippe conuenienter scripturae significantur, ut dictum est in dictione, Arundo.

Ambrosius.
Act. 10. b.
Titum 3. a.
Psal. 67. f.
Psal. 131. a.
Psal. 91. c.
Psal. 18. a.
Matth. 7. b.
Philip. 3. d.
Hieronymus.
Psal. 67. f.
Ferae, daemones, haeretici.
1. Cor. 11. d.
Psal. 67. f.
Ferae, iudei, superbi homines.
Psal. 79.

Ferculum, pro quo diuus Ambrosius legit, secundum lxx. lectum fecit sibi ex lignis Libani, colunae eius argenteae erant, acclinatorium eius aureum, dorsum eius gemmatum, stratum. Quis est (inquit Ambrosius) iste lectus, nisi nostri corporis species? Namque in gemmis, aer specie fulgoris ostenditur,

Cant. 3. c.
Ambrosius lib. 3. de uirginibus.

in auro, ignis, aqua, in argento, terra, per lignū, ex quibus corpus humanum quatuor constat elementis, in quo nostra recubat anima, si non aspero montium, non humi arido expers quietis existat, sed sublimis à uitijis, ligno sulca requiescat. Vnde Dauid dicit: Dñs opem ferat illi super lectū doloris eius. Nā lectus doloris esse qui potest, quū dolere nō possit, qui nō habet sensum? Corpus autē doloris, sicut corpus est mortis. Infelix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Fermentū noticiam esse, & intelligentiā scripturarū, & dilectionē, dictum est in dictione, Farina. Fermentū quoq̄, est humana doctrina, ut scribit Origenes homilia quinta super Leuiticū: Requies (inquit) fortasse, quū superius fermentū penitus abiecerit de sacrificijs, quomodo nūc super panes fermentatos sacrificiū mandat imponi. Verū diligentius intueri, quia nō ad sacrificium, sed ad ministerium sacrificij fermentatus panis assumitur. Quid ergo hic sit agendum, uideamus. Dñs in Euāgelijis humanā doctrinā phariseorum, qui tradebant traditionem, praecepta hominum, fermentum appellat, quū dicit: Obseruate à fermento phariseorum. Similiter ergo humana doctrina est, uerbi causa, Grammatica ars, uel Rhetorica, uel etiā Dialectica. Ex qua doctrina ad sacrificium quidem, hoc est, in his, quae de Deo sentienda sunt, nihil suscipiendum est. Sermo uero lucidus, & eloquentiae splendor, ac disputandi ratio ad ministeriū uerbi Dei decenter iubetur admitti. An nō super hoc fermentū habebat uerbi Dei sacrificium positū, ille, qui dicebat: Corrupti sunt mores bonos colloquia mala. Et, Cretēses semper mendaces, malae bestiae, uentres pigri. Et alia his similia ex fermento sumpta Graecorum. Et homilia 23. super Numeros: Sequitur (inquit) festiuitas azymorum, quā meritō celebrabis, si extermines omne fermentū malitiae, & nequitiae ab anima tua, & azyma synceritatis, & ueritatis custodias. Neq̄ em̄ putandū est, omnipotentem Deū leges hominis pro fermento scribere, & propterea iubei exterminari animam de populo suo, si qua fortē parū aliquid fermenti huius ex farina cōpersi in domo sua habuisse deprehenditur, eāq̄ curam magnopere fuisse diuinā maiestati, qua fermenti huius causa, in tantum se dicat offendit, ut animā, quam ipse ad imaginē, & similitudinem suā fecit, exterminari pro hoc iubeat, & euerit. Nō mihi uidetur hāc diuinis legibus digna esse intelligentia, sed illud magis est, quod horrescit, & meritō horrescit Deus, si malitiae, si irae, si nequitiae spiritu infirmetur anima, & intumescat ad flagitia. Hāc nō uult esse in anima Deus, & tale fermentum, nisi abiecerimus de domo animae nostrae, meritō exterminabimur. Sed ne contēnas, etiā si paruā uideris intra te fermentari malitiam, quia modicum fermenti totam massam corrūpit. Et ideo neq̄ de paruo peccato negligas, quoniā ex uno peccato generatur & aliud. Sicut enim ex iustitia generatur iustitia, & ex castitate castitas, ita & qui semel intra se, licet paruū malitiae reposuerit fermentū, quotidie semetipso nequior efficitur, ac deterior. Et ideo si uis agere azymorum festiuitatem cum Deo, nec paruū quidē malitiae fermentum residere patiaris.

De eodem fermento.

Cap. XI.

Diuus quoq̄ Ambrosius, exponens illud Euangelicum, Cui simile aestimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptū mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totum, hoc modo scribit: Hāc de requirendis quaestionibus cōparatio, quae tantum ambiguitatis offundit, ut diuersas habeat sententias plurimorū. Opportunē itaq̄ granū tritici supra diximus Christū, quia suberat nobis spiritalē fermentū, eo quod pleriq̄ fermentū Christum putant, quod uirtutem attollat acceptā. Et quia fermentum ex farina uim, non speciem generi suo praestat: Christus quoq̄ ex patribus aequalis corpore, sed diuinitate incōparabili praeminebat. Igitur sancta ecclesia, quae typo mulieris istius Euangelicae figuratur, cuius farina nos sumus, dominū Iesum in interioribus nostrae mentis abscondit, donec animi nostri secreta penetralia color sapientiae caelestis obducatur. Et quia in Matthaeo legimus tribus mensuris absconditum esse fermentū, congruere uisum est, ut Dei filiū crederemus absconditū in lege, ad opertum in prophetis, Euāgelicis praedicationibus adimpletū, ut perfectā fidem nobis acquirat ex omnibus, & scriptorū collatione formatus, in nobis, qui sumus corpus ipsius omnia, & in omnibus impleatur. Ipse enim erat uerbum Dei, atq̄ mysterium, quod absconditū est à saeculis, & à generationibus, quo nihil potest ad expressionē perennitatis eius attestantius dici. Erat enim profecto: Nā ita erat, ut absconditus sacrilegis, manifestatus in sanctis, praedestinatus ante saecula, seruarietur ad gloriam. Hāc est autem gloria, ut possimus fratres inuestigare mysterium absconditum à saeculis in Deo. Quod in Deo utiq̄, & ex Deo. Neq̄ enim Deus alienae capax potest esse naturae. Nec sum dubius animi, quod aliqui de hoc mundo dictū putent, donec fermentetur in lege, prophetis, & Euāgelio, ut dñm omnis lingua fateatur. Metamen sequi iuuat, quod ipse dñs docuit fermentū ecclesiae, spiritualem esse doctrinā. Nā quū scriptum sit: Cauete à fermento phariseorū, & quum Apostolus dixerit: Nō in fermento nequitiae, & malitiae, ostēditur, quia doctrina fermentū est. Sed aliud fermentū zizaniae, aliud tritici. Vnde & bonis autoribus acquirēsimus, ut dicamus, quia ecclesia renatum hominem, qui est in corpore, & anima,

Psal. 40. a.

Rom. 7. d.

Fermentū, scripturarum intelligentia, dilectio, humana doctrina.

Matth. 16. a.

1. Cor. 15. d.

Ticum 1. c.

1. Cor. 5. c.

Gen. 1. d.

1. Cor. 5. b.

Luc. 13. d.

Granū tritici, Christus.

Fermentū pleriq̄ Christū putant.

Mulier, ecclesia, farina nos sumus.

Mensurāe farinae tres, quid significant.

Col. 1. d.

Ibidem.

Phil. 2. d.

Matth. 16. a.

1. Cor. 5. c.

Fermentū, doctrina scripturarum.

anima, & spiritu, fermento sanctificat spiritali. Sanctificatur enim corpus, atq̄ anima per gratiam spiritalē, & accipit sanctificationis augmentū, quū per ecclesiae, uelut quoddā fermentatis officium scripturarūq̄ doctrinā, quae uelut caelestiu collatione sermonū, & ubertate concreuit, infusus toto homini, atq̄ permixtus usus inoleuerit, ut fiant unū etiā ipsa fermentum. Quod utiq̄ tunc fit, quum sibi tria hāc parī quadā cupiditātū lance consentiūt, & aequalis aspirat concordia uolūtatum. Hoc igitur ecclesiae opus non tumultuariū, nec fortuitū, sed diuturna meditatione collatum, ut hāc tria unum sint, integra à lege peccati. Cuius sententiae assertorē habemus Apostolū dicentē: Ipse autē dñs sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester, & anima, & corpus, sine querela in die domini Iesu Christi feruetur. Quod per saecularia quidē tentamēta nō prouenit, nisi fermentū illud, cui comparatur regnū caelorum, mulier illa euangelica abscondat in farinae mensuris tribus, donec fermentetur totū. Tres enim mensurae sunt (ut dixi) carnis, animae, & spiritus. Sed spiritus, quo uiuimus omnes in hoc corpore siti, hoc uerius, quādo carnis lasciuia non redundat, & anima corporalibus non incuruatur erroribus, ac mensura uiuendi in toto animae inoffensa feruatur. Sed quia mensurarū aequalitas sine adiuuētō ecclesiae, atq̄ doctrinae difficilē perseuerat, idcirco mulier illa, quae figurā ecclesiae gerit, tandiu uirtutē illis doctrinae spiritalis admiscet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis absconditus, & in gratiā panis caelestis assurgat. Bene enim fermentū doctrina dicitur Christi, quia panis est Christus. Et Apostolus ait: Quia unus panis, unum corpus multi sumus. Fit ergo unū fermentū, quādo caro non concupiscit aduersus spiritū, nec spiritus aduersus carnē, sed facta carnis mortificamus, & anima ex afflatu Dei flatū uitae sumpsisse se cōscia, saecularis necessitudinis cōtagia terrena declinat. Vnde & Apostolus, non in carne, sed in spiritu ambulare nos praecipit, ut sanctificati per lauacrū regenerationis, ueterē hominē cum suis desiderijs exuētes, induti nouū, qui secundū Christū creatus est, non iam in uetustate literae, sed in nouitate spiritus gradiamur, quo possit nobis etiā resurrectionis tempore incorrupta corporis, & animae, & spiritus manere cōmunio, & tunc omnia, quae petimus, impetremus. Quod pleriq̄ uidentur etiā dominus significasse, quū dicit: Si duobus ex uobis cōuenerit super terrā, de omni re quaecūq̄ petieritis, fiet uobis à patre meo, qui in caelis est. Itaq̄ alij duos, animā, & corpus accipiunt, alij animā, & spiritū, ut si in terra, hoc est, in corpore sibi anima, spiritusq̄ cōsentiant, nec se impugnent inuicē diuersis cupiditatibus, ut omnia in effectū uideātur orata posse deduci. Quod ita fit, quū fuerint utraq̄ unum, si subtractis inimicitijs, uel solutis, duo condātur in unū nouū hominem, id est, & anima, & spiritus, ut oremus spiritu, oremus & mente. Licet pleriq̄ duos populos accipiant, ex Israël, & gentibus in unū resurrectionis tēpore congregādos, ut fiat in aeternum māsura perfectio, & id, quod ex parte est, destruat. Pleriq̄ autē uirū, & uxorem consentientes sibi studio charitatis accipiūt. Itaq̄ si in hac uita tres mensurae in eodē fermento manserint, donec fermententur, & fiant unū, ut aequalitātū nulla distātia sit, nec cōpositi ex triū diuersitate uideamur, erit in futurū diligētibus Christū incorrupta cōmunitas, nec cōpositi manebimus. Nā & qui cōpositi nūc sumus, unū erimus, & in unā substantiā transformabimur. Neq̄ in resurrectione aliud erit alio inferius, sicut nunc fragilis in nobis est carnis infirmitas, & corporalis habitudo naturae, uel uulneribus patet, uel iniurijs subiacet, uel sui oneris mole depressa supra terras neq̄ extollere altius, atq̄ eleuare uestigium, sed in simplicis creaturae gratiā figurabimur, quū completū fuerit, quod dictū est à Ioanne: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondū reuelatū est quid erimus. Itaq̄ quum Dei natura sit simplex, spiritus enim Deus est, nos quoq̄ in eandē imaginē figurabimur, ut qualis caelestis, tales & caelestes. Igitur sicut portauimus imaginē illius terreni, portemus & imaginē huius caelestis, quam animus noster debet induere.

De eodem fermento.

Cap. XII.

ET idem Ambrosius, sermone 5. hoc pacto scribit: Libet quaedā uobis diuinarū differere literarū, ut intelligam, q̄ id, quod dixerim, fidei uiuacitate captatis. Ait dñs in sancto Euāgelio: Cui simile existimabo uerbū Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatū est totū. Fermentū uim, atq̄ uirtutē omnibus notā esse, non dubiū est. Nā quum sit magnitudine paruū, specie simplex, natura cōmune, tantā fortitudinē intrinsecus gerit, ut quum reconditū fuerit in farina, succus hoc totam massam faciat esse, quod ipse est, & ita semper uniuersum cumulū asperisionis suae uigore diffundit, ut omnē ipsam magnitudinē pollinis faciat fermentum, ac sic res ipsa fortitudine sua molem sibi proprii uigoris acquirit. Hoc autē faciūt mulieres, ut uiris suis salubriorē panē, & cibū utilem diligenter exhibeāt. Sed quoniā lex spiritalis est, & Euāgelium specialiter parabolarū ratione subsistit, uideamus quid sit fermentū, quae mulier, quid farina. Legimus in sancto Euāgelio, dicente dño Christo de seipso: Nisi granū tritici cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solū manet: si autē mortuū fuerit, multū fructum affert. Ergo si triticum dñs, & dominus est fermentū, quia fermentum nō nisi de tritico fieri solet, Rectē ergo fermento dominus

1. Thess. 5. d.

Matth. 13. e. & Luc. 13. d. Mensurae tres, caro, anima, spiritus.

Fermentū, Christi doctrina.

1. Cor. 10. d.

Gal. 5. c.

Ibidem. d.

Col. 3. b.

Eph. 4. f.

Matth. 18. c.

1. Cor. 14. c.

1. Ioan. 3. a.

2. Cor. 3. d.

1. Cor. 15. f.

Ambrosius.

Luc. 13. d.

Rom. 7. c.

Ioan. 12. c.

Fermentum, Christus.

comparatur, qui quum esset specie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientia uirtute pollebat, ut doctrinam ipsius mundus ipse uix caperet, qui quum se cepit per totum orbem diuinitatis uigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sui potestate protraxit, ut & iugum spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cunctos faceret esse, quod Christus est. Nam quod homo dominus Iesus unus, & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa recoditum, uniuersos homines praestitit esse, quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhaerit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi utilis, quam idoneus uniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum, quum in cumulum conspergendum est farinae, confringitur, cominuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, ut disperfam illam farinae multitudinem, in unum uigorem constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum, ipsa diminutione laqueabat, faciatque coniunctione sui utilem massam, quod propria dissolutione uidebatur inutile: Sic ergo & dominus Iesus Christus, quum esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus confractus, laceratus, & dissolutus est, & succus eius pro salute nostra, qui est preciosus sanguis, effusus est, ut admixtione sui omne genus humanum solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat: Sic enim uelut fermentum quoddam nos qui farina ex gentibus uidebamur esse, adhaesimus. Nos, inquam, qui per totum orbem dispersi, & diminuti penitus iacebamus, uigore passionis Christi in ipsius corpus redacti sumus, sicut beatus Apostolus ait: Quoniam sumus corpus Christi, & membra. Nos igitur, qui ex nationibus in pulueris modum a terrae facie iactabamur, aspersioe sanguinis domini in massam soliditatis eius aggregamur. Mulier autem quae dicitur abscondere in farina fermentum, quae est, nisi sancta ecclesia, quae quotidie doctrinam Christi in cordibus nostris conatur abscondere: Ipsa, inquam, est mulier, quae in alio loco etiam molere dicitur, sicut ait dominus: Erunt duae molentes, una assumetur, & una relinquetur. Molit enim sancta ecclesia per legem, per Apostolos, per Prophetas, quum catechumenos facit, & asperitatem gentilitatis dissipat, atque cominuit, ut emolitos eos in farinae modum aptos faciat fermento dominici sanguinis adhaerere. Fermentum enim dixerim, totam domini passionem. Fermentum enim salutis nostrae, est symbolum, sine quo fermento, uel symbolo, nemo potest uitam aeternae substantiam promereri. Et quia duas Euangelium describit molentes, atque unam ecclesiam diximus salubriter molere, alteram, quam, nisi synagogam accipere debemus: Molit enim & ipsa per Moysen, & prophetas, sed inutiliter molit. Sicut dicit Apostolus de Iudaeis: Aemulationem Dei habet, sed non secundum scientiam. Inutiliter, inquam, molit synagoga, quia massam suam Christi doctrina non temperat. Atque ideo euitandum praecipit synagoga dominus esse fermentum, dicens: Cauete uos a fermento pharisaeorum. Temperatum est enim sanguinibus, & crudelitatibus Iudaeorum dicitur de domino: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde ait Euangelium: Erunt duae molentes, una assumetur, & una relinquetur. Assumetur enim in requiem aeternam sancta ecclesia, quae domino cibum sanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta synagoga, gyrum semper passura suae perfidiae. Et Hilarius super Matthaeum: Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinae mensuris tribus, donec fermentatum est totum. Fermentum de farina est, quod uirtutem acceptam aceruo generis sui reddit. Huic se dominus comparauit. Quod acceptum mulier, synagoga scilicet, per iudicium mortis abscondit, arguens legem, & prophetas Euangelij dissolutos. Hoc autem in farinae mensuris tribus, id est, legis, prophetarum, & prophetas Euangelij aequalitate cooperatum, omnia unum facit, ut quod lex constituit, prophetae nunciauerunt, id ipsum Euangelij prophetis expleatur. Fiuntque omnia per Dei spiritum, eiusdemque & uirtutis, & sensus, nihilque aliud ab alio mensuris aequalibus fermentatum dissentiens, reperietur. Quaquam ad fidei sacramentum, id est, ad patris, & filij, & spiritus sancti unitatem, sed & ad trium gentium uocationem, ex Sem, Cham, & Iapheth, tres mensuras farinae esse referendas, sensisse multos memini. Sed nescio, an hoc ita opinari ratio permittat, quum tamen omnium gentium uocatio sit aequa, tamen in his Christus non absconditus sit, sed ostensus, & in tanta infidelium multitudine non fermentatum sit totum. In patre autem & filio, & spiritu sancto in ea admixti extrinsecus fermenti necessitate, in Christo omnia unum sunt. Et diuus Cyrillus lib. 9. contra Iulianum: Praecipit quidem Deus (inquit) festum diem agentibus, ut panem facerent absque fermento. Hoc facientes Iudaei, & nihil amplius, implere putabantur legem. Qualis ergo hinc illis utilitas? Gaudium ne in hoc est aliquo modo Deus? Sed dices, quod oportebat purificatos eos diem festum agere. Quaquam, quomodo si coinquinare poterat comedentes fermentum, non omnino ab illo abstinere debebant, & non solum septem diebus? Siquidem fuissent studiosi conuersationis Deo placetis, & illi addicti. Sed, sicut iam praedixi, & etiam in hac lege, quemadmodum scilicet in alijs, spiritualis, & metalis rei ostensio aenigmaticè proposita est his, qui acuta, & purificata mente tam sublimia considerare poterant. Impletur etiam lex a nobis in azymis, maxime fide iustificatis in spiritu, mentalemque perficientibus cultum, tali quodam modo solet diuina scriptura interdum accipere fermentum in typum improbitatis. Praecipit igitur eos agere diem festum bene ablutos, &

Ephes. 5. f.
Mulier, ecclesia.
Matth. 24. d.
Fermentum, passio dñi, symbolum salutis.
Rom. 10. a.
Matth. 16. a.
Matth. 27. c.
Matth. 24. d.
Hilarius. Fermentum, Christus.
Cyrillus.
Fermentum, typus improbitatis.

purificatos, & quam longissime ab omni prauitate recedentes, non habentes carnalis immundiciae fermentum, & inutilium distractionum, in negocijs parum frugiferis, inquam. Is enim, qui sic ferias celebrat, candidus est. Vnde scribit diuus Paulus, ut diem festum agamus, non in fermento ueteri, neque in fermento malitiae, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & ueritatis.

1. Cor. 5. c.

Quid ferrum, mysticè significet.

Cap. XIII.

Ferrum, uiros significat fortes. Vnde scriptum est: Ferrum de terra tollitur, ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Solent haeretici de iustitiae suae contra nos elatione gloriari, atque opera suae ostentationis inflatione iactare, nosque iniquos, aut esse, aut fuisse criminantur. Per humilissimam ergo confessionem, & ueracem defensionem contra eos uir sanctus loquitur, dicens: Ferrum de terra tollitur. Ac si aperte dicat: Fortes uiri, qui acutissimis linguarum gladijs in hac acie defendenda fidei, ferrum sunt, aliquando terra in infimis actionibus fuerunt. Peccanti quippe homini dictum est: Terra es, & in terram reuertaris. Sed de terra ferrum tollitur, quum fortis propugnator ecclesiae, a terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici quicquid fuit, qui iam accepit esse, quod non fuit. An non Matthaeus in terra inuentus est, qui terrenis negocijs implicatus, telonei usus seruiebat? Sed de terra ablatus in fortitudine ferri conualuit, cuius uidelicet lingua, quasi acutissimo gladio, euangelij administratione, dominus infidelium corda transfixit, & qui infirmus prius, despectusque fuerat per terrena negocia, fortis postmodum factus est ad caelestia praedicationa. Et exponens illud Iob, Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum aes: Quod superius habeam dixit, hoc inquit inferius ferri appellatione replicauit, & quod thoracem protulit, hoc rursus aeris commemoratione signauit. Ferrum namque acuitur, ut aduersarius uulneretur, aes autem rubigine penè nulla consumitur. Ferro ergo praedicationis iacula, aere autem longanimitatis constantia designatur. Vnde & sub Assur specie de sancta ecclesia per Moysen dicitur: Ferrum, & aes, calciamentum eius. Calciamentum quippe in scriptura sacra munimen praedicationis accipitur, sicut scriptum est: Calciati pedes in praeparatione euangelij pacis. Quia ergo per ferrum uirtus, per aes autem perseverantia exprimitur, ferrum, & aes calciamentum eius dicitur, quum praedicatione eius acumine simul, & constantia munitur. Per ferrum enim mala aduersantia penetrat, per aes autem bona, quae proposuit, longanimitate seruat. Cuius profectò perseverantiam illic apertius insinuat, dicens: Sicut dies iuuentutis tuae, ita & senectus tua. Sed Leuiathan iste, quando illum gladium, quem sacra eloquia antichristum uocant, in exercitationem suae iniquitatis assumpserit, & ferrum uelut paleas, & aes uelut lignum putridum reputabit, quia nisi diuina gratia protegat, & praedicationis uires, uelut paleas, nequitiae suae igne consumet, & patientium constantiam, quasi lignum putridum, in puluerem rediget. Et acumen igitur ferri, & aeris fortitudo deficiet, dum per uolentiam uirtutis illius, & praedicationis sensus obtunditur, & patientiae longanimitas dissipatur. Nisi ergo electos suos opitulatio diuina roborat, ubi tunc infirmi erunt, si fortes, sicut paleae, reputantur? Quid tunc Leuiathan iste de paleis faciet, si ferrum, quasi paleas, aestimabit? Quid de putridis lignis acturus est, si quasi lignum putridum, aeris fortitudinem soluit? Sed o quam multi, qui suis uiribus ferrum se, uel aes aestimant, in illo tunc tribulationis igne se paleas esse deprehendunt, & quam multi, qui per infirmitatem propriam se esse paleas metuunt, per diuinum adiutorium fulti, in ferri, atque aeris soliditate roborantur, ut contra aduersarium suum tanto magis in Deo fortes sint, quanto de se amplius infirmos se esse conspexerint. Et exponens illud Iob, Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum aereum: Sciendum (inquit) quod auaritia alienatione per elationem surripit, aliquando uero per timorem. Sunt namque nonnulli, qui, dum potiores uideri appetunt, ad alienarum rerum ambitum succedunt. Et sunt nonnulli, qui, dum sibi subsidiorum necessaria deesse timent, mentem ad auaritiam relaxant, & aliena ambiunt, quum sua sibi sufficere non posse suspicantur. Omnis uero necessitas non incongrue ferrum uocatur, quia uitam inopis mero ris uulnere cruciat, sicut de eius quoque necessitatibus scriptum est, qui a fratribus uenditus, afflictam uitam ducebat: Ferrum pertransiuit animam eius. Quid ergo sunt arma ferrea, nisi necessitates uitae praesentis, quae dure premunt, & uitam inopis insequuntur? Ferrum quippe erugo consumit, aes autem consumere difficilior solet. Ferro ergo necessitas praesens, quae transitoria est, aere autem, sententia aeterna figuratur. Et quia iudicium supernum ab iniqui mente non attenditur, iuste arcui comparatur, quoniam uelut ex insidijs percutit, dum illud is qui percutitur, non attendit. Fugiet ergo arma ferrea, & irruet in arcum aereum, quia dum praesentes necessitates metuens, multa per auaritiam rapit, extremi iudicij districtis se percussioibus anteponeit. Et quum fugit arma ferrea, ab arcu aerei sagittis inuenitur, quia mala temporalia stulte praecauens, sententia aeterna percutitur. Qui enim hic inopiae duriciam cum culpa fugit, illic perpetuitate iustae ultionis inuenit. Et diuus Hieronimus exponens illud Iob, Ferrum de terra tollitur &c. Fortitudo, (inquit) quae ferri nomine appellatur, est qua terram

Ferrum, uir fortis.
Iob 28. d.
Gen. 3. d.
Iob 41. c.
Ferrum, praedicationis iaculum, uirtus.
Deut. 33. d.
Aes, longanimitatis constantia, perseverantia.
Ephes. 6. c.
Calciamentum, praedicationis munimen.
Deuter. 33. d.
Iob 20. d.
Auaritia, ab elatione, uel timore proficiscitur.
Ferrum, omnis necessitas.
Psalm. 104. b.
Aes, aeterna sententia.
Arcus, extremi iudicij.
Iob 28. a.
Ferrum, fortitudo.

q iij id est,

Lapis cordis duricies.

Aes canorum laus, & gratiarum actio.

Iob 20. d.

Ferrea arma, ministri diaboli.

Arcus ereus, princeps tenebrarum.

Psal. 104. b.

Ferru, tribulatio dura.

Luc. 2. c.

Ferru, malorum duricia.

Psal. 106. d.

Medicinas, boni indigentia.

Luc. 2. c.

Gregorius, Psal. 117. d.

Cassiodorus.

Psal. 42. b.

Hieronymus.

Augustinus.

Psal. 41. a.

id est, carnis nostrae malitia in nobis tollimus, aduersus eam contra nos militantem, & contra legem spiritus conuersantem, rigore animi, & uirtute repugnemus. Lapidis quoque nomine, cordis figuratur duricies, quae per calorem, & feruorem fidei resoluta mollescit, ut primum possit in se uerba scribetis recipere, deinde uelut aes, quod canorum est, merito sanctitatis proficiens, ad laudes, & gratias Deo referendas, fidei soliditate perueniet. Et exponens illud Iob, Fugiet arma ferrea &c. Tanquam ait si diceret: Quando putauerit se leuiore calamitates posse fugere, in atrociores incurret. Siue aliter: Si socios, & ministros diaboli fugiat, incurret in ipsum principem tenebrarum, & quum sint illi rebelles in malicia, fortes, & duricordes, tanquam arma ferrea, in peiorem tamen autorem totius mali, uelut in arcum aeneum impinget, quem puto ideo hoc loco arcum nominatum, quia uel maxime in insidijs, & dolo, homines inopinantes interimere non desinit. Arcu enim inopinantibus plerumque tela iaciuntur. Et Cassiodorus exponens illud Psalmi, Ferrum pertransiit animam eius: Ferrum inquit indicat tribulationem duram necessitatis, quae in aestuati anima peruagatur, dum de futuris sollicita, iam multa patitur, quae timere non desinit. Talis illa in Euangelio locutio est, ubi Symeon dicit ad Mariam: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, significans habituram matrem gloriosam, tristitiam dominicae passionis. Quod genus locutionis inter propria scripturae diuinae credimus adnotandum. Ferrum ergo pertransiit animam eius, ut nec ipsa anima a poenis probaretur excepta. Nam quauis condolendo corpori, subiecta sit passio, habet tamen & proprias poenas, quum graui cogitatione torquetur. Ferrum quoque malorum duriciam significat, quoniam ferrum plerumque dicitur, quod durum esse monstramus. Et sic illud Psalmista, Vincit in medicitate, & ferro, id est, uinctos in indigentia boni, quae grauior est omni penuria, quae non corpus, sed quod est grauius) animam probatur affligere, & ferro, id est, malorum duricia. Prioris uersus expositio, est diui Augustini, qui hoc pacto scribit: Ferrum, quod dicit pertransisse animam eius, tribulationem duram necessitatis accipimus. Non enim corpus, sed animam dixit. Talis enim quaedam locutio est in Euangelio, ubi dicitur: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Passio quippe domini ipsam eius matrem, grauius carnali orbitate percussam, sine dubio contristauit.

Quid festum, siue festiuitas, mystice significet.
Cap. XIII.

Festum, siue festiuitas, aut solennitas, siue solennitatis dies, quid mystice significant, diuus exponit Gregorius libro nono Moral. cap. 21. citans illud Dauidicum, Constituite diem solennem, in confrequentationibus, usque ad cornu altaris: Solennem inquit domino diem in frequentatione constituit, quisquis se assidue in eius desiderio affligit, qui nimirum solennitatis dies usque ad altaris cornu tendi praecipitur, quia tandiu necesse est, ut quisque se afficiat, quousque ad superni sacrificij altitudinem, id est, ad aeterna gaudia pertingat. Et Cassiodorus: Constituite &c. Istud iam dicitur benedictis, qui poterant dies festos celebrare solenniter. Constituite dicit, id est, deliberata custodite sententia: Diem solennem, qui honore domini, & sanctorum confessione sacratus est: In confrequentationibus, id est, processionibus crebris, quas populi turba condensat, & reddit celeberrimas deuotione festiua: usque ad cornu altaris. Non enim ad cornu altaris accedunt, qui communicationis gratia non replentur. Hoc de isto altari uisuali (ut mihi uidetur) competenter accipimus, quod corpus, & sanguinem domini solenni nobis frequentatione largitur. Illud uero altare est ante conspectum domini, ubi purificatis animis, per contemplationem sanctam iubemur accedere, ut in hac actuali solennitate illud semper debeamus inspicere, iuxta illud quod ait: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui laetificat iuuentutem meam: cornu uero significat potestatem, quam sanctum altare habere manifestum est. Et diuus Hieronymus: Constituite diem solennem, id est, exhibete uos templa, & aras Deo, in quibus & sacras celebretis solennitates. In condensis, id est, in uirtutibus multis, in quibus uel ipse dominus, uel eius Angeli frequentantur. Usque ad cornu altaris, id est, usque ad ipsum dominum, qui est fortitudo animae, quam eius altare fecisti. Et diuus Augustinus: Constituite diem festum in confrequentationibus &c. id est, usque ad interiorum domum Dei, de qua nos benediximus, ubi sunt altaria excelsa. Constituite diem festum, non tepide, ac festiue, sed in confrequentationibus. Ipsa est enim uox exultationis soni festiuitatem celebrantis, ambulantium in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Si enim est tibi spirituale sacrificium, sempiternum sacrificium laudis, & sacerdos sempiternus est, & altare sempiternum, pascata mens ipsa iustorum. Hoc apertius dicimus fratres, quicumque Deum uerbum intelligere uolunt, non eis sufficiat caro, quod propter eos uerbum factum est, ut lacte nutrerentur, nec in terra sufficiat iste dies festus, quo agnus occisus est, sed constituantur in confrequentationibus, quousque perueniantur, exaltatis a domino mentibus nostris, usque ad eius diuinitatem interiorem, qui nobis exteriori humanitate lacte nutrien

nutriendis praebere dignatus est. Et Origenes de festo die, libro octauo, contra Celsum hoc modo scribit: Festus siquidem dies, ut e Graecorum (inquit) sapientibus quidam, nihil aliud praefert, nisi ut quis decentia faciat, & in uero celebrem diem is egerit, qui semper quae deceant orando perficiat, & continenter Deo, quum supplicat, sine sanguine offerat sacrificia. Vnde accommodatissime illud apud Paulum dictum uidetur: Dies autem obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo ne forte sine causa in uobis laborauerim. Quod si quis ad haec fortasse obiecerit, uel dominicos dies, uel Parasceues, & Paschatis, uel Pentecostes tempora, quae ex diebus utique constant, dicendum, perfectiorem quoniam, qui pro uerbi domini, ac Dei natura dictis, factisque, & cogitationibus semper insistat, assidue in domini diebus uersari, & dominicos perseueranter agere dies, & ad recte uiuendum sedulo paratior se reddere, a mundi suauitatibus his abstinere hominum plerosque fallentibus, nec carnis sapientiam enutrire, sed proprium castigando corpus, in seruitutem redigere, sic fieri, ut sine intermissione Parasceues dies hic ducat. Quippe qui & illud fat calleat, ut pascha nostrum immolatus est Christus, & intelligat ei festum esse hunc diem ducendum, qui uerbi carnis iustus edat, & ita ut semper Pascha hic peragat, quod transitus latine interpretatur, nimirum qui continuo, quum mente, tum uerbis, tum re ipsa, & opere, ex uita huius negocijs ad Deum ipsum, & eius ciuitatem, iter transeundo acceleret. Nec secus, & qui in uero id dicere quierit: Consurreximus Christo, & ille nos simul & suscitauit, & consideret in supercoelestibus in Christo efficit, haud dubie semper in Pentecostes diebus uersatur, & tunc praecipue ubi superiore coenaculo Iesu ipsi Apostolorum more incenso, precibus ita & uotis intenderit, ut dignus uehementi spiritu illo, & coelitus aduentante, reddatur, qui utique idcirco & uehemens erat, & uiolentus, ut ex hominum genere nequitiam tolleret, & quae ex hac prodeunt mala, nec secus & lingua illius a Deo ignita diuisione dignetur. Is uero, qui inter credentes uidetur praecellere, nec tamen tanti esse postmodum deprehendatur, indiget (ut ita dixerim) sensibilibus exemplorum, quum uel nolit quidem, uel nequeat omnes, & tales dies hos ducere, ut non penitus dilabatur. Istiusmodi arbitror, ubi Paulus cognouisset festi diei partem, festum id nominasse, quod praeter dies coeteros festos, stans diebus celebraretur, & ex istiusmodi dicto aperuisse, non in parte aliqua festi diei, sed in integra quadam, & indiciente hunc esse, qui pro uerbi doctrina, uitam perpetuo duxerit. Aduerte itaque rursum, ubi nostri hi celebres dies, quum Celsi fuerint publicis sacris collati, & festis diebus, ut elegantiores longe apud nos sint, quam solennes apud alios dies publice obseruati, in quibus sapientia carnis ad ebrietates, & luxus demum conuersa petulantius agit. Sed longum esset uelle nunc explicare, cur iuxta Dei legem sacrati dies doloris panem comedere doceant, & item cum lactu- cis agrestibus azyma, & animas ut suas humiliant, & si quid est huiusmodi aliud. Non enim fieri potest, ut compositus e pluribus homo, quandiu caro aduersus animam concupiscit, & aduersus carnem, & spiritus ab uniuersis cauendo, festum diem ut agat. Aut enim quis spiritu, dum festum id agit, corpus castigat, quod utique nequeat carnis ob sapientiam cum spiritu hoc ipso diem celebrem ducere, aut si iuxta carnem huc celebrem duxerit, haudquaquam quierit, qui iuxta spiritum sit, festum diem hic capere.

Item de eisdem festiuitatibus.

Cap. XV.

Idem quoque Origenes homilia uigesima tertia, super Numeros, exponens illud, Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Praeceptum filijs Israel, & dices ad eos; Munera mea, data mea, hostias meas in odorem suauitatis obseruate, ut offeratis mihi in diebus festis meis, hoc modo scribit: Habet ergo Deus dies festos suos. Est enim ei magna festiuitas humana salus. Ego puto quod per singulos quosque credentium, per singulos, qui conuertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, festiuitas oritur domini. Quomodo putas laetificat eum, quum is, qui fuerat impudicus, sit castus, & qui fuerat iniustus, iustitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Ista omnes singulorum quorumcumque conuersiones, festiuitates generant Deo. Nec dubium autem, quin & dominus noster Iesus Christus, qui pro salute nostra etiam sanguinem suum fudit, agat festiuitatem maximam, quum operae precium uideatur esse, quod se humiliauit, & formam serui suscipiens, factus est obediens usque ad mortem. Agit festa pariter & spiritus sanctus, ubi plura sibi uidet in ijs, qui conuertuntur ad Deum, templa praeparata. Nam de Angelis quid dicam, ad quorum festiuitatem laetantium dicuntur accedere omnes, qui conuertuntur ad dominum. Aut non est illis magna festiuitas, quum laetantur in caelo super uno peccatore poenitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia? Agunt ergo etiam Angeli die festum, laetantes super ijs, qui refugietes confortia daemonum per exercitia uirtutum, Angelicis se festinant sociare consortijs. Mirum fortasse sit, quod dicere uolo. Causas (ut uidetur) festiuitatis, & laetiae nos Deo, & angelis damus, Nos occasione laetitia, & exultationis

q iij exultationis

exultationis in terris positi, caelo praebemus, dum super terras ambulantes, conuersationem habemus in caelis. Et per hoc sine dubio diem festum caelestibus uirtutibus generamus. Sed sicut boni actus nostri, & uirtutum profectus laetitiam festiuitatemq; Deo, & Angelis gignunt, ita uereor, ne mala conuersatio nostra non solum terris, sed & caelo lamentationes inducat, & luctus, & fortassis etiam ipsi Deo luctum incutiant humana peccata. Aut non lugētis est illa uox, quum dicitur: Peccauit me, quia feci hominem super terram? Sed & illa domini, & saluatoris nostri in euangelio, ubi dicit: Hierusalem, Hierusalem, quae lapidas prophetas, & occidis eos missos ad te, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti? Et ne putes quia de antiquis tantummodo dictum est, quod lapidauerint prophetas, & ego hodie si prophetae uerba non audiam, si monita eius spernam, lapido prophetam, & quantum in me est, occido, cuius scilicet uerba non audio, tanquam mortui. Sed & illa humanum genus lamentantis Dei uox est, qua dicitur per prophetam: Heu me, quoniam factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut racemus in uindemia, quia non est spica, neq; botrus ad edenda primogenita. Heu mihi anima, quoniam perijt reuertens a terra, & qui corrigit in hominibus non est. Domini sunt istae uoces, & uenit ad colligendam uindemiam, sed inuenit racemos paucos pro uindemia, Apostolos scilicet, quos nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, & granum frumenti nisi cecidisset in terram, ut fructum plurimum faceret, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuisset. Angelis quoq; Dei (sicut supra diximus) sit gaudium in caelo super uno peccatore poenitentiam agente. Certum est, quod ubi pro bonis gaudia aguntur, ibi pro contrariis lamentetur. Si ergo gaudent pro conuerso, necesse est ut lugeant pro peccante. Propterea ergo quod grande peccatum peccauit Hierusalem, secundum quod scriptum est in lamentatione, in commotione facta est, & perierunt omnes festiuitates eius, & dies solennes eius, quoniam in loco sancto, & in die festiuitatis dominum meum Iesum Christum occiderunt, & propterea dixit ad eos: Neomenias uestras, & sabbata, & dies festos uestros, odit anima mea. Hic quidem, ubi de muneribus madatur, ubi adhuc nulla peccata sunt, Dies festos meos dicit. Vbi autem peccatum est, non meos, sed uestros dies dicit dominus. Haec autem omnia, in quibus uel lugere, uel gaudere, uel odisse, uel laetari dicitur Deus, tropico & humano more accipienda sunt ab scriptura dici. Aliena porro est diuina natura ab omni passionis, & permutationis affectu, in illo semper beatitudinis apice immobilis, & inconcussa perdurans.

De festiuitatum diuersitate.

Cap. XVI.

Quia ergo (ut eadem homilia inquit Origenes) festorum leges habemus in manibus, & inde nunc sermo est, requiramus diligentius qui sit ordo festiuitatum, ut ex ipsis ordinibus, & sacrificiorum ritu, colligere possimus, qualiter unusquisq; ex suis actibus, & conuersationibus sanctis Deo festiuitatem possit parare. Prima ergo est festiuitas Dei, quae appellatur indefinens. De ijs enim mandatur, quae indefinenter, & sine ulla prorsus interruptione, matutinis, & uespertinis sacrificijs offerantur. Madans igitur festiuitatum ritus, non primo statim uenit ad festiuitatem Paschae, neq; ad azymorum, neq; ad scenophegiae, aliasq; de quibus praecipitur, sed hanc primam posuit, in qua sacrificium indefinens madat offerri. Quo scilicet agnoscat quisquis ille uult esse perfectus, & sanctus, quia non aliquando quidem agenda est Deo, aliquando uero non agenda festiuitas, sed semper, & indefinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namq; quod indefinenter, & in matutinis, & in uespertinis mandatur offerri, hoc indicat, ut in lege, ac prophetis, quae matutinum tempus ostendunt, & in euangelica doctrina, id est, in uespertinum, quae uespera mundi saluatoris ostendit aduentum, indefinenti intentione persistat. Dies ergo festus est domini, si & sacrificium indefinens offeramus, si sine intermissione oremus, ita ut ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius manet, & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium uespertinum. Est igitur prima solennitas sacrificij indefinens, quae a cultoribus euangelij, eo modo, quo supra diximus, debet expleri. Sed quoniam (sicut propheticus sermo perdocuit) dies festi peccatorum conuertuntur in luctum, & cantica eorum in planctum, certum est, quoniam qui peccat, & agit diem peccati, agere non potest diem festum. Et ideo illis diebus, quibus peccat, offerre non potest indefinens sacrificium Deo. Sed ille offerre potest, qui indefinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum a peccato. Quae die autem interruperit, & peccauerit, certum est, quod in illa die non offert sacrificium indefinens Deo. Vereor aliquid dicere, quod ex sermonibus Apostolicis intelligi dat, ne forte uidear aliquos contristari. Nam si oratio iusti sicut incensum offertur in conspectu domini, & eleuatio manuum eius sacrificium est uespertinum, dicit autem Apostolis ihs, qui in coniugijs sunt: Nolite fraudare inuicem, nisi forte

Philip. 3. d.

Gen. 6. b. Matth. 23. d.

Michee 7. a.

Esa. 1. c.

Luce 15. b.

Thren. 1. c.

Esa. 1. d.

Festiuitas indefinens describitur.

Sacrificium indefinens quid sit. Matutinum, lex & prophetiae. Uespertinum, Euangelium. 1. Thessal. 5. d. Psal. 140. d. Amos 8. c. Festum, qui peccat, non agit.

Psal. 140. d. 1. Cor. 7. a.

AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

forte ex consensu ad tempus, ut uacatis orationi, & iterum in idipsum sitis, certum est, quia impeditur sacrificium indefinens ihs, qui coniugalibus necessitatibus seruiuit. Vnde uidetur mihi, quod illius est solius offerre sacrificium indefinens, qui indefinenter, & perpetuae se deuouerit castitati. Sed sunt & alij dies festi, ihs, qui forte non possunt indefinenter immolare sacrificia castitatis. Secunda ergo festiuitas post indefinens sacrificij festiuitate ponitur Sabbati, & oportet sanctorum quocumq; & iustum agere etiam sabbati festiuitatem. Quae est autem festiuitas sabbati, nisi illa, de qua Apostolus dicit, Relinquit ergo sabbatismus, hoc est, sabbati obseruatio populo Dei. Relinquentes ergo Iudaicas sabbati obseruationes, qualis debeat esse Christiano sabbati obseruatio, uideamus. Die sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus operibus saecularibus, & nihil mundanum geras, sed spiritualibus operibus uaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis, & tractatibus aurem praebes, & de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium pra oculis habeas, non respicias ad praesentia, & uisibilia, sed ad inuisibilia, & futura, haec est obseruatio sabbati Christiani. Sed haec & Iudaei obseruare debent. Denique etiam apud istos si faber, si structor, & si quis huiusmodi opificum fuerit, ociatur in die sabbati, lector autem legis diuinae, uel doctor non desinit ab opere suo, & tamen sabbatum non cotaminant. Sic enim & dominus meus dixit ad eos: Aut non legistis, quia & sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? Qui ergo cessat ab operibus saeculi, & spiritualibus uacat, iste est, qui sacrificium sabbati, & diem festum agit sabbatorum. Neq; onera portat in uia. Onus enim est omne peccatum, quemadmodum dicit & propheta: Iniquitates meae sicut onus graue, grauatae sunt super me. Neq; ignem accendit, illum scilicet ignem, de quo dicitur: Ite in lumine ignis uestri, & in flamma quam accendistis. In sabbato unusquisq; sedet in loco suo, & non procedit ex eo. Quis ergo est locus spiritualis animae? Iustitia est locus eius, & ueritas, sapientia, sanctificatio, & omnia, quae Christus est, locus animae est. Ex quo loco eam non oportet exire, ut uera sabbata custodiat, & diem festum in sacrificijs exigit sabbatorum, sicut dominus dicebat: Qui in me manet, & ego in illo. Quod autem diximus uera sabbata, si altius repetamus, quae sint uera sabbata, ultra hunc mundum est ueri sabbati obseruatio. Quod enim scriptum est in Genesi, Quia requieuit Deus in die sabbati ab operibus suis, non uidemus, uel tunc factum esse in die septimana, uel etiam nunc fieri. Semper enim uidemus Deum operari, & nullum sabbatum est, in quo Deus non operetur, in quo non producat solem suum super bonos, & malos, & pluat super iustos, & iniustos, in quo non producat in montibus foenum, & haerbam seruituti hominum, in quo non percutiat, & sanet, deducat in infernum, & reuducat, in quo non occidat, & uiuere faciat. Vnde dominus in euangelijs, quum Iudaei praescriberent sibi de operatione, & curatione sabbati, respondit eis, Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, ostendens per hoc in nullo saeculi huius sabbato requiescere Deum a dispensationibus mundi, & a prouisionibus generis humani. Nam creaturam quidem fecit ex initio, & substantias protulit, quantas sciebat (utpote rerum conditor) ad perfectionem mundi posse sufficere, sed usq; ad con summationem saeculi ab earum prouisione, & dispensatione non cessat. Erat ergo uerum sabbatum, in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis, saeculum futurum, tunc quum aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus, & erit omnia, & in omnibus Deus. Tunc fortassis & sacrificium indefinens melius offeretur. Tunc enim melius indefinenter poterit anima assistere Deo, & offerre sacrificium laudis per pontificem magnum, qui est sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Tertia festiuitas ponitur Neomeniae dies, in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur noua luna. Est ergo & ista festiuitas, quum luna innouatur. Noua autem dicitur, quum soli proxima fuerit effecta, & ualde ei coniuncta, ita ut sub claritate eius lateat. Sed mirum fortasse uideatur, imo superfluum lex diuina mandare. Quid enim religioni conducit, Lunae nouae, id est, quum coniungitur soli, & adharet ei, obseruare festiuitatem? Haec si secundum litteram considerentur, non tam religiosa, quam superstitiosa uidebuntur. Sed sciebat Apostolus Paulus, quia non de his loquitur lex, nec illum ritum, qui a Iudaeis obseruari uidetur, spiritus sanctus praecipit, & ideo ad eos, qui fidem Dei susceperunt, dicebat: Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi, aut Neomeniae, aut sabbato, quae sunt umbra futurorum. Si ergo umbra futurorum est sabbatum, de quo pro uiribus supra explicuimus, & Neomenia umbra futurorum est, certum est, quod & caeterae festiuitates similiter umbrarum sunt futurorum. Sed nunc uideamus de neomenia. Diximus, quod neomeniae festiuitas appellatur, quum luna innouari coeperit, & soli proxima fuerit, penitusq; coniuncta. Sol iustitiae Christus est, huic si luna, id est, ecclesia sua, quae lumine ipsius repletur, iuncta fuerit, & penitus ei adhererit, ita ut secundum uerbum Apostoli, Qui se iungit domino, unus cum eo spiritus fiat, tunc festiuitatem neomeniae agit. Tunc enim noua efficitur, quum abiecerit ueterem hominem, & induta fuerit nouum, qui secundum Deum creatus est, atq; ita merito innouationis solennitate, quae est neomeniae festiuitas, geret. Tunc denique est, quando neq; uideri, neq; comprehendi humanis aspectibus potest. Anima enim, quum tota se fociauerit domino, & splendori lucis eius tota concesserit, nihil omnino

Sacrificium indefinens quis offerat. Festiuitas sabbati Christiani. Hebr. 4. c.

Matth. 12. a.

Hierem. 17. c. Psal. 37. d. Onus, peccatum. Esa. 50. d. Locus spiritualis animae, iustitia, ueritas etc. Ioan. 15. a.

Gen. 2. a.

Matth. 5. g. Psal. 146. d. 1. Reg. 2. b. Deuter. 32. e. Ioan. 5. c.

Esa. 35. d.

Psal. 109. a. Festiuitas tertia Neomeniae tractatur. Neomenia, noua luna cur dicitur.

Colos. 2. b.

Sol, Christus. Luna, Ecclesia. 1. Corin. 6. d.

Ephes. 4. e.

omnino terrenum cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet, sed totam se sapientia, tota lumini, tota calori sancti spiritus mancipauerit, subtilis, & spiritalis effecta, quomodo cerni ab hominibus, aut ab humanis potest aspectibus comprehendit; Animalis namque homo intelligere, & discernere non potest spiritalem, & ideo dignissime diem festum aget, & hostiam neomeniae domino, utpote per ipsum innouatam, iugulabit.

De consequentibus alijs festiuitatibus.

Cap. XVII.

Quarto in loco (ut idem scribit Origenes) ponitur inter festiuitates Dei Paschae solennitas, in qua festiuitate agnus occiditur. Sed uide tu agnum uerum, agnum Dei, agnum qui tollit peccata mundi, & dicito, Quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Iudaei carnali sensu comedant carnes agni, nos autem comedamus carnem uerbi Dei. Ipse enim dixit: Nisi comederitis carnes meas, non habebitis uitam in uobis ipsis. Hoc quod modo loquimur, carnes sunt uerbi Dei, si tamen non quasi infirmis olera, aut quasi pueris, lactis alimoniam proferamus. Si perfecta loquimur, si robusta, si fortiora, carnes uobis uerbi Dei apponimus comedendas. Vbi enim mysticus sermo, ubi dogmaticus, & trinitatis fide repletus profertur, ac solidus, ubi futuri saeculi, amoto uelamine literae, legis spiritalis sacramenta paduntur, ubi spes animae, auulsa de terris, iactatur in caelos, & in illis collocatur, quae oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Haec omnia, carnes sunt uerbi Dei, quibus, qui potest perfecto intellectu, uelci, & corde purificato, ille uere festiuitatis paschae immolat sacrificium, & diem festum agit coram Deo, & Angelis eius. Post hanc, imo continua huius festiuitas sequitur azymorum, de qua dictum est in dictione, Fermētum. Post hanc sequitur sexta festiuitas, quae dicitur nouorum, id est, quum primitiae de nouis fructibus offeruntur. Vbi enim seminatus fuerit ager, & diligenter excultus, atque ad maturitatem peruenierit seges, tunc fructuum perfectione festiuitas domini geritur. Si ergo & tu uis nouorum diem festum agere cum domino, uide quomodo semines, aut ubi semines, ut possis tales metere fructus, ex quibus laetari facias Deum, & agere diem festum. Quod aliter implere non poteris, nisi audias Apostolum dicentem: Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam. Si sic semines, & sic metas, uere diem festum ages nouorum. Propterea denique & propheta admonet, dicens: Innouate uobis noualia, & nolite serere super spinas. Qui ergo cor suum, & interiorum hominum renouat de die in diem, iste sibi innouat noualia, & non seminat super spinas, sed super terram bonam, quae reddet ei fructum tricesimum, aut sexagesimum, aut centesimum. Iste ergo est, qui in spiritu seminat, & colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus primus omnium, est gaudium. Et merito diem festum nouorum fructuum agit, qui gaudium metit. Praecipue si simul metat, & pacem, & patientiam, & bonitatem, & mansuetudinem, aliosque horum similes fructus si colligat, dignissime nouorum fructuum festiuitatem domino agit. Tunc deinde sequitur festiuitas septimorum. Sicut enim inter dies, septimus quisque dies obseruatur sabbatum, & est festiuitas, ita & inter menses, septimus quisque mensis sabbatum est mensium. Agitur ergo in eo festiuitas, quae dicitur sabbata sabbatorum, & fit in die prima mensis tubarum memoria. Sed quis est, qui festiuitatem gerat memoriae tubarum, nisi qui potest scripturas propheticas, & euangelicas, atque Apostolicas, quae ueluti caelestis quaedam personat tuba, mandare memoriae, & intra thesaurum cordis sui recondere? Qui ergo haec facit, & in lege Dei meditatur die, ac nocte, iste festiuitatem gerit memoriae tubarum. Sed & si quis potest gratias illas sancti spiritus promereri, quibus inspirati sunt prophetae, & psallens dicere: Canite initium mensis tuba, in die insignis solennitatis eius, & qui scit in psalmis iubilare ei, dignè agit solennitatem tubarum. Est adhuc & alia festiuitas, quum affligunt animas suas, & humiliant se Deo, festa celebrantes. O mira festiuitas. Dies festus uocatur afflictio animae. Hic enim (inquit) dies est propitiationis decima die mensis septimi. Vide ergo si uis diem festum agere, si uis, ut laetetur Deus super te, afflige animam tuam, & humiliam eam. Non ei permittas explere desideria sua, nec concedas ei lasciuiae euagari, sed in quantum fieri potest, afflige, & humiliam eam. Denique Paschae festiuitas, & azymorum, panem afflictionis habere dicitur, nec potest quis agere diem festum, nisi afflictionis panem manducauerit, & manducauerit pascha cum amaritudine. Manducabit enim (inquit) azyma cum amaritudine, siue picrijs. Audis ergo quid essent festiuitates Dei, non recipiunt dulcedinem corporalem. Nihil remissum, nihil uoluptuosum, aut luxuriosum uolunt, sed afflictionem animae, & amaritudinem, humilitatemque deposcunt. Quia qui se humiliat, ipse exaltabitur apud Deum. Hoc ergo deposcit & propitiationis dies. Quum enim afflictus fuerit anima, & humiliata in conspectu domini, tunc ei repropiciatur Deus. Et tunc ad eam uenit ille, quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine suo Christus Iesus dominus, & redemptor eius. Iam uero ultimus dies festus Dei qui sit, quo Deus laetatur in homine, uideamus. Scenophegia (inquit.) Laetatur ergo super te, quum te uiderit in hoc mundo in tabernaculo

Festiuitas quarta Paschae. Exo. 12. a. Ioan. 1. d. 1. corin. 5. c. Ioan. 6. f.

Esa. 64. b.

Festiuitas quinta azymorum, tractatur in dictione, fermētum. Festiuitas sexta nouorum tractatur.

2. Cor. 9. b. Hierem. 4. a. 2. Cor. 4. d. Matth. 13. b.

Galat. 3. d.

Festiuitas septima septimorum.

Psal. 90. a.

Festiuitas octaua afflictionis animae.

Exo. 12. b. Numeri 9. b. 71. quae, Picria est amaritudo. Luca 14. c.

Roman. 3. d. Festiuitas noua scenopie tractatur.

culis habitantem, quum te uiderit non habere fixum, & fundatum animum, ac propositum super terras, nec desideratem, quae terrena sunt, nec umbram uitae huius, quasi possessionem propriam, & perpetuam deputatem, sed uelut in transitu positum, & ad ueram illam patriam, unde egressus es, paradisi festinantem, ac dicentem: Incola sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei. In tabernaculis enim habitauerunt & patres. & Abraham in casulis, id est, in tabernaculis habitauit cum Isaac, & Iacob coherentibus repositionis eiusdem. Quum ergo incola fueris, & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa, & radicata in desiderijs terrenorum, sed paratus es, ut cito transeas, & paratus es extendere te semper ad interiora, usquequo peruenias ad terram fluentem lac, & mel, & hereditatem capias futurorum. Si te inquam positum in his uideat Deus, laetatur in te, & diem festum agit super te. Haec quidem in praesenti, in futuro uero si uis considerare quomodo agantur dies festi, erige paululum, si potes, sensus tuos a terra, & obliuiscere paulisper haec, quae habentur in facie. Describe uero tibi quomodo caelum, & terra transeant, & transit omnis hic habitus mundi, caelum uero nouum, & terra noua fundetur. Amoue de conspectibus tuis etiam solis huius lucem, & da illi mundo, qui uenturus est, solis septuplum lumen, imo potius secundum scripturae auctoritatem ipsum ei da dominum lucem. Pone aditantes Angelos gloriae, pone uirtutes, potestates, sedes, dominationes, atque omne nomen clarissimarum, caelestiumque uirtutum. Non solum quod in praesenti saeculo nominatur, sed quod etiam in futuro. Inter hos omnes considera, & conijce quomodo agi possint dies festi domini, quae tibi festiuitas, quae gaudia, quae laetitiae magnitudo. Nam de his, quae supra diximus, spiritalibus festiuitatibus, etiam si magna sint, & uerae, praecipue quum spiritaliter geruntur in anima, magna tamen ex parte sunt non ex integro. Sicut enim dixit Apostolus, Quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus: ita consequens est, ut ex parte diem festum geramus. Ut autem scias haec ita esse, redeamus ad ipsius Pauli sermonem, quem de diebus festis, & neomenijs posuit, & uide quomodo obseruauerit dixit: Nemo ergo (ait) uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Attende ergo diligentius quomodo non dixit in die festo, sed in parte diei festi. Ex parte enim, & non ex integro, diem festum in hoc mundo positum, celebramus: Interpellamur enim, etiam si nolumus, ab onere carnis, pulsamur a concupiscentijs eius, curisque, & sollicitudinibus terebramur. Corpus enim corruptibile (ut ait sapientissimus) aggrauat animam, & deprimit sensum multa cogitantem. Ex parte ergo in hoc mundo sancti agunt diem festum, quia & ex parte sciunt, & ex parte prophetant. Quum autem uenerint quae perfecta sunt, destruetur ista, quae ex parte sunt. Sicut enim perfectae scientiae cedit ista, quae ex parte est, ita & perfectae festiuitati cedit ista, quae ex parte est festiuitas. Neque enim quod perfectum est, mundus iste habere potest, ubi (ut diximus) necessitas corporis nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit, nunc etiam quantacumque necessario uitae praesentis sollicitudinem mouet, quae omnia interrumpunt sine dubio continuationem festiuitatis dei. Quum autem uenerit illud, quod dictum est de his, qui resituuntur in sancta, si tamen & nos ex his esse mereamur, qui resituendi sunt, qui neque esurient, neque siuent, neque dormitabunt, neque laborabunt, sed erunt peruigiles, sicut Angelorum uita peruigil dicitur, quum in illum ordinem restitui merebimur, tunc erit uera, & incorrupta festiuitas, cuius festiuitatis princeps, & sponsus, & dominus erit ipse Iesus Christus.

Psal. 38. c. Hebr. 11. b.

Festus dies futuri saeculi tractatur.

Esa. 30. f. Esa. 60. d.

1. Cor. 13. c.

Colos. 2. b.

Sap. 9. d.

1. Cor. 13. c.

Ioan. 13. c.

Cyrillus.

Festum diei actus, egentium habet rationem.

Solemnitatibus iniuria inferunt, qui parum de indigentibus curant, qui parum de indigentibus curant.

Ioan. 11.

De eodem die festo.

Cap. XVIII.

In Ioannis quoque euangelio scriptum est: Quidam autem putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea, quae opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis aliquid daret. Quae uerba Cyrillus enarrans, hoc modo scribit: Quoniam non intellexerunt uerba eius, ad res solitas deferuntur, & quae facere consueuerat, haec modo iubere ut fiant, arbitrati sunt. Die namque festo iam iam instate, crediderunt nonnulli imperari, quod ad solennitatem pertineret, uel ut indigentibus aliquid praepararet. Bonus enim est, atque misericors dominus. Perutile autem nobis exemplum proponitur. Oportet enim qui festum diem pie acturi sunt, non de ipsis tantummodo curare, nec quomodo ipsi solum hilarè celebraturi sint, uerum etiam egentium propter charitatem rationem habere. Sic enim spiritaliter Christo dies festus perageretur. Hac de causa olim Iudaeis dum manna colligerent, praecipuum fuit, non sibi tantum, uerum etiam contubernalibus, si qui exire non possent ad colligendum munus praestare, ut non superflueret, qui multum, nec qui minus, deficeret. Hac enim alterius de altero cura, & studio, mirabilis quaedam in omnibus aequalitas redditur. Magnam igitur iniuriam solennitatibus inferunt, qui parum de indigentibus curant, nec festum diem recte peragunt, qui coniunctum tam de se, quam de alijs non procurant. Et expones illud euangelicum, Quid putatis, quia non uenit ad diem festum istum? In pascha (inquit) ei insidias tendebant, & solennitatis diem, in caedem conuertebat. O impietate! Quum magis uirtuti est incubendum, magis a sceleribus abstinendum, tunc innocentem capere conant. Sed pro dolor, quamplurimi inter Christianos haec Iudaeorum amentiam, & improbit

& improbitatem imitantur, qui diebus festis, aut ludis illiberalibus, crapulae, choreis, aut alijs mundi uanitatibus dediti, quum Deo obsequium diligentius exhibere, quum templa Dei frequentare, orationibus insistere, atque ecclesiastico interesse officio deberent, tunc maxime Deum suis dissolutissimis moribus irritant. Id ne est o Christiani, celebrare diem festum, indulgere uentri, & inconcessis uoluptatibus habenas laxare? Si prohibetur die festo opus, quod manu exercentur ad uitae necessitatem, ut integrus diuinis rebus uacare possitis, nonne potiori iure prohibita sunt ea, quae non nisi cum peccato committi possunt, & graui offensione Dei? Diebus ad exercenda opera seruilia concessis, unusquisque suo intentus est operi, & abstinet a crapula, ludis, & uanitatibus. Diebus autem festis passim curritur ad cauponam, ad ludos, spectacula, & choreas, in irrisionem diuini nominis, & diei praeruaricationem, quum tamen eo grauius sit peccatum, quo sanctiori tempore committatur. Resipiscant igitur, & id zizanium, quod inimicus homo superseminauit in agro domini, profus extirpare, & a se euellere laborent. Et diuus Augustinus, exponens illud psalm. In uoce exultationis, & confessionis soni festiuitatem celebrantis: Festa (inquit) quum hic homines celebrant suae luxuriae, consuetudinem habent constituere organa ante domos suas, aut ponere symphoniam, uel quaecumque musica ad luxuriam seruitia, & illicentia, & ubi audita fuerint haec, quid dicimus, qui transimus? Quid hic agitur? Et respondetur nobis, aliqua esse festa. Natalitia (inquit) celebrant, nuptiae hic sunt, ut non uideatur inepta illa Caeca, sed excusetur festiuitate luxuria. In domo Dei, festiuitas sempiterna est. Non enim aliquid sibi celebratur, & transit. Festum sempiternum, chorus Angelorum, uultus praesens Dei, laetitia sine defectu. Et dies hic festus ita est, ut nec aperiatur initio, nec sine claudatur. De illa aeterna, & perpetua festiuitate sonat nescio quid canorum, & dulce auribus cordis, sed si non perfrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo admirabili Dei, & miracula Dei in redemptione fidelium consideranti, mulcet aurem sonus festiuitatis illius, & rapit ceruum ad fontes aquarum. Et diuus Hieronymus, exponens illud Apostoli, Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos &c. hoc modo scribit: Dies Iudaicos obseruant ut sabbati, & neomeniae, & a decima mensis primi usque ad quartadecimam, qua agnus corporeus uictimae reseruatur, & a quartadecima usque ad uigesimam primam eiusdem mensis, quando azyma comeduntur, non syncretitatis, & ueritatis, sed in fermento ueteri malitiae, & nequitiae pharisaeorum. Septem quoque septimanas, qui ritu Iudaico post azyma computat, dies Israeliticae pentecostes colit. Nec non & clangorem tubarum mense septimo, prima mensis. Decima quoque eiusdem mensis, expiationem, & ieiunium, & scenophegias ex more figentes, Iudaicos obseruant dies. Menses autem custodiunt, qui primum, & septimum mensem, non intelligentes mysterium ueritatis, obseruant. Tempora quoque colunt, qui ter per annos singulos Hierosolymam uenientes, putant se domini implere praecipuum, dicentis: Tribus temporibus anni, diem festum agetis mihi, solennitatem azymorum, & solennitatem messis primitiuorum, & solennitatem consummationis in exitu anni. Et alibi: Tribus temporibus anni apparebit masculinum tuum in medio domini Dei tui. Quod autem ait, Et annos, puto de septimo remissionis anno dici, & de quinquagesimo, quem illi Iubileum uocant. Plenius hunc locum ad Colossenses Apostolus explicat, dicens: Nemo ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum. Partem diei festi, ad distinctionem perpetuae festiuitatis hic posuit, ut non breuem, & ut ita dicam, totius corporis quamdam particulam, sed totum uitae nostrae spatium perpetuae in Christo solennitatis habeamus. Dicit aliquis: Si dies obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos, nos quoque simile crimen incurrimus, quartam sabbati obseruantes, & parasceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadragesimae, & paschae festiuitatem, & pentecostes laetitiam, & pro uarietate regionum, diuersa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet, non eosdem Iudaicae obseruationis dies esse, quos nostros. Nos enim non azymorum pascha celebramus, sed resurrectionis, & crucis, nec septem iuxta morem Israel numeramus hebdomadas in pentecoste, sed spiritus sancti ueneramur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi idem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter ueniremus. Non quo celebrior sit dies illa, qua conuenimus, sed quo quaecumque die conueniendum sit, ex conspectu mutuo, laetitia maior oriatur. Qui uero oppositae quaestioni acutius respondere conatur, illud affirmat, omnes dies aequales esse, nec per parasceuen tantum Christum crucifigi, & die dominica resurgere, sed semper sanctum resurrectionis esse diem, & semper eum carne uelci dominica, ieiunia autem, & congregationes inter dies, propter eos a uiris prudentibus constitutos, qui magis saeculo uacant, quam Deo, nec possunt, imo nolunt toto in ecclesia uitae suae tempore congregari, & ante humanos actus, Deo orationum suarum offerre sacrificium. Quotus enim quisque est, qui saltem haec pauca, quae statuta sunt, uel orandi tempora, uel ieiunandi semper exercent? Itaque sicut nobis licet, uel ieiunare semper, uel semper orare, & diem dominicam accepto domini corpore indefinenter celebrare gaudentibus, non ita & Iudaeis fas est omni tempore immolare agnum, pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie.

Quid ficus

Quid ficus mystice significet.

Cap. XIX.

DE arbore fici scriptum est in Euangelio: Manens (inquit) reuertens in ciuitatem, & uidens fici arborem unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea, quae uerba pertractans Origenes homilia decimasexta in Matthaeum: Esurit (inquit) Iesus semper in iustis uolens manducare fructum spiritus sancti in eis. Et sunt eius escae (ut ita dicam) ficus, quas esuriens, edit, id est, charitas eius, qui eam fructificauit, qui primus fructus est spiritus sancti, & gaudium, & pax, & patientia, & reliqua. Quae quidem quandiu fructificamus, non arescimus. Si autem uenienti domino, & quarenti huiusmodi fructum, ut manducet in nobis, non exhibuerimus, dicit ad nos: Nunquam ex uobis fructus nascatur in sempiternum. Et uide, quoniam secus uiam erat haec ficus, quae folia tantum habuit sine fructu. Sic enim & terra, quae secus uiam est, licet fuerit seminata, nullum fructum producit, diripientibus uolucris semina seminata. Quandiu ergo non uenit Iesus ad aliquam ficum, nec quaerit fructum eius, sed patienter agit, & sustinet, si forte proferat fructum, non exiccatur. Si autem uenerit esuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiae habens, nisi professionem tantummodo fidei (quod est folia sine fructu) mox exiccatur, etiam hoc ipsum, quod uidetur fidelis, amittens. Et est multos in ecclesia uidere tales, qui multo tempore portauerunt fidei nomen, offendentes tantummodo, quod uiuunt, omnino autem sunt sicci. Quos, quia non fructificabant, uidentes recedentes a uerbo dei ad plenum, & siccos. Quem talem, quum uiderint discipuli siccum, mirantur, dicentes: Quomodo coesum siccata est? Adhuc manifestius de hoc ipso dicamus, quomodo in tentationibus petit fructum Iesus a ficulneis, quas plantauit, id est, in persecutionibus confessionem, & testimonium quaerit fidelium. Et quum mulier meretrix insaniens, excitata fuerit super aliquem, quaerit in eo Christus fructum continentiae. Quem protulit & Ioseph quum fureret eius domina super eum. Et sic in singulis quibusque tentationibus intellige Christum uenire ad Christianos in tentationibus esurientem, & fructum uirtutis quaerentem. Qui autem non fuerit praeparatus, ut exhibeat fructum esurienti, aut confessionis, aut castitatis, coesum siccatur. Qui enim denegat in persecutione, siccatur. Similiter & qui fornicatur, siccatur, quamuis ostensione fidei, quam antea baiulabat, quasi folijs coopertus sit. Super tales mirantur discipuli, quomodo mox siccantur. Et frequenter per multos annos quis constitit ficus, & non est siccat, ueniente autem in ultimo uitae eius ad eum Christo, uidelicet in tentationibus, & quarente fructum in eo, & non inueniente, siccatur, & tantorum annorum perdidit subito uitam. Et hoc fit, ut impleatur sermo dominicus, dicens: Qui habet, dabitur ei, & abundabit. Qui autem non habet, & ipsum quod habet, auferetur ab eo, ut non sit ociosum quod habet. Et unusquisque discipulorum si habuerit fidem, & non haesitauerit, & ficum arefcere facit, & quod sequitur eum. Et est operis demonstrare quomodo Christi discipulus quaerens fructum in ficu, & non inueniens, dicat ad eam: Nunquam ex te fructus nascatur in aeternum, & statim siccatur. Vt puta pone mihi aliquem, quae sunt quidem fidei profitentem, & pronunciantem se in nomine Iesu manducare, & bibere coram ipso, & Iesum in plateis cordis eius docuisse ita, ueniat discipulus Christi, quaerens fructum sapientiae, & uerbi in eo secundum professionem docendi, quae Dei sunt, quaerens, & scrutans per uerbum, nullum inueniat fructum in eo, & ideo manifestum faciens eum uidentibus, uacuum a Christo exhibeat per uerbum, quoniam non est possibile aliquem fructum fieri in eo in sempiternum, qui ex arbitrio laesus est. Sicut & Petrus dixit ad Simonem, arefacies eum, qui uidebatur Christi professor: Pecunia tua tecum sit in interitum, quoniam donum Dei existimasti te per pecuniam possidere. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis uideo te esse. Melius est, ut fallacem ficum, quae uiuere aestimatur, non autem fructificat quasi uiua, argutam, quia est infructuosa, siccarum uerbis discipulorum Christi, & fieri manifestam, quam ut furetur, dum uiuere aestimatur per figmentum professionis, innocentium corda, & eorum, qui facile seducuntur a talibus. Marcus autem in hoc eodem loco scribens, aliud aliquid, quantum ad textum, adiecit uidetur, dicens: Quoniam uidens Iesus ficum de longe habentem folia, uenit, quasi inuenturus aliquid in ea. Quum uenisset autem, & nihil inuenisset nisi folia tantum (nec enim erat tempus ficuum) respondens, dixit ad eam: Nunquam ex te in aeternum quisquam fructum manducet. Dicit aliquis: Si non erat tempus ficuum, quomodo uenit Iesus quasi inuenturus aliquid in ea? Et quomodo iuste dixit ad eam, Nunquam ex te quisquam fructum manducet? Contra haec respondemus, quoniam numerati ab Apostolo fructus spiritus sancti, hi sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Hi omnes aliquando in tempore suo redduntur. Melius autem est, quando circumstantibus aduersarijs, & prouocantibus ad non fructificandum, portauerit aliquis, propterea quod fatis est prodificatus in uerbo, nihilominus proferre fructus spiritus sancti. Quod autem dico, tale est. Vnus de fructibus spiritus sancti, charitas est. Huius tempus est, quando

quando non est difficile fructum reddere charitatis, & diligere diligentem. Et est quidem fructus iste spiritus sancti, tamen in tempore suo. Si autem aliquis excitetur ad odium fidelis constitutus, & circumueniatur, & insidias pariat, & diligit insidiantem sibi, aut certe si fuerit aliquis male moratus, & odio dignus, ille iustus nec hunc talem odiat, sed quasi filius eius, qui oriri facit solem suum super bonos, & malos, etiam tunc eum diligit, ut puta non in tempore ficuum fructum dans charitatis, beatus est. Similis & de gaudio potest esse tractatus, qui profert fructum gaudij, nullo eum ad tristitiam prouocante. Quando autem praesentia prouocant eum ad tristandum, uel ad pusillanimitatem, prouocatus autem ille per uerbum, in tantum proficit, ut etiam in tempore tristitiarum gaudeat, & in tempore opprobrii, uel castigationum gloriatur, & in omni tempore periculi memor sit eius quod dictum est: Gaudete in domino semper, beatus est huiusmodi Christianus, fructum gaudij ferens, etiam non in tempore ficuum. Similiter in omnibus fructibus sancti spiritus est tractandum. Vult enim Christus fideles suos meliores esse humana omni natura, & exigit eos supra naturam, & (ut ita dicam) opera Dei magis, quam hominum. Propter quod hominibus dicit, quos ad beatitudinem uocat: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Arguens autem eos, qui nolunt esse dii, nec filij esse excelsi: Vos autem (inquit) sicut homines moriemini. In singulis enim quibusque peccatis, quando sumus carnales, & secundum hominem ambulamus, nihil operamur, nisi ut moriamur. Et uerum est, quia si secundum carnem uiuimus, moriemur, sicut docet Apostolus.

Matth. 5. g.

Philip. 4. d.

Psal. 81. b. Ibidem.

Roman. 8. c.

De eadem ficu.

Cap. XX.

ET in euangelio rursum scriptum est: A ficu autem discite parabolam. Quando enim iam ramus eius factus fuerit tener, & folia producit, scitote quia prope est aestas &c. Quae uerba enarrans Origenes homilia trigesima in Matthaeum, hoc pacto scribit: Quomodo de ficu similitudo eorum, quae dicta sunt intelligi possit, secundum quod possumus, exponemus. Ne forte totus hic mundus, & consummatio eius fico assimilatur, unusquisque proficiscens ad uitam beatam, ut uideat Christi uerbi gloriosum in se, & perfectum aduentum, fico similis habeatur. Sicut enim ficus in tempore quidem hyemis, uitalem quidem uirtutem habet in se, absconditam autem habet eam, & non satis manifestam, postmodum autem, quum uirtus ipsa uitalis prodire coeperit ad manifestationem, praetereunte hyeme, ex ipsa ualetudine eius ramus efficitur tener, producit & folia, & sicut arbor in uirtute ipsa folia habet fructus, & primum quidem est gemma, deinde paulatim proficiscitur, nouissimè autem est in ipso effectu: sic mundus, & unusquisque eorum, qui saluantur in fine ante Christi aduentum, quasi in hyeme in se absconditam habet uitalem uirtutem. Christo autem inspirante, qui sunt teneri, & non duricordij rami, & quae abscondita erant in eis, progrediuntur in folia, aetate instante, & manifestos fructus ostendunt, quos, qui aspicit, in Christo iam uidet. Sic & in aliqua parabola refertur Pastoris, si cui placeat etiam illum legere librum, quoniam saeculum praesens hyems est iustis, qui apparent similes proximis suis natura, & arboribus uidelicet caeteris siccis, tempore autem opportuno, in fructibus suis apparent. Si autem & in primo psalmo tale aliquid sit, quod de beato dicitur illo, quod erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quaecumque faciet, semper prosperabuntur, & tu confydera quod est scriptum: Hyems transiit, abijt sibi, flores apparuerunt in terra. Ex quo Christus aduenit, qui temperiem introduxit, & hyemales spiritus fecit cessare, & ficus, id est, mundus tenerum ramum, id est, ecclesiam fecit, nunc quidem folia proferentem, donec est in proximo aestas, nondum tamen aduenit. Facta autem aetate, plenius perfectos, & maturos Christo ficus praestabit, quando secundum Hieremiam ficus bonae, bonae sunt ualde, congregatae in cophinis bonorum ficorum ex quibus Christus accipere uult, & quasi edere dulcedinem eorum. Absit autem a nobis, ut Iesu ueniente ad nos, & uolente manducare de ficu, non inueniatur fructus in ea. Si enim non fuerit inuentus fructus in ea, dicit ad eam in suo aduentu, quae non ostenderit fructum, Nunquam ex te quisquam fructum manducet. Potest autem ficus illa intelligi populus circumcisionis, ad quos esuriens dominus uenit, & quum non inuenisset fructum in ea, sed solam speciem uitalem, dixit, Nunquam ex te quisquam fructum. Propter quod in aduentu eius continuo arefacta est illa ficus, id est, populus ille: illa autem altera ficus, quae quantum ad priora tempora, sterilis erat, quae fuerat iam excidenda, propterea quod nullam habuerat adhibitam sibi diligentiam a suo fossore, quum sterco illi coeperit circummitti, proferet fructus, quae aliquando euacuauerat terram, nunc autem largiores fructus producet etiam pro tempore transacto, in quo sterilis fuit. Et unusquisque nostrum post hyemes tentationum, & post tristitiam periculorum transactorum ad aetatem festinet, proferens tenerum ramum, non illum durum, sed molle cor ad credendum Deo, & profectus nostri proferant folia interim, & flores operum, ut postmodum etiam perfectissimos fructus, quum uenerit quod perfectum est, in Christum exhibeamus. Adhuc & ipsi, qui saluantur, habent in se ueram uitam, eum qui dixit: Ego sum uitis uera, & secundum

Matth. 24. c. Origenes.

Ficus, mundus & eius consummatio, & omnis q saluatur.

Pastoris liber.

Psal. 1. a.

Cant. 2. c. Ficus, mundus. Ramus fici, ecclesia. Hier. 24. b.

Mar. 11. b. Ficus, circumcisonis populus.

Luc. 13. b. Ficus, quilibet homo. Ramus tener, cor tenerum. Folia, profectus. Flores, opera. 1. Cor. 13. c. Ioan. 15. d.

cundum aestimationem uitae, & ficu ueram afferentem salutare fructus, ubi requiescit unusquisque secundum spiritalem promissionem Dei sub uite sua, & sub ficu sua. Et uitis quidem illa in his, qui proficiunt, floret, & dat suum odorem. Ficus autem & ipsa profert fructus suos, ut post dignum profectum, digni efficiantur coelestibus torcularibus fructus eorum, & cophinis ficorum, ualde bonorum eius fici, quae teneros fructus, & bonos protulit ante aestum. Cuius fructus etiam languentes, non autem pigritantes orare, medicantur, sicut scriptum est de Ezechia rege in Esaia, qui saluatus est per ficus, ut non moreretur. Sed & sol super eum in gradibus demonstrauit maiorem, & clariorem ei diem effectam. Multa est ergo spes in ficu, quae ex Dei uerbis primum quidem fecit tenerum ramum suum, postea autem nascentia folia. Talibus prope est aestas, & prope est in limine gloriosus, & in nubibus Christi aduentus, & aduentus gloriae uerbi Dei, & prope est huiusmodi hominibus regnum Dei. Et Augustinus libro primo quaestionum euangeliorum, quaestione 39. Quod dixit: Ab arbore autem fici discite similitudinem, arborem fici genus humanum intellige propter prurium carnis. Quum iam ramus eius tener fuerit, id est, quum filij hominum per fidem Christi ad spirituales fructus profecerint, & in eis honor adoptionis filiorum Dei eminuerit. Et in enarratione Psalmi 31. citans illud euangelicum, Quum esses sub arbore fici, uidi te: Sub arbore (inquit) fici erat, sub conditione carnis erat, si sub conditione carnis erat, quia impietate propaginis tenebatur, sub illa arbore fici erat, in qua gemit Dauid in alio psalmo: Ecce enim in iniquitate conceptus sum. Sed uidit eum ille, qui uenit cum gratia, id est, misertus est eius. Quid magnu est uidere hominem sub arbore fici? Si non uidisset sub ista ficu genus humanu Christi, aut arceremus omnino, aut quomodo pharisaei, in quibus dolus erat, id est, iustificabant se uerbis, factis autem mali erant, folia sola inueniuntur in nobis, non fructus. Nam talem arborem fici, quando uidit Christus, maledixit, & aruit. Vidit (inquit) sola folia, id est, sola uerba absque fructu, arefcit (inquit) ut nec folia habeat. Sic ergo erant Iudaei, pharisaei arbor illa erant, uerba habebant, facta non habebant, ex sententia domini ariditatem meruerunt. Videat ergo nos Christus sub arbore fici, uideat in carne nostra etiam fructu boni operis, ne eius maledictione arefcamus. Et tractatu septimo in Ioannem, praedicta enarrans uerba: Quarendum est (inquit) an aliquid significet ista arbor fici. Audite enim fratres mei: Inuenimus arborem fici maledictam, quia sola folia habuit, & fructum non habuit. In origine humani generis Adam, & Eua quum peccassent, de folijs ficulneis succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnea, intelliguntur peccata. Erat autem Nathanael sub arbore fici, tanquam sub umbra mortis. Vidit eum dominus, de quo dictum est, Qui sedebant in umbra mortis, lumen ortum est eis.

Mich. 4. b.

Esa. 39. d.

Augustinus.

Ficus, genus humanum.

Ioan. 1. g.

Psal. 50. a.

Matth. 21. b. Folia, uerba.

Matth. 21. b. Gen. 3. b.

Folia ficulnea, peccata. Ficus, mors. Esa. 9. a.

De eadem ficu.

Cap. XXI.

DE ficu quoque scriptum est in Hieremia: Ostendit mihi dominus, & ecce duo calathi (sive iuxta Symmachum duo cophini) pleni ficis, positi ante templum domini &c. Calathus unus, ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis, & calathus unus, ficus habebat malas nimis, quae comedi non poterant, eo quod essent malae. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Hieremia? Et dixit: Ficus bonas, bonas ualde, & malas, malas ualde, quae comedi non possunt, eo quod malae sint. Scribit autem hoc in loco diuus Hieronymus duos cophinos, sive calathos bonorum, & malorum ficorum, quidam interpretatur in lege, & euangelio, synagoga, & ecclesia, Iudaeorum populo, & Christianorum, gehenna, & regno caelorum, quorum alterum ad supplicium pertinet peccatorum, alterum ad sanctorum habitaculum. Sed nos scientes, iuxta Apostolum Paulum, legem bonam, & sanctam, & mandatum bonum, & sanctum, & unum esse utriusque testamenti Deum, uel ad eos magis referamus, qui in aduentu domini saluatoris crediderunt, & non crediderunt, ut qui a scribis, & sacerdotibus concitati clamauerunt, dicentes: Crucifige, crucifige, sint calathus ficorum malorum: qui uero post ascensionem eius de populo crediderunt, ad bonas ficus, & ad calathum, cophinumque optimum referantur. Comparat autem calathum, qui bonas ficus habebat, & bonas nimis, ficis primi temporis, quae Graece appellantur πρῆμια, Abrahama uidelicet, Isaac, & Iacob, & Moyse, & Aaron, & Iob, & caeteris sanctis uiris, de quibus unus de duodecim loquitur prophetarum: Sicut uiam in deserto inueni Israel, & sicut ficus in ficulnea inueni patres eorum. Unde & nos appellamur filij Abraham. Et contrario dicitur ad Iudaeos: Si pater uester esset Abraham, faceretis opera eius. Hi autem calathi, qui bonas habebant, & malas ficus, non erant foris, & extra ecclesiam, sed ante templum domini, eo quod cuncta illius scientiae pateant, nec tantam habent amaritudinem haec ficus, quae foris sunt, quantam illae, quae post confessionem fidei, praeruatione mutatae sunt. Nec tantam suauitatem bonae ficus, quae non sunt in conspectu templi Dei, quales fuerunt mundi philosophi, qui naturali bono, & intelligentia creatoris, non tam uisi sunt sequi, quam laudare uirtutes, quantam habent suauitate ficus, quae sunt in templo Dei, quales fuerunt prophetae, & Apostoli, de quibus una ficus loquebatur: Lac uobis dedi,

Hiere. 24. d.

Hieronymus.

Ficus bonae, credentes.

Ficus male, uel dei increduli.

Roman. 7. c.

Luc. 23. c.

Osee 9. e. Ioan. 8. e.

1. Cor. 3. d.

Galat. 4. c. dedi, non solidum cibum. Et alio in loco: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vnde dicitur, quod in conspectu templi Dei ficus bonæ, fuerint bonæ ualde, & ficus malæ, fuerint malæ ualde. Et exponens illud Aggei, Et adhuc ficus, & uinea, & malogranatū: Uinea (inquit) id est, sermo Dei, cuius in unoquoque pater agricola est, & ficus spiritus sancti dona dulcissima, & malogranatū, ecclesiastica dogmata, & scientia scripturarū, quæ sponse genis in Cantico Canticorum comparatur, & ligna oliuæ dabunt refectiōem, & illuminationem cordis ei, qui cœperit ædificare templum dei. Quod autem uinea, & ficus, & oliua (paulisper de malogranato differo) referatur ad personam saluatoris, & Dei patris, & spiritus sancti, in Iudicum libro plenius legitur, ubi uadunt infructuosa ligna, ut constituant regem super se, dicuntque per ordinem uinea, & ficui, & oliuæ, ut regnent super ea, & tam uinea, quam ficus, & oliua, renouit tale imperium, nec dignantur super infructuosa ligna regnare. Tunc illa ueniunt ad dignum sterilitatis suæ regem, id est, ramnum spinosum fruticem, & arbusculam sentibus, uncinisque cōtextam, quæ teneat quicquid attigerit, & retentum uulneret, & uulneratorum sanguine delectetur, insuper & ignem emittat a se, & regnata ligna consumat. Referimus autem ramnum ad diabolum, & secundū uirgulti naturam, illius naturam interpretabimur. Porro uinea, & ficus, & oliua ibi erunt, ubi malogranatum fuerit, quæ arbor propter granorum nimiam multitudinem, & intertextis membranulis quandam geographicam compositionem, & diuersas quidem mansiunculas. Sed tamen omnes una cortice comprehensas, semper in scripturis super ecclesiæ persona ponitur. Et in Abacuc capite tertio, exponens illud, Ficus enim non florebit, hoc pacto scribit: Ficus enim non dedit fructum, ad quam uenit in Euangelio eficiens dominus, & non inuenit in ea poma, & maledixit ei, dicens: Non afferes fructum usque in sæculum. Et diligenter considera quid dixerit: Non afferes fructum in sæculum, non ait, usque in sæcula sæculorum. Sed quum sæculum istud pertransierit, & intrauerit plenitudo gentium, tunc etiam hæc ficus afferet fructus suos, & omnis Israël saluabitur. Hæc est ficus ad quam tertio uenit pater familiās, & quasi nō facientem fructus uult subuertere, pro qua agricola, cui commissa fuerat, deprecatur, ut det ei spacium, & dicit: Domine dimitte eam & istum adhuc annū, donec fodiam circa eam, & mittam stercus, & si quidem fecerit fructū, sin autem, tunc succides eam, Agricola iste, uel Gabriël est, uel Michaël, cui commissus est populus Iudæorum, qui dominū deprecatur in passione, & dicit: Domine da ei spacium pœnitentiæ, & noli eos subuertere, & si quidem fecerint fructum, sin autem, tunc subuertes eos. Si fecerint (inquit) fructum, non dixit quid sustinerent, neque dixit, si fecerint fructum, permanebunt ut erant, sed si fecerint fructum, suspenso sententia est, ut subaudiatur, transferes eos in ecclesiam gentium, & in alteram uineam transplantabis. Venit dominus tertio, & non inuenit in eis fructum. Dedit primū legem per Moysen, secundò locutus est per prophetas, tertio ipse descendit. Et post passionem datus ad pœnitentiā quadraginta quatuor annis, quia nō fecerūt fructū, quarto subuersi sunt. Quod tamē nostræ intelligentiæ de-relinquitur. In parabola enim non scribitur, quid postea fecerit pater familiās, sed quid tantum agricola deprecatus sit. Ex qua animaduertimus eos, qui de hac ficu fecerint fructus, ad populum gentium esse translatos, ad quem ascendit & propheta, dicens: Requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum peregrinationis meæ. Eos autem qui non fecerunt fructus, & permanerunt in duricia sua, esse subuersos. Et in caput 65. Esaiæ, exponens illud prophete, Et plantabunt uineas &c. citat illud Micheæ: Requiescet unusquisque sub uinea sua. Sub ficu (inquit) requiescit, & nullius indias reformidat, qui dulcedine sancti spiritus fruatur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace, fide, continentia, patientia. De huiusmodi dicitur plantatore: Qui plantauerit ficum, comedet fructus eius. Eadem autem ferè scribit exponens illud Micheæ superius citatum: Et requiescet (inquit) unusquisque sub uite sua, ut premat uinum, quod exhilarat cor hominis, sub uite illa, cuius agricola pater est, & sub ficu sua dulcia spiritus sancti poma decerpens, charitatem, gaudium, pacem, & reliqua. Et Origenes homilia quarta in Cantica Canticorum, exponens illa uerba secundum septuaginta, Ficus produxit germina sua: Notandum (inquit) fructus ipsius spiritus qui sunt, gaudium, charitas, pax &c. Sed iam tamen germina eorum proferre incipit spiritus hominis, qui in ipso est singulariter ficulnea nominatus. Et sicut generaliter in ecclesia, singuli quisque credentium, diuersæ arbores intelliguntur, ita & in unaquaque anima, diuersæ uirtutes efficaciam eius, diuersæ arbores intelliguntur. Est ergo & in anima ficus quædam, quæ producit germen suum. Et infra: Et ficulnea germinat, quæ potest in fructibus sancti spiritus accipi, qui nunc primū aperiuntur, & demonstrantur ecclesiæ, uel etiam in litera legis, quæ ante aduentum Christi clausa erat, & constratum est ex ea germen spiritualis intelligentiæ, & sensus uiridis, & uitalis, qui in ea tegebatur, apparuit, ut ecclesia quæ tegebatur à Christo in ficulnea, id est, in lege, non appareat arida, nec occidentem literam sequi, sed florentem, & uiuificatē spiritum. Et infra: Ficulnea uero, quæ germen suum

suum producit, totius congregationis iustorum fructus habeatur. Et Hieronymus exponens illud Hieronymus. Marcii, Quum uidisset a longè ficum: Esuriens (inquit) dominus salutem hominum, uidit à longè Mar. 11. b. ficum, folijs, non fructibus ornatum, id est, synagogam uestitam mandatis hominum, & superstitio Ficus, synagoga folia, boniman mādata, superstitiones. nibus scopatam, cui denegat fructum in æuū. Et in eodem euangelio subditur: Et quum manē Matth. 23. d. trāsirent, uiderunt ficum aridam factam à radicibus, & recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Ficus (inquit) arida à radicibus synagoga est à Cain, & à cæteris, à quibus omnis sanguis ab Abel, usque ad Zachariam requiritur. Petrus agnoscit aridam, & abscisam radicem, cui succedit oliua pulchra, fructifera, uocata à domino. Et exponens illud Matthæi, Et uidicem, cui succedit oliua &c. Quum uidisset (inquit) arborem unam, quam intelligimus synagogam, & conciliabulum Iudæorum iuxta uiam. Habebat enim legem, & ideo iuxta uiam erat, quia non credebatur in uiam. Venit ad eam, stantem scilicet, & immobilem, & non habentem Euangelij pedes, nisi quæ inuenit in ea, nisi folia tantum, promissionum strepitum, traditiones pharisaicas, & iactationem legis, & ornamenta uerborum, absque ullis fructibus ueritatis. Vnde & alius euangelista dicit: Nondum enim erat tempus, siue quod tempus nondū uenerat saluationis Israël, eo quod nondum gētilium populus subintrasset, siue quod præterisset tempus fidei, quia ad illum primū ueniens, & spretus, transisset ad nationes. Et ait illi: Nūquam &c. uel in sempiternū, uel in sæculū. Vtrumque enim *αἰών* Græcus sermo significat. Et arefacta est ficulnea, quæ esuriens domino cibos, quos ille cupierat, non habebat. Sic autem aruerunt folia, ut truncus ipse remaneret, & fractis ramis, uiret radix, quæ in nouissimo tempore, si credere uoluerit, uirgulta fidei pullulet, impleaturque scriptura, dicens: Est arbori spes.

De eadem ficu ex Ambrosio.

Cap. XXII.

Diuus autem Ambrosius libro septimo super Lucā, exponens illud Lucæ, Arborem fici quædam habuit plantatam in uinea sua, hoc modo scribit: Quid sibi uult, quod in euangelio suo dominus fici parabolam frequenter inducit: Habes enim alibi, quod iussu domini uiriditas omnis ligni huius frondentis aruerit. Vnde intelligimus omnium creatorem, qui potest imperare naturis, ut uel arescant subitò, uel uirescant. Alibi ex teneritudine arboris huius, & folijs commemorat consijci solere æstatis aduentum, utroque significans & Iudaicæ plebis inanem, quam prætendebat, gloriā, uelut florem in aduētū domini decidisse, quia operibus infructuosa durabat, & iudicij diem uelut æstatis aduentum, quo adulti fructus terrarum omnium reconduntur, ex plenitudine ecclesiæ, in quam Iudæi quoque credituri sunt, esse metiedum. Etiam hic ergo altioris sensus aliquod quæramus arcanum. Ficus in uinea est. Erat enim uinea domini sabaoth, quam dedit in rapinam gentium. Itaque qui uineam suam diripi fecit, hic etiam ficum iussit excidi. Apta autem synagoga, arboris istius comparatio est, quia sicut ista arbor folijs redundans fluentibus, spem possessoris sui, casta speratorū prouentū expectatione destituit, ita etiam in synagoga, dū doctores eius operibus infœcundū, uerbis tamē, uelut folijs redundantibus, gloriātur, inanis umbra legis exuberat, spes autē falsi expectata prouetus, populū uota credētis illudit. Est etiam in natura arboris, quo magis credas synagogæ speciē cōparatione huius expressam. Etenim si diligenter inquiras, discretam ab usu arborū cœterarū cōsuetudinē naturæ huius inuenies. Namque aliæ florē ferūt anteq̃ fructū, pomaque uentura, prænuncio sui flore, designāt, hæc sola ab initio germinat poma, pro floribus. In alijs flos discutit, & poma nascuntur: in hac, poma decidūt, ut poma succedāt. Ergo priora illa casta fructuū, uice floris emergunt, ita præcoquo quodam nascendi usu, quæ ordinem naturæ nesciunt, beneficium naturæ seruare non possunt. Etenim quæ se, medio trudere de cortice, gemma consueuit, eā minutissima quæque huius generis poma prorumpunt, de quibus legitur in Canticis Canticorum: Ficus producit grossos suos. Itaque cœteris albenibus primo uere uirgultis, sola ficus proprio nescit flore canescere, eo fortasse, quod nullus istius maturior sit usus in pomis. Namque succedentibus alijs, hæc quasi degenerantia respuuntur, & arenti infirma radice, renouatis quibus sit succus utilior exuruntur. Manent tamen aliqua perrara, nec decidunt, quibus hic prouentus ariserit, ut de medio durarum uirgarum, clauiculo breui erumpente, promergant, quo geminis tecta præsidijs, tanquam naturæ parentis gremio, succi fotu plenioris inolescāt. Ea clementioris auræ prouocata temperie, & prolixioribus adultiora temporibus, ubi syluestrem animū succi prioris exuerint, specie cœteris, & maturitatis gratia præferuntur. Specta nunc cultus, & animos Iudæorum, qui quasi primi fructus malè feracis synagogæ, grossi labentis similitudine corruerunt, ut mensura supra æuū nostri generis poma succederent. Etenim primus synagogæ populus quasi radice operum infirmus arentium, ubertatem sapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo uelut inutilis decidit fructus, ut quasi ex ipsa clauiculis arboris fructuosæ, de pinguedine religionis antiquæ, nouus ecclesiæ

r ij populus

Matth. 19.
Gen. 3. d.

1. Cor. 15. f.

Roman. 7. c.

Gal. 2. b.

Philip. 3. b.

Psal. 112. b.

Aggei 2. d.

Cant. 2. c.

Ficus, malicia,
& improbitas.

populus emergeret. Ergo ille qui erat, esse desuit, ut inciperet iste, qui non erat. Primi tamen ex Israel, quos naturae ualidioris ramus extulerat, sub umbra legis, & crucis, in utriusque sinu, succo gemino colorati, grossi maturescens exemplo, pulcherrimorum gratia fructuum ceteris praestiterunt, quibus dicitur: Sedebitis supra duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Nec illud alienum quod Adam, atque Eua primi illi nostri, ut generis, ita erroris parentes, qui huius arboris texere se folijs, paradisi exules esse meruerunt, quum domini deambulantis praesentiam transgressionis suae conscij declinarerent, ut significarent futurum, quod ultimis temporibus populus Iudaeorum sub domini saluatoris aduentu, qui eos uocaturus, aduenit, exutum se uirtutibus per diaboli tentamenta cognoscens, & intacta conscientiae probra formidans, a religione deuius, praeruaricatione confusus esset a domino recessurus, uerborum fluentium, uelut foliorum, uelaminibus adopertus pudenda gestorum. Ergo illi qui folia de ficulnea, non poma carpserunt, eliminati sunt a Dei regno. Erant enim in animam uiuentem. Venit secundus Adam, & iam non folia, sed poma quarebat. Erat enim in spiritum uiuificantem. In spiritu autem fructus uirtutis acquiruntur, dominus adoratur. Quarebat autem dominus, non quia fructum ficulneae deesse nesciret, sed ut ostenderet in figura, quia fructum synagoga iam habere deberet. Denique ex sequentibus docet, non se ante tempus uenisse, qui per triennium uenit. Sic enim habet: Ecce anni tres sunt, ex quo ueni quarens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? Venit ad Abraam, uenit ad Moysen, uenit ad Mariam, hoc est, uenit in signaculo, uenit in lege, uenit in corpore. Aduentum eius ex beneficijs recognoscimus. Alibi purificatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. Circuncisio purificauit, sanctificauit lex, iustificauit gratia. Vnus in omnibus, & unum omnia. Nemo enim mundari potest, nisi qui metuit dominum, Nemo meretur legem accipere, nisi purificatus a culpa. Nemo accedit ad gratiam, nisi nouerit legem. Ergo populus Iudaeorum neque purificari potuit, quia circuncisionem, non animi, sed corporis habuit, neque sanctificari, quia uirtutem legis ignorauit, qui carnalia magis, quam spiritalia sequebatur. Lex autem spiritalis est, neque iustificari, qui delictorum suorum poenitentiam non gerebat, & ideo gratiam nesciebat. Merito ergo nullus in synagoga fructus inuentus est, & ideo iubetur excidi. Sed bonus cultor, & fortasse ille in quo ecclesiae fundamentum est, praesagiens alterum ad gentes, se autem ad eos, qui ex circuncisione sunt, esse mittendum, religiosè, ne excidatur, interuenit, fretus uocatione sua etiam populum Iudaeorum per ecclesiam posse saluari, ideoque dicit: Dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum stercoris. Quam cito duriciam Iudaeorum, superbiamque, causas esse sterilitatis agnouit. Itaque nouit excolere, qui nouit uitia deprehendere. pollicetur dura cordis eorum apostolicis lignonibus esse fodienda, ut longo incultu situm mentis obductum, sermo bis acutus inuertat, & corde proscisso excitet sensum aërio spiramine iam uigentem, ne radicem sapientiae terrarum aceruus obruat, & abscondat. Cophinum quoque stercoris dicit esse mittendum. Magna profectio uis corporis, quae tanta est, ut de infocundis foecunda, de arentibus uirentia, de sterilibus faciat fructuosa. In quo sedit Iob, quum terretur, & uinci nequiuit. Et Paulus aestimat stercora, ut Christum lucrifaciat. Denique quum ante Iob plurima perdidisset, posteaquam sedit in stercore, non habuit quod diabolus ei posset auferre. Bona ergo terra, quae foditur, bonum stercus, quod mittitur. Denique dominus de terra suscitauit inopem, & de stercore erigit pauperem. Itaque per intellectus exercitium, spiritalis, & humilitatis affectum, etiam Iudaeos in Euangelium Christi cultor ille bonus fore existimat fructuosos. Meminerat enim, quia per Aggeum dominus locutus est: Quoniam quarto, & uicesimo noni mensis a die quo fundatum est templum domini omnipotentis, uineam (inquit) & ficus, & malogranata, & ligna oliuae, quae non afferunt fructum, ex hac die benedicam, quo reuelatur sub ipsum anni uergentis occasum, hoc est, saeculi iam senescentis occiduo sanctum Dei templum, quod est ecclesia, esse condendum, cuius gratia per sanctificationem lauacri, Iudaeorum, nationumque populi, fructum suorum possint habere meritorum. Ergo per naturam arboris, synagogae species indicatur, secundis prouentibus fructuosa. Nos enim ex patrum semine. Meritoque Iudaei grossis labentibus comparantur, quod incrassato corde, & praedura ceruice ad perennitatem sui peruenire non possunt. Qui si moriantur, & quasi decidant huic mundo, ut in interiorum hominum per lauacri gratiam renascantur, erunt utique fructuosi. Perfidia autem hominum pertinacium, synagogam inutilem fecit, & ideo quasi sterilis iubetur excidi. Quod de Iudaeis dictum, omnibus cauendum arbitror, & nobis maxime, ne foecundum ecclesiae locum, uacui meritis occupemus, qui quasi malogranata benedicti, fructus ferre debemus internos, fructus pudoris, fructus continentionis, fructus mutuae charitatis, & amoris, sub uno utero ecclesiae matris inclusi, ne aura nocent, ne grado decutiat, ne aestus cupiditatis exurat, ne humoris imber elidat. Nonnulli tamen sic istam per allegoriam non synagogae, sed maliciae, & improbitatis figuram putant: hi tamen in nullo distant, nisi quod pro specie genus eligunt, Id autem cauere se dicunt, quia dominus dixit ad ficum: Nunquam ex te fructus

te fructus nascatur in sempiternum, quum utique plurimos ex Iudaeis credidisse, & credituros esse nouerimus. Sed qui credit, non synagogae iam fructus est, sed ecclesiae, nec ex synagoga nascitur, qui renascitur in ecclesia. Sicut enim sunt, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, si enim ex nobis essent, nobiscum mansissent: sic de his, qui ex Iudaeis credunt dicimus, quia si ex synagoga essent, in synagoga manerent: sed propterea exierunt de synagoga, ut ex ea non fuisse credantur. Deinde pro malitia interueniret aliquis, & diceret excolendam, ut fructum afferret, quum ideo uenerit dominus, ut semina improbitatis aboleret.

De eadem ficu ex Gregorio. Cap. XXIII.

DIuus autem Gregorius homilia 31. eandem parabolam de ficu exponens, hoc modo scribit: Arborem ficu habebat quidam plantatam in uinea sua, & uenit quarens fructum in illa, & non inuenit. Quid arbor ficu, nisi humanam naturam designat? Quid mulier inclinata, nisi eandem naturam significando denunciat? Quae & bene plantata est sicut & ficus, & bene creata, sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum seruat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex uoluntate corruens, quia fructum obedientiae ferre noluit, statum rectitudinis amisit. Quae ad Dei similitudinem condita, dum in sua dignitate non persistit, quod plantata, uel creata fuerat, seruare contempsit. Tertio dominus uineae ad ficulneam uenit, quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia, expectando, admonendo, uisitando requisit. Dixit autem ad cultorem uineae: Ecce anni tres sunt ex quo uenio, fructum quarens in ficulnea hac, & non inuenio. Venit ante legem, quia per naturalem intellectum quid unusquisque exemplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset, innotuit. Venit in lege, quia praecipiendo docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis suae praesentiam exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructum se non inuenisse conqueritur, quia quorundam prauorum mentes inspirata lex naturalis corrigit, nec praecipua erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertunt. Quid uero per cultorem uineae, nisi praepositorum ordo exprimitur? Qui dum praesunt Ecclesiae, nimirum dominicae uineae curam gerunt. Huius enim uineae primus cultor Petrus Apostolus extitit. Hunc nos indigni sequimur, in quantum pro eruditione uestra, docendo, praedicando, increpando laboramus. Sed cum magno iam timore audiendum est, quod cultori uineae de infructuosa arbore dicitur: Succide eam, ut quid etiam terram occupat? Unusquisque iuxta modum suum, in quantum locum praesentis uitae tenet, si fructum bonae operationis non exhibet, uelut infructuosa arbor terram occupat, quia in eo loco, in quo ipse est, & alijs operandi occasionem negat. Sed in hoc saeculo potens quilibet, si fructum non habet operationis bonae, etiam impedimentum praestat ceteris, quia quicumque sub ipso sunt exemplo prauitatis illius, quasi umbra peruersitatis eius premuntur. Stat desuper arbor infructuosa, & subter terra sterilis iacet. Infructuosae arboris desuper umbra defatur, & solis radius ad terram descendere nequaquam permittitur, quia dum subiecti quilibet, patroni peruersi peruersa exempla conspiciunt, ipsi quoque infructuosi remanentes, ueritatis lumine priuantur. Et pressi umbra, calorem solis non accipiunt, quia inde remanent adeo frigidi, unde in hoc saeculo male proteguntur. Sed de hoc peruerso quolibet, & potente, penes iam requisitio Deo non est. Postquam enim se perdidit, quarendum solummodo est, cur & alios premat. Unde bene eiusdem uineae dominus dicit: Ut quid etiam terram occupat? Terram quippe occupat, qui mentes alienas grauat. Terram occupat, qui locum, quem tenet, in bonis operibus non exercet. Sed tamen nostrum est pro talibus deprecari. Nam cultor uineae quid dicat, audiamus: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam. Quid est circa ficulneam fodere, nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio, dum mentem sibi demonstrat, humiliat. Quoties ergo aliquem de peccato suo corripimus, quasi ex culturae debito circa infructuosam arborem fodimus. Post fessionem uero, quid dicatur, audiamus: Et mittam cophinum stercoris. Quid est cophinus stercoris, nisi memoria peccatorum? Peccata enim carnis, stercora uocantur. Unde & per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales quosque in foetore luxuriae uitam finire. Nos itaque quoties carnalem mentem de suis peccatis increpamus, quoties ad eius memoriam uitia ante acta reducimus, quasi infructuosae arbori cophinum stercoris uersamus, ut malorum, quae egit, memoriam recolat, & ad compunctionis grauiam, quasi de foetore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris, quando prauitatis suae conscientia tangitur memoria cogitationis. Quumque se per poenitentiam ad lamenta mens excitat, & ad bonae operationis gratiam reformat, quasi per tactum stercoris redit ad foecunditatem operis radix cordis. Plangit quod fecisse se meminit. Displicet sibi qualem fuisse se recolit. Intentionem contra se dirigit, atque ad meliora animum accendit. Ex foetore ergo ad fructum reuiuiscit arbor, quia de consideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique, qui increpationes audiunt, & tamen ad poenitentiam uenire

1. Ioh. 2. c.

Luc. 13. b.
Ficus, humana natura.
* Alias creata.

* Alias deprecando.

Cophinus stercoris, peccatorum memoria.
Ioel. 1. d.

contenunt, & infructuosi Deo, in hoc saeculo uirides stant. Sed audiamus quid ficulneae cultor ad- iungat: Si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam, quia profecto qui hic non uult ad fecunditatem pinguescere per increpationem, illic cadet, unde iam resurgere per poeniten- tiam non ualet, & in futurum succidetur, quauis hic sine fructu uiridis stare uideatur.

Quid filius, filij, filia, filij Dei, mystice significant. Cap. XXIII.

Filij dicuntur Apostoli, ac praedicatores: filiae uero infirmiores fidelium plebes, siue auditorum multitudo (ut inquit diuus Gregorius libro Moral. primo, capit. 11. exponens illud Iob, Nati sunt ei septem filij, & tres filiae) Septem (inquit) filij uiriliter incedentes Apostoli sunt, qui dum per- fectionis praecpta peragunt, quasi superioris sexus fortitudinem in conuersatione tenuerunt. Et tres filiae, id est, infirmiores fidelium plebes, fidem sanctae trinitatis tenentes. Quae & in perfectio- ne operis nequaquam forti uirtute permanent, fidem tamen trinitatis cognitam, constanter tenent. In septem ergo filijs, ordo praedicationum, in tribus uero filiabus, multitudo auditorum signatur. Post sunt etiam per tres filias, tres ordines fidelium designari. Post filios quippe, filiae nominantur, quia post Apostolorum conspectam fortitudinem, tres distinctiones fidelium in ecclesiae conuersatione se- cutae sunt, pastorum uidelicet & continentium, atque coniugatorum. Et ibant (inquit) filij eius, & fa- ciebant conuiuia per domos. Filij (inquit) facturi conuiuia per domos ibant, quum praedicatores Apostoli in diuersis mundi regionibus, uirtutum epulas audientibus, quasi edentibus, ministra- bant. Vnde & eisdem filijs de esurientibus plebibus dicitur: Date illis uos manducare. Hinc rursum eisdem filijs dicitur: Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam aeternam. Et mit- tentes (inquit) uocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent cum eis. Sorores filij ad con- uiuium uocant, quia infirmis auditoribus sancti Apostoli refectionis supernae gaudia praedicant, eorumque mentes, quia a ueritatis pabulo ieiunas aspiciunt, diuini eloquij epulis pascunt. Vel (ut eo- dem libro cap. 28. scribit) septem filij nobis nascuntur, quum per coceptionem bonae cogitationis, sancti spiritus septem in nobis uirtutes oriuntur. Hanc namque internam prolem Propheta dinume- rat, quum spiritus mentem fecundat, dicens: Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapien- tia, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & repleuit eum spi- ritus timoris domini. Et tres filiae, id est, fides, spes, & charitas, quia quicquid uirile, hi uirtutum sen- sus faciunt fidei, spei, charitatisque coniungunt. Neque enim ad denarij perfectionem septem filij per- ueniunt, nisi in fide, spe, & charitate fuerit omne quod agunt. Et cap. 32. Et ibant filij eius &c. Filij per domos conuiuium faciunt, dum uirtutes singulae, iuxta modum proprium, mentem pascunt. Sapientia ergo in die suo conuiuium facit, quia mentem de aeternorum spe, & rectitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuium parat, quia in eo quod audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Consilium in die suo conuiuium exhibet, quia dum praecipitem esse prohibet, ratione animum replet. Fortitudo in die suo conuiuium agit, quia dum aduersa non metuit, trepidanti men- ti, cibos confidentiae apponit. Scientia in die suo conuiuium parat, quia in uentre mentis ignorantiae iei- unium superat. Pietas in die suo conuiuium exhibet, quia cordis uiscera misericordiae operibus replet. Timor in die suo conuiuium facit, quia dum premit mentem, ne de praesentibus superbiat, de futuris il- lam spei cibo confortat. Filij autem Dei, de quibus scribitur in Iob: Quadam autem die quum uenissent filij Dei, ut assisterent coram domino &c. sunt electi Angeli (ut inquit diuus Gregorius libro secundo Moral. cap. secundo) Qui autem (inquit) Dei filij, nisi electi Angeli uocantur? De quibus quum constat quod obtutibus maiestatis inseruiant, ualde quaerendum est unde ueniant, ut coram domino assis- tant. De his quippe uoce ueritatis dicitur: Angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei, qui in caelis est. De his propheta ait: Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assiste- bant ei. Si igitur semper uident, & semper assistunt, uigilanti cura quaerendum est, unde ueniant, qui nunquam recedunt. Sed quum de illis per Paulum dicitur: Nonne omnes sunt admini- stratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui haereditatem capiunt salutis? Sed quomodo aut semper assistere, aut uidere semper faciem patris possunt, si ad ministerium exterius pro no- stra salute mittuntur? Quod cito soluimus, si quantae subtilitatis sit Angelica natura, pensamus. Neque enim sic a diuina uisione foras exeunt, ut internae contemplationis gaudijs priuentur, quia si conditoris aspectum exeuntes amitterent, nec iacentes erigere, nec ignorantibus uera nunciare possent, fontemque lucis, quem egredientes ipsi perderent, caecis nullatenus propinarent. Et fa- ciem ergo patris semper uident, & tamen ad nos ueniunt, quia & ad nos spiritali praesentia foras exeunt: & tamen ibi se, unde recesserant, per internam contemplationem seruant. Filius autem olei, est fidelis populus, ut inquit idem Gregorius, libro decimonono Moralium, capite deci- motertio, ubi citat illud propheticum: Vineam factam dilectio meo in cornu filio olei: Filius (inquit)

Filij, Apostoli, praedicatores, filiae plebes infirmiores, auditorum res. Iob 1. a. Filiae tres, tres fidelium ordines. Cap. 19. Mor. Luc. 9. b. Ioan. 6. c. Iob 1. a. Sorores, audito- res infirmi. Filij septem, septem spiritus sancti dona. Esa. 11. a. Filiae tres, fides, spes, charitas. Filij, id est, dona spiritus sancti, conuiuium quo pacto faciunt. Sapientiae conuiuium. Intellectus conuiuium. Consilij conuiuium. Fortitudinis conuiuium. Scientiae conuiuium. Pietatis conuiuium. Timoris conuiuium. Iob 1. b. Filij Dei, Angeli electi. Matth. 18. b. Daniel. 7. c. Hebr. 1. d. Filius olei, fidelis populus. Esa. 5. d.

(inquit) olei fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti spiritus unctione generatur. Et Augustinus in epistola ad Macedonianum, quae est 54. Ex hoc (inquit) boni sunt, quo filij Dei, non natura geniti, sed gratia facti, tanquam hi, quibus recipientibus eum, dedit potestatem filios Dei fieri. Quae generatio spiritalis more scripturarum etiam adoptio nominatur, ut distinguatur ab illa generatione Dei de Deo, coaeterni de coaeterno. Vnde scriptum est, Generationem eius quis enarrabit? Quum ergo bonos esse demonstrauerit, quos uoluit Deo ueraciter dicere: Pater noster qui es in caelis, praecipit tamen, ut in eadem oratione inter coetera dicerent: Dimitte nobis debita nostra &c. Quae debita, esse peccata, quauis manifestum sit, postea tamen manifestius declarauit, dicens: Si enim dimiseritis peccata hominibus &c. Boni ergo in quantum non peccant, filij Dei sunt, in quantum autem peccant: quod sua non mendaci confessione testantur) utique mali sunt. Et in libro Retractionum primo, cap. 22. In potestate (inquit) hominis est mutare in melius uoluntatem, sed ea potestas nulla est, nisi a Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quum enim hoc sit in potestate, quod quum uolumus, facimus, nihil tam in potestate, quam ipsa uoluntas est, sed praeparatur uoluntas a domino. Et libro secundo de consensu Euangelistarum, cap. tertio: Neque absurde (inquit) quisque dicitur, non carne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adoptauerit. At uero etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios eius fieri, de natura, atque substantia sua nos non genuit, sicut unicum filium, sed utique dilectione adoptauit. Quo uerbo Apostolus saepe uti non ob aliud intelligitur, nisi ad discernendum unigenitum ante omnem creaturam, per quem facta sunt omnia, qui solus de substantia patris natus est, secundum aequalitatem diuinitatis hoc omnino, quod pater, quem missum dicit ad suscipiendam carnem ex illo genere, quo & nos secundum naturam nostram sumus, ut illo participante mortalitatem nostram per dilectionem, nos efficeret participes diuinitatis suae per adoptionem. Ita enim dicit: Quum autem uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Et tamen dicimur etiam nati ex Deo, id est, accepta potestate, ut filij eius efficiamur, qui iam homines eramus. Efficiamur autem per gratiam, non per naturam. Nam si per naturam filij essemus, nunquam aliud fuisset. Quum enim dixisset Ioannes: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, secutus ait: Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Ita quos dixit, accepta potestate, factos Dei filios, quod illa adoptio significat, quam Paulus commemorat, eisdem dixit natos ex Deo. Atque ut apertius ostenderet, qua gratia factum sit: Et uerbum (inquit) caro factum est, & habitauit in nobis. Tanquam diceret: Quid mirum, si filij Dei facti sunt, quum caro essent, propter quos unicus caro factus est, quum uerbum esset? Hac sane magna distantia, quia nos effecti filij Dei mutamur in melius, ille autem filius Dei, quum filius hominis factus esset, non est mutatus in deterius, sed assumpsit quod erat inferius. Dixit & Iacobus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus in initium aliquod creaturae eius. Ne scilicet in eo quod ait, Genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideo principatum quendam in creatura nobis hac adoptione concessum satis ostendit. Et libro unico contra Secundum Manichaeum, cap. quinto: Lege scripturas (inquit) nusquam inuenies de Christo dictum, quod adoptio sit filius Dei. De nobis autem sapissimum legitur: Accipistis spiritum adoptionis filiorum. Adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri, ut adoptionem filiorum recipiamus, Praedestinauit nos in adoptionem filiorum. Gens sancta, populus in adoptionem. Vocauit uos per Euangelium nostrum, in adoptionem gloriae domini nostri Iesu Christi, & si qua talia recordati, uel legenti occurrerint. Aliud est enim per patris excellentiam esse unicum filium Dei, aliud per misericordem gratiam accipere potestatem filios Dei fieri credentes in eum. Dedit eis (inquit) potestatem filios Dei fieri. In quantum ergo accepimus potestatem filios Dei fieri, nec nos ex carne, & sanguine, aut ex uoluntate uiri, aut ex uoluntate carnis, sed ex Deo, non quidem coaequante natura, sed adoptante gratia nascimur.

Augustinus. Ioan. 1. b. Adoptio, spiritalis generatio. Esa. 53. c. Matth. 6. b. Filij Dei, boni qui non peccant. Ioan. 1. b. Gal. 4. d. Ioan. 1. b. Ioan. 1. b. Iacob. 1. c. Rom. 8. c. Illic d. Gal. 4. d. Ephef. 1. d. 2. Thef. 2. d. Ioan. 1. b. Filius natura. Filius doctrina. 1. Cor. 4. d. Filius imitatione. Gal. 4. d. Ioan. 8. f. Ephef. 2. d. Ioan. 8. f. data

Filios in scripturis multipliciter dici. Cap. XXV.

Tribus modis (ut diuus ait Augustinus libro unico contra Adimantum Manichaei discipulum, cap. 5.) in scripturis sanctis filiorum nomen accipitur. Vno secundum naturam, quomodo Isaac filius Abrahae, uel etiam coeteri Iudaei, qui ex eadem origine ueniunt. Alio secundum doctrinam, ut filius eius in ea re quisque appelletur, a quo aliquid didicit, sicut filios suos appellat Apostolus, qui ab illo didicerunt Euangelium. Tertio secundum imitationem, sicut filios Abrahae nos uocat Apostolus, qui eius fidem imitamur. Duobus ergo modis peccatores infideles Iudaei, filij diaboli uocantur a domino. Vos (inquit) ex patre diabolo estis, uel quod ab ipso impietate didicerunt, sicut de ipso diabolo Apostolus dicit: Qui nunc operatur in filios diffidentiae, uel quod eum imitantur, quod magis pertinet ad id, quod de illo dictum est: Et in ueritate non stetit, quia & ipsi Iudaei in ueritate legis, quae sibi

Joan. 5. g. data est, non steterunt, eo quod domino attestante, & dicente: Si crederetis Moyfi, crederetis
 Matth. 3. b. & mihi. Ille enim de me scripsit. Secundum eorum peccatorum uenena etiam serpentum, &
 Luc. 3. b. uiperarum genimina uocantur. Ad imaginem autem Dei factum hominem, non tantum Genesis,
 Gen. 1. d. sed etiam Apostolus clamat, quum dicit: Vir quidem non debet uelare caput, quum sit imago, &
 1. Cor. 11. b. gloria Dei, mulier autem gloria uiri. Et ut manifeste intelligatur non secundum uetustatem peccati, quae
 Ephes. 4. e. corrumpitur, sed secundum spiritualem conformationem factum esse hominem ad imaginem Dei,
 idem Apostolus monet, ut ex utriusque consuetudine peccatorum, id est, ueteri homine, induamur noua
 Col. 3. b. uita Christi, quae nouum hominem appellat. Et ut doceat hoc nos aliquando amisisse, renouationem illam
 Filij Dei, homines renouati. renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Filij ergo Dei sunt ho-
 Matth. 5. g. mines renouati ad eius imaginem, & ei similes facti usque ad dilectionem inimici. Sicut dominus di-
 Ioan. 1. b. cit, diligere nos debere inimicos nostros, ut similes sumus patri nostro, qui in caelis est. Quod in po-
 Filij diaboli, homines superbi. restate nostra ab ipso Deo esse positum docet scriptura, quum dicit, Dedit eis potestatem filios Dei
 Ioan. 3. f. fieri. Filij autem diaboli dicuntur homines, quum imitantur eius impiam superbiam. & a luce, atque
 Psal. 51. b. celsitudine decidunt sapientiae, & non credunt ueritati, quales dominus arguit, quum dicit, Vos
 1. Ioan. 3. d. ex patre diabolo estis &c. Cui loco euangelico propheta consonat, dicens: Ego dixi dii estis, & filij
 Ioan. 1. b. altissimi omnes: uos autem ut homines moriemini, & sicut unus ex principibus cadetis. Sunt &
 Col. 3. b. alij modi (ut idem Augustinus ait) sicut dicitur filius gehennae, uel filius adoptiuus &c. de quibus
 1. Ioan. 1. b. & in praecedenti capite dictum est. Quo pacto autem intelligatur illud Ioannis: Qui natus est ex
 Col. 3. b. Deo, non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ipso manet, & si quid aliud eo modo de-
 Ioan. 1. b. clarat: Multi (inquit) in hoc falluntur, minus considerando scripturas. Non enim aduertunt, eo quod
 Col. 3. b. fieri filios Dei, quod esse incipiunt in nouitate spiritus, & renouari in interiori homine secundum
 Matth. 19. d. imaginem eius, qui creauit eos. Non enim ex qua hora quisque baptizatur omnis uetus infirmitas eius
 absumitur, sed renouatio incipit a remissione omnium peccatorum. Et in quantum quisque spiritualia
 Homo interior, animus. sapit, qui iam sapit, intantum renouatur. Coetera uero in spe facta sunt, donec etiam in re fiant usque ad
 2. Cor. 4. d. ipsius corporis renouationem in meliorem statum immortalitatis, & incorruptionis, qua induemur
 in resurrectione mortuorum. Nam & ipsam dominus regenerationem uocat, non utique talem, qua-
 Filij seculi. Filij Dei. lis fit per baptismum, sed in qua etiam in corpore perficietur, quod nunc spiritu inchoatur. In regenera-
 Ephes. 4. f. tione (inquit) quum federit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & uos super duodecim se-
 Titum 3. b. des, iudicantes duodecim tribus Israel. Nam in baptismo, quamuis tota, & plena fiat remissio pec-
 Rom. 8. d. catorum, tamen si continuo tota, & plena etiam hominis in aeternam nouitatem mutatio fieret, non
 Rom. 8. e. dico & in corpore, quod certe manifestum est adhuc in ueterem corruptionem, atque in mortem ten-
 1. Ioan. 1. c. dere, in fine postea renouandum, quando uere tota nouitas erit, sed excepto corpore, si in ipso animo,
 1. Ioan. 1. d. qui est homo interior, perfecta in baptismo nouitas fieret, non diceret Apostolus: Et si exterior ho-
 mo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Profectio enim qui de die in diem adhuc
 renouatur, nondum totus est renouatus, & in quantum nondum est renouatus, intantum adhuc in uetu-
 state est. Proinde ex hoc quod adhuc in uetustate sunt, quamuis iam baptizati, ex hoc etiam adhuc
 sunt filij saeculi. Ex hoc autem quod in nouitate sunt, hoc est, ex plena, & perfecta remissione pec-
 catorum, & quantumcumque illud est, quod spiritualiter sapient, eisque congruos mores agunt, filij Dei
 sunt. Intrinsecus enim exuimus ueterem hominem, & induimus nouum, quoniam ibi deponimus
 mendacium, & loquimur ueritatem, & coetera, quibus Apostolus explicat quid sit exui ueterem
 hominem, & indui nouo, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate ueritatis. Et hoc
 ut faciant iam baptizatos, fidelesque adhortatur, quod adhuc monendi non essent, si hoc in baptismo
 iam perfecte factum esset, & tamen factum est, sicut & salui facti sumus. Saluos enim nos fecit per
 lauacrum regenerationis. Sed alio loco dicit, quemadmodum hoc sit factum: Non solum (inquit)
 sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem
 expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur,
 non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam
 expectamus. Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet, etiam corporis nostri. Primitias
 itaque spiritus nunc habemus, unde iam filij Dei re ipsa facti sumus, in coeteris uero spe sicut sal-
 ui, sicut inuati, ita & filij Dei: re autem ipsa, quia nondum salui, ideo nondum plene inuati,
 nondum etiam filij Dei, sed filij saeculi. Proficimus ergo in renouationem, iustamque uitam, per quod
 filij Dei sumus, & per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transformetur, etiam illud
 per quod adhuc filij saeculi sumus. Per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit, ut qui natus est
 ex Deo, non peccet. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in
 nobis non est. Consumetur ergo quod filij carnis, & saeculi sumus, & perficietur, quod filij Dei, & spi-
 ritu renouati sumus. Vnde idem Ioannes: Dilectissimi (inquit) filij Dei sumus, & nondum apparuit quod
 erimus.

erimus. Quid est hoc, sumus, & erimus, nisi quia sumus in spe, & erimus in re? Nam sequitur, & di-
 cit, scimus quia quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Nunc ergo ei &
 similes esse iam cepimus, primitias habentes spiritus, & adhuc dissimiles sumus, per reliquias uetu-
 statis. Proinde in quantum similes, in tantum regenerante spiritu, filij Dei: in quantum autem dissimiles, in-
 tantum filij carnis, & saeculi. Illinc ergo peccare non possumus, hinc uero, si dixerimus, quia pec-
 catum non habemus, nos ipsos decipimus, donec totum transeat in adoptionem, & non sit pecca-
 tor, & queras locum eius, & non inuenias.

Quid discriminis habeant filij saeculi, & filij diaboli, & an peccent filij Dei.
Cap. XXVI.

Diuus quoque Augustinus lib. 3. ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 3. Ba-
 ptisma quoque (inquiunt) non uere homines novos facere asserunt, id est, non plenam dare re-
 missionem peccatorum, sed ex parte filios Dei fieri, ex parte autem filios saeculi, id est, diaboli, re-
 manere contendunt. Mentiuntur, insidiantur, tergierantur. Non hoc dicimus. Omnes enim ho-
 mines, qui sunt filij diaboli, etiam filios saeculi, non autem omnes filios saeculi, etiam filios diaboli dici-
 mus. Absit enim ut filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres Abraham, Isaac, & Iacob, & alios
 huiusmodi, quando per nuptias generabant, & eos fideles, qui usque nunc, & deinceps adhuc gene-
 rant. Nec tamen possumus domino contradicere dicenti, Filij saeculi huius nubunt, & tradunt ad
 nuptias. Quidam ergo filij huius saeculi sunt, & tamen filij diaboli non sunt. Quauis enim diabo-
 lus sit autor, & princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt quaecumque pecca-
 ra. Peccant enim & filij Dei, quoniam si dixerint se non habere peccatum, se ipsos seducunt, & ueri-
 tas in eis non est. Sed ea conditione peccant, qua sunt filij adhuc huius saeculi. Qua uero gratia sunt
 filij Dei, non utique peccant, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Filios autem diaboli infi-
 delitas facit, quod peccatum proprium uocatur, quasi solus sit, si non exprimat quale peccatum sit.
 Sicut Apostolus quum dicitur, si non exprimat quis Apostolus, non intelligitur nisi Paulus, quia
 pluribus est epistolis notior, & plus omnibus illis laborauit. Vnde quod ait dominus de spiritu sancto,
 Ipse arguet mundum de peccato, non nisi infidelitatem intelligi uoluit. Hoc enim, quum exponeret, ait,
 De peccato quidem, quod non crediderunt in me. Et ubi ait, Si non uenissem, & locutus eis non fuisset,
 peccatum non haberent. Non enim peccatum antea non habebant, sed ipsam uoluit intelligi diffi-
 dentiam, qua nec praesenti, & loquenti crediderunt, pertinentes ad eum, de quo dicit Apostolus,
 Secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis diffidentiae. Ergo in quibus non est
 fides, filij sunt diaboli, quia non habent in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis,
 uel infirmitate, uel ignorantia, uel omnino aliqua mala uoluntate committitur. Illi autem filij Dei, qui
 utique si dixerint se non habere peccatum, se ipsos decipiunt, & ueritas in eis non est. Profectio quod
 sequitur, Quum confitentur peccata sua, quod filij diaboli non faciunt, uel non secundum fidem, quae
 filiorum Dei propria est, faciunt, fidelis est, & iustus, qui dimittat eis peccata, & mundet eos ab omni
 iniquitate. Vt autem plenius intelligatur quod dicimus, audiatur ipse Iesus, qui filijs Dei utique
 loquebatur, dicens: Si autem uos, quum sitis mali, nostris bona dare filijs uestris, quantum
 gis pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se? Si enim filij Dei non essent, non eis diceret,
 Pater uester, qui in caelis est. Et tamen eos malos esse dicit, & nosse bona dare filijs suis. Nunquid
 inde mali, unde filij Dei? Absit. Sed inde mali, unde adhuc filij saeculi, iam tamen filij dei facti pi-
 gnore spiritus sancti. Baptismus igitur abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia, factorum, di-
 ctorum, cogitatorum, siue originalia, siue addita, siue quae ignoranter, siue quae scienter admissa sunt,
 sed non aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem lucatur, consentit autem,
 quando sicut homo in aliquo delicto praecipitur propter illud gaudens in actione gratiarum, pro-
 pter hoc autem gemens in allegatione orationum. Ibi dicens: Quid retribuam domino pro omnibus
 quae retribuit mihi? Hic dicens, Dimitte nobis debita nostra. Propter illud dicens, Diligam te domine
 uirtus mea. Propter hoc dicens, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Propter illud dicens,
 Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Propter haec dicens, Turba-
 tus est praeter ira oculus meus. Et innumerabilia, quibus diuinae literae plenae sunt, quae alterius uici-
 bus, uel exultando de Dei bonis, uel moerendo de nostris malis a filijs Dei dicuntur ex fide, quadiu
 adhuc filij sunt, etiam saeculi pro uitae huius infirmitate, quos tamen Deus a filijs diaboli, non solum la-
 uacro regenerationis, sed ipsius etiam, quae per dilectionem operatur, fidei probatae discernit,
 quia iustus ex fide uiuit. Et libro sexto, contra Iulianum Pelagianum: De iustis (inquit) & legitimis nu-
 ptijs filiorum Dei, non filij Dei, sed filij saeculi generantur, quia & hi, qui generant, si iam regenerati sunt,
 non ex hoc generant, quo filij Dei sunt, sed ex quo adhuc filij saeculi. Dominica quippe sententia
 est: Filij huius saeculi generant, & generantur. Ex quo itaque sumus adhuc filij huius saeculi, exte-
 rior homo

Filij diaboli, si
 filij saeculi, se
 non e diuerso.
 Luc. 20. f.
 1. Ioan. 1. c.
 1. Ioan. 4. d.
 Peccatum abso-
 lute dictum, est
 infidelitas.
 1. Cor. 15. b.
 Ioan. 16. b.
 Ioan. 15. d.
 Ephes. 2. a.
 1. Ioan. 1. c.
 Matth. 7. b.
 Baptismus ab-
 luit omnia peccata.
 Psal. 115. a.
 Matth. 6. b.
 Psal. 17. d.
 Psal. 6. a.
 Psal. 24. c.
 Psal. 6. a.
 Gal. 5. a.
 Luc. 20. f.

rior homo noster corrumpitur, ex hoc & huius sæculi filij generantur. Et ex quo sumus filij Dei, interior homo renouatur de die in diem, quāuis & ipse exterior per lauacrum sanctificatus sit, & spem futuræ incorruptionis acceperit, propter quod & templum Dei meritò dicitur, sed hoc non solum propter præsentem sanctificationem, sed propter illam spem dictum est, de qua dicitur: Et nos ipsi primitias habentes spiritus, ingemiscimus, expectantes redemptionem corporis nostri, Si ergo redemptio corporis nostri secundum Apostolum expectatur, profectò quod expectatur, adhuc speratur, nōdum tenetur. Et paulò inferius: Gratia (inquit) perfectè hominem nouum facit, quandoquidem & ad corporis immortalitatem, plenamq; felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam quandoquidem ad liberationem attinet ab omnibus malis, & ab omni corruptione mortalitatis, qua nūc corpus aggrauat animam. Vnde est gemitus, quem suum quoq; confitetur Apostolus, dicens: Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Sed ad illam quoq; perfectionem, quæ speratur, eodem baptisate, quod hic accipitur, peruenitur. Nō autē omnes filij sæculi, filij sunt diaboli, quāuis omnes filij diaboli, filij sunt sæculi. Sunt enim etiā filij Dei, qui tamen adhuc sunt filij sæculi, propter quod & cōiugio copulatur, sed filios Dei carne nō gignūt, quia & ut ipsi essent filij Dei, non ex carne, non ex sanguine, nō ex uoluntate uiri, neq; ex uolūtate carnis, sed ex Deo nati sunt. Opera quoq; nostra filij dicuntur. Vnde diuus Augustinus, exponēs illud Psalmistæ, Et iustitia eius in filios filiorum: Retributionē (inquit) dicit super filios filiorum. Quā multi sunt serui Dei, non habentes filios, quantominus filios filiorum? Sed filios nostros, dicit opera nostra, filios filiorum, mercedem operum nostrorum. Iustitia eius super filios filiorum.

Qui dicantur filij iræ, uel filij hominum.

Cap. XXVII.

ERamus (inquit Apostolus) natura filij iræ, sicut & cæteri. Respōdeant (inquit Hieronymus) hæretici, qui diuersas naturas esse contendunt, quomodo Paulus, quem utiq; spiritualis naturæ esse, nō dubium est, fuerit natura filius iræ, sicut & cæteri, qui adhuc in errore sunt positi. Nos uero dicimus esse primū omnes homines natura filios iræ, uel propter corpus humilitatis, corpusq; mortis, & quod ab adoleſcētia mens hominum apposita sit ad maliciam. Vnde & Salomon ait: Nōn est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Vel quod ex eo tempore, quo possumus habere notitiā Dei, & ad pubertatem uenimus omnes, aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccamus. Eramus igitur natura filij iræ, sicut & cæteri, & omnes sancti, qui ab ira sanguine Christi redempti sunt. Si enim Paulus, qui iuxta iustitiam, quæ in lege fuit, irreprehensibiliter est cōuersatus, dicit se natura fuisse filiū iræ, cur timeamus etiam retro sanctos uiros, filios iræ fuisse, testari? De quibus omnibus uerè dici possit: Quum autem uenit mādatum, peccatum reuixit, ipsi uero mortui sunt. Filius autem iræ sic accipiendū, ut filios perditiōnis, filios iniquitatis, filios mortis. Nō quo aliqua ira, mors, iniquitas, & perditio subsistat in natura sua, quæ filios habeat: sed quo filij dicantur eius rei, quæ operetur in singulis, sicut filij appellatur gehennæ, qui gehennæ ignibus consumendi sunt. Alius iræ filios sic uocatos putet, ut filios diaboli. Diabolus enim perditio est, & ira, & mors. Deuorauit mors inualeſcēs, & nouissimus inimicus destruetur mors. Et ad ipsum diabolum dictum est, Perditio factus es: Factus (inquit) propria uoluntate, non ab initio sic creatus. Quomodo igitur mors dicitur, ex eo quod inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū, & per illum sunt mortui, qui antè uiuebant, & perditio, quod perdat quoscunq; deceperit: sic & ira dicitur propter eam, quam exercet aduersus hominem. Sunt qui illud in Regnorū libris, quando Dauid numerauit populum Israël, iram in se Dei prouocās, scriptura dicēte, Et apposita est ira Dei, succendi in Israël, & incitauit Dauid, dicens, iram domini significare putēt. Etenim iuxta Græcæ linguæ proprietatem nō dixit genere foeminino, Ira Dei λέγσα, hoc est, quæ diceret: sed ira Dei λέγω, id est, qui diceret genere masculino. Mittit siquidem dominus iram, & furorem suum per angelos pessimos. Quidam pro eo quod nunc exposuimus, Et eramus natura filij iræ, pro natura, prorsus, siue omnino, quia uerbum φύσις, ambiguū est, transfulerūt. Quod & si sic sonet, iuxta ea, quæ diximus, exponendū est. Et libro retractationum primo, cap. 15. Si queritur quomodo accipiat quod ait Apostolus, Fuimus & nos natura filij iræ sicut & cæteri, respondemus, naturam in his uerbis meis me intelligi uoluisse illam, quæ propriè dicitur natura, in qua sine uitio creati sumus. Nam ista propter originem natura appellatur, quæ origo utiq; habet uitium, quod est contra naturam. Et in Enchiridio, cap. 33. Tenebatur (inquit) iusta damnatione genus humanū, & oēs erant iræ filij, de qua ira scriptum est, Quoniā omnes dies nostri defecerūt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. De qua ira dicit etiam Iob: Homo enim natus ex muliere breuis uitæ, & plenus iræ. De qua ira dicit etiam dominus Iesus: Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem non credit in filium, non habet uitam æternam, sed ira Dei manet super eum. Non ait, ueniet, sed manet super eum. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit Apostolus,

Apostolus, Fuimus enim & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. In hac ira, quum essent homines per originale peccatum, & tanto grauius, & perniciosius, quanto maiora, uel plura insuper addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est, reconciliator, qui hanc iram sacrificij singularis, cuius erant umbræ omnia sacrificia legis, & prophetarum, oblatione placaret. Vnde dicit Apostolus: Si enim, quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati nunc in sanguine eius, salui erimus ab ira per ipsum. Quum autem Deus irascitur, non eius significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis hominis: sed ex humanis motibus translato uocabulo, uindicta eius, quæ non nisi iusta est, iræ nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur Deo, & accipimus spiritum sanctum, ut ex inimicis efficiamur filij. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Qui autem sint filij diffidentiae, de quibus ait Apostolus: Et uos quum essetis mortui delictis, & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, in quibus & nos omnes conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis, & affectionum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri, diuus Augustinus lib. de trinitate 13. cap. 12. hoc pacto declarat: Filij diffidentiae, sunt infideles. Et quis hoc nō est, antequam fidelis fiat? Quocirca omnes homines ab origine sub principe sunt potestatis aeris, qui operatur in filiis diffidentiae. Et quod dixi, ab origine, hoc est, quod dixit Apostolus, natura, & se fuisse sicut cæteros, natura scilicet ut est deprauata peccato, non ut recta creata est ab initio. Modus autē iste, quo traditus est homo in diaboli potestate, nō ita debet intelligi, tanq; hoc Deus fecerit, aut fieri iusserit: sed quod tantū permiserit, iuste tamē. Illo cōm deserente peccante, peccati autor ilico inuasit. Quid autē discriminis sit inter hominē, & filiū hominis, diuus August. declarat, exponēs illud Psalmistæ, Quid est homo, quia memor es eius, aut filius hominis, quoniā tu uisitas eum? Quid inter hominē (inquit) & filiū hominis diffet, quæri potest. Si em̄ nihil distaret, nō ita poneretur, Homo, aut filius hominis, per distinctionē. Hoc sanē reuendū est, quia omnis filius hominis, homo, quāuis nō omnis homo, filius hominis possit intelligi. Adā quippe homo, sed nō filius hominis. Quapropter hinc iam licet attendere, atq; discernere, quid hoc in loco inter hominē, & filium hominis diffet, ut qui portant imaginem terreni hominis, qui nō est filius hominis, hominum nomine significantur: qui autem portant imaginem cœlestis hominis, filij hominis potius appellantur. Ille enim & uetus homo dicitur, iste autem nouus. Sed nouus, ex uetere nascitur, quoniam spiritualis regeneratio mutatione uitæ ueternæ, atq; sæcularis inchoatur, & ideo iste, filius hominis nuncupatur. Homo igitur hoc loco dictus est terrenus: filius autem hominis, cœlestis. Et ille longè seiunctus à Deo, hic autem præsens Deo. Et propterea illius memor est, tāquam in longinquo positi, hunc uero uisitat, quem præsens illustrat uultu suo. Longè est enim à peccatoribus salus. Et signatum est in nobis lumen uultus tui domine. Sic in alio Psalmo homines iumentis associatos, non per præsentē interiorē illuminationem, sed per multiplicationem misericordiæ Dei, qua eius bonitas, usq; ad infima tenditur, saluos fieri dicit cū ipsis iumentis, quoniam carnaliū hominū salus carnalis est, tanq; pecorum. Filios autem hominum seiungēs ab eis, quos homines pecudibus iunxit, longè sublimiori modo, ipsius ueritatis illustratione, & quadam uitalis fontis inundatione, beatos fieri prædicat. Sic enim dicit, Homines, & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua Deus. Filij enim hominum, in protectione alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur & c. usq; scientibus te. Memor est igitur hominis per multiplicationem misericordiæ, sicut iumentorum, quia multiplicata misericordia, etiā ad longè positos peruenit. Uisitat uero filium hominis, cui sub protectione alarum suarum posito, præterdit misericordiam suam, & in lumine suo lumen præbet, & eum delicijs suis potat, & inebriat ab ubertate domus suæ ad obliuiscēdas ærumnas, & errores præteritæ conuersationis. Hunc filium hominis, id est, hominem nouum pœnitentia ueteris parturit cum dolore, & gemitu. Iste quamuis nouus, tamen adhuc carnalis dicitur, quum lacte nutritur. Non potui uobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus (inquit Apostolus.) Et ut ostenderet iam regeneratos, tanquam paruulis (ait) in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Iste quum relabitur (quod sæpe accidit) ad ueterem uitam, cum exprobratione audit, quod homo sit. Nōne homines estis (inquit) & secundum hominem ambulatis?

Quid fimbria, finisq; mysticè significant.

Cap. XXVIII.

Fimbriam uitam hominū significat extremā, ut inquit Cassiodorus, exponens illud Psalmistæ, In fimbrijs aureis circumamicta uarietate: Fimbriæ (inquit) sunt finitima uestiū, quæ in stamine colligatæ tanquam capillorum segetes dependent, per quas hominum uita significatur extrema. Hæc nō deaurata, sed nunc illi esse aurea proficitur, quia in fine tota perfectio est, ubi charitas nō tanquam deaurata cōspicitur, sed iam plenissima tanquam aurea reperitur. Et diuus Augustinus:

s In fin

Fimbriae, lin. In fimbrijs aureis uarietas linguarum, doctrina, decus. Ista quid profunt, si non sit pulchritudo illa
guarū uarietas, intrinsecus? Et Hieronymus: Omnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbrijs aureis. Filiae regis,
& doctrina. id est, animae fidelis. Ab intus, id est, in conscientia. In fimbrijs &c. Nō solum litera, sed etiam sensu
Fimbria, sensus spiritali, illi, qui intrant, obtulerunt, uel uarietate uirtutum repleti sunt. Et Hieronymus exponēs
spiritalis. illud Matthaei, Et rogabant eū, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent &c. Qui malē se habent
Matt. 14. in fio (inquit) non tangerent corpus Iesu, neq; totum uestimentum eius, sed extremā fimbriam. Fimbriam
ne. uestimenti eius, uel minimum mandatum intellige, quod qui transgressus fuerit, minimus uoca-
Fimbria, mini- bitur in regno caelorum. Vel assumptionem corporis, per quam uenimus ad uerbū eius, & illius
mū mandatum, postea fruimur maiestate. Et exponens illud Zachariae 8. in fine, Et apprehendent fimbriam uiri
corporis assum Iudaei: In illo tempore (inquit) & in illis diebus apprehendent decem homines ex omnibus linguis
ptio. gentium fimbriam uiri Iudaei, dicentes: Ibimus uobiscum &c. Apprehendēt (inquit) fimbriam uiri
Zach. 8. d. Iudaei: id est, domini saluatoris. Quōq; apprehēderint eū, cupient eius hærere uestigijs, quoniam
Fimbria, Chri- Deus cum eo sit. Et Origenes homilia 24. in Matthaeum: Discipuli (inquit) Iesu, omnia opera sua
sti uestigium. faciunt, ut à Deo uideantur solo. Alligant enim legem Dei super manum suam, spiritaliter super
 opus suum bonum, & per meditationem diuinarum disciplinarum semper ea mouentes, mobilia
 faciunt diuina praecipia coram oculis animarum suarum, & fimbriam uirtutis Iesu plenam in eo
 quod imitantur magistrum.
 Finis, perfectionē indicat rerum, ut inquit Origenes lib. 8. in epistolam ad Romanos, exponēs
 illud Apostolicum, Sed dico, Nunquid nō audierunt? Equidem in omnem terrā exiuit sonus eorū,
 & in fines orbis terrae uerba eorum: Hoc (inquit) de Psalmo 18. assumitur, ubi ait, Non sunt
 loquela &c. In quo pro linguarum uarietate, & sermonum, gentes sine dubio intelliguntur, & dicitur
 quia Apostolorum Christi in omnem quidem terram sonus exierit, in fines uero orbis terrae
 nō sonus, sed uerba peruenerint. Quod ita intelligi potest, quia terram imperitos quosq; & indo-
 ciles homines dicat, ad quos nō uerba, in quibus ratio fidei continetur, & explanatio sapientiae: sed
 sonus fidei cōmuni, & simplici praedicatione peruenerit. Finem uero orbis terrarum, cruditiones
 quosq; & prudentiores appellauerit. Finis enim perfectionem indicat rerum. Ad hos ergo tales
 non sonum uocis, sed uerba, & rationem peruenisse pronūciat, quia utiq; audientes sermonem fi-
 dei etiā scrutari possunt, & perquirere scripturas diuinas, ut cognoscāt eorum uerborum, quae eis
 per Apostolos annūciata sunt, ueritatē. Et hāc esse in his differentiā sciēs Apostolus, id est, in sono,
 & uerbis, quodā loco ita dicit: Et sermo meus, & praedicatione mea nō sunt in suauitatis sapiētiae uer-
 bis, sed in ostēsiōne spiritus, & uirtutis, ut ostēderet uerbū quidem esse, quo per uirtutē spiritus sa-
 piētiae Dei lucidius explanatur. Praedicationē uero hanc esse propheta, de qua dicit, quia in omnē
 terrā exiuit sonus eorū, in qua scilicet simplex annūciatio fidei, & simplicioribus qbusq; sufficiens.
 Sed & alibi de semetipso dicit, quia sit praedicator, & Apostolus, & magister gētium. In quo Apo-
 stolus quidē generalis indicat nomē officij, qui nō solū praedictet, sed & doceat. Praedictet quidem
 simplicē fidē, ut illis, qbus ait: Nihil em̄ aliud iudicauī me scire inter uos, nisi Iesum Christū, & hūc
 crucifixū. Docebat uero eos, quibus dicebat: Sapiētiam autē loquimur inter perfectos. In quibus
 ostenditur, quod illis quidem sonum praedicationis intulit, his uero sapientiam Dei per uerba dis-
 seruit. Et Cassiodorus in prologo Psalterij, cap. 3. sic scribit: Finē duobus dicimus modis. Primus
 est iste communis, atq; moralis, quando res aliqua ad extremum deducta peruenerit, nec ulterius
 potest prodire, qui motus sui terminum probatur accipere. Sic enim dicimus finitum cibū, qui se-
 dula comestione consumptus est, finitam pecuniam, quae docetur expensa. Secundus dicitur finis
 perfectus, atq; perpetuus, quem modo quærimus, qui tūc nobis protēdi, ac dilatarī magis incipit,
 de quo Apostolus dicit: Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credēti. Ad quem, dum per-
 uenerimus, nihil ultra perquiremus, sed in ipso beatitudinis fine contenti, plenissima iocunditate
 perfruemur, & ideo quoties in titulis Psalmorum finem reperis, ad dominū saluatorem acie men-
 tis intende, qui est finis, sine fine, & bonorum omnium completiua perfectio. Siue (ut quibusdam
 placet) pro nobis dictum esse credēdum est, in quibus secūdum eūdem Apostolum saeculorū finis
 aduenit. Diuus quoq; Augustinus in enarratione Psalmi trigésimi, cuius titulus est, In finem &c.
 In finem (inquit) quid sit, nouimus, si Christum nouimus. Dicit enim Apostolus: Finis enim legis
 Christus &c. finis nō cōsumens, sed perficiēs. Duobus enim modis dicimus finem, uel quo fit, ut
 nō sit quod erat, uel quo fit, ut perfectum sit, quod inchoatum erat. Et in enarratione Psalmi quin-
 quagesimi quarti: In finem (inquit) id est, in Christum. Intētiō enim dirigatur in finem, dirigatur in
 Christum. Quare finis dicitur: Quoniam quicquid agimus, ad illum referimus, & quum ad eum
 peruenerimus, ultra quod quæramus, nō habebimus. Dicitur enim finis, qui consumit, & dicitur
 finis qui perficit. Aliter quippe intelligimus, quum audimus, finitus est cibus, qui māducabatur, &
 aliter intelligimus, quū audimus, finita est uestis, quae texebatur. In utroq; audimus, finitū est, sed
 cibus, ut iam nō esset, uestis ut perfecta esset, Finis ergo noster, perfectio nostra esse debet, perfe-
 ctio nostra,

1. Cor. 2. b.

Psal. 18. a. 2. Tim. 1. c.

1. Cor. 2. a. 1. Cor. 2. b.

Cassiodorus. Finis, consumptio.

Finis, perfectio, Christus. Roma. 10. a.

1. Cor. 10. c. Augustinus. Rom. 10. a. Finis duobus dicitur modis. Finis, cur Christus dicitur. Finis consumens, & finis perficiens.

ctio nostra, Christus est. In illo enim perficimur, quia ipsius capitis membra sumus. Et dicitur est
 finis legis, quia sine illo nemo perficit legem. Idem ferè dicit in enarratione Psalmi quinquagesimi
 sexti, ubi tamen addit: Finis propositi nostri Christus est, quia quantūlibet conemur, in illo perfici-
 mur, & ab illo perficimur. Et haec est perfectio nostra, ad illum peruenire, sed quum ad illum per-
 ueneris, ultra non quæris, finis tuus est. Quomodo enim finis uiae tuae, locus est quō tendis, quō,
 quum perueneris, iam manebis, sic finis studij tui, propositi tui, conatus tui, intentionis tuae, ille est
 ad quem pertēdis, ad quem, quum perueneris, ultra nil desiderabis, quia melius nihil habebis. Ipse
 ergo & exemplū nobis uiuēdi pposuit in hac uita, & praemiū uiuēdi dabit in futura uita. Et tracta-
 tu decimo in epistolā beati Ioannis, exponēs illud, quod ait dominus, Mandatum nouum do uo-
 bis, ut uos inuicem diligatis: Audi (inquit) quae est lex Dei. Apostolus dicit, Inuicem onera uestra
 portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ipsa est consummatio omnium operum nostrorum, dile-
 ctio. Ibi est finis, propter hoc currimus, ad illam currimus, quum uenerimus, requiescemus. Audi
 stis in Psalmo, Omnis consummationis uidi finem. Quid uiderat iste putamus? Ascēderat in uer-
 ticem alicuius altissimi mōtis acutissimi, & prospexerat, & uiderat ambitum terrae, & circulos or-
 bis uniuersi, & ideo dixit, Omnis cōsummationis uidi finem; Si hoc laudabile, oculos carnis quae
 ramus à domino tam acutos, ut aliquem excelsum montem, qui est in terra, requiramus, de
 cuius cacumine uideamus, omnem consummationis uidi finē. Noli ire longē. Ecce dico tibi: Ascen-
 de in montem, & uide finem. Christus mons est. Veni ad Christū, uidebis inde finem omnis con-
 summationis. Quis est iste finis? Paulum interroga. Finis autem praecipii Dei, charitas, de corde
 puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Et alio loco, Plenitudo autem legis, charitas. Quid tam
 finitum, & terminatum, q̄ plenitudo? Etenim fratres, finem posui laudabiliter, nolite putare con-
 sumptionem, sed cōsummationem. Finis legis est Christus, quia Christus Deus, & finis praecipii
 charitas, & Deus charitas, quia pater, & filius, & spiritus sanctus unum sunt. Ibi tibi finis est, &
 alibi uia est, noli hærere in uia, & nō peruenire ad finem. Ad quicquid aliud ueneris, transi usque-
 quo peruenias ad finem. Quid est finis? Mihi autem adhærere Deo bonum est. Adhæstisti Deo,
 finisti uiam, permanebis in patria. Vbi ergo est finis? Dilectissimi filij Dei sumus, & nōdum appa-
 ruit quid erimus &c. Adhuc ergo in uia sumus, adhuc quocunq; uenerimus, transire debemus,
 usquequo perueniamus ad aliquem finem. Scimus quoniam quum apparuerit, similes ei erimus,
 quoniam uidebimus eū sicuti est. Iste finis, ibi perpetua laudatio, ibi semper alleluia sine defectu.
 Ergo ipsum finem dixit in Psal. Omnis cōsummationis uidi finem. Et quasi diceretur illi, Quis est
 finis, quem uidisti? Latum (inquit) mandatum tuum ualde. Ipse est finis, latitudo mādati: Latitudo
 mandati charitas est, quia ubi est charitas, non sunt angustiae. Et in enarratione Psalmi trigésimi
 primi: Finis (inquit) praecipii, est charitas, finis, quo perficiuntur praecipia. Finis praecipii, charitas
 de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Pro spe conscientiam posuit. Ille enim sperat,
 qui bonam cōscientiam gerit. Quē uero pungit mala conscientia, retrahit se à spe, & non sibi spe-
 rat, nisi damnationem. Vt ergo speret regnum, habeat bonam cōscientiam, & ut habeat bonā con-
 scientiam, credat, & operetur, quia quod credit, fidei est: quod operatur, charitatis est.

Rom. 10. a.

1. Tim. 1. b. Gal. 6. a.

Psal. 118. m.

Illic.

1. Tim. 1. b. Rom. 13. c.

Finis, Christus. 1. Ioan. 4. b.

Psal. 72. d.

1. Ioan. 3. a.

Ibidem.

Psal. 118. m.

Illic.

Mādatum latū, charitas. 1. Tim. 1. d. Conscientia, p̄ spe.

Quid firmamentum, flatusq; mysticè significant. Cap. XXIX.

Firmamentum, est exterior homo noster (ut inquit Origenes, exponens illud Geneseos, Et
 fecit Deus firmamentum.) Istud (inquit) corporale caelum, quod firmamentū dicitur, exterior
 homo noster est, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentum caelum appellatum est, ex eo
 quod diuidat inter eas aquas, quae super ipsum, & eas, quae sub ipso sunt, ita & homo, q̄ in corpo-
 re positus est, si diuidere potuerit, & discernere quae aquae sunt superiores super firmamētum, &
 quae sunt, quae sub firmamēto sunt, etiā ipse caelū, id est, caelestis homo appellatur, secūdū Apo-
 stoli Pauli sententiā, dicētis: Nostra autem conuersatio in caelis est. Firmamentū quoq; est cor firmū,
 ut diuus ait Augustinus, exponēs illud Psalmistae, Et opera manuū eius annūciat firmamentum:
 Caelū (inquit) firmamētum, firmū cor, non timidum cor. Item firmamentum est scriptura, ut diuus
 ait Augustinus, lib. 13. confessionum, cap. 15. Aut quis nisi tu Deus noster fecisti nobis firmamen-
 tum autoritatis super nos in scriptura tua diuina? &c. quae enarrauimus suo pte in loco in libro Ge-
 neseos. Et in enarratiōe Psalmi noni: Caelū (inquit) id est, firmamentū intelligitur per figuram liber
 legis. Ideo quodam loco dicitur, Extēdens caelum sicut pellem. Si extenditur sicut pellis, tanq; li-
 ber est extētus, ut legatur. Et infra: Et quomodo in firmamento caeli, quia lex firmamentum est.
 Flare Deum quid sit, diuus Gregorius lib. Moral. quinto, cap. 15, exponēs illud Iob, Vidi eos,
 qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo perisse, hoc pacto de-
 clarat: Nos (inquit) quum flamus, aërem ab exterioribus introrsus trahimus, & introrsus tractum
 hunc exterius reddimus. Flare ergo Deus in uindictae retributione dicitur, quia ab exterioribus
 causis

Firmamentum, exterior homo.

Philip. 3. d. Psal. 18. a.

Firmamentum, cor firmū, scri- ptura.

Psal. 103. a.

Iob 4. b.

caulis introrsus consilij iudiciū concipit, & ab interno consilio extrorsus sententiam emittit. Quasi flante Deo ab exterioribus aliquid introrsum trahitur, quando foris mala nostra conspiciunt, & intus iudiciū disponit. Et rursus, quasi flante Deo ab interioribus spiritus extrorsus emittitur, quando ab interno conceptu consilij, exterius iudiciū damnationis inferitur. Bene itaq; dicitur, quod qui dolores seminant, id est, fraudulenta dicunt, uel peruersa agunt, & metunt eos, id est, dicendo praualent, uel de eadem peruersitate puniuntur, flante Deo pereunt, quia unde foris peruersa faciunt, inde ab intimis recte feriuntur. Vel certe quum flare Deus dicitur, quia & statim irae eius spiritus subinfertur, appellatione flatus illius potest ipsa eius animaduersio designari. Nos quippe, quum irascimur, flatu furoris inflammamur. Vt ergo uindictam cogitans, dominus demonstraretur, flare irascendo dicitur, non quod ipse in natura sua mutabilitatis uicissitudinem recipiat: sed quod post longam patientiam quandoq; uindictam peccatoris exequitur is, qui in semetipso tranquillus est, pereuntibus turbulentus uidetur. Mens quippe reproba, quia aduersum suis actibus iudicem conspiciunt, quasi commotus ei ostenditur, quia in conspectu illius suo reatu proprio ipsa turbatur. Et exponens illud Iob, Flante Deo concreuit gelu, & rursus latissimè funduntur aquae, hoc modo scribit: Quia quod fidelium cordibus spiritus sanctus aspirauit, quod maiora uirtutum miracula contulit, eò infidelium mentibus grauioris inuidiae torpor excreuit, atq; inde contra Deum plebs infidelis obduruit, unde humilis populus antea actam duriciam, qua se astrinxerat, emolluit. Deo enim flante, in gelu uersi fuerant, qui uisus miraculis, inuidentes dicebant: Ecce totus mundus post eum abiit. Conspiciebant signa, cernebant per ministros eius miracula, totum iam mundum secutum fidei praedicamenta praeuidebant, & tamen quod sanctus spiritus mundum repleuerat, eò illorum mentes arctius inuidiae malitia ligabat. Aqua ergo in gelu uersa fuerat, dū eunte post Deum mundo, Iudaea inuidia pigra remanebat. Sed quia supernae potestati (aliàs pietati) suppetiit etiam tanta crudelitatis duriciam soluere, atq; ad amandum se corda infidelium liquare, post hoc gelu, mox bene subditur: Et rursus latissimè funduntur aquae. Post gelu quippe dñs latissimas aquas fudit, quia postquam Iudaeorum seuitiam usq; ad mortem pertulit, eorum corda protinus ab infidelitatis duricia, amoris sui aspiratione liquefecit, ut tanto post desiderabilius ad obediendum curerent, quanto praecipis illius prius obstinatius restitissent. Vnde bene per quendam sapientem dicitur: Sicut glacies in sereno, sic resoluentur peccata tua. Ab hoc frigidi torporis gelu solui propheta desiderauerat, quum dicebat, Conuerte dñe captiuitatē nostrā, sicut torrens in Austro. De his aquis, id est, ad Deum concurrentibus populis, rursus dicitur: Mittet uerbum suum, & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquae. Aquae de gelu currunt, quia pleriq; ex duris perfectioribus, magni praedicatores fiunt. Gelu igitur in aquam liquatur, quū torpor interni frigoris ad irrigationem uertitur praedicationis. An Paulus gelu non erat, qui acceptis epistolis Damascum pergens, in corde fidelium, quasi in terra Dei iactata uerbi semina, ne ad perfectionem operū surgerent, restringere querebat? Sed gelu hoc in aquam redijt, quia quos persequēdo prius premere studuit, hos postmodum fluentis sanctae exhortationis infudit, ut tanto uberior electorum mellis exurgeret, quanto hanc imber Dei etiam ab opere persecutionis irrigaret. Flatus quoq; est externa operatio, ut inquit diuus Gregorius, exponens illud Iob, Si direxerit ad Deū cor suū, spiritum illius, & flatum ad se trahet. Curuum (inquit) cor est, quum ima appetit, dirigitur, quum ad superna subleuatur. Si ergo homo cor suum ad dominum dirigit, spiritum, & flatum illius dominus ad se trahit. Spiritum uidelicet pro internis cogitationibus, flatum uero, qui per corpus trahitur, pro externis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis, & flatum ad se trahere, est ad conuersionem sui desiderij, & interiora nostra, & exteriora commutare, ut nihil iam mentis exterius libeat, nihil caro inferius, uel si appetit, adipisci conetur: sed omne quod homo est, ad eum uidelicet à quo est, & interius desiderando ferueat, & exterius se edomando cōstringat. Flatus quoq; domini, est eius spiritus, ac uoluntas, iuxta illud: Flatus domini sicut torrēs sulfuris succendēs eam. ubi diuus Hieronymus sic habet: Sicut de camino, & fornace ignis ardentis, propheticus sermo praedixerat, seruat metaphoram, ut flatu, & spiritu, ac uoluntate domini hanc succēdi sciamus, mixto sulfure, quod flammam excitat, ut faciat acriora tormenta.

Quid flos, ac florere mysticè significant.

Cap. XXX.

Flos, Christus.
Esa. 11. a.
Virga, regnantis potentia.
Virga, Maria.
Esa. 7. c.
Cantic. 2. a.

Flos est Christus, iuxta illud, Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Haec propheta de Christo est. Virgam, & florem de radice Iesse (ut diuus inquit Hieronymus) ipsum dominum Iudaei interpretantur, quod scilicet in uirga, regnantis potentia, in flore pulchritudo monstratur. Nos autē uirgam de radice Iesse, sanctam Mariam uirginem intelligamus, quae nullum habuit sibi fruticem coherentem, de qua & supra legimus, Ecce uirgo concipiet, & pariet filiū, & florem dominū saluatorem, qui dixit in Cantico Canticorū, Ego flos campi, &

pi, & lilium conuallium. Et pulchre flos ascendens dicitur, quia de humilitate carnis ad excessa conscendit, & nos secum duxit ad patrem, dicens in Euangelio: Quum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum. Flos quoq; fragilitatem significat humanam, iuxta illud Iob, Homo natus de muliere &c. qui quasi flos egreditur, & conteritur, ubi diuus Hieronymus scribit: in flore hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus, non fragrantem odoris pulchritudinem, & decorem. Et diuus Gregorius libro Moral. 11. cap. 27. eadem uerba exponens, hoc pacto scribit: Quasi flos etenim egreditur, quia nitet in carne, sed conteritur, quia reducit in puluerem. Quid enim sunt nati homines in mūdo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi praesentis, & ecce quasi tot floribus, quot hominibus plenus est. Vita itaq; in carne, flos in foeno est. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Homo, sicut foenum dies eius, & sicut flos agri, ita florebit. Esaias quoq; ait: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius sicut flos agri. Homo enim more floris procedit ex occulto, & subito apparet in publico, qui statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos uiriditas ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus, quasi flos arefcimus, qui temporaliter apparuimus. Et exponens illud Iob, Lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum: Si (inquit) florentem uineam per inaequalitatem aeris, immoderatū frigus attigerit, protinus ab omni humore uiriditatis arefacit. Et sunt nonnulli, qui post peruersa itinera, sanctas uias sectari appetunt, sed priusquam in eis desideria bona roborentur, quaedam illos praesentis saeculi prosperitas accipit, quae eos rebus exterioribus implicat, & eorum mentē, dum a calore intimi amoris retrahit, quasi ex frigore extinguit, & quicquid in eis de uirtutum flore apparere uidebatur, interficit. In terrenis quippe actibus ualde frigescit animus, si necdum fuerit per intima dona solidatus. Nonnunquam uero florentem uineam nō frigus, sed aestus arefacit. Quumq; immoderato calore tangitur, discusso flore, botrus tabescit. Et plerunq; contingit, ut hi, qui ad bona opera recta intentione non ueniunt, quum placere se hominibus uident, ad exercenda haec eadem opera uehementius accendantur, humanis placitura oculis, agere anxie studeant, & quasi in sancto studio feruescant. Quid itaq; istos, nisi in flore aestus contigit, quos humanae laudis appetitio à fructu alienos fecit? Vnde bene subditur, Et quasi oliua proijciens florem suum. Oliua quippe, quum in flore est, si immoderata nebula tangitur, à plenitudine fructuum uacuatur. Et quotiens inchoates quicq; bona opera, laudari ab aspicientibus coeperint, atq; in suis laudibus delectari, fit caligo intelligentiae in cogitatione, ut iam discernere nequeant qua intentione quid faciant, & fructū perdant operis, uelut ex nebula fauoris. Vnde bene per Salomonem dicitur: Manē surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt. Florent quippe uineae, quum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus nō pariunt, si ab eo, quod proposuerint, aliquibus uicti erroribus infirmantur. Non ergo intuendum est, si uineae florent, sed si flores ad partum fructuum conualescant, quia mirum non est, si quis bona inchoet, sed ualde mirabile est, si intentione recta in bono opere perduret. Vnde fit plerunq; ut si in bono opere recta intentio non tenetur, etiam ipsum hoc opus, quod bonū creditur, amittatur. Nam quosdam saepe uidimus terrena, quae possederāt, reliquisse, & nil iam transitorium quaerere, nullis pro hac uita iurgijs immisceri. Quum itaq; hoc in se fidelis anima ostendit, quasi oliua florem protulit. Sed quum quidam ex talibus rursus coeperint mundi gloriam, quam contempserant, quaerere, quas terrenis rebus, quas spreuisse uidebantur, insatiabiliter inhiare, uacare iurgijs, proximorum laesiones exquirere, nimirum proiecit oliua florem, quem proposuit, quia rudimenta boni studij, ad perfecta opera non perduxit. Et in expositione Cantici Canticorum, Manē ad uineas surgit, quia post resurrectionem suam in gloria patris sedens, ecclesias quas construit, etiam defendit. Si floruit uinea, conspiciunt, quia omnem profectum ecclesiae districto examine perpendit. Videt si flores fructus parturiunt, quia perspicit ad quem profectum teneri quicq; & imperfecti excrecant. Videt etiam si floruerit mala punica, quia perfectos quosq; respicit, & quid utilitatis in proximis habeant, quasi in floribus fructum arborum cognoscit. Et exponens illud Cantic. secundo, Ego flos campi, & lilium conuallium: Bene (inquit) florem Christus se nominat, quia dum spinas peccatorum exterminat, mentem sponsae, & pulchritudine suae iustitiae exornat, & naribus cordis dum coeleste desiderium applicat, interiora animae, quasi odore refocillat. Et exponens illud Canticorum, Flores apparuerunt in terra nostra: Flores (inquit) apparuisse in terra dicuntur, quia sanctae animae, quum à corporibus recedunt, in caelo recipiuntur. Et quia in hac uita, quamuis hyems fuerit, à bono opere non torpuerunt, mox ut recesserunt, in terra uiuentium gloriosae floruerunt. Et exponēs alium locum, nempe, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languet: Per flores (inquit) teneri quicq; & insipientes: per mala uero perfecti fideles designantur. Sponsa quippe, quia amore languet fulciri se floribus, & stipari malis appetit, quia dum se aternitatis desiderio afficit, dum qualiter illuc perueniat, tota anxietate perquirat, eo quod perfectionem (aliàs peruentionem) dum in carne uiuit, omnino non inuenit, fatigata in desiderio

Ioan. 12. e.
Iob 14. a.
Flos, humana fragilitas.
Gregorius.
Flores, homines
Psal. 102. c.
Esa. 40. b.
Floris more procedit homo.
Iob 15. d.
Gregorius.
Cant. 7. d.
Uinea, fidelium mentes.
Florere, bona opera proponere.
Intentio recta in bono opere, necessaria.
Cant. 7. d.
Flores, teneri, & imperfecti.
Mala punica, perfecti.
Cant. 2. a.
Flos, recte dicitur Christus.
Cant. 2. c.
Flores, anima sancta.
Cant. 2. b.
Flores, teneri, & insipientes.
Mala punica, perfecti fideles.

Butyrum, incar- incarnationis fide lætificat, isti riuuli torrentis fluminis, mellis simul & butyri esse memorantur, **nationis fides,** quia & de cognitione Dei alta mentem suauitate reficiunt, & de incarnationis gratia charismatis hanc mysterio perungunt. Et libro 30. Moralium, capite quarto, exponens illud Salomonis, Ad locum unde exeunt, flumina reuertuntur, ut iterum fluant: Ipsi quippe illic flumina, qui hic fulgura sunt uocati. Quia enim corda audientium rigant, dicuntur flumina, quia uero accendunt, fulgura uocantur. De quibus aliàs scriptum est: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina uoces suas. Et rursum: Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. Ad locum ergo de quo exeunt flumina reuertuntur, quia sancti uiri & si à conspectu creatoris sui, cuius claritatem mente conspicerent, foras propter nos ad actiua uitæ ministerium ueniunt, incessanter tamē ad sanctum cōtemplationis studiū recurrunt, & si in prædicatione sua exterius nostris auribus per corporalia uerba se fundant, mente tamen tacita ad considerandū semper ipsum fontem luminis reuertuntur. De quibus & bene dicitur, Vt iterum fluant. Nisi enim ad contemplandum Deum sollicita semper mente recurrerent, nimirum interna cæcitas etiam exteriora prædicationis eorū uerba siccaret. Sed dum uidere Deum indefinenter sitiunt, quasi decursura foras flumina intus semper oriuntur, quatenus illic amando sumant, unde ad nos prædicando, defluant. Flumen quoque humani generis decursio nē designat, ut diuus scribit Gregorius libro 33. Moral. capite septimo, exponēs illud Iob, Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habebit fiduciam, quod influat Iordanis in os eius: Quid enim (ait) hoc loco fluuii nomine, nisi humani generis decursio designatur? Quæ uelut à fontis sui origine nascendo surgit, sed quasi ad ima defluens, moriendo pertransit. Qui autem signantur appellatione Iordanis, nisi qui iam imbuti sunt sacramento baptismatis? Quia enim redemptor noster in hoc flumine baptizari dignatus est, eius nomine debent omnes baptizati exprimi, in quo hoc ipsum contigit sacramentū baptismatis inchoari. Quia igitur Behemoth iste à mundi origine exortum (uix paucis electis euadentibus) humanū genus in ima defluens, usque ad redemptoris tempora, quasi quendam in se fluuium traxit, bene nunc dicitur, Absorbebit fluuiū & nō mirabitur. Quia uero & post mediatoris aduentum quosdam qui rectē uiuere negligunt, etiam fideles rapit, rectē subiungitur, Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Ac si aperte diceretur: Ante redemptorem mundi, mūdum non miratus absorbeuit, sed (quod est grauius) etiam post redemptoris aduentum quosdam, qui baptismatis sacramento signati sunt, deglutire se posse confidit. Alios namque sub Christianitatis nomine positos deuorat, quia in ipso eos fidei errore supplantat, alios à rectitudine fidei nequaquam deuiat, sed ad usum prauæ operationis inclinat, alios quantum uult in operatione immundiciæ inflectere non ualet, sed apud semetipsos intus in studio intentionis intorquet, ut dum à charitate mentem diuidunt, rectum non sit quicquid extrinsecus operentur. Et fidem tenent, sed uitam fidei non tenent, quia aut aperte illicita faciunt, aut ex peruerso corde quæ agunt, praua sunt, etiam si sancta uideantur. Dicatur ergo, Absorbebit fluuium &c. Neque enim pro magno diabolus habuit, quod infideles tulit, sed toto nunc annisu in illorum mortem se erigit, quos contra se regeneratos tabescit. Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse confidat, quum scimus quod scriptum est, Fides sine operibus mortua est. Et capite octauo: Habemus adhuc quod hac in re subtilius perpendamus. Hi enim, quos per Iordanem diximus exprimi, possunt per fluuium designari. Qui enim fidem iam ueritatis agnouerunt, sed uiuere fideliter negligunt, rectē fluuius dici possunt, quia uidelicet deorsum fluunt. Iordanis uero Hebræo uocabulo, descensio eorum dicitur, Et sunt nonnulli, qui uiam ueritatis appetentes, semetipsos abiecti, atque à uitæ ueteris elatione descendunt, quumque æterna cupiunt, ualde se ab hoc mūdo alienos reddunt, dum non solum aliena non appetunt, sed etiam sua derelinquunt, & non solum in eo gloriam non quærunt, sed hanc, quum se obtulerit, etiam contemnunt. Hinc est enim quod uoce ueritatis dicitur: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum. Semetipsum abnegat, qui calcato typho superbix, ante Dei oculos esse se à se alienum demonstrat. Hinc Psalmista ait: Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm. Iordanis quippe (ut dixi) descensio, Hermonijm autem anathema, id est, alienatio interpretatur. De terra igitur Iordanis, & Hermonijm Deo reminiscitur, qui in eo quod semetipsum deiecit, atque à se alienus existit, ad conditoris sui memoriam reuocatur. Sed antiquus hostis hoc pro magno non habet, quod sub iure suæ tyrannidis terrena quærentes tenet. Propheta quippe attestante cognouimus, quia esca eius electa. Neque enim mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, auaricia tabefacit, uoluptas dilatat, malicia angustat, ira inflamat, discordia separat, inuidia exulcerat, luxuria inquinās necat. Absorbebit ergo fluuium, & non mirabitur, quia pro magno non æstimat, quum eos deuorat, qui per ipsa suæ uitæ studia deorsum currunt: sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis, iungiam celestibus contemplantur. Vnde absorpto fluuiio, rectē subiungitur, Et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius, quia illos insidiando rapere appetit, quos pro amore supernæ patriæ, à præsentis uitæ gloria semetipsos deijcere agnoscit. Antiquus ergo hostis habet fiduciam

etiam, quod in os eius & Iordanis influat, quia nonnunquam calliditatis suæ insidijs etiam eos, qui iam electi putantur, necat. Flumen quoque, est sæculi actio, ut inquit diuus Gregorius libro sexto Moralium, capite undecimo, exponens illud prophetae, Transi flumina: Flumina (inquit) transit, qui actiones huius sæculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indefinenter appetit, dumque alias relinquit, alias assequitur, quasi de flumine semper ad flumen transit. Et libro duodecimo Moralium, capite quinto, exponens illud Iob, Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius uacuefactus arefcet, sic homo, quum dormierit, non resurget, hoc modo scribit: Mare, mens hominis, & quasi fluctus maris, sunt cogitationes mentis, quæ aliquando per iram tumescunt, per gratiam tranquillæ fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed quum homo moritur, aquæ maris recedunt, quia iuxta Psalmistæ uocem, In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et rursum de moriente scriptum est, Amor quoque & odium simul peribunt. Arefcit ergo fluuius uacuefactus, quia subducta anima, uacuum remanet corpus. Quasi enim alueus fluminis uacuuus, est corpus exanime. Quia in re uigilanter intuentum est, quia uita præsens, uidelicet quousque anima moratur in corpore, mari comparatur, & fluuiio. Aqua enim maris, amara est, fluminis, dulcis. Et quia hic uiuētes, modo quibusdam amaritudinibus afficimur, modo autem dulcedine tranquillæ, ac mites inuenimur, præsentis uitæ decursus comparatione exprimitur maris, & fluminis. Sed in his durum ualde uidetur esse, quod subditur. Sic homo, quum dormierit, non resurget. Sed subiuncta sententia indicat, quæ discretio in præmissa lateat. Nam subditur, Donec atteratur cœlum, non cui gilabit, neque consurget de somno suo. Liquecet enim quia non resurget, sciūcet donec atteratur cœlum, quia nisi mundi huius finis aduenerit, humanum genus à somno mortis ad uitam non cui gilabit. Non ergo quia omnino non resurgat, sed quia ante contritionem cœli, humanum genus minime resurgat, insinuat. Scriptum quoque est in Iob, Et fluuius subuertit fundamentum eorum, hoc est, ipse cursus mutabilitatis statum in eis subruit peruersæ constructionis, ut diuus exponit Gregorius. Et in Cantico Canticorum: Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruere illam. ubi diuus Gregorius scribit: Charitate quippe martyres sancti uiuaciter ardebant, quia in dei, & proximi dilectione mirabiliter flagrabant. Hanc charitatem aquæ multæ extinguere non poterant, quia quantæcumque tribulationes eis fierent, ad odium eos transmutare non ualebant. Hoc nimirum effect charitatem extinguere, si in tribulationibus, quas ingerebant, ad Dei, aut proximi odium eos humiliare potuissent. Sed quum aquæ dictæ sint, quid rursum per flumina, nisi aquarum ipsarum incrementa, & uiuacitas intelligitur? Flumina quippe uiuas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulationes accipimus, quæ dum per totū orbem super martyres ebullierunt, ad extinguendum charitatis ignem grandi impetu confluxerunt, Sed quia inter flumina adeo charitatis uigor uixit, ut potius flumina consumeret, quam se ab illis extingui permitteret, ideo multi etiam persecutorum ad eandem charitatem se conuertebant, ita ut dimitterent quicquid in mundo possidebant, & seipos morti darent, quam prius patientibus inferebant. Et in Ezechiele scriptum est, Iuxta fluuiū Chobar aperti sunt cœli, & uidi uisiones Dei: Chobar, interpretatur grauitas. Fluuius itaque Chobar humanum genus congruè designat (ut diuus ait Gregorius homilia secūda) quod ab ortu defluit ad mortem, & graue sibi est ex peccatis, quæ & perpetrat, & portat, quia sicut scriptum est, Iniquitas in talento plumbi sedet. Omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari. Ezechiel fortitudo Dei dicitur, Buzi despectus, uel contemptus. Venit ergo Ezechiel iuxta fluuium Chobar, quia fortitudo Dei per incarnationis suæ mysterium propinquare dignata est peccatorum suorum pondera portanti generi humano, quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem, sicut de illo per psalmistam dicitur: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Iuxta decursus quippe aquarū plantatus est, quia iuxta lapsus incarnatus est defluētium populorū. Sed Ezechiel filius est Buzi, quia ex illo populo unigenitus Dei incarnari dignatus est, quem propter culpam perfidix dominus despectus. Fortitudo ergo dei ex contemptu, uel despectu nascitur, quia redemptor noster humanitatem assumere ex populo perfido, & contempto dignatus est.

De eodem flumine.

Cap. XXXII.

Origenes quoque homilia 13. in Ezechielem: De Pharaone (inquit) iam aliqua sermo memorauit, affirmans eum draconem sedentem in medio fluminū, atque dicentem, Mea sunt flumina, & ego feci illa. Noui ego differentias fluminum, & scio flumina, in quibus draco sedeat super quæ flumina hi qui de Israel capti fuerant sedentes, quum carmen Sion canere non possent, flebant, secundum id quod in Psalmis scriptum est, Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Et scio aliud flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei, iuxta Psalmistæ uocem dicentis, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Vis audire quis est iste fluuius, cuius impetus lætificat ciuitatem Dei?

Origenes.
Ezech. 29. a.

Psal. 136. a.

Psal. 45. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Psal. 114. a.

Flumē, christus. tem Dei; Iesus Christus dominus noster est fluuius, cuius impetus lætificat ciuitatē Dei. Iste est, qui ait per Esaiam, Ecce ego declino in uos quasi fluuius pacis. Scio ego quosdam esse fluuios re-promissos, qui ex hoc fluuiō manant. Omnis enim qui biberit ex aqua ista, sitiet rursum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dederō (ait Iesus) non sitiet in æternum, sed erit fluuius in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, & flumina de uentre eius egredientur. Habes igitur fluuios sanctos, a quibus procul est draco. Quomodo enim tria impossibilia sunt mihi ad intelligendum, uia serpētis supra petram, petra autem erat Christus, & nō est uia serpētis, ubi est Iesus: sic non possum in his fluminibus draconis inuenire uestigia. Est autem quidam fluuius, quē draco fecit, dicit quippe draco, & comminatur Deus tam draconi, quā fluuijs, in quibus est draco: Mea sunt flumina, & ego feci illa. Audi hæreticum cum omni uerfuita, & ingenio prædicantem, necdum uenisse Iesum Christū. Ista sunt flumina in quibus uersat draco, & ipse fecit ea, & dixit draco: Mea sunt flumina, & ego feci illa. Idcirco diligenter attende, quum aquam biberis, ne fortē de illo fluuiō bibas, in quo fedit draco: sed bibe ex aqua uiua, & de eo fluuiō in quo est sermo Dei, in quo dominus noster Iesus Christus. Et in psalmo scriptum est, Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Vbi Cassiodorus hoc pacto scribit: Quid est super maria fundare, ut anchora fidei fundata, procellas cuiuslibet periculū non pauescat. Vnde & Apostolus dicit: Quam sicut anchoram habemus animæ fixam, atq; tutam. Simili modo & super flumina dicit esse præparatam, quoniam ad uoluntates turbulētas persecutorum aptatā constat ecclesiam, ut ei prauæ uoluntates nocere non ualeant, quamuis cōtra eam insana mentium præcipitatione consurgant. Et Augustinus: Ipse super maria fundauit eam: Ipse firmissime stabiliiuit eam super omnes fluctus sæculi huius, ut ab ea superentur, nec nocerent ei. Et super flumina præparauit eam. Flumina in mare fluunt, & cupidi homines labuntur in sæculum. Etiam istos superat ecclesia, quæ deuictis per Dei gratiam cupiditatibus sæcularibus, ad recipiēdam immortalitatis claritatem parata est. Et rursus per Psalmistam dicitur, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: Iste fluuius est, de quo ipsa ueritas ait: Qui credit in me, non sitiet unquam, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Et bene dixit, Impetus fluminis, quia nihil palustre, nihil morosum cursus eius sustinet, quum se potētia diuinitatis infuderit. Lætificat ciuitatem Dei, id est, ecclesiam, uel animam. Et Augustinus: Conturbantur (inquit) montes, quum sæuīt mare, non deserit Deus ciuitatem suam per impetus fluminis, id est, inūdationem illam spiritus sancti, de qua dominus dicebat: Si quis sitit, ueniat, & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius, Ergo hæc flumina fluebant de uentre Pauli, Petri, Ioannis, aliorum Apostolorum, aliorum Euangelistarum fidelium. Hæc flumina, quum fluant ab uno flumine, multi impetus fluminis lætificat ciuitatem Dei. Nam ut noueritis hoc de spiritu sancto dictum, in eodem Euangelio consequenter dicit Euangelista: Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant hi, qui in eum erant credituri. Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Glorificato Iesu post resurrectionem, glorificato post ascensionem, die Pentecostes uenit spiritus sanctus, impleuit credentes, locuti sunt linguis, prædicare Euangelium cœperūt genitibus. Hinc ciuitas Dei lætificabat. Et psalmo sexagesimoquarto scriptū est, Flumē dei repletū est aquis. Bene (inquit Cassiodorus) misericordia domini plenissimo fluuiō comparatur. Nō enim alia qua siccitate potest imminui, qui potationibus crebris nescit expēdi. Mūdiālis aqua, aut imbribus accipit augmentum, aut siccitate defectum, Dei uero fluuius semper plenus, semper æqualis est, de quo dictum est, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et Augustinus, Fluuius Dei repletus est aqua. Quid est fluuius Dei? Populus Dei. Primus populus repletus est, unde & cœtera terra rigaretur. Audi illum promittentem aquam: Si quis sitit &c. Si flumina, & unus fluuius, quia propter unitatem multi unum sunt, multa Ecclesiæ, & una Ecclesia. Crediderūt multi Israëlita, & impleti sunt spiritu sancto, inde diffusi sunt per gentes, cœperūt prædicare ueritatem, & de fluuiō Dei, qui impletus est aqua, irrigata est tota terra. Et alio in loco scriptū est, Eleuauerūt flumina domine, eleuauerūt flumina uocem suam &c. Stabat Iesus, & clamabat, Qui credit in me sicut scriptura dicit, flumina &c. Ecce iam ipsum caput fluminū clamat, ipse fons uitæ, unde sunt flumina cursura, leuauit prior uocem suam. Misit spiritū suum sanctū, impleuit discipulos. Ipse spiritus magnum flumē, de quo dictū est, Fluminis impetus &c. unde impleta sunt multa flumina, quæ accepto spiritu sancto, eleuauerūt uoces suas. Nam ubi impleti sunt spiritu sancto, accerserūt eos Iudæi, & præceperūt eis, ne omnino loquerentur, neq; docerent in nomine Iesu. Petrus autē, & Ioannes dixerūt ad eos: Si iustū est corā Deo, ut uobis obediamus magis quā Deo, iudicate. Nō enim possumus quæ uidimus, & audiimus, nō loqui. Eleuauerūt ergo flumina uoces suas. Stetit Petrus eū undecim, & eleuata uoce dixit ad eos: Viri Iudæi &c. quibus annūciat Iesum sine timore eū magna fiducia. Et in alio loco ait Psalmista: Flumina plaudēt manibus in id ipsum, cōmoueat mare in persecutionibus, & flumina plaudāt manibus in ipsum. Fuit persecutiones, & gaudēt in aīo. Quid est plaudere

dere manibus: Gaudere operibus. Quæ flumina? Quos Deus fecit flumina, dando illis illā aquam spiritum sanctū. Si quis sitit (inquit) ueniat, & bibat &c. Ista flumina operibus gaudebant, & Deū benedicebāt (ut inquit Augustinus.) Et alio in loco Psalmista ait: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Flumina Babylonis sunt omnia quæ hic amantur, & transeunt. Amauit quis agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare animam, inde percipere uoluptatem. Attendat exitum, & uideat illud quod amauit non esse fundamentum Hierusalem, sed fluuiū Babylonis. Alius dixit: Magna res militare. Omnes agricolæ formidant eos qui militant, obsequuntur eis. O insane, in alium te Babylonis fluuium præcipitasti, & turbulentiore, & rapaciorē, & quum tu timeri uis à minore, time maiorē potestatem. Aduocatum esse (inquit) magna res est, potentissima eloquentia in omnibus habere suspectos, pendētes ex lingua disertī patroni sui, & ex eius ore sperantes uel damna, uel lucra, uel mortem, uel uitam. Alius & iste fluuius Babylonis est, & quod multum sonat, strepitus aquæ in faxa percutit: Attende, quia fluit, & labitur, caue, quia trahit. Alij ergo ciues sanctæ Hierusalem intelligentes captiuitatem suam, attendūt humana uota, & diuersas hominum cupiditates hanc, atq; illac rapientes, trahentes, impellentes in mare. Vident hæc, & non se mittunt in flumina Babylonis, sed sedent super flumina Babylonis, uel illos qui rapiuntur, uel seipsos, qui in Babylonia esse meruerunt, sedentes tamen, hoc est, humilitate humiliati, sed eamus super flumina, non infra flumina, uel sub fluminibus, aut in fluminibus Babylonis. Talis sit humilitas nostra, ut nos non mergat. Illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. O sancta Sion, ubi totum stat, & nihil fluit. Quis nos in ista præcipitauit? Quare dimissimus conditorem tuum, & societatem tuam? Ecce inter fluentia, & labentia constituti, uix quisq; raptus à flumine, si tenere lignum potuerit, euadet. Dum recordaremur tui Sion. O pax illa, quam uidebimus apud Deum. O pax illa, & sancta æqualitas Angelorū, o illa uisio, & spectaculum pulchrum. Ecce in Babylonia pulchra sunt, quæ tenent, non te teneant, non decipiant. Aliud est solatium captiuorum, aliud gaudium liberorum. Et diuus Hieronymus exponēs illud Abacūc, Nunquid in fluminibus iratus es domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua? hoc modo scribit: Sunt & bona flumina, sunt & mala. Bonorum fluminum illud exemplum est, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Malorum illud quod Pharaō loquitur in Ezechiele, Mea sunt flumina, & ego feci illa, in quibus draco habitat, & multa his similia. Et dicimus uerba diuina, quæ manifestiora sunt, & quasi potum sitientibus præbent, hæc dici flumina. Hæreticorum quoq; eloquentia quæ contra ueritatem, & ecclesiam fluit, flumina sunt, quibus irascitur dominus. Et paulo inferius ait, Fluuios scindes terra, id est, reges terræ aduersus tuum populum dimicantes, diuides, atq; disperges. Et Esaiæ 41. cap. scriptum est: Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes &c. ubi scribit Hieronymus: Quæ flumina ex illo fluuiō duxere principium, qui in psalmis legitur, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et in alio loco, Fluuius Dei repletus est aquis. Quæ aquæ, & fontes de illo fonte manarunt, qui per Hieremiam loquitur, Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Et supra in hoc eodem propheta dicitur: Bibent aquas de fontibus saluatoris, de quibus aquis & saluator in Euangelio mystico sermone dicebat: Qui biberit de aqua &c.

INCIPIT LIBER QVARTVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Quid quatuor paradisi flumina mysticè notent. Cap. I.



Vid autem tum paradīsus, tum eius quatuor flumina mysticè notent, diuus Ambrosius libro de paradīso, capite 3. hoc pacto scribens, declarat: Est ergo paradīsus terra quædam fertilis, hoc est, anima foecunda in Eden plātata, hoc est, in uoluptate quadā, uel exercitata terra, in qua animæ sit delectatio. Est enim vīs tāquam Adam, est & sensus tanquam Eua. Ac ne haberes quod ad infirmum retorqueres naturæ, uel ad obnoxiam in tolerandis periculis cōditionem, consydera quæ habeat anima ista subsidia. Erat fons, qui irrigaret paradīsum. Qui fons nisi dominus Iesus Christus, fons uitæ æternæ sicut & patet: Quia scriptum est: Quoniam apud te fons uitæ. Deniq; flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et fons legitur, & fluuius legitur, qui irrigat paradīsi lignum fructuosum, quod ferat fructum in uitam æternā. Hic ergo fons (sicut legisti.) Fons enim procedit (inquit) ex Eden, id est, in anima tua fons est. Vnde & Salomō ait: Bibe aquam de tuis uasis, & de puteorum tuorū fontibus. Hic est fons qui procedit ex illa exercitata, & plena uoluptatis anima. Hic fons qui irrigat paradīsum, hoc est, uirtutes animæ eminentissimo merito pullulantis: Et diuiditur (inquit) hic fons in quatuor inītia. Nomē est unī Phison. Hic est qui circūit totam terram Euilath, ubi est aurum. Terræ autem illius aurum

10 an. 7. f.
Psal. 136. a.
Flumina, omnia que amantur, & transeunt.
Hieronymus.
Abac. 3. b.
Psal. 45. a.
10 an. 7. f.
Ezech. 29. a.
Abac. 3. b.
Flumina, principes.
Esa. 41. e.
Psal. 45. a.
Hier. 2. c.
Esa. 12. a.
10 an. 4. b.

Geon. aurum bonum est, ubi est carbunculus, & lapis prasius. Et nomen secundi Geon. Hic est qui circumcivit omnem Aethiopiā. Et flumen tertium Tigris. Hic est qui vadit contra Assyrios. Et flumen quartum est Euphrates. Hæc igitur quatuor sunt flumina, hoc est, Phison, secundū Hebræos Phison dicitur, Ganges autem secundum Græcos, qui fluit cōtra Indiam, Geon autem Nilus, qui circumcivit terram Aegypti, uel Aethiopiā. Mesopotamia autē dicitur, quod Tigris, & Euphrates incluserint eam, eo quod inter duo hæc flumina constituta sit, quod etiam longē positus nomē ipsum, & opinio communis expressit. Sed quemadmodum fons dicitur sapientia Dei: Fōs enim est secundum Euangelium, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat: Fons est & secundum prophetam, qui ait: Venite, & edite de meis panibus, & bibite uinum quod misicui uobis: Sicut ergo fons uitæ est sapientia, fons gratiæ spiritalis, ita fons uirtutum est cœterarum, quæ nos ad æternæ cursum dirigunt uitæ. Ex hac igitur anima, quæ culta est, nō ex ea, quæ inculta, fons iste procedit, ut irriget paradysum, hoc est, quæ iam diuersarum fructu uirtutum, quarum sunt quatuor inuitia, in quæ sapientia ista diuiditur. Quæ sunt quatuor inuitia uirtutum, nisi unum prudentiæ, aliud temperantiæ, tertium fortitudinis, quartum iustitiæ, quæ etiam sapientes istius mundi ex nostris assumpta, in suorum scripta librorum transtulerunt. Itaq; sicut fons sapientiæ, ita etiam flumina ista quatuor quædam ex illo fonte manantia sunt fluentia uirtutum. Phison igitur prudentia est, & ideo habet bonū aurum, splendidum carbunculum, & prasium lapidem. Aurum enim pro inuentis prudentibus frequenter accipimus. Vnde & dominus per prophetam ait: Dedi illis aurum, & argentum. Et Dauid de prudentibus dicit: Si dormiatis inter medios clerō pennæ columbæ de argentata, & posteriora dorsū eius in specie auri, eo quod qui ueteri, & nouo inhæserit testamento, in ipsa secreta sapientiæ Dei, disputationis possit ubertate procedere. Hoc ergo bonum aurum dicit, nō monetale, quod corruptibile, ac terrenum est. Habet etiam splendidum (inquit) carbunculum, in quo quidem animæ nostræ uisus igniculus. Habet & Prasium lapidem, qui uiride quiddam, atq; uitale coloris sui specie ostentare uideatur. Virent enim arbuta quæ uiuunt, arescunt contra, quæcunq; moriuntur. Viret terra, dum floret, uirent & semina, dum prorūpunt. Et bene primo loco hic fluuius positus est Phison, qui secundum Hebræos feison dicitur, hoc est, oris mutatio, qui nō unam gentem circumfluit, sed etiam per Lydiā fluit. Non enim angusta quædam, sed diues utilitatum prudentia est, quæ pluribus proficit. Ideo prima, ut si quis de paradiso fuerit egressus, uelut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat, ne cito possit arescere, sed per hæc facile ad paradysum reuertatur. Hic fluuius à multis hominibus frequētatur, pulchritudinemq; & fertilitatem maximam habere perhibetur. Et ideo prudentia in specie huius accipitur, quæ plurimos fructus attulit in domini saluatoris aduentu. Atq; in extrema terrarum fluit, quia per sapientiā omnes homines sunt redempti. Vnde & dictum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terræ uerba eorum. Secundus est fluuius Geon, iuxta quem lex data est Israëlitis, quum essent in Aegypto constituti, ut ex Aegypto recederent, & succincti lumbos, ederent agnum, quod insigne est temperantiæ. Castos enim, & sanctificatos oportet domini pascha celebrare. Et ideo iuxta istum fluuium legitima primo obseruantia constituta est, quia significat nomen hoc quendam terræ hiatus. Sicut igitur terra, & quæcunq; uel purgamenta, uel sordes in eo sunt, hiatus absorbet, ita castitas omnes corporis passiones abolere conseruit. Meritoq; ibi primū obseruantia constitutio, quia per legem absorbetur carnale peccatum. Bene ergo Geon, in quo figura est castitatis circumire terram Aethiopiā dicitur, ut abluat corpus abiectum, & carnis uilisimæ restinguat incendium. Aethiopia enim abiecta, & uilis, latina interpretatione signatur. Quid autem abiectius nostro corpore? Quid tam Aethiopiæ simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorū? Tertius est fluuius Tigris, qui uadit cōtra Assyrios, ad quem præuaricator Israël captiuus est ductus. Hic fluuius uelocior dicitur esse omnibus, quem incolit Assyrii, hoc est, dirigētes, hoc enim significat interpretatio. Ergo quicunq; fortitudinis animi præuaricantia corporis uitia captiuauerit, dirigens ad superna, iste huius fluminis similitudine æstimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo, qui est in paradiso Dei, fonte emanat. Fortitudo autem quodam cursu rapido resistentia quæq; transuerberat, nec aliquibus cursus eius impedimentorum hæret obstaculis. Quartus est fluuius Euphrates, qui latinè fecunditas, atq; abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam insigne iustitiæ, quæ omnem pacit animam. Nulla enim abundantiores uidetur habere fructus uirtus, quàm æquitas, atq; iustitia, quæ magis alijs, quàm sibi prodest, utilitates suas negligit, cōmunia emolumenta præponens. Pleriq; Euphratem *επι τοιοῦτο* dictum putant, hoc est, à lætando, eo quod hominum genus nullo magis, quàm iustitia, & æquitate lætetur. Causam autem cur cœteri quæ comitant fluuij, describuntur regiones locorum, quæ Euphrates cōmeat, non describatur, illam accipimus, quia aqua eius uitalis asserit, & quæ foueat, atq; augeat. Vnde Auxen eum Hebræorum, & Assyriorum prudentes dixerunt. Contra autem fertur esse aqua aliorum fluminum. Deinde quia ubi prudentia, ibi & malitia, ubi fortitudo, ibi uacillatio, ubi temperantia, ubi intemperantia plerunq; est, aut alia uitia sunt: ubi autem iustitia, ibi concordia

concordia uirtutum est cœterarum, ideo nō ex locis quæ fluit, hoc est, non ex parte cognoscitur. Nō enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium. In his ergo fluminibus quatuor, uirtutes principales quatuor exprimentur, quæ ueluti mundi istius incluserūt tempora. Primum igitur tempus ex mundi principio usq; ad diluuium prudentiæ fuit, quo in tempore iusti numerantur: Abel à Deo iustus dicitur, & Enos, hoc est, ad imaginem Dei factus, qui sperauit inuocare nomē domini Dei: Et Enoch, qui dicitur latinè Dei gratia, raptus ad cœlū. Et Noë, qui & ipse iustus, & quædam re quietis directio. Secundum tempus est Abraham, & Isaac, & Iacob, reliquorumq; numerus patriarcharum, in quibus casta, & pura quædam temperantia religionis effulsit. Immaculatus enim Isaac per repromissionem Abrahæ datus est filius, nō tam corporalis partus, quàm diuinæ munus præferens indulgentiæ, in quo uera immaculati figura præcessit, ut Apostolus docet, dicens: Quia Abrahæ dicitæ sunt repromissiones, & semini eius. Non dicit feminibus tanquam multis, sed sicut in uno, & semini tuo, qui est Christus. Tertium tempus est in Moyse lege, & cœteris prophetis. Deficiet enim me tempus enarrandi de Gedeon, Barac, Samson, Salomone, Dauid, & Samuel, & cœteris prophetis, Anania, Azaria, Misaël, Daniel, Helia, Helisæo, qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, perceperunt repromissiones, obstruxerunt ora leonum, extinxerūt uirtutem ignis, effugarunt acies gladij, cōualuerūt de infirmitate, fortes fuerunt in bello, castra ceperunt exterorum. Non immeritō igitur in his species fortitudinis est. Secti enim sunt, sicut infra à habes, tentati, in macatione gladij mortui. Circuierunt in caprinis pellibus, egentes angustati, & doloribus afflicti, quorum meritis nō erat dignus orbis: In solitudinibus errantes, in montibus, in spelūcis, & in foueis terræ. Rectè igitur in his speciem fortitudinis collocamus. Secundum autem Euangelium digna est figura iustitiæ, quia uirtus est in salutem omni credenti. Deniq; ipse dominus ait: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Quæ quidem parens cœterarum est fecunda uirtutum quadā uirtute. In quo aliqua harū, quas diximus, principalis est uirtus, in eo etiam cœteræ præsto sunt, quia ipsæ sibi sunt cōnexæ, concretæq; uirtutes. Nam utiq; Abel iustus, & fortissimus, ac patientissimus Abraham, & prudētissimi propheta, & Moyses eruditus in omni sapientiā Aegyptiorum, maiorem honestatem æstimauit Aegypti thesauris opprobrium Christi. Et quis sapientior, quàm Daniel? Salomon quoq; sapientiam poposcit, & meruit. Dicitum est ergo de quatuor uirtutum fluminibus, quorum potus est utilis. Et quia Phison aurum bonum terræ, & carbunculum, & lapidem prasium habere dicitur, hoc quoq; quale sit cōsideremus. Videtur enim nobis tãquam aurum bonum Enos, qui prudenter Dei nomē scire desiderauit. Enoch autem qui trāsatus est, & mortem non uidit, carbunculus quidam est lapis boni odoris, quem operibus suis sanctus Enoch Deo detulit, gratiam quædam factis, & moribus spirans. Noë uero tanquam prasium lapis uitalem colorem prætulit. Siquidem diluuij tempore solus uelut affuturæ constitutionis uitalis semen in illa arca est reseruatus. Ergo bene paradysus, qui pluribus fluminibus irrigatur, secundum oriētem, nō contra orientem, hoc est, secundum illum oriētem, cui nomen est oriens, id est, secundum Christum, qui iubar quoddam æternæ lucis effudit, & est in Eden, hoc est, in uoluptate.

De eisdem paradysi fluuijs, secundum Augustinum.

Cap. II.

Diuus quoq; Augustinus libro secundo, contra Manichæos de eisdem paradysi fluuijs, hoc pacto scribit: Flumē autem quod procedebat ex Eden, id est, ex delicijs, & uoluptate, & epulis, quod flumen à Propheta significatur in Psalmis, quum dicit, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. (Hoc est enim Eden, quod latinè uoluptas dicitur) diuidit in quatuor partes, id est, quatuor uirtutes significat, prudentiam, fortitudinem, temperantiā, & iustitiam. Dicitur autem Phison ipse esse Gāges, Geon autem Nilus, quod etiam in Hieremia propheta animaduerti potest, nūc alijs nominibus appellatur. Sicut nūc Tybris dicitur fluuius, qui prius Albula dicebatur. Tigris uero, & Euphrates etiam nūc eadem nomina tenent, quibus tamē nominibus uirtutes (ut dixi) spirituales significatur. Quod etiam ipsorum nominum interpretatio docet, si quis Hebræam linguam, uel Syram cōsideret. Sicut Hierusalem, quamuis sit uisibilis, & terrenus locus, significat tamen ciuitatem pacis spiritaliter, & Sion, quāuis sit mōs in terra, speculationem tamē significat, & hoc nomē in scripturarum allegorijs ad spiritalia intelligēda sæpe trāsferitur. Et ille qui descēdebat ab Hierusalem in Hiericho, sicut dominus dicit, & in uia uulneratus, faucibus, & semiuiuus relictus est à latronibus, utiq; locos istos terrarum, quāuis secundum historiam in terra inueniuntur, spiritaliter cogit intelligi. Prudentia ergo, quæ significat ipsam cōtemplationem ueritatis, ab omni ore humano alienam, quia est ineffabilis, quam si eloqui uelis, parturis eam potius, quàm paris: quia ibi audiuit & Apostolus ineffabilia uerba, quæ nō licet homini loqui. Hæc ergo prudentia terram circumit, quæ habet aurū, & carbunculum, & lapidem prasium, id est, disciplinam uiuēdi; quæ ab omnibus terrenis sordibus quasi decocta nitescit, sicut aurū optimū, & uerum, quod nulla falsitas uincit, sicut carbūculi fulgor nocte

Primus lapis, nocte non uincitur, & uitam aeternam, quae uiriditate lapidis prasini significatur, propter uigorem, qui in ea aeterna. non arescit. Fluuius autem ille qui circumit terram Aethiopiae multum calidam, atque feruentem, significat fortitudinem, calore actionis alacrem, atque impigram. Tertius autem Tigris uadit contra Assyrios, & significat temperantiam, quae resistit libidini multum aduersanti consilijs prudentiae. Vnde plerumque in scripturis Assyrij aduersariorum loco ponuntur. Quartus fluuius non dicitur esse contra quid uadat, aut quam terram circueat, iustitia enim ad omnes partes animae pertinet, quia ipse ordo, & aequitas animae est, qua sibi ista tria concorditer copulantur, prima prudentia, secunda fortitudo, tertia temperantia, & in ista tota copulatione, atque ordinatione perficiunt iustitiam. Et Eucherius libro primo in Genesim: Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen uni Phison. Ipse est Ganges, qui nunc dicitur Nilus, qui Aethiopiae partes irrigat. Tigris uero, & Euphrates, etiam nunc nomina eadem tenent. Sed Euphrates fluuius est Mesopotamiae, Tigris uero contra Assyrios uadit, & post multum circuitum influit in mare rubrum. Vocatur enim hoc nomine propter uelocitatem ad instar bestiae nimia uelocitate currentis. Plantauerat autem dominus Deus paradysum a principio. Paradysus Ecclesia est: sic enim de illa legitur in Canticis Cantorum, Hortus conclusus soror mea. A principio autem paradysus plantatur, quia Ecclesia catholica a Christo principio omnium condita esse cognoscitur. Fluuius de paradiso exiens, imaginem portat Christi de paterno fonte fluentis, qui irrigat Ecclesiam suam uerbo praedicationis ex dono baptismi. Quatuor autem paradysi flumina, quatuor sunt Euangelia ad praedicationem cunctis gentibus missa. Ligna fructifera, omnes sancti sunt, fructus eorum, opera eorum. Lignum autem uitae, sanctus sanctorum Christus uidelicet, ad quem quisque si porrexerit manum, uiuet in aeternum. Lignum autem scientiae boni, & mali, proprium est uoluntatis arbitrium, quod in medio est positum, ad discernendum bonum, & malum, de quo qui relicta gratia Dei gustauerit, morte morietur. Et Augustinus libro de ciuitate Dei 13. capite 21. hoc pacto scribit: Vnde nonnulli totum illud paradysum, ubi primi homines parentes generis humani sanctae scripturae ueritate fuisse narrantur ad intelligibilia referunt, arboresque illas, & ligna fructifera in uirtutes uitae, moresque conuertunt, tanquam uisibilia, & corporalia illa non fuerint, sed intelligibilia significandorum causa eodem modo dicta, uel scripta sint. Quasi propterea non potuerit esse paradysus corporalis, quia potest etiam spiritalis intelligi, tanquam ideo non fuerint duae mulieres Agar, & Sara, & ex illis duo filij Abraham, unus de ancilla, alius de libera, quia duo testameta in eis figurata dicit Apostolus, aut ideo de nulla petra Moyse percussente aqua defluerit, quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem Apostolo dicente, Petra autem erat Christus. Nemo itaque prohibet intelligi paradysum, uitam bonorum (alias beatorum) quatuor eius flumina, quatuor uirtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam, & ligna eius omnes uiles disciplinas, & lignorum fructus, mores piorum, & lignum uitae, ipsam bonorum omnium matrem sapientiam, & lignum scientiae boni, & mali, transgressi mandati experimentum. Penam enim peccatoribus bene utique, quoniam iuste constituit Deus, sed non bono suo experitur homo. Possunt haec etiam in Ecclesia intelligi, ut ea melius accipiamus, tanquam prophetica indicia praecedentia futurorum. Paradysum scilicet ipsam Ecclesiam, sicut de illa legitur in Canticis Cantorum, Quatuor autem paradysi flumina, quatuor Euangelia, ligna fructifera, sanctos, fructus autem eorum, opera eorum, lignum uitae, sanctum sanctorum utique Christi, lignum scientiae boni, & mali, proprium uoluntatis arbitrium. Nec seipso quippe homo diuina uoluntate contempta, nisi perniciose uti potest, atque ita discit, quid intersit, utrum inhaereat communi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi, ut inde timoribus, meritisque completus, ceterum in Psalmo, si tamen mala sua sentit: Ad me ipsum anima mea turbata est, correctusque tamen dicat: Fortitudinem meam ad te custodiam. Haec, & si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente dicantur, dum tamen illius historiae ueritas fidelissimi ma rerum gestarum narratione commendata credatur.

Quid foenum mystice significet.

Cap. III.

Foenum, Christi incarnatio. **H**erba, Christi incarnatio. **O**nager, gentilis populus. **B**os, populus Iudaicus. **F**oenum, mystice significat mediatoris in carnatione, ut diuus ait Gregorius lib. Moral. 7. cap. 4. exponens illud Iob, Nunc rugiet onager, quum habuerit herbam, aut mugiet bos, qui ante plenum praesepere steterit. Herba (inquit) onagri, & foenum bouis, est haec ipsa mediatoris incarnatio, per quam simul gentilitas, & Iudaea satiatur. Quia enim per prophetam dicitur, Omnis caro foenum, uniuersitatis conditor ex nostra substantia carnem sumens, foenum fieri uoluit, ne nostra in perpetuum caro foenum remaneret. Tunc ergo herbam onager inuenit, quum gentilis populus gratiam diuinae incarnationis accepit. Tunc bos uacuum praesepere non habuit, quum plebi Iudaicae eius carnem expectanti lex exhibuit, quem diu expectatum prophetauit. Vnde & natus dominus, in praesepere ponitur, ut uidelicet signaretur, quia sancta animalia, quae ieiuna diu apud legem inuenta sunt, incarnationis eius foeno satiarentur. Praesepere enim natus impleuit, qui cibum semetipsum mentibus mortalium

talium praebuit, dicens: Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Sed quia diu & electorum gentilium uota dilata sunt, & ex Hebraico populo sancti quique longo tempore redemptionem suam expectando, gemuerunt, bene beatus Iob prophetiae mysteria enarrans, ex utraque natione cufas afflictionis insinuat, dicens: Nunquid rugiet onager &c. Ac si aperte dicat: Idcirco gentilitas gemit, quia eam necdum redemptoris sui gratia reficit, atque ideo Iudaea mugitus dilatat, quia legem tenens, sed legis autorem non uidens, stans ante praesepere ieiunat. Quae nimirum lex, quia ante mediatoris aduentum nequaquam spiritaliter, sed carnaliter tenebatur, recte subiungitur, Aut poterit comedi insulsum &c. Et homilia 13. exponens illud Esaias, Verum foenum est populus: Si enim (inquit) foenum populus non est, ubi sunt illi, qui ea, quae hodie colimus, nobiscum transacto anno beati Felicis natalicia celebrauerunt. O quanta, & qualia de praesentis uitae promissione cogitabant, sed subrepente mortis articulo, repente in his, quae providere uolebant, inuenti sunt. Et cuncta simul temporalia, quae congregata, quasi stabiliter tenere uidebantur, amiserunt. Sic ergo transacta multitudo generis humani, quae per natiuitatem uiuit in carne, post mortem aruit in puluere, uelut foenum fuit. Et in explanatione septem psalmodum, exponens illud Psalmistae, Et ego sicut foenum arui: Nemo (inquit) est qui nesciat, quod quantalibet tenera, aut delectabilis herba sit, si apposita falce succidit, ex coloris uenustate confestim exuiit, & a radice humore siccat. Sic profecto quicumque per opera prauitatis a Deo recessit, necessario a uirtutis intimae humore arescit. Hinc etenim saluator discipulis ait: Sicut palme non potest ferre fructum a semetipso, nisi maserit in uite, sic & uos, nisi si in me maseritis. Nam & si florere in hac uita peccatores plerumque uideantur, ariditatem tamen suam in fine recognoscunt, dum simul amittunt, & ridetis uitae dulcedinem, & temporalis gloriae dignitatem. Et libro Moralium trigesimo secundo, capite 10. exponens illud Iob, Foenum sicut bos comedit: Si proptertarum (inquit) sollicitudine uerba discutimus, haec, & illa uno spiritu prolata reperimus. Esaias namque, qui cerneret uitam peccantium ab antiquo, & insatiabili hoste deuorari, ait: Leo sicut bos comedit paleas. Quid autem foeni, palearumque nomine, nisi carnalium uita signatur? De qua per prophetam dicitur: Omnis caro foenum. Qui ergo hic Behemoth, illic leo, qui hic foenum, illic palea nominantur. Sed per scrutari mens nititur, cur iste uel apud Esaiam leo, uel hic dominica uoce Behemoth in comestione foeni, uel paleae, utroque loco non equo, sed boui comparatur. Quod tamen citius agnoscimus, si in utrisque animalibus quae sit nutrimentorum distantia perpendamus. E qui namque foenum qualibet sordidum comedunt, aquam uero non nisi mundam bibunt. Boves autem aquam qualibet sordidam bibunt, sed foeno non nisi mundo uescuntur. Quid est ergo quod boui, qui mundo pabulo pascitur, Behemoth iste comparatur, nisi hoc, quod de isto antiquo hoste per prophetam alium dicitur, Esca eius electa? Neque enim se eos gaudet rapere, quos prauis, ac sordidis actionibus implicatos in imis secum respicit uoluntarie iacere. Foenum ergo comedere sicut bos appetit, quia suggestionis suae dente conterere mundam uitam spiritalium quaerit. Sed quaerendam uideo quomodo Behemoth iste foenum sicut bos comedit, uitam spiritalium consumere dicitur, quum (sicut supra dictum est) foeni nomine uita carnalium designatur. Esca quoque eius electa iam non erit, si foenum comedens, carnales rapit. Sed ad haec citius occurrit, quia nonnulli hominum & apud Deum foenum sunt, & apud homines sanctitatis nomine censentur, quum & ante humanos oculos aliud ostendit uita, & ante diuina iudicia, aliud intendit conscientia. Ii itaque apud humana iudicia electi sunt, sed apud subtile domini examen foenum. An ante diuinos oculos Saul foenum non erat, de quo Samuel propheta populo dicebat, Certe uidetis quem elegit dominus. Et de quo paulo superius dicitur, Electus, & bonus. Quem enim peccans populus meruit, & apud Deum reprobos extitit, & tamen causarum ordine, electus, & bonus fuit. Quia multi foenum sunt, & electos se ex humana aestimatione suspicantur, bene per Salomonem dicitur: Vidi impios sepultos, qui etiam dum adhuc uiuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum. Quia multi foenum sunt, sed tamen sanctitatis fauore uallantur, bene quidem sapiens indicat, dicens: Transi hospes, &orna mensam. Transeundo namque hospes, ornare mensam dicitur, quia si ad altare Dei quis positus, per bona opera gloriam propriam quaerit, & de ostentatione sanctitatis eius laus altaris extenditur, & ipse tamen apud Deum in numero ciuium non habetur.

Quid sit foenum, stipula, & cetera, de quibus Paulus scribit. Cap. IIII.

Diuus autem Augustinus libro unico de fide, & operibus, exponens illud Apostolicum, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id, quod positum, quod est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, & uniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanferit, quod superaedificauit, mercedem

Flumina quatuor, quatuor Euangelia. Ligna fructifera, sancti. Lignum uitae, Christus. Lignum scientiae boni & mali, liberum arbitrium. Paradysus corporalis fuit. Galat. 4. d. 1. Cor. 10. d. Paradysus, uita bonorum. Flumina quatuor, quatuor uirtutes. Ligna, disciplinae uiles. Lignorum fructus, piorum mores. Lignum uitae, sapientia. Lignum scientiae boni, & mali, transgressi mandati experimentum. Paradysus. Cant. 4. d. Psal. 41. b. Psal. 58. b. Foenum, Christi incarnatio. Iob 6. a. Herba, Christi incarnatio. Esai. 40. b. Onager, gentilis populus. Bos, populus Iudaicus. Luc. 2. a.

Augustinus. 1. Cor. 3. c.

mercedem accipiet: si cuius autem opus arserit, damnus patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, hoc pacto scribit: Quapropter diligenter oportet attendere, quomodo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia, planè ad intelligendum difficilis, ubi ait, Fundamentum enim aliud &c. Quod quidam ita intelligendum putant, ut illi uideantur aedificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, qui fidei, quæ in Christo est, bona opera adiungunt: illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui, quum eandem fidem habeant, malè operantur. Vnde arbitrantur per quasdam poenas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari, ut omnes indiscretè admittantur ad baptismum, non solum adulteri, & adulteræ contra sententiam domini falsas nuptias prætendentes, uerum etiam publicæ meretrices in turpissima professione perseuerantes, quas certè nulla etiam negligentissima ecclesia consueuit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratione cur non omnimodo admittantur omnia, non uideo. Quis enim non malit eas, posito fundamento, licet ligna, & fœnū, & stipulā congerat, aliquanto certè diuturniore igne purgari, quàm in æternum perire? Sed falsa erunt illa, quæ obscuritatem, ambiguitatemq; non habent. Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et quid proderit frater meus, si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Falsum erit & illud, Nolite errare: neque fornicatores, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Falsum est & illud, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immundicia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, animositates, dissentiones, hæreses, inuidia, ebrietates, commensationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Falsa erunt hæc. Si enim tantummodo credat, & baptizetur, quauis in malis talibus perseueret, saluus erit per ignem, atque ideo in Christo baptizati, etiam qui talia agunt, regnum Dei possidebunt. Frustra autem dicitur, Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, quando & abluti, hæc sunt. Inaniter etiam illud à Petro dictum uidebitur, Sic & uos simili forma baptismi saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio. Siquidem & habentes pessimas conscientias, omnium flagitiorum, & scelerum plenas, nec eorum malorum poenitentia mutatas, tamen baptismi saluos facit. Propter fundamentum enim, quod in eo baptismate ponitur, licet per ignem, salui erunt. Illud quoque non uideo cur dominus dixerit, Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Et commemorauit ea, quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruat, ad uitam ueniri potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo uerum erit, quod eis, quos ad sinistra positurus est, dicit: Ite maledicti in ignem æternum, qui parati estis diabolo, & angelis eius: nec increpat, quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profectò ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat æternam uitam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixtae eisdem pasuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos, Domine, quando te uidimus illa, & illa patientem, & non ministrauimus tibi? Qui in eum crediderunt, sed bona operari non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua ad uitam perueniretur æternam. An fortè ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiae non fecerunt, & non ibunt, qui aliena rapuerunt, uel corrumpendo in se templum Dei, in seipsos immisericordes fuerunt, quasi opera misericordiae profint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribuam omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat quisquam proximum sicut seipsum qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Neque illud dicit hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt, ignem æternum dictum, non ipsam combustionem æternam. Per ignem quippe, qui æternus erit, transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem, ut uidelicet ipse ignis æternus sit, combustio uero eorum, hoc est, operatio ignis, non sit in eos æterna, quum & hoc præuidens dominus, sententiam suam ita concluderit, dicens: Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternam. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, & eos in illam ituros ueritas dicit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc omnia, & cætera, quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erunt, poterit uerus esse ille intellectus de lignis, & fœno, & stipula, quod hi salui erunt per ignem, qui solam in Christum fidem tenentes, bona opera neglexerunt. Si autem ista & uera, & clara sunt, proculdubio in illa Apostoli sententia alius requirendus est intellectus, atque in his deputanda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilia intellectu, quæ non debent homines peruertere ad proprium suum interitum, ut contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos, nequitia suæ pertinacissimè cohærentes, nec emendando, aut poenitendo mutatos.

Antedicta

Antedicta apostoli uerba exponuntur ab Augustino secundum propriam sententiam.

Cap. V.

Hic à me (inquit) fortasse quærat de ipsa Pauli Apostoli sententia quid ego sentiam, & quomodo intelligendam putem. Fateor me hic male audire intelligentiores, atq; doctiores, qui sic eam exponant, ut illa omnia uera, & inconcussa permaneant, quæ supra commemorauimus, & quæcunq; alia non commemorauimus, quibus apertissimè scriptura testatur, nihil prodesse fidem, nisi eam, quam definiuit Apostolus, id est, quæ per dilectionem operat, sine operibus autem saluare non posse, neq; præter ignem, neq; per ignem, quia si per ignem saluat, ipsa utiq; saluat. Absolutè autem dictum est, & aperte, Quid prodest si dicat quis fidem se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Dicam tamè quàm breuissimè potero, etiam ipse quid sentiam de illa Apostoli sententia ad intelligendum difficili. Fundamentum Christus est in structura architecti sapientis. Hoc expositione non indiget. Aperte enim dictum est, Fundamentum enim aliud &c. Si autem Christus, proculdubio fides Christi. Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porro fides Christi, illa utiq; quæ definiuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Non enim fides illa demonum, quum & ipsi credant, & contremiscant, & filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamentum. Quare? nisi quia non est fides, quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides, quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit aedificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, & ligna, fœnum, stipulam, si subtilius differere coner, uereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamen quantum dominus adiuuat, & breuiter, & quantum potero, dilucidè expedire quod censeo. Ecce ille qui quæsiuit à magistro bono, quid boni faceret, ut haberet uitam æternam, & audiuit, si ad uitam uenire uellet, seruanda sibi esse madata. Et quum quæreret, Quæ madata, dictum est ei, Non occides, Non moechaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c. Diliges proximum tuum tanquam teipsum, ut hæc faciēs, fidem Christi teneret, & proculdubio fidem, quæ per dilectionem operatur. Neq; enim diligeret proximum tanquam seipsum, nisi recepta dilectione Dei, sine qua non diligeret seipsum. Porro si faceret etiā quod dominus addidit, dicens: Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & ueni sequere me, aedificaret super illud fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos. Non enim cogitare nisi quæ sunt Dei, quomodo placeret Deo, & hæc cogitationes sunt, quantum exillimo, aurum, argentum, lapides preciosi. Porro si circa diuitias suas quodam carnali teneretur affectu, quauis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augēdas fraudis aliquid, rapi nãq; moliretur, aut earum minuendarum, uel amittendarum metu in aliquid facinus, flagitium uelaberetur, alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret, sed propter carnalem (ut dixi) quem in eis habebat affectum, talibus bonis sine dolore carere non posset, aedificaret super fundamentum illud fœnū, ligna, stipulā, maxime si & uxorem sic haberet, ut etiā propter ipsam cogitaret ea, quæ sunt mundi, quomodo placeret uxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali, non sine dolore amittuntur, propterea qui sic ea habent, quum habeant in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, neq; huic ista ulla ratione uel cupiditate præponat, in eorum amissione passi detrimentum, per ignem quendam doloris perueniunt ad salutem. A quo dolore atq; detrimento tanto est quisq; securior, quanto ea uel minus amauerit, uel tanquam non habens habuerit. Qui uero propter illa, uel tenenda, uel adipiscenda homicidium, adulteriū, fornicationem, idololatriam, & similia quæq; commiserit, non propter fundamentum, per ignem saluabitur: sed amisso fundamento, æterno igne torquebitur. Quãobrem & illud quod dicunt ueluti probare cupientes quatum ualeat sola fides, ubi Apostolus dicit, Quod si infidelis discedit, discedat, Non est enim seruituti subiectus frater, uel soror in huiusmodi, id est, ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cū uiro Christiano propter hoc, quod Christianus est, permanere noluerit, non attendunt eo modo illa rectissimè dimitti, si uiro suo dicat, Non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigebas, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud uel facinorosum, uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata, uel libidinem explebat, uel faciliè uictum habebat, uel etiā incedebat ornatior. Tunc enim ille, cui hoc uxor dicit, si ueraciter egit poenitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismum, habetq; in fundamentum fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ, & membrū, quod eum scandalizat, fortiter amputat, quemcunq; autè in hac direptione dolorē cordis propter carnalē affectū cōiugis sustinebit, hoc est, detrimentum, quod patietur, hic est ignis per quem, fœno ardente, ipse saluabitur. Si autem ita sic habeat uxorem, tanquam non habes, non propter concupiscentiam, sed propter misericordiam, ne fortè eam saluam faceret, reddēs potius, q̄ exigens debitū coniugale, profectio nec dolebit carnaliter, quū ab illo tali

t iij coniugio

1. Cor. 3. c.

Fides sine bonis operibus non saluat.

1. Cor. 13. c.

Iac. 2. c.

1. Cor. 6. b.

Galat. 5. c.

1. Cor. 6. c.

2. Petri 3. d.

Matth. 19. e.

Iac. 2. c.

Matth. 25. d.

Iacob. 2. c.

Matth. 25. d.

1. Cor. 13. b.

Psal. 10. b.

Matth. 25. d.

2. Petri 3. d.

Cap. 16.

Gal. 5. a.

Iacob. 2. c.

Fundamentum, Christus, id est, Christi fides.

1. Cor. 3. c.

Ephes. 3. d.

Galat. 5. a.

Iaco. 2. c.

Matth. 16. c.

Gal. 5. a.

Matth. 19. b.

Illic c.

1. Cor. 7. f.

1. Cor. 7. f.

Ignis, dolor.

1. Cor. 7. c.

Gal. 5. a.

1. Cor. 7. c.

coniugio separabitur. Neque enim in eo cogitabat, nisi quae sunt Dei, quomodo placeret Deo. Ac per hoc inquantum aurum, argentum, lapides preciosos cogitationibus illis superaedificat, intantum detrimentum nullum pateretur, intantum structura eius, quae non erat foenea, nullo incendio cremaretur. Siue ergo in hac uita tantum homines ista patiuntur, siue etiam post hanc uitam talia quaedam iudicia subsequuntur, non abhorret, quantum arbitror, a ratione ueritatis iste intellectus huius sententiae. Verumtamen etiam si est alius, qui mihi non occurrit eligendus, istum quandiu tenemus, non cogimur dicere iniustus, non subditis, scelestis, contaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanae doctrinae aduersatur, quae est secundum Euangelium gloriae beati Dei, si tantummodo in Christum credatis, & sacramentum baptismi eius accipiat, etiam si uitam istam pessimam non mutaueritis, salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chanaanæ praescribit, quia dominus ei quod petebat dedit, quum ante dixisset, Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus, quia ille cordis inspector mutata uidit, quam laudauit, & ideo non ait, O canis, magna est fides tua, sed, O mulier, magna est fides tua. Mutauit uocabulum, quia mutatum uidit affectum, atque illam correptionem ad fructum peruenisse cognouit. Miror autem si laudaret in ea fidem sine operibus, id est, fidem non talem, quae per dilectionem iam possit operari, fidem mortuam, & quod Iacobus dicere minimè dubitauit, fidem, non Christianorum, sed daemonum. Postremo si istam Chanaanæ nolunt intelligere mutasse perditos mores, quando eam Christus contemnendo, & corripiendo redarguit, quoscunque inuenierint tantummodo credere, uitam uero inquinatissimam nec saltem occultare, sed etiam liberè profiteri, ac nolent mutare, sanent filios eorum, si possunt, sicut sanata est filia Chanaanæ mulieris, non tamen eos faciat membra Christi, quum ipsi esse non desinant membra meretricis. Illud sane non absurdè intelligunt eum peccare in spiritum sanctum, & esse sine uenia reum aeterni peccati, qui usque in finem uitae noluerit credere in Christum, sed si rectè intelligerent quid sit credere in Christum, non enim hoc est, habere daemonum fidem, quae rectè mortua perhibetur, sed fidem, quae per dilectionem operatur.

Quid Ambrosius, Cyrillus, Gregoriusque scribant in antedicta uerba.
Cap. VI.

Diuus quoque Ambrosius libro epistolarum 9. epistola 72. exponens illud Ioannis, Vade, & amodo uide ne pecces, hoc pacto scribit: Tibi (inquit) aeterni illius solis imitator ait, Si quis autem superaedificauerit super fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini manifestabit, quoniam in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Et ideo illud superaedificemus supra Christum. Christus enim nostrum est fundamentum, quod non exuratur, sed melioretur. Aurum melioratur, igitur melloratur argentum. Audisti aurum, & argentum, putas hoc materiale, congregare desideras, sed ludis operam. Hoc aurum, & argentum onus habet, fructum non habet. Onus quarentis est, sumptus haereditis. Hoc aurum sicut lignum exurit, non perpetuatur. Hoc argentum in die illa detrimentum uitae tuae, non lucrum affert. Aliud aurum, aliud argentum a te quaeritur, hoc est, sensus bonus, uel uel optimum, de quibus dicit Deus, quia dat uasa aurea, & argentea. Haec sunt munera Dei, eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplo, gratia sensus uel nitor casti sermonis exigitur, splendor fidei, non tinnitus argenti. Hoc manet, illud perit, hoc mercedem habet, & migrat nobiscum, illud detrimentum habet quod hic relinquitur. Si quis diuitum putat quod illud argentum repositum, & reconditum ei suffragari possit ad uitam, onus inane portat, quod iudicij ignis absumat. Hic relinquit ligna uestra diuites, ut onus uestrum futuro incendio incrementum non addat. Si erogaueris, minuetur onus, & quod remanserit, onus non erit. Noli auarè recedere, ne has nudo quidem nomine Christianus, opere Iudaeus, quum aduerteris onera tua tibi esse supplicio. Dicitur enim tibi non per umbram, sed in sole, cuius opus manserit, mercedem accipiet, si cuius arserit, detrimentum patietur. Et Cyrillus 14. lib. in Leuiticum: Possumus (inquit) addere etiam illud, quod natura peccati similis est materiae, quae igni consumitur, quae aedificari Paulus Apostolus a peccatoribus dicit, quae supra fundamentum Christi aedificat ligna, foenum, stipulam. In quo manifestè ostenditur esse quaedam peccata ita leuia, ut stipulae comparentur, cui utique ignis illatus, diu non potest immorari. Alia uero foeno esse similia, quae & ipsa non difficulter ignis absumat, uerum aliquanto tardius, quam stipulis immoretur. Alia uero esse, quae lignis conferuntur, in quibus pro qualitate criminum, diutius, & grade pabulum ignis inuenias. Ita ergo unumquodque peccatum pro qualitate, uel quantitate sui poenarum iusta persoluit. Verumtamen quid opus est fidelibus, & his, qui cognouerunt Deum de poenarum qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna, quid foenum, quid ipsam stipulam ad fundamentum Christi superponere? Cur non magis aurum, uel argentum, uel preciosos lapides precioso superponimus fundamento, ubi quum ignis accesserit, nihil inueniat quod absumat? Na si accesserit ad stipulam, ex stipula fauillam reddet, & cineres: si uero accesserit ad aurum, aurum purius reddet. Haec nobis dicta sunt pro istis, qui negligunt oris maledici consuetudinem

Purgatorius ignis.

1. Timot. 1. c.

Match. 15. c.

Iacob. 2. c.

Ioan. 9. 1. Cor. 3. c.

Argentum, sensus bonus, uel optimum. Psal. 11. b.

1. Cor. 3. c. Cyrillus.

1. Cor. 3. c.

consuetudine refecare, qui si non ex corde maledicant, etiam si non uoto, & animo iniquo proferant maledicta, tamen immundicia labiorum, secundum Esaiam uerbum, & inquinamenta oris incurrunt. Et diuus Hieronymus in commentarijs, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod &c. Non est alius Christus, quem uobis possit alius praedicare, praeter Iesum, cui fide firmissima credidistis. Hoc solum agit, ne per doctorum negligentiam, obnoxij incipiat esse gehennae. Si quis autem superaedificat supra fundamentum hoc. Eiusdem artis est, qui superaedificat, licet minor sit in opere, cuius ille est, qui posuit fundamentum. Non ergo unusquisque homo super fidem suam aedificat, sed quilibet doctor, quia nec parietes per se aliquando possunt erigi, nisi fuerint ab operatore constructi. Itè hic magistros, & doctores significat super fundamentum, quod est Christus, homines rectè instruere, uel prae, in quibus magistrorum doctrina in die iudicij in igne reuelabitur, ubi consumptis peccatoribus, probati manebunt. Doctores autem super his, qui probati fuerunt, mercedem retributionis accipient: in illis uero, quos ignis exurit, damno afficientur, quia in uacuum laborauerunt. Idem autem magistri in iudicium uenientes, salui fient, si tamen ipsi causa non fuerint peccatorum. Quod autem ait, Si cuius opus arserit, damno affectus erit. Non hic (ut quidam putant) in igne flammæ arsura sunt opera, sed homines, qui ita operati sunt, ut mereantur incendio deputari. Si autem opera, id est, crimina puniuntur, saluo eo, qui perpetrauerat, non erit ei damnum, sed lucrum. Vnde manifestè ostenditur (sicut supra comprehensum est) homines esse aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam. Quia acceptis institutionibus magistrorum, uel obseruat praeccepta, uel negligunt. Aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quae in igne reuelabitur. In ecclesia tria genera sunt bonorum. Est bonum, & melius, & optimum. Quod autem primo aurum posuit, ut sermo melius texeretur, siue ad fortitudinem, non ad speciem comparauit. Quia argentum fortius est auro, ideo meliori ponitur loco. Et Gregorius lib. dialogi quarto, cap. 39. Si quis superaedificauerit &c. Quauis hoc de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi, tamen si quis hoc de igne futurae purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dicit posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, aes, uel plumbum aedificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia, sed lignum, foenum, stipulam, id est, peccata minuta, atque leuissima, quae ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltè (alias statim) de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus, in hac adhuc uita positus, ut illic obtineat, promereatur. Na quum adhuc essem iuueneculus, atque in laico habitu constitutus, narrari a maioribus, atque scientibus audiui, quod Pascasius, huius Apostolicae sedis diaconus, cuius apud nos recentissimi, & luculentissimi de sancto spiritu libri extant, mirae sanctitatis uir fuerit, elemosynarum maxime operibus uacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, quae inardescente zelo fidelium inter Symmachum, atque Laurentium facta est, ad pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium post unanimitate superatus, in sua tamen sententia usque ad diem sui exitus perstitit, illum amando, atque praeferendo quem episcoporum iudicio praesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaque quum temporibus Symmachi Apostolicae sedis praefulus esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositam daemonicis tetigit, statimque sanatus est. Post multum uero temporis Germano Capuano Episcopo: cuius superius memoriam feci) medici pro salute corporis dictauerant, ut in angularibus (alias angularis) thermis lauari debuisset. Qui ingressus easdem thermas, praedictum Pascasium diaconum stantem, & obsequentem in caloribus inuenit. Quo uiso, uehementer extimuit, & quid illic tantus uir faceret, inquisiuit. Cui ille respondit: Pro nulla alia causa in hoc poenali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quaeso te, pro me dum deprecare. Atque in hoc cognosces, quod exauditus sis, si huc redies, me non inuenieris. Quae de re uir dñi Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies redijt, sed iam dictum Pascasium in loco eodem minime inuenit. Quia enim non malitiae, sed ignorantiae errore peccauerat, purgari post mortem a peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa elemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, ut tunc posset promereri ueniam, quum iam nihil posset operari.

Quo pacto diuus Augustinus antedicta Apostoli uerba in libro de ciuitate Dei exponat.
Cap. VII.

Diuus autem Augustinus libro de ciuitate Dei 21. cap. 26. hoc pacto antedicta uerba exponit: Sed habent (inquit) Christiani catholici in fundamento Christum, a cuius unitate non recesserunt, tamen si huic fundamento superaedificauerunt pessimam quamlibet uitam, uelut ligna, foenum, stipulam. Recta itaque fides est, per quam Christus est fundamentum, quamuis cum damno, quoniam illa, quae superaedificata sunt, exurentur, tamen poterit eos quandoque ab illius ignis perperuitate saluare. Respondeat ergo eis breuiter Apostolus Iacobus: Si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Et quis est (inquit) de quo dicit Apostolus Paulus: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem? Simul quis iste sit, inquit

Esa. 6. a. 1. Cor. 3. c.

Gregorius. Ignis, tribulatio Ignis purgatorius quae purget peccata.

Capit. xl. Pascasius diaconus.

Precesiones pro defunctis pro sunt, & minima purgant peccata.

Augustinus. Fides recta, fundamentum. Iacob. 2. c.

1. Cor. 3. c.

ramus: hunc tamen non esse certissimum est, ne duorum Apostolorum sententias mittamus in tri-
xam. Si unus dicit, etiam si mala opera quis habuerit, saluabit eum fides per ignem, alius autem,
si opera non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Inuenimus ergo qui possit saluari per
ignem, si prius inuenerimus quid sit habere in fundamento Christum. Quod ut de ipsa similitudi-
ne quanto magis aduertamus, nihil in aedificio praepositur fundamento. Quisquis itaque sic habet in
corde Christum, ut ei terrena, & temporalia, nec ea, quae licita sunt, atque concessa praeponat, funda-
mentum habet Christum. Si autem praeponat, & si uideatur habere fidem Christi, non est tamen in
eo fundamentum Christus, cui talia praeponuntur: quanto magis si salutaria praepcepta contemp-
nit, committat illicita, etiam non praeposuisse Christum, sed postposuisse conuincitur, quem posthabuit
imperantem, siue concedentem, dum contra eius imperata, siue concessa, suam per flagitia diligit
explere libidinem: Si quis igitur Christianus diligit meretricem, eiusque adhaerens, unum corpus efficitur,
iam in fundamento non habet Christum. Si quis autem diligit uxorem suam, si secundum Chris-
tum, quis ei dubitet in fundamento esse Christum? Si uero secundum hoc saeculum, si carnaliter,
si in morbo concupiscentiarum, sicut & gentes, quae ignorant Deum, etiam hoc secundum uentiam
concedit Apostolus, imo per Apostolum Christus. Potest ergo & iste habere in fundamēto Chri-
stum. Si enim nihil ei talis affectionis, uoluptatisque praeponat, quamuis superaedificet ligna, foenum,
stipulam, Christus est fundamentum, propter hoc, saluus erit per ignem. Delicias quippe huiusmo-
di, amoresque terrenos, propter conjugalem quidem copulam non damnabiles tribulationes ignis
exuret, ad quem ignem pertinent & orbitates, & quaecumque calamitates, quae auferunt haec. Ac per
hoc ei qui aedificauit, erit aedificatio ista damnosa, quia non habebit quod superaedificauit, & eorum
amissione cruciabitur, quibus fruendo utique laetabatur. Sed per hunc ignem saluus erit merito fun-
damenti, quia & si utrum id, an Christum habere mallet a persecutore praeponeretur, se mallet Chri-
stum habere, quam ista, liberrime profiteretur. Vide in Apostoli uerbis hominem aedificantem su-
per fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos: Qui sine uxore est (inquit) cogitat quae
sunt Dei, quomodo placeat Deo. Vide alium aedificantem ligna, foenum, stipulam: Qui autem ma-
trimonio iunctus est (inquit) cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Vniuscuiusque opus
quale sit, manifestabitur, dies enim domini declarabit. Dies utique irae, dies tribulationis, quoniam in
igne (inquit) reuelabitur. Eandemque tribulationem ignem uocat, sicut alibi legitur, Vasa figuli probat
fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si
cuius opus permanerit, permanet enim quod quisque cogitat quae sunt Dei, quomodo placeat Deo,
quod superaedificauit mercedem accipiet, id est, unde cogitauit, hoc sumet. Si cuius autem opus
arserit, damnus patietur, quoniam quod dilexerat, non habebit. Ipse autem saluus erit, quia eius nul-
la tribulatio ab illius fundamenti stabilitate femouit, sic tamen quasi per ignem. Quod enim sine il-
licente amore non habuit, sine urente dolore non perdet. Ecce quantum mihi uidetur, inuentus est
ignis qui nullum eorum damnet, sed unum dicit, alterum damnificet, ambos probet. Si autem ignem
illum isto loco uoluerimus accipere, de quo dominus dicit sinistris: Discedite a me maledicti in
ignem aeternum, ut in eis etiam isti esse credantur, qui aedificant super fundamentum ligna, foenum,
stipulam, eosque ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meritum funda-
menti, quid arbitramur dexteris, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei, possidete paratum
uobis regnum, nisi eos, qui superaedificauerunt super fundamentum aurum, argentum, lapides pre-
ciosos? Sed in illum ignem, de quo dictum est, Sic tamen quasi per ignem, si hoc modo est intelli-
gendus, utriusque mittendi sunt, & dexteri scilicet, & sinistri. Illo quippe igne utriusque probandi sunt, de
quo dictum est, Dies enim domini declarabit, quoniam in igne reuelabitur, & uniuscuiusque opus
quale sit, ignis probabit. Si ergo utriusque probabit ignis, ubi si cuius opus permanerit, id est, non
fuerit igne consumptum, quod superaedificauit mercedem accipiat: si cuius autem opus arserit,
damnus patietur, profecto non est ipse aeternus ille ignis. In illum enim soli sinistri nouissima, &
perpetua damnatione mittentur, iste autem dexteris probat. Sed alios eorum sic probat, ut aedifi-
cium, quod super Christum fundamentum ab eis inuenerit esse constructum, non exurat, atque con-
sumat, alios autem aliter, id est, ut quod superaedificauerunt ardeat, damnusque idem patiantur, salui
fiant autem, quoniam Christum in fundamentum stabiliter positum praecellentem charitate tenuerunt.
Si autem salui fient, profecto & ad dexteram stabunt, & cum caeteris audient: Venite benedicti pa-
tris mei, possidete paratum uobis regnum, non ad sinistram, ubi illi erunt, qui salui non erunt, &
ideo audient: Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Nemo quippe ab illo igne saluabitur,
quia in supplicium aeternum ibunt illi omnes, ubi uermis eorum non morietur, & ignis non extin-
guetur, quo cruciabantur die, ac nocte in saecula saeculorum. Post istius sane corporis mortem
donec ad illum ueniatur, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis, & remun-
erationis ultimus dies, si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur
perpeti, quem non sentiant illi, qui non habuerunt tales mores, & amores in huius corporis uita, ut
eorum

Fundamentum
Christus in quo
aificatur esse.

1. Cor. 6. d.

1. Thef. 4. d.

Ignis, tribulatio

1. Cor. 7. f.

Ibidem.

1. Cor. 3. c.

Ecci 27. d.

Matth. 25. d.

Matth. 25. c.

1. Cor. 3. c.

Matth. 25. c.

Ibidem d.

Esa. 66. g.

Apoc. 20. c.

eorum ligna, & foenum, & stipula consumatur: alij uero sentiunt, qui eiusmodi secum aedificia por-
tauerunt, siue ibi tantum, siue hic, & ibi, siue ideo hic, ut non ibi, saecularia, quamuis a damnatione
uenialia concremantem ignem transitoriae tribulationis inueniant, non redarguo, quia forsitan ue-
rum est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam ipsa mors carnis, quae de peccati pri-
mi perpetratoe concepta est, & secundum cuiusque aedificium tempore suo ab unoquoque suscepta.
Posunt & persecutiones ecclesiae, quibus martyres coronati sunt, & quas patiuntur quicumque Chri-
stiani, probant utraque aedificia uelut ignis, & alia consumunt cum ipsis aedificatoribus, si Christum
in eis non inueniunt fundamentum, alia sine ipsis si inueniunt, quia licet cum damno salui erunt, ipsi non
consumuntur, propter Christi uidelicet meritum in fundamentum reperiunt, qui manet in aeternum.
Erit etiam in fine saeculi tribulatio tempore Antichristi, qualis nunquam antea fuit, quam multa erunt, *Matth. 24. f.*
quam multa erunt tunc aedificia, siue aurea, siue foenea super optimum fundamentum, quod est Chri-
stus Iesus, ut ignis ille probet utraque, & de alijs gaudium, de alijs inferat damnum, neutros tamen
perdat in quibus haec inueniet, propter stabile fundamentum. Quicumque autem, non dico uxorem,
cuius etiam commixtione carnis ad carnalem uitam uoluptatem, sed quae ab eiusmodi delectatio-
nibus aliena sunt nomina pietatis, humano more carnaliter diligendo Christo antepositum, non cum
habet in fundamento, & ideo non per ignem saluus erit, sed saluus non erit, quia esse cum saluato-
re non poterit, qui de hac re apertissime loquens, ait: Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, *Matth. 10. d.*
non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus: Verum qui has ne-
cessitudines sic amat carnaliter, ut tamen eas Christo domino non praeponat, malitque ipsis carere,
quam Christo, si ad hunc fuerit articulum tentationis adductus, per ignem saluus erit, quia ex earum *1. Cor. 3. c.*
amissione tantum necesse est urat dolor, quantum haeserat amor. Porro qui patrem, matrem, filios,
filiasque secundum Christum dilexerit, ut ad eius regnum obtinendum, eiusque cohaerendum illis con-
sulat, uel hoc in eis diligit, quod membra sunt Christi, absit ut ista dilectio reperiatur in lignis, foeno,
& stipula consumenda, sed prorsus aedificio aureo, argenteo, gemmeoque deputabitur. Quomodo
autem potest eos plus amare, quam Christum, quos amat utique propter Christum?

Quo pacto diuus exponat Anselmus antedicta Apostoli uerba.
Cap. VIII.

ANselmus autem exponens illud, Alius autem superaedificat, hoc modo scribit: Superaedifi-
cat, quisquis praedicationem Apostolorum superueniens aut bonus, aut malus doctor praedi-
cat. Sed unusquisque uideat quomodo superaedificet, id est, ut superpositum aedificium congruat
fundamento, ne si obliquum fuerit, aut friuolum, ruinam faciat, manente incolumi fundamēto. Quia *1. Cor. 3. c.*
si etiam male ille docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum, doctrina autem mala,
peribit. Videat, inquam, quomodo superaedificet, non quomodo fundamentum ponat, Nam fun- *1. Cor. 3. c.*
damentum aliud nemo ponere ualet, nisi illud quod a me positum est, quod est Christus Iesus, id
est, fides Christi Iesu. Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia nec haeretici docere ua-
lent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta errorum suorum commendare non ualent, nisi
interposito saluatoris nomine praedicent, ut res contrarias, & absurdas nominis dignitas accepta-
biles faciat. Fundamentum permanet, sed quod superaedificatur, si inutile fuerit, non stabit, sed tan-
tum illud quod utile est, si superaddatur, permanebit. Quia si quis superaedificat super hoc Christi
nominis fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos, per quae tria designatur praecleara do-
ctrina, uel ligna, foenum, stipula, per quae significatur uaria, & friuola, & corrupta, & uaria doctri-
na, uniuscuiusque opus in nouissimo die manifestum erit, id est, uniuscuiusque doctrina in iudicio erit
omnibus manifesta, utrum bona, an mala fuerit. Dies enim domini hoc declarabit. Dies iudicij uo-
catur dies domini, non quod omnes dies non sunt eius, sed per excellentiam hoc dicitur, & ad dif-
ferentiam humani diei. Dies enim praesentis temporis, est dies hominis, quia in isto agit homo quod
uult, sed ille dies erit domini, quia in illo faciet dominus quod iustum erit, reddens unicuique secun-
dum opus eius, & ideo declarabit ille dies qualitatem uniuscuiusque operis, quia in igne reuelabitur,
id est, manifestabitur idem dies, qui nunc omnes latet, & tunc omnibus erit notus. Quom enim ui-
derint omnes ignem illum ante faciem iudicis per totum diffundi orbem, scient adesse diem iudicij.
Vel dominus in igne illo reuelabitur, id est, apparebit omnibus bonis, & malis. Vnde & Thessa-
lonicensibus dicitur: In reuelatione domini Iesu de caelo cum Angelis uirtutis eius in flama ignis.
Et ignis ille probabit quale sit opus uniuscuiusque, id est, an sit firmum, an solubile. Ignis probabit
opus, id est, doctrinam uniuscuiusque. Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenerit
quod exurat, manifestabit illud bonum fuisse doctorem. Mala uero, & adultera doctrina, idcirco per li-
gna, & foenum, & stipulam significata est, ut ostenderetur fore ignis esca. Verum ignis opera singulorum
probabit. Nam si cuius opus, quod ipse superaedificauit, manserit, mercedem accipiet. Quia sicut aurum, &
argen

Aurum, argenti,
lapides precio-
si, praecleara do-
ctrina.
Ligna, foenum,
stipula, uaria,
& corrupta
doctrina.
Dies domini, dies
iudicij.
Dies praesentis
uitae, dies homi-
nis sunt.
Ignis qui erit an-
te faciem iudicis.
2. Thef. 1. c.

argentū, & lapides, quos ignis non consumpserit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. Quumq; nihil in illo sordis inuentum fuerit, & praua doctrinae, accipiet cum gloria mercedem remunerationis perpetuae. Si uero cuiusquam opus arserit, id est, alicuius doctrina praua in igne defecerit, talis operarius detrimentum patietur, id est, deorsum atteretur supplicij. Ipse autem saluus erit, quia non interibit substantia, qua constat, sicut & doctrina eius mala peribit, quae est accidens. Quod tamen non de haeretico doctore debet intelligi, sed de catholico, qui non recte docuit. Nam & in libris sanctorum doctorum, quos autenticè legit Ecclesia, nonnunquam inueniuntur quaedam praua, uel haeretica, non tamen pro his uel libri, uel autores damnantur. Perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet esse uerum quod dico. Et ipse saluus erit, sic tamē quasi per ignem, ut salus haec non sine poena sit. Saluus quidem erit, sed tamen poenam ignis patietur, ut per ignem purgatus, fiat saluus, & non sicut perditū aeterno igne in perpetuum cruciantur, ut ex parte profiti in perpetuum credidisse. Potest & aliter intelligi uerius. Ego fundamentum (inquit) posui, alius autem superaedificat. Ac si dicat: Posito fundamento, hoc est, fide fundata in uobis, nihil ulterius ad me pertinet, ut superaedificet, sed alterius est superaedificare, id est, eius, qui fidem habet, est ut bona opera superaedificet. Credētis est superaedificare. Sed unusquisq; uideat quomodo superaedificet, id est, cuiusmodi opera superaddat, scilicet utrum maluerit contemplatiuae uitae adherere, & continēter absq; iugo uxoris uiuere, quod quidem melius est, & laudabilius cōsiliū: an magis expetat actiuam uitam, & uxoris uinculum, quod infirmum est, & minus laudabile. De superaedificatione bonae operationis solummodo uidendum est, qualem quisq; uelit eam eligere, quia multa sunt genera bene operandi, sed de fundamento erigendo, nulli datur potestas, quia non est nisi unum fundamentum, id est, una fides, quam nemo ualet mutare, sicut nititur pseudo Apostoli. Fides Christi, Christus est in nobis, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Et hoc est fundamentum, ex quo surgit totum bene uiuendi aedificium. Neq; enim fides haec, intelligenda est ociosa, sed quicquid boni poterit, operabitur per dilectionem. Non enim fides daemonum, qui & credunt, & contremiscunt, ac filium Dei confitentur Iesum, potest accipi in fundamentum, quia non est quae operatur per dilectionem, sed quae exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiae Christianae, id est, ea fides, quae per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed si quis superaedificat super fundamentum hoc aurum &c. Quisquis bene uiuit, ac Deum honorat, & laudat, non inhærens ex dilectione terrenis rebus, sed desiderans aeternam patriam, & aut uendens omnia sua, distribuensq; pauperibus, aut possidens, tanq; non possideat, & utens hoc mundo, tanquam non utatur, iste superaedificat aurum, argentum, lapides preciosos. In auro sensus occultus designatur, in argento sermo docens, in lapidibus preciosis opera Deo placētia. Aurum sapientiae, quod in occulto sensu eius est, & in cordis arcano splendet, uero lumine dei superaedificat iste, & argentum, id est, nitorem sanctae eloquentiae, qua docet alios, & lapides preciosos, id est, exempla uirtutum, & bonorum operum, quibus adornat ea quae loquitur, siue cogitat. Qui uero amat adhuc saecularia, & negocijs terrenis implicatus est, ac uinculis quibusdam, & affectionibus carnis deditus est domui suae, & coniugi, ac possessioni, & tamen Christianus est, ita ut eius non recedat a Christo, & nihil praeponat Christo, sicut in aedificando nil praepositur fundamento, iste superaedificat ligna, foenum, stipulam, per quae non absurde possunt intelligi rerum saecularium licite concessarum tales cupiditates, ut amitti sine dolore non possint, per ligna scilicet dura, & graues, per foenum uero, & stipulam, parua, & leues. Sed uniuscuiusq; opus manifestum erit in feruore tentationis. Dies enim domini declarabit, dies utiq; tribulationis. Praesentis enim temporis tribulatio cruciat electos, diuino disponēte iudicio, quia tempus est, ut incipiat iudicium de domo domini. Propterea dies tribulationis appellatur dies domini, id est, dies iudicij, quia (inquit) in igne reuelabitur. Eandem tribulationem uocat ignem, sicut alibi legitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ignis enim iste talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, id est, Et qui aedificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, & qui aedificat ligna, foenum, stipulam. Ignis enim tribulationis in hac interim uita probat opus utriusq; si duobus accidat fidelibus, uni scilicet cogitantū quae Dei sunt, quomodo placeat Deo, id est, aedificantū super Christi fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, alteri cogitantū quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est, aedificantū super fundamentum ligna, foenum, stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur. Exuritur autem huius, quoniam sine dolore non pereunt, quae cum amore possessa sunt. Et hoc est quod dicitur, Si cuius opus manserit, Manet opus, quando quisq; cogitat quae sunt dñi, quomodo placeat Deo. Quod superaedificauit, mercedē accipiet, id est, unde cogitauit, hoc sumet. Nec solū post mortem, sed & in hac uita habet suā requiē anima contēnens omnia. Sed cuius opus arserit, id est, igne tribulationis consumptū fuerit, detrimentū patietur, quia quod dilexit, non habebit. Ipse autē saluus erit, quia nulla eū tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamē quasi per ignem, quia quod

sine illic

sine illicente amore non habuit, sine urente dolore non perdet. Qui enim aedificat amorē terrenorū, super fundamentum regni caelorum, id est, super Christum, ardebit amor temporalium rerum, & ipse saluus erit, si in fundamento permanferit, id est, si Christum ante omnia sic dilexerit, ut ab eius amore separari non possit. In rerum temporalium amissione patietur detrimentū, & per ignem quendam doloris perueniet ad salutem. A quo dolore, atq; detrimento tanto est quisq; securior, quanto temporalia uel minus amauerit, uel tanquam non habēs, habuerit. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, nonnullos scilicet fideles per ignem quēdam purgatorij quanto magis, minusue bona temporalia dilexerunt, tanto citius saluari. Nam de quibusdam leuibus culpis esse ante corporum resurrectionem purgatorij ignis credendus est, pro eo quod ueritas dicit, Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, neq; in hoc saeculo remittetur ei, neq; in futuro. In qua sententia datur intelligi, quaedam culpas in hoc saeculo, quaedam autem in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamē hoc de paruīs, minimisq; peccatis fieri posse credendū est, sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, uel peccatū certē rei familiaris, quae uix sine culpa, uel ab ipsis, qui qualiter culpa declinare debeat, sciūt, aut in non grauibus rebus error ignoratiā. Quae cūcta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac uita positus, non fuerint relaxata. Nam pensandum sollicitē est, quia & Apostolus illum dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc fundamentum, ferrum, aes, uel plumbum aedificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atq; tunc insolubilia: sed ligna, foenum, stipulam, id est, peccata minima, atq; leuiora, quae ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nil quisq; purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac uita adhuc positus, ut illic obtineat, promeratur.

Theophylacti, & Origenis, & Magistrī sententiarum expositio in praedicta Pauli uerba. Cap. IX.

Theophylactus autē antedicta Apostoli uerba enarrans, hoc pacto scribit: Unusquisq; autem uideat quomodo superaedificet: Quum (inquit) de animarum coniunctione, & concordia disseruisset, disputat deum & quemadmodum uiuendum his sit, aedificationem appellans opera singulorum. Fundamentū enim aliud &c. Haudquaquam (inquit) aliud quispiam iacere poterit fundamentum, quādiu perstat sapiens ille architectus. Qui si aliquādo sit desiturus (quod dici est nephas) tunc aliud poni licebit, a quo sunt o Corinthij, inter uos obortae cōtentiones. Verum quum constat Christum & uerum esse, & unicum fundamentum, super hunc aedificatio statuenda, non liuore, & alterationibus, sed uirtutibus, & operibus bonis constructa. Si quis autē superaedificat &c. Postquam erimus per fidem gloriā consecuti, singuli super huiusmodi fundamentū aedificabimus, alij quidem opera rectiora, & bene facta, quae tamen inter se uel magnitudine, uel exiuitate differunt plurimum, ut castimoniam, quae aurum praefert, uel nuptias honore dignissimas, quae argentū praetendunt, uel paupertatem, quae preciosis lapidibus comparatur, uel abundantiorē eleemosynam, quae cum minoris precij rebus conferri potest. Alij uero uel praua facinora superaedificabunt, quae & si gradibus discernantur, possunt tamen foeni, & stipulae, quae facile flagrant, & succenduntur, nominibus dici, cuiusmodi immūdia, idololatria, & auaritia sunt. Ligna autem erunt, quae his inferiora sunt uitia, qualis temulentia est, & risus effusior, & eiusmodi alia. Tamen si contra nonnulli sentiant, qui pro lignis maiora quae dicimus flagitia capiunt, pro foeno uero, & stipula, inferiora haec, & minora. Dies enim domini declarabit &c. Diem domini, iudicij diem interpretatur, futurumq; adstruit, ut per ignem opera retegantur, & palam fiant, qualia pro eorum natura sunt singula, siue aurum fuerit, siue lapis, siue dictorū quodcūq; aliud. Si cuius opus manserit &c. Si aurum (inquit) uel argentum habueris, perstabit omnino quod operaberis, & praemium accepturus es. Sin uero foenū, uel istiusmodi, haudquaquam ignis defluētē uerēdinē, opera tua tolerabunt. Hoc enim praefert, quū arserit inquit, quin potius opera haec tua praua esse coarguetur. Fit itaq; ut sine rectis operibus, nihil ualeat fides. Ecce hoc loco Christus ipse in fundamentum est positus, alioqui quae a Christo sunt aliena, ut ardeat digna iam praedicantur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non enim ad operum instar, & ipse perdendus est, qui ea gesserit, tanquā in nihilū euasurus, sed saluus erit, hoc est, sanus, & integer asseruabitur, ut igne ardeat. Dici enim apud nos solet: Quum lignum foco iniectum, haud facile absumi, nec in cineres ocys collabi uidemus, in igne domini id sussecurum, arsurūq; longius. Patitur autem peccator iacturam, quia his rebus plurimū insudauit, e quibus frustra in impensis laboribusq; quod minus subsisterent, nec diu essent māsura, perditionē adeptus est. Nā omne flagitiū, tanq; nihil sit planē existimādū est, quia eius exitus frustra mortales habeat, nec secus fallit, q̄ si q̄s magno precio depenso, rē emat emortuā, & caetera. Saluus autē erit peccator, hoc est, integer (ut diximus) asseruabitur, poenas perpetuo

Ex Gregorio. Purgatorij ignis credendus ex Euangelio.

Matth. 12. c.

Ex Gregorio.

1. Cor. 3. c. Aedificatio, singulorū operatio.

Aurū, castimoniam.

Argentum, nuptias.

Lapides preciosi, paupertas, uel eleemosyna.

Foenū, stipula, facinora maiora.

Ligna, facinora leuiora.

Ligna secundū alios, maiora flagitia.

Foenū, stipula, minora facinora.

Dies dñi, dies iudicij.

Fides nihil ualeat sine operibus.

Saluus erit, id est, sanus, & integer, ut ardeat, asseruabitur.

Flagitium nihil est.

Flagitium nihil est.

Flagitium nihil est.

Flagitium nihil est.

Ephes. 3. d.

Gal. 5. d.

Iacob. 2. c.

Aurum, sensus occultus sapientiae.

Argentū, nitore sanctae eloquentiae.

Lapides preciosi, uirtutū exempla & bonorū operum.

Ligna, foenum, stipula, rerū saecularium licite cupiditates.

Dies domini, tribulatio, iudicij.

1. Pet. 4. d.

Ecc. 27. d.

1. Cor. 7.

Bene agēdi triplex uia.
 1. Cor. 3. c.
Malorum triplex uia.
 Magister sententiarum.
 Pēta post hanc uitam remitti.
 Euāgelium doctet.
 Math. 12. c.
 Pēta in futuro remitti, sancti tradunt doctores.
 Ex Gregorio.
 Purgatorius ignis ex Augustino, uenialia concremans.
 Purgatorius ignis grauior oī pena mundi.
 Pēta uenialia post hanc uitam remittuntur.
 Purgatorius ignis alios tardius, alios citius purgat.
 Lignum, fœnū, stipula, quid significent.
 An aedificātes aurū, argentū, lapidē preciosum, aedificent ligna, fœ. sti.
 Aurū, Dei contemplatio.
 Argentū, proximi dilectio.
 Lapidēs preciosi, bona opera.
 Aedificātes aurū &c. q. sint.
 Ligna, fœnū, stipula, quid designent.

petuō luiturus. Et Origenes homilia sexta, super Exodū: Triplex est etiā bene agēdi uia. Nihilominus enim uel opere, uel cogitatione, uel uerbo, boni aliquid agitur. Hoc enim significat & Apostolus, quum dicit: Qui autem aedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, triplicem honorum indicans uiam, subiungit nihilominus triplicem etiam malorum, quū dicit, Ligna, fœnū, stipulam. Magister quoq; sententiarum in quarto, distinctione 21. hoc pacto scribit: Sola etiam queri, ut ū post hanc uitam, aliqua peccata remittantur. Quod aliqua post hanc uitā remittantur, Christus ostēdit in Euāgelio, ubi ait: Qui peccauerit in spiritum sanctum, non remittentur ei, neq; in hoc saeculo, neq; in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti doctores tradūt, quod quaedam peccata in futuro dimittentur. Quaedam enim culpae in hoc saeculo relaxantur, quaedam uero poenae etiam in futuro, quae quidem post mortem grauant, sed dimittuntur, si digni sunt, si bonis actibus in hac uita meruerunt, ut dimittatur eis. De illis etiam, qui aedificant lignum, fœnum, stipulam, dicit Augustinus, quod ignem tribulationis transitoriae inueniēt, cremabilia aedificia, quae secum portauerunt, cremantem. Ait enim sic: Post istius sanē corporis mortem, donec de igne purgatorio ueniatur ad diem damnationis, & remunerationis, si hoc tēporis interuallo spiritus defunctorum, qui aedificauerunt fœnum, lignum, stipulam, huiusmodi ignem dicātur perpeti, quem alij non sentiunt, qui huiusmodi aedificia portauerūt, ut inueniant ignem transitoriae tribulationis uenialia concremantem, nō redarguo, quia forsitan uerum est. Sed quia dicitur, Saluus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamē erit ille ignis, quā quicquid potest homo pati in hac uita. Hic apertē insinuat, quod illi qui aedificant lignum, fœnum, stipulam, quaedam cremabilia aedificia, id est, uenialia peccata secum portant, quae in igne emendatorio cremantur, unde constat quaedam uenialia peccata post hanc uitam deleri. In illo autem igne purgatorio, alij tardius, alij citius purgantur, secundum quod ista pereuntia magis, uel minus amauerunt. Vnde Augustinus: Post hanc uitam incredibile non est, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis, minus uel bona pereuntia dilexerūt, tanto tardius, citiusq; saluari. Vnde non frustra illa tria distinxit Apostolus, lignum, fœnum, stipulam, quae illi aedificant, qui etsi aliena non rapiūt, rebus tamen infirmitati concessis, aliqua dilectione inhærent, qui secundum suos amādī modos, uel diutius, ut lignum, uel minus, ut fœnum, uel minimum, ut stipulam, ignem sustinebunt. Qui uero superaedificant aurum, argentum, lapides preciosos, de utroq; igne securi sunt, nō solū de illo aeterno, qui cruciaturus est impios in aeternum, sed etiam de illo emendatorio, quo purgantur quidā saluandi. Hic obijci potest, Si per lignum, fœnum, stipulam, uenialia intelligūtur peccata, & nullus adeo perfectus est, qui uenialiter non peccet, ergo qui aedificant aurum, argentū, lapidem preciosum, aedificant etiam lignum, fœnum, stipulam, ergo per ignem transibūt. Ad quod dicimus, quod non omnis qui uenialiter peccat, lignum, fœnum, stipulam aedificat, sicut econuerso, nō omnis qui contempletur Deum, & diligit proximū, & opera bona facit, aedificat aurum, argentū, lapidem preciosum: & tamen in auro intelligitur contemplatio Dei, in argento, dilectio proximi, in lapide proximum diligunt, & opera bona faciunt, nec tamen aedificant aurum, argentū, lapidem preciosum. Hæc enim aedificat, qui sic illa tria facit, ut cogitet quae Dei sunt, & quomodo placeat Deo, non mundo. Lignum uero, & fœnum, & stipula accipi possunt saecularium rerum, quauis licite cōcessarum, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Hæc ergo aedificat is, qui cogitat quae mūdi sunt, & quomodo placeat mūdo, qui circa diuitias suas quodāmodo carnali affectu tenetur, & tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis aliquid fraudis, uel rapinae molitur. Ex eis ergo patet, quod nō idem homo simul hæc & illa aedificat. Illa enim aedificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mūdo, sed tantum Deo, qui & si uenialiter aliquando peccant, seruoare tamen charitatis ita absunt in eis peccatū, sicut gutta aquae in camino ignis, & ideo nūquam secum portant cremabilia. Hæc autem inferior aedificatio minorum est, qui non tantum Deo, sed etiam mūdo placere cogitant, Deum tamen præponunt. Si uero mūdam præponerent, nō superaedificarēt, sed destruerēt fundamentū. Affectiones ergo carnales, quibus dediti sunt domibus, cōiugibus, possessionibus, ita ut nihil præponant Christo, illis tribus significantur, quae in mētes perfectorum non cadūt, & si alia uenialia admittant. In cordibus uero minorū interdum durant usq; in finem, qui cum talibus aedificijs transeūt, sed dissoluētur in igne. Ipsi autem merito fundamenti saluerunt, grauiſsimam tamen poenam sentient. Ex quo apparet, quantam hic misericordiam exhibet Deus, & quātam ibi exerceat feueritatem, quū pro eodē peccato multo grauius ibi puniat, quā hic. Sed fortasse dices illud esse accipiendū de poena peccati, nō de ipso peccato, quod Gregorius dicat quaedam leuia in futuro dimittenda. Si enim ueram poenitentia habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei, sed poena fortē remāsit. Ideoq; si uerē poenitens obijt, sine peccato trāsiit. Si autem uerē poenitēs non est in obitu, maculam portat, quae nūquam delebitur. Qui uero aedificat lignum, fœnum, stipulam, uerē poenitet, quia bonus est, & charitatē habet, & in charitate de hac uita trāsit, ergo

ergo sine peccato transit, nō sequitur. Verum quidem est, quia bonus est, & charitatem habet, & uerē poenitet, & tamē cū ueniali peccato transit, quod non deleuit poenitentia. Poenitentia enim nō delet, nisi peccatum illud, quod deserit homo. Tale autem peccatum saepe in hac uita non relinquatur ab homine, & tamen uerē poenitēs est, & si non de omnibus uenialibus poeniteat. Potest enim quis de omni mortali, & de omni ueniali poenitere, excepto uno, uel pluribus uenialibus quidem. Sicut habet quis charitatem, & unū, uel plura uenialia. Quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hae saecularia. Talis existens subita morte opprimitur, in illo terreno affectu mortuus est, & tamen saluabitur, a quo non se hic absoluit, ergo post hanc uitam ab illo purgabitur. Constat ergo quaedam peccata, sed leuia post hanc uitam dimitti. Si uero de poena peccati illud intelligi uoluissent autores, cur magis commemorassent leuia, quā graua, quū etiam grauium poena hic inexpleta, post hanc uitam restet?

Diui Thomae Aquinatis, & Alberti cognomento Magni, in praedicta quarti sententiarum distinctione eorundem uerborum declaratio. Cap. X.

Diuus autem Thomas Aquinas in eadem distinctione 21. quarti sententiarū tria declarat. Primum quidem esse purgatorium post hanc uitam, deinde quod per lignum, fœnum, & stipulam peccata notentur uenialia. Postremo quod per ignem purgatorium peccatū expietur. Quantum attinet ad primum: Manifestum est (inquit) quod per contritionem deleta culpa, poenae i catus penitus non tollitur, nec mortalibus peccatis dimittis, uenialia semper tolluntur. Ad iustitiā autem Dei pertinet, ut per debitam poenam peccatum ordinetur, ac expietur, & idcirco qui post peccati contritionem ex hoc mundo demigrauerit, debita satisfactione non peracta, ut post hanc uitā poenas luat, operae precium est. Quamobrem qui cōtra diuinam iustitiam purgatorium ignem denegant, contra Deum loquuntur, & in fide errant. Vnde Gregorius Nifenus hoc pacto loquitur: Si quispiam Christo amico cōsentiens, hac in uita peccata purgare minus poterit, post transitū hinc per purgatorij ignis cōflationem expeditur. Hoc praedicamus, dogma ueritatis seruantes, & ita credimus. Hoc etiam uniuersalis tenet ecclesia, quae pro defunctis ut a peccatis soluantur, exorat. Quod nisi de illis, qui sunt in purgatorio, intelligi nequit. Vnde in libro Maccabæorum scriptum est, Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluātur. Quod de his qui sunt uel in paradiso, uel in inferno, nullo pacto intelligi potest: sed de his, qui post hanc uitā in charitate sunt, citra quam peccatorum remissio nequit esse. Siquidem uniuersa delicta operit charitas, qui morti aeternae obnoxij non sunt, quoniam qui uiuit, & credit in me, nō morietur in aeternum, ut ait dominus, nec diuinæ gloriae, ac beatitudinis, nisi purgati, participes esse possunt. Post hanc igitur uitam, ut illorum peccata purgētur, necesse est. Nam scriptura teste, nihil coinquinatū in illam introibit. Qui ergo pertinaciter auctoritati resistit Ecclesiae, haeticus cōsetur. Quod autem per lignum, fœnum, stipulam, quae super fundamentum superaedificantur peccata notentur uenialia, ex dictis Augustini liquidum esse potest. Praeterea uenialia peccata, quae charitati coherent, per aliquam poenam deleri possunt, & idcirco metaphoricē per illa significantur, quae igni consumi possunt. Et quia inter uenialia peccata unum est altero grauius, & propterea ad expiandum, purgandumq; difficilius est, idcirco cōsentaneum est, ut illorum diuersitas significetur, per illorum diuersitatem, quae ab igne facilius, ac difficilius absumūtur. Et quia cuiuslibet quantitatis perfectio, propter principium, medium, & finem, ternario comprehenditur, idcirco Apostolus triplicem notauit differentiam uenialium peccatorū. Siquidem in uenialium peccatorum genere quaedā sunt grauiſsima, quae haudquaquam faciliē purgantur, & hæc per lignū significantur. Et quaedam sunt minima, & hæc per stipulam exprimentur, nonnulla uero sunt media, quae per fœnū figurantur. His addēda sunt, quae in prima secundae idem notauit doctor. Siquidem diuus Paulus saluū fieri quasi per ignem illum dixit, qui lignum, fœnum, stipulam superaedificauerit. Poenae igitur ille obnoxius est, non quidem aeternae, quae peccato debetur mortali, sed temporali, quae uenialium propria est peccatorum. Fuerunt autem nonnulli, qui fundamentum putarūt esse fidem informem, id est, eam fidem, quae per dilectionē non operatur, super quam asseruerūt nonnullos bona aedificare opera, quae per aurum, argentū, lapidesq; preciosos figurantur, nonnullos uero peccata etiam, quae mortalia uocant, quae per lignū, fœnū, stipulamq; significantur, quos per ignem salutem consequi putant aeternam. Horū opinionem diuus Augustinus satis superq; (ut ex dictis cōpertissimū est) confutauit. Alij uero fuerunt, qui per lignū, fœnum, stipulam, bona opera significari existimauerunt, quae spiritali superaedificantur fundamento, quibus peccata coherent uenialia, quemadmodū usu uenit his, qui rei familiaris curam habent, quod bonum est, sed cohæret illi, atq; coniungitur uel uxoris, uel filiorū nimius affectus, citra Deū tamen, quem cunctis præponūt rebus. Verū hæc opinio rationi cōsentanea nō inuenitur. Nam omnia bona opera in charitate Dei, & proximi sunt radica,

Poenitentia delet peccata, quod homo deserit.
Thomas aquinas.
Purgatorium ignē negans, cōtra Deum loquitur, & haeticus est.
Gregorius Nifenus.
Purgatorium esse uniuersalis tenet ecclesia.
 2. Macc. 13. g.
 Prou. 10. b.
 Ioan. 11. c.
 Apoc. ultimo.
Venialium peccatorum tria genera.
Lignū, grauiſsimum ueniale.
Stipula, ueniale leue.
Fœnū, ueniale medium.
Fundamentum, fidē esse informē falso nonnulli putauerunt.
Aurū &c. bona opera.
Ligna &c. peccata esse mortalia.
Ligna, fœnam, stipula, bona opera figurant, ut asserunt nonnulli.
Antedicta opinio rationi nō uidetur cōsentanea.

Ligna, foenum, stipula, peccata uenialia.

Psal. 136. a. Ezech. 49. a.

Gal. 5. a. Ephes. 3. d. Peccatū nullū post hanc uitā remitti quidam putauerunt.

Opinio antedicta, sanctis, & Euangelio aduersatur.

cata, citra quam nullum est uerum bonum. Et idcirco ad aurum pertinent, & argentum, lapidesq; preciosos. Quare dicendum est, peccata uenialia, quae terrena procurantibus admiscuntur, per lignum, foenum, & stipulam significari. Nam quae admodum ligna, foenum, stipula in domo congregantur, quae tamen non sunt de substantia domus, & domo remanente, comburi possunt, itidem siate spirituali edificio in homine, peccata uenialia multiplicari possunt, pro quibus, uel igne temporaliis tribulationis hac in uita, uel igne purgatorio post hanc uitam, ut salutem consequatur aeternam, afficietur. Nec obstat quod lignum, foenum, stipula dicantur spirituali fundamento superaedificari, & peccata uenialia dicantur esse praeter spirituale fundamentum. Nam uenialia peccata spirituali fundamento non dicuntur superaedificari quasi directè supra ipsum posita sint, sed quod posita sint iuxta fundamentum, quo pacto accipitur illud Dauidicum, Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Siquidem uenialia fundamentum non destruit, sed pariter cum fundamento sunt. Vel super, ponitur uice post, iuxta illud, Super terminum Aser, id est, post terminum. Quod etiam ait Apostolus, quod saluus erit quasi per ignem, non intelligitur de quouis aedificata lignum, foenum, stipula, sed de illo duntaxat, qui aedificat super fundamentum, id est, fidem, quae per dilectionem operatur, iuxta illud, In charitate radicati, & fundati. Ille ergo qui cum peccato mortali, & uenialibus ex hac uita demigrat, habet quidem lignum, foenum, stipulam, sed quia non sunt superaedificata super fundamentum spirituale antedictum, propterea non erit saluus quasi per ignem. Quantum attinet ad tertium, est adnotandum, quod quidam dixerunt, post hanc uitam, nullum, quantum attinet ad culpam, dimitti peccatum. Qui autem cum mortali culpa ex hac uita demigrauerit, profectio datur, nec remissionem habere potest. Quod autem emigret quispiam cum ueniali peccato citra mortale, non potest esse, quoniam finalis gratia culpam expiat, atq; purgat uenialem. Venialis autem culpa ob hoc usiuenit, quod quispiam Christum in fundamento habens, nimis aliqua diligit temporalia. Hic autem excessus ex concupiscentia corruptione proficiscitur. Vnde gratia penitus concupiscentiae corruptionem superante, ut in beata uirgine, uenialis culpa manere nequit. Et quia in morte ista concupiscentia penitus dimittitur, imò annihilatur, idcirco potentiae animae, gratiae penitus subiectae uenialem expellunt culpam. Sed haec opinio sanctorum dictis, & Euangelio aduersatur. Siquidem quantum ad poenam non possunt exponi de uenialium remissione, quoniam hoc pacto tam leuia, quam grauiora in futuro remitterentur. At Gregorius, ceterisq; orthodoxi leues duntaxat culpas post hanc uitam remitti perhibent. Nec sufficit quod hoc in loco dicitur peculiariter de leuibus, ne putetur pro illis nihil graue nos passuros. Nam poenae remissio grauitatem aufert, non ponit. Ad illorum autem rationem, quae nullius est momenti, dicendum est defectum corporalem, qualis est in ultimo uitae, non auferre, quantum attinet ad radicem, & fundamentum, concupiscentiae corruptionem: sed quantum ad actum, quemadmodum in his qui grauius aegrotant, manifeste uidemus, in quibus potentiae animae gratiae non subijciuntur, per quam potentiarum tranquillitas possidetur. Nam inferiores potentiae obtemperant superioribus, quae legi Dei condelectantur, quod quum actus utrarumq; impediatur, esse non potest illo in statu, nisi quis dicere uoluerit illam tranquillitatem pugnae esse priuationem, quemadmodum dormientibus usu uenit. Sed huius rei gratia somnus non dicitur concupiscentiam diminueret, neq; uiribus animae quietem praestaret, nec illas gratiae subijcere. Et idcirco quaquam radicaliter concupiscentiam diminueret ille defectus, & uires animae, gratiae subijceret, hoc tamē ad purgationem culpae uenialis iam commissae, non sufficeret, tametsi ad futurae culpae uitationem sufficere posset. Nam tam actualis, quam uenialis culpa citra actualē contritionis mortum, ut alias dictum est, non remittitur. Potest autem quispiam obdormiens, & in gratia existens, mori cum aliquo ueniali peccato, qui tamen de ueniali peccato ante mortem contritionis actum habere nequiuit. Quod autem aiunt, quod si non poenituit actu, uel proposito in generali, uel speciali ueniale uersum esse in mortale, quia placuit, non est rationi consentaneum. Siquidem non quauis uenialis peccati complacentia, peccatum constituit mortale, alioquin omne peccatum ueniale esset mortale. Nam quodlibet ueniale, quum sit uoluntarium, placet. Sed illa complacentia, quae ad fruitionem spectat, in qua omnis humana pueritas consistit, dum rebus utendis fruimur, ut diuus ait Augustinus, peccatum efficit mortale, & est actualis complacentia. Siquidem in actu consistit peccatum mortale. Potest autem usu uenire, ut quispiam peccato ueniali commissio, nihil actu de peccato dimittendo, uel retinendo cogitet, sed de alijs rebus, quae menti illius occurrunt, & in ipsa cogitatione moriatur. Liquidum est igitur, antedictam opinionem non esse rationi consentaneam. Dicendum est ergo, ut dicunt alij doctores, culpam uenialem in eo qui in Dei gratia mortuus est, post hanc uitam per ignem purgatorium remitti, quoniam poena illa aliquo pacto uoluntaria, uirtute gratiae uim habebit expiandi culpam omnem, quae simul cum gratia stare potest. Est autem praeterea adnotandum, quod uenialia peccata hominis non uariāt statum, quoniam neq; tollunt, nec diminuunt charitatem, secundum quam quantitas gratiae bonitatis animae mensuratur. Et idcirco per hoc, quod uenialia uel committuntur, uel remittuntur, eadem manet anima, quae prius fuerat. Et quod post hanc uitam non potest esse meritum respectu essentialis praemij, potest tamē respectu alicuius accidentalis praemij esse meritum, quoad manet homo alio quo pa

quo pacto in statu uia. Quamobrem in purgatorio potest esse, quantum attinet ad culpae uenialis remissionem, actus meritorius. Et si quispiam dixerit, fomitem in anima separata in purgatorio existente non remanere, ex cuius corruptione peccatum ueniale proficiscitur, & idcirco illic non posse uenialiter peccare, non tamen propter hoc sequitur remissionem culpae uenialis in purgatorio non esse, quoniam uenialis culpae remissio ex gratia, quae in purgatorio in anima separata inuenitur, proficiscitur. Albertus quoque cognomēto Magnus in eadem distinctione 2. scribit, quod quemadmodum ignis tres habet species secundum materiam, in qua reperitur, nempe lucem, quae est in puro aere circumstante, & flammam, quae est in uapore terreo, atq; humido, & carbonem, qui est in materia terrea. Itidem dicere possumus lucem, quaedam perfectorum comburere uenialia, in quibus non est ad ignem notabilis sensus, atq; resistentia, sed potius momentaneum. Nam, ut dicit magister in litera de uiris perfectis, si uenialiter aliquando peccant, feruore charitatis ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta aquae in camino ignis, per quod significatur parum, uel nihil eos sentire, & parum, uel nihil obscurari, sed luminosos remanere. Alij uero plus inflammantur, & obscurantur, qui scilicet aedificant lignum, foenum, stipulam, à quibus, ut quidam uapor, impuritas extrahitur. At damnati ueluti carbo inconsumptibilis & inuoluuntur, & denigrantur.

Albertus Magnus. Ignis tres species secundum materiam. Lux. Flamma. Carbo.

Quid fons, mysticè significet. Cap. XI.

Fons, & puteus, sacram designat scripturam, ut diuus inquit Gregorius, exponens illud Salomonis, Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, quae fluunt impetu de Libano: Rectè inquit in emissionibus Ecclesiae, fons hortorum, & puteus aquarum uiuentium describitur. Quid enim per fontem, & puteum, nisi sancta scriptura designatur? Quae sic aquam sapientiae generat, ut & potantes semper reficiat, & tamen manare non desinat. Quae bene hortorum esse perhibetur, quia illorum specialiter est sancta scriptura, in quorum mentibus uirtutum semina oriuntur, sed quare enim dum nobis est, quare fons, & puteus utrumq; simul scriptura dicatur, quum fons in superficie appareat, puteus uero in imis latens, omnes se quarentes maiori labore exerceat. Sed sciendum est, quod diuina scriptura in quibusdam manifesta existens, in quibusdam uero locis obscuram se praebens, & aliquando leuiter, sicut inuenitur, tanquam fons potatur, & aliquando magna inquisitione eget, tanquam puteus, ut inuenta sumatur. Quod uero sanctae scripturae intellectus per aquam designetur, ostenditur alibi, quum diuina uoce de reprobis dicitur, Mittam eis sitim aquae, & famem panis. Et per Esaiam dicitur: Auferet dominus ab Hierusalē, & Iuda omne robur panis, & omne robur aquae. Vbi notandum, quod robur panis prius, & postea robur aquae auferitur. Dum enim grauiora dicta scripturae non perquiruntur, ut mandatur, paulatim à scientia decidit mens, ut aliquando non leuia, etiam intellectu capiuntur. Sed aquae istae bene de Libano fluere cum impetu dicuntur. Libanus enim dealbatio interpretatur. In baptismo quippe dealbamur, dum amissa nigredine peccatorum, ad mundiciam nouae uitae reformamur. De Libano ergo aquae putei fluunt, quia in baptismo electi quique donum spiritus sancti accipiunt, quo illuminati scripturae sacrae sensum intelligunt. Quae scripturae sanctae scientia, tanto fluit impetu, ut electos, dum tangit, ab huius uitae amore submoueat, & ad aeterna gaudia ui impetus sui quosq; adhaerentes, traiciat. Hinc est enim quod in Psal. scriptum est, Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei. Impetus enim fluminis ciuitatem Dei laetificat, quum per donum sancti spiritus fortiter inundas scripturae sapientia sancta Ecclesiam, uel cuiuslibet capientis mentem infusione sua exhilarat. Et de ecclesia eodem capite dicitur, Hortus conclusus solor mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus: Fons dicitur (ut illic inquit Gregorius) quia dum coelestia assidue cogitat, dum scientiam scripturarum semper in uentre memoriae congregat, quasi aquas uiuentes sancta mens in se gignere non cessat, quas sitientibus proximis praebere, ut reficiantur, ualeat. Vnde scriptum est dicente domino, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Et alibi, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiae. Sed cur dicitur fons ille signatus, nisi quia sensus spiritualis mentibus indignis absconditur? Infideli enim homini à domino dicitur, Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quò uadat. Et iterum scriptum est: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Quod enim sibi lumen signatum, hoc hic proculdubio fons signatus esse perhibetur. Sanctus enim spiritus mentem, quam replet, & illuminans irrorat, & irroras illuminat, ut & de luce eius uideat quid appetat, & de rore eius se refrigeret, ne caleseat (alias lassescat). Et homilia 20. libri secundi super Ezechielē, citans illud Zachariae, In die illa erit fons patens domus Dauid habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruat. Fons quippe occultus est unigenitus patris inuisibilis Deus: fons uero patens, est idem Deus incarnatus. Qui fons patens rectè domus Dauid dicitur, quia ex Dauid genere noster ad nos redemptor processit. Hierusalem uero, uisio pacis interpretatur. Hi autem Hierusalem habitant, qui in uisione pacis intimae mentē figunt. Peccator uero, & menstruat est, uel is, qui delinquit in opere.

Gregorius. Cant. 4. d. Hortus, is in cuius mente, uirtutum semina oriuntur. Fons, scriptura in locis manifestis. Puteus, scriptura in locis occultis. Aqua, scriptura sacra. Amos 5. d. Esai. 3. a. Libanus, dealbatio, baptisma est. Psal. 45. a. Fons, mens sancta. Ioan. 4. b. Ioan. 7. f. Fons signatus cur dicitur. Ioan. 3. b. Psal. 4. b. Zach. 13. a. Fons occultus, unigenitus Dei inuisibilis. Fons patens, Deus incarnatus. Hierusalem, uisio pacis. Peccator, peccans opere.

Mēstruata, mēs
que in praua
cogitatione la-
bitur.
Hierem. 2. e.
Menstrua, pol-
luta cogitatio-
nes.

Psal. 50. c.

Luc. 7. f.

Matth. 26. g.
Luc. 23. f.

Ambrosius.

Psal. 17. c.
Fōtes, prædica-
tores.
Cassiodorus.
Fundamēta, pro-
phetæ.
Psal. 35. c.
Cassiodorus.

Fons, bonorum
omnium initiū,
& origo uirtu-
tum.
Esa. 12. a.

Lumen, Deus.
Fons, Deus.

Matth. 5. a.

re, uel mens, quæ labitur in praua cogitatione. Mēstruata namq; ista pollutio est, quia & aliena carne non tangitur, & sua carne inquinatur. Sic itaq; sic est omnis anima, quæ & si malum opus non agit, polluta tamen cogitatione sordescit. Vnde etiam per prophetam alium sub Iudææ specie de anima immundis desiderijs occupata, dicitur: Omnes qui quærent eā, non deficient, in mensuris eius inuenient eam. Maligni quippe spiritus quærentes non deficient, quum inferre perditionem cupiunt, & nulla bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atq; in mensuris suis animā inueniunt, quando in pollutis cogitationibus positam facili ad peruersam operationem trahunt. Dicitur ergo, In die illa erit fons patens &c. quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, qui in domo Dauid incarnari dignatus est, ut peccatorem lauet à peruerso opere, & mensurata mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lachrymis, lauamur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoq; Dauid lotus est, quum redijt ad lamētā pœnitentiæ, post maculas grauis culpæ. Ipsum quippe inuenire fontem quærebat, quū diceret, Redde mihi læticiam salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me. Iesus enim Hebraicè, Latinè salutaris dicitur. Et quid est, quod sibi læticiam Iesu reddi postulabat, nisi quod hunc ante culpam contemplari consueuerat, eiusq; contemplationis gaudia in culpa perdiderat. Vnde rectè post pœnitentiā, uisionis eius læticiā sibi reddi quærebat. In hoc fonte misericordiæ lota est Maria Magdalena, quæ prius famosa peccatrix, postmodum lauit maculas lachrymis, deterit lachrymas, corrigendo mores. In hoc fonte misericordiæ omnibus aperto lauit Petrus quod negauerat, quia fleuit amarè. In hoc fonte misericordiæ in fine suo lotus est Iatro, qui semetipsum in morte reprehēdens, à culpa sua ablutus est confessione ueritatis. Cur igitur pigri sumus, cur torpentes, & frigidī remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lauiffe cognouimus? Ergo ne in mūdatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordiæ in pignore tenemus, & cessamus ueniam quærere, atq; cum lachrymis fiduciam habere, qui tantorum iam emūdationem spei nostræ pignus accepimus? Quærere enim misericordiæ fontem debuimus, etiam si clausus esset. Patet, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundū uniuersum, consyderemus quāti peccatores diebus, ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiæ lauātur, quāti post tenebras ad lucem, quāti post maculas ad mundiciā redeunt. Curramus cum talibus post mortis tenebras ad aquā uitæ, consyderemus quātum peccauimus, quātum quotidie peccamus, atq; ut appareamus mundi post culpas, lauemus holocaustū. Et diuus Ambrosius libro de uirginitate primo: Hortus (inquit) conclusus soror meā, hortus cōclusus, fons signatus, eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem Dei, synceri fontis unda resplendet, ne uolutabris spiritualium bestiarum, sparso cœno, fluuenta turbentur. Et in exhortatione ad uirgines, Hortus clausus, fons signatus. Hunc hortum (inquit) animæ uestræ, hūc fontem seruate puri liquoris, ut eum in uobis nemo perturbet, nemo designet, quem genitilis in uobis origo signauit.

De eodem fonte.

Cap. XII.

DAuid quoq; in Psalmo ait: Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum, id est, ueritas prædicantium, qui fontes æternæ uitæ sanctitatis suæ ore fundebant. Ipso enim ueniēte patuit, quod obscuritas diuini tegebat eloquij. Et reuelata sunt fundamenta orbis terræ, id est, manifestati sunt prophetæ qui non intelligebantur, supra quos orbis terrarum in Ecclesiæ facie sancta ædificatione constructus est. Vnde diuus Augustinus hoc pacto exponit: Et apparuerunt qui facti erāt in prædicantibus fontes aquarum salientium in uitam æternam. Et reuelata sunt &c. id est, reuelati sunt prophetæ, qui nō intelligebantur, super quos ædificaretur orbis terrarum, credēs dominum. Et in alio Psalmo scriptum est, Quoniā apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Quam salubriter aperit, quam potenter exponit quid sit illud, quod superius ait, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ &c. Christo domino dicit, Quoniā apud te est fons uitæ, id est, initiū omnium bonorum, & origo uirtutum. Vnde perfectissime complemur, quando aliquod munus ab eius pietate suscipimus. Debrat etenim nos uita potabilis, quum bona conuersationis studium de sacris prædicationibus hauserimus, sicut Esaias dixit, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Verum in consuetudine mortalium, aliud est lumen, aliud fons, imò & contraria sibi sunt, quia fons aquæ flammam lumen extinguit, apud Deum uero unum est, quia quicquid dixeris, & uerum est, & adhuc minus. Dicimus enim Deum lumē, quia omnem hominem ueniētem in hunc mūdum illuminat, & fontem, quia sitientē, & inanem satiat. Et Augustinus: Quis est fons uitæ, nisi Christus? Venit ad te in carne, ut irroraret fauces tuas sitientes. Satiabit sperantem, qui irrigauit sitientē. Hic, aliud est fons, aliud lumen, sibi non ita. Quod enim est fons, hoc est & lumen. Si diceres quia lumen est solū, diceretur tibi, Sine causa ergo mihi dictum est, ut esuriam, & sitiam. Quis enim est qui manducet lumē? Illud planè rectè mihi dictum est, Beati

est, Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Si lumen est, oculis meis pariet pariet & fauces, quia illud quod lumen est, & fons est. Fons, quia satiat sitientes, lumen, quia illuminat cæcos. Hic aliquando alibi lumen, alibi fons. Aliquando enim currunt fontes, & in tenebris, & aliquando in eremo pateris solem, non inuenis fontem. Hic ergo possunt ista duo esse separata, ibi nō fatigaberis, quia fons est, nō tenebraberis, quia lumē est. Et in alio Psal. legitur: Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ceruus homo assimilatur. Est enim primò animal innoxium, deinde uelocissimū, terciò desiderio inardescēte siticulosum. Serpētes nariibus trahit, quos, ut uorauerit, ueneno æstuante permotus, ad fontē aquarū, quāta potest uelocitate festinat. Amat enim aqua dulci, purissimaq; satiari. Huius decora cōparatio nostrū desiderij ardēter instigat, ut quādo uenena antiqui serpētis haurimus, & eius facibus æstuamus, ad fontē diuinæ misericordiæ ilico festinemus, quatenus quod peccati aduersitate contrahitur, dulcissimi haustus puritate uincatur. Nec uacat, quod ad fontes aquarū dixit, nō ad aquas. Fons enim aquarum, Christus est dominus, unde omnia fluūt quæcunq; reficiunt. Fluēta enim plerūq; siccatari possunt, fons autem aquarum, semper irriguus est. Vnde merito dictum est ad liquorem sacræ originis festinandum, ubi desiderium nostrum nunquam possit habere ieiunium. Augustinus: Desideremus uelut ceruus fontem, excepto illo fonte, quem propter remissionem peccatorum desiderant baptizandi, & iam baptizati desideremus illum fontem, de quo scriptura alia dicit: Quoniam apud te est fons uitæ. Ipse enim fons, & lumen est, quoniam in lumine tuo uidebimus lumē. Si & fons est, & lumen est, merito & intellectus est, quia & satiat animam auidam sciētia, & omnis qui intelligit, luce quadam interiore illustratur. Curre ad fontes, desidera aquarum fontes. Apud Deum est fons uitæ, & insiccabilis fons, cui fonti hauriendo sitis interior inardescit. Non sit tarditas in currendo, impiger curre, impiger desidera fontem. Inuenimus enim insigne uelocitatis in ceruo. Et alio in loco inquit Psalmista, Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ: Quam natura terrarum describitur, causa nobis occultior pulcherrimis allusionibus indicatur. Certū est enim conualles aquis abundare copiosis, fontiq; ibi esse frequentiam magnam, ubi sunt arua iacentia. Sed illud potius debemus aduertere, quia in humilitate hominum, qui loco cōuallium ponuntur, aquæ diuinæ semper æstuant. Spiritualiter montes hic accipere debemus hæreticos, ac superbos, inter quos scripturæ diuinæ perenni ubertate decurrunt, quia in hoc mundo eas audire bonis, malisq; commune est. Et benedictum est, Pertransibunt aquæ, quia tales uiros nullo siccasse beneficio sentiuntur. Nam si (ut quidam dicunt) montes hic iustos prædicatores uoluisset intelligi, dixisset de ipsis montibus aquas fluere, non eis in medio constitutis trāsire potuisse. Diuus autem Augustinus antedictum exponens uersum, hoc pacto scribit, Qui emittit fontes in cōuallibus &c. Conualles nostris quid sint, depressa loca terrarum. Nam collibus, & montibus contraria figura apponuntur ualles, uel conualles. Colles, & mōtes, tumores terrarum sunt: ualles autem, uel conualles, humilitates terrarum. Noli contemnere humilitates, inde fluunt fontes, emittit fontes in conuallibus. Audi montem, dicit Apostolus: Plus illis omnibus laboraui. Magnitudo quædam commēdatur, statim tamen, ut profluant aquæ, conuallem se fecit. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Non repugnat, ut qui sunt montes, sint & conualles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritualem magnitudinem, ita & conualles propter sui spiritus humilitatem. Non ego (inquit) sed gratia Dei mecum. Ergo conuallis est, & gratia Dei fons est. Qui emittit fontes in conuallibus, de spiritu dicebatur, quomodo commemorauit: Si quis sitit, ueniat, & bibat: qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erāt, hi qui in eum erant credituri. Videamus si conualles sunt, ut emittantur fontes in conuallibus, audi prophetam: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem uerba mea? Quis habebit fontem meum? Cōuallis. Inter medium montium pertransibunt aquæ. Audiuimus quid sunt mōtes, magni prædicatores uerbi, sublimes Angeli Dei, quamuis adhuc in carne mortali excelsi, non sua uirtute, sed illius gratia. Quantum autem ad ipsos attinet, conualles sunt, humiliter emittunt fontes. Et inter medium montium (inquit) pertransibunt aquæ, id est, inter Apostolorum medium pertransibunt prædicatores uerbi ueritatis. Quod medium dicitur, commune est. Res communis, unde omnes æqualiter uiuunt, media est, nec attinet ad te, nec ad me. Audi aquas inter medium mōtium: Quia communis illis fides erat, nec quisque aquas quasi proprias, & suas habebat. Si enim non sunt in medio, quasi priuatae sunt, nō publicè fluunt, & ego habeo meam, & ille habet suam. At uero, ut inter medium montium fluāt aquæ, audi uocem montis, Deus (inquit) pacis, det uobis id ipsum sapere inuicem. Et iterum, Vt id ipsum sapiatis omnes, & non sint in uobis schismata. Audi ipsum montem: Siue autē ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis. Inter medium enim montium fluebant aquæ. Nulla enim de aquis discordia montium, sed pax consensionis, & societas charitatis. Si quis autē uellet aliud prædicare, iam de suo prædicaret, non de medio. Et alio in loco Psalmista ait: Tu dirupisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. Hoc

illu.
Psal. 41. d.
Cerui proprietates.
Fons, Christus.
Augustinus.
Psal. 35. c.
Psal. 103. b.
Cassiodorus.
Conualles, humiles.
Montes, hæretici, superbi.
Augustinus.
1. Cor. 15. b.
Montes, sancti prædicatores, Angeli.
Fons, gratia.
Ioan. 7. f.
Esa. 66. a.
Medium cōmune est.
Rom. 15. b.
1. Cor. 1. b.
1. Cor. 15. b.
Psal. 73. c.

Fontes, peccato totum (inquit Cassiodorus) per allegoriam de peccatoribus dicit. Fontes illos appellat, quorum ma-
res. la iugiter influebat. Torrentes, qui subito concitati rapidis excursibus irruerant. Hæc enim duo
genera peccantium dominus dirumpit, quum eos à diaboli famulatione diuiserit, Siccasti fluiuos
Fluiuij, imunda- Ethan. Priorem excolit sensum, ut fluiuos, id est, inundationes diabolica collectas, non
tionem diaboli solum dirumpat, ac diuidat, uerum etiam deficet, & auferat. Fluuius enim, quando siccatur, ad ni-
collectæ. hilum sine dubitatione perducitur. Quod tunc contingere manifestum est, quando donans multi-
Ethan, fortis, id tudinem peccatorum, diaboli constat inundantia perijisse consilia. Ethan Hebræa lingua fortis in-
est, Diabolus. terpretatur, quod sæpe diabolus significare iam diximus. Diuus autem Augustinus hoc pacto
exponit, Tu dirupisti fontes, & torrentes, ut manarent liquorem sapientiæ, ut manarēt diuitias si-
dei, ut irrigarent falsitatem gentium, ut omnes infideles in fidei dulcedinem sua irrigatione cõuer-
terent. Dirupisti fontes, & torrentes. Fortè discretum est, fortè unum est, quia fontes tam largi fue-
runt, ut flumina facerent. Si autem ad discretionem, in alijs sit uerbu Dei fons aquæ salientis in ui-
tam æternam. Alij autem audientes uerbum, & non sic habentes, ut bene uiuant, tamen non tacen-
tes lingua, torrentes fiunt. Torrentes enim dicuntur propriè, qui non sunt perennes. Nam aliquã-
do & translata dicitur torrens pro fluuio, sicut dictum est, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ,
10an. 4. b. & torrente deliciarum tuarum potabis eos. Non enim ille torrens aliquando siccabitur. Vides ergo
Torrës non est hominem bene fidelem perseveraturum usque in finem, non relicturum Deum in omni tentatione
peremis, & p pro ueritate, non pro falsitate, & errore omnes molestias sustinentem. Hic unde sic uiget, nisi quia
fluuio interdum uerbum factum est in eo fons aquæ salientis in uitam æternam? Alius autem accipit uerbum, præ-
ponitur. dicat, non tacet, currit, sed æstas probat fontem, aut torrentem: tamen ex utroque rigatur terra ab eo,
Psal. 35. b. qui operatur salutem in medio terræ. Tu siccasti fluiuos Ethan. Hac rumpit fontes, & torrentes,
10an. 4. b. hac siccat fluiuos Ethan, ut inde currant aquæ, Ethan interpretatur fortis, robustus, ille nimi-
Psal. 73. c. rum, de quo scriptum est: Nemo enim intrat domum fortis, ut uasa illius diripiat, nisi prius al-
Ethan, fortis, ligauerit portem. Ipse enim est fortis de uirtute sua præsumens, & Deum deserens. Ipse est fortis,
id est, Diabolus. qui ait, Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Fortes esse uoluerunt, quise
Matth. 12. c. Deos futuros de cibo uetito crediderunt. Factus est Adam fortis, quum audiret, Ecce factus est
Esa. 14. d. Adam quasi unus ex nobis. Fortes & Iudæi de iustitia sua præsumentes. Ignorantes enim Dei ius-
Gen. 3. d. titiam, & suam quærentes constituere iustitiam, tanquam fortes, iustitiæ Dei non sunt subiecti.
Rom. 10. 4. Illi adhuc fortes sunt, qui de uirtute sua præsumunt. Siccentur flumina eorum, non proficiant do-
ctrinæ gentium, haruspicum, mathematicorum, magicæ artes, quoniã siccati sunt fluiuij fortes. Are-
Cant. 6. scar illa doctrina, ut undentur mentes Euangelio ueritatis. Cyprianus quoque libro primo epistola
Cant. 4. in Cantico Canticorum spiritus sanctus ex persona Christi, dicens: Vna est columba mea, perfe-
cta mea, una est matris suæ, electa est genitrici suæ, de qua item denuo dicit: Hortus conclusus se-
ror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ uiuæ. Si autem hortus conclusus est sponsa Christi, quæ
est Ecclesia, patere res clausa alienis, & profanis non potest. Et si fons signatus est, neque bibere in-
de, neque consignari potest, cui foris posito, ad fontem accessus non est. Puteus quoque aquæ uiuæ
1. Petr. 3. unus est, idem qui intus est, uiuificari, & sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua
lis eis, qui intus sunt, usus omnis, & potus concessus est. Quod & Petrus ostendens, unam Eccle-
siam esse, & solos eos qui in Ecclesia sint, baptizari posse, posuit, & dixit: In arca Noë pauci, id est,
octo animæ hominum, saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos similiter saluos faciet baptisima,
probans, & contestans unam arcam Noë typum fuisse, unius Ecclesiæ. Si potuit tunc in illo exptari,
& purificati mundi baptismo per aquam saluus fieri, qui in arca Noë non fuit, potest & nunc uiuifi-
ficari per baptisima, qui in Ecclesia non est, cui soli baptisima concessum est,

De eodem fonte,

Cap. XIII.

Psal. 113. b. **Matth. 3. a.** **Rupes, arida,** **et dura genti-**
litium corda. **Petra, Christus**
10an. 4. b. **10an. 6. f.** **Luc. 24. d.** **10an. 7. f.** **Petra, Christus**
ALio quoque in Psalmo scriptum est, Qui cõuertit petram in stagna aquarum, & rupes in fon-
tes aquarum: Petram (inquit Cassiodorus) Iudæorum duriciam debemus aduertere, quam
in sacri baptismatis stagna conuertit, quum eos ad religionem fecit uenire tranquillam. Quam simi-
litudinem dominus in Euangelio dicit, Potens est dominus de lapidibus istis suscitare filios Abra-
hæ. Rupes sunt arida, & dura corda gentilium, quæ diuini eloquij manare fecit fontes irriguos, ut
qui antè sterilibus superstitionibus siccabantur, post auditum fuerint uerbi coelestis prædicationes
influere copiosas. Et Augustinus: Seipsum enim, & quandam suam duriciam liquefecit ad irrigan-
dos fideles suos, ut fieret in eis fons aquæ salientis in uitam æternam, quia prius, quum ignorare-
tur, durus uidebatur. Inde illi turbati sunt, & non expectauerunt, donec scripturis apertis influe-
ret, atque inundaret in eos, qui dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Ista petra, ista
duricia conuersa est in stagna aquarum, & ista rupes in fontes aquarum, quum resurgens expo-
suit eis,

fuit eis, incipiēs à Moyse per omnes prophetas, quia sic oportebat Christum pati, & misit spiritum
sanctum, de quo dicebat: Si quis sitit ueniat ad me, & bibat. Et diuus Hieronymus, Qui conuer-
tit &c. Petra, Christus, & secundum historiam de petra exierunt flumina. Antequam Christus ueni-
ret in carnem, non eruperant adhuc tantæ aquæ, hoc est, tanta doctrina. Postea exierunt de Chri-
sto quatuor flumina, id est, quatuor Euangelia, & irrigauerunt totum mundum. Et Bernardus
sermone sexagesimo sexto, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: Pro paradiso, quem
perdidimus, restitutus est nobis Christus saluator. Sicut ergo de uno fonte paradisi deriuantur
quatuor flumina ad irrigandum paradysum, ita de pectoris eius arcano procedunt quatuor fontes,
ex quibus hauriuntur quatuor aquarum genera, unde tota per uniuersum mundum rigatur eccle-
sia. Sunt autem quatuor fontes, ueritas, sapientia, uirtus, & charitas. Ex his ergo fontibus hauriun-
tur aquæ, ex singulis scilicet singulæ. Nam de fonte ueritatis sumuntur aquæ iudiciorum, de fon-
te sapientiæ, aquæ consiliorum, de fonte uirtutis, aquæ præsidiorum, de fonte charitatis, aquæ desi-
deriorum. In aquis iudiciorum cognoscimus quid liceat, uel quid non liceat, in aquis consiliorum
discernimus quid expediat, uel quid non expediat. Sed quia electis uiris rectè per hæc gradienti-
bus non desunt tentationes, tentantur autem de duobus, aut terroribus, ut concutiantur, aut blan-
dimentis, ut seducantur: idcirco armandi sunt contra terrores, præsidij diuinæ uirtutis, contra blan-
dimenta desiderij supernæ charitatis. Desiderij enim meliorum superantur (ut ait quidam san-
ctus) desideria deteriorum. Vel sic possumus procedere. Quid prodest nosse quid liceat, & ex-
pediat, quod utique docent iudicia, atque consilia, si posse perfici minimè contingat? Ideo post
aquis iudiciorum, & consiliorum, quærenda sunt aquæ præsidiorum. Rursum & posse quid ua-
leat, si horum omnium non sit finis charitas? Rectè itaque post iudicia, post consilia, post præsidia,
hauriuntur de fonte charitatis desideria, ut uidelicet quicquid sapimus, aut loquimur, quicquid ope-
ramur, aut patimur, æternæ uitæ finis concludat. Sed ut hæc quæ dicta sunt de fontibus, & aquis,
clarius eluceant, scripturarum testimonijs reor esse comprobanda, auriq; similitudines, quas pro-
tulimus, uermiculandas argento. Ac primum quod dictum est, quatuor illos fontes de pectore Ie-
su manare, nullum arbitror ambigere. Quomodo autem ex eisdem fontibus hauriantur prædictæ
aquæ, id elaborandum est. Veniat ergo Dauid, & dicat, quod ex fonte ueritatis procedant iudicia.
Hoc certè uidetur sensisse, quum diceret: De uultu tuo iudicium meum prodeat. Neque enim uir
sanctus iudicium suum diceret, quod de uultu Dei, id est, de ueritate non prodiret. Nouerat
enim electos Dei ueritatis iudicij, tanquam uirga ferrea, regi, & quia sub eorum regimine se esse
sentiebat, exultans psallebat, Iudicia Dei uera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum,
& lapidem preciosum multum, & dulciora super mel, & fauam. A quibus ne fortè per incuriam
deuiant, audiant uocem patris per eundem prophetam comminantis: Si in iudicij (inquit) meis non
ambulauerint, & mandata mea non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerbe-
ribus peccata eorum. Hæc mysteria diuini iudicij referabat coelestis regni clauicularius, quum di-
ceret, Tempus est ut incipiat iudicium de domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum,
qui non credunt Dei Euangelio? Et hoc de electis dictum est. Ceterum est aliud de reprobis iu-
dicium, quod nihilominus ab ipsa ueritate procedit. Vnde & per Paulum dicitur, Scimus enim,
quod iudicium est secundum ueritatem in eos, qui talia agunt. Et utrunque quidem iudicium com-
plectitur ipsa ueritas, dicens: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant,
& qui uident, cæci fiant. Vtrumque autem discernit, quum item dicit: Et ibunt hi in supplicium æter-
num, iusti autem in uitam æternam. Si uidimus quomodo de fonte ueritatis hauriuntur iudicia, ui-
deamus quomodo de fonte sapientiæ propinentur consilia. Quis dubitet Apostolum Paulum esse
sapientem, quum & Petrus eius coapostolus sapientiam ei datam esse astruat, & eiusdem Aposto-
li tota uerborum series nil aliud quam sapientiam redoleat? Proferat igitur consilia, & per ipsa nos
doceat quid peregrinantibus, & ad coelestem patriam festinantibus, expediat. De uirginibus (in-
quit) præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à
domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam
bonum est homini sic esse, hoc est, in uirginitate manere. Si de uirginibus præceptum haberet, nil
aliud, quam quod præciperetur, liceret. Nunc uero quum utrunque liceat, uel nubere, uel non nu-
bere, quid compendiosius dici potuit, quam bonum est homini sic esse, præsertim quum & neces-
sitas instantia frequenter obrepere soleat, & citò mori ipsa temporis breuitas urgeat, totiusque mun-
di figura prætereat? Item quum de uidea loqueretur, beatorum (inquit) erit si sic, id est, innupta per-
manserit, secundum consilium meum. Ac ne de proprio corde, & non potius de fonte sapientiæ ui-
deretur hoc ipsum consilium deprompsisse, subiicit, dicens: Puto ego, quod & ego spiritum Dei
habeam. Sed cur ego paucis immoror exemplis, quum in eius uerbis omnis sexus, omnis ætas,
omnis conditio consilium inueniat, si diligenter quærat salutis? Quod si quis curiosius uelit
perspicere, utrum uerum sit quod dictum est, de sapientia consilia manare, legat libros, qui
Consilia de sa-
pientia manant.

inscribuntur Sapientia, ubi totus orationis contextus consilia parare uidetur. Si uero con-
sultius, & utilius studet uitam inde eligere, audiat ipsam salubriter inuitantem sapientiam: Si
uis (inquit) ad uitam uenire, serua mandata. Quæris cuius? Deum (inquit) time, & mandata eius
obserua. Audiatur eam ipsam materno affectu inclamantem, Da mihi cor tuum. O quantum
uellem & ego cor meum in eius uerbum suspendere, de cuius ore mirifico, tam dulcia uitæ con-
silia audio personare. Vtinam autem & linguæ meæ calamum in eius fonte possem intingere, quo
idoneus essem, ea quoque quæ restant de duobus fontibus, id est, uirtutis, & charitatis utiliter exa-
rare. Et quoniam quatuor isti fontes ita sibi inuicem saporē transfundunt, ut qui de uno biberit, quadam
ineffabili dilectionis dulcedine inuiteatur ad aliū, libet iam de sapientia ad uirtutem transire, & qua-
liter illinc hauriuntur aquæ præsidiorum, quantum ab ipsa uirtute adiuuor, ostendere. Sicut au-
tem superius dixi gemina esse ueritatis iudicia, quia scilicet determinant quid liceat, uel quid non
liceat, itidem sapientia duo, hoc est, quid expediat, uel quid non expediat: ita & hic agnoscamus
de fonte uirtutis hauriendas duplices præsidiorum aquas, quæ uel abluant electos à culpis, uel re-
frigerent in tormentis. De utriusque sumamus exemplum. Refert Lucas Euangelista, quod quadam
mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, erogata in medicos tota substantia, quum minimè cura-
ri potuisset, accesserit retro, & tetigerit fimbriam uestimenti domini, & cõfestum steterit fluxus san-
guinis &c. Ecce quas aquas præsidij hauserit mulier de fonte uirtutis, quibus abluta est à profluuio
sanguinis, quæ nulla medicorum arte poterat sanari. Quod si quis obijciat prolatum testimonium
nihil ad rem præsentis operis pertinere, eo quod illa mulier nequaquam abluta esse uideatur à cul-
pis, sed tantum ab ægitudine carnis, nouerit moris esse diuinæ uirtutis, prius cordi mederi, quam
corpori. Vnde & alibi, quum quidam ei paralyticus offerretur curandus, tanquam bonus, & pius
medicus, uolens sanare prius quod erat potius, id est, mentem, quam carnem, ait eidem paralytico,
Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Itaque sanata cõscientia, cõsequenter sanatur corpus, quum dici-
tur, Surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Sic ergo & huius cor mulieris prius abluuit in-
tus per donum fidei, sicut scriptum est, Fide mundans corda illorum, per quam meruit exterius
impetrare salutem corporis. Hoc enim innuit ipse dominus, quum dicit, Filia, fides tua te saluam fe-
cit, uade in pace. Quod autem de hoc ipso fonte uirtutis oriantur aquæ præsidij in tormentis, osten-
dunt & illi tres pueri in fornacis incendio æstuantis positi, quibus ipsa flamma refriguit, & præci-
puè inclutus ille martyr Vincētius, qui quum grauiter torqueretur, nõ solū tolerasse, sed etiam tor-
torem suum constanter prouocasse fertur his uerbis, Insurge (inquit) & toto malignitatis spiritu de-
bacchare, uidebis me Dei uirtute plus posse, dum torqueor, quam possis ipse qui torques. Ad hunc
fontem inuitamur redemptoris nostri uoce, dicentis, Si quis sitit, ueniat, & bibat &c. Hoc autem
dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Quem nisi spiritum charitatis, quem mun-
dus non potest accipere, quæ soli accipiunt, qui uerè credunt in eum. Ex hoc ergo fonte hauriamus
nobis aquas desideriorum, ipsasque partiamur in geminos riuulos, ut sicut eiusdem charitatis duo
sunt præcepta, ita sint & desideria gemina, quibus impleantur ipsa præcepta. Aliud est enim desi-
derium, quod Deus propter seipsum, aliud uero proximus diligitur, in deo, uel propter Deum
In illo nullus modus, sed ex toto corde, tota anima, tota uirtute diligitur Deus: in hoc autem præ-
scribitur quidam modus, quum dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Illo flagrabat prophe-
ta, quum diceret, Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.
Et iterum, Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. Et notandum quod ad illud excita-
tur mens humana, specialiter tribus affectionibus, ac prouehitur. Vnde Deum diligere toto cor-
de, tota anima, tota uirtute iubetur. Prima quidem dulcis, secunda prudēs, tertia fortis est. Primam
habuit Petrus, quum domino mori dissuaderet. Ex corde enim dulciter diligebat, cuius passio-
nem expauescebat. Sed quum audiret, Vade retro Satanas, non sapis quæ Dei sunt, sed quæ ho-
minis, xis uerbis eruditus, & intelligēs quid boni haberet mors Christi, cœpit tota anima prudens-
ter diligere, quem prius tantum diligebat dulciter toto corde, necdum uero diligebat tota uirtute.
Quod si faceret, nec propter mortis discrimē eum negaret. At uero post resurrectionem, & ascen-
sionem, dato desuper spiritu, tunc demum tota uirtute dilexit, pro quo etiam horrendum crucis
supplicium postmodum subire non expauit. Erga charitatem quoque proximi exercemur triplici-
ter, uel ut ædificetur ipsa charitas, ubi non est, uel certè ne pereat, uel minuatur ubi est. Quisquis
autem hanc puro affectu erga proximum operatur, illam proculdubio, quæ Deus est, ulterius
promeretur.

De quatuor saluatoris nostri fontibus.

Cap. XIII.

Fons nobis est Christus dominus, unde lauemur, sicut scriptum est, Qui dilexit nos, & lauit
nos à peccatis nostris. Verūtamen non iste solus aquarum est usus, nec tantum sordes abluunt,
sed &

sed & sitim extinguunt. Beatus uero (ait sapiens) qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia medi-
tabitur. Et post pauca, Aqua (inquit) sapientia salutaris potabit illum. Bene sapientia salutaris, quo-
niam sapientia carnis mors est, & sapientia mundi etiam ipsa inimica est Deo. Sola quæ ex Deo est
sapientia salutaris, quæ secundum beati Iacobi definitionem, primum pudica, deinde pacifica est.
Nam sapientia carnis uoluptuosa est, non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. Sa-
pientia uero, quæ ex Deo est, primum pudica est, non quærens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Chri-
sti, ut non suam quisque faciat uoluntatem, sed consideret quæ sit uoluntas Dei, deinde pacifica, non
abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio, uel iudicio. Tertius aquarum usus est
irrigatio, quam profectò maximè necessariam habent nouellæ plantationes. Alioquin aut minus
proficient, aut ex toto peribunt præ siccitate. Quærat ergo deuotionis aquas quisquis seminauerit
bonorum operum semina, ut irrigatus fonte gratiæ bonæ conuersationis hortus non arefcatur, sed in
perpetua uiriditate proficiat. Orat enim pro huiusmodi propheta, Et holocaustum tuum (inquiens)
pingue fiat. Sic & in laudibus Aarō legis, quoniam sacrificium eius, quotidianus ignis absumpsit.
In quibus omnibus nihil aliud intelligendum uidetur, nisi ut bona opera feruore deuotionis, & dul-
cedine spiritualis gratiæ cõdiatur. Putas inueniri poterit quartus fons, ut paradysum recuperemus,
quatuor fontium irrigatione amoenissimum? Nam si terrenam paradysum denuo nobis reddendam
non speramus, quomodo regnum cœlorum sperabimus? Si terrena (inquit) dixi uobis, & non cre-
ditis, quomodo si dixerō uobis cœlestia, credetis? Nunc autē ut de exhibitione præsentium firma
sit expectatio futurorum, paradysum habemus multo meliorem, & longè delectabiliorem, quam
primi parentes habuerunt, & paradysus noster Christus dominus est. In quo tres quidem fontes
iam inuenimus, quartum quæramus. Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas, aquas
remissionis, habemus de fonte sapientia ad potandum sitim nostram, aquas discretionis, habemus
de fonte gratiæ ad irrigandas platas bonorum operum, aquas deuotionis. Quæramus ad decoquen-
dos cibos aquas feruentes, aquas æmulationis. Hæ nimirum condiunt, & decoquunt affectiones
nostras, & ebulliunt de fonte charitatis. Vnde ait propheta: Cocaluit cor meum intra me, & in me-
ditatione mea exardescet ignis. Alibi quoque, Zelus (inquit) domus tuæ comedit me. Siquidem
ex dulcedine deuotionis diligens iustitiam ex feruore æmulationis, odio habet iniquitatem. Et ui-
de ne fortè de fontibus istis prædixerit Esaias, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.
Nam ut promissionem hanc uitæ præsentis esse noueris, non futuræ, illud attende quod sequitur,
Dicetis in illa die, Confitemini domino, & inuocate nomen eius. Inuocatio quippe præsentis tem-
poris est, sicut scriptum est, Inuoca me in die tribulationis. Porro ex his quatuor fontibus tres qui-
dem propriè conuenire uidentur tribus ecclesiæ ordinibus, singuli singulis. Nam primus quidem
communis est omnibus. In multis enim offendimus omnes, & necessarium habemus misericor-
diæ fontem, ad diluendas offensionū sordes. Omnes (inquam) peccauimus, & egenus gratia Dei.
Et prælati Dei, & continentes, & coniugati. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos
seducimus. Quia ergo nemo mundus à sorde, necessarius est omnibus fons misericordiæ, & pari-
uoto debent ad hunc fontem Noë, Danieli, & Iob properare. De cetero quidem Iob maximæ sa-
pientia fontem quærat, quoniam ipse magis inter medios laqueos ambulat, ita ut magnum uideatur,
si à malo declinet. Danieli uero currendum est ad fontem gratiæ, cui nimirum pœnitentiæ ope-
ra, & labores abstinentiæ, deuotionis gratia necesse est impinguare. Oportet enim ut nos maximè
in hilaritate omnia faciamus. Quoniam hilarem datorem diligit Deus. Nam & terra nostra nequa-
quam fertilis est huiusmodi seminis, bonæ scilicet conuersationis, ideoque facile exarescet, nisi cre-
bris irrigationibus adiuuetur, unde & in oratione dominica huiusmodi gratiam sub quotidiani pa-
nis nomine postulamus. Meritò sanè, ne fortè cadat super nos terribilis illa maledictio prophetica
imprecationis, Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Fons uero æmu-
lationis Noë conuenit specialiter, quia maximè prælatos decet hic Zelus. Quatuor itaque fontes
istos adhuc in carne uiuentibus nobis in semetipso Christus exhibet. Quintum qui est fons uitæ
post hoc sæculum repromittens, ad quem sitiebat propheta, quum diceret, Sitiuit anima mea ad Deum
fontē uiuū. Fortassis etiā propter hos quatuor fontes, quatuor in locis uulneratus est Christus ad-
huc uiuēs in cruce, propter quintum, quum iam tradidisset spiritum, transforsatus est in latere. Viuebat ad-
huc, quando foderūt ei manus, & pedes, ut nobis adhuc uiuētibus, quatuor fontes ex seipso profer-
ret. Quintum pertulit uulnus, quum iam expirasset, ut in se nihilominus quintum nobis fontem post
obitum aperiret. Sed ecce dum loquimur de mysterijs natiuitatis, ad scrutanda repente deueni-
mus sacramenta dominicæ passionis. Nec mirum tamen, si quærimus in passione, quid in nati-
uitate sua Christus attulerit. Tunc enim confisso sacco, pecuniam, quæ latebat, in precium
nostræ redemptionis effudit. Et in sententijs eiusdem Bernardi: Fontes (inquit) quibus animæ
lauantur, tres sunt: Anxietas contritionis, quæ irrigat superficiem terræ, humilitas confes-
sionis, quæ posita est extra urbem, deuotio compunctionis, super quam Iesus moratur, & sedet.
Et August

Ecc̄i 14. b.
Aqua sitim ex-
tinguit.
Rom̄i. 8. a.
Illic b.
Iaco. 3. d.
1. Cor. 13. b.
Aqua irrigat.
Aqua deuotio-
nis.
Psal. 19. d.
Ioan. 3. b.
Paradisus, Chri-
stus.
Fons misericor-
diæ, ex quo
aque remissio-
nis.
Fons sapientia,
ex quo aque di-
scretionis.
Fons gratia, ex
quo aque deu-
otionis.
Fons charitatis,
ex quo aque
æmulationis.
Psal. 38. a.
Psal. 68. b.
Esa. 12. d.
Psal. 49. b.
Fons misericor-
diæ communis em-
nibus.
Iaco. 3. a.
Rom̄i. 3. c.
1. Ioan. 1. a.
Iob 15. b.
Fons sapientia
Iob conuenit, id
est, coniugatis.
Fons gratia Da-
nieli conuenit,
id est, religiosi.
1. Cor. 9. b.
Matth. 6. b.
Panis quotidianus
gratia.
Psal. 128. a.
Fons æmulationis
Prælati cõ-
uenit.
Fons uitæ post
hoc seculum.
Psal. 41. a.
Ioan. 19. f.

Fons paruo in loco pluribus riuis fluxum ministrat. Et Augustinus libro confessionum duodecimo, capite uigesimo septimo: Sicut fons in paruo loco uberior est, pluribusq; riuis in ampliora spacia fluxum ministrat, quàm quilibet eorũ riuorum, qui per multa locorũ ab eodẽ fonte deducitur, ita narratio dispensatoris tui (id est, Moyſi) sermone naturis pluribus profutura, paruo sermonis modulo scatet fluẽta liquidæ ueritatis, unde sibi quisq; uerũ, quod de his rebus potest. Hic illud, ille illud per longiores loquelarũ anfractus trahat &c. Et libro de Genesi cõtra Manichæũ secũdo, capite quinto: Fons ascendebat (inquit) de terra, & irrigabat omnẽ faciem terræ. Ante peccatũ (inquit) quum uiride agri, & pabulum fecisset Deus, quo nomine inuisibilem creaturam significari diximus, irrigabat eam fonte interiore, loquens in intellectu eius, ut non extrinsecus uerba exciperet, tanquam ex supradictis nubibus pluuiam, sed fonte suo, hoc est, de intimis suis manante ueritate satietetur. Fons ascendebat &c. De qua scilicet terra dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentium. Quando autem anima tali fonte rigabatur, nondum per superbiam proiecerat intima sua. Initiũ enim superbiam hominis, apostatare à Deo. Et quoniam in exteriora per superbiam tumescens cõp̃it non irrigari fonte intimo, bene insultatur illi uerbis propheticis, & dicitur: Quid superbit terra, & cinis? Quoniam in uita sua proiecit intima sua. Quid est enim superbia aliud, nisi deserto secreto cõscientiæ foris uideri uelle quod nõ est? Et ideo laborans iam in terra, necessariam habet pluuiam de nubibus, id est, doctrinam de humanis uerbis, ut etiam hoc modo possit ab illa ariditate reuiescere, & iterum fieri uiride agri. Sed utinam uel pluuiam ueritatis de ipsiſ nubibus libenter excipiat. Nam propter illam dominus in uilum carnis nostræ dignatus est assumere, imbrem sancti Euangelij largissimum infudit, promittens etiam, quod si quis biberit de aqua eius, rediet ad illum intimum fontem, ut forinsecus non quærat pluuiam. Dicit enim, Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Iste (credo) fons ante peccatum ascendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ, quia interior erat, & nubium non desiderabat auxiliũ. Et capite sexto: Nomine (inquit) fontis ascendentis, & irrigantis omnem faciem terræ, inundatio ueritatis animam satians ante peccatum, insinuata est. Et capite 24. Fons ascendebat de terra &c. Facies terræ, id est, dignitas terræ, mater domini uirgo Maria rectissimè accipitur, quæ irrigauit spiritus sanctus, qui fontis, & aquæ nomine in Euangelio significatur, ut qualis de limo terræ, talis homo ille fieret, qui constitutus est in paradiso, ut operaretur ibi, & custodiret, id est, in uoluntate patris, ut eam impleret, atq; seruaret. Et Cyrillus de recta fide: Et haurite (inquit) aquam cõtacticia ex fontibus salutaris. Salutares autem fontes esse dicimus sanctos prophetas, Euangelistas, & Apostolos, qui supernè, & de cœlo etiam salutarem mundo pluunt sermonem, suppeditate illis spiritu sancto, totumq; sic lætificant mūdum, in profunditatem sententiarum illius demittentes mētem, inuentam ueritatem inde haurimus.

De fonte signato.

Cap. XV.

Cantic. 4. d. **Prouer. 5. d.** **Ioan. 4. b.** **Fons signatus, spiritalis, & propria doctrina, deuotioq;** **Prouer. 25. d.** **Psal. 4. b.** **Psal. 64. c.** **Gen. 2. a.** **Esa. 53. a.** **ET** Gilbertus sermone trigesimo quinto, super Cantica, exponens illud Canticoꝝ, Hortus conclusus, fons signatus: Signetur (inquit) fons tuus, ut non effusione prodiga totus exiccetur, gnetur ut ad irrigandum tibi sufficiat. In plateis tuis aquas tuas diuide, habeto eas solus, ut nõ in alieni participes tui. In plateis (inquam) sed in tuis aquas diuide, ut uirtutum aromata tibi accrescant, ac si iuxta aquam in plateis. Quomodo non erit fons signatus, qui de fonte illo uitæ profluit, quem signauit Deus pater? Qui (inquit) biberit de aqua hac, quam ego do, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. In fonte hoc, quem signatum uocant, signatam quandam, & spiritualem, & propriam, & à seculari seiunctam doctrinam intellige, aut certè deuotionem priuilegio dulcedinis signatam, & quasi singularem copiosè fluentem, & iugiter. Hæc est quæ omnia uirtutum læta reddidit gemina. Hæc est fortium operum exhilaratio, ac si quædam irrigatio ossium. Gaudium enim cordis exhilarat hæc singularis, & insignis deuotio in Deum, quasi fons signatus, & proprius, segregatusq; in hoc ministerium, ut cor sponsæ, ac si hortum quendam irriget in sponsi delicias. Signetur ergo, ut non fiat iuxta quod scriptum est, Fons tuus turbatus pede, & uena corrupta, alioquin nescit tuus dilectus de puro fonte potare: Signatum est (inquit) super nos lumen uultus tui domine, dedisti læticiam in corde meo. Læticiam ad irrigationem deflecte. Deniq; in stillicidijs fontis hortus lætabitur germinas. Nonne recolis de Genesi, quod fons ascendebat, & irrigabat totam faciem terræ? Adhuc terra dedit fructus suos, nondum nouit spinas, & tribulos. Quis dabit hortulo meo hanc aquam, & areolis meis hunc fontem signatum? Quis dabit, ut tota hortuli mei facies irrigua sit læticiæ, & lucis riuulis, nihil in eo aut sterile sit, aut quadam in deuotione triste? Vicina sterilitati uidetur operatio tristis, & spiritalis gaudij carens irrigatione. Denique & si quid nascitur, quasi radix ascendit de terra sitiens. Quasi radix, non quasi flores, non quasi fructus. Quasi radix, hoc est, aut parum, aut nihil plus habens in radice. Ideo fontis inducta est mentio, ut germina læta credas erumpere in horto irriguo. Et est equidem hortus, cuius aquæ fontis

tuitæ sunt, & quasi deforis ascitæ, non perennes, non propriæ. Bonus autem hortus, cuius fons in ipso nascitur. Fons signatus, & proprius. fons (inquit) & fons signatus, id est, iugiter intus erumpens, & nõ ualens corrumpi. Fons, quia ubertim fluit, signatus, quia nequaquam pereffluit. Aut ideo dicitur fons signatus, quia & si alijs alij fontes sunt, forori & sponsæ specialis est fons, & proprius, & quadam prærogatiua signatus. Bonus omnino fons sapientiæ, sed adhuc sub signaculo nobis emanat, dulciter sapit, sed nondum dilucidè scitur. Signatus est, & clausus sub figuris. In Apocalypsi liber ostenditur in manu sedentis super thronum, signaculis septem signatus. Vtriusq; ratio & fontis, & libri ad sapientiæ spectat intellectum, sed uterq; signatus est figuris, & ænigmatibus inuolutus. Signatus est, quoniam quibusdam nobis intimatur indicijs, & occultatur in ipsiſ. Fons iste signatus quidem est, sed exiccatus non est, cuius tam gratiosæ sunt emissiones. Signatus est fons sapientiæ, sed ab emissionibus eius cognoscetis eam. Erit (inquit) fons patēs domus Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruata. Ille patet, hic signatur. Ille abluit, hic alit. Ille lauat, hic rigat. Ille purgat delicta, hic producit delicias. Ille communis multorum, hic specialis est sponsæ. Ibi remissiones fiunt, hic emissiones. Et exponens illud Salomonis, Fons horrorũ, puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano: Nostis (inquit) quantum inter se distent hi nostri fontes, & putei. Puteus infoditur, fons gratis fluit. In illo aquæ recõditæ sunt, in isto quasi propõ sitæ, & seipsas offerentes ultrò. Magna est in istis differentia, nec possunt utraq; in alterutris inueniri. Non potest uel fons putei, uel puteus fontis propria, & domestica sibi uendicare. Vterq; naturæ suæ continetur limitibus. Corporalia, & æterna angusta sunt, spirituales abundant diuitiæ. Ad spiritualia, si referamus ista, in eodem erit inuenire fontem, & puteum, & alterutra ab inuicem propria communicari. Communicemus ergo hæc, si uultis inuicem propria, & in eodem assignemus utraq;. Accipiamus in fonte sufficientiam doctrinæ, in puteo secretum. In illo abundantiam, in isto alta mysteria. Et quidem bonus doctor qui quasi de quodam alto puteo, ita de abdito sapientiæ thesauro copiosè profert noua, & uetera, puteus est, quia quæ Dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus Dei. Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei, & quasi fons quidam producit in medium, & uirtutum hortos irriguos reddit. Habetis ergo in puteo occultationem, in fonte copiam, profusionem in fonte, & sensuum profunditatem in puteo. Puteus altus est, sed non indiget hauritorio. Fons est, & gratis fluit. Qui sitit, ueniat, & bibat de aquis sponsæ. Sicut & puteus sapientiæ, ita & fons sapientiæ legitur. Et fortè in his duobus geminus eius modus exprimitur. Vnus qui fit per inuestigationem, alter qui fit per inspirationem. Fontis aquæ ultra prorumpunt, in puteo uero, terræ prorumpitur moles, & soliditas penetratur, ut ad aquam uiuam pertingas. Vtraq; alteri necessaria est, & industria gratiæ, & gratia industriæ. In uanũ enim laborat, qui puteum fodit, si non ipse fons uitæ gratis effluat. Sed & tibi gratis foderis puteum, & receptaculum aquarum præpara ueris, si fuerit neglectus puteus tuus. Et si squalas, non descendit in illum aquæ uiuæ, non fluent impetu de Libano. Aquæ quæ descendent de Libano, nesciunt colligi, nisi in puteum candidum, & aquæ, quæ cum impetu fluunt, uolunt puteum habere capacem. Altum, & capacem efficias cordis tui puteum, si curas terrenas egeras, si locum efficias in animo tuo læticiæ spiritali, si os tuum aperias, ut attrahas spiritum, & fluant in uentrem tuum flumina aquæ uiuæ.

Quid fores, & formica mysticè significant.

Cap. XVI.

FOres mysticè sunt doctores, qui uerbum Dei prædicant, & credentes in ecclesiam introducunt, ut diuus inquit Hieronymus, exponens illud Salomonis, Sapientia foris prædicat &c. in foribus portarum urbis profert uerba sua &c. V. bs (inquit) Ecclesia est ex utroq; populo, Iudæorum uidelicet, & gentium adunata, cuius portarum fores, sunt doctores, qui uerbum prædicando, credentes in eam introducunt. Et in foribus portarum eius uerba sapientia proferebat, quum in Apostolis suis loquebatur, è quibus unus aiebat, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur, Christus? Possent fores portarum urbis, etiam synagogæ maiores intelligi, in quibus sapientia disputabat, quũ legisperitos pharisæos, & sacerdotes per Apostolos loquens, suam reuocabat ad gratiam, ita ut sicut Lucas ait, Multa turba sacerdotum obediebat fidei, & sic capite octauo, In ipsiſ foribus loquitur, dicens &c. Doctores Ecclesiæ (inquit) sunt fores ciuitatis eius, per quos uiris simul, ac foeminis, sapientibus, & insipientibus, grandæuis prædicat, & paruulis. At contra doctrina fallax clam, & priuatim, quos seducere ualeat, quærit. Et eodẽ capite: Beatus (inquit) homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Fores (inquit) suas, & postes ostij sui scripturas sanctas, & eorum doctores nuncupat, sine quibus ad uitam, quã pollicetur, non ualeamus ingredi. Et de muliere stulta, & clamosa, & plena illecebris, & nihil omnino sciente, id est, de hæresi, quæ sapientiæ contrariatur, scriptum est, Sedet in foribus domus suæ super fellam: Sedet (inquit) in foribus domus suæ, id est, in doctoribus falsitatis, qui in penetralia perfidiam.

Psal. 1. a.
Augustinus.
Aestas, tranquillitas.
Hyems, tribulatio.
Prouer. 6. a.
Formica, strenuus, & prouidus operarius.
Messis, uita praesens.
Hyems, iudicij dies.
Matth. 2. 4. b.
Prouer. 30. d.
Hieronymus.
Matth. 5. f.

fidia miseris fallendo, introducunt. Super sellam autem, quia cathedra sibi praedicationis usurpat. Haec est cathedra pestilentiae, in qua beatus uir sedere detrectat. Formica quid homo facere debeat, indicant. Nam (ut diuus ait Augustinus in enarratione psal- mi trigesimali sexti:) Quum res sunt tranquilla, tunc homo sibi colligere debet uerbum Dei, & recon- dere in intimis cordis sui, quemadmodum formica abscondit in cauernosis penetralibus labores aesti- tis. Per aestatem enim uacat hoc agere. Venit autem hyems, id est, superuenit tribulatio, & nisi intus inuenerit quod edat, necesse est ut fame dispercat. Scribit quoque Salomon, Vade ad formicam ope- ri ger, & considera uias eius, & discite sapientiam. Quae quum non habeat ducem, nec praecceptorem, nec principem, parat aestate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. ubi Hieronymus hoc pacto scribit: Hinc uacantem hortatur quocumque, ut si ad alios erudiendos non sufficit, saltem suum curam agere non negligat. Et si sapientiam docendi nequit ab homine discere, uel operari sapientiam, di- scat a formica. Formica dicitur strenuus quisque, & prouidus operarius, qui in praesenti uita, uelut in aestate, fructus iustitiae quos in aeternum recipiat, sibi recedit. Si tantillum animal principe carens, & ra- tionis expertus, natura duce, sibi prouidet in posterum, multo magis tu ad imaginem Dei conditus, ad uidentiam eius gloriae uocatus, doctorum magisterio adiuuus, ipsum conditorem habens ducem, de- bes in praesenti bonorum operum fructus congregare, quibus in aeternum uitas in futuro. Haec etenim uita in eo messi comparatur, & aestati, quod nunc inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorum merita praemiorum. At dies iudicij hyemis similatur rigoribus, quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro uita laborandi, sed tantum cogitur quisque de horreo praesentis actionis, quod recondidit, proferre. Vnde dominus praecipit, dicens: Orate autem ut non fiat fuga uestra in hye- me, uel sabbato. Hyeme enim facultas, sabbato licentia iuxta legem deest fructus uitae colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuam. Et Prouerborum 30. scriptum est: Quatuor sunt minima terrae, & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicae populus infirmus, qui praeparat in messe cibum sibi, ut diuus scribit Hieronymus: Ecclesiae populus, ut fortitudinem mentis custodiat, infirmum se tem- poraliter aduersariis fauentibus ostendit, domino per Euangelium dicente, Ego autem dico uo- bis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, tu praebere ei & alteram. Qui in hac uita praeparat sibi fructus bonorum operum, quibus uitam mereatur habere perennem.

Quid fornicatio mystice significet.

Cap. XVII.

Origenes.
Fornicatio ani- ma duplex.
Matth. 7. a.
Ezech. 16. e.
Filij Aegypti, contrariae forti- tudines.
Plal. 62. a.
Ezech. 16. e.
Ephe. 6. b.
Fornicatio tri- plex.
1. Thessal. 5. d.

DE fornicatione autem scribit Origenes homilia 7. in Ezechielem: Quomodo (inquit) in for- nicatione carnis est aliquis non nimiae fornicationis, & tamen fornicatione pollutus, alius ue- ro multiplicans fornicationem suam: sic & in ea fornicatione, quae animam suam, sensumque commu- culat, alius multitudine fornicationis obruitur, alius uero non tam a fornicatione est seuerus. Idcirco qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis. Et fornicata es in filios Aegypti confines tuos. Filij Aegypti, contrariae fortitudines sunt. Nec mirum est, si confines nostri Aegyptij dicantur. Coe- nes Aegypti, & Hierusalem in sua ciuitate sunt positi, qui sunt magnis carnibus, sic dicti, quia ca- nei intellectus magnarum nos carnum faciunt, ut e contrario est quaedam caro deficiens, de qua dicit: Quomodo caro mea in terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Fornicaturus Hierusalem super filios Aegypti confines suos, & magnarum carnum. Et multipliciter (inquit) fornicata es ad me exasperatum. Multas species fornicationis commisit ad me concitandum. Quid si extendero manum meam in te, & auferam legitima tua, & tradam te in animas eorum, qui te ode- runt filios alienigenarum: Vides quia in animas alienigenarum traditur, quae indigna sit usu legis, & sermonum Dei, qui te diuerterunt de uia tua. Impie egisti, & fornicata es super filios Assur. Pri- mum super filios Aegypti, deinde super filios Assur. Haec species peccatorum sunt. Nam & quum captiuos acceperunt Assyrij filios Israel, factum est quidem id quod scriptura refert, scriptum est autem propter frequentem nostram captiuitatem, quae a spiritalibus Assyrij perpetratur, de quibus Apostolus dicit: Non est nobis certamen aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersum spiritalia ne- quitiae. Et nec sic satiata es. Et fornicata es, & non satiaberis. Quando quis non impletur delinquens, sed semper prioribus peccatis noua peccata coniungit, colligens ut fune longo, & sicut loro iugi uultu lae, iniquitates, nunquam se ad meliora conuertens, neque poenitentiam agens super malis suis, dicitur ad eum, Et non satiaberis. Et circa finem: Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis. Quid est quod ait, tripliciter fornicata es in filiabus tuis Hierusalem? Dei indigemus auxilio, ut ipse nobis obscurita- tem istius loci edisserat. Et quomodo Moyses audiebat Deum, & deinde ea, quae a Deo audierat, proferebat ad populum, sic nos indigemus spiritu sancto loquente in nobis mysteria, ut orationibus nostris scripturam possimus audire, & rursum quod audiimus, populis intimare. Quid est ergo, Tripliciter fornicata es in filiabus tuis? Si intelligas fornicationem carnis, & animae, & spiritus, & uideas aliquem fornicari in his omnibus, uidebis tripliciter fornicantem Hierusalem. Qui uero tri- pliciter cautus est, iste ab Apostolo meretur audire, Deus autem pacis sanctificet uos per omnia, ut integer

ut integer spiritus uester, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi ser- uetur. Et homilia 20. super Numeros in hunc modum scribit: Est execrabilis etiam corporis forni- catio. Quid enim ita execrabile, quam templum Dei uiolare, ac tollere membra Christi, & facere membra meretricis? Multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne ge- nus peccati pariter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur, quum anima, quae in consortium uerbi dei ascita est, & matrimonio eius quodammodo sociata, ab ullo, alieno scilicet, & aduersario illius uiri, qui eam sibi despondit in fide corrumpitur, & uiolatur. Est ergo sponsus, & uir animae mundae, & pudicae, uerbum dei, qui est Christus dominus, sicut & Apostolus dicit: Volo autem omnes uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne forte sicut serpens sedu- xit Eua astutia sua, sic corrumpantur sensus uestri a simplicitate, quae est in Christo Iesu. Donec igitur anima adharet sponso suo, & audit uerbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen suscipit uerbi, & sicut ille dixit, De timore tuo domine in utero concepti: ita & haec dicit, de uerbo tuo domine in uentre concepti, & parturiti, & spiritum salutis tuae feci super terras. Si ergo sic de Christo concepit anima, fecit filios, pro quibus dicatur ad eam, quia salua erit per filiorum pro- creationem, si permanserit in fide, & charitate, & sanctitate cum sobrietate, etiam si prius sicut Eua sedu- cta fuisse anima uideatur. Est itaque uere beata soboles, ubi concubitus factus fuerit animae cum uerbo Dei, & ubi complexus adinuicem dederint. Inde nascetur progenies, inde pudicitia oriatur, inde iustitia, inde patientia, inde mansuetudo, & charitas, atque omnium uirtutum proles ueneranda succedet. Quod si infelix anima diuini uerbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se complexus diaboli, aliorumque daemonum illecebris decepta tradiderit, generabit sine dubio etiam inde filios, sed illos, de quibus scriptum est, Filij autem adulterorum imperfecti erunt, & ex iniquo concubitu semen exterminabitur. Omnia ergo peccata, filij sunt adulterij, & filij fornicationis. Vnde & ostenditur, quod per singula quaeque, quae gerimus, parit anima nostra, & generat filios, sensus scilicet, & ope- ra, quae gerit. Et si quidem secundum legem est, quod gerit, & secundum uerbum Dei, spiritum pa- rit salutis, & propterea per filiorum generationem saluabitur. Et isti sunt filij de quibus propheta di- cit, Filij tui sicut nouella oliuarum, in circuitu mensae tuae. Si uero quod agit, contra legem est, & peccatum est, sine dubio ex conceptione contrarij spiritus, malignam sobolem gignit. Parit enim filios peccati. Et istae sunt maledictae generationes, in quibus a nonnullis sanctorum maledicuntur etiam dies in quo nati sunt. Nunquam est ergo quando non pariat anima. Anima semper parit, sem- per generat filios. Sed illa quidem benedicta generatio est, quae de uerbo Dei concepta generatur, & ista est filiorum generatio, per quam salua fiet. Si autem (ut diximus) ex contrario spiritu concipi- at, certum est, quia pariat filios irae, aptos ad interitum. Et forte ad utrasque istas generationes animae respicit illud, quod dictum est, Quum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni, uel ma- li, ut propositum Dei, quod secundum electionem factum est, maneat, non ex operibus, sed ex uo- cante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Ista enim tales generationes animae etiam priusquam faciant boni aliquid, siquidem ex spiritu san- cto generatae sunt, diliguntur. Si uero ex spiritu maligno, etiam priusquam opere impleant ali- quid mali, hoc ipso tamen quod huiusmodi uoluntatem peperit anima, dignum in ea odio habetur ma- lae uoluntatis execranda conceptio. Propterea fortassis in huius sacramenti figura etiam Chanaan puer antequam nasceretur, maledicuntur. Cham namque peccauerat pater eius, & prophetans Noe, quum unicuique filiorum suorum optima quaeque signaret, ubi ad Cham uentum est, Maledictus (inquit) Chanaan puer. Cham peccauit, & Chanaan progenies eius maledicuntur, & maledicta est. Et ideo acrius nobis intendendum est, & prospiciendum, ne forte generet aliquid anima, quod maledicto dignum sit, ut etiam si nondum opere impleuerit, in ipsa tamen uoluntate, & proposito eius, erit hu- iusmodi maledicta progenies. Quod & si forte aliquando euenerit (quis enim inuenietur facile, qui ab huiusmodi generatione, id est, peccandi uoluntate habeatur immunis?), si ergo acciderit tale ali- quid, quid remedij detur, ex diuinis uoluminibus requiramus. Inuenimus ergo in psalmis de hoc scriptum, Filia Babylonis misera, beatus qui retribuit tibi retributionem, quam retribuisti nobis. Bea- tus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Etiam si nondum aliquid operis gessit Babylo- nius in nobis iste conceptus, dum adhuc paruulus est, non miserearis eius, nec parcas ei, sed statim interfice. Odibilis enim est, perime, occide, elidens ad petram, petra autem est Christus. Quis ergo tantus, ac talis est, ut non expectet omnino usquequo crescat in eo Babyloniae soboles, nec augean- tur in eo opera confusionis, sed in primis statim inijs, ubi nasci coeperint, & ex uoluntatis motibus coalescere, atque (ut ita dicam) ubi caput coeperint de uulua animae proferre perniciofa desideria, ma- ligni spiritus inspiratione concepta, arripiat statim, & elidat ad petram, id est, adducat ad Christum, ut in conspectu tremendi iudicij eius posita, exolescat, & pereant. Haec dicta sunt nobis de generali fornicatione, quae species habet plurimas, quarum una est haec, quae in consuetudine ob corporale stu- prum, fornicatio nominatur. Ego uero leges Apostolum, quum uenissim ad eum locum, in quo dicit, *Fornicatio spi- ritualis.*

1. Cor. 6. d. Qui se iungit domino, unus spiritus, & qui se iungit meretrici, unum corpus est, quærebã si est aliquid aliud medium præter hoc, ut aut domino quis iungatur, aut meretrici, & pro uiribus meis discutiens, profundum satis, & reconditum in ijs uerbis intuebar Apostoli sensum, qui ita definit, quod omnis anima aut domino coniuncta sit, aut meretrici. Et intellexi quod dominum quidem dixerit uirtutes, quæ Christus est, id est, uerbum, sapiëntiam, ueritatem, iustitiam, cœteraq; huiusmodi. Meretrices uero omnes è contrario malitiæ species. Hoc etiam apud Salomonem dici intelligo in eo quod ait de meretrice, quia per fenestras prospicit in plateas, & si quem uiderit insipientium adulescētulorum, & inopem sensuum, transeuntem iuxta angulos domus suæ, & loquentem in tenebris uespertinis, quum silentium fuerit nocturnū, uel caligo noctis, mulier autem occurrit ei habens speciem meretricis, quæ facit iuuenū euolare corda. Hæc ergo quæ dicitur meretrix, ipsa est malitia, & qui se iunxit huic meretrici, unum corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo qui se iungit Christo domino, iungit se sapientiæ, iungit se iustitiæ, iungit se pietati, & ueritati, & cum ijs omnibus unus efficitur spiritus: ita & qui se iungit huic meretrici, iungit se impudiciæ, impietati, iniquitati, mēdacio, & simul omnibus peccatorum malis, cum quibus unum corpus efficitur. Et Augustinus libro secundo confessionum, capite 6. Fornicatur (inquit) anima, quum auertitur ab te, & quærit extra te ea quæ pura, & liquida non inuenit, nisi quum redit ad te. Et libro unico cōtra Adulterium, capite septimo: Est autem (inquit) animæ fornicatio, auersio à fecunditate sapientiæ, & ad cōceptum temporalium illecebrarum, corruptionumq; conuersio. Et tractatu 42. in Ioannē: Quia (inquit) consuetudo scripturarum est, quas legebant, fornicationem spiritaliter appellare, quæ dicitur multis, & falsis anima tãquam prostituta subiicitur, respōderunt ei, & dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum.

Quid frænum, ac fratres mysticè significant.

Cap. XVIII.

Job 30. b. **Act. 13. g.** **Frænum, silentium.** **Psal. 136. d.** **Ticum 3. c.** **Prouer. 9. b.** **Psal. 31. c.** **Hieronymus.** **Frænum, prædicationis.** **Equus, gentilis populus.** **Mulus, iudaicus populus.** **Canus, contritio.** **Equus.** **Mulus.** **Frænum unde dicitur.** **Maxille, copie uirtuales.** **Qui se iungit domino, unus spiritus, & qui se iungit meretrici, unum corpus est, quærebã si est aliquid aliud medium præter hoc, ut aut domino quis iungatur, aut meretrici, & pro uiribus meis discutiens, profundum satis, & reconditum in ijs uerbis intuebar Apostoli sensum, qui ita definit, quod omnis anima aut domino coniuncta sit, aut meretrici. Et intellexi quod dominum quidem dixerit uirtutes, quæ Christus est, id est, uerbum, sapiëntiam, ueritatem, iustitiam, cœteraq; huiusmodi. Meretrices uero omnes è contrario malitiæ species. Hoc etiam apud Salomonem dici intelligo in eo quod ait de meretrice, quia per fenestras prospicit in plateas, & si quem uiderit insipientium adulescētulorum, & inopem sensuum, transeuntem iuxta angulos domus suæ, & loquentem in tenebris uespertinis, quum silentium fuerit nocturnū, uel caligo noctis, mulier autem occurrit ei habens speciem meretricis, quæ facit iuuenū euolare corda. Hæc ergo quæ dicitur meretrix, ipsa est malitia, & qui se iunxit huic meretrici, unum corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo qui se iungit Christo domino, iungit se sapientiæ, iungit se iustitiæ, iungit se pietati, & ueritati, & cum ijs omnibus unus efficitur spiritus: ita & qui se iungit huic meretrici, iungit se impudiciæ, impietati, iniquitati, mēdacio, & simul omnibus peccatorum malis, cum quibus unum corpus efficitur. Et Augustinus libro secundo confessionum, capite 6. Fornicatur (inquit) anima, quum auertitur ab te, & quærit extra te ea quæ pura, & liquida non inuenit, nisi quum redit ad te. Et libro unico cōtra Adulterium, capite septimo: Est autem (inquit) animæ fornicatio, auersio à fecunditate sapientiæ, & ad cōceptum temporalium illecebrarum, corruptionumq; conuersio. Et tractatu 42. in Ioannē: Quia (inquit) consuetudo scripturarum est, quas legebant, fornicationem spiritaliter appellare, quæ dicitur multis, & falsis anima tãquam prostituta subiicitur, respōderunt ei, & dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus Deum.**

Frænum quid mysticè significet, diuus Gregorius declarat libro 20. Moralium, capite 19. exponens illud Job, Et frænum posuit in os meum: Frænum (inquit) sibi apud quosdam positum cognouerant, qui dicebant, Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Frænum silentij sibi superimpositum sancti uiri apud dura reproborum corda conspiciunt, qui per prophetã dicunt: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Frænum ponit etiam Paulus admonuit, qui discipulo præcepit, dicens: Hæreticum post primam, & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Sancti quippe doctores plerumq; alta consideratione resistentium corda conspiciunt, & dum ea derelicta diuinitus uident, afflicti, gementesq; conticescunt. An non aliquando frænum Salomon doctoribus imponit, qui dicit, Noli arguere derisorem, ne oderit te: Sed si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos insurgere derisoris odia formidamus, nõ iam lucra Dei, sed nostra quærimus. Quia in re sciendum est, quod nonnunquam, quum redarguantur prauis, deteriores existunt. Ipsi & non nobis preciamus, si ab eorum redargutione, pro eorum amore cessamus. Vnde necesse est, ut aliquando tolleremus, tacendo quod sunt, quatenus in nobis discant, uidendo (alias bene uiuendo) quod non sunt. Quia igitur sancta Ecclesia, quæ uerba sua semper per charitatem exerit, ea etiam nonnunquam ex charitate restringit, dicat, Frænum posuit in os meum. Ac si aperte fateatur, dicens: Quia in quibusdam profectum non uidi, prædicationis, ab eis impetum temperaui, ut uitam meam saltem per patientiam discerent, quum uerba mea admittere per oblatam prædicationem nollent. Et David in Psalmo ait: In camo, & fræno maxillas eorum cōstringe. Fræno (inquit Hieronymus) & camo moderationis suæ, Deus coartat impiorum superuacuas blasphemias. Hoc rogat Ecclesia Deum patrem, ut per frænum, id est, prædicationem populum gentilem, quos equos nominauit, de lata uia, & spaciōsa sæculi huius, faciat ad se appropinquare & populum Iudaicū, quos mulos nominauit, qui piger est ad Deum credendum, per camum, id est, per contritionem cordis faciat eum ad se uenire. Et Cassiodorus, In fræno, & camo maxillas eorum cōstringe. Hic iam generaliter humanum genus commonet, ne uagis subdatur erroribus. Sed perscrutemur, quare istæ comparationes sint positæ. Equus sine discretionē, sefforis seruit arbitrio, & à quocunq; fuerit ascensus, excurrit. Mulus autem patienter accipit sarcinas, quibus fuerit oneratus, & pro hoc uterq; intellectum non habent, quia nec ille eligit, cui obediat, nec iste, quibus oneribus ingrauetur, intelligit. Prohibet ergo huiuscemodi homines diabolicis fraudibus insidere, & uitiorū oneribus prægruari, ne male obediendo, superbix magis partibus addicantur. Verum istis talibus, quid dicit esse faciendum? Scilicet quod animalibus imprudentibus. His enim comparationibus stultos homines ueritati subdidit inuitos. Nam quod ait, In fræno, ad equum pertinet. Frænum enim à fero, id est, caballo retinendo dictum est: In camo uero, ad mulum respicit. Ergo hæc duo animalia supradicta cohibent ista retinacula, ut ad arbitriū iubentis incedant, ne suis uoluptatibus efferantur. Maxillæ uero adminicula sunt.

sunt animalium, quibus esca manditur, ut corporis uita procuretur. Ipsas ergo maxillas per figuram allegoricam dicit inobedientibus debere cōstringi, id est, copias uirtuales parcius dari, ut ieiuniorum necessitate conclusi, creatoris subdantur imperio. Et diuus Hieronymus exponens illud Zachariæ, In die illa erit quod super frænum equi est, sanctum domino: Sin autem (inquit) uoluerimus (ut lxx. transtulerunt) frænum accipere sermonem Dei, intelligamus in fræno, qui equos infantes libidine, & mulos steriles, atq; lasciuos refrænare a uitijs, & coercet, & non patitur ire per præceps, de quibus dicitur, Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. In fræno, & camo maxillas eorum cōstringe, qui non approximant ad te. De hoc fræno & Iacobus loquitur, In equorum ora mittimus frænos, & omne corpus eorum circūagimus, ut scilicet recto gradiatur itinere, & mollia ad sedendum domino possint terga præbere. Tale frænum, & talis sermo auri, & argenti uarietate compositus, feros equos saluatori præparat ad sedendum, & sanctos facit, ac proprie illius cultui consecratos.

Fratres dicuntur Christi fideles, siue Christiani. Vnde diuus Augustinus ad Honoratū de gratia noui testamenti: Intuere (inquit) quid legamus tanto antè prophetatum, quid iam cernamus impletum. Narrabo (inquit) nomen tuū fratribus meis, in medio Ecclesiæ cantabo te. Fratres illi sunt, de quibus in euangelio ait, Vade, & dic fratribus meis. Et libro primo de sermone domini in monte: Fratres (inquit) Christianos significari multis diuinarum scripturarum documentis probari potest. Manifestissimum tamen illud est, quod Apostolus ita ponit, Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. Non enim addidit, nostro, sed manifestum existimauit, quum fratris nomine Christianum intelligi uoluit, qui infidelem haberet uxorem. Et ideo paulò post dicit, Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, uel soror in huiusmodi. Dixit autem Apostolus Ioannes, Si quis scit peccare fratrem suum peccatū non ad mortem, postulat, & dabit illi dominus uitam, qui peccat nõ ad mortem. Est autem peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget. Aperit enim ostēdit esse quosdam fratres, pro quibus orare nõ nobis præcipitur, quum Deus etiã pro persecutoribus nostris orare nos iubeat. Nec ista quæstio solui potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, quæ inimicorū persecutione grauiora sint. Peccatū ergo fratris ad mortem puto esse, quod post agnitionem Dei per gratiã domini non fratri Iesu Christi, quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentiæ facibus agitur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam infirmitatē animi non exhibuerit. Quia propter & dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratiã spiritus sancti participes facti, societate sanctæ fraternitatis inierat. Et beatus Stephanus in actibus Apostolorum orat pro eis à quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neq; aduersus illam communem gratiam dimicabāt. Et Apostolus Paulus propterea (credo) nõ orat pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mortem, id est, inuidiæ facibus, fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro his autem, qui non abruerant amorem ad mortem, sed timori succubuerant, orat, ut eis ignoscatur. Sic enim dicit, Alexander ærarius, multa mihi mala ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius, quem & tu deuita. Valde enim restituit nostris sermonibus. Deinde subiungit pro quibus orat, ita dicens: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem à Petro negante distinguit, non quia poenitenti non sit ignoscendum, ne contra illam sententiã domini ueniamus, qua præcepit semper ignoscendum esse fratri petenti, ut sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta labes est, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia & agnoscere, & annunciare cogatur. Quum enim dixisset Iudas, Peccaui, quod tradiderim sanguinem iustum, facilius tamē desperatione cucurrit ad laqueum, quàm humilitate ueniam deprecatus est. Quapropter multum interest quali poenitiæ ignoscat Deus. Multi enim multo citius se fatentur peccasse, atq; ita sibi succensent, ut uehementer se peccasse nollent, sed tamen animam ad humiliandum, & obtemperandum cor, implorandumq; ueniam, non deponunt. Quam mentis affectionem propter peccati magnitudinem iam de damnatione illos habere, credendum est. Et hoc est fortasse peccare in spiritum sanctum, id est, per maliciã, & inuidiam, fraternam oppugnare charitatem, post acceptã gratiã spiritus sancti, quod peccatū dominus neq; hic, neq; in futuro sæculo dimitti dicit. Sic igitur accipiat diligendos inimicos esse, & beneficiendum his, qui nos oderunt, & orandum pro his, qui nos persequuntur, ut pro quibusdam etiam fratrum peccatis intelligatur non præceptum esse, ut oremus, ne per imperitiã nostram diuina scriptura (quod fieri non potest) à se dissentire uideatur. Et libro unico de uera, & falsa poenitentia: Obijciunt (inquit) aliud dictum Ioannis: Est autem peccatum non ad mortem, pro quo oret quis. Est aliud ad mortē pro quo non oret quis, quasi pro peccatis ante baptismum est orandum, pro alijs non. Falluntur qui sic intelligunt. Cōtrarius enim esset sibi ipsi, qui poenitiã admonet Ecclesiæ Pergami. Sed sunt quædam peccata uenialia, quæ oratione

x ij tione

Matth. 6. b. tione dominica quotidie soluuntur, quum dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et hæc (ut idem ait) non sunt ad mortem. Alia uero quæ sunt ad mortem, non sic, sed per fructus poenitentiae soluuntur. Qui Petrum lachrymantem suscepit, remissionem non negauit baptizatis. In libro autem retractationum, capite decimonono, hoc pacto scribit: Loco alio peccatum fratris ad mortem putauit esse, quum quis oppugnat fraternitatem &c. quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi: sed tamen addendum fuit si in hac tam scelerata mentis peruersitate tinerit hanc uitam, quoniam de quocumque pessimo in hac uita constituto, non est unquam desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Ambrosius autem libro de poenitentia primo, capite nono, hoc modo scribit: Nec illa quaestio (inquit) uestra quicquam poterit ferre ponderis, quam sumitis de epistola Ioannis dicentis, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit illi uitam Deus, quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret. Non enim ad Moysen, & Hieremiam loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorum alium precatorem debet exhibere, cui satis est, si pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum ueniam, iustorum orationibus reseruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse, & impetrasse, ubi erat prauariatio uoluntaria, qui sciret etiam Hieremiam rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato, quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mandatum Angelo Ecclesiae Pergami, Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata, & fornicari, ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, similiter age poenitentiam, alioquin uenio tibi. Vides quod Deus, qui poenitentiam exigit, ueniam polliceatur. Denique & tibi dicit, Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs: Vincenti dabo manducare manna. Nonne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatum, quum de ipsis a quibus lapidabatur, diceret, Domine, ne staturas illis hoc peccatum, cuius precationis effectum in Apostolo uidemus? Paulus enim qui lapidatum Stephanum uestimenta seruabat, non multo postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor. Et Origenes homilia 10, super Exodum: Ioannes Apostolus (inquit) in epistola sua dicit quaedam esse peccata ad mortem. Quæ autem sint species peccatorum ad mortem, quæ uero non ad mortem, sed ad damnum, non puto facile a quocumque hominum posse discerni. Scriptum namque est, Delicta quis intelligit. Verumtamen ex his quæ in Euangelio per parabolas referuntur, ex parte aliqua cognoscere possumus cuiusmodi sint, quæ damna nominantur, quum ibi iterum uideamus ad lucrum deputari quaedam, quæ per negotiationem quaesita dicuntur. Verbi gratia: Quum referuntur super quinque mnas acquisitæ esse alia quinque, uel super duas acquisitæ alia duae, aut quum drachma, uel denarius, uel talentum ponitur, & quasi pecunia quaedam in quaestu operum nominatur. Sed & quum dicitur paterfamilias ponere rationem cum seruis suis, & offertur ei unus qui debebat decem milia talenta. Talis ergo quaedam ratio damni est, ut, uerbi gratia: Qui pro mercede sua accepturus erat decem mnas, non accipiet decem, sed octo, uel sex, aut etiam minus, & hoc damno percuti dicitur is, qui causam scandali infirmiori, & muliebri praebuit animæ. Gregorius libro Moralium 16, capite 31. Peccatum ad mortem, est peccatum usque ad mortem, quia scilicet peccatum quod hic non corrigitur, eius uenia frustra postulatur, de quo & Iob, Et usque ad inferos peccatum illius.

Quid fratris sobolem suscitare mystice significet.

Cap. XIX.

Deuter. 25. a. **F**RATRIS SOBOLEM suscitare quid mystice significet, insinuat Augustinus libro 14, capite 13, contra Faustum: Nobis sufficit (inquit) scire unum Deum locutum per Moysen, & per Esaiam, & maledictum esse omnem qui non suscitauerit semen in Israel, siue hinc quum populo secundum carnem propagando, etiam carnalis operatio in coniugali castitate ad officium ciuicum pertinebat, siue nunc, ne quisquam spiritaliter natus, putet sibi debere sufficere, nec insitet dominicis lucris, quibus quisque pro modulo suo praedicando Christum debet generare Christianos, ita illa diuina sententia, tempora utriusque testamenti mira breuitate complectitur. Maledictus omnis, qui non suscitauerit semen in Israel. Et libro 32, contra eundem Faustum, capitulo decimo: Quum (inquit) tale aliquid legitur in instrumento ueteris testamenti, quale a nobis obseruari, uel iustum non est in nouo testamento, uel etiam prohibitum, quid significet quaerendum est, & non reprehendendum, quia eo ipso, quo iam non obseruatur, non damnatum, sed impletum probatur. Vnde multa (ut saepe iam diximus) uelut hoc ipsum, quod modo non intelligens Faustus mandatis ueteris testamenti pro crimine obiecit, quod uxorem fratris ad hoc frater iussus est ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, eiusque uocaret nomine, quod indidit nascetur, quid aliud in figura praemonstrat, nisi quia unusquisque Euangelij praedicator ita debet in Ecclesia laborare, ut defuncto fratri; hoc est, Christo, suscitetur semen, qui pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. Denique hoc implens

hoc implens Apostolus, non iam carnaliter in praemissa significatione, sed spiritaliter in completa ueritate, quos in Christo Iesu per Euangelium se genuisse commemorat, succenset eis, & eos increpans corrigit, uolentes esse Pauli: Nunquid Paulus (inquit) pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Tanquam diceret: Defuncto fratri uos genui, Christiani uocamini, non Pauliani. At uero qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi reuerit, ab ipsa Ecclesia merito, digneque contemnitur. Hoc est enim quod in eius faciem iubetur expuere, non sane sine signo huius opprobrii, ut calciamento pedis unius exuatur, ne sit in eorum forte, quibus ipse Apostolus ait, Et calciati pedes, in praeparationem Euangelij pacis, & de quibus commemorat propheta, Quam speciosi pedes eorum, qui annunciant pacem, qui annunciant bona. Qui enim sic Euangelicam fidem tenet, ut & ipsi profit, & ecclesiae professe non reuatur, bene intelligitur utroque pede calciatus: qui autem sibi putat, quia credit satis esse consultum, curam uero lucratorum refugit aliorum, decalciati illius non figuratum significauit, sed in se impletum portabit opprobrium. Et Origenes homilia uigesimasecunda in Matthaeum hoc modo scribit: Si habitauerint fratres in idipsum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen autem non fuerit ei, non erit uxor mortui fratris uiro non appropinquanti. Frater uiri eius ingredietur ad eam, & accipiet eam sibi in uxorem, ut habitet cum ea, & erit, infans quicumque fuerit natus, constituetur ex nomine fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Israel. Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portam ad seniores, & dicit: Non uult frater uiri mei suscitare fratris sui nomen in Israel. Et uocabunt eum seniores ciuitatis illius, & dicent ei, Et si stans, dixerit, Nolo eam accipere, accedens uxor fratris eius ad eum ante conspectum seniorum excalceabit calciamentum eius de pede ipsius, & expuet in faciem eius, & respondens dicit: Sic facient homini, qui non aedificat domum fratris sui, & uocabunt nomen eius in Israel, Domus excalceati calciamentum. Hæc uerba legentes Saducaei, & nihil dignum Deo intelligentes in eis, arbitrati sunt non posse fieri propter hæc uerba, ut mortui resurgant, ut uir iterum sit uirilis habens membra, aut mulier, ut mulier sit, muliebria habens membra. Et dominus quidem respondens eis, uoluntatem uerborum legis non exposuit, quasi indignis huiusmodi agnitione mysterij, sed tantum simpliciter eis dixit, resurrectionem futuram, contestantibus hoc etiam scripturis diuinis, quoniam illic nuptiae non sunt, sed erunt qui resurrexerint sicut Angeli in caelo, & quia transformabuntur corpora humilitatis eorum secundum corpora angelorum caelestia, atque luminea. Non autem aestimaui superfluum ex quo semel ipsa uerba protulimus legis, ut sensum eorum aliquatenus explanemus. Quaero ergo quæ sit hæc mulier una, & duo fratres, quorum primus quidem habuit uxorem, & fructum non reliquit ex ea, alter autem mortui fratris, qui accepit eam, & generauit ex nomine mortui, & quis est ille, qui non uult accipere uxorem fratris sui, & propterea coram senioribus excalceat eum mulier calciamentum unum, & expuit in faciem eius ascendens ad portam, dicens: Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, & qui sunt seniores, & quæ porta, ad quam ascendit mulier illa. Duo igitur fratres sunt, primus quidem sermo legis, secundus uero Euangelij sermo. Hos ambos una peperit sapientia mater, & una eos semper habuit domus, id est, eadem scriptura ueteris testamenti, & in idipsum habitauerunt semper. In aduentu autem Christi mortuus est frater prior, id est, sermo legis, ex eo quod euacuatus per nouum testamentum, irritus factus est. Mulier autem sermonis illius est omnis anima, uel synagoga, quæ prius fuit sub lege. Qualis fuit anima Pauli, uel Petri, ceterorumque ex populo illo. Omnis autem anima recta, quæ fuit amatrix sermonis illius, & uult memoriam illius, & nomen apud se semper seruare, ut nunquam desinat dici uxor illius, efficitur uxor fratris alterius, non peregrini, & extranei uerbi, quod non appropinquat. Peregrinum autem, & extraneum est omne uerbum gentile, quod longè est a genere legis Dei, sed accepit sibi uirum Euangelicum sermonem, fratrem uiri sui defuncti, atque propinquum secundum genus diuinum, ut faciat natos ex eo. Ex priore sermone, nullum potuit facere natum, quia ex operibus legis nemo iustificatur. Nati uero mulieris de uiro secundo opera eius sunt sancta, & ipsa est mulier seruans legis mandatum. Et omnis (puto) anima in primordiis suis prius accepit uerbum secundum simplicem historiam legis, qui sine dubio morietur, quum coeperit anima illa ad maiora proficere. Sic mortuo simplici uerbo, specialiori iungitur uerbo, qui est secundum mysteria altiora in scripturis. Anima autem quæ non seruat legis mandatum, quæ prius fuit sub lege, post mortem legis fit uxor uiro non appropinquanti, quando suscipit uerbum, quod non appropinquat omnino legi priori, nec est secundum sensum eius, sed omnino habetur extraneum. Et tales sunt omnes animæ hereticorum, quibus sermo quidem legis antiquæ mortuus est, noluerunt autem uerbo nubere spiritali, quod semper habitauerat in idipsum cum lege antiqua sub una, eademque domo eiusdem scripturae, sed nupserunt alicui extraneo uerbo, & alieno tam a nouo, quam a uetere testamento, & nunquam eis appropinquanti. Quum autem anima recta mortua sibi (sicut diximus) lege, acceperit super se Euangelicum uerbum, fratrem defunctæ legis, tunc frater

ter mortui, hoc est, uerbum nouae legis intrat ad animam illam, & fit intus in ea, & accipit illam sibi uxorem, & cohabitatur animae illius in omni beatitudine eius, & ex ea fructificat, & infans quicumque natus fuerit ei, bonum efficitur ex nomine fratris mortui. Et quamuis non sit ex lege natum, tamen baiulat nomen legis prioris, & dicitur opus illud generatum ex lege, & nomen legis Dei nominatur in opere illo bono, quoniam & illa lex, Dei lex uocabatur, & non debetur nomen legis illius ab omni opere animae sanctae, licet sit ipsa euacuata. Sequitur autem quod ait, Si autem noluerit homo accipere uxorem fratris sui, ascendet uxor fratris eius ad portam ad seniores, & dicet quae scripta sunt dici. Et primum uide, Quoad quidem & mulier faciebat, quod praecipuum ei fuerat ex lege, & uir intrans ad eam habitabat cum ea, & generabat ex ea, non dicebatur homo, sed frater defuncti. Quando autem non uult accipere uxorem fratris sui, nec uult suscitare nomen fratris sui in Israel, & uocatus a senioribus ciuitatis dixerit, nolo eam accipere, tunc iam non dicitur frater, sed homo. Vt puta quoad quidem facit legis mandatum, dicit ad eum scriptura: Ego dixi dñi estis, & filij excellenti omnes. Si autem praeterierit, dicitur ei: Vos autem sicut homines moriemini. Propinquus autem, qui non uult accipere fratris sui uxorem, habetur omnis haereticus sermo. Quonia post mortem legis, facta est altera quaedam traditio legis erratica, & non spiritalis, neque uera, quae quamuis sit peruersa, tamen generationem habet ex lege, quoniam ex occasionibus eorum, quae dicuntur in lege, sumit originem, & ideo dicitur homo propinquus, nolens suscitare nomen fratris sui, & honorare nomen legis. Hoc autem uerbum, quum sit prauum, non uult accipere uxorem fratris sui, id est, animam rectam ad fructificandum, & reparandum nomen legis. Propter quod mulier illa non deorsum stat, quae parata fuit honorare uirum suum priorem, sed ascendit ad portam, de qua scriptum est, Haec porta domini, iusti intrabunt in eam, & ad seniores ciuitatis illius, id est, ad presbyteros Ecclesiae Dei, & conuincet mulier uerbum illud prauum, dicens: Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in Israel. Qui enim contraria docet legi, non uult suscitare semen legis. Ita seniores ciuitatis illius interrogant uirum illum talem, si uere non uult. Quando enim sacerdotes discutunt uerba dogmatis alicuius, quasi interrogant illud. Et quum inuenerint ipsum, quod legi contraria profitetur, uidetur dogma illud senioribus dare responsum, & dicere, quia nolo accipere eam, quae fuit legis. Quum ergo ille responderit nolle se, accedit ad eum anima sancta, & sub praesentia seniorum excalceat eum calciamentum eius unum, & ignominiat. Et uide in his ex eo quod alibi scriptum est. Solue calciamenta pedum tuorum &c. Et iterum in Euangelio dicitur: Cuius non sum dignus ego soluere calciamenta pedum eius, ne forte non sit hoc ipsum soluere calciamentum, & excalceare. Nec enim excalceare iubetur Moyses, nec Ioannes de saluatore excalceare dixit, sed soluere. Iste autem qui contra legem agit, excalceatur. Omne enim dogma, quoniam ex occasione ueritatis scripturarum nascitur, plerumque in aliqua quidem parte uerum dicit, in alia autem falsum. In qua ergo parte falsum dicit, in ea parte arguitur, & conuictum ab anima sancta excalceatur a colore uerisimilis erroris sui quod fuerat calceatum. Et ideo omnis haereticus sermo, nec ad plenum excalceatus est, nec ad plenum calceamentis ornatus. Propter quod expuit in faciem eorum senioribus mulier illa abrenunciatur eum. Expuere enim uidetur in faciem dogmatis erratici omnis anima, in eo quod abrenunciatur ipsum, & abdicat. Et uere nisi abrenunciauerit anima omne dogma peruersum, non potest firmiter uerbo nubere ueritatis. Et respondens dicit: Sic facit homini, qui non aedificat domum fratris sui. Omnis ergo qui uidet hunc hominem excalceari a muliere, & expui, & audire dicentem, sic facient omni homini, qui non aedificat domum fratris sui, omnia ad aedificationem fratris facere debet. Si autem non aedificauerit domum fratris sui, legis, excalceabitur similiter unum calceamentum, & expuetur, & nomen eius uocabitur in Israel ab omnibus uidentibus eum, domus excalceati calciamentum. Quoniam autem animae uir prior fuit sermo Moisaicae legis, secundus autem euangelicus sermo, cui nubit omnis anima recta, mortua lege, illud est documentum, quod Apostolus dicit hoc modo: An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quoniam lex dominatur homini in quantum temporis uiuit? Si autem mortuus fuerit uir, soluta est a lege uiri. Igitur uiuente uiro, adultera est, si facta fuerit alteri uiro. Si autem mortuus fuerit uir, liberata est a lege uiri, ita ut non sit adultera, si fuerit cum altero uiro.

Quid frigus mystice significet.

Cap. XX.

Iob 24. b.
Apocal. 16. c.
Ibidem.
Operimentum,
iustitia.
Frigus, culpa.

FRigus desiderium signare potest, ut diuus inquit Gregorius, & culpam. Nam exponens illud Iob, Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore: Sicut (inquit) uestimenta corpus, sic bona opera protegunt hominem. Vnde cuidam dicitur, Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. Haeretici itaque, quum in quorundam mentibus bona opera destruunt, nimirum uelamina indumentorum tollunt. Bene autem dicitur, Quibus non est operimentum in frigore, Operimentum quippe ad iustitiam pertinet, frigus ad culpam.

culpam. Et sunt nonnulli, qui in quibusdam rebus peccata faciunt, in quibusdam uero, recta opera sequuntur. Qui ergo ex alijs actibus delinquit, atque ex alijs iustitiam peragit, quid iste nisi in frigore uestitur? Et alget, & tegitur, quia ex alio opere feruescit ad iustitiam, & ex alio frigescit ad culpam. Sed quum haeretici bona opera talibus subtrahunt, agunt ne in frigore habeant quo uestiantur. Recte ergo dicitur, Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, ut uidelicet solum culpae frigus interimat, quos calor alterius operis ex parte aliqua tegebat. Potest uero per frigus desiderium, per uestimentum operatio signari. Et sunt plerique qui adhuc peruersis desiderijs aestuant, sed contra se spiritualiter decertantes, rectis sibi operibus repugnant, & bonis actibus tegunt hoc, quod sinistrum sibi resultasse per tentationem sentiunt. Hi itaque unde mala desiderant, inde algent: unde autem bona operantur, inde uestiti sunt. Quum uero haeretici peruersis allegationibus rectae fidei eis opera subtrahunt, quid agunt, nisi ut hi, qui adhuc desideriorum carnalium frigora sentiunt, sine bonorum actuum uestimento moriantur? Et capite tricesimo, exponens illud Iob, Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium, hoc pacto scribit: Idcirco iniquitas frigori comparatur, quia peccantis mentem torpore confringit. Vnde scriptum est, Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam. Quo contra charitas calor est, quia uidelicet mentem accendit, quam replet. De quo calore scriptum est: Abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et sunt nonnulli, qui dum iniquitatum suarum frigora declinant, ad ueram fidem, uel ad sanctitatis habitum ueniunt. Sed quia plusquam necesse est de suis sensibus praesumunt, saepe in fide, quam accipiunt, ea quae non capiunt, perscrutari uolunt, ut ratione magis in Deo, quam fide teneantur. Quia uero humana mens perscrutari non ualet diuina secreta, omne quod ratione perscrutari non possunt, credere contemunt, & per inquisitionem nimiam in errorem labuntur. Hi itaque quum necdum crederent, uel adhuc ad iniquitatis opera uacarent, aquae niuium fuerunt. Sed quum carnalia facta deferentes in fide, ad quam perducti sunt, plus appetunt perscrutari, quam capiunt, amplius profectio calent, quam caleere debuerunt. Bene ergo de hoc peruerso quolibet prophetantis duntaxat sententia, non optantis dicitur, Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Ac si aperte diceretur: Qui humiliter sub disciplinae uinculo non restringitur, ab infidelitate sua, uel peruersi operis frigore, per immoderantiam sapientiam in errorem labitur. Vnde bene quoque egregius praedicator discipulorum suorum cordibus hunc exquisitae sapientiae nimium calorem deuotans, ait: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ne fortasse nimius calor interimeret, quos prius aquae niuium, id est, infidelitas, uel torpentium actionum frigora morituros tenebant. Et quia ualde difficile est, ut is, qui se sapientem aestimat, mentem ad humilitatem reducat, & recta praedicantibus credat, sensumque suae peruersitatis abiciat, recte subiungitur, Et usque ad inferos peccatum illius &c. Et libro secundo, capite secundo: A qualitate (inquit) aeris res subsequens demonstratur, sicut Euangelista, quum praedicante domino, nullus tunc ex Iudaeis credituros diceret, praemisit, dicens: Hyems autem erat. Scriptum namque est, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Idcirco ergo hyemis curauit tempus exprimere, ut inesse auditorum cordibus malitiae frigus indicaret. Hinc est quod de negaturo Petro praemittitur, Quia frigus erat, & stans ad prunas, calefactus se. Iam namque intus a charitatis calore torpuerat, & ad amorem praesentis uitae, quasi ad persecutorum prunas, infirmitate aestuante, recalcebat. Et Salomon ait: Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam illius requiescere facit, ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Importunum uidetur omnimodis tempore messis ningere. Nam & infra legimus: Quomodo nix in aestate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria. Sed tamen in feruentissimis Palaestinae regionibus non parum delectabile est mentibus, si subito frigus, quomodo in niue solet, adueniat, quod incendia solis aliquantum refrigeret, sudorem laborantium tergat, ardetes temperet anhelitus. Cui recte frigori legatus assimilatur fidelis, qui mentem eius, qui se misit, prudenter agendo, repaufat. Mystice autem legatus fidelis, doctor est catholicus, qui autem mittit eum dominus. Porro dies messis in aestu, tempus est praedicationis inter furores persequentium. De quo dictum est, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Frigus niuis in messe, aliquantula est quies praedicatorum, a persecutione repugnantium. Recte ergo dicitur, sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit illum, animam illius requiescere facit, quia sicut optabile est praedicatoribus uerbi, quum ab infidelium rabie forte aliquid refrigerij accipiunt, nec facultas docendi negatur: ita ipsi, qui ad praedicandum eos misit domino gratias obtulit, Denique, ut Lucas refert, Reuersis a praedicationis officio discipulis, exultans spiritu sancto patri gratias obtulit, dicens, Confiteor tibi domine pater caeli, & terrae &c. Et in Hieremia scriptum est: Sicut frigidam facit aqua cisternam suam, sic frigidam fecit malitiam suam, ubi diuus Hieronymus sic scribit: Quomodo cisterna frigidam facit aquam suam, sic in medio Hierusalem, malitia, quae est in ea, omnem calorem perdidit uitae. Et hoc

Frigus, desiderium.
Vestimentum, siue operimentum, operatio.

Frigus, iniquitas.
Hierem. 6. b.
Calor, charitas.
Matth. 24. b.

Rom. 12. a.

Ioan. 10. d.
Matth. 24. b.

Ioan. 18. c.

Prouerb. 25. b.
Hieronymus.
Prouerb. 26. a.

Legatus fidelis, doctor catholicus.

Matth. 9. d.
Frigus in messe, quies praedicatorum.

Matth. 11. d.
Hierem. 6. b.
Hieronymus.

Feruetes, accē notandum, quod sancto spiritu accensī, feruentes appellentur, mala autem frigida sint. Vnde &
si spiritu san illud scriptum est, quod in nouissimis diebus, quando abundauerit iniquitas, refrigescet charitas
cto. multorum. Et in Zacharia scriptum est, Et erit, in die illa non erit lux, sed frigus, & gelu. Manifeste
Frigida, mala. ste de secundo saluatoris praedicatur aduentu: Non erit lux, sed frigus, refrigerata omnium chari-
Matth. 24. b. tate, & pra multitudine malorum, quae superuentura sunt, frigescentibus cunctis, & calore pri-
Zach. 14. c. stinae fidei perdētibus, ut diuus exponit Hieronymus. Et in Prouerbijs scriptum est, Propter fri-
Prouerb. 20. a. gus piger arare noluit. Mendicabit ergo aestate, & non dabitur ei. Vbi Hieronymus ait: Qui nūc
Gal. 6. b. propter desidiam in Dei seruitio laborare neglexit, uenturo die regni mendicabit, & non dabitur
Aestas, regnū ei, quia quaecumq; seminauerit homo, haec & metet. Bene ergo regnum Dei aestati cōparatur, quia
Dei. tunc mōris nostri nubila transeunt, & uitae dies aeterni solis claritate fulgescunt. Et alio in loco,
Prouerb. 25. c. Aqua frigida animae sitiēti, & nuncijs bonus de terra longinqua. Aqua (inquit Hieronymus)
Frigida aqua, frigida, quae sitiēti ardorem restringit, & nuncijs qui de longē ueniens, noua quaelibet, & inopi-
dulcedo diuinā nata gaudia portat, assimilantur, quia & dulcedo diuinā uisionis animam diu desiderantem conso-
uisionis, latur, atq; ab aestu praesentium tribulationum liberam reddit. Et Angeli quotidie de terra longin-
Prouerb. 25. c. qua, hoc est, à superna patria descendentes in mundum, iustos uel inter tentationes spe caelestium
Hieronymus, roborant, uel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuae retributionis inducūt. Et eo-
Psal. 72. d. dem capite, Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiae, & amittit palliū
 in die frigoris: Rectē, inquit Hieronymus, denti putrido, & pedi lassō comparatur, quia qui illud
 unicum hominis bonū, hoc est, adhærere Deo, & ponere in Deo spem suam nescit, iste nec uitae
 percipere cibum, nec ad mansionem potest desideratae salutis pertingere. Et talis amittit palliū in
 die frigoris, quia & si in serenitate uitae praesentis, habitu religionis uidetur indutus, ubi tamen di-
 strictio iusti iudicij ingruerit, nudus omnimodis ab ornatu iustitiae patebit, nec eorum consortio
 dignus, de quibus scriptum est: Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet,
 & uideant turpitudinem eius,

Quid fructus, mysticè significet.

Cap. XXI.

Iob 31. d. **Q**uid autem fructus mysticè significet, diuus Gregorius exponens illud Iob, Si fructus eius
 comedi absq; pecunia, hoc pacto declarat: Fructus terrae absq; pecunia comedere (inquit) est
 ex Ecclesia quidem sumptus accipere, sed eidem Ecclesiae praedicationis precium non praebere,
Matth. 25. c. De qua uidelicet praedicatione, auctoris uoce dicitur, Oportuit te cōmittere pecuniam meā num-
 mularijs, & ueniens ego recepissē utiq; quod meum erat cum usura. Terrae igitur fructus absq;
 pecunia comedit, qui Ecclesiastica commoda ad usum corporis percipit, sed exhortationis minis-
 terium populo non impendit. Quid ad haec nos pastores dicimus, qui aduentum districti iudicij
 praecurrentes, officium quidem praconis (alijs praedicationis) suscipimus, sed alimenta Ecclesiasti-
 ca muti manducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori, sed nō impendimus quod subie-
 ctorum debemus cordi. Ecce uir sanctus tot in hoc saeculo pignoribus obstrictus, inter occupatio-
 nes innumeras, liber ad studium praedicationis fuit. Qui fructus terrae nunquam sine pecunia co-
 medit, quia nimirum subditis uerbū bonae admonitionis reddidit, à quibus fructus corporeae ser-
 uitutis accepit. Hoc namq; debet omnipotenti Deo omnis qui praestitit populo, hoc qui multis, hoc
 qui paucioribus praestitit, ut sic debita ministeria à subditis exigat, quatenus subditis ipse etiā quid
 semper admonitionis debeat, sollicitus attendat. Omnes namq; qui sub dispensatione cōditoris uic-
 cario nobis ministerio iungimur, sub uno, ac uero domino, quid nobis aliud nisi inuicem serui sum-
 mus? Quum igitur is, qui subest, iussis obtemperat, seruit ad obsequium, restat proculdubio, ut is
 qui praestitit, curam sollicitudinis, ac pietatis impendat. Sicq; fit, ut dum studiosē nunc seruire nobis
 inuicem per charitatem nitimur, quandoq; cum uero domino communi exultatione dominemur.
 Sed sunt nonnulli, qui in eo quod officium praedicationis exhibent, alijs inuident bonū, quod ha-
 bent bonum, atq; ideo iam ueraciter non habent. Quibus rectē per Iacobum dicitur: Quod si ze-
 lum amarum habetis inter uos, & contentiones sunt in cordibus uestris, non est ista sapientia de
 sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Et libro octauo, capite trigésimo sexto, expo-
 nens illud propheticum de uerbi semine, Et hoc quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod re-
 liquum est, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum: Radicem (inquit) deorsum mitte-
 re, est cogitationem bonam in abditis multiplicare: fructum uero sursum facere, est per efficaciam
 operis, recta quae cogitant, ostendere. Et libro sexto, capite quarto, exponens illud Salomonis,
Prouerb. 31. b. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius: Tunc (ait) sancta Ecclesia
 de fructu manuum suarum accipit, quū eam ad percipiendā caelestia laboris sui retributio attollit.
Matth. 25. c. Tūc eā sua opera in portis laudat, qñ eius mēbris in ipso regni aditu dicitur, Esuriui em, & dedi-
 stis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi potū; hospes erā, & collegistis me; nudus, & cooperuistis
 me. Et

me. Et homilia 20. exponens illud Euāgelicum, Facite ergo fructus dignos poenitentiae, hoc mo-
 do scribit: In quibus uerbis notandum est, quod amicus sponsi non solum fructus poenitentiae, sed
 dignos poenitentiae admonet esse faciendos. Aliud namq; est fructum facere, aliud dignū poeniten-
 tia fructum facere. Vt enim secundum dignos poenitentiae fructus loquamur, sciendum est, quia
 quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur, ut licitis utatur, sicq; pietatis opera faciat, ut
 tamen si uoluerit, ea quae mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis culpam, uel fortasse
 (quod est grauius) in adulterium lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit &
 illicita perpetrasse. Neq; enim par fructus boni operis esse debet, eius qui minus, & eius qui am-
 plius deliquit, aut eius, qui nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, & eius qui in mul-
 tis lapsus est. Per hoc ergo quod dicitur, Facite dignos fructus poenitentiae, uniuscuiusq; conscien-
 tia conuenitur, ut tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per poenitentiam, quantum gra-
 uiora sibi intulit damna. Et paulo inferius, Omnis arbor non faciens fructum bonū, excidetur, &
 in ignem mittetur, quia unusquisq; per uersus paratā citius gehennā cōcremationem inuenit, qui
 hic fructum boni operis facere contemnit. Et exponens illud Psalmistae, Et semen eorum in saecula
 dirigitur, hoc modo scribit: Quod uero ait, Semē eorum in saeculū dirigitur, electorum uo-
 luit opera intelligi, quae tunc profectō diriguntur in saeculum, quum omnia spectāt ad Deum. Se-
 men quippe suum nequaquam dirigit, qui ex operibus suis aliquid transitoriū quaerit. Opera au-
 tem nostra idcirco semen dicta sunt, quia sicut ex semine fructum colligimus, sic ex operibus no-
 stris mercedē expectamus. Hinc namq; Apostolus ait, Quaecumq; seminauerit homo, haec & me-
 tet. Qui enim in hac uita semen boni seminauerit operis, in futuro fructum aeternae conseque-
 tur remunerationis. Per saeculū uero, illius beatae uitae intelligitur aeternitas, quae quia per uarias
 temporum mutationes nullatenus diuiditur, unius appellatione non inconuenienter signatur. In
 illud ergo saeculū dirigamus semē nostrū, si cibū operemur, nō qui perit, sed qui permanet in aeter-
 nam uitā. Dū tēpus habemus operemur bonū, ut quū ad indeficientē uitae illius beatitudinē perue-
 nerimus, ppetuos fructus in caelo colligamus. Ille em̄ uerē ppetuus est fructus, per quē perpetuō
 uiuimus, & perēni panis, & uini satietate gaudemus. Perpetuus, inq; quia & mādendo nō minui-
 tur, & uetustate nō deterioratur. Et homilia 11. in Ezechielē, exponēs illud Ezechielis, Et ueni ad
 transmigrationē, ad acer uū nouarū frugū: Quia enim (inquit) bonae animae, fruges appellatur Dei,
 propheta alius testatur, dicēs: Sancti Israel domino primitiae frugum eius. Fruges etenim domini
 etiam cōuersae ad fidem gentes postmodū factae sunt. Sed quia prius Israel domino credidit, rectē
 hunc propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta missus, non priori populo,
 sed filijs eiusdem populū uerba intulit, ad aceruum frugum nouarum uenit. Et exponens illud Cā-
 ticorū, Et fructus eius dulcis gutturi meo: Arbor quippe (inquit) fructifera, ipse Christus in cor-
 de nostro plantatus per fidem existit. Quam si mens nostra dignē diligit, & instanter excolit, fru-
 ctus nimirum interius pulchros, & utiles gignit. Quos dum mens capiens auidē comedit, omnes
 mūdi uoluptates praē eius dulcedine postponit. Dulce enim ualde est sibi caelestia cogitare, in aeter-
 nitate oculum intimum figere, ut aliquando in caelestibus etiam mens accensa compūgatur, & in-
 ter lachrymas subleuata, Angelorum cibo, ipsa uidelicet sapientia, quanto dulcius, tanto auidius
 pascatur. Et exponens illud, Emissiones tuae paradisi malorum punicorum, cum pomorum fru-
 ctibus: Mala (inquit) punica sub rubeo cortice multitudinem granorū continent, fructus uero po-
 morum in se refectionis dulcedinem habent. Sic sic martyres, dum sub igne tribulationis laborāt,
 dum pro Christo sanguinem exterius fundere non dubitant, multitudinem uirtutum interius sibi
 congregant in mente. Sancti etiam quicq; qui in pace Ecclesiae uiuunt, fructus pomorum gerunt,
 quia dum sancta opera faciunt, proximis exempla tribuūt, quorum exhibitione se, qui uolunt, re-
 ficiunt. Et capite quinto: Veniat (inquit) dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum po-
 morum suorum: In hortum dilectus uenit, & fructum comedit, quando Christus mētes uisitāt, &
 bonorum operum delectatione se satiat. Et capite septimo: Ascendam in palmam, & apprehēdam
 fructus eius: Dixit uerē, & ascendit, quia sicut ante saecula pro morte nostra mori disposuit, sic in
 fine mundi propicius, & uerax adimpleuit. In palmam ergo ascendit, & fructus eius apprehendit,
 quia in cruce suspensus, fructum uitae inuenit, ac apprehēdit, & nobis tribuit. Vide adhuc de fru-
 ctibus in dictione, Arbor.

De fructibus spiritus, quos Paulus enumerat Apostolus.

Cap. XXII.

Diuus autē Paulus 12. enumerat fructus in epistola ad Galatas, dicēs: Fructus autem spiritus,
 est charitas, gaudiū, pax, paciētia, benignitas, bonitas, lōganimitas, māsuētudo, fides, mode-
 stia, cōtinētia, castitas. Quae uerba enarrās Theophylactus, hoc pacto scribit: Quia à nobis ortum
 ducūt praua facinora, ppter ea & carnis opera appellauit, pinde, ac si operosa sint, & grauiā factu.
 Bona

Luc. 3. b.

Semen, opus.

Gal. 6. b. Saeculū, beatae uitae aeternitas.

Ioan. 6. c.

Gala. 6. c.

Fructus perpetuus, quo perpetuō uiuimus.

Fruges Dei, bonae animae, & cōuersae ad fidē gentes.

Hierem. 2. a.

Cant. 2. a.

Arbor fructifera, Christus.

Cant. 4. d.

Mala punica, martyres.

Cant. 5. a.

Hortus, mens.

Fructus, bona opera.

Cant. 7. c.

Palma, crux.

Galat. 5. d.

Pila à nobis.

Opera carnis cur sic dicta.

Opera nostra, nostro indigent studio, & ope diuina. Bona uero nō modo nostro indigēt studio, sed ope etiā diuina, ob idq; spiritus dicit perinde ac nostra inter sit semen subministrare, & uolūtatem offerre: diuini uero arbitrij sit, ut fructus emergat. *Charitas omnium bonorum r. a. dix.* Omnium autem bonorum radicem priorē statuit charitatē, deinceps gaudium. Qui enim afficitur charitate, semper est laetior, uel si mala perpetiatur, & beneficium erga spectat, qui mala gesserit. Gaudet enim, sed in Deo, cuius gratia & peragat cuncta, & toleret, eoq; & optimae adgaudet cōscientiae. Ex charitate autem, & suscepta laetitia conquiescit, nec ullis animi cogitationibus obturbatur. *Gaudium. Benignitas. Longanimitas.* Quinetiam uel si quos odio habere uidebitur, non eos odit, sed illorum fastidit nequitiam. Quandoquidem hos ipsos ut fratres colat, & odium praeferat, ut corrigantur, & correctis conducat. A benignitate longanimitas ita uidetur sacris in literis discrepare, ut qui animi sit magnitudine praeditus, is certē sapientia polleat, neq; acceleratē, & praecipitanter, sed sensim, & lento gradu, decentes ingerat poenas. Qui uero benignior fuerit, uel fontes, & noxios dimittit impunes. Quemadmodum Moyses, quia Mariae, & Aaron ipsi pepercerat, clementior est appellatus à cunctis, qui eas terras incolerent. Et bonitas quidem est, quam beneficentia logē uulgiat. Bonus est enim dominus (inquit) uniuersis. Beneficentia uero dignis duntaxat benefacit, ut est illud, Benefac domine bonis, & rectis corde. Fidem autem dicit, non simplicem quandā, ac tenuem, sed quae montes praeardore transilit, credatq; nihil ambigū, quae impossibilia hominibus sunt, apud Deum fore faciēlima. Postremo & continentiam posuit, quam nō solum ab eis, sed ab omni sit nequitia abstinentium. Et Hieronymus, Fructus autem &c. Omnium uirtutum prima est charitas, quam in quatuor partes diuisibilem annotauimus, Gaudium spirituale, pax, patientia, etiam cum odientibus pacem, benignitas, bonitas, semper bene uelle facere, longanimitas, illatas iniurias sustinere patienter, mansuetudo, nulli iniuriam irrogare, fides, uel debes credere, uel omnibus promissa cōplere. *Num. 12. d. Bonitas. Psal. 144. b. Beneficentia. Psal. 124. d. Fides. Luc. 17. b. Continentia. Charitas omni uirtutū prima.* Modestia, nec laesus irasci. Continentia, in coniugijs spiritualibus. Castitas in uirginibus intelligitur. Et Aug. lib. 2. de sermone dñi in mōte: Et qui sunt fructus, per quos cognoscimus arborē bonam, idem ipse Apostolus dicit, Fructus autē spiritus est charitas &c. Sanē sciendū est hic gaudium proprie posuit. Mali enim hoies nō gaudere, sed gestire dicuntur proprie. Ex ista proprietate uerbi, qua gaudium nō dicitur nisi in bonis, etiā propheta loquitur, dicēs: Nō est gaudere impijs, dicit dñs. Ita quoq; posita est fides, nō quaecumq; utiq; sed uera fides. Et coetera, quae hic posita sunt, habent quaidā imagines suas in malis hoibus, & deceptoribus, ut oino fallāt, nisi quisq; iam mundū oculum, & simplicem habuerit, quo ista cognoscat. Et tractatu 87. in Ioannem, exponens illud Euangelicum, Haec mando uobis, ut diligatis inuicem: Charitas (inquit) est fructus noster, quam definit *Augustinus. Gal. 5. d. Gaudere bonorum est. Gestire malorum est. Esa. 57. d.* Apostolus de corde puro, & conscientia bona, fide non ficta. Et Apostolus Paulus, quum cōtra opera carnis commēdare fructum spiritus uellet, à capite hoc posuit: Fructus (inquit) spiritus charitas est, ac deinde coetera tanquam ex isto capite exorta, & religata cōtextuit, quae sunt, Gaudium, pax &c. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacem ueram nisi cum illo potest habere, quem ueraciter diligit? Quis est longanimis in bono opere perseveranter manendo, nisi serueat diligendo? Quis est benignus, nisi diligit, cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo, efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide, quae per dilectionem operatur? Quis uulter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet, unde turpetur, nisi diligit unā honestatur? Merito itaq; magister bonus dilectionem sic saepe commendat, tanquam sola praecianda sit, sine qua non possunt prodesse coetera bona, & quae non potest haberi sine coeteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Et Anselmus in epistolam ad Galatas hoc modo scribit: Opera carnis qualia sunt, dictum est. Sed opera sancti spiritus habitantis in homine, sunt ista, quae subduntur, quae magis sunt appellanda fructus, quoniam ex bona arbore sicut optimi fructus prodeunt, ut refectioem perpetuae saturitatis praebent electis, ideoq; propter seipsa sunt appetenda. Fructus enim à fruendo dicitur, & frui proprie nō dicimur, nisi rebus illis, in quibus finem laetitia nostrae ponimus in aeternis bonis, quae in Deo possidere quandoq; speramus. In his ergo fructibus prima charitas, qua diligitur dominus, & proximus, quia maior omnibus coeteris uirtutibus, & eius radice uigent omnes aliae. Nam ex ista oritur gaudium, id est, elatio nō superba, sed benigna mentis de bono exultantis. Qui enim diligit dominū, gaudet in Deo pura conscientia. Et qui diligit proximum, gaudet de bono eius. Pacem quoq; seruat erga Deum, qui diligit eum, quia in quantum potest, cauet eum offendere, & studet ei placere. Sed & cum proximo pacem custodit, non inquietans eum, si eum diligit. Non tamen uiolat pacem, si eum errantem pio studio increpat, uel etiam (si ita oportet) uerberat. Quia uero multa sunt in conuersatione humana quae pacem turbare possunt, necessario subiungitur patientia, per quā iniuria, & aduersitates aequo animo sustineantur, ut fraterna pax queat obseruari. Patientia enim est aliena mala aequanimiter tolerare, & contra eū quoq; qui mala irrogat, nullo dolore morderi. Et quia nō ad horā, sed quādiu uoluerit dñs, seruanda haec patientia, subnectitur, & longanimitas, per quam omnia perseveranter usque in finem sustineantur. Longanimitas enim est longitudo animi patienter aduersa tolerantis, & aeterna praemia

praemia diu expectantis. Ne quis uero inter eos, quos longo tēpore patitur, non amaret, sequitur, bonitas, quae est dulcedo animi, & affectio pia, ut non rancorem animi, sed dulcedinem erga eos, qui nos tribulant, habeamus, per quam eis & bona quae possumus impendamus. Ne enim sit inanis haec bonitas, subiungitur alia uirtus sibi cognata, & cōsimilis, id est, benignitas, quae & ipsa est bona affectio animi gratis sua tribuentis, & hilariter pro ea quicquid potest, largiētis. Et quia nonnulli, dum bona proximis impendunt, asperē loquuntur eis, & austeritatem ostendunt, congruē subnectitur mansuetudo, ut qui benigne tribuit, non intractabilis sit, uel asper, sed mansuetus, & lenis, id est, mitis, & affabilis, & familiaris. Mansuetus enim, quasi manu affuetus dicitur. Fides uero qua ueraciter credimus id quod nō possumus uidere, cuius nomē inde appellatur, quod omnino fiat quod dictum est, aut promissum. Fides em̄ uocatur ab eo quod sit illud quod inter utrosq; placitum est, id est, Deum, & hominem, quando & homo facit opere, quod dixit ore, & reddit dominus quod promissit. Et ideo fides sine operibus nō est uera fides, quia non facit quod dicit. Propter quod & inter duos homines seruatur fides, quando illud quod dixerūt, & statuerūt inuicem, custodiunt ueraciter, & faciunt. Modestia autem est quādo modus stat, id est, tenetur, & seruatur in dictis, & in factis: continentia uero ab illicitis actibus carnis, castitas autem, quum iam caro se data fuerit. Continentia enim in luctamine, castitas autem in pace. Non enim castitas, sed continentia dicitur, ubi adhuc ei resistit aduersitas uoluptatis. Consummatio enim uerae castitatis est, quae non impugnat carnalis concupiscētia motum, sed toto horrore detestatur, ac iugem, & inuolabilem sui retinet puritatem, nec potest aliud esse, quā sanctitas. Et diuus Thomas, Fructus autem spiritus &c. Fructus bifariam dicitur, nempe acquisitus siue ex labore, siue ex studio, iuxta illud, Bonorum laborum gloriosus est fructus, & productus, sicuti fructus, qui ex arbore prouenit, dicente domino, Non potest arbor bona fructus molos facere. Et hoc pacto hoc in loco dicitur fructus. Nam fructus, quem quispiam adipiscitur, ultimi finis rationem habet, in quo tamen duo possumus expēdere, nēpe quod sit ultimus ab arbore fructus, & quod sit suauis, ac delectabilis, iuxta illud, Et fructus eius dulcis gutturi meo. Hoc igitur pacto & uirtutum, ac spiritus opera rationem ultimi in nobis habere possunt. Nam spiritus sanctus est in nobis per gratiam, qua uirtutū acquirimus habitum, quo secundum uirtutem operari ualemus. Sūt & admodum delectabilia, & huius rei gratia ab Apostolo fructus nuncupantur, quum ait, Habetis fructum uestrum in sanctificatione, hoc est, in operibus sanctis. Appellatur quoq; & flores respectu futurae felicitatis. Quemadmodum enim floribus apparentibus fructuum spem nanciscuntur homines, itidem ex uirtutum operibus spem uitae habemus aeternae. Et sicut in floribus est quoddam fructuum initiū, itidem in uirtutum operibus quoddam est beatitudinis principium. Quae tūc perficietur, quū Deum, & perfecte cognoscemus, & perfecte amabimus. Rectē autem Apostolus carnis effectus opera nūcupauit, & opera spiritus fructus merito uocauit. Siquidem quod ab aliquo parter naturam proficiscitur, ac prodit, fructus nūcupari non debet, sed alterum potius germen. Et quia Deus uirtutum semina humanae indidit naturae, Nam suapte natura bonum expetit, & illius cognitionem habet, & gratiae dona superaddidit, idcirco peccata praeter naturam esse dicuntur. Vnde & diuus Paulus ait: Quem ergo habuistis fructum tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Ast è diuerso uirtutum opera ob illam, quam in se habent dulcedinem, & oblectamentum, & naturae cōuenientiam, merito fructus dicitur spiritus. Sed adhuc expendendum est discrimen esse inter uirtutē, atq; donum. Nam uirtus more humano ad bene operandum perficit, donum uero modū excedit humanū. Siquidem fides quatenus uirtus est, cognitio rerum inuisibilium est in aenigmate: quatenus uero donum est intellectus, notio perspicua est. Virtutis autem actus, ut hominem perficit, beatitudo nuncupatur: quatenus uero mentem oblectat, & spiritali reficit iocunditate, fructus nuncupatur. Hos ergo fructus spiritalis gratia in mente producit, quorum nonnulli perficiunt hominem interiorius, alij uero exteriorius. Interiorius uero perficitur, ac dirigitur tam in bonis, quā in malis. In bonis primum, ac potissimū perficitur in corde per amorem, & charitatem, per quam diligitur & Deus propter seipsum, & proximus propter Deū. Quamobrem diuus Paulus nos hortatur, dicēs: Super omnia autem charitatem habete, quae est uinculum perfectionis. Haec diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum. Alius fructus est, qui prouenit ex praesentia Dei super omnia dilecti. Nam qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Haec autē Dei praesentia animum maximo afficit gaudio, ad quod diuus Paulus nos hortatur, dicens: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. At gaudium perfectū esse nequit, ni quod amatur, perfecte possideatur. Propterea tertius fructus est pax, per quam dilectus Deus perfecte possidetur, per quā perfecte Deo fruatur animus, & ab illa fruitione, quod illi sit impedimēto, nihil est. Siquidē pax multa diligentibus Deū, & illius legē, & nō est illi offensio, ut noster cecinit David. Gaudium igitur, est charitatis, siue Dei fruatio: pax uero charitatis pfectio. In malis autē spiritus sancti fructus & perficit, & dirigit, & primū quidē in aduersis, quae pacē perturbāt, & hoc p patientiā agit, quae opus perfectū habet, ut

Bonitas qd sit.

Benignitas qd sit.

Mansuetudo. Fides quae, & unde dicta.

Fides sine operibus nō est uera fides.

Modestia quid sit.

Continentia. Castitas.

Thomas Aquinas.

Sapient. 3. d. Matth. 7. c.

Fructus est ultimum arboris, & est suauis. Cant. 2. a.

Rom. 6. e. Flores, uirtutū opera.

Opera carnis cur dixit Apostolus, & fructus spiritus.

Rom. 6. d.

Fides uirtus, & fides donum in quo differunt.

Charitas.

Col. 3. c.

Rom. 5. a.

1. Ioan. 4. c.

Gaudium.

Phil. 4. a.

Pax.

Psal. 118. x.

Patientia.

Iacob. 1. a.

Iacob

Luc. 21. d. Jacobus ait Apostolus, Vt sitis pfecti, & integri, in nullo deficiente, per qua animus sibi ipsi dñatur, & seipsum possidet, dicente dño, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Dilatio praeterea rei amatae dolorem ingerit non mediocrem, qui gaudio illius magnam affert impedimentum. Et idcirco spiritus sanctus alium producit fructum in mente, qui longanimitas nuncupatur, per quam si moram fecerit, patienter expectat illum, quia ueniens ueniet (ut ait propheta) per quam, ut saluus fiat, perseverat usque in finem. In exterioribus autem spiritus sanctus & perficit, & dirigit. Primum quidem quantum attinet ad proximum, ut rectam, & bonam uoluntatem erga illum habeat, & hic fructus bonitas appellatur, per quam ceteris potentijs bene utitur. Nam homo per uoluntatem ceteris ut agant, imperat potentijs, & quum bona, & recta fuerit, & bonum illarum usum, & ipsum hominem bonum reddit. Et de hoc fructu ait Apostolus, Fructus autem lucis est in omni bonitate. Et non modo in corde, uerum etiam & in opere perficit, nempe ut proximo indigenti bona sua communicet, & dilargiatur cum hilaritate, & gaudio. Et hunc fructum appellauit benignitatem, id est, rerum suarum largitatem, ad quam Apostolus hortatur, dicens: Induite ergo uos sicut electi Dei, sancti, & dilecti uiscera misericordiae, benignitatem &c. Perficit quoque animum nostrum, ut aequo animo ferat proximorum iniurias exemplo saluatoris, qui nos, ut illum imitemur, hortatur, dicens: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. His enim Deus gratiam dilargitur, dicente Salomone, Et mansuetis dabit gratiam, & hunc fructum appellauit mansuetudinem. Perficit quoque spiritus sanctus mentem nostram erga Deum per fidem, quae est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, id est, quae est rerum inuisibilium certa, sed aenigmatica cognitio, quae necessaria est. Nam (ut ait Apostolus) accedentem ad Deum, oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Operae precium quoque est, ut spiritus sanctus nos perficiat, & dirigat in actibus exterioribus corporis per modestiam, quae actibus, ac dictis modum imponit. Vnde & diuus Paulus praecipit, dicens: Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Et hic est fructus, quem modestiam appellauit. Sed opus est ut sensibilis appetitus interior perficiatur per continentiam, per quam & a licitis abstinet homo, & per castitatem, per quam licitis recte utitur. Vel continentia est per quam uigore mentis, quum a prauis impugnatur concupiscentijs, ne ab illis superetur, seipsum uiriliter tenet. Castitas uero dici potest illorum, qui membra sua super terram mortificauerunt, & corpus suum seruituti redegerunt, ut nec ab illis impugnetur, neque abducatur.

De eisdem duodecim fructibus designatis per Ioannem in Apocalypsi capite ultimo. Cap. XXIII.

Apocal. 22. a. **D**E antedictis duodecim fructibus in Apocalypsi hoc pacto scribitur: Et ostendit mihi flumen aquae uiuae, splendidum, tanquam & crystallum, procedentem de sede Dei, & agni. In medio plateae eius, & ex utraque parte fluminis lignum uitae afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Ambrosius praedicta enarrans uerba lib. 3. de spiritu sancto, cap. 21. hoc modo scribit: Nec illud mediocre, quod de throno Descendere fluium legimus, sic enim habes, dicente Ioanne Euangelista: Et ostendit mihi flumen aquae uiuae &c. ut supra retulimus. Hic est utique fluius de Dei sede procedens, hoc est, spiritus sanctus, quem bibit, qui credit in Christum, sicut ipse ait: Qui sitit, ueniat ad me, & bibat. Et, Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Hoc autem dicebat de spiritu. Ergo flumen est spiritus. Hic igitur est in Dei sede. Neque enim aqua abluat Dei sedem. Denique Dauid non supra sedem Dei dixit, sed supra caelos esse, quamlibet illam intelligas aquam, quia scriptum est, Et aquae, quae super caelos sunt, laudent nomen domini. Laudent dixit, non laudet. Nam si aquae elementum uoluisset intelligi, laudet, utique dixisset. Dicendo autem pluraliter, uirtutes uoluit aestimari. Et quid mirum, si in sede Dei spiritus sanctus est, quum ipsum regnum Dei operatio spiritus sit, sicut scriptum est: Quia non est regnum Dei esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Et ipse quum dicit saluator, Omne regnum in seipsum diuisum destruetur. Deinde subiiciendo, Quod si in spiritu Dei eicio daemones, profecto peruenit in uos regnum Dei, ostendit regnum sibi diuisum esse cum spiritu. Quid autem dementius, quam ut neget quisquam Christo conregnare spiritum sanctum, quum etiam nos in Christi regno coregnaturos Christo Apostolus dicat: Si enim commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & coregnabimus. Sed nos per adoptionem, ille per potestatem, nos gratia, ille natura. Habet igitur consortium regni cum patre, & filio etiam spiritus sanctus, qui unius naturae, unius dominationis, unius etiam potestatis est. Et Hilarius in enarratione primi Psalmi, Et ostendit (inquit) mihi flumen aquae uiuae &c. Coeleste sacramentum ita per corporales species exponitur, ut rationem spiritualem corporalia ipsa, quamquam implere non possint, tamen ad corporata non mutentur (alias tamen ad comparationem inuicem sunt). Conuenerat enim dixisse ex utraque parte fluminis demonstrati, arbores esse, non arborem. Sed quia uita arbor ubique in sacramento baptismi una est, undique ad se uenientibus Apostolicae praedica

praedicationis fructus subministrans: Ideo ex utraque parte fluminis una uita arbor affluit. Vnus enim agnus est in throno Dei uiuus, & unum flumen, & uita arbor una, quae omnia in se complectuntur mysteria corporationis, baptismi, passionis, cuius folia, id est, praedicationis uerba, salutem gentibus per doctrinam eloquij non decidentis, impartuntur. Haec ille. In glossa autem, hoc pacto exponitur: Postquam situm ciuitatis, dignitatem eius, & muros, & fundamenta ostendit, describit refectorem, quam Deus ciuitati praebuit, & in praesenti, & maxime in futuro. In praesentia deitatis, uel in imitatione uita agni, qui proposuit nobis in se exemplum. Fluium, id est, aquam fluentem, hoc est, aeternam beatitudinem: In specie aquae notatur per ablutionem baptismi ad hoc peruenisse. De sede Dei, id est, de illis, in quibus principaliter sedebit Deus, quia in illis maxime est, & per instructionem eorum, minores coronabuntur. Et ex utraque parte &c. Circa flumen, id est, in hac uita habemus lignum uitae, id est, corpus, & sanguinem Christi, in quibus reficimur. Et ultra flumen, id est, in futuro habebimus ipsum praesentem, uel per circa flumen, accipiamus tempus ante baptismum, per ultra, illud quod fuit post baptismum, ut denotemus fideles, & in ueteri, & in noua lege saluatos per Christum. Quod significauit Moyses, qui duxit filios Israel usque ad flumen Iordanis, & Iesus filius Nauae, qui de flumine Iordanis duxit eos in terram promissionis. Alia litera habet, Lignum uitae reddens fructum suum per duodecim menses, id est, per duodecim Apostolos, quia Christus dies, Apostoli horae, uel menses, iuxta illud, Nonne duodecim horae sunt diei? Quasi dicat, Vos estis subditi mihi, & mihi prouidentum est, non uobis. Alia autem ligna, id est, sancti, reddunt fructum suum, id est, reddunt pro meritis praemia sibi subditis. Lyranus autem hoc pacto exponit: Et ostendit mihi fluium &c. Per quem intelligitur spiritus sanctus, dicente saluatore: Qui credit in me (sicut dicit scriptura &c.) procedentem, Nam spiritus sanctus ex patre procedit, & filio. In medio plateae eius, ut omnes reficiat beatos. Lignum uitae, id est, Christus, qui secundum deitatem est ubique, quemadmodum & spiritus sanctus, quum eadem habeant essentiam. Afferens fructus duodecim, de quibus ait Apostolus, Fructus autem spiritus, est charitas &c. Veruntamen hi fructus aliter sunt in hac uita per gratiam, aliter in patria per gloriam. Siquidem charitas patriae, qui primus est fructus, est in Deum uisum perfectissima per amorem transformatio, Gaudium, est de Deo uiso perfecta fruitio, Pax est in ipso Deo penitus quiescere, Patientia est firma in Deo stabilitas, Benignitas est unus ardor cordium, & amoris in proximum inflammatio. Bonitas, id est, proprii boni in proximum diffusio. Siquidem beati de aliorum beatitudine, perinde ac propria esset, gaudent. Longanimitas est aequanimis expectatio gloriae ipsius corporis. Mansuetudo est in obstinatos peccatores iustae uindictae appetitus, hoc est, secundum diuinam iustitiae regulam moderatur. Latabitur (inquit propheta) iustus quum uiderit uindictam, manus suas laubit in sanguine peccatoris. Fides est clara Dei uisio, & fidelitas erga suum creatorem. Modestia excellenter est in illa patria, per quam inferiores potentiae animae, perfecte superioribus subiiciuntur. Continentia est per quam ad aliquod malum flexi penitus beatus non potest. Castitas, est perfecta mentis, & corporis mundities. Per menses singulos, id est, continue, ac perpetuo reddens fructum suum. Et folia ligni, id est, Christi uerba, ac praecipia, quae & tegunt fructum, atque ornant.

De fructu tricesimo, sexagesimo, & centesimo. Cap. XXIII.

DE fructibus antedictis tricesimo &c. hoc pacto scribit diuus August. libro unico de sancta uirginitate, cap. 44. Proinde (inquit) quid dicemus? Est ne aliquid quod uirgo Dei ueraciter cogitet, unde se fideli mulieri, non tantum uiduam, uerum etiam coniugatae praefere non audeat? Non ego reprobam dico. Nam quis nesciat obedientem mulierem inobedienti uirgini praeponeam? Sed quum ambae sint obediētes praecipis Dei, ita ne trepidabit sanctam uirginitatem, etiam castis nuptijs, & continentiam praefere connubio, fructum centum praere tricenam? Imo uero non dubitet hanc rem illi rei praepone. Hic tamen uel haec uirgo obediens, & Deum timens, illi uel illi mulieri obediens, & Deum timentem se antefere non audeat, alioquin non erit humilis, & deus superbis resistit. Quid ergo cogitabit? Occulta scilicet dona Dei, quae non nisi interrogatione tentationis, etiam semetipsum unicuique declarat. Vt enim cetera taceam, unde scit uirgo, quamuis sollicita, quae sunt domini, quomodo placeat domino, ne forte propter aliquam sibi incognitam mentis infirmitatem, nondum sit matura martyrio: illa uero mulier, cui se praefere gestiebat, iam possit bibere calicem dominicae humilitatis, quem prius bibendum discipulis, amatoribus sublimitatis opposuit? Vnde, inquam, scit, ne forte ipsa nondum sit Thecla, iam sit illa Crispina. Certè nisi assit tentatio, nulla doni huius sit demonstratio. Hoc autem tam magnum est, ut eum fructum centum quidam intelligat. Perhibet enim praclarissimum testimonium ecclesiastica autoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctae sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Sed quicquid significet fecunditatis illa diuersitas, uiderint qui haec melius, quam nos, intelligunt, siue uirginalis uita in centeno fructu sit, in sexageno uidualis, in triceno autem coniugalis.

Centena fertili-
tas martyrio. siue centena fertilitas martyrio potius imputetur, sexagena continentiae, & tricena connubio,
Sexagena, con-
tinentiae. gati autem tricenum ferētes, ad sexagenum perueniāt, si martyres fuerint, siue, quod probabilis
Tricena, commu-
bio. mihi uidetur, quoniam diuinā gratiā multa sunt munera, & est aliud alio maius, ac melius, unde
1. Cor. 12. d. dicit Apostolus, Aemulamini autem dona meliora, intelligendū est plura esse, quā ut in tres dis-
ferentias distribui possint. Primum, ne continentia uidualē, aut in nullo fructu cōstituamus, aut
ad coniugalis pudicitiae meritum deponamus, aut uirginali gloriae coaeremus, aut coronā mar-
tyrij, uel in habitu animi, etiam si desit tentationis examen, uel in ipsa passionis experientia consti-
tutam, cui libet illarum trium castitati sine ullo incremēto fertilitatis accedere existimemus. Deina-
de ubi ponimus, quōd multi, ac multae ita custodiunt continentia uirginalem, ut tamen nō faciant,
Matth. 19. c. quae dominus ait, Si uis esse perfectus, uade, uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habe-
bis thesaurum in caelis, & ueni sequere me. Nec audeant eorum cohabitationi sociari, in quibus
A. 2. g. nemo dicit aliquid proprium, sed sunt eis omnia communia. Nihil ne putamus fructificationis ac-
cedere uirginibus Dei, quum hoc faciunt: Aut sine ullo fructu esse uirgines Dei, etiam si hoc nō
faciunt: Multa ergo sunt dona, & alij alia clariora, ac superiora singulis singula. Et aliquādo alter
fructuosus est donis paucioribus, sed potioribus, alter inferioribus, sed pluribus. Et quemadmo-
dum inter se uel coaerentur, uel distinguantur in accipiendis aeternis honoribus, quis hominum
audeat iudicare, dum tamen constet, & multa esse ista diuersa, & nō ad praesens tēpus, sed in aeter-
num prodesse meliora: Sed dominum tres arbitror uoluisse fructificationis commemorare disse-
rentias, ceteras intelligentibus reliquisse. Nam & alius Euangelista solum commemorauit cētu-
plum, nūquid ideo putandus est alia duo, uel improbasse, uel ignorasse, ac non potius intelligenda
reliquisse: Sed, ut dicere coeperam, siue cētenus fructus sit Deo deuota uirginitas, siue alio aliquo
modo, uel quem commemorauimus, uel quem nō commemorauimus, sit illa fertilitatis intelligenda
distantia: nemo tamen, quantum puto, ausus fuerit uirginitatē praeferre martyrio, ac nemo du-
bitauerit hoc donum occultum esse, si examinari uel desit tentatio. Habet itaq; uirgo quod cogitet,
1. Cor. 13. b. quod ei prosit ad seruandam humilitatem, ne uiolet illam, quae supereminet donis omnibus charita-
tem, sine qua utiq; quaecunq; alia uel pauca, uel plura, uel magna, uel parua habuerit, nihil est. Ha-
bet, inquam, quod cogitet, ut nō infletur, nō amuletur, ita se scilicet bonum uirginale cōiugali bono
multo amplius, & melius profiteri, ut tamen nesciat utrum illa, uel illa coniugata iam pati pro Chri-
sto possit, adhuc uero ipsa non possit, & in hoc ei parcatur, quia infirmitas eius tentatione non in-
terrogatur. Fidelis enim Deus (ait Apostolus) qui uos nō permittit tentari super id quod potestis,
1. Cor. 10. c. sed faciet cum temptatione etiam exitū, ut possitis sustinere. Fortassis ergo illi, uel illi coniugalis uitae
retinentes in suo genere laudabilem modum, iam possint contra iniquitatem cogē-
tem, etiam laniatu uiscerum, & effusione sanguinis dimicare: illi autem, uel illi à pueritia continen-
tes, secp; castrantes propter regnum caelorum, nondū tamen ualent talia uel pro iustitia, uel pro ipsi
pudicitia sustinere. Aliud enim est pro ueritate, ac proposito sancto non consentire suadenti, &
Matth. 19. b. blandienti, aliud non cedere etiam torquenti, atq; ferienti. Latēt ista in facultatibus, & uiribus
morum, tentata panduntur, experta propalantur. Vt ergo quisq; non infletur, ex eo quod uidē
posse, humiliter cogitet, quōd ignorat aliquid praestantius se fortasse non posse, aliquos autem qui
illud quo sibi gloriosē notus est, nec habent, nec profitentur, hoc quod ipse non potest, posse. In
seruabitur non fallaci, sed ueraci humilitate, honore mutuo praecipientes, & alterutrum existiman-
tes superiores sibi. Et libro primo quaestionum Euāgeliorum, quaestione nona: Quod dicit, Aliud
centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Centesimum martyrum, propter sanctitatem
uitae, uel contemptum mortis. Sexagesimum uirginum, propter ocium interius, quia nō pugnant
contra consuetudinem carnis. Solet enim ocium cōcedi sexagenarijs post militiam, uel post actio-
nes publicas. Tricesimum coniugatorum, quia haec est aetas praeriantium: Ipsi enim habent acro-
rem conflictum, ne libidinibus superentur. Et libro de ciuitate Dei, uirginum primo, capite uirgini-
moseptimo, in fine: Verum (inquit) ista liberatio, quae fit, siue suis quibusq; orationibus, siue inter-
cedentibus sanctis, id agit, ut in ignem quisq; nō mittatur aeternum, nō ut quum fuerit missus post
quantūcunq; tempus, inde eruatur. Nam & illi qui putant sic intelligendū esse quod scriptum est,
Matth. 13. d. afferre terram bonam, uberem fructum, aliam tricenum, aliam sexagenum, aliam centenum, ut san-
Luc. 8. d. cti pro suorum diuersitate meritorum, alij tricenos homines liberent, alij sexagenos, alij cētenos,
hoc in die iudicij futurum suspicari solent, non post iudicium. Qua opinione quidam, quum uide-
ret homines impunitatē sibi peruersissimē pollicentes, eo quōd omnes isto modo ad liberationem
pertinere posse uideantur, elegantissimē respondisse perhibetur, bene potius esse uniendum, ut in-
ter eos quisq; reperiatur, qui pro alijs intercessuri sunt liberandis, ne tam pauci sint, ut cito ad nu-
merum suum uel tricenum, uel sexagenum, uel centenum unoquoq; eorum perueniēte, multi re-
maneant, qui erui iam de poenis, illorum intercessione nō possint, & in eis inueniatur quisquis sibi
spem

spem fructus alieni temeritate uanissima pollicetur. Et diuus Hieronymus super Matthaeū: Sicut
(inquit) in terra mala tres fuere diuersitates, secus uia, & petrosa, & spinosa loca: sic in terra bona,
trina diuersitas est, centesimi, sexagesimi, & tricesimi fructus. In illa autem & in ista non mutatur
substantia, sed uoluntas, & tam incredulorum, quā credentium corda sunt, quae semen recipiūt.
Venit (inquit) malus, & rapit quod seminatum est in corde eius, & secūdo, ac tertio, hic est (ait) qui
uerbum audit. In expositione quoq; terrae bonae, iste est, qui audit uerbum. Primū ergo debemus
audire, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, uel
sexagesimum, uel tricesimum. de quibus plenius in libro contra Iouinianū diximus, & nunc bre-
uiter perstringimus, centesimum fructum uirginibus, sexagesimum uiduis, & continentibus, tri-
cesimum casto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiae, & cubile immaculatum. Qui-
dam nostrum centesimum fructum ad martyres referunt. Quod si ita est, sancta consortia nuptia-
rum excluduntur à fructu bono.

De tribus antedictis fructibus.

Cap. XXV.

Diuus autem Gregorius homilia decimasextima, super Ezechielē, hoc modo scribit: Quo-
niam peccatori homini Deus legem dedit, quae in decem praecipis scripta est, & sex decies
ducta in sexagenarium surgunt, recte per sexaginta cubitos bonorum operum perfectio designa-
tur. Quod aperte etiā dñs in Euangelio designat, qui quū parabolam seminantis exponeret, dixit:
Aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructū ascendente, & excrecentem, & afferebat unū tri-
ginta, & unum sexaginta, & unum centum. Fructus etenim terrae bonae triginta affert, quū mens
perfectionem fidei, quae est in trinitate, conceperit. Sexaginta affert, quum bonae uitae opera perfe-
ctē protulerit. Centum uero affert, quū ad aeternae uitae contemplationem profecerit. Sinistra enim
nostra, est uita praesens, dextera uero, est uita aeterna. Et recte per centenarium numerum aeternae
uitae contemplatio designatur, quia quum post triginta, ac sexaginta ad cētesimum numerum cō-
putandum peruenimus, idem centenarius numerus in dexteram trāsit. Fides, atq; operatio adhuc
in sinistra est, quia hic adhuc positi & credimus quod non uidemus, & operamur, ut uideamus.
Quum uero iam se animus in contemplationem aeternae uitae suspenderit, quasi ad dexteram ma-
num computus peruenit. Eadem expositionem accepit Remigius, qui & alteram addidit. Semen
uerbi Dei (inquit) tricesimum fructum facit, quando bonā cogitationem gignit, sexagesimū, quan-
do bonam locutionem, centesimum, quando ad fructum boni operis perducit. Et diuus Hierony-
mus libro primo, contra Iouinianum: Scimus (inquit) in domo magna, non solum uasa esse aurea,
& argentea, sed & lignea, & fictilia, & super fundamentum Christi, quod Paulus architectus po-
suit, alios aedificare aurum, argentum, lapides preciosos: alios è contrario ligna, foenum, stipulam.
Non ignoramus honorabiles nuptias, & thorū immaculatum. Legimus primam Dei sententiā,
Crescite, & multiplicamini, & replete terram: sed ita nuptias recipimus, ut uirginitatē, quae de nu-
ptijs nascitur, praeramus. Nunquid argentum non erit argentum, si aurum argento preciosius
est. Aut arboris, & segetis contumelia est, si radii, & folijs, culmo, & aristis, poma praerantur,
& fructus: Vt poma ex arbore, frumentum è stipula, ita uirginitas è nuptijs. Centesimus, & sexa-
gesimus, & tricesimus fructus, quāquam de una terra, & de una semente nascatur, tamen multum
differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli
se complexans osculo, & foederans, maritum pingit, & coniugem. Sexaginta uero ad uiduas, eo
quod in angustia, & tribulatione sunt positae. Vnde & superiori digito deprimūtur, quantoq; ma-
ior est difficultas expertae quōdam uoluptatis illecebris abstinere, tanto maius est praemium. Por-
ro centesimus numerus (diligenter quāso lector attēde) de sinistra transfertur ad dexteram, & eis-
dem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in laeua nuptiae significantur, & uiduae, circum-
faciēs, exprimit uirginitatis coronā. Et paulo inferius: Dicit (nempe Iouinianus) uirgines, uiduas,
& maritatas, quae semel in Christo lotae sunt, si non discrepent ceteris operibus, eiusdem esse me-
riti. Et infra citat Apostolum dicentem: De his autem quae scripsistis mihi, Bonum est homini mu-
lierem non tangere & c. usq; nubant. Bonum est (inquit) mulierem non tangere. Si bonum est mu-
lierem non tangere, malum est ergo tangere. Nihil enim bono contrarium est, nisi malum. Si au-
tem malum est, & ignoscitur, ideo conceditur, ne malo quid deterius fiat. Quale autē illud bonum
est, quod conditione deterius cōceditur? Nūquam enim subiecisset, Vnusquisq; uxorem suam
habeat, nisi praemississet. Propter fornicationes autē. Tolle fornicationes, & nō dicet, Vnusquisq;
uxorem suam habeat. Velut si quis definiat, Bonum est triticeo pane uesci, & edere purissimam
similam, tamen nequis compulsus fame, comedat sterces bubulum, concedo ei, ut uescatur & hor-
deo. Num idcirco frumentum nō habebit puritatem suam, si fimo hordeum praeratur? Bonum
est illud naturaliter, quod comparisonem non habet mali, quod praelatione alterius non obum-
y ij bratur.

Matth. 13. d.
Marc. 4. b.Centesimus uir-
ginibus.
Sexagesimus
uiduis.
Tricesimus cō-
iugatis.
Hebr. 13. d.

Gregorius.

Sexagenarius
numerus, bono-
rum operū pfe-
ctio.
Marc. 4. b.
Matth. 13. d.
Tricesimus fru-
ctus, pfectio fi-
dei in trinitate
Sexagenarius,
bonae uitae ope-
ra.Centenarius,
aeternae uitae cō-
templatio.
Tricesimus, bo-
na cogitatio.
Sexagesimus,
bona locutio.
Centesimus, bo-
na operatio.
2. Tim. 2. c.
1. Cor. 3. c.
Hebr. 13. d.
Gen. 1. c.Tricesimus cur
nuptis datur.
Sexagenarius
cur uiduis da-
tur.
Centesimus, uir-
ginibus cur da-
tur.1. Cor. 7. d.
Mulierē nō tan-
gere, bonum.Uxorē suā unus-
quisq; habeat,
cur dictum est.

bratur. Simulq; animaduertenda est Apostoli prudentia. Non dixit, Bonum est uxorem non habere, sed, Bonum est mulierem non tangere, quasi & in tactu periculum sit, quasi qui illam tetigerit, non euadat, quæ uirorum preciosas animas rapit, quæ facit adolescentium euolare corda. Alligabit quis in sinu ignem, & non cõburetur? Aut ambulabit super carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, statim adurit, ita uiri tactus, & foeminae, sentit naturã suam, & diuersitatem sexus intelligit. Narrant & gentiliũ fabulæ Mithram, & Erichonium, uel in lapide, uel in terra, de solo æstu libidinis esse generatos. Vnde & noster Ioseph, quia tangere uolebat eum Aegyptia, fugit ex manibus eius, & quasi ad morsum rabidissimæ canis, ne paulatim uirum serperet, pallium, quod tetigerat, abiecit. Propter fornicationes autem unusquisq; uxorem suã habeat, & unaquæq; uirum suũ habeat. Non dixit autem, Vnusquisq; propter fornicationes ducat uxorem, alioquin hac excusatione libidini fræna laxasset, ut quotiescunq; uxor moritur, toties ducenda sit alia, ne fornicemur, sed unusquisq; uxorem suam habeat. Suam (inquit) habeat, sua utatur, quam habebat antequam crederet, Quam bonum erat uxorem non tangere, & post fidem Christi sororem tantum nosse, non coniugem, nisi fornicatio tactum eius excusabilem faceret. Vxor proprii corporis non habet potestatem, sed uir. Similiter & uir sui corporis non habet potestatem, sed uxor. Omnis hæc quæstio de his est, qui in matrimonio sunt deprehensi, an eis liceat uxorem dimittere, quod & dominus in Euangelio prohibuit. Vnde & Apostolus: Bonum est (ait) uxorem non tangere. Sed quia qui semel duxit uxorem, nisi ex consensu, non ualet se abstinere, nec dare repudium non peccanti, reddat coniugi debitum: sponte quippe se alligauit, ut reddere cogeretur. Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacatis orationi. Oro te, quale illud bonum est, quod orare prohibet, quod corpus Christi accipi non permittit? Quãdiu impleo mariti officium, non impleo Christiani. Iubet idem Apostolus in alio loco, ut semper oremus. Si semper orandum est, nunquam ergo coniugio seruiendum, quoniam quotiescunq; uxori debitũ reddo, orare non possum. Petrus Apostolus experimentum habens conjugaliũ uinculorum, uide quomodo informet Ecclesiam, quid doceat Christianos, Similiter uiri cohabitantes iuxta scientiam, quasi infirmiori uasculo muliebri tribuentes honorem, & sicut coheredes multiplicis gratiæ, ut non impediantur orationes uestræ. Ecce eodem sensu, quia eodem & spiritu, impediri dicit orationes officio conjugali. Quod autem ait, Similiter, idcirco ad imitationẽ prouocat uiros, quia iam supra uxoris præceperat, dicens: Vt uideant uiri in timore castam uestrã conuersationem, quarum sit non exterius compositio crinium, & distinctio auri, & in cultu uestis ornatus: sed absconditus cordis homo, in incorruptione mitis, & silentis spiritus, hoc est, coram Deo placens. Cernis quale coniugium inter uiros uxoresq; præcipiat? Cohabitanes iuxta scientiam, ut nouerint quid uelit, quid desideret Deus, ut tribuat honorem uasculo muliebri. Si abstinemus nos à coitu, honorem tribuimus uxoris, si non abstinemus, perspicuum est, honori contrariam esse cõtumeliam. Ad uxores quoq; Vt uideant (inquit) uiri, castam cõuersationem uestram, & ornatum in abscondito cordis hominẽ, in incorruptione mitis, & silentis spiritus. O uerè digna uox Apostolo, & tra Christi. Maritis, uxoribusq; dat legem, & dånato carnis ornatu, castitatẽ prædicat, & ornate interioris hominis in incorruptione mitis & silentis spiritus. Quomodo hoc dices? Quoniã exterior uester homo corruptus est, & beatitudinẽ incorruptionis, quæ proprie uirginum est, habere deliquistis, imitamini incorruptionem spiritus, saltem per seram abstinẽtiã, & quod corpore non potestis, mente præstare. Has enim Christus diuitias, & hos uestræ cõiunctionis quærit ornatus. Verum ne quis putet ex eo quod sequitur, Vt uacatis orationi, & iterũ reuertimini ad id ipsum, Apostolum hoc uelle, & non propter maiorem ruina concedere, statim infert, Ne tentet uos Satanas propter incontinentiam uestram. Pulchra nimirum indulgentia, & interim ad id ipsum, quod erubescit suo uocare nomine, quod tentationi præfert Satanae, quod causam habet incontinentiam, laboramus quasi obscurum differere, quum expofuerit ipse quod scripsit.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, Hoc autem dico secundum indulgentiam &c. Cap. XXVI.

Hoc autem (inquit) dico iuxta intelligentiam, non iuxta imperium, & missitamus adhuc nuptias non uocare indulgentiam, sed præceptum, quasi non eodem modo & secunda, & tertia matrimonia concedantur, quasi non & fornicatoribus per poenitentiam fores aperiantur Ecclesiæ, quodq; his est maius, & incestis. Nam illum uiolatorem noueræ, quem in prima ad Corinthios epistola tradiderat Satanae in interitũ carnis, ut spiritus saluus fieret, in secunda retrahit, & ne abum dantiori tristitia absorbeat frater, laborat. Aliud est uelle quid Apostolum, aliud est ignoscere. In uoluntate promeremur, uenia abutimur. Vis scire quid uelit Apostolus? Iunge quod sequitur, Volo autẽ omnes homines esse sicut me ipsum, Beatus qui Pauli similis erit, Felix qui audit Apostolum

stolum præcipientem, non ignoscentem: Hoc (inquit) uolo, hoc desidero, ut imitatores mei sitis, sicut & ego Christi. Ille uirgo de uirgine, de incorrupta incorruptus. Nos quia homines sumus, & nauitatem saluatoris non possumus imitari, imitemur saltem cõuersationem. Illud diuinitatis est, & beatitudinis, hoc humanæ conditionis est, & laboris. Volo omnes homines similes mei esse, ut dum mei similes sunt, similes fiant & Christi, cuius ego similis sum. Qui enim in Christum credit, debet sicut & ille ambulauit, & ipse ambulare. Sed unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Quid (inquit) uelim, perspicuum est. Sed quoniam in Ecclesia diuersa sunt dona, concedo & nuptias, ne uidear damnare naturam. Simulq; considera, quod aliud donũ uirginitatis sit, aliud nuptiarũ. Si enim eadẽ esset merces nuptiarũ, & uirginũ, nunq; dixisset post præceptũ cõtinentiæ, Sed unusquisq; propriũ habet donũ ex Deo, alius quidẽ sic, alius autem sic. Vbi proprietates singulorũ est, ibi alitrinsecus diuersitas. Concedo & nuptias esse Dei donũ, sed inter donũ, & donũ magna diuersitas est. Deniq; & Apostolus de eodẽ post incestũ poenitentiaẽ e cõtrario, inq; Donate ei, & cõsolamini, & si cui quiddonastis, & ego. Ac ne putarem donũ hominis esse cõtemnendũ, addidit: Nã & ego quod donauĩ, si qd donauĩ propter uos, corã Christo. Diuersa sunt dona Christi. Vnde & Ioseph in typo eius uariam habet tunicam. Et in Psalmo quædragesimo quarto legimus: Astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Et Petrus Apostolus: Sicut coheredes (ait) multiplicis gratiæ Dei. Quod significantius Græce dicitur ποικίλος, id est, uariã. Sequitur: Dico autẽ innuptis, & uidiuis, si sic permanserint ut ego &c. Postquã nuptis concesserat usum coniugij, & ostenderat ipse quid uellet, quidue cõcederet, trãsit ad innuptas, & uidiuas, & sui proponit exemplum, & felices uocat, si sic permanserint. Si autem non se cõtinent, nubant, id ipsum quod supra: Propter fornicationes autem, & ne tentet uos Satanas, propter incõtinentiam uestrã. Redditq; causam, cur dixerit, Si se non continent, nubant. Melius est enim nubere, quàm uri. Ideo melius est nubere, quia peius est uri. Tolle ardorẽ libidinis, & non dicet, Melius est nubere. Melius enim semper ad comparationem deterioris respicit, non ad simplicitatem incomparabilis per se boni. Velut si dicat, Melius est unũ oculũ habere, quàm nullum. Melius est enim uno inniti pede, & alteram partem corporis baculo sustentare, quàm fractis cruribus reperere. Quid ais Apostole? Non tibi credo dicenti, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Quomodo illud de humilitate descēdit. Quia non sum dignus uocari Apostolus: Et, Mihi omnium Apostolorum, & tanquam abortiuo, sic & hoc humilitatis dictũ puto. Nosti sermonum proprietates, quamobrem & de Epimenide, & de Menãdro, & de Arato quædam sumis testimonia. Vbi de cõtinentia loqueris, & uirginitate: Bonũ est (ais) homini mulierem non tangere, & bonum est eis, si sic permanserint, ut ego, & puto hoc bonum eis esse propter instantem necessitatem, & quia bonum est homini sic esse. Vbi ad nuptias uenis, non dicis, Bonum est nubere, quia non potes iungere, quàm uri, sed dicis, Melius est nubere, quàm uri. Si per se nuptiæ sunt bonæ, noli illas incendio cõparare, sed dic simpliciter, Bonũ est nubere. Suspecta est mihi bonitas huius rei, quam magnitudo alterius malũ, malũ esse cogit inferius. Ego autem non leuius malum, sed simplex per se bonum uolo.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, De uirginibus autem præceptum domini non habeo &c. Cap. XXVII.

Maritorum, & cõtinentium (inquit) disputatione præmissa, tandem ad uirgines uenit, & ait: De uirginibus autem præceptũ domini non habeo. cõsiliũ autem do, tanquã misericordiam cõsecutus à domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonũ est homini sic esse. Hic aduersarius tota exultatione bacchatur hoc uelut fortissimo ariete uirginitatis murũ quatens. Ecce (inquit) Apostolus profiteatur de uirginibus domini se non habere præceptum, & qui cũ autoritate de maritis, & uxoribus iusserat, non audeat imperare, quod dñs non præcepit. Et rectè. Quod em præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, poenã habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iussum est. Si uirginitatẽ dñs imperasset, uidebatur nuptias condẽnare, & hominũ auferre seminariũ, unde & ipsa uirginitas nascitur. Si præcidisset radicẽ, quomodo fruges quæreretur? Nisi ante fundamẽta iecisset, qua ratione ædificiũ extrueret, & operturũ cũcta desuper culmẽ impone- ret? Multo labore fossorũ subuertitur mōtes, terrarũ penè interna penetratur, ut inueniatur aurũ. Quicq; de granis minutissimis prius cõflatione fornacis, deinde callida artificis manu fuerit monile cõpactum, non ille beatus uocatur, q de luto excreuit aurũ, sed q auri utitur pulchritudine. Noli igitur admirari, si inter titillationem carnis, & incẽtia uiriorũ Angelorũ uitã non exigimur, sed docemur. Quia ubi cõsiliũ datur, offerentis arbitriũ est, ubi præceptũ necessitas est seruientis. Præceptum dñi, quare audes dare cõsiliũ, de quo non habes iussione? Respondebit mihi Apostolus: Et uis

Proverb. 6. d.

Gen. 39. c. Textus.

Textus.

Matth. 19. a. & Marc. 10. a. & Luc. 16. d. Textus.

1. Thes. 5. c.

1. Pet. 3. a.

Ibidem.

Textus.

1. Cor. 7. b. Textus.

1. Cor. 5. a. 2. Cor. 2. b. Textus. 1. Cor. 7. b.

1. Cor. 11. a.

1. Cor. 7. b. Textus.

Virginitatis, & nuptiarũ diuersa dona.

2. Cor. 2. c.

Gen. 37. a. Psal. 44. c.

1. Pet. 3. a. Textus.

1. Cor. 7. b.

2. Cor. 11. b. 1. Cor. 15. b. Ibidem a.

1. Cor. 7. e.

Virginitatẽ cur dominus non imperauit.

Textus.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, Mulier innupta, & uirgo, cogitat quae sunt domini &c. Cap. XXVIII.

Mulier innupta, & uirgo, cogitat quae sunt domini, ut sit sancta corpore, & spiritu. Non omnis in-
nupta, & uirgo est. Quae autem uirgo, utiq; & innupta est. Quaquam ob elegantiam dictionis
potuerit idipsum altero uerbo repetere, mulier innupta, & uirgo, uel certe definire uoluisse quid
esset innupta, id est, uirgo, ne & meretrices putemus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas.
Quid ergo cogitat innupta, & uirgo? Quae domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Vt nihil aliud
esset, ut nulla merces uirginem amplior sequeretur, sufficeret ei haec sola praelatio, cogitare quae domini
sunt. Statimq; docet quae sit ipsa cogitatio, ut sit sancta corpore, & spiritu. Nonnullae quippe sunt
uirgines carne, non spiritu, quarum corpus integrum est, anima corrupta. Sed illa uirginitas hostia Chri-
sti est, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculauit. E contrario, quae nupta est, cogitat quae
mundi sunt, quomodo placeat uiro. Sicut qui uxorem habet, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo
placeat uxori: sic nupta res mundi cogitat, quomodo placeat uiro. Nos autem non sumus de hoc mun-
do, qui in maligno positus est, cuius figura praeterit. De quo dicit ad Apostolos: Si essetis de hoc
mundo, amaret utiq; mundus quod suum erat. Ac ne forsitan putaretur onus grauissimum castitatis
nolentibus imponere, statim iungit causas suadendi, & ait: Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non
ut laqueum uobis iniiciam, sed ut ad id, quod honestum est, & intentem facit seruire domino, absq; ulla di-
stractione uos adhorter. Proprietatem Graecae Latinae sermo non explicat, quibus enim uerbis quis
possit dicere: τὸ το δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρῶχα ὑμῶν ἐπιβάλλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὐχα-
ρίαν, καὶ εὐπρόσδοτον ἔσθαι κυρία, ἀπεριωράσως. Vnde & in Latinis codicibus, ob translationis difficulta-
tem, hoc penitus non inuenitur, utamur igitur eo quod nos uertimus. Non imponit nobis Apostolus
laqueum, nec cogit esse quod nolumus, sed suadet quod honestum est, & decorum, & intentem facit serui-
re domino, & semper esse sollicitum, & expectare paratam domini uoluntatem, ut quum quid imperauerit, quasi
strenuus, & armatus miles, statim impleat quod praecipit, & hoc faciat sine ulla distentione,
quae data est secundum Ecclesiam hominibus huius mundi, ut distendantur in ea. Si quis autem con-
sulerat uirginem suam, id est, carnem lasciuire, & ebullire in libidinem, nec refranare se potest, du-
plexq; ei incumbit necessitas, aut accipiendam coniugis, aut ruendi, quod uult faciat, non peccat, si
nubat: Faciat (inquit) quod uult, non quod debet. Non peccat, si ducit uxorem, non tamen bene fa-
cit, si duxerit. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem ha-
bens suae uoluntatis, & hoc iudicat in corde suo seruire uirginem suam, bene facit. Igitur & qui ma-
trimonium iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Signanter, & proprie su-
pra dixerat, Qui ducit uxorem, non peccat, hic qui seruat uirginem suam, bene facit. Aliud est autem
non peccare, aliud est benefacere. Declina (inquit) a malo, & fac bonum. Illud declinamus, hoc sequi-
mur. In altero initium, in altero perfectio est. Verum ne in eo quod dixit, Et qui matrimonio iun-
git uirginem suam, bene facit, existimet aliquis obseruationem nostram non stare, protinus hoc ipsum
bonum extenuat, & obumbrat comparatione melioris, & dicit: Et qui non iungit, melius facit. Ni-
si illaturus esset, melius facit, nunquam praemississet, Bene facit. Vbi autem bonum, & melius est,
ibi boni, & melioris non unum est praemium: & ubi non unum praemium, ibi utiq; dona diuersa.
Tantum est igitur inter nuptias, & uirginitatem, quantum inter non peccare, & bene facere, imo,
ut leuius dicam, quantum inter bonum, & melius. Sed quoniam ad uetus nos trahit testamentum,
& incipiens ab Adam, ad Zachariam, & Elizabeth peruenit, ac deinde opponit Petrum, & ceteros
Apostolos habuisse uxores, nos quoq; debemus per eadem currere uestigia quaestionum, &
docere castitatem semper operi nuptiarum fuisse praelatam. Ac de Adam quidem, & Eua illud di-
cendum, quod ante offensam in paradiso uirgines fuerint: post peccatum autem, & extra paradisi-
sum protinus nuptiae. Deinde quod hoc ipsum interpretetur Apostolus, Propter hoc relinquet
homo patrem, & matrem suam, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Statimq; sub-
iungit, Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Christus in car-
ne uirgo, in spiritu monogamus. Vnde enim habet ecclesiam, de qua idem Apostolus: Viri (inquit) dili-
gite uxores uestras, sicut & Christus Ecclesiam. Si Christus sancte, si caste, si absq; ulla macula Ec-
clesiam diligit, uiri quoq; in castitate uxores suas diligant, & sciat unusquisq; uas suum possidere in san-
ctificatione, & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes, quae nesciunt Deum. Neq; enim uoca-
uit nos Deus in immundicia, sed in sanctificatione, exuentes nos ueterem hominem cum operibus
suis, & induentes nouum, qui renouat in cognitionem secundum imaginem creatoris sui, ubi non est ma-
sculus, & foemina, Graecus, & Iudaeus, circumcisio, & praeputium, barbarus, & Scythia, seruus, &
liber: sed & omnia in omnibus Christus. Imago creatoris non habet copulam nuptiarum. Vbi
diuersitas sexus aufertur, & ueteri homine exuimur, & induimur nouo, ibi in Christum renascimur
uirginem, qui & natus ex uirgine, & renatus per uirginem est. Quod autem ait, Crescite, & mul-
tiplicamini,

Et uis ut ego iubeam, quod dominus obtulit potius, quam praecipit. Ille creator, & figulus sciens fragilitatem
uasculi, quod operatus est, uirginitatem in audientis potestate dimisit, & ego doctor gentium, qui
omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem, onus perpetuae castitatis statim in principio cre-
dentium imponam ceruicibus infirmorum. Discant prius ferias nuptiarum, uacent ad tempus orationi, ut
accepto gustu pudicitiae, id semper habere desideret, quoad modicum delectati sunt. Dominus tentatus
a Phariseis utrum secundum legem Moysi uxores liceret dimittere, omnino fieri prohibuit. Quod disci-
puli considerantes, dixerunt ei, Si talis est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Quibus ille re-
spodit, Non omnes capiunt uerbum, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de utero matris ita na-
ti sunt, & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt, & sunt eunuchi, qui se castrauerunt
propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat. In propatulo est, cur Apostolus dixit, De uirgi-
nibus autem praecipit dominus non habeo, profecto quia praemisit dominus, Non omnes capiunt uerbum, sed
quibus datum est, & qui potest capere, capiat. Proponit *ἀγωνοβήτης* praemium, inuitat ad cursum, tenet
in manu uirginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamat: Qui sitit, ueniat ad me, & bibat,
qui potest, capere capiat. Non dicit, uelit, nolit, bibendum uobis est, atq; currendum: sed qui uolue-
rit, qui potuerit currere, atq; potare, ille uincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat uirgines Christus,
quia sponte tribuit, quod sibi non fuerat imperatum. Maiorisq; gratiae est, offerre, quod non debeas,
quam reddere quod exigaris. Apostoli uxoribus onera contemplati, Si talis est, inquit, causa hominis
non expedit homini ad caelorum regna tendenti, accipere uxorem, sed difficilis res est, & non omnes
capiunt uerbum istud, uerum quibus datum est. Alios eunuchos natura facit, alios uis hominum. Mihi illi
eunuchi placet, quos castrauit, non necessitas, sed uoluntas. Libenter illos in meos sinus recipio, qui
se castrauerunt propter regna caelorum, & ob mei cultum noluerunt esse quod nati sunt. Simulq; tra-
ctanda sententia, Qui se (inquit) castrauerunt propter regnum caelorum. Si castrati mercedem habent
regni caelorum, ergo qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum. Qui potest
(inquit) capere, capiat. Grandis fidei est, gradusq; uirtutis Dei templum esse purissimum, totum se ho-
locaustum offerre domino, & iuxta eundem Apostolum esse sanctum & corpore, & spiritu. Hi sunt
eunuchi, qui se lignum aridum ob sterilitatem putantes, audiunt per Esaiam, quod pro filiis, & filia-
bus locum in caelis habeant paratum. Horum typus est Abdemelech eunuchus in Hieremia, &
spado ille reginae Candacis in actis Apostolorum, qui ob robur fidei, uiri nomen obtinuit. Ad hos
& clemens successor Apostoli Petri, cuius Paulus Apostolus meminit, scribit epistolas, omnemq;
penes sermonem suum de uirginitatis puritate contexuit, & deinceps multi Apostolici, & marty-
res, & illustres tam sanctitate, quam eloquentia uiri, quos ex proprijs scriptis nosse per facile est.
Existimo enim (inquit) hoc opus bonum esse, propter instantem necessitatem. Quae est illa neces-
sitas, quae spreto uinculo coniugali, uirginitatis appetit libertatem? Vae praegnantibus, & nutrien-
tibus in illo die. Non hic scorta, non hic lupanaria condemnantur, de quorum damnatione nulla dubitatio
est, sed uteri tumescetes, & infantum uagitus, & fructus, atq; opera nuptiarum. Quonia bonum esse
mini sic esse. Si bonum est homini sic esse, malum est ergo homini sic non esse. Alligatus es uxori, &
quaerere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem. Habet unusquisq; nostrum terminum
suos, redde mihi meum, & tuum tene. Si alligatus es uxori, ne illi des repudium. Si solutus sum ab uxore,
non quaeram uxorem. Vt ego non soluo coniugia, si semel ligata sunt, ita tu non liges quod solutum est. Si-
mulq; significantia uerborum est. Qui uxorem habet, & debitor dicitur, & esse in praepotio, & seruus
uxoris, & quod malorum seruorum est, alligatus. Qui autem sine uxore est, primum nullius debitor
est, deinde circuncisus, tertio liber, ad extremum solutus. Curramus per reliqua, neq; enim nos pa-
ritur magnitudo uoluminis diutius in singulis immorari. Si autem acceperis uxorem, non peccasti.
Aliud est non peccare, aliud benefacere. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Non illa uirgo, quae
femet Dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fi-
dem irritam fecit. Si autem hoc de uiduis dictum obiecerit, quantomagis de uirginibus praualerit
bit, quum etiam his non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quae post consecrationem
nupserint, non tam adulterae sunt, quam incestae. Ac ne uideretur in eo quod dixerat, non pecca-
uit, rursum coelibes ad nuptias prouocare, statim se refranat, & aliud inferendo, infirmavit quod
concesserat, dicens, Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Qui sunt isti, qui tribula-
tionem carnis habebunt? Quibus supra indulserat. Si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupse-
rit uirgo, non peccauit, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Nos ignari rerum, puta-
bamus nuptias saltem carnis habere laetitiam. Si autem nubentibus etiam in carne tribulatio, in qua
sola uidebantur habere delicias, quid erit reliquum propter quod nubant, quum & in spiritu, &
in anima, & in ipsa carne tribulatio sit? Ego autem uobis parco. Sic ait, Obtendo carnis tribula-
tionem, quasi non maiora sint propter quae nubere non debeatis. Igitur hoc dico fratres. Tem-
pus breue est &c.

1. Cor. 9. c.

Matth. 19. b. Illic.

1. Cor. 7. c.

1. Ioan. 7. f.

Virgines cur Christus magis amat. Matth. 19. b.

Ibidem.

1. Cor. 7. f. Esa. 56. b. Hierem. 38. b. Act. 8. c. Clemens Petri successor.

Textus. 1. Cor. 7. c. Matth. 24. b. Textus. Textus.

Textus.

1. Timot. 5. b. Virgo deo dica- ta, si nupserit, damnatur.

Textus.

Exponit

1. Cor. 7. f.

Virgo carne, non spiritu.

Virgo carne, & spiritu, hostia christi est.

1. Ioan. 15. c.

1. Cor. 7. f.

1. Ioan. 15. c.

1. Cor. 7. f.

Illic g.

Illic.

Psal. 30. c.

Ephes. 5. g.

Ibidem e.

1. Theosal. 4. b.

Col. 3. b.

Gen. 1. c.

y iiii triplicamini,

tiplicamini, & replete terrā, necesse fuit prius plātare sylvā, & crescere, ut esset quod postea posset excidi, simulq; cōsideranda uis uerbi, Replete terrā. Nuptiæ terrā replent, uirginitas paradysum. Sed & hoc intuēdum dūtaxat iuxta Hebraicā ueritatem, quod quum scriptura in primo, & tertio, & quarto, & quinto, & sexto die expletis operibus singulorum dixerit, Et uidit Deus, quia bonū est, in secundo die hoc omnino subtraxit, nobis intelligentiā derelinquens, nō esse bonum duplicē numerum, qui ab unione diuidat, & præfiguret fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noë, omnia animalia quæcunq; bina ingrediuntur immunda, & septena, quæ mūda sunt, ut haberet Noë post diluuiū, quod de impari numero statim Deo posset offerre. Si autem trāffertur Enoc, & seruatur in diluuiō Noë, nō reor idcirco translatum Enoc, quod uxorem habuerit, sed quod primus inuocauerit Deum, & crediderit saluatorē, de quo Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos plenissimē docet. Porro Noë qui quasi secūda radix humano generi seruabatur, utiq; cum uxore, & filijs debuit referuari. Quanquam in hoc mysterium scripturarum sit. Arca illa iuxta Apostolum Petrum, typus Ecclesiæ fuit, in qua octo animæ saluæ factæ sunt. Quādo ingreditur in eam Noë, tam ipse, quā filij eius ab uxoribus separantur: quando uero egreditur in terram, iunguntur paria, & quod in arca, id est, in Ecclesia fuerat separatum, in mundi conuersatione sociatur. Simulq; si arca plures habuit mansiones, & nidulos, & bicamerata, & tricamerata, & diuersas bestias, & pro qualitate animalium habitationes quoq; uel maiores, uel minores, existimo, quod diuersitas illa mansionum præfigurauerit Ecclesiæ uarietatem.

Exponit Hieronymus illud Apostolicum, Nūquid nō habemus potestātē mulieres, uel uxores circūducendī &c. Cap. XXIX.

SI autē (inquit) nobis illud opposuerit ad probādum, quod omnes Apostoli uxores habuerint, Nunquid nō habemus potestatem mulieres, uel uxores circūducendī (quia γυνή apud Græcos uirūq; significat) sicut cœteri Apostoli, & Cephas, & fratres domini, iūgat & illud quod in Græcis codicibus est, Nūquid nō habemus potestātē sorores mulieres, uel uxores circūducendī? Ex quo apparet eū de alijs sanctis dixisse mulieribus, quæ iuxta morē Iudaicum magistris de sua substantia ministrabāt, sicut legimus ipsi quoq; domino factitatū. Nā & ordo uerborū hoc significat, Nūquid nō habemus potestātē māducandī, & bibēdī, aut sorores mulieres circūducēdī? Vbi de comedēdo, & bibēdo, & de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus inferunt, perspicuum est nō uxores debere intelligi, sed eas (ut diximus) quæ de sua substantia ministrabant. Quod & in ueteri lege de Sunamitide illa scribitur, quæ solita sit Elisæum recipere, & ponere ei mensam, & panē, & candelabrū &c. Aut certē si γυναικας uxores accipimus, nō mulieres, id quod addit, sorores, tollit uxores, & ostēdit eas germanas in spiritu fuisse, nō cōiuges. Quāquam, exopto Apostolo Petro, nō sit manifestē relatum de alijs Apostolis, quod uxores habuerint, & quod de uno scriptum sit, ac de cœteris tacitum, intelligere debemus sine uxoribus eos fuisse, de quibus nihil tale scriptura significet. Et tamen ille, qui nobis obiecit Zachariā, & Elizabet, Petrū, & sociū eius, sciat de Zachariā, & Elizabet Ioannem fuisse generatum, id est, de nuptijs uirginem, de lege Euāgelium, de matrimonio castitatē, ut à propheta uirgine, uirgo dominus & annunciaretur, & baptizaretur. Possumus autē de Petro dicere, quod habuerit focrū eo tēpore quo credidit, & uxore iam nō habuerit, quanquā legatur in περὶ τοῦ πνεύματος & uxor eius, & filia. Sed nūc nobis de canone omne certamen est. Et quia ad Apostolos prouocauit, quod principes disciplinæ nostræ, & Christiani dogmatis duces, uirgines nō fuerint, ut eos interim uirgines cōcedamus nō fuisse (neq; enim hoc præter Petrum probari potest) nouerit hos esse Apostolos, de quibus Esaias uaticinatur: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissēmus. Qui ergo erāt ex Iudæis, uirginitatē, quā in Iudaismo amiserāt, in Euāgelio habere nō poterāt. Et tamē Ioannes unus ex discipulis, qui minimus traditur fuisse inter Apostolos, & quæ fides Christi uirginē repererat, uirgo permāsit, & ideo plus amatur à domino, & recūbit super pectus Iesu. Et quod Petrus, qui uxore habuerat, interrogare nō audet, illum rogat ut interroget. Et post resurrectionem nunciāte Mariā Magdalene quod dominus resurrexisset, uterq; cucurrit ad sepulchrū, sed ille præuenit. Quūq; essent in nauī, & piscarētur in lacu Genesareth, Iesus stabat in littore, nec sciebant Apostoli quem uiderent, solus uirgo uirginē agnoscit, & dicit Petro, Dominus est. Rursus post auditam sententiam, quod ab alio cingendus esset Petrus, & ducendus quod nollet, & crucis fuisse illi passio prophetata, & ille diceret, Domine quid iste, nolēs deserere Ioānem, cum quo semper fuerat copulatus, dicit ei dominus, Si eum sic uolo esse, quid ad te? Vnde & sermo exiit inter fratres, illū discipulum nō moriturū. Ex quo ostēditur uirginitatē nō mori, nec sordes nuptiarum ablui cruore martyrii, sed manere cum Christo, & dormitionē eius trāsītum esse, nō mortem.

Si autem

Si autem obnixē contenderit Ioannem uirginem non fuisse, & nos amoris præcipui causam uirginitatem diximus, exponat ille, si uirgo nō fuit, cur cœteris Apostolis plus amatus sit. At super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti clauēs regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio. Sed cur Ioannes non electus est uirgo? Aetati delatum est, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, ac penē puer, progressæ ætatis hominibus præferretur, & magister bonus, qui occasionem iurgi debuerat auferre discipulis, & qui dixerat eis, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Et, Qui uoluerit inter uos maior esse, minimus omnium sit, in adolescentem, quem dilexerat, causam præbere uideretur inuidiæ. Ut autem sciamus Ioannem tunc fuisse puerum, manifestissimē docent Ecclesiasticæ historiar, quod usq; ad Traiani uixerit imperium, id est, post passionē domini sexagesimo octauo anno dormierit, quod & nos in libro de illustribus uiris breuiter perstrinximus. Petrus Apostolus est, & Ioannes Apostolus, maritus, & uirgo. Sed Petrus Apostolus tātum, Ioānes & Apostolus, & Euāgelista, & propheta. Apostolus, quia scripsit ad Ecclesias, ut magister, Euāgelista, quia librū Euangelij condidit, quod excepto Matthæo, alij ex duodecim Apostoli non fecerunt. Propheta, quia uidit in Pathmos insula (in qua fuerat à Domitiano principe ob dñi martyriū relegatus) Apocalypsim infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus, quod à Nerone missus in feruentis olei dolium, purior, & uegetior exiuerit, quā intrauerit. Sed & ipsum eius Euangelium multum distat à cœteris. Matthæus quasi de homine incipit scribere, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, Lucas à sacerdotio Zachariæ, Marcus à prophetia Malachiæ propheta, & Esaiæ. Primus habet faciem hominis propter genealogiam, secundus faciem uituli, propter sacerdotium, tertius faciem leonis, propter uocem clamātis in deserto, Parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Ioannes uero noster, quasi aquila ad superna uolat, & ad ipsum patrem peruenit, dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum &c. Exposuit uirginitas, quod nuptiæ scire non poterant, & ut breui sermone multa comprehendam, doceamq; cuius priuilegij sit Ioānes, imò in Ioanne uirginitas, à domino uirgine, mater uirgo, uirgini discipulo commēdatur. Verum casto labore sudamus. Obijcit quippe nobis aduersarius Apostolicam sententiam, & ait: Adam primus formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione facta est. Salua autē fiet per filiorum generationem, si permāserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cū sobrietate. Consideremus cur Apostolus ad hęc sententiā, & unde peruenit. Volo ergo uiros orare in omni loco, leuātes sanctas manus sine ira, & cogitationibus. Consequenter itaq; mulieribus dat præcepta uitæ, & ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cū uerecūdia, & castitate, ornātes se, nō in tortis crinibus, aut auro, uel margaritis, siue ueste preciosa, sed secundum quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silētio discat cū omni subiectione. Docere autem mulieri nō permitto, neq; dominari in uirū, sed subditā esse in silētio. Et ne uideretur mulieris dura cōditio, quæ eā in mariti redigeret seruitutē, legis recordatur antiquæ, & ad originale exemplum redit, quod Adam primus factus sit, deinde mulier ex costa eius, & quod Adā diabolus seducere non potuerit, sed Euam, & quod post offensam Dei statim uiro subiecta sit, & ad maritum illius facta cōuersio, quodq; errorem ueterem illa, quæ semel cōnubio copulata est, & redacta in cōditionem Eua, filiorum procreatione deleret: ita tamē, si ipsos filios erudit et in fide, & dilectione Christi, & in sanctificatione, & pudicitia. Nō enim (ut malè habetur in Latinis codicibus) sobrietas est legēda, sed castitas, id est, σωφροσύνη. Vide igitur quomodo ex hoc quoq; ipso testimonio supereris, & quod putabas esse pro nuptijs, pro uirginitate sentire cogaris. Nā si saluatur mulier in filiorum generatione, & liberorum numerus salus matrum est, cur addidit, si permāserint filij in charitate, & sanctificatione cum castitate? Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui uirgines permansuri sunt, si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis, & damnum radicis, & cariem, flore compenset, & pomis.

Ex libro Cantorum diuus Hieronymus uirginitatis sacramenta commonstrat. Cap. XXX.

TRANseo ad Canticum Cantorum, & quod aduersarius totum putat esse pro nuptijs, uirginitatis cōtinere sacramenta monstrabo. Audiamus quid loquatur sponsa antequam spōsus eius ad terras ueniat, patiat, inferos penetret, ac resurgat. Similitudines auri faciemus tibi, cum distinctionibus argenti, quoadusq; rex in accubitu suo est. Antequā resurgeret dominus, & Euāgelium coruscaret, non habebat aurum sponsa, sed similitudines auri. Argētum autē quod in nuptijs habere se pollicetur, habebat uariū, atq; distinctum in uiduis, cōtinentibus, ac maritatis. Deinde spōsus respōdet ad spōsam, & eam docet, quod ueteris legis umbra trāsierit, & ueritas Euāgelij uenerit, Surge

Gen. 1. d.

Gen. 6. d.

Gen. 5. c.

Hebr. 11. d.

1. Pet. 3. d.

Gen. 6. c.

1. Cor. 9. d.

Marc. 15. d.

Luc. 8. d.

1. Reg. 4. b.

Esai. 1. c.

Ioannes uirgo fuit.

Ioan. 13. c.

Ioan. 20. d.

Ioan. 21. b.

Ioan. 21. f.

Matth. 16. c.

Ioan. 14. d.

Matth. 20. d.

Ioannes usq; ad Traiani tempore uixit.

Apocalypsis

Ioannis apostoli

in infinita continet mysteria.

Tertullianus.

Matth. 1. d.

Ioan. 1. d.

1. Timot. 2. d.

Illic c.

Illic.

Illic d.

Gen. 3. c.

Cantic. 1. d.

Ad. 15. f. ferre nō possent. Deniq; & Apostoli, & seniores de Hierosolymis literas mittūt, ut nō amplius imponatur oneris his, qui de gētib; crediderunt, nisi ut abstineant se ab idololatria, & fornicatione, & à sanguine, & à suffocatis, & quasi paruulis, atq; infantibus lac potū dant, non solidū cibum, nec praeipiunt de continentia, nec de uirginitate significant, nec ad ieiunia prouocant, neq; dicūt illud, quod in Euangelio ad Apostolos dirigitur, ne habeant duas tunicas, nec peram, neq; aēs in zonis, neq; uirgam in manu, neq; calciamēta in pedibus, aut certē illud, Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia tua, & da pauperibus, & ueni sequere me. Si enim adolescens ille, qui se iactauerat cūca fecisse, quae legis sunt, audiēs hoc, tristis abiit, quia habebat possessiōes multas, & pharisaei huiusce modi domini sententiam subsannabāt, quātomagis tanta gētium multitudo, cui summa uirtus erat aliena non rapere, non habebat necesse praeceptum de castitate, & continētia perpetua, quibus scribebatur, ut abstinerent se ab idolis, & à fornicatione, & in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, quae nec inter gentes quidem est: Sed & ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit, Eligatur episcopus, qui unam ducat uxorem, & filios faciat: sed qui unam habuerit uxorem, & filios in omni iudicatis disciplina. Certē confiteris nō posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat. Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi uir tenebitur, sed quasi adulter dānabitur. Aut peremitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint uirgines, quod mariti, aut si sacerdotibus non licet uxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitātur pudicitiam uirginalem. Sed & hoc inferendum, si laicus, & quicumq; fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est, si semper orandū est, ergo semper carendum matrimonio. Nam & in ueteri lege, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, & uinum, & siceram non bibebant, quae solent libidinem prouocare. Eligūtur mariti in sacerdotium, non nego, quia nō sunt tāti uirgines, quanti necessarij sunt sacerdotes. Nūquid quia in exercitu fortissimus quisq; eligendus est, idcirco nō assumētur, & infirmiores, quum omnes fortes esse nō possint? Si exercitus uiribus tātum constaret, & nō etiam numero militum, abijcerentur imbecilliores. Nunc & secundarum, & tertiarum uirium gradus assumitur, ut turba, & numero exercitus compleatur. Et quomodo (inquit) frequenter in ordinatione sacerdotali uirgo negligitur, & maritus assumitur? Quia fortē cetera opera nō habet uirginitati cōgruentia, aut uirgo putatur, & non est, aut est uirginitas infamis, aut certē ipsa uirginitas ei parit superbiam, & dum sibi applaudit de sola corporis castitate, uirtutes ceteras negligit. Non fouet pauperes, pecuniae cupidior est. Euenit interdum, ut tristior uultus, adductum supercilium, incessus pōparum ferulis similis, offendat populum, & quia nihil habet quod reprehendat in uita, habitum solum oderit, & incessum. Multi eligūtur, nō amore sui, sed alterius odio. In plerisq; suffragiū meretur sola simplicitas, & alterius prudentiae, & calliditatis, quasi malitiae opponūtur. Nōnunquam errat plebis, uulgicq; iudicium, & in sacerdotibus comprobandis, unusquisq; suis moribus fauet, ut nō tam bonum, quā sui similem quærat praepositū. Erant aliquoties, ut mariti, quae pars maior in populo est, mariti, quasi sibi applaudant. & in eo se habitentur minores nō esse uirginibus, si maritum uirgini praeferāt. Alioqui, si iuxta sententiam apostoli nō erunt episcopi nisi mariti, ipse Apostolus episcopus esse nō debuit, qui dixit, Volo autem omnes sic esse, ut ego sum. Et Ioānes indignus hoc gradu existimabitur, & omnes uirgines, & continentēs, quibus quasi pulcherrimis gemmis Ecclesiae monile decoratur. Episcopus, & presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum. Nec dicitur, Si quis episcopatu desiderat, bonum desiderat gradum, sed bonum opus desiderat, quod in maiori ordine cōstitutus, possit si uelit, occasionem exercendarum habere uirtutum. Oportet ergo episcopū irreprehensibilem esse, ut nulli uitio mancipatus sit, uis uxoris uirum, qui unam uxorem habuerit, nō habeat, Sobrium, siue (ut melius in Graeco dicitur) uigilātem, id est, *νηφάλειον*, Pudicum, hoc enim significat *σφραγιστον*, ornatum & castitate, & moribus, Hospitalem, ut imitetur Abraham, & cum peregrinis, imō in peregrinis Christum suscipiat. Doctorem, nihil enim prodest cōscientia uirtutum frui, nisi & creditum sibi populum possit instruere, ut ualeat exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt redarguere. Nō uinolentum, quia semper in sanctis sanctorum est, & qui offert hostias, uinum, & siceram nō bibit, quia in uino luxuria est. Sic bibit episcopus, ut an biberit, ignoretur. Non percussorem, id est, qui conscientias nō percutiat singulorum. Neq; enim pugilem describit sermo apostolicus, sed pōtificem instituit, quid facere nō debeat. Docet nūc è regione quid faciat. Sed modestus, non litigiosus, non cupidus, domum suam bene regentem, filios habentem subditos, cum omni castitate. Vide quāta pudicitia exigatur in episcopo, ut si filij eius impudici fuerint, ipse episcopus esse nō possit, & eodem uitio offendat Deum, quo offendit Heli pontifex, qui corripuerat quidem filios, sed quia nō abiecerat delinquentes, retrorsum cecidit, & mortuus est, lucerna Dei antequam extingueretur. Mulieres similiter pudicas, & reliqua. In omni gradu, & sexu, tenet pudicitia principatum, Cernis igitur, quod episcopus, presbyter, & diaconus non ideo sint beati, quia episcopi, uel presbyteri

1. Cor. 7. b.**1. Timot. 3. a.**
Episcopi conditiones.**Irreprehensibilis, uis uxoris.**
Sobrius, uel uigilans.**Pudicus.****Hospitalis.****Doctor.****Titulus.****Non uinolentus.****Leuit. 10. b.****Nō percussor.****Modestus.****1. Reg. 2. c.****4. c.****1. Timot. 3. c.****Pudicitia in omni gradu principatum tenet.****Sacerdotibus uxores habere non licet.****Leuit. 5.****Leuit. 10. b.****1. Cor. 7. b.****1. Timot. 3. a.**
Episcopi conditiones.**Irreprehensibilis, uis uxoris.**
Sobrius, uel uigilans.**Pudicus.****Hospitalis.****Doctor.****Titulus.****Non uinolentus.****Leuit. 10. b.****Nō percussor.****Modestus.****1. Reg. 2. c.****4. c.****1. Timot. 3. c.****Pudicitia in omni gradu principatum tenet.**

AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

uel presbyteri sint, aut diaconi: sed si uirtutes habuerint nominum suorum, & officiorum. Alioqui sidiaconus sanctior episcopo suo fuerit, nō ex eo, quod inferior gradu est, apud Christū deterior erit. Aut Stephanus diaconus, qui primus martyrio coronatus est, minor futurus est in regno cœli **Ad 6. 7.** lorū multis episcopis, & Timotheo, ac Tito, quos, ut subicere nō audeo, ita nec antepone. Quo modo in legionibus, & exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferentarij, ac leuis armaturæ, & miles gregarius, & manipuli. cōmissaq; pugna uacāt nomina dignitatum, & sola fortitudo quæritur: ita in hoc cāpo, & praelio, quo cōtra dæmones dimicamus, nō quæritur nomina, sed opera: & gloriosior ille sub uero imperatore Christo, nō qui nobilior, sed qui fortior est.

Respondet diuus Hieronymus obijcienti, Si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit humanum genus.
Cap. XXXII.

AT dices: Si omnes uirgines fuerint, quomodo stabit humanū genus? Par pari referā. Si omnes uiduæ fuerint, uel in matrimonio continentes, quomodo stirps mortaliū propagabitur? Hac ratione nihil omnino erit, ne aliud esse desistat. Verbi gratia, Si cuncti philosophi sint, agricolæ nō erunt. Quid loquar de agricolis? nō oratores, non iuriscōsulti, nō reliquarum artium praeceptores. Si uniuersi principes, quis erit miles? Si omnes caput, cuius uocabuntur caput, quum cœtera membra defuerint? Vereris, ne si uirginitatē plures appetierint, cessent lupæ, cessent adulteræ, ne infantes in urbibus, uillisq; non uagiant. Quotidie mœchorū sanguis effunditur, adulteria damnantur, & inter ipsas leges, & secures, ac tribunalia, flagrans libido dominatur. Noli metuere, ne omnes uirgines fiant. Difficilis res est uirginitas, & ideo rara, quia difficilis. Multi uocati, pauci electi. Incipere plurimorum est, perseverare paucorum. Vnde & grande præmium eorum qui perseverauerint. Si omnes uirgines esse possent, nunquam & dominus diceret, Qui potest capere, capiat: & Apostolus in suadendo nō trepidaret, De uirginibus autem praeceptum domini non habeo. Et cur (inquit) creata sunt genitalia, & sic à conditore sapientissimo fabricati sumus, ut tuum nostri patiamur ardorem, & gestiamus in naturalem copulam? Periclitamur respōsionis uerrecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis, & pudicitiae *συμπληρωσας* hinc, atq; inde, uel pudoris, uel causæ, naufragium sustinemus. Si ad proposita respōdeamus, pudore suffundimur. Si pudor impetrarit silentium, quasi de loco uidebimur cedere, & aduersario ferendi occasionem dare. Melius est tamen clausis (quod dicitur) oculis Andabatarum more pugnare, quā directa spicula, clypeo non repellere ueritatis. Poteram quidem dicere, Quomodo posterior pars corporis, & meatus, per quem alui stercora egeruntur, relegatus est ab oculis, & quasi post tergum positus: ita & hic, qui sub uentre est, ad dirigendos humores, & potus, quibus uenæ corporis irrigantur, à Deo cōditus est. Sed quoniam ipsa organa, & genitalium fabrica, & nostra, foeminarumq; discretio, & receptacula uuluae, ad suscipiendos, & coalendos fœtus condita, sexus differentiam prædicant, hoc breuiter respondebo. Nunquam ergo cessemus à libidine, ne frustra huiusmodi membra portemus. Cur enim maritus se abstineat ab uxore? Cur casta uidua perseveret, si ad hoc tātum nati sumus, ut pecudum more uiuamus? Aut quid mihi nocebit, si cum uxore mea alius concubuerit? Quomodo enim dentium officium est mandere, & in alium ea, quae sunt mansa transmittere, & non habet crimen, qui coniugi meæ panem dederit: ita si genitalium hoc est officium, ut semper fruantur natura sua, meam lassitudinem alterius uires superent, & uxoris, ut ita dixerim, ardentissimam gulam, fortuita libido restringat. Quid sibi autem uult Apostolus, ut ad continentiam cohortetur, si contra naturam est? Quid ipse dominus, qui eunuchorum præcipit uarietates? Certē Apostolus, qui ad suam nos prouocat pudicitiam, debet constanter audire, cur portas ueretrum à Paule? Cur à sexu foeminarum barba, pilis, aliæque membrorum qualitate distinguas? Cur tuæ non intumescunt papillæ, non dilatantur renes, non pectus artatur? Vox obsoletior est, sermo ferocior, & hirsutius supercilium. Frustra hæc omnia uirorum habes, si complexu non uteris foeminarum. Compellor aliquid loqui, & insipiens fieri, sed uos me, ut loqui audeam, coëgistis. Dominus noster, atq; saluator, qui quum in forma Dei esset, formam serui dignatus est assumere, factus obediens patri usq; ad mortem, mortem autē crucis: quid necesse erat, ut his membris nasceretur, quibus usus non erat? Qui certē ut sexum ostenderet, etiam circuncisus est. Cur Ioānem Apostolum, & baptistā sua dilectione carne castrauit, quos uiros nasci fecerat? Qui ergo in Christum credimus, Christi sectemur exempla. Et si noueramus illum iuxta carnem, sed iam nō nouimus eum secundum carnem. Certē in resurrectione eadem erit corporum substantia, qua nūc uitimur, licet auctior gloria. Nam & saluator intantū ipsum corpus habuit post inferos, in quo & crucifixus est, ut manus perforatas clauis, & lateris uulnus ostēderet. Porrō si clausis ingressus est ostijs, quod humanorum natura nō patitur, ergo & Petrum, & dominū negabimus uera habuisse corpora, quia ambulauerunt super aquas, quod contra naturam est. In resurrectione mortuorum, **Matth. 22. c.**

non nubent, neq; nubentur, sed similes erunt Angelis. Quod alij postea in caelis futuri sunt, hoc uirgines in terra esse coeperunt. Si angelorum uobis similitudo promittitur, inter Angelos autem, non est sexus diuersitas, aut sine sexu erimus, quod angeli sunt, aut certe, quod liquido comprobatur, resurgentes in proprio sexu, sexus non fungemur officio.

Currit diuus Hieronymus per Apostolorum sententias, & castitatis, & continentiae Christianae exempla replicat, & de multis testimonijs quasi unum corpus efficit. Cap. XXXIII.

Roman. 6. d.

Scribit inter coetera Paulus Apostolus ad Romanos, Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc uero liberati a peccato, serui autem Dei facti, habetis fructu uelstru in sanctificatione, finem uero uitam aeterna. Puto quod & nuptiarum finis mors sit. Fructus autem significationis, qui uel ad uirginitate, uel ad continentiam pertinet, uita pensatur aeterna. Ac deinde, Itaq; fratres mei & uos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo. Quum enim essemus in carne, passiones, quae per legem erant, operabatur in membris nostris, ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literae. Quum (inquit) essemus in carne, & non in nouitate spiritus, sed in uetustate literae, faciebamus ea, quae carnis erant, & fructificabamus morti. Nunc autem quia mortui sumus legi, per corpus Christi, fructificemus Deo, ut simus eius, qui ex mortuis resurrexit. Necno & in alio loco quum praedixisset, Scio quia lex spiritualis est, & quum de uolentia carnis, quod crebro nos impellat facere quod nolimus, latius disputasset, ad extremum intulit. Infelix ego homo, quis meli berabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christu dominum nostru. Et iterum, Ipse igitur mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati. Et nihil danationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundu carnem ambulat. Lex enim spiritus in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati, & mortis. Ac manifestius in cosequentibus docet Christianos no ambulare secundu carnem, sed secundu spiritum, dicēs: Qui enim secundum carnē sunt, quae sunt carnis sapiunt: qui uero secundu spiritū, quae sunt spiritus sentiūt. Nā prudētia carnis mors est, prudētia autem spiritus, uita, & pax, quoniā prudētia carnis, inimicitia est in Deum. Legi enim dei nō subijcitur, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere nō possunt. Vos autem in carne nō estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis, & reliqua, usq; ad illum locum, in quo ait, Ergo fratres debitores sumus, non carni, ut secundu carnem uiuamus. Si enim secundu carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumq; enim spiritu Dei agitur, filij Dei sunt. Si prudētia carnis, inimicitia est in Deum, & qui in carne sunt, Deo placere nō possunt, arbitror eos, qui seruiunt officio conjugali, quod prudentia carnis diligant, & in carne sint. Apertus retrahens Apostolus, & iungens spiritui, deinceps loquitur, Obsecro uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus uestris, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam, nō ad sobrietatem, ut male in Latinis codicibus legitur: sed sapere (inquit) ad pudicitiam. Siquidem Graecē scriptum est το σωφρονην. Consideremus sententiam Apostoli, Reformamini (inquit) in nouitate sensus uestris, ut probetis quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Quod dicit, huiuscemodi est. Concedit quidem Deus nuptias, concedit digamiam, & si necesse fuerit, fornicationi, & adulterio praefert etiam trigamiam: Sed nos, qui corpora nostra exhibere debemus hostiam uiuam, sanctam, placentem Deo, rationabile obsequium nostrum, nō quid concedat Deus, sed quid uelit consyderemus, ut probemus quae sit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Ergo quod concedit, nec bonum, nec beneplacens est, nec perfectum. Reddētq; causas cur hoc suadeat, Sciētes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nūc autem propior est nostra salus, quam quū credidimus. Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Et in extremo, Inducimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Aliud est uoluntas Dei, aliud indulgentia. Vnde & ad Corinthios scribens, ait: Ego fratres non potui loqui uobis sicut spiritibus, sed sicut carnalibus, sicut paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, nō escam. Nōdum enim poteratis, sed neq; nunc potestis. Adhuc enim carnales estis. Qui animalis est, & non recipit ea quae spiritus Dei sunt, stultitia enim illi est, nec potest intelligere, quia spiritualiter iudicatur, iste nō perfecto castitatis cibo, sed rudī nuptiarū lacte nutritur. Sicut per hominē mors, sic & per hominem resurrectio mortuorū. Quomodo in Adā omnes morimur, sic in Christo omnes uiuificabimur. Seruiuimus in lege ueteri Adā, seruiamus in Euāgelio nouo Adam. Factus est enim primus homo Adā, in animā uiuētem, & nouissimus Adam in spiritū uiuificātem, Primus homo de terra

Roman. 7. b.

Roman. 7. c.

Roman. 7. d.

Ibidem.

Roman. 9. a.

Ibidem.

Ibidem c.

Roman. 12. a.

Ibidem.

Roman. 13. d.

1. Cor. 3. a.

1. Cor. 15. c.

Ibidem f.

terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes. Sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē caelestis. Hoc autē dico fratres, quia caro, & sanguis regnū Dei possidere non possunt, neq; corruptio incorruptionē possidebit. Hoc tam clarū est, ut nulla expositione queat manifestius fieri. Caro (inquit) & sanguis regnū Dei possidere nō possunt, neq; corruptio incorruptionē. Si corruptio ad omnē coitū pertinet, incorruptio autē proprie castitatis est, praemia pudicitiae nuptiae possidere nō possunt. Scimus enim, quoniam si terrena domus huius habitationis destructa fuerit, aedificationē habeamus ex Deo, domū nō manufactā, sempiternā in caelis. In quo ingemiscimus, habitaculum nostrū, quod de caelo est su perindui cupientes. Cupimus enim egredi de corpore, & habitare cū Christo, propter quod & studiosissime nitimur, siue in corpore, siue extra corpus placere deo. Et ut plenius exponeret quales nos esse uellet, in alio loco docet, dicēs: Despondi enim uos uni uiro, uirginē castā exhibere Christo. Quod si ad totā Ecclesiā credentium uolueris referre, & in hac desponsione Christi, & maritalitas, & digamas, & uiduas, & uirgines cōtineri, hoc quoq; pro nobis facit. Nam dum omnes ad pudicitia, & praemium uirginitatis inuitat, ostendit cunctis gradibus uirginitatē esse potiozem. Rursumq; ad Galatas, Ex operibus (inquit) legis, non iustificabit omnis caro. Opera legis & nuptiae sunt, unde & maledicuntur in ea qui non habent filios. Quae si conceduntur etiam in Euangelio, aliud est indulgentiam infirmitati tribuere, aliud uirtutibus praemia polliceri.

2. Cor. 5. a.

Ibidem b.

2. Cor. 11. a.

Gal. 2. d.

Hieronymus suis respondet nuptiatoribus.

Cap. XXXIII.

Dicam & ego nuptiatoribus meis, qui post castitatem, & diurnā continentiam subant ad coitum, & pecudum more lasciuunt. Sic insipientes estis, ut quum coeperitis spiritu, nūc carne consumimini; Tāta passi estis sine causa? Apostolus quod continentiae quibusdam nodos relaxat, & dimittit fræna currentibus, propter infirmitatem carnis hoc facit. Cōtra quam scribēs de uo loquit, Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem. Non necesse est nunc de operibus carnis dicere, quia lōgum est, & facile potest de Apostoli epistola sumere, qui uoluerit. Dicam tantum de spiritu, cuius fructus sunt, charitas, gaudium, pax, lōganimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, cōtinentia. Omnes uirtutes spiritus quasi solidissimum fundamentum, & sublime culmen, cōtinentia sustētat, & protegit. Aduersum huiusmodi nō est lex. Qui autē sunt Christi, carnē suam crucifixerunt cū uitijs, & concupiscentijs. Si uiuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Qui cū Christo carnē nostrā, & passiones eius, desideriaq; crucifiximus, quid rursus ea quae carnis sunt agere cupimus? Quodcunq; seminauerit homo, hoc & metet, Qui seminat in carne sua, de carne metet corruptiones. Qui autē seminat in spiritu, de spiritu metet uitā aeternā. Existimo quod qui uxore habet, quādiu reuertit ad ipsū, ne tētet eū satanas, in carne seminet, & nō in spiritu. Qui autem in carne seminat, nō ego, sed Apostolus loquitur, metit corruptionem. Elegit nos in Christo Deus pater ante mundi cōstitutionem, ut essemus sancti, & immaculati coram eo. Ambulauimus in concupiscentijs carnis, facientes uoluntatem eius, & cogitationum, & fuimus filij irae, sicut & coeteri. Nūc autē cōresuscitauit, & considere nos fecit in caelestibus in Christo Iesu, ut deponamus secundum priorem cōuersationem ueterem hominem, qui corrūpitur iuxta desideria erroris, & aptari nobis illa benedictio possit, quae missam ad Ephesios epistolam, tali fine concludit, Gratia uobis cum omnibus qui diligunt dominū in incorruptione. Conuersatio nostra in caelis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae, cōforme fieri corpori gloriae suae. Quaecunq; ergo sunt uera, quaecunq; pudica, quaecunq; iusta, quaecunq; ad castitatem pertinentia, his copulemur, haec sequamur. Reconciliauit nos Christus in corpore suo, Deo patri per mortem, & exhibuit sanctos, & immaculatos, & absq; ulla reprehensione coram se, in quo & circūcisi sumus circūcisione nō manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed circūcisione Christi, cōsepulti ei in baptismo, in quo & cōsurreximus. Si ergo cōsurreximus cū Christo, ea quae sursum sunt, quæramus, ubi Christus est in dextera Dei sedens, ea sapiamus, quae sursum sunt, nō quae surper terrā. Mortui enim sumus, & uita nostra abscondita est cū Christo in Deo. Cū enim Christus apparuerit uita nostra, tūc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Nemo militās Deo implicat se negocijs saecularibus, ut possit ei placere, qui se elegit. Apparuit enim gratia Dei saluatoris omnibus hoibus, erudiēs nos, ut abnegātes impietate, & saecularia desideria, castē, & iustē, & piē uiuamus in hoc saeculo. Dies me deficiet, si uolero oia castitatis de Apostolo pracepta memorare. Ista sunt, de quibus ad Apostolos dñs loquebat, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis ea portare modo. Quū autē uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnē ueritatē. Post crucem Christi, statim in actis Apostolorū, una domus Philippi Euāgelistae quadrigā producit uirginū filiarū, ut Caesarea, in qua ex gētibz Ecclesia per cēturionē Cornelīū fuerat dedicata, etiā uirginum puellarum praerberet exēpla. Quumq; dñs in Euāgelio dixerit, Lex, & prophetae, usq; ad Ioānem

Gal. 3. d.

Gal. 5. c.

Ibidem d.

Ibidem.

Gal. 6. b.

Ephes. 1. a.

Ephes. 2. a.

Ibidem b.

Ibidem 4. e.

Ephes. 6. d.

Philipp. 3. d.

Ibidem 4. b.

Col. 2. b. & c.

Col. 3. a.

Ibidem.

2. Timot. 2. a.

Titum 2. c.

Ioan. 16. c.

Act. 21. b.

Matth. 11. b.

istae quia uirgines erant, etiam post Ioanem prophetasse referuntur. Neque enim poterant ueteris testamenti lege retineri, quae uirginitatis fulserat claritate. Trāseamus ad Iacobū, qui frater domini dicebatur, tantae sanctitatis, tātaeque iustitiae, & perpetuae uirginitatis, ut Iosephus quoque historicus Iudaeorum propter huius necē Hierosolymā subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudaeis Hierosolymae credētis Ecclesiae, ad quē Paulus cū Tito, Barnabaeque pergebat, loquitur in epistola sua. Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datū bonum, & omnis perfecta donatio de sursum est, descēdens à patre luminū, apud quem non est differētia, aut cōuersionis obumbraculum. Volens genuit nos uerbo ueritatis, ut simus primitiae creaturarum eius. Virgo mysticē uirginitatē docet: Omne perfectum donū de sursum descēdit, ubi nō sunt nuptiae, nō à quolibet, sed à patre luminum, qui dicit ad Apostolos, Vos estis lux mundi, Apud quē nō est differētia Iudaei, siue gētilis, nec ulla umbra, quae uerfabatur in lege, premit eos, qui de nationibus crediderunt, sed uerbo nos genuit, & uerbo ueritatis, quia umbra, & imago, & species quaedam ueritatis praecessit in lege, ut simus primitiae creaturarum eius. Et quomodo ipse primogenitus ex mortuis, omnes in se mortuos suscitauit, sic ipse uirgo, primitias uirginum suarū in se uirgine dedicauit. Petrus quoque quid de uocatione gentiū sentiat, cōtemplemur, Benedictus (inquit) Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam regenerauit nos in spem uitae, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in haereditatem incorruptam, & immaculatam, & immarcessibilem, quae seruat in caelis in uos, qui uirtute Dei custodimini per fidem, in salutem, quae praeparata est reuelari in tempore nouissimo. Vbi incorrupta praedicatur haereditas, & immaculata, & immarcessibilis, & praeparata in caelis, & in tempus nouissimum reseruata, & spes uitae aeternae, quādo nō nubent, neque nubentur, ibi alijs uerbis uirginitatis priuilegia describuntur. Nam & in sequentibus hoc ipsum docet. Propter hoc accincti lumbos mentis uestrae, uigilantes perfecte, sperate in eam gratiā, quae uobis desideranda est in reuelatione Iesu Christi. Quasi filij obedientiae nō cōformemini prioribus ignorantiae uestrae desiderijs, sed secundū eum, qui uos uocauit sanctū, & ipsi sancti estote in omni cōuersione. Scriptū est enim, Sancti estote, quia ego sanctus sum. Neque enim corruptibili auro, & argēto redēpti sumus, sed precioso sanguine immaculati agni Iesu Christi, ut castificemus animas nostras in obedientia ueritatis, renati nō ex coitu corruptibili, sed ex incorruptione, per uerbum uiuentis Dei, & permanentis, & sicut lapides uiui aedificemur in domum spiritualem, sanctum sacerdotium, offerentes spirituales uictimas, per Christum dominum nostrum. Nos enim sumus genus electum, regale sacerdotium, gēs sancta, populus acquisitionis. Christus pro nobis carne mortuus est. Armemur eadem conuersatione qua Christus, quoniam qui passus est in carne, quicquid à peccato, ut nequaquam in desiderijs hominum, sed in uoluntate Dei, reliquum in carne tempus exigamus. Sufficit enim nobis praeteritum tempus, quādo ambulauimus in luxurijs, & desiderijs, cōterisq; uitijs. Grandia nobis, & preciosa uirginitatis promissa donauit, ut per hanc efficiamur diuinā cōsolatione naturae, fugientes eam, quae in mundo est concupiscentiam corruptionis. Nouit dominus pietentatione eripere, & iniquos cruciandos in aeternam reseruare iudicij, praecipue eos, qui post carnem in desiderijs pollutionis ambulāt, & dominationes despiciūt, audaces, & procaces. Isti enim qui irrationabilia iumenta in uentrem, & libidinem proni sunt, blasphemātes, qui & in corruptione sua corrūpentur, recipiētesq; mercedem iniquitatis luxuriā, qui putāt delicias esse, iniustitiam, sordes, & maculas, & nihil aliud nisi de uoluptatibus cogitātes. Qui habēt oculos plenos adulterio, & infatiabili libidine, & decipiunt animas necdum Christi charitate robustas. Loquuntur enim uerba tumentia, & indoctos facile illecebris carnis irretiunt, repromittentes eis libertatem, quum ipsi serui uitiorum sint, atque luxuriā, & corruptionis. Vnusquisque enim ei subiacet passioni, à qua uincitur. Quod si fugientes cōinquinaciones mundi per scientiam saluatoris nostri Iesu Christi, nō rursus superantur, quae antē superauerant, facta sunt eis nouissima peiora prioribus. Meliusque eis erat non nosse uiam iustitiae, quā post agnitionem retrorsum conuerti, & relinquere sanctum mandatum, quod eis traditum fuerat. Completumque est in eis uerissimum illud prouerbiū, Canis reuersus ad uomitum suum. Et, Sus lota in uolutabro lutū.

Iacobus uirgo
ob cuius necem
Hierusalē euer
sa est.
Iacob. 1. c.
Matth. 5. b.
Iacob. 1. c.
1. Petri 1. a.
Matth. 22. c.
1. Petri 1. c.
Ibid. cap. 2. a.
Ibid. cap. 4. a.
2. Petri 1. a. & b.
Ibid. cap. 2. b.

Hieronymus ex Apocalypsi uirginitatem praefert. Cap. XXXV

Legamus Apocalypsim Ioannis, & ibi reperiemus agnum super montem Sion, & cū eo cētum quadraginta quatuor milia signatorum, habētium nomē eius, & nomen patris eius scriptum in frōtibus suis, qui cātant cāticum nouum, & nemo potest dicere cāticum illud, nisi hi, qui empti sunt de terra. Isti sunt qui cum mulieribus se non cōinquinauerunt, uirgines enim permanserunt. Hi sequuntur agnum quocumque uadit: Empti sunt enim ex hominibus primitiae deo, & agno, & in ore eorum non est inuentum mendacium, & sine macula sunt. De singulis tribubus, excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Leui, duodena milia uirginum signatorum creditura dicuntur, qui cum

cum mulieribus nō sunt cōinquinati. Ac ne putaremus de his dici, qui scorta non norunt, statim intulit, Virgines enim permanserunt. Ex quo ostendit omnes qui uirgines nō permāserunt, ad cōparationem purissimae, & Angelicae castitatis, & ipsius domini nostri Iesu Christi esse pollutos. Hi sunt qui cātant cāticum nouum, quod nemo potest canere, nisi qui uirgo est. Hi sunt primitiae Dei, & agni, & sine macula. Si uirgines primitiae Dei sunt, ergo uiduae, & in matrimonio cōtinentes, erūt post primitias, id est, in secūdo, & tertio gradu, nec prius perditus populus saluari poterit, nisi tales hostias castitatis Deo obtulerit, & immaculatum agnum, purissimis uictimis recōciliauerit. Infinitum est de Euāgelio decem uirginum exponere sacramētum, quinq; stultarum, & quinq; sapientum. Hoc solum nunc dico, quod modo absque cōteris operibus uirginitas sola non saluat, sic omnia opera absque uirginitate, puritate, cōtinentia, castitate, imperfecta sunt. Ex quo nequaquam nos illud poterit impedire, quod aduersarius obiicit fuisse dñm in Cana Galilaeae, & nuptiarum festa celebrasse, quādo aquas uertit in uinum. Hoc enim breuissimē respōdebo, quod qui octaua die circūcisus est, & pro quo par turturum, & duo pulli columbarum die purgationis oblati sunt, cum cōteris antequam pateretur, Iudaicam cōsuetudinem comprobauit, ne illis occasionem iuste se interficiendi tribuere uideretur, quasi legem destruens, damnansque naturā. Quāquam & hoc pro nobis faciat. Qui enim semel uenit ad nuptias, semel docuit esse nubendum. Et tūc uirginitati posset officere, si nuptias post uirginitatem, & uirginitatis castimoniam nō in gradu tertio poneremus. Nūc autem quum haereticorum sit damnare cōiugia, & Dei spernere cōditionem, quicquid de laude dixerit nuptiarū, libenter audimus. Ecclesia enim matrimonia non damnat, sed subiicit, nec abiicit, sed dispensat, sciens (ut supra diximus) in domo magna non solum esse uasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia, & alia esse in honorem, alia in contumeliam, & quicunq; se munda uerit, eum esse uas honorabile, & necessariū in omne opus bonum praeparatum. Satis abūdeque Christianae pudicitiae, & uirginitatis Angelicae, de diuinis libris exempla praebuimus, sed quoniam intellexi in cōmētarijs aduersarij prouocari nos etiam ad mundi sapientiam, quod nūquam hoc genus in saeculo sit probatum, & nouum dogma cōtra naturam religio nostra prodiderit, per curram breuiter Graecas, & Latinas, Barbarasque historias, & docebo uirginitatem semper tenuisse pudicitiae principatum. Referūt fabulae Atalātam Calydoniam uirginem semper in uenatibus, semper in syluis, nō tumentes uteros foeminarum, fastidiāque cōceptuum, sed expeditam, & castam amasse uirtutem. Harpalicen quoque uirginem Thraciam, insignis poeta describit, & reginā Volscorum Camillam, quam Turnus, cui auxilio uenerat, laudare uolens, nō amplius habuit quod diceret, nisi uirginem nominaret: O decus Italiae uirgo. Chalciaecus quoque filia illa Leo uirgo illa perpetua. per silentiam patriae scribitur spontanea morte soluisse, & Iphigeniae uirginis sanguis, aduersos placasse uentos. Quid referam Sibyllas Erithraeam, atque Cumanā, & octo reliquas, nam Varro decem fuisse autumat, quarum insigne uirginitatis est, & uirginitatis praemium diuinatio? Quod si Aeolici genere sermonis Sibyllae θεοβόλην appellatur, recte consilium Dei sola scribitur nosse uirginitas. Cassandram quoque, & Chrysein uates Apollinis, ac Iunonis uirgines legimus. Et sacerdotess Dianae Tauricae, & Vestae, innumerabiles extiterunt. Quarum una Minutia propter suspitionem stupri, uiua defossa est, iniusta (ut reor) poena, nisi grande crimen putaretur laesa uirginitas. Certē Romanus populus quanto honore uirgines semper habuerit, hinc apparet, quod consules, & imperatores, & in curribus triumphantes, qui de superatis gentibus trophaea referebant, & omnis dignitatis gradus, eis de uia cedere solitus sit. Claudia uirgo Vestalis, quum in suspitione uenisset stupri, & simulacrum matris Ideae in uado Tyberis haereret, ad comprobendam pudicitiam suam fertur cingulo duxisse nauem, quam multa milia hominum trahere nequiuertant. Melius tamen, inquit Lucani poeta patruus, cum illa esset actum, si hoc, quod conuenit, ornamentum potius explorata fuisset pudicitiae, quam dubiae patrociniū. Nec mirum hoc de hominibus, quum Mineruam quoque, & Dianam uirgines Deas finxerit error gentilium, & inter duodecim signa caeli, quibus mundum uolui putant, uirginem collocarint. Magna iniuria nuptiarum, ut ne inter scorpiones quidem, & centauros, & cancos, & pisces, & aegocerotas, uxorem, maritumque detruserint. Triginta Atheniensium tyranni, quum Phidonem in conuiuio necassent, filias eius uirgines ad se uenire iusserunt, & scortorum more nudari, ac super pauimenta, patris sanguine cruentata impudicis gestibus ludere, quae paulisper dissimulato doloris habitu, quum temulentos cōuiuas cernebant, quasi ad requisita naturae egredientes, inuicem se complexae praecipitauerunt in puteum, ut uirginitatem morte seruarent. Demotionis Areopagitarum principis uirgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu, qui bellum Lamiacum concitauerat, se interfecit, asserens quanquam intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, quum priori mente nupsisset. Spartiata, & Messenij diu inter se habuerunt amicitias, in tantum, ut ob quaedam sacra, etiam uirgines ad se mutuo mitterent. Quodam igitur tempore, quum quinquaginta uirgines Laedæmoniorum Messenij uiolare tentassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed

Matth. 23. a.
Ioan. 2. a.
Luc. 2. b.
Matrimonia nō
dānat Ecclesia.
2. Timot. 2. c.
Pudicitia sem
per tenuit prin
cipatum etiam
apud barbaros.
Calydonia uir
go.
Harpalix uirgo
Camilla uirgo.
Iphigenia uirgo
Sibyllae uirgines
Cassandra uir
go.
Chryseis uirgo.
Virgines popu
lus Romanus in
honore habuit.
Claudia uirgo
Vestalis.

Minerua,
Diana,
uirgines.
Virgo, caeli si
gnum.
Virgines nō mul
te ut uirginitate
seruarent, in
puteū se proie
cerunt.
Virgines quin
quaginta pro
pudicitia occu
buerunt.

omnes libentissimè pro pudicitia occubuerunt. Quam ob rem graue bellum, & longissimum concitatum est, & post multum temporis Mamertia subuersa est. Aristocides Orchomeni tyrannus adamauit uirginem Stymphalidem, quæ quâ patre occiso, ad templum Dianæ cõfugisset. & simulacrũ eius teneret, nec ui posset auelli, in eodẽ loco cõfossa est. Ob cuius necẽ, tãto omnis Arcadia dolore cõmota est, ut bellũ publicè sumeret, & necẽ uirginis ulciscerẽ. Aristomenes Messenius, uir iustissimus, uictis Lacedæmonijs, & quodã tẽpore nocturna sacra celebrãtib; quæ uocabantur Hiacynthina, rapuit de choris ludentiũ uirginis quindecim, & tota nocte gradu concito fugiens, excessit de finibus Spartanorũ. Quumq; eas comites eius uellẽt uiolare, monuit quãtum potuit, ne hoc facerẽt, & ad extremũ quodã nõ parẽtes interfecit, cõteris metu cõercitis. Redẽpta postea à cognatis puellæ, quã Aristomenẽ uiderẽt cædis reũ fieri, tãdiu ad patriã nõ sunt reuersæ, quãdiu iudicũ aduolutæ genibus defensorem pudicitia suæ cerneret absolutum. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filia in Leuctris Bœotia, quas traditum est absente patre, duos iuuenes prætereũtes iure hospitij suscepisse: qui multum indulgentes uino, uim per noctem intulere uirginibus. Quæ amissa pudicitia nolentes superuivere, mutuis conciderunt uulneribus. Iustum est & Locridas uirgines non tacere, quæ quum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obscenitatis rumoris, & pollutæ uirginitatis ullam fabulam dedit. Quis ualeat silentio prætereũre septem Milesias uirgines, quæ Gallorum impetu cuncta uastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt, exemplum sui cunctis uirginibus relinquentes, honestis mentibus magis pudicitia curæ esse quã uita. Nicanor uictis Thebis, atq; subuersis, unius uirginis captiua amore superatus est. Cuius coniugiũ expetẽs, & uoluntarios amplexus, quod scilicet captiua optare debuerat, sensit pudicis mētibus plus uirginitatem esse, quã regnum, & interfectam propria manu flens, & lugens amator tenuit. Narrat scriptores Græci & aliam Thebanam uirginem, quam hostis Macedo corruerat, dissimulasse paulisper dolorem, & uiolatorem uirginitatis suæ iugulasse postea dormiẽtem, seq; interfecisse gladio, ut nec uiuere uoluerit post perditam castitatẽ, nec antè mori, quã sui ultrix existeret. Apud gymnosophistas India, quasi per manus huius opinionis autoritas traditur, quod Buddam principem dogmatis eorum, è latere suo uirgo generarit. Nec hoc mirum de Barbaris, quum Mineruam quoq; de capite Iouis, & Liberũ patrem de femore eius procreatos doctissima finxerit Græcia. Pseusippus quoq; sororis Platonis filius, & Clearchus in laude Platonis, & Anaxilides in secundo libro Philosophia Periclitõẽ matrẽ Platonis, phantasmate Apollinis oppressam ferunt, & sapientia principem nõ aliter arbitrãtur, nisi de partu uirginis æditum. Sed & Timæus scribit Pythagoræ uirginem filiam choro uirginum præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. Diodorus Socraticus quinq; filias dialecticas insignis pudicitia habuisse narratur, de quibus & Philo Carneadis magister plenissimam scribit historiam. Ac nobis dominum saluatorem de uirgine procreatũ Romana exprobraret potentia, autores uirginitatis & gentis suæ Ilia uirgine, & Marte genitos arbitrantur.

Virginitatem nuptijs præferendam.

Cap. XXXVI.

Idem quoq; Hieronymus aduersus Heluidium hoc pacto scribit: Et quia de comparatione uirginitatis, & nuptiarum sum aliqua dicturus, obsecro lecturos, ne me putẽt nuptijs detraxisse in uirginum laude, & aliquam fecisse distantiam inter sanctos ueteris testamenti. & noui. id est, inter eos, qui habuere coniugia, & hos, qui à complexu mulierum penitus recesserunt: uerũ pro conditione temporum, alij eos tũc subiacuisse sententia, & alij nos, in quos fines sæculorum decurrerũt. Quãdiu lex illa permansit, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & Maledicta sterillis, quæ non parit semen in Israël, nubebant omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus, siebant una caro. Quando uero uox illa peritonuit, Tempus breuiatum est, reliquum est, ut qui habent uxores sic sint, quasi nõ habeãt, adhærẽtes domino, unus cũ eo efficiamur spiritus. Et quare? Quia qui sine uxore est, cogitat ea, quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori. Et diuisa est, mulier, & uirgo. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt Dei, ut sit sancta corpore, & spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Quid oblatras? Quid repugnas? Vas electiois hæc loquitur, Diuisa est, dicens, mulier, & uirgo. Vide quantæ felicitatis sit, quæ & nomen sexus amiserit. Virgo iam mulier non uocatur. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta corpore, & spiritu. Virginitas definitio sanctam esse corpore, & spiritu, quia nihil proficit carnem habere uirginem, si mente quis nupserit. Quæ uero nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Idem tu putas esse diebus, & noctibus, uacare orationi, uacare seiunijs, & aduentum domini expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit, ut turpior appareat, & naturæ bonum infuscet iniuria. Hæc ad speculum pingitur, & in cõtumeliam artificis conatur pulchrior

1. Cor. 10. c.
Gen. 1. c.
1. Cor. 7. e.
1. Cor. 6. d.
1. Cor. 7. f.

Ulic.

chrior esse, quã nata est. Inde infantes garrunt, familia perstrepat, liberi ab osculis, & ab ore dependent, computantur sumptus, impendia præparantur. Hinc coquorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nunciatur interim uir uenisse cum focijs. Illa ad hircudinis modum lustrat uniuersa penetralia, si thorus rigeat, si pauimenta uerrerint, si ornata sint popula, si prandium præparatũ. Responde (quæso) inter ista ubi sit Dei cogitatio? Et hæc felices domus. Cõterum ubi tympana sonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi Dei timor? Parasitus in contumelijs gloriatur, ingrediuntur expolitæ libidinum uictimæ, & tenuitate uestium nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infelix uxor, aut lætatur, & perit: aut offenditur, & maritus in iurgia cõcitur. Hinc discordia, seminarium repudij. Aut si quæ inuenitur domus, in qua ista non fiant (quæ rara auis est) tamen ipsa dispensatio domus, liberorum educatio, necessitates mariti, correctio seruulorum, quæ à Dei cogitatione non auocent? Defecerunt (inquit scriptura) Sara muliebria, post quod dicitur ad Abraham: Omnia quæcũq; dicit tibi Sara, audi uocem eius. Quæ non est in partus anxietatibus, & dolore, quæ deficientibus menstrui cruoris officijs, mulier esse desijt, à Dei maledictione sit libera, nec est ad uirum conuersio eius: sed è contrario uir subijcitur ei, & domini uoce præcipitur: Omnia quæcũq; tibi dicit Sara, audi uocem eius, & sic incipiunt uacare orationi. Quia quãdiu in coniugio debitũ soluitur, orandi præteritur instantia. Non negamus uiduas, non negamus maritatas, sanctas mulieres inueniri: sed quæ uxores esse desierint, quæ in ipsa necessitate coniugij uirginum imitentur castitatem. Hoc est, quod Apostolus breuiter Christo in se loquente testatus est. Innupta cogitat quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo: nupta uero cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro, nobis super hoc campum intelligentia derelinquens. Neq; tamen alicui necessitatem imponit, aut laqueum, sed id, quod honestum est, suadet, uolens omnes esse sicut seipsam. Et quanquam de uirginitate domini præceptum non habeat, quia ultra homines est, & quodammodo impudentis erat, aduersum naturam cogere, aliõq; modo dicere, uolo uos esse, quod Angeli sunt, unde & uirgo maioris est meriti, dũ id contemnit, quod si fecerit, non delinquit, nihilominus in cohærentibus infert: Consilium autem do, tanquã misericordiã cõsecutus à dño, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonũ esse propter instantiam necessitatẽ, quia bonũ est homini sic esse. Quæ est ista necessitas? Væ prægnatibus, & nutritibus in illa die. Ideo sylua succrescit, ut postea rescindatur, ideo ager feritur, ut metatur. Iam plenus est orbis, terra nos non capit. Quotidie bella nos secant, morbi subtrahunt, naufragia absorbent, & nihilominus de terminis litigamus. De hoc numero sunt illi, qui agnum sequuntur, qui uestimenta sua non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt. Obserua quid significet, Nõ coinquinauerunt. Ego non audeo exponere, ne Heluidius calumniatur. Quod autem ais quosdam esse uirgines tabernarias, ego tibi plus dico, esse in his & adulteras, & quod magis mireris, clericos esse caupones, & monachos impudicos. Sed quis nõ statim intelligat, nec tabernariam uirginem, nec adulterum monachum, nec clericum posse esse cauponem? Nunquid uirginitatis est culpa, si simulator uirginitatis in crimine est? Ego certè, ut alijs personis prætermisissis, ad uirginẽ ueniam, quæ institorias exercet artes, nescio an corpore, quod scio, spiritu uirgo non permanet.

Gen. 18. b.
Gen. 21. b.

Ibidem.

1. Cor. 7. f.

1. Cor. 7. f.

Matth. 24. b.

Apoca. 14. a.

Hieronymus de institutione perfectæ uirginis.

Cap. XXXVII.

ET in epistola ad Demetriadem, hoc pacto scribit: Et quoniam sufficienter de his (ut puto) diximus, nũc instituiamus perfectam uirginem, quæ ex utroq; semper accensa, & naturæ simul, & gratiæ bonum, morum sanctitate testetur. Prima igitur uirginis cura, primumq; studium sit scire uoluntatem domini sui, & quid ei placeat, quidue displiceat, diligenter inquirere, ut secundum Apostolum rationale Deo reddat obsequium, totumq; uitæ suæ cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile enim est ei quenquam placere, cui quid placeat, ignorat, fieriq; potest, ut etiam obsequedi uoto offendant, cui quomodo obsequi debeat, antè nõ didicit. Et ut maius est uoluntatem domini facere quã nosse, ita prius est nosse, quã facere. Illud enim meritò præcedit, hoc ordine. Vnde propheta dicit, Et tu Israël, nolĩ ignorare. Et beatus Paulus, Qui autem ignorat, ignorabitur. Idemq; alibi, Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas domini. Initium obediẽtiæ, est quid præcipiatur uelle cognoscere, & pars est obsequij didicisse quid facias. Scito itaq; in scripturis diuinis, per quas solas potes plenam Dei intelligere uoluntatem, prohiberi quædã, præcipi quædã, cõcedi aliqua, nõnulla suaderi. Prohibetur mala, præcipiuntur bona, conceduntur media, perfecta suadentur. In duobus illis, quæ priori loco sunt, peccatum omne concluditur: In utroq; enim Dei continetur imperium. Et nõ solum præcipere, sed & prohibere ipsum, iubentis est. Generaliter nanq; omnibus mandatur iustitia, quam saluator in Euangelio breuiter quidẽ, sed plenissimè cõprehendens, ait: Quæcũq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis, hoc est, ut nihil malĩ inferamus alijs, sed præstemus omne quod bonum est, z iij quia

Rom. 12. a.

1. Cor. 14. g.
Ephes. 5. d.

Prohibentur in scripturis mala. Præcipiuntur bona.

Cõceduntur media.

Suadentur perfecta.

Iustitia oibus mandatur.

Matth. 7. b.

quia uolumus hoc ab alijs in nos utrumq; seruari. Hæc sententia æquo iure præcepti uniuersos tenet. Nec ulli omnino transgredi licet, quod omnibus imperatum est, apertusq; contemptus Dei est, uel facere prohibita, uel iussa non facere. Duo uero reliqua quæ sequuntur, quorum unum conceditur, & suadetur aliud, in nostra potestate dimissa sunt, ut aut cum minori gloria cõcessis utamur, aut ob maius præmium etiam ea quæ nobis permessa sunt, respiciamus. Conceduntur quidem nuptiæ, carni usus, & uini, sed horum omnium abstinentia, cõsilio per se citiore suadetur. Ad uirginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum, & escarum indulgentia, uirtutum abstinentiæ clarior rem facit. Cõtēpsisti uirgo coniugium licitum tibi, priusquam contemneretur. Maioris præmij amore flagrans, uouisti Deo non imperatam, sed laudatam uirginitatem, & consilio Apostoli, legem tuam fecisti latiore. Certaminis ingressa campum, nõ tam laborem cui suis, quàm brauium uictoriæ cogitasti. Legeras (credo) illud Euangelicum de perpetua castitate præconium. & ipsius te domini sermo ad amorem seruandæ uirginitatis accenderat, qui Petri super hoc sententiã, ipsa rei magnitudine, ac difficultate laudauit, & uoluntarijs spadonibus regnum cõlorum promittens, ait: Qui potest capere, capiat. Rem itaq; tam magnam non impero, non impono, sed offero. Neq; quẽquam ad hoc cogo, sed prouoco. Quãquam de uiris tantum sonare uideatur, nõ solis tamen uiris dicitur, sed æqualis utroq; sexui uirginitatis palma promittitur. Et Apostolus de uirginibus præceptum quidem se dicit non habere, sed dat consilium. Dicit itaq; An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Perfectionis igitur secuta consilium, beatitudinem specialis aggressa propositi, serua generale mandatum. Dixi, idemq; nunc repeto. In causa iustitiæ omnes unum debemus, uirgo, uidua, nupta, summus, medius, & imus gradus, æqualiter iubetur implere præcepta. Nec à lege soluitur, qui supra legem facere proponit. Quinimõ nullus magis illicita uitare debet, quàm qui respuit quæ licebant. Nec quisquam ita à se mandata pollicetur implenda, ut ille qui amore perfectionis supra mandata conscendit. Et dum amplius statuit facere, quàm præceptum est, ostendit minus sibi præceptum esse, quàm potuerit. Deinde qui tantæ se esse obediẽtiæ proficietur, ut etiam consilium diuinum libenter audiat, quomodo non debet audire præceptum? Illa enim res electionis est, ista necessitatis. De uirginitate dicitur, Qui potest capere, capiat. De uirginitate non dicitur, Qui potest facere, faciat: sed omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Considera (quæso) quantũ à consilio distet imperium. Ibi aliquos excipit, hic generaliter omnes comprehendit. Ibi præmium proponit, hic pœnam. Ibi inuitat, ut facias, hic nisi feceris, comminatur. Hæc igitur optima ratione distinguẽs, animaduerte quid offeras, animaduerte quid debeas. Imõ quia utruq; iam debes, & uirginitatem, quam ultro obtulisti Deo, & iustitiã, quam ipse præcepit, integrum utruq; persolue. Ille seruus domino placet, qui ita aliquid ultro operis exercet, ut tamen etiam imperata perficiat, qui non facit aliud pro alio, sed utruq; immutat, sed addit obsequiũ. Nec te earũ exẽpla decipiãt, quæ sibi in sola castitate plaudẽtes, ut suas uoluntates eant, dei uoluntatem abijciunt. Quæ perpetuæ castitatis bonum non cum iustitiã sed pro iustitiã offerre uolunt, & in compensatione peccatorum, præmium uirginitatis annuntiant, atq; pro præmio impunitatem petunt, uel certè impudentiori uecordia coronandas esse se putant, & in regno cõlorum cõteris præferendas, quæ sibi transgressione mandatorum, aditũ clausere regni cõlorum. Non omnis (Christus inquit) qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cõlorum: sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cõlis est, ipse intrabit in regnum cõlorum. Meminerint stultas uirgines à sponsi ianuis repellendas, dicendũ eis, Nescio uos, illisq; rugendas esse, de quibus dominus ipse ait, Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine, nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc cõfitebor illis, Amen, amen dico uobis, nescio uos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.

Diui Hieronymi expositio in caput septimum prioris ad Corinthios
epistolæ. Cap. XXXVIII.

DE quibus autẽ scripsistis mihi &c. Incipit de coniugijs, Antè enim expugnauit illicita, quàm de licitis loqueretur. Bonũ est homini mulierẽ nõ tagere &c. Bonũ fuerat illud, quod uobis in primordio prædicaui, hoc est, secundũ cõiugij usum, nõ tagere mulierẽ. Sed quoniã multos incontinentes huic doctrinæ scripsistis refragari, cõcedatur remediũ, ne fornicando moriãtur. Ergo hoc Apostoli exẽplo, in primis uirginitas, & cõtinentia prædicatur. Et si quis se incontinentem non erubuerit cõfiteri, in languorẽ incõtinentiæ reclamãti, non denegẽt remediũ nuptiarũ. Quomodo si peritus medicus inquieto ægro, & negãti se posse à pomis oibus abstinere, concedat aliquantũ, ne ille pniciosa præsumat. Incõtinentiæ reuera usus, & tẽpore, & ætate, & loco, & infirmitate perhibetur. Castitas uero potest iugiter custodiri. Illud ergo debemus appetere, quod facilius custodire sine impedimẽto ullo possumus, & in perpetuũ possidere. Sed obijcere amatores luxuriæ solent. Vt

lent. Vt quid ergo prima Dei benedictio crescere, & multiplicare cõcessit? Vt terra scilicet repleatur, qua iã impleta, debemus ab incõtinentiã tẽperare. Sed potuit (inquiẽs) omnes hoies de terra formare, si semper illi usus cõiugij nõ fuerat placiturus. Sed nõ quæritur quid potuit, sed quid fecit, cui omnia possibilis sunt. Ipsam deniq; Euam noluit de terra facere, sed de costa. Si autẽ putas nobis antiqua tempora in omnibus conuenire, imitare Adã, qui filiam (ut ita dixerim) suam accepit uxorem. Cain similiter, si non pudet, & cõteros, qui proprias in matrimonium accepere sorores. Quod si fieri non debet, omnia dominum secundum præscientiam suis temporibus ordinasse credamus, ut qui tũc terram impleri uoluit, modo plus diligit castitatem, cui & grande præmium repromittit. Illud etiam dicendum est, quod nec secundum uetus testamentum, quosdam uxores habuisse uideamus. Quia ibi uxores liberorum causa habere permittum est, non propter nimiam libidinem exercendã, qui in hoc etiam animalibus deteriores esse noscuntur, quo necando filios, probant se non filiorum causa nupsisse. Qui autem ea sola causa cõiungitur, statim se abstinet post conceptum. Et cessante iam per ætatem partu, cessat & usus. Mulier sui corporis potestatem nõ habet &c. Corpus dicitur omne quod iugitur. Sicut ergo mulier corpus dicitur uiri, ita & uir corpus mulieris appellatur. Ideo neq; si uoluerit mulier contraire, in corpore suo, id est, in uxore, uir poterit dominari. Hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium. Volo autem uos esse sicut meipsum. Hoc, ut paruulis indulgeo, non præcipio, ut perfectis, nam omnes homines cupio mihi similes inueniri. Noui enim quanta castitas mercede pensetur. Nũquam hoc uoluisset Apostolus, si fieri omnino nõ possit, Sed unusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Hoc est, propriæ uoluntatis accepit donaticum. Dico autem non nuptis, & uiduis. Incipit aliam causam de inuuptis. Bonum est illis, si sic permãserint, sicut & ego. Magnopere appetendũ est, quod à tanto doctore laudatur. Quod si non se cõtinent, nubant. Notandum quod incontinentibus nuptiæ cõcedantur, Melius est enim nubere, quàm uri: Malo fornicationis melius est, quod igne punitur, sicut ludas in Genesi de sua nuru pronunciat. De uirginibus autem &c. Et de hoc consuluerant, ubi esset præcepta uirginitas. Præceptum domini non habeo: Quod sub præcepto est, si non impleatur, punit, impletum, morte tantum caret, quia nihil ex se dat, sed quod debet, exoluit, Consilium autem do: Consilium est autem saluatoris dicentis, Sunt qui se castrauerunt propter regnum cõlorum. Tanquam misericordiam cõsecutus à domino: Suo exemplo docet, non nisi in domino gloriandum. Vt sim fidelis: Domini mei semper seruitio occupatus. Existimo ergo hoc bonum esse: Hic existimo non pro dubio posuit, sed pro certo, sicut & illud, Puto enim quod & ego spiritum Dei habeo. Propter instantem necessitatem, id est, præsentis uitæ sollicitudinem, quæ multum potest obesse iustitiæ, & qua præcipuẽ iuncti matrimonij implicantur. Quoniam bonum est homini sic esse: Duplex bonum est & sollicitudinibus mundi carere, & uirginitatis præmium expectare. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem, solutus es ab uxore, noli quærere uxorem: Ita uult solutos non ligari, quomodo nec solui diffidio ligatos admittit, Si autem accepisti uxorem, non peccasti &c. Quia liberæ uoluntatis es, si non uis esse maior, esto uel minor. Nuptiæ enim peccatum non sunt, sed per sollicitudinem mundi qui nubunt, legem seruare uix possunt. Aliter, illos dicit non peccare, si nubant, qui nondum Deo uouerint castitatem. Cõterum qui uel in corde suo promisit, si aliud fecerit, habet damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Quod enim erat licitum, per uotum sibi fecit illicitum, sicut Ananiæ, & Sapphiræ, quibus de precio possessionis suæ retinere nihil licuit. Ob quã causam & subita morte prostrati sunt, Tribulationem tamen &c. Maledicto se Euæ subiicientes, siue sollicitudinẽ sæcularis tribulationis, & tristitiæ patientur. Ego autem uobis parco. Vobis uirginibus, ut minori labore, maiorem possitis implere iustitiã. Hoc itaq; dico fratres: Hic omni intentione etiam habentes uxores ad continentiam cohortatur, ut multo magis suadeat non nubere, non habentes. Tempus breue est, Reliquum est &c. Tempus uitæ nostræ modicũ asserit, ut doceat uoluptatem, quæ cito finitur, non magnopere appetendam, sed magis cõcupiscendum esse æternum præmium castitatis, Et qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes &c. Quia & istud in breui transibit, Tempus enim omnis rei sub sole, tempus plangendi &c. Præterit enim figura huius mundi: Hoc sæculum quasi umbra pertransit. Nolite ergo de eo multum esse solliciti, ne huius possessione, perdatis æternum. Et figuram quærentes, incipiatis amittere ueritatem. Hic enim mundus, imago futuri est. Si ergo talis est imago, ipsa ueritas qualis est? Vnde si hoc tam impensẽ diligitis, quanto magis illud impensius amare debetis? Nam sæculum hoc nos dimissuros quotidiana morientium exempla testatur. An fortè nos solos credimus imortales, quasi non simus ex hominibus generati? Vnde sapiẽs semper aliorum casibus emẽdatur, dicente scriptura, Cor sapientis in domo luctus. Hic enim finis omnium hominum, & cui uult, dabit bonũ in corde suo. Volo autẽ uos sine sollicitudine esse: Debemus & nos uelle, quod Apostolus uelle se dicit, ne incõtinentes, cõtra eius uideamur facere uoluntatẽ. Qui sine uxore

Matth. 19. b.

1. Cor. 7. e.

2. Cor. 13. a.

Matth. 19. b.

Matth. 7. c.

Matth. 7. c.

Matth. 25. b.

Ibidem d.

1. Cor. 7. 4.

Gen. 3. c.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Gen. 38. f.

Textus e.

Matth. 19. b.

1. Cor. 7. g.

Textus.

Textus.

Textus.

Virginitatẽ, uel castitatem quod uoluit, si nubat, peccat.

Act. 5. a.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Eccis 3. a.

Textus.

Eccis 7. a.

Textus.

Luc. 14. d.

Textus.
Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

uxore est, sollicitus est, quæ dñi sunt, quomodo placeat Deo &c. Multū nobis expedit sollicitudine carere mūdāna, ne fortē spinæ suffocent semen, & dicere incipiamus, Villam cōparauī, boues emī, uxorem duxī, ad cōnā uenire non possum. Quomodo placeat uxori: Quale est uxori magis uelle placere, quā Deo? Et diuisus est: Quod diuisum est, unum nō potest esse, quia unitas diuisionem omnino nō accipit. Et, Mulier innupta, & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu: Corpore, ab usu cōiugali: spiritu, à rerum mundanarum sollicitudine, dum tota diuino seruitio mancipatur, Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mūdi &c. Nuptam uiro placere asserit, cogitando quæ mundi sunt: innuptam uero de eo quod illi nulla cura sit sæculi. Quæ ergo uirum non habet, & tamen quæ mundi sunt, cogitat, cui placere desiderat: Nōne incipiet illi nupta præponi, quæ cogitando mūdāna complacet uel marito, quum hæc nec marito quem nō habet, possit placere, nec Deo? Porro hoc ad utilitatē uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam &c. Necessitatem illis uidetur imponere. Dicit se quid illis expediat commonere eos. Simul attende, quia si hoc illis utile erat quod Apostolus suadebat, illud minus utile erat quod illi uolebant. Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta: Turpis uideri poterit, si cupientem uirginem suam, nubere non permittat, & illa fuerit fornicata. Item hoc loco non pariter dicit uirginum filiarum, neq; enim potestatis illorum potest esse propositum alienæ continentie, sed unumquēq; habere propriæ carnis arbitriū, eam incorruptā seruare. Et ita oportet fieri, quod uult faciat, non peccat, si nubat: Si ita necesse fuerit propter filiaē uoluntatē, Nam parentes quidem usq; ad legitimā ætatem custodire debēt, & docere quod melius est: si autem illa noluerit, fiat quod necesse est, Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem &c. Ille firmus statuit, cuius puellæ consensus, patris firmauerit uoluntatem. Et non illum compellit filiaē necessitas facere quod nolebat, sicut illum de quo supra locutus est, Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam &c. Ita concludit uirginum causam, ut eas faciat in omnibus meliores. Vnde prudentibus semper meliora, & perfectiora sectanda sunt, quia nec in sæcularibus, & caducis norunt medicribus esse contenti. Vide & diuum Bernardum supra libro quarto, cap. decimotertio.

INCIPIT LIBER QUINTVS, AD MYSTICOS
SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

De uirginibus, & uiduis, quid diuus scribat Ambrosius. Cap. I.



Iuus autē Ambrosius de uirginibus, ac uiduis, hoc pacto scribit in libro de uiduis: Honorabile (inquit) coniugium, sed honorabilior integritas. Nam & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonum est, non uitandum est, & quod est melius, eligendum est. Itaq; nō imponitur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dicit: De uirginibus autem, præceptum domini non habeo, consilium autem habeo. Etenim præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex est: ubi consilium, ibi gratia est. Præceptum ut ad naturam reuocet, cōsiliū ut ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iudæis lata est, gratia autem electioribus seruata est. Lex ut à naturæ finibus culpæ studio demeantes, ad naturæ obseruatiā poenæ terrore reuocaret: Gratia autem ut electos, tum studio honorum, tum propositis etiam præmijs prouocaret. Et ut intelligas distantiam præcepti, atq; consilij, illum recorderis, cui in Euāgelio ante præscribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat. Præceptum etenim ibi est, ubi est poena peccati. At uero quum se præcepta legis memorasset implere, consilium ei datur, ut uendat omnia, & sequatur dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namq; forma mandati est, una præceptiua, altera uoluntaria. Vnde & dominus in alia dicit. Nō occides, ubi præcepit. In alia, Si uis perfectus esse, uende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaq; qui præceptum impleuerint, possunt dicere, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Hoc uirgo non dicit. Non dicit ille qui bona sua uendidit, sed quasi reposita expectat præmia, sicut sanctus Apostolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Non enim quasi inutilis seruus, quod debuit facere, fecisse se dixit, sed quasi utilis domino, qui commissa sibi talenta, quæstus multiplicauit usuris, mercedem fidei, atq; uirtutis, bene sibi conscius, meritorumq; securus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur, Vos qui secuti estis me, in regeneratione, quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & ipsi super duodecim sedes, iudicantes tribus Israël. At uero illi qui talenta seruauerit, & si præmia, minora tamen præmia pollicetur, dicens: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Qui bene credidit, ut ei credatur, emeruit. Qui bene contulit, quoniam suum non quæsiuit, quod cœleste

Hebr. 13. d.
1. Cor. 7. g.

1. Cor. 7. c.

Præcepti, & consilij discrimen.

Matth. 19. c. Mandati forma præceptiua, & uoluntaria.

Luc. 17. c.
Matth. 19. d.

Ibidem.

Matth. 23. b.

cœleste est, impetrauit. Ideo ergo præceptum nō datur, consiliū datur. Præceptum enim castitatis est, consiliū integritatis. Sed nō omnes capiūt uerbum istud, sed quibus datū est. Sunt enim spadones, qui de matris utero sic nati sunt, in quibus naturæ necessitas non est uirtus castitatis. Et sunt spadones, qui seipos castrauerunt, uoluntate utiq; non necessitate. Et sunt spadones, qui facti sunt ab hominibus. Et ideo magna in his continentie gratia, quia uoluntas facit, non infirmitas continentem. Nam decet integrum diuini operis seruare munus, nec illis fortē parum sit, lubrico corporis non teneri. Nam & si erepta est subeundi istius palma certaminis, erepta etiam materia periculi: & quamuis non queunt coronari, non queunt tamen uinci. Habent alia genera uirtutum, quibus commendare se debeant, si fides firma sit, proflua misericordia, aliena auaritia, frequens gratia. Sed in istis nulla culpa, quia facti ignorantia. Non eadem causa eorum, qui in seipos ferro utuntur, quos nō imprudenter defleximus. Sunt enim qui uirtutis loco ponant, ferro culpam compescere. De quibus & si nosram uolumus proferre sententiam, quamuis sint statuta maiorum, consyderent tamen, ne quis id ad professionem infirmitatis trahat, nō ad firmitatis gloriam. Ergo nemo militet, ne aliquando uincatur, nec pedis uratur obsequio. qui gradiēdi periculum reformidat, nec oculi intendat officio, qui cōcupiscētia timet lapsum. Sed quid prodest carnem abscindere, quum etiam ipsa culpa sit in aspectu? Nam & qui uiderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo. Et quæ similiter uirum in concupiscētia uiderit, adulteratur. Castos ergo, nō infirmos esse nos cōuenit. Pudicos oculos habere, nō debiles. Nemo igitur (ut pleriq; arbitrantur) se debet abscindere, sed magis uincere. Victores enim recipit Ecclesia, nō uictos. Et quid argumētis? Præsto sit Apostolici forma præscripti. Sic enim habes, Vtinā & abscindantur, qui uolunt uos circūcidi. Cur enim coronæ occasio, & uirtutis casus eripitur homini, qui ad laudem natus est, ad uictoriam præparatus est, qui ipse potius uirtute animi castrare se possit? Sunt enim spadones, qui seipos castrauerunt propter regnum cœlorum. Sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitur. Etenim qui mandata dat decretorū, semper tenere debet mensuram, & qui pensa distribuit, æquitatē debet examinis reseruare. Statera enim fallax, abominatio est apud Deum. Est ergo minus pondus & maius. Sed utrūq; non recipit Ecclesia. Pondus enim maius, & minimū, & mensuræ duplices immunda in conspectu domini. Vtraq; sunt pensa, quæ diuidit sapiētia. Et ita diuidit uirtutem, ut uires æstimet singulorum. Et ideo præmijs uirtutem prædicauit, nō infirmitatem uinculis alligauit. Scit & ille gentiū doctor bonus morum auriga nostrorum, & quidem interiorum rector affectuum, qui de seipso didicerat legē mentis, legem corporis repugnare, eadem tamen Dei gratiæ cedere. Scit (inquam) uarios cursus mentium repugnare. Et ideo neq; in tantum adhortationem integritatis intendit, ut aboleret gratiam nuptiarum, neq; ita coniugium prætulit, ut studia integritatis extingueret. Sed à continentie persuasionē incipiens, ad incontinentiæ remedia descendit. Et quū brauium supernæ uocationis fortioribus demonstrasset, deficere tamen in uia neminem passus est, ita plaudens prioribus, ut non despiceret & sequentes. Didicerat enim & ipse, quia dominus Iesus alijs panem hordeaceū, ne in uia deficerent, alijs corpus suum, ut ad regnum cōtenderent, ministravit. Nec dominus ipse præceptum imposuit, sed uoluntatem inuitauit. Nec Apostolus præceptum statuit, sed consilium dedit. Sed non hoc humanum consilium, humanarum uirium habere mensuram. Diuinæ munus misericordiæ confitetur in se esse collatum, ut fideliter sciret prima præferre, secunda disponere. Et ideo existimo (inquit) nō statuo. Et existimo bonū esse propter instantem necessitatem. Non ergo copula nuptialis quasi culpa uitanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda. Lex enim astrinxit uxorem, ut in laboribus, & in tristitia filios generet, & conuersio eius ad uirum sit, quod & ipse dominetur. Ergo laboribus, & doloribus in generatione filiorum addicitur nupta, nō uidua, & dominatui uiri sola subditur copulata, nō uirgo. Omnium autem horum uirgo libera est, quæ uerbo Dei suum spondit affectum, quæ sponsum benedictionis cum facibus expectat, bonæ lumine uoluntatis accenso. Et ideo prouocatur consilij, nō uinculis alligatur. Sed nec uidua præceptum accipit, sed consilium. Consilium autem nō semel datum, sed sæpe repetitum. Et primo dixit, Bonum est enim mulierem nō tangere. Et iterū, Volo sic omnes homines esse, sicut & meipsum. Et tertio, Bonum est illis, si sic maneant sicut & ego. Et quarto, Bonum est propter instantem necessitatem, & hoc placere domino, & hoc honestum esse. Postremò beatiorē esse in uiduitate perseuerantem, non tantum suo consilio, sed etiam Dei spiritu definiuit. Quænam igitur talis consilij benignitatem recuset, qui & uoluntati habenas indulgeat, & id suadeat alijs quod in se expertus utile iudicauit, non facile comprehendit, nec fastidiosus æquari? Quæ igitur refugiat, sancta fieri corpore, & spiritu, quum supra laborem sit præmium, supra usum gratia, supra opus merces? Atq; hoc ita dico, non ut laqueum cæteris iniiciam, sed ut commissi mihi ruris operarius agrum hunc Ecclesiæ fertilem cernam, nunc integritatis flore uernantem, nūc uiduitatis grauitate pollentem, nunc etiam coniugij fructibus redundantem: Nam & si diuersi, unius tamen agri fru

Matth. 19. b. Spadonum tres differentie.

Matth. 5. d.

Gal. 5. b.

Prouerb. 11. d.

1. Cor. 7. e.

Gen. 3. e.

1. Cor. 7. a.

Ibidem b.

Ibidem.

Illic e.

Illic g.

1. Cor. 7. f.

agri fructus sunt, nec tanta hortorum lilia, quantæ aristæ segetum, messium spicæ, compluriumq; spacia camporum recipiendis aptantur seminibus, quàm redditis nouales fructibus feriantur. Bona ergo uirginitas, quæ totiens Apostolico iudicio prædicatur. Hæc enim magistra fidei, magistra castitatis. Vnde & illi qui Deorū suorū adulteria, & probra uenerant, cœlibatus, & uirginitatis statuere pœnas, ut æmuli criminū mulctarent studia uirtutū. Specie quidem qua fœcunditatem quaerent, sed studio, quo propositum castitatis abolerent. Nam cōfectis & miles stipendijs arma deponit, & relicto officio quod gerebat, ad propria ueteranus rura dimittitur, ut & ipse exercitiæ laboribus, uitæ requiem consequatur, & alios spe futuræ quietis subeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoq; maturior torquenda alijs æstiuā cōmittit, & iuuenili grauatius opere prouidentiam curæ senilis explorat. Vitem facilius tondere, quàm premere, ut iuuenescens luxuriam reprimat, & adolescentem lasciuiam falce succidat.

De eodem ex Ambrosio.

Cap. II.

Idem quoq; Ambrosius in exhortatione ad uirgines, hoc pacto scribit: Sola (inquit est uirginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest. Res magis uoti, quàm præcepti. Quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur, electionisq; magis est, quàm seruitutis. Vnde & Apostolus dicit, De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquàm misericordiam consecutus à domino. Legerat enim dixisse dominum spadonibus, Quicumq; custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego uolo, & amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locū nominatum meliorem filiorum, & filiarum, nomē æternum dabo illis, & non deficient. Meliorem (inquit) locum uobis dabo. Spadonibus dicit, his qui uidelicet resecta genitali parte abscederint. Ipsi sunt ergo qui habent in cœlo præmia cœteris præstantiora. Hoc in Euangelio suo prædicat Dei filius. Dicentibus enim Apostolis, quia si ita est causa uiri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non expedit nubere, respondit dominus, Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est, hoc est, non capit hoc cōditionis humanæ infirmitas, ut omnibus pateat: sed illis solis facile est ad capiendum, quibus diuina refulsit gratia, ut castrare se possint, quò regnum cœlorum adipiscantur. Audisti fili mi quantum sit præmium integritatis. Regnum acquiritur, & regnum cœleste uitam Angelorum exhibet. Hoc uobis suadeo, quo nihil pulchrius, ut inter homines Angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula, quoniam quæ non nubunt, & qui uxores non ducunt, sicut Angeli in terris sunt, ut tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanæ cogitationis ableuentur contagio. diuinis rebus mentem intendant, ut tanquàm exuti corporis infirmitate, nō quæ hominis sunt, sed quæ Dei sunt, cogitent. Videte itaq; quid scriptura dicat, quid Apostolus suadeat. Quis uobis potest melius cōsiliū dare, quàm ille uas dominicæ electionis? Quid igitur dicat, percipite auribus, Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Et iterum dicit de non nuptis, & uiduis, Bonum illis, si sic maneant, sicut & ego. Volo uos imitatrices esse tanti Apostoli, ut uitam eius sequamini, qui cōiugij uinculum refugit, ut uinctus esset Christi Iesu. Non potuisset ad tantam Apostolus sui peruenire gratiam, si fuisset alligatus coniugij cōubernio. Quòd si ille qui & doctrina præstantissimus erat, & tantum Christi donum habebat, iudicauit tantum momēti esse, si abstineret ab usu copulæ cōiugalīs, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur, quòd neq; orationi uacare semper liceret, neq; semper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, ut placere uxori esset necesse, quid utiq; nos eligere oportet, quibus sola uirginitas potest libertatem dare? Considerate filiæ quā sibi ueniens in has terras dominus Iesus matrē elegerit, salutem mundo daturus. Per uirginem uenit, & mulieris lapsus partu uirginis soluit. Multas fœminas diuina scriptura in lucem euexit, palmam tamen publicæ salutis solis uirginibus dedit. Et post multa hoc pacto scribit: Deniq; qui iudicauit in corde suo seruare uirginē suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui nō iungit, melius facit. Ille bene facit, propter laqueū, hic melius facit, propter utilitatē. Illud pro remedio, istud pro præmio. Beatior autē erit quæ sic manserit, secundum meum consilium, puto enim quòd & ego spiritum Dei habeam. Sequimini ergo filiæ consilium Apostoli, donum spiritus sancti. Et idē diuus Ambrosius libro de uirginibus primo, hoc modo scribit: Vnguentum (inquit) exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt, & attraxerunt te. Postremò nō meum est illud, quoniam quæ non nubunt, neq; nubentur, erūt sicut Angeli Dei in cœlo. Nemo ergo miretur, si Angelis cōparentur, quæ Angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc uitam fluxisse de cœlo, quam non facile inuenimus in terris? Nisi postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendit, tūc in utero uirgo concepit, & uerbum caro factum est, ut quod caro factum est, caro fieret Dei. Dicit aliquis, Sed etiam Helias nullis corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus ad cœlum, ideo cum domino apparet in gloria, ideo dominici uenturus est præcursor aduentus. E

1. Cor. 7. c.
Esa. 56. b.

Matth. 19. b.

Matth. 22. c.

1. Cor. 7. b.
Ibidem.
Paulus cōiugio
non fuit alligatus.

1. Cor. 7. g.

Ibidem.

Cant. 1. d.

Matth. 22. c.

Ibidem.
Helias fuit uirgo.

1. Reg. 2. d.

tus. Et Maria sumens tympanum, pudore uirgineo choros duxit. Sed considerate cuius illa specie tunc gerebat, Nōne Ecclesiæ, quæ religiosos populi cœtus, qui carmina diuina concinerent, immaculato uirgo spiritu copulauit? Nam etiam templo Hierosolymis fuisse legimus uirgines deputatas. Sed quid Apostolus dicit? Hæc autem in figura cōtingebant illis, ut essent indicia futurorum. Figura enim in paucis est, uita in pluribus. At uero postquam dominus in corpus hoc ueniens, contuberniū diuinitatis, & corporis sine ulla concretæ confusionis labe sociauit. tunc toto orbe diffusus corporibus humanis uitæ cœlestis usus inoleuit. Hoc illud est quod ministrantes in terris Angeli decantantur futurum genus, quod ministerium domino immaculati corporis obsequijs exhiberet. Hæc est cœlestis illa militiā, quam laudantium exercitus Angelorū promittebat in terris. Habemus ergo auctoritatem uetustatis à sæculo, plenitudinem professionis à Christo. Et infra: Ego licet laudationem non susceperim uirginitatis, sed expressionem, ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ sit ei patria, quis autor appareat. Ac prius ubi sit patria, definiamus. Si enim ibi est patria, ubi genitale domicilium, in cœlo profectò est patria castitatis. Itaq; hic aduena, ibi incola est. Quid autem est castitas uirginalis, nisi expers cōtagionis integritas? Atq; eius auctorem, quem possumus existimare nisi immaculatum Dei filium, cuius caro nō uidit corruptionem, diuinitas non est experta contagione? Videte igitur quanta uirginitatis merita sint. Christus ante uirginem, Christus ex uirgine. A patre quidē natus ante sæcula, sed ex uirgine natus ob sæcula. Illud naturæ suæ, hoc nostræ utilitatis est. Illud erat semper, hoc uoluit. Spectate aliud uirginitatis meritum. Christus uirginis sponsus, & si dici potest, Christus uirginæ castitatis. Virginitas enim Christi, non uirginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, uirgo quæ nos utero suo portauit, uirgo quæ genuit, uirgo quæ proprio lacte nutriuit. De qua legimus quanta fecit uirgo Hierusalem. Non deficiet de petra ubera, neq; nix à Libano, aut declinauit aqua ualida ueto quæ portatur. Qualis est hæc uirgo, quæ trinitatis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, nō deficiunt ubera, mella funduntur? Petra autem est, iuxta Apostolum, Christus. Ergo à Christo nō deficiunt ubera, claritas à Deo, flumen à spiritu. Hæc est trinitas, quæ Ecclesiam suam irrigat: pater, Christus, & spiritus. Sed à matre descendamus ad filias. De uirginibus (inquit Apostolus) præceptum domini non habeo, consilium autem do. Si doctor gentiū non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem nō habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest uirginitas, sed optari. Nam quæ supra nos sunt, in uoto magis, quàm in magisterio sunt. Sed uolo uos (inquit) sine sollicitudine esse. Nam qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Et uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat uiro. Nō ego quidem dissuadeo matrimonium, sed uirginitatis atexto beneficium. Qui infirmus est (inquit) olera manducet. Aliud exigo, aliud admiro. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, ne quæseris uxorem. Hoc præceptū est copulatis. De uirginibus autem, quid ait? Et qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Illa non peccat, si nubat: hæc si nō nubat, æterna est. Ibi remedium infirmitatis, hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur. Cōferamus (si placet) bona mulierum, cum ultimis uirginum. lactet licet fœcundo se mulier nobilis partu, quò plures generauerit, plus laborat. Numerat solatia filiorū, sed numeret pariter & molestias. Nubit, & plorat. Quælia sunt uota, quæ flentur? Concipit, & grauescit. Prius utiq; impedimentum fœcunditas incipit afferre, quàm fructum. Parturit, & ægrotat. Quàm dulce pignus, quod à periculo incipit, & in periculis desinit, prius dolori futurum, quàm uoluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. Quid recenseam nutriendi molestias, instituendi, & copulandi? Felicitum sunt istæ miseræ. Habet mater hæredes, sed auget dolores. Nam de aduersis nō oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscant. Vide mi soror quàm graue sit pati, quod nō oportet audiri. Et hæc in præsentī sæculo. Venient autem dies, quando dicant, Beatæ steriles, & uentres qui non genuerunt. Filiæ enim huius sæculi generantur, & generant: filia autem regni abstinet à uoluptate uiri, & à uoluptate carnis, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quid ego famulatus graues, & addicta uiris seruitia replicem fœminarum, quas antè iussit Deus seruire, quàm seruos? Quæ eò prosequor, ut incerti. Hinc illa nascuntur incentiua uitiorum, ut quæsitis coloribus ora depingant, dum uiris displicere formidant, & de adulterio uultus meditentur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia, effugiem mutare naturæ, picturam quærere, & dum ueretur maritale iudicium, prodere suum? Prior enim de se pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est. Ita dum alij studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem iudicem mulier ueriorē requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipsam, quæ uideri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mētiris, nec tuæ cōscientia, nec alieni gratiam erroris habitura?

1. Cor. 10. c.

Patria castitatis in cœlo.
Virginitas quid sit.
Virginitatis auctor, Dei filius.

Virginis sponsus, Christus.

1. Cor. 10. b.

Ibidem 7. e.

Illic f.

Rom. 14. d.

1. Cor. 7. e.

Illic g.

Luc. 23. d.

1. Cor. 7. 4.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Matth. 19. b.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Virgo deo dicata, si nubat, plurimum peccat.

Textus.

Textus.

Textus.

Theophylactus autem in septimum caput prioris ad Corinthios epistolae, hoc pacto scribit: De quibus autem scripsistis mihi. Dissentionibus iam, fornicatione, & avaritia castigatis de nuptijs, & coelibatu iam statuit. Scripserant enim Corinthij rogantes Apostolum, utrum esset a uxoria abstinendum, an minimè. Bonum est homini mulierem non tangere. Bonum est (inquit) & egregium mortali cuiq; non sacerdoti duntaxat (ut sentiunt multi) nil prorsus mulierem contingere, sed uitam coelibem ducere, & castam seruare. Quod tamè fieri si nequeat, matrimonium imbecillitati nostrae subueniet. Infert igitur, Propter fornicationem autem unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquaq; uirum suum. In utranq; disputat partem. Potest enim uir dari qui pudicitiam tueatur, & mulier aliqua quae procliuor sit in libidinè, & contra. Enimvero de fornicatione quum faceret mentionè, ad ueneris abstinentiam uniuersos compellit. Et si declinandæ (inquit) fornicationis gratia nuptiae permittuntur, nò tamen his quidam abuti per luxum, & intemperantiam debent. Et infra, Hæc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperiũ: Ad tẽpus (inquit) uos inuicem fraudate per indulgentiam dixi, hoc est, uestrae indulgens fragilitati, nulla uobis lege imposita, uel mandato indicto, quod excedi impunè non possit. Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum. Vbi rem aliquam arduam inducit, & perdifficilem, sese proferre in medium consueuit Apostolus. Velim itaq; (ait) a luxu, & uenere uniuersos homines abstinere, quemadmodum & ipse abstineo, hoc est, castitatem sectari. Sed unusquisq; proprium donũ habet a Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Permanere (inquit) in coelibatu, Dei donum est, tamen si nostro studio ea res egeat. Cur ergo continentiam Dei donum appellat? Vt eos, quos castigando diu iam urget, quando propria asserit intemperantia in id crimen fuisse prolapsos, cõsoletur, & mitiget. Aduerte autem quemadmodum etiã pro dono connubiũ statuatur. Et quũ singulos dicit propriũ donũ habere, alitũ sic, id est, ut sit cõtinentior, & uirginitatẽ tuteat, & alitũ sic, quia matrimonio scilicet, & nuptijs obstringatur. Dico autẽ nò nuptijs &c. Vides ut sapiẽter Apostolus potiorẽ arguat pudicitia, nec eũ ad hæc adhortetur seruandã, qui a uenere abstinere nò possit, ne grauius delinquatur. Nã si uehementiorẽ huiusmodi uolentia tuleris, & ardorẽ libidinis sustinebis. Ingẽs est enim concupiscentia uis, eris haud dubiè labore immenso liberatus, quia proculdubio timendum fuisset, ne in deterius aliquid quod facinus prolabereris. Et infra, De uirginibus autem &c. Quum de continentia abundè differuisset, castigassetq; satis Corinthios, ad uirginitatem transgreditur, quæ cõteris est longè præstãtior, aitq; nullam dominum tulisse de uirginitate legem, neq; de hac sibi quippiam intulisse, sed unum illud dixisse, & solum, Qui potest capere, capiat. Quocirca neq; ipse ausim de illa quicquam statuere. Magnum hoc enim, & periculosum, alioqui consulerem equidem, quemadmodum & ipse nò indignus apud Deum sum habitus, ut sim fidelis, hoc est, qui mysterij cognitionem ut habeam, sum dignatus. Existimo ergo &c. Vt sentio (inquit) a nuptijs abstinere conducit homini, propter rei uxoriae difficultates, quæ molestias, non immundiciae gratia, aut quia impurior debeat res illa haberi. Alligatus es uxori &c. Quum enim alligatus es (inquit) arguit malũ afferre connubia, quia hominem nexu quodam deuinciat. Quum uero solutus es (ait) ostendit eum, qui nuptiarum sit expers, nequaquam debere nexus uxorios quærere. Adijcit præterea illud, Si uxorem duxeris, non peccasti. Vide ut tacitè nos ad uirginitatem tutandam hortetur. Siquidem matrimonium compedes appellat, & uincula: uirginitatem uero solutionem, & libertatem. Et si nupserit uirgo, nò peccauit. Uirginem hoc loco dicit, non eam, quæ Deo dicata sit. Hæc nãq; si nupserit, delinquit haud dubiè plurimum, utpote quæ Christo sponso superinducat adulterum, sed quæ nondum nupserit, adolescentulam. Non enim immundæ sunt nuptiae, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autẽ uobis parco. Matrimonij angores, & curas, tribulationẽ appellat: ipse uero haud fecus (inquit) ac pater indulgeo, uelimq; uos & libertate uti, & carere tristitia, quod præstare de se connubia nequeunt. Quippe quæ pro uinculis sint, & qui illis subduntur, nullam sui habeant potestatem, ut supra iam diximus. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Quo pacto futuri sine sollicitudine simus, qui uxore caremus, sic indicat. Qui sine uxore est, cogitat quæ Dei sunt &c. Quo nam modo Apostole, quũ uacare curis nos uelis, eoq; & ad coelibatum horteris, illud repetis, Qui sine uxore est, cogitat quæ Dei sunt? Ecce uel aliunde curæ nobis oboriuntur, haud tamen cuiusmodi uxorem habentes solent urgere. Nam quæ de domino suggeruntur meditationes, salutare sunt, & magnum in modum oblectant. De mundo uero & noxiae sunt, & molestæ. Cur enim illud non molestum sit, & turbulentum, quum morem gerere uxori studemus, mundo præsertim huic deditissima, aurumq; efflagitanti, & margaritas, & reliquũ luxum, quibus uiri miserissimi inuisitius agere, & exercere quæ iniqua sunt, cõpelluntur, & reliqua facitare, quæ animæ & detrimentosa sunt, & officiunt maxime? Diuisa est mulier nupta, & uirgo, hoc est, ab inuicem differunt: nec cura simili du

simili ducuntur, sed seiunctæ sunt studijs, & alienæ, & rebus intendunt disparibus, & discrepant curis. Quo fit, ut uia sit eligenda, quæ potior sit, & minus laboriosa. Innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt &c. Nec satis est (inquit) corpore sanctum esse, nisi & spiritu cõstet hæc sanctitas. Vera est enim & certa uirginitas, animi puritas. Nam & si pleræq; nulla corporis labe infectæ sunt uirgines, animo tamè sunt inquinatæ. Cõterum & illud aduerte, uirginem minus hanc esse, quæ mundum di curam suscepit. Quum itaq; quæ uirginitatem profiteatur prospexeris suscepisse mundi hanc curam, intellige nihil prorsus eã a nupta differre. Paulus etenim terminos utriusq; præscripsit, quibus faciliè possunt hæc internosci. Nec tamen rei ueneræ usum, uel continentia præsumiuit, sed sollicitudinem, & curam. Fit itaq; ut ea, quæ rebus præsentibus nimium curæ impenderit, pro uirgine minus habenda sit. Cogitat autem nupta quæadmodum placeat uiro, uel forte quia & uenustati, & pulchritudini studet, uel quia rem familiarem optimè curet, uel etiam quia inclementiorem se, & parcam exhibeat. Hoc autem ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam: De uirginitate sum (inquit) sermonem adortus, quum eam uobis uidissem (quia molestia, & cura uacaret, animaq; conduceret plurimum) profuturam. Nec eo dixerim, ut aliquos cogam, uel inuitos uirginitatem seruare. Laqueum autem necessitatem ipsam appellat, perinde ac si dicat. Nullã uobis eius rei impono necessitatem, sed ad id quod honestum est, & facultatem præbeat, sine impedimento dominum obsecrandi: Vt honestè (inquit) & purè uiuatis, hæc dixerim. Nam uirginitate quid dici uel honestius potest, uel purius? Quinetiam ut coniugij perturbationibus liberi sine sollicitudine supplicare Deo possitis, in eumq; curam uestram ut omnem trãseratis, & cogitatũ. Si quis autem turpem se uideri existimat super uirgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri, quod uult, faciat, non peccat, si nubat. Id est, si eam locare uiro maluerit, locet. Nil quidem quũ id egerit peccat. Est tamen satius uirginem suam ut seruet, ut in sequentibus infert. Qui autem statuit firmus in corde suo, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis &c. Aduerte uti in primis & demiretur, & laudibus efferat, qui filia tueatur uirginitatem, stabilem illum, & bene fundatum appellans, & recto iudicio quæ agat, tunc facere. Iudicauit enim (inquit) in corde suo. Qui igitur filiam alteri locat, instabilis est, & nihil habet in se firmitatis. Id nanq; clarius exprimit, quum dicit, Qui necessitatem non habet, uelut qui nihil coactus potestatem habeat, cui libitũ fuerit filiam suam matrimonio copulare. Quo fit, ut filia seruata uirginitas, patri gloriam afferat. Nec minus & qui filiam locat, rectè agit. Non enim nubendo delinquitur, quodcũq; autem his peccatũ nec cesserit, rectè, & laudabiliter geritur: et tamen satius longè nemini filiam connubio iungere. Id enim est officij loco habendum, & miræ uirtutis. Mulier alligata est legi &c. De secundis hoc loco nuptijs commonefacit, quas & si uidetur permittere, beatiorẽ tamen hanc asserit, quæ nequaquam bis nupserit. Nam quemadmodum primis nuptijs præfertur uirginitas, sic secundis primæ sunt potiores. Legi itaq; alligata est mulier, id est, legi obstringitur, qua de adulterijs ipsis cauetur, ne adultera fiat, si uiro superstitẽ alteri copuletur, quo mortuo, priori uinculo liberat, & lege, in domino tamen & solo si nubat, libertatem assequitur. Hoc est, si Christiano iungatur, uel si in pudicitia maneat, & coelibatu, & familiae præsit, nullis affecta concupiscentia uitijs. Secundum autẽ meum consilium eo intulit, ne uideatur iniunxisse necessitatem. Affirmat tamè suum consilium pro Dei amplectendum sententia, inquiens, Puto enim quòd & ego spiritum Dei habeam. Quod sanè summam Pauli refert humilitatem. Neq; enim habeo dixit, sed puto. Et ad Philippenfes quarto, E uodiam rogo, & Syntichen deprecor id ipsum sapere in domino &c. Apparet hæc mihi foemina, tanquam primates in Philippensium Ecclesia extitisse. Commendat autem has miræ uirtutis, uiro, qui harum alteri uel uir erat, uel frater. Forsitan etiã carceris erat hic custos, quasi id inquirat: Nunc uerè germanus est frater, nunc uirum te proprium, & coniunctissimum geres, si in opere domini & iugum pariter traxeris, mulieribus hisce opem ferens. Nonnulli uero errore ducti, uxorẽ dicunt Paulum adhortari, quod tamen longè est fecus. Quippe quem neq; uxorem legimus habuisse. Et Germana coniunx dicere debuisset, si uxor illa fuisset.

Cap. III.

ET epistola ad Timotheũ prima, hoc pacto scribit: Si spiritus autẽ manifestè dicit &c. Hoc est, non adibratè & sub figuris, tanquam regulis prophetarum astrictus, Quia nouissimis tẽporibus discedent quidam a fide &c. Quum enim constet circa fidem naufragium fecisse nonnullos, nequaquam (inquit) mireris, si quidam ex hoc tempore Christiani, Iudæorum ritus tutantur. Est nanq; ut in deteriora prolabantur, futurum, qui sectari Christum uidentur. Hæc quidẽ non de Iudæis prædicit, quippe qui superioribus fuere temporibus, sed de Marchionistis, & Manichæis, & cõteris hæresum sectatoribus. Attendetes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ &c. Horum nanq; suggestionẽ, & opera, & escam detrectabunt, & nuptias. Arguit præterea & reliquas hæreses, quæ omnes per dæmonum fallacias obrepserunt, & doctrinã. Nec tamen has apertius patefacit, ne illas in animos disseminet hominũ, sed eam, quæ iam obrepisset, escam (ut diximus) &

A ij nuptias

Textus.

Virginitas uera, puritas animi.

Virgo non est, quæ mundi curã suscipit.

Textus.

Virginitate nihil honestius, uel purius.

Textus.

Textus.

Textus.

Textus.

Philip. 4. 4. e uodiam.

Paulus uxorem non habuit.

nuptias detrectantem, in praesentiarum ostendit: In hypocrisis loquentium mendacium &c. Hoc est, ea, in quibus hi deprehenduntur mendaces, non ut ueritatis ignari mentiuntur, sed prudentes, scientesque falsa haec esse, pro ueris docere dissimulant: Et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere: Hoc est, uitae sunt nequioris. Et quum sibi sint hi multarum sordium conscientia, eo, & illorum conscientia, & ineluibiles habet uitae institutiones impurioris, & matrimonium improbat. Nam si eorum uita purior esset, & conscientia labe careret, nunquam quae Deus benedicendo probasset, uituperarent. Qui tamen haud faciunt secus, ac solent qui quum laborant ex stomacho, eo cibum repudiant, quia noxios intus humores contineant. Quid igitur? Num ipsi nuptias prohibemus? Absit. Quin potius ipsum ad coelibatum hortamur, qui nuptias fugiat, eoque & honoratior sit. Haud tamen propterea ignominiosae sunt nuptiae, sicut neque ob id contemnetur argentum, quia maioris sit precij aurum. Quod enim honoratius est, honore illud excedit, quod sit honoratum. Et melior quispiam quod bonum est, superat bonitate, non malum. Qui potest itaque, habeat secum uirginitatis hoc aurum: qui minus, nuptiarum argentum excipiat. Quod autem nonnulli citant ut Paulum habuisse uxorem probent, Theophylactus antedictus non de uxore intelligit. Vnde illud Apostoli, Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, hoc modo exponit: Foeminae utique locupletiores sequebantur Apostolos, illisque & necessaria ministrabant, & uacuos curis quibusuis reddebant, ut praedicationi duntaxat intederent uires. Ad uerte autem quemadmodum omnium postremum posuerit Petrum, ut eum coeteris arguat praestantiorum: Quid enim (inquit) alios commemorauerim, quando quidem uel Petrus ipse hoc faceret? Fratres autem domini Iacobum dicit Hierosolymorum episcopum, & Iohannem, & Simonem, & Iudam. Hi namque carnis necessitudine erant Christo coniuncti, ut ex uirginis sororibus orti. Et exponens illud Euangelicum, Si ad istum modum habet causa hominis cum uxore, non expedit contrahere matrimonium, turbantur discipuli, & dicunt: Si propterea coniuncti sunt, ut unum sint, & indiuisi maneant per omnem uitam, ut etiam si poenitenda alioqui sit mulier, eam eijcere non liceat, non expedit matrimonium contrahere. Leuius fuerit matrimonium non contrahere, sed pugnare, & certare cum naturalibus concupiscentijs, quam sustinere malam mulierem. Causam enim hominis cum muliere dicit perpetuam, & inseparabilem unionem. At ille dixit illis: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed quibus datum est: Postquam dixerunt Apostoli melius esse non uenire ad nuptias, dicit dominus magnam esse uirginitatis possessionem, at eam non ab omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat, quorum cooperator est Deus. Nam hoc loco, Datum est, ualet, Quibus cooperatur Deus. Illis autem datum est, qui petunt. Petite enim (inquit) & dabitur. Omnis enim (inquit) qui petit, accipit. Sunt enim Eunuchi &c. Paucorum est (inquit) uirginitatis uirtus. Sunt enim eunuchi ex utero matris, hoc est, sunt quidam, qui propter naturae constitutionem, ad coitum non sunt idonei, qui & sine utilitate casti sunt. Sunt & qui eunuchi fiunt ab hominibus. Qui autem seipso eunuchos faciunt propter regnum caelorum, non sunt hi, qui uerenda sibiipsis amputant. (Nabedictum enim hoc) sed qui continentia sunt. Intelligit autem & sic. Est eunuchus a natura, quum propter naturalem complexionem, non mouetur ad ueneria. Ab hominibus autem eunuchus fit, quum ex humano praeepto carnalis concupiscentiae incedum excindit. Qui autem seipso castrat, non ab alio, sed a seipso doctus est, & sua sponte ad continentiam inclinatur. Hic igitur & optimus est, qui non alteri, sed sibiipso dux fuit ad regnum caelorum. Volens autem sponte nos operari uirginitatem, inquit, Qui potest capere, capiat. Non enim cogit uirginem esse, neque nuptias destruit, sed uirginitatem praefert. Et Anselmus, exponens illud Apostoli, Euchodiam rogo &c. Euchodia, & Syntichen erant matronae religiosae, quae praedicatores suscipere solebant. Et forte audierat illas Apostolus a fide dissentire, ideoque nominatim rogauit, ut id ipsum, quod coeteri, scirent in domino, id est, in eius fide. Quasi dicat, Omnes moneo stare, sed specialiter Euchodiam, & Syntichen, quia plus de eis timeo: Etiam rogo & te o germane compar, id est, coadiutor meus in praedicatione, adiuua illas, firmando tuis exhortationibus, & instructionibus, atque orationibus, ut possint unanimes stare in fide. Quae non sunt paruipendendae, quia mecum laborauerunt in Euangelio, id est, de labore suo ministrauerunt mihi stipendium in praedicatione Euangelij. Laborauerunt (inquam) cum Clemete, qui in hoc laborabat, & cum coeteris, qui me adiuuabant. Iste Clemens fuit tertius papa Romanus. Vel adiuua illas cum Clemete, & coeteris adiutoribus meis, id est, tu, & coeteri adiutores mei, qui sunt Philippis, adiuuate illas. Adiutores dico, qui non frustra laborauerunt, ut me adiuuarerent, quia nomina eorum scripta sunt in libro uitae, id est, assignata tenentur ad uitam in memoria diuinae praedestinationis. Quis est enim liber uitae, nisi memoria Dei, in qua sunt illi, qui uiuunt in aeternum? Et exponens illud Apostoli, Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus &c. Ecclesia quidem (inquit) est columna, & firmamentum ueritatis: sed tamen spiritus sanctus manifeste in me, uel per me dicit, quia in nouissimis temporibus, id est, regnate Antichristo, uel antea, discedent a fide quidam notabiles, propter cuiusmodi discessionem dictum est, Nisi uenerit discessio prima. Et quia tales

1. Cor. 9. a.

Matth. 19. b.

Illic.

Matth. 7. a.
Matth. 19. b.
Eunuchorum tria genera.

Anselmus.
Philipp. 4. a.

Clemens papa tertius.

Liber uitae quod sit.
1. Tim. 3. a.

2. Tessal. 2. a.

tales surrecturi sunt, ideo uigilandum ne nostris temporibus surgant, uel si surrexerint, ne alios seducant. Discedet enim a fide ueritatis, attendentes spiritibus erroris, id est, daemones, qui per artem fallaciae loquentur eis, uel apparebunt, & aliqua uelut bona dabunt, ut eos errare faciant, uel in errore detineant, sicut Agimnensibus haereticis nouimus contigisse, quos daemones in equorum specie noctibus apparatus portat per aera ubicumque uoluerint, & copia eis temporalium rerum ministrant, atque prauis dogmatibus imbuunt. Vel attendentes spiritibus erroris, id est, haesiarachis, in quibus maligni spiritus loquentur, & errorem docebunt. Et attendentes doctrinis daemionorum, id est, hominum daemonia habentium, loquentium mendacium in hypocrisis, id est, simulata religione, ut magis decipiant. Et habentium conscientiam suam cauteriatam, id est, corruptam, & putrefactam, atque putredinem cum foetore semper emittentem. Daemionum dico, prohibentium nubere, & abstinere iuentium a cibis, quos Deus creauit. Hoc Agimnenses faciunt, & Manichaei, nonnullique alij fecerunt. Ille enim prohibet nubere, qui hoc esse malum dicit, non qui huic bono aliquid melius anteponit. Multum ergo interest inter hortantes ad uirginitatem, bono minori bonum amplius praeposendo, & prohibentes nubere concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est uehementius accusando. Item multum interest inter abstinentes a cibis propter sacratae significationem, uel propter corporis castigationem, & abstinentes a cibis quos Deus creauit, dicendo quod eos Deus non creauit. Nam & primi patres nostri a quibusdam cibis abstinuerunt, sed edomandi corporis causa propter animam in orationibus amplius humiliandam, non solum a carnibus, sed a quibusdam terrae fructibus abstinere, uel semper, sicut pauci, uel certis diebus, atque temporibus, sicut per quadagesimam ferere omnes. Manichaei uero ipsam creaturam negabant esse bonam, & dicebant esse immundam, eo quod carnes diabolus operaretur. Et ab eis huiusmodi temperabant, quod non significatione, sed natura malae, & immundae essent.

Agimnenses haeretici.

Quid diuus Augustinus scribat in eadem uerba Pauli. Cap. V.

Diuus autem Augustinus libro de moribus Ecclesiae primo, cap. 35. hoc modo scribit: De quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere &c. usque, Alius uero sic: Satis ne (inquit) uobis uideatur Apostolus & fortibus demonstrasse quid summum, & imbecillioribus permisisse quod proximum est? Nam non attingere mulierem, summum ostendit esse, quum ait, Vellem omnes homines esse sicut me ipsum. Huic autem summo coniugalis castitas proxima est, ne homo fornicatione uastetur. Et libro de nuptijs, & concupiscentia, cap. 3. Donum Dei esse (inquit) etiam pudicitiam coniugalem beatissimus Paulus ostendit, ubi de hac re loquens, ait: Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed unusquisque proprium donum habet a Deo &c. Ecce & hoc donum esse dixit a Deo, & si inferius, quam illa continentia, in qua omnes uolebat esse sicut seipsum, tamen donum a Deo. Vnde intelligimus, quum haec praecipitur, ut fiant, nihil aliud ostendi, quam inesse nobis oportere ad haec accipienda, & habenda, etiam propria uoluntatem. Quum uero Dei dona esse monstrantur, a quo petenda sint discitur, si non habentur, & cui sint agenda gratiae, si habentur, nostrasque uoluntates ad haec expetenda, sumenda, retinenda parum ualere, nisi diuinitus adiuuentur. Et cap. 13. Quod scriptum est, Tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu, super illud atque hoc tempus agnoscitur distributum. Illud quippe fuit amplectendi, hoc autem continendi ab amplexu. Itaque & Apostolus quum hinc loqueretur, ait: Hoc autem dico fratres, tempus breue est &c. Hoc (inquit) dico fratres, tempus breue est, non adhuc populus Dei propagandus est generatione carnaliter, sed iam regeneratione spiritualiter colligendus. Reliquum est ergo, ut & hi, qui habent uxores non carnali concupiscentiae subiugentur, qui flent tristitia praesentis mali, gaudeant spe futuri boni: & qui gaudent propter temporale aliquod commodum, timeant aeternum iudicium: & qui emunt sic habendo possideant, ut amando non haereant: & qui utuntur hoc mundo, transire se cogitent, non manere. Praeterit enim figura huius mundi. Volo uos (inquit) sine sollicitudine esse, hoc est, uolo sursum cor in his quae modo praetereunt, uos habere. Qui sine uxore est &c. Et libro unico de gratia, & libero arbitrio, cap. 4. Domino (inquit) loquenti, quum dixissent discipuli, Si talis est causa hominis cum uxore, non expedit nubere, respondit eis: Non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Nunquid non liberum arbitrium Timothei est exhortatus Apostolus, dicens: Contine te ipsum? Et in hac re potestate uoluntatis ostendit, ubi ait: Non habes necessitatem, potestate autem habes suae uoluntatis, ut seruet uirginem suam, & tamen non oes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est. Quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod uolunt: quibus autem datum est, sic uolunt, ut impleant quod uolunt. Itaque ut hoc uerbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia coniugali, nepe Apostolus ait, Quod uult faciat, non peccat si nubat, & tamen hoc Dei donum est, dicente scriptura, A domino iugitur mulier uiro. Ideo doctor gentium & pudicitiam coniugalem, per quam non fiunt adulteria, & perfectiorum continentiam, per quam nullus concubitus quaeritur, sermone suo commendans, & hoc, & illud donum Dei esse monstrat, scribens ad Corinthios, & admonens coniuges, ne se inuicem

Augustinus.
1. Cor. 7. a.

Ibidem b.

1. Cor. 7. b.

Eccis 3. a.

1. Cor. 7. c.

Illic f.

Matth. 19. b.

1. Timot. 5. d.
1. Cor. 7. g.

Matth. 19. b.
1. Cor. 7. g.

Prouerb. 19. d.

1. Cor. 7. a.

A iij fraudent,

Illic b.

Sapient. 8. d.

Iacob. 1. b.

Rom. 12. d.

Virginitas Deo dicata honoratur.

Virginitas etiã corporis spiritus talis est.

Virginitas angelica portio, quid sit.

1. Cor. 7. c.

1. Cor. 7. c.

1. Cor. 13. e.

1. Cor. 7. e.

1. Cor. 7. e.

Ibidem.

Ibidem.

fraudēt, quos quū admonuisset, adiecit, Vellē autē omnes homines esse sicut meipsum, quia utiq; ipse ab omni cōcubitu cōtinebat. Et cōtinuo subiūxit, Sed unusquisq; propriū donū habet à Deo, alius sic, alius autē sic. Nūquid tam multa, quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes, & adulteria cōmittantur, indicat aliud, quàm liberū arbitriū? Neq; enim præciperētur, nisi homo haberet propriā uoluntatē, qua diuinis præceptis obediret: & tamē Dei donū est, sine quo seruari castitatis præcepta nō possunt. Vnde ait ille in libro sapiētia, Quū scirē quia nemo esse potest cōtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiētia, scire cuius esset hoc donū. Vt autē ista nō seruentur castitatis sancta mādāta, unusq; tētatur à cōcupiscentia sua abstractus, & illectus. Vbi si dixerit, Volo seruare, sed uincor à cōcupiscentia mea, respōdet scriptura libero eius arbitrio, Noli uinci à malo, sed uince in bono malum, quod tamen ut fiat, adiuuat gratia. Et libro unico de sancta uirginitate, capite octauo: Nulla (inquit) fœcūditas sanctæ uirginitati etiã carnis comparari potest. Neq; enim & ipsa, quia uirginitas est, sed quia Deo dicata est, honoratur, quæ licet in carne seruetur, spiritus tamen religione, ac deuotione seruetur. Ac per hoc spiritalis est etiã uirginitas corporis, quam uouet, & seruat continentia pietatis. Sicut enim nemo impudicē utitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia: ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate. Porro autem si pudicitia coniugalis, quamuis custodiatur in carne, animo tamen, nō carni tribuitur, quo præside, atq; rectore, nulli præter proprium coniugium caro ipsa miscetur, quanto magis, quantoq; honoratius in animi bonis illa cōtinentia numerāda est, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis uouetur, consecratur, seruetur? Et capite 13. Virginalis integritas, & per piam continentiam ab omni cōcubitu immunitas, Angelica portio est, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcūditas carnis, omnis pudicitia coniugalis. Illa non est in potestate, illa non est in æternitate. Et infra: De uirginibus autem præceptum domini nō habeo & c. Ecce (inquiunt peruersi) ubi manifestat Apostolus hoc propter præsentem necessitatem bonum esse, non propter futuram æternitatem, quasi præsentis necessitatis rationem haberet Apostolus, non prouidens, & consulens in futurum, quum omnis eius dispensatio non nisi ad uitam æternam uocet. Præfens ergo est uitanda necessitas, sed tamen, quæ aliquid bonorū impedit futurorum. Qua necessitate uita cogitur coniugalis cogitare quæ mundi sunt, quomodo placeat uir uxori, uel uxor uiro, non quod ea separent à regno cœlorum, sicut sunt peccata, quæ ideo præcepto, non consilio cohibentur, quia domino præcipienti non obedire, damnabile est: sed illud quod in ipso Dei regno amplius haberi posset, si amplius cogitaretur, quomodo placendum esset Deo, minus erit utiq; quum hoc ipsum minus coniugij necessitate cogitatur. Ideo de uirginibus (inquit) præceptum domini non habeo. Præcepto enim quisquis nō obtemperat, reus est, & debitor pœnæ. Proinde quia uxorem ducere, uel nubere peccatum non est, si autem peccatum esse, præcepto uetaretur, propterea præceptum domini de uirginibus nullum est. Sed quoniã deuitis, remisissis peccatis, adeunda est uita æterna, in qua est quædam egregia gloria, non omnibus æternum uicturis, sed quibusdam ibi tribuenda, cui consequendæ parum est liberatum esse a peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori uoueat, quod non sit criminis non uouisse, sed uouisse, ac reddidisse, sit laudis. Consiliū (inquit) do, tanquam misericordiã cōsecutus à Deo, ut fidelis essem. Neq; enim inuidere deo fidele consiliū, qui nō meis meritis, sed Dei misericordia sum fidelis. Existimo itaq; hoc bonum esse propter præsentē necessitatē. Hoc est (inquit) unde præceptū domini nō habeo, sed consiliū do, hoc est, de uirginibus existimo bonū esse propter præsentem necessitatem. Noui enim quid præsentis temporis, cui coniugia seruiunt, necessitas cogat, ut ea, quæ Dei sunt, minus cogitētur, quàm sufficit adipiscendæ illi gloriæ, quæ nō erit omnium, quāuis in æterna uita, ac salute manentiū. Stella em̄ à stella differt in gloria, sic resurrectio mortuorū: Bonū est ergo homini sic esse. Deinde adiungit Apostolus, Ligatus es uxori & c. Horum duorum quod prius posuit, ad præceptū pertinet, cōtra quod nō licet facere. Nō enim licet dimittere uxore, nisi ex causa fornicationis, sicut in Euāgelio dominus dixit. Illud autem quod addidit, Solutus es & c. cōsiliū sententia est, nō præcepti. Licet itaq; facere, sed melius est non facere. Addidit autem, Tribulationē carnis habebunt huiusmodi & c. Hoc modo exhortans ad uirginitatem, continentiamq; perpetuā, ut aliquantulū à nuptijs etiã deterreret, modestē sanē, nō tanq; à re mala, & illicita, sed tanq; ab onerosa, ac molesta. Aliud enim est admittere carnis turpitudinem, aliud habere carnis tribulationē. Illud est criminis facere, hoc laboris est pati, quem plerunq; homines etiã pro officijs honestissimis non recusant, sed pro habendo coniugio iam hoc tempore, quo non per carnis propaginem uenturo Christo ipsius prolis propagatione seruitur, istam tribulationē carnis, quā nupturis prædicat Apostolus, suscipere tolerandā, perstulū esset, nisi timeretur incōtinentibus, ne tentate Satana, in peccata dānabilia laborēt. Quod autē se dicit eis parcere, quos ait, tribulationē carnis habituros, nihil mihi interim sanius occurrit, quàm eū noluisse aperire, & explicare uerbis eandē ipsam carnis tribulationem, quam prænuñciauit eis, qui eligunt nuptias, in suspicionibus zeli coniugalis, in

lis, in procreandis filijs, atque nutriendis, in timoribus, & mœroribus orbitatis. Et infra, cap. 18. Vnde sectatores, & sectatrices perpetuæ continentia, & sacra uirginitatis admoneo, ut bonū suū ita præferat nuptijs, ne malū iudicet nuptias, neq; fallaciter, sed planē ueraciter, ab Apostolo dictū nouerint, Qui dat ad nuptiū, bene facit & c. usq; spiritū Dei habeā. Hæc dominica, hæc Apostolica uerba, hæc sana doctrina est, sic eligere dona maiora, ne minora dānentur. Et capite 22. Apostolus ait, Qui sine uxore est & c. usq; quomodo placeat uiro: Non utiq; (ait) cogitat ea, quæ securitatis sunt in hoc sæculo, ut sine grauioribus molestijs tēpus trāfigat, neq; ad hoc diuisam dicit innuptā, & uirginē ab ea, quæ nupta est, id est, distinctā, atq; discretam, ut innupta in hac uita secura sit propter tēporales molestias euitādas, quibus nupta nō caret, sed cogitat (inquit) quæ sunt domini, quomodo placeat dño & c. Et dominus ait, Nō oēs capiūt uerbū hoc. Sunt enim spadones, qui ita nati sunt & c. Quid ueracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit eos, qui pio proposito ab uxore ducēda se cōtinuerint, castrare seipos propter regnū cœlorū, & cōtra humana uanitas, impia temeritate cōtendit, eos qui hoc faciūt, præsentē tātummodo necessitatē molestiarū cōiugaliū deuīta re, in regno cœlorū amplius quicquam cœteris nō habere. De quibus autem spadonibus loquitur Deus per Esaiā prophetā, quibus se dicit daturū in domo sua, & in muro suo locū nominatū, meliorem multo, quàm filiorū, atq; filiarū, nisi de his, qui seipos castrāt propter regnū cœlorū? Et quū dicit, Dabo eis locū multo meliōrē, ostendit & cōiugatis dari, sed multo inferiōrē. Et ne quis nimium carnalis existimaret in his uerbis aliquid temporale sperandum, cōtinuo subiecit: Nomen æternum dabo eis, nec unquam deerit. Et si fortē hic ipsum æternū pro diuturno conaris accipere, addo, accumulo, inculco: Nec unquā deerit. Æternum hoc nomen quicquid illud est, spadonibus Dei, quod utiq; gloriam quandam propriam, excellentemq; significat, nō erit commune cum multis, quamuis in eodem regno, & in eadem domo constitutis. Nam ideo fortassis & nomen dictum est, quod eos quibus datur, distinguit à cœteris.

Ex eodem Augustino.

Cap. VI.

ET capite 27. Pergite itaq; sancti Dei, pueri, ac puellæ, mares, ac fœminæ, cœlibes, & innuptæ, pergite perseuerāter in finē. Laudate dominum dulcius, quem cogitatis uberius, sperate felicius, cui seruitis instātius, amate ardētius, cui placetis attentius. Vos afferetis ad nuptias agni cantum cum nouū, quale nemo poterit dicere, nisi uos. Sic enim uos uidit in Apocalypsi quidā præ cœteris dilectus agno, qui discūbere super pectus eius solitus erat, & bibebat, & eructabat mirabilia supercœlestia Dei uerbum. Ipse uos uidit duodecies duodena milia sanctorum citharcedorū illibata uirginitatis in corpore, inuolata uirginitatis in corde, & quia sequimini agnum quocunq; ierit, scripsit ille de uobis. Quo ire putamus hunc agnū? Quo nemo eū sequi uel audeat, uel ualeat, nisi uos, ubi nō sunt gaudia sæculi huius uana, nec gaudia qualia in ipso regno Dei cœteris nō uirginibus, sed à cœterorū omnium gaudiorū sorte distincta. Gaudiū uirginum Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christū, per Christū, propter Christū, gaudia propria uirginū Christi, nō sunt eadem nō uirginum, quāuis Christi. Nā sunt alijs alia, sed nullis talia. Et cap. 30. Vos etiã qui hoc nodum uouistis, qui potestis capere, capite. Perseuerāter currite, ut cōprehendatis. Tollite hostias quisq; suas, & introite in atria dñi, nō ex necessitate, potestatem habētes uestre uoluntatis. Neq; enim sicut, Nō mœchaberis, nō occides, ita dici potest, nō nubes. Illa exigūtur, ista offerunt. Si fiant ista, laudātur: nisi fiant illa, dānantur. Illis dñs debitū imperat, uobis autem si quid amplius supererogaueritis, in redeundo reddet. Cogitate quicquid illud est, in muro eius locū nominatum meliōrē multo, quàm filiorum, & filiarū, cogitate illic nomen æternum. Quis explicat quale nomen erit? Quicquid tamē erit, æternum erit. Et exponēs illud Psalmistæ, Vouete, & reddite dño Deo uestro: Sunt (inquit) etiã uota propria singulorum, alius uouet Deo castitatē cōiugalem, ut præter uxorem suam nō nouerit aliā. Alij uirginitatē ipsam ab ineunte ætate uouent. Et infra: Nescio quæ castimonialis nubere uoluit. Aliquid malū uoluit, quia iā uouerat dño Deo suo. Quid autē Paulus dicat de quibusdā quæ uouerunt, & nō reddiderunt, audiamus: Habētes (inquit) dānationem, quia primā fidē irritā fecerunt. Uouerunt enim, & non reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio frater dicat: Recedo de monasterio. Neq; enim soli qui sunt in monasterio peruenturi sunt ad regnum cœlorum, & illi qui ibi nō sunt, ad Deum nō pertinent. Respōdetur ei, Sed illi non uouerūt, tu uouisti, tu retro respexisti. De die iudicij, quū dñs minaret, ait, Mementote uxoris Loth. Vxor Loth liberata est à Sodomis, & in uia posita, retrorsum respexit. Vbi respexit, ibi remansit. Facta est autem statua falis, ut illius contemplatione condiantur homines, cor habeant, nō sint fatui, non retro respiciāt, ne malum exemplum dantes, ipsi remaneāt, & alios cōdiant. Vouete (inquit) & reddite domino Deo uestro. Vidua quæ iam sic permanere uouerat, uoluit nubere. Hoc uoluit quod licuit ei quæ nupsit, sed illi nō licuit, quæ de loco suo retro respexit. Virgo est castimonialis, iam dicata Deo, si antequam uouisset, nupsisset, non damnaretur. Elegit aliquid melius, super

A iij rauit

1. Cor. 7. g.

1. Cor. 7. f.

Matth. 19. b.

Esa. 56. b.

Ibidem.

Ibidem.

Apoc. 14. a.

Virginibus gaudium erit peculiare.

Luca 10. f.

Esa. 56. b.

Psal. 75. b.

Votū cōiugale.

Votum uirginitatis.

1. Timot. 5. b.

Luca 17. g.

Gen. 19. f.

Psal. 75. b.

Virgo Deo dicata, si nupsit, damatur.

rauit quod ei licebat. Si retro respexerit, non quia uoluit nubere, damnatur, sed quia iam ante recesserat, & sit uxor Loth, respiciendo retrorsum. Non sitis pigri qui potestis, quibus aspirat Deus apprehendere gradus meliores, quia non ista ideo loquimur ut non uoueamus, & reddatis. Et in expositione psalmi 83. Qui respiciunt (inquit) retro, & decidunt a proposito, non attendunt cum quanto terrore dictum est, Mementote uxoris Loth. De talibus quid dicit Apostolus Petrus? Cotingit illi res ueri prouerbi, Canis reuersus ad suum uomitum, Premebat enim peccus conscientia peccatorum, accepta indulgentia quasi uomuisses, & reuelatum est peccatum tuum. Facta est bona conscientia ex mala conscientia. Quid rursus conuerteris ad uomitum tuum? Si canis hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Vnusquisque autem fratres charissimi, de loco itineris sui, ad quem proficiedo peruenit, & quem uouit Deo, inde respicit retro, quum ipsum dimiserit. Verbi gratia. Statuit castitatem conjugalem seruare, quando se ad fornicationes conuerterit, retro respexit. Alius ex munere Dei maius aliquid uouit, statuit nec nuptias pati, qui non damnaretur, si duxisset uxorem, post uotum, quod Deo promisit, si duxerit, damnabitur, quia respexit retro: Sic uirgo quae si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Respexit enim retro de loco quo accesserat.

Luc 17. g.
2. Petri 2. d.

Virgo sanctimonialis, si nupserit, adultera est.

Expositio diui Ambrosij in septimum caput prioris ad Corinthios epistolae. Cap. VII.

1. Cor. 7. a.
Ambrosius,

Illic,

Ibidem b.

Ibidem,

Ibidem.

Illic.
Paulus integer fuit corpore, & uirgo.

Illic,

Vri quid sit,
1. Cor. 7. e.

Illic,

DE his autem quae scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non contingere: Prauis sensibus pseudo Apostolorum exagitati, qui nuptias per hypocrisim, ut puriores caeteris uiderentur, spernentes docebant, haec per epistolam ab Apostolo requirebant. Quia enim non oblectabantur hac sententia, praetermissis caeteris, hoc solum requirunt, quibus tamen respondit, bonum esse mulierem non contingere, quanquam non illi istud simpliciter asserant: tamen propter fornicationem, hoc est, ne quid contra legem admittatur, quando quid lex non prohibet, uitatur, Vnusquisque uxorem suam habeat, & unaquaeque suum uirum habeat: Solent enim qui compendium quarunt, errare. Quin enim fieri posset, ut hi ab uxoribus suis se abstinerent, quos in tantis uitijis reperit. Ideo ergo non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa praesumerent, sicut faciunt Manichaei. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: Manifestum est ideo hoc illi dare consilium, ut fornicationem excludat, non ut ad meliorem uitam tendentibus iter claudat. Volebam autem omnes homines esse sicut meipsum: Quantum ergo ad beneuolum, & sollicitum magistrum pertinet, omnes tales, si fieri posset, uolebat esse sicut seipsum. Qualis autem ipse erat, mox in subiectis ostendit, Sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius uero sic: Hoc est, unusquisque iuxta uotum suum donum Dei habet, ut si uelit ipsius nutu Dei possibilitatem consequatur. Ideo non debet quis constringi, ne a licito prohibitus, illicita admittat, sed ipse sibi eligat quid sequatur. Dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. Non diceret, bonum est innuptis, ut sint sicut & ego, nisi esset integer in corpore. Nec diceret, omnes homines uolebam esse sicut meipsum. Si enim habuerit uxorem, & hoc dixit, uirgines esse uolui, sed absit. Sic enim a pueritia spiritu seruiuit, ut huius rei studium non haberet. Quippe quum iuuenulus anticipatus sit a gratia Dei. Postquam dixit unumquodque proprium donum habere a Deo, ostendit in qua re melius est esse propensorem, quia in eo adiuuatur quis, quod uidetur auaritia mentis appetere. Quod si se non continent, nubant: Imitari illos uult contendere, ut se contineant. Quod si impulsu carnis perseverare se uiderint non posse, quia nec sunt promptiores, in eo ipso, ut adiuuentur a Deo, illum enim Deus iuuat, quem uidet tota uirtute contendere, nubant itaque, si uiri timent. Fortem enim poterunt hoc postea adipisci. Digesto enim impedimento, reparat se uoluntas robustiore uirtute. Melius est enim nubere, quam uiri: Non ideo dixit, Melius est nubere, quam uiri, quasi bonum sit uiri, ideo nubere melius: sed consuetudinem secutus est. Solemus enim dicere, Melius est lucrum facere, quam danum. Vri uero, est desiderij agi, uel uinci. Quum enim uoluntas calori carnis consentit, uiritur. Nam desideria pati, & non uinci, illustris uiri est, & perfecti. De uirginibus autem praecipuum non habeo: Hoc ad scripta illorum respondit, sicut supra dixit, De quibus autem scripsistis mihi &c. Consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, ut sim fidelis. Praecipuum de uirginibus negat se accepisse, quia non poterat autor coniugij rem aduersam nuptijs imperare, ne factum suum pristinum accusaret. Consilium autem (ait) do, non quod displiceat, neque quod adulatione fucatum sit, quia ad hoc gratiam consecutus est, ut idoneus sit in dandis consilijs salutaribus. Existimo ergo hoc bonum esse propter praesentem necessitatem, quia optimum est homini sic esse: Bonum dicit esse uirginem permanere. Et quum hoc absolutius ostenderet, propter praesentem necessitatem, ait, Quia optimum est, ut inter bonum, & optimum nihil tam praclarum, atque utile esse cognosceretur, quam est uirginitas, quia non solum & apud Deum uirginitatem commendatiorem docet, sed & apud uitam praesentem, dum necessitates temporis nescit, quas patitur coniugatio, & moerore

moerore partus, simulque orbitates filiorum ignorat. Vt ergo ad hanc affectuam hortaretur praesentis necessitatis exitia lucrari docet has, quae illam dilexerint, ut quum non solum hanc apud Deum locum meliorem habere discunt, ueritiam in praesenti, omni industria hanc appeteret. Vnum enim est quod laborat, ut affectum carnis uincat, in caeteris omnibus libera. Quia enim caro in origine sua est, & natura, usus eius suauis uidetur, & dulcis affectus uidetur, ideo haec superare non breuis gloria est. Vincit es uxori, ne quaesieris solutionem. Haec remediorum consilia sunt. Dicit enim non debere quemquam absolui ab uxore, nisi causa fornicationis. Frequenter enim suas dimittentes sub tegmine continentiae, alias decipiunt, refrigerante proposito. Sed si melius uult uiuere cum uxore sua positus, exhortetur illam, ut sine scandalo purius uiuant. Solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem: Vt sciens hoc magis Deo acceptum, & a necessitate liberum, non quaerat uxorem, ita tamen ut a caeteris temperet. Si quo minus, quid prodest desiderium carnis premere, hoc est, rem licitam spernere, & illicitis subiacere? Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Non utique peccat, quia quod concessum est, facit. Si uero contempserit, meritum sibi collocat, & coronam. Magna enim patientiae est hoc non contingere, quod prohibitum non est. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Non peccat, quia apud Deum ex hac causa libera est. Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi: Hoc est, & si a peccato liberi sint, in hac tamen uita tribulationes habebunt, gemitus uentris, nutrimenta filiorum, uictus, tegumenta, dotes, aegritudo, apparatus domus, uxoris necessitas, mariti dominatio. Ego autem uobis parco. Parcat, quando ad haec magis prouocat, quae tribulationes carnis, & sollicitudines memoratas excludunt. Potest sic uideri parcere, quum permittit, & non contradicit uolentibus, quod onerosum ostendit, Volo uos sine sollicitudine esse: Diminuta enim sollicitudine saeculi, in Dei rebus propensus uigilatur. Qui sine uxore est, cogitat quae domini sunt, quomodo placeat Deo: Quomodo sine sollicitudine simus, ostendit, dicens: Qui sine uxore est, cogitat quae domini sunt. Amputata enim sollicitudine rei uxoriae, quae sola in mundo caeteris grauior est, ad Deum promerendum animus eruditur, si tamen hac spe animus his molestijs se exuat, ut Deo magis seruiat. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Cura enim uxoris, & filiorum, cogitatio mundi est. Nam inter caetera solent aliquando res puniendas admittere, ne illas offendant, sicut refert Zorobabel unus de tribus cubicularijs Artaxerxis in libro Esdrae. Magna enim amaritudo est in domo uxor tristis. Diuisus ideo dicitur, quia non potest & diuinis insistere rebus, & uxoris facere uoluntatem. Diuisa est mulier, & uirgo: Diuisa non utique natura, sed actu: quia legimus in Numeris mulieres uirgines appellatas. Alia ergo sollicitudo mulieris, alia uirginis est: tamen quum dicitur mulier, incertum est quid significet, nisi significatio subsequatur: quum autem dicit uirgo, manifesta locutio est. Hic Apostolus uirginem post mulierem posuit, ut mulierem, non uirginem significaret. Per hoc enim uoluit ostendere uirginem liberam a tedijs, & laboribus, quos patitur mulier uiro copulata. Quae autem non est nupta, sollicita est de his, quae domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu: Id est animo. Dum enim spe caelestium mariti, & filiorum sollicitudinem non suscipit, de domino cogitat, quomodo propositum Deo deuotum custodiat, si tamen in corpore mundo animus terrena abiciens, caelestibus studeat. Animus est enim, qui aut sanctificat, aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundum habere, & animam pollutam, quum merito animae, aut honoratur corpus, aut danatur? Nam quae nupta est, cogitat quae sunt huius mundi, quomodo placeat uiro: Lege enim maritali restricta, sollicita est quomodo impleat ius maritalis officij, subdita mundanis necessitatibus. Hoc autem ad uestra ipsorum utilitatem dico, ut non laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est: Quoniam quibusdam asperum, & graue uidetur, quod utilius, aut melius est propter consuetudinem temporalis usus, ideo post rationem redditam hortatur affectu charitatis simpliciter hoc utilius, hoc honestius esse quod dicit. Honestum est, quia sanctum est, & mundum: utile uero, quia dignitosum est apud Deum, & leue in saeculo. Quid ergo dicemus si uirgines de Deo cogitant, & iunctae uiris de mundo, quae spes relinquitur nubentibus apud Deum? Si enim ita est, dubium est de salute eorum. Nam uidemus uirgines de saeculo cogitare, & matrimonio iunctos dominicis studere operibus. His uirginibus non imputabitur sanctimonialium a Deo, & his matrimonijs erit merces apud Deum, quia quum obligati essent terrenis, & carnis nexibus, operam dederunt ut in futurum aliquid immortalis praemij mererentur. Illis autem non solum non imputabitur uirginitas, sed & poenae subiacentur, qui sub tegmine melioris spei uitam, & conuersationem suam mundali cura, & sollicitudine occupantes, pigros se ad Dei opera agenda fecerunt, sicut dicit Hieremias propheta, Maledictus qui opera Dei facit negligenter. Hi sunt de quibus in alia epistola dicit, Habentes quidem speciem pietatis, uirtute autem eius abnegantes. Apostolus autem his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant caelestibus praecipis, ostendens, & docens quo compendio citius itur ad Deum quia qui propter Deum promerendum uirgo manere uult, sciens quale praemium possit accipere, quia licito temperat, ut melior fiat, simul oia impedimenta carnis spernit, non nescius haec esse, quae gressum curretis uelut oneribus compedum

1. Cor. 7. e.

Illic.

Illic.

Illic.

Illic.

Ibidem.

Illic f.

Illic.

Illic.

Illic.

Illic.

Animus sanctificat, aut pollutat corpus.

Illic.

Illic.

Hier. 48. d.

2. Timot. 3. d.

1. Cor. 7. g.

compedum detinet: Si quis autem turpem se uiderit supra uirginem suam, si sit ultra pubertatem, & sic oportet fieri, quod uult faciat, non peccat, si nubat. Propter quod superius uirginitatem tenendam, & continentiam reddita ratione hortatus est, ita ut penè ad comparationem earum coniugia inutilia, & abiicienda uideantur. Nunc ne nuptias negare putaretur, non peccare uirginem, si nubat, ostendit: sed rem maximi laboris aggredi, quia apud Deum primum non habeat, sicut non habet poenam. Christianos enim uult per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est, iam matura ad usum, melius esse ut secundum concessam legem publice nubat, quam occultè turpiter agat istud, & erubescatur in illa. Qui autem statuit in corde suo firmus, non habes necessitatem, potestatem habet de sua uoluntate, & hoc decreuit in suo corde seruire uirginem suam, bene facit. Hoc dicit, ut qui uirginem habet, cui animus ad nuptias non est, seruet illam, nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quam uidet nubedi uoluntatem non habere. Beneficia enim si praestata sunt, quomogis minime auferenda? Itaque & qui nuptum dat uirginem suam, bene facit: Bene facit, quia licet quod facit: Et qui non dat nuptum, melius facit. Melius facit, quia, & apud Deum meritum illi collocat, & saeculi sollicitudine illam liberat.

Ilic.

Ilic.

Ex Cypriano de uirginibus.

Cap. VIII.

Fructus ceterus
martyrum, sexa
genarius uirgi
num.Virginum ma
gna merces.
Gen. 3. c.Virgines quo
malo careant.Luc. 20. f.
Matth. 22. c.

Gen. 1. c.

Matth. 19. b.

Ioa. 14. d.

Act. 9. c.

1. Cor. 15. f.

Primus (inquit Cyprianus tractatu secundo de habitu uirginum) cum centeno martyrum fructus est, secundus sexagenarius uester est. Ut apud martyres non est carnis, & saeculi contagio, nec parua, & leuis, & delicata congressio: sic & in uobis, quarum ad gratiam merces secunda est. Sit & uirtus ad tolerantiam proxima. Non est ad magna facilis ascensus. Quem sudorem perpetimur, quem laborem, quom conamur ascendere colles, & uertices motium: Quid ut ascendamus ad caelum? Si primum pollicitationis attendas, minus est quod laboras. Immortalitas perseveranti datur, perpetua uita promittitur, regnum dominus pollicetur. Seruate uirgines, seruate quod esse coepistis, seruate quod eritis. Magna uos merces manet, praemium grande uirtutis, munus maximum castitatis. Vultis scire quo malo careat, & quid boni teneat continentiae uirtus? Multiplicabo (inquit mulier) Deus tristitias tuas, & gemitus tuos, & in tristitia paries filios, & conuersio tua ad uirum tuum, & ipse tui dominabitur. Vos ab hac sententia liberae estis, uos mulierum tristitias, & gemitus non timetis, nullus uobis de partu circa filios metus, nec maritus est dominus. Dominus uester, & caput Christus est, ad instar, & uicem masculi, fors uobis, & conditio communis est. Domini uox est illa, dicentis: Filij saeculi huius generant, & generantur. Qui autem habuerit dignationem saeculi illius, & resurrectio a mortuis, non nubunt, neque matrimonium faciunt, neque enim incipiet mori, aequales enim sunt Angelis Dei, quom sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus, iam uos esse coepistis, uos resurrectionis gloria in isto saeculo iam tenetis, per saeculum sine saeculi contagione transitis. Quom castra perseveratis, & uirgines, Angelis Dei estis aequales: tantum maneat, & duret solita, & illa uirginitas, & ut coepit fortiter, iugiter perseveret. Nec monilium, aut uestium quaerat ornatu, sed marum. Deum spectet, & caelum, neque oculos ad sublime porrectos, ad carnis, & mundi concupiscentiam deprimat, & ad terrena deponat. Prima sententia crescere, & generare praecipit, secunda uero continentiam suafit. Quom adhuc rudis mundus, & inanis est, copia fecunditatis generate propagamur, & crescimus ad humani generis augmentum. Quom iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiam possunt, spadonum more uiuentes castrantur ad regnum. Nec hoc iubet dominus, sed hortatur, nec iugum necessitatis imponit, quando manet uoluntatis arbitrium liberum. Sed quom habitationes multas apud patrem suum esse dicat, melioris habitaculi hospitia demonstrat, habitacula ista meliora uos petitis, carnis desideria castrantes, maioris gratiae praemium in caelestibus obtinetis. Omnes quidem qui ad diuinum munus, & patrimonium baptismi sanctificatione perueniunt, hominem illic ueterem gratia lauacri salutaris exponunt, & innouati spiritu sancto a fordibus contagionis antiquae, iterata natiuitate purgantur. Sed natiuitatis iteratae uobis maior sanctitas, & ueritas competit, quibus desideria iam carnis, & corporis nulla sunt. Sola in uobis quae sunt uirtutis, & spiritus, ad gloriam remanserunt. Apostoli uox est, quem dominus uas electionis suae dixit, quem ad promenda mandata caelestia, Deus misit: Primus homo (inquit) de terrae limo, secundus de caelo. Qualis ille est limo, tales & qui de limo, & qualis caelestis, tales & caelestes. Quomodo portauimus imaginem eius qui de limo est, portemus & imaginem eius, qui de caelo est. Hanc imaginem uirginitas portat, portat integritas, portat sanctitas, portat & ueritas. Portat disciplinae Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, ad faciendam misericordiam faciles, fraterna pace unanimes, atque concordēs. Quae uos singula o bonae uirgines obseruare, diligere, implere debetis, quae Deo, & Christo uacantes ad dominum, cui uos dicastis, & maiore, & meliore patre praeceditis. Prouectae annis, iunioribus facite magisterium, minores natu praebete comparibus incitamentum, hortamentis uos mutuis exaltate, aemulis de uirtute documētis ad gloriam prouocate. Durate fortiter, spiritualiter pergitte, peruenite feliciter.

feliciter, tantum mementote tunc nostri, quom incipiet in uobis uirginitas honorari. Et rursus eodem tractatu: Nunc nobis ad uirgines sermo est, quarum quo sublimior gloria, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis, laeta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas. Quantoque plus copiosa uirginitas numero suo addidit, tantum gaudium matris auget. Ad has loquimur, has hortamur affectione potius, quam potestate, non quod extremi, & minimi, & humilitatis nostrae conscij aliquid ad censuram licentiae uindicemus: sed quod ad sollicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatione timeamus. Neque inanis cautio est, & formido uana, quae ad salutis uiam consulit, quae dominica, & uitalia praeccepta custodit, ut qua se Christo dicauerint, & a carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo deuouerint, opus suum consumant magno praemio destinatum, nec ornari iam, aut placere cuiquam nisi domino suo studeant, a quo & mercedem uirginitatis expectant, dicente ipso, Non omnes capiunt hoc uerbum, sed illi, quibus datum est. Sunt enim spadones, qui ex utero matris sunt nati, & sunt spadones, qui seipos castrauerunt propter regnum caelorum, & sunt spadones, qui castrati sunt ab hominibus. Denuo quoque per hanc Angeli uocem continentiae munus ostenditur, uirginitas praedicatur. Hi sunt qui cum mulieribus non se coinquauerunt, uirgines enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit. Neque enim masculis tantum, continentiae gratiam repromittit dominus, & foeminas praeterit: sed quoniam foemina uiri portio est, & ex eo sumpta, atque formata est, in scripturis fere omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculino simul significatur, & foemina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei uirginitas destinatur, quid est illis cum terreno cultu, & cum ornamentis, quibus, dum hominibus placere gestunt, dominum offendunt, non cogitantes esse praedictum: Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus nihil fecit eos. Et Paulus quoque gloriosè, & sublimiter praedicans dicit, Si adhuc hominibus placere uellem, Christi seruus non essem. Continentia uero, & pudicitia, non in sola carnis integritate consistit, sed in cultu, & ornatus honore pariter, ac pudore, ut secundum Apostolum, quae innupta est, sancta sit & corpore, & spiritu. Instruit nos Paulus, & dicit, Coelebs cogitat ea quae Dei sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem matrimonium contraxit, cogitat ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Sic & uirgo, & mulier innupta cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta corpore, & spiritu.

Ex diuo Gregorio de uirginitate, & uirginibus.

Cap. IX.

Diuus quoque Gregorius libro Moralium 15. cap. 9. hoc pacto scribit: Sicut exercitati in bonis operibus electi, nonnunquam plus studet agere, quam eis dignatus est dominus iubere. Carnis enim uirginitas nequaquam iussa est, sed tantummodo laudata. Nam si illa iuberetur, nimirum coniugium iam culpa crederetur, & tamè multi uirtute uirginitatis pollerent, ut uidelicet plus impendant obsequio, quam acceperunt praeccepto: sic plerumque peruersi &c. Et in tertia parte Pastoralis admonitione 28. Admonendi sunt (inquit) qui ligati coniugijs non sunt, ut caelestibus praecceptis eodem rectius seruiant, quod eos ad curas mundi nequaquam iugum copulae carnalis inclinat, ut quos onus licitum coniugij non grauat, nequaquam pondus illicitum terrenae sollicitudinis premit. Sed tanto eos paratioris dies ultionis, quanto expeditiores inueniat, ne quo meliora agere uacantes possunt, sed tamen negligunt, eo supplicia deteriora mereantur. Audiant quid Apostolus, quom quosdam ad coelibatus gratiam instrueret, Non coniugium spreuit, sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit, dicens: Hoc ad utilitatem uestram dico, non ut laqueum uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem praebet sine impedimento dominum obsecrari. Ex coniugijs quippe, terrenae sollicitudines prodeunt, & idcirco magister gentium auditores suos ad meliora persuasit, ne sollicitudine terrena ligarentur. Quem ergo coelibem curarum saecularium impedimentum praepedit, & coniugio se nequaquam subdidit, & tamen coniugij onera non euasit. Admonendi sunt itaque, ut si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, coniugij portum petant. Scriptum namque est, Melius est nubere, quam uri. Sine culpa quippe ad coniugium ueniunt, si tamen necdum meliora uouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonum minus, quod licuit, illicitum fecit. Scriptum quippe est: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno caelorum. Qui igitur fortiori studio intederat, retro conuincitur respicere, si relictis amplioribus bonis, ad minima retorquetur. Et admonitione 29. Admonendi sunt (inquit) peccata carnis ignorantēs, ut tanto sollicitius praecipitem ruinae metuant, quanto altius stant. Admonendi sunt, ut nouerint, quia quo magis loco praeminenti consistunt, eo crebrioribus sagittis insidiatoris impetunt, quia tanto ardentius solet erigi, quanto robustius se conspiciunt uinci, tantoque intolerabilius dedignatur uinci, quanto contra se uidet per integra infirmae carnis castra pugnari. Admonendi sunt ut incessanter praemia

Matth. 19. b.

Ilic.

Apoc. 14. a.

Gen. 2. d.

Psal. 52. b.

Galat. 1. b.

1. Cor. 7. f.

1. Cor. 7. f.

1. Cor. 7. b.

Vouens castita

tem, nubere non

potest.

Luc. 9. g.

Esa. 56. b.

Eunuchi qui dicuntur, et eorum premium. Apoc. 14. 4.

Matth. 19. b.

præmia suspiciant, & libenter proculdubio tentationum, quas tolerant, labores calcabunt. Si enim attendatur felicitas, quæ sine transitu attingitur, leue fit quod transeundo laboratur. Audiât quod per prophetam dicitur: Hæc dicit dominus Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ uolui, & fœdus meum tenuerint, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomē meū à filijs, & filiabus. Eunuchi quippè sunt, qui compressis motibus carnis, affectū in se prauū operis abscondunt. Quo autem apud patrem loco habeantur, offenditur, quia in domo patris, uidelicet æterna mansione, etiam filijs præferuntur. Audiant quod per Ioannem dicitur, Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumq; ierit. Et quod canticum cantant, quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor milia. Singulariter quippe canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi cœteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant, quia per charitatem quidem in illorum celsitudine læti sunt, quāuis ad eorum præmia, nō assurgāt. Audiant peccatorum carnis ignari, quod per semetipsam de hac integritate ueritas dicit. Nō omnes capiūt uerbum hoc. Quod eō innotuit summum esse, quo denegauit omnium, & dū prædicat, quia difficile capitur, audientibus innuit, captum cum qua cautela teneatur. Admonendi sunt itaq; peccata carnis ignorantes, ut & præminere uirginitatem coniugio sciant, & tamen se super coniuges non extollant. quatenus dum & uirginitatem præferunt, & se postponunt, & illud non deserant, quod melius esse æstimant, & se custodiant, quo se inaniter non exaltāt. Hæc ille. Sed cur hæc tam prolixè sunt à me de uirginitate, ac uirginibus digesta? Nempè ob Lutheranas hæreses, quæ iam totam fermè Germaniam infecerunt, non modo uirginitati, ac uirginibus detrahentes, sed & sacras Deo uirgines non solum ut ad sæculum redeant, & uiros ducant: sed illas etiam uirgines monasterijs educatas, monasteria destruentes, nubere cogunt. Quod & contra Euāgelium, & diuī Pauli cōsiliū, & omnes orthodoxos manifestissimè pugnat. Verū (quod turpius est) & maioris profectō impietatis tam sacerdotes, quā religiosi castitatem professi, illas, uel alias, ut lubet, ducūt uxores, & uota, quæ Deo uouerūt, nō modo nō reddunt, uerū etiam ad illa reddenda sese astrictos nō existimant. Sed de his alio in loco, uita comite, & Deo iuuante sumus scripturi.

Quid frumentum mysticè significet.

Cap. X.

Frumentum, bonum in æternū reficiens. Tribulus, malū quod pungit.

Frumentum, spirituale opus. Hordeum, terrenarum rerum dispensatio.

Tribulus, punitionis murmur. Frumentum, electus quisq;.

Quid frumentum mysticè significet, diuus Gregorius lib. Moral. 22. capite 24. exponens id Iob, Pro frumēto oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina, hoc pacto declarat: Pro frumēto quippe tribulus, & pro hordeo spina oritur, quum in retributione ultima, de qua remuneratio laboris quæritur, punctio doloris inuenitur. Ac si aperte dicat: Si iniustum quid erga subditos gessi, si exegi debita, & ipse quod debui, non impendi, si exercitationem boni operis alijs inuidi, pro bonis, quæ in æternum reficiunt, retribuātur mihi in iudicio mala, quæ pungunt. Et notandum quod sicut à frumento hordeū distat, quāuis utruq; reficiat, sic à tribulo spina, quamuis sit unū quod pungat, quia tribulus mollior, & ad pungendum semper durior est spina. Ait ergo, Pro frumēto &c. Ac si patenter dicat, Egisse quidem & magna me bona, & minima scio, sed si nō ita est, pro bonis magnis, mala minima, & pro bonis minimis, mihi respodeant mala maiora, quāuis hoc intelligi & aliter potest. In frumento quippe spirituale opus quod mentem reficit, in hordeo autem terrenarum rerū dispensatio figuratur. In qua sæpe dum seruire infirmis, atq; carnalibus cogimur, quasi sua iumentis alimēta præparamus, atq; ipse nostrorum usus operum, quasi more hordei, habet aliquid de admixtione palarum. Et plerunq; contingit, ut rector qui præest, dum iniusta contra subditos exercet, dum nullo bonos blandimento refouet, dum (quod grauius est) bene operantes quosq; ex inuidia affligit, etiam quædam aliquando faciat, ac si frumentum serat, seseq; in dispensandis terrenis rebus nonnunquam in auariciæ studio, pro utilitate carnalium misceat, & sic eiusdē laboris fructum uelut messē hordei expectet. Sed subiecti quicq; pro eo quod in maximis grauatur, gaudere in eius bonis minimis nequeunt, quia nec hoc opus coram Deo placet, quod alterius operis iniustitia polluit: nec ipsa terrenarum rerum dispensatio pro utilitate subditorum suscipi creditur, quādo is, qui præest, anhelare per auariciam uidetur. Vnde fit, ut ad ipsa etiam pauca bona, quæ fieri inter multa mala cōsiderant, nō laudes, sed gemitus reddant, atq; infirmates murmurent, dum perpendunt puri operis nō esse quod uidēt. Ait ergo, Pro frumēto &c. Ac si aperte dicat: Si magna quæ debui, sollicitè nō feci, pūctiones murmuris à subiectis recipiam, etiam de bono, quod feci. Si neglexerim exhibere quod foueat, iustè in querelam prosiliēs eorum lingua me pungat. Et exponēs illud Iob, Frumentum desiderat nubes, libro 27. Moralium, capite 22. hoc modo scribit: Quid enim electi quicq; sunt, nisi frumenta Dei cœlestibus horreis recondenda? Quæ nunc in triturā areæ paleas tolerāt, quia in hac purgatione sanctæ Ecclesiæ mores cōtrarios reprobos portant, quousq; hæc internus agricola uētilabro iudicij dirimat, & in superna habitacula electos suos, quasi mūda iam grana suscipiens, æternis paleas ignibus tradat. Vnde bene per Matthæū dicitur, Cuius

Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & cōgregabit triticum in horreum *Matth. 3. 6.* suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quousq; ad perfectionem fructuum ueniat, nubium pluuias expectat, ut crescat, quia bonorum mens prædicantium uerbis infunditur, ne ab humore charitatis desideriorum carnaliū sole siccetur. Hoc frumētum supernus agricola in mundo surgere, ac nubes desiderare cōspexerat, quū dicebat, Messis quidē multa, operarij autem pauci. Rogate autē dominum messis, ut mittat operarios in messē suam. Qui igitur hic frumentum, illic messis: qui uero hic nubes, illic operarij uocantur, quia prædicatores sancti & nubes sunt per doctrinam, & operarij per uitam: nubes, quia uerbis influunt: operarij, quia nō desinant agere quod loquūtur. Vnde & subditur, Et nubes spargunt lumē suum, id est, prædicatores sancti exempla uitæ & loquendo, & agendo dilatant. Et diuus Augustinus exponens illud Dauidicum, A tempore frumenti, uini, & olei sui multiplicati sunt: Non uacat (inquit) quod additum est, fuit. Est enim & frumentum Dei. Siquidem est panis uiuus, qui de cœlo descendit, & est uinū Dei. Nam inebriabūtur (inquit) ab ubertate domus tuæ. Et oleum Dei, de quo dictum est: Impinguasti in oleo caput meum. Isti autem multi qui dicunt, Quis ostendit nobis bona, & regnum cœlorū intra se esse non uident, à tempore uini, & olei sui multiplicati sunt, Non enim multiplicatio semper ubertatem significat, & non plerūq; exiguam, quum dedita temporalibus uoluptatibus anima, semper exardescit cupiditate, nec satiari potest, & multiplici, atq; ærumnosa cogitatione distenta, simplex bonum uidere non finitur, qualis est illa, de qua dicitur, Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Talis anima temporalium bonorum decessione, & successione, id est, à tempore frumenti uini, & olei sui, innumerabilibus phantasmatis sic multiplicata est, ut nō possit agere, quod præceptum est: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Ista enim multiplicitas, illi simplicitati uehementer aduersa est. Et Psalmo 64. scriptum est, Et ualles abundabunt frumento, id est, humiles populi multum fructum afferent, ut diuus exponit Augustinus. Et Cassiodorus: Conualles populosi significant humiles, quia nihil his humilius, quæ in quadam terræ concauitate descēdunt. Isti ergo humiles abundabunt frumēto, sicut ille publicanus, qui nec oculos audebat ad cœlum erigere, nec aliqua meritorum præsumptione confidere, abundabit frumento. Nam quia humilis cōuallis fuit, erectus est, quia præstante domino se ipse deiecit, & ideo fortior factus est, quia uires suas inualidas esse confessus est. Et diuus Ambrosius libro de institutione uirginum, capite 14. exponit illud Canticoꝝ, Venter tuus sicut aceruus tritici minuti inter lilia, eo quod cōtinens sibi sit in omnibus Christi ortus in uirgine. In quo uirginis utero, simul aceruus tritici, & lilijs floris gratia germinabat, quoniam & granum tritici generabat, & liliū. Granum tritici, secundum quod scriptum est: Amen amen dico uobis, nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Sed quia de uno grano tritici aceruus est factus, & conualles abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Hoc itaq; granum omnes homines perpetua cœlestium munerum esca saturauit. Consummatum est illud prophetici oris eloquium, dicente eodē Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Et Augustinus. Cibauit illos ex adipe frumenti: Nostis (inquit) adipem frumenti, unde cibantur multi inimici, qui mentiti sunt ei, quos miscuit sacramentis suis. Et Iudæ, quando dedit buccellam, ex adipe frumenti cibauit. Et de petra melle saturauit eos: O ingratos. Cibauit eos ex adipe frumenti &c. In eremo de petra aquam produxit, non mel. Mel sapientia est, primatum dulcoris tenens in escis cordis. Quam multi ergo inimici domini mentientes domino cibantur, non solum ex adipe frumenti, sed etiam de petra melle, de sapientia Christi, quā multi delectantur uerbo eius ex cognitione sacramentorum eius, solutione parabolarum eius, quā multi delectantur, quā multi clamant: Et non est hoc mel de quolibet homine, sed de petra. Petra autem erat Christus. Quā multi ergo satiantur de melle isto, clamant, dicunt: Suaue est, nihil melius est, nihil dulcius uel intelligi, uel dici potuit: & tamen inimici domini mentiti sunt ei. Et in Psalmo iterum scriptum est, Qui posuit fines tuos pacē, & adipe frumenti satiat te: Transijt (inquit) fames, & sitis iustitiæ, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti, nisi panis ille, qui descendit de cœlo ad nos? In patria ipsa quomodo saturabit, qui in peregrinatione sic pauit? Et Cassiodorus: Adipem quippe frumenti dicit ipsam contuibilem deitatem. Vnde sic iustorum sensus reficitur, ut omnem satietatem superare noscatur. Ipse est uerus panis, qui de cœlo descendit. Nam si nos hic corporis sui participatione reficit, quemadmodum ibi satiabit, quos toto lumine suæ deitatis impleuerit? Reuera secura pax, & inuiolata tranquillitas, quando indigentia nobiscum ulla non litigat, nec aliquem lassitudo defatigat, non frigus contristat, non esuries grauat, & cœtera quæ hic nostræ imbecillitati bellum semper infligunt. Ibi autem corporis, animæq; talis est societas, ut nulla inter se aduersitate discordent, sed sibi utraq; gloriosa uolūtate consentiant. Et diuus Hieronymus, Et adipe frumenti satiat te: Frumentum (inquit) adipem habet. O Iudæe responde, frumentum adipem habet? Si ergo frumentum adipem non habet, compelleris necessitate

B necessitate

Ioan. 12. c.

Corpus Iesu, Euangelium, Ioan. 6. f.

Sap. 16. c.

necessitate spiritualiter intelligere. Et adipe frumenti satiat te: Nisi (inquit) granum tritici ceciderit, ipsum solum saluum erit: Si autem ipsum ceciderit, multos saluos facit. Dominus noster granum tritici in terram cecidit, & nos multiplicauit. Sed istud granum frumenti pinguius est, medullam habet, adipem habet. Et adipe frumenti satiat te. Felix est, qui in frumento isto adipem intelligit. Legimus sanctas scripturas. Ego corpus Iesu, Euangelium puto, sanctas scripturas, puto doctrinam eius. Et quando dicit, Qui non comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum, licet & in mysterio possit intelligi, tamē uerius corpus Christi, & sanguis eius, sermo scripturarum est, doctrina diuina est. Si quando imus ad mysterium, qui fidelis est, intelligit. Si in maculam ceciderit, periclitatur. Si quando audimus sermonem Dei, & sermo Dei, & caro Christi, & sanguis eius in auribus nostris funditur, & nos aliud cogitamus, in quantum periculum incurrimus? Pinguis sermo diuinus est. Omnes habet in se delicias. Quicquid uolueris, ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Iudaei, quoniam manna, quando comedebat, secundum uoluntatem uniuscuiusque, sic sapiebat in ore. Ac si dixisset, Qui manna comedebat, si desiderabat mala, si pirum, si uiam, si panem, si carnes, secundum qualitatem, & uoluntatem comedentis, ita & sapor in manna erat: Sic & in carne Christi, qui est sermo doctrinae, hoc est, scripturarum sanctarum interpretatio, sicut uolumus, ita & cibum accipimus. Si sanctus es, inuenis refrigerium: si peccator es, inuenis tormentum.

Quid fulgor, fulgere, fulgur, fulgurare, fulmenque mysticè significant. Cap. XI.

Iob 11. d.

Fulgor meridianus, uirtutis renouatio.

Ecc 1. b.

Psal. 126. d.

Fulgur a miris opera, siue miracula.

Nubes, sancti praedicatorum.

Psal. 17. b.

Abac. 3. c.

Iacula, Dei uerba.

Fulgor armorum, claritas miraculorum.

Arma, miracula.

Acham 3. d.

Quid fulgor mysticè significet, diuus Gregorius insinuat libro Moralium decimo, capite 20, exponens illud Iob, Et quasi meridianus fulgor conserget tibi ad uesperum: Fulgor (inquit) meridianus in uespere, est uirtutis renouatio in tentatione, ut repentino charitatis feruore mens uigeat, quae iam iamque lumē sibi gratiae occubuisse formidabat. Saepē autem non solum flagella atterunt, sed in uniuscuiusque iusti animo, malignorum quoque spirituum tentamenta grassantur, ut exterius ex percussione doleat, & intus aliquatenus ex tentatione frigescat, sed nequaquam gratia deserit, quae quod nos durius ex dispensatione percutit, eo amplius ex pietate custodit. Nam quum te nebfescere per tentationem coeperit, sese iterum lux interna succendit. Et capite uigesimo primo: Sciendum uero est (inquit) quod haec quae ex tentationum spiritalium aduersitate discussimus, iuxta exteriora quoque mala nil obstat intelligi. Sancti etenim uiri, quia summa medullitus diligunt, in infimis dura patiuntur, sed in fine, gaudij lumen inueniunt, quod habere in hoc spacio praecurrentis uitae contemnunt. Vnde nunc per Sophar dicitur, Et quasi meridianus fulgor &c. Peccatoris enim lumen in die, est obscuritas in uespere, quia in praesentis uitae felicitate attollitur, sed aduersitatis tenebris, in fine deuoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad uesperum surgit, quia quanta sibi claritas maneat, quum iam occumbere coeperit, agnoscit. Hinc nanque scriptum est, Timeat Deum, bene erit in extremis. Hinc per Psalmistam dicitur, Quum dederit dilectis suis somnum, haec est haereditas domini. Quid autē fulgur, & fulgurare mysticè significet, idem Gregorius libro Moralium trigesimo, capite tertio, & quarto, exponens illud Iob, Nunquid mittes fulgura, &c. & reuertentia dicent tibi, assumus: hoc pacto insinuat: Fulgura ex nubibus exeunt, quum mira opera ex sanctis praedicatoribus ostenduntur, qui idcirco nubes uocari solent, quia coruscant miraculis, & uerbis pluunt. Et quia humana corda, postquam per praedicationem mota non fuerint, istis miraculorum fulgoribus conturbantur, propheta attestatē didicimus, qui ait, Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Ac si diceret, Dum uerba praedicationis tuae non audiunt, per praedicationum miracula perturbantur. Vnde aliās scriptum est: In lumine iacula tua ibunt, in splendore fulgoris armorum tuorum. Iacula Dei in lumine ire, est uerba eius aperta ueritate resonare. Sed quia saepe homines uerba uitae etiam intellecta despiciunt, adiunguntur etiam miracula. Vnde illic subdit, In splendore fulgoris armorum tuorum. Fulgor quippe armorum, est claritas miraculorum. Armis namque nos tuemur, iaculis aduersa destruimus. Arma ergo cum iaculis, sunt miracula cum praedicationibus. Sancti enim praedicatorum uerbis suis quasi quibusdam iaculis aduersarios feriunt, armis uero, id est, miraculis semetipsos tuentur, ut & quantum sint audiendi, sonent per impetum iaculorum, & quantum sint reuerendi, clarescant per arma miraculorum. Dicitur ergo ad beatum Iob, Nunquid mittes fulgura &c. subaudis, ut mihi. Vadunt enim fulgura, quum praedicatorum miraculis coruscant, & superna reuerentia auditorum corda transfigunt. Reuerentia uero dicunt, Assumus, quum non sibi, sed Dei uiribus tribuunt, quicquid se fortiter egisse cognoscunt. Quid est enim Deo dicere, Assumus: Quoddam nanque in hoc uerbo obsequium declaratur. Reuertentes itaque praedicatorum sanctos dicere, Assumus, est illi laudem tribuere gratiae, à quo se accepisse sentiunt uictoriam pugnae, ne sibi tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operando possunt, sed reuertenti superbiendo non possunt. Videamus itaque fulgur uadens. Claudio cuidam ait Petrus: Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula.

ambula. Et apprehensa eius manu dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatae sunt bases eius, & plantae, & exiliens stetit, & ambulabat. Sed quum hoc de facto Iudaeorum fuisset turba commota, uideamus nunc fulgur rediens, quod ait: Viri Israelitae, quid admiramini in hoc &c. usque, in conspectu omnium uestrum. Iuit ergo fulgur, quum Petrus miraculum fecit: redijt, quum non sibi tribuit, sed auctori quod fecit. Vadunt fulgura, quum praedicatorum sancti mira opera ostendunt, sed reuertendo dicunt, Assumus, quum in eo quod faciunt, ad potentiam auctoris recurrunt. Quod tamē intelligi & aliter potest. Fulgura etenim, id est, sancti uiri mittuntur, & eunt, quum à secreto contemplationis in publicum operationis exeunt, quum de abscondito speculationis intimae, in actiuae uitae latitudinem diffunduntur. Sed reuertentes, dicunt Deo, Assumus, quia post opera exteriora quae peragunt, semper ad finem contemplationis recurrunt, ut illic ardoris sui flammam reficiant, & quasi ex tactu supernae claritatis ignescant. Citius enim inter ipsa licet bona exteriora opera frigesceret, nisi intentione sollicita ad contemplationis ignem incessanter redirent. Vnde recte per Salomonem dicitur: Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant, ut expositum est in dictione, Flumē. Dicatur igitur recte: Nunquid mittes fulgura &c. subaudis, ut ego, qui praedicatorum meos, quum uolero, post contemplationis gratiam ad actiuae uitae ministerium compono, quos tamen semper à bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis reuoco, & modo iussi ad exercenda opera exeant, modo reuocati ad speculationis studium apud me familiarius ueniant. Reuertentes itaque dicunt, Assumus, quia quamuis per exteriora acta parū quid contemplationi deesse uideatur: per ardorem tamen desiderij, quem in mente sua continē accendunt, obsequentes Deo, suam praesentiam ostendunt. Assumus namque dicere, est praesentes se amando monstare. Et exponens illud Iob, Et fulgurans in amaritudine sua: Fulgur (inquit) quum repente desuper uenit, cum terrore ante oculos clarescit, claritatem ostendit, & anteposita percutit. Sic sic uidelicet iniquus, quum gloriam uitae praesentis assumpserit, unde in hoc mundo per potentiam clarus ostenditur, inde agitur, ut in ultimo feriat. Quasi fulgurare iniqui, est in huius uitae honore clarescere. Sed quia splendor gloriae illius aeternae gehēnae supplicij mācipatur, recte nunc dicitur. Fulgurās in amaritudine sua. Qui enim modo quasi ex terrore, & claritate feriens gaudet, inde post, supplicia in perpetuum sustinet. Et quidem de quodam diuine scriptum est, quia epulabatur quotidie splendide, sed aliud est splendere, atque aliud fulgurare. Nonnunquam quippe splendor sine percussione est, fulguris uero nomine, splendor exprimitur cum percussione. Qui itaque in potestate positus alijs nocet, non incongrue fulgurans dicitur, quia unde ipse contra bonos quasi ex luce gloriae extollitur, inde bonorum uita cruciatur. Fulmen uero, est extremi iudicij sententia, ut scribit beatus Gregorius, exponens illud Iob, Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur: Quid appellatione fulminum, nisi tremenda illae extremi iudicij sententiae figurantur? Quae idcirco fulmina uocantur, quia nimis eos quos feriunt, in perpetuum incendunt. Fulmina namque super eum Paulus uenire conspexerat, quum dicebat: Quae dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Haec autem quae in eum mittuntur fulmina, ad locum alium non feruntur, quia iustis gaudetibus foetis, tunc reprobos feriunt. Nam post tritiram uitae praesentis, in qua nunc triticum sub paleis gemit, ita illo extremi iudicij uentilabro inter triticum, paleasque discernitur, ut nec in tritici horreum paleae transeant, nec in palearum ignem horrei grana delabatur. Illa ergo fulmina locum alium nequaquam tangunt, quia uidelicet igne suo non grana, sed paleas incendunt.

Quid fumus, mysticè significet. Cap. XII.

Quid fumus mysticè significet, diuus Gregorius libro Moralium 33, capite 37, exponens illud Iob, De naribus eius procedit fumus, insinuat, dicens: Oculorum quippe acies fumo sauciatur. Fumus ergo de eius naribus procedere dicitur, quia de miraculorum eius insidijs ad momentum caliginosa dubietas in electorum corde generatur. De leuiathan naribus fumus exit, quia ex eius prodigijs mendacibus, etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus, conspectis terribilibus signis, obscura cogitatio coglobatur. Vnde hoc quod iam supra protulimus, ueritatis ore per Euangelium dicitur: Surgēt pseudo Christi, & pseudo prophetae, dabūt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, & si fieri potest, etiam electi. Quia in re ualde quaerendum est, quomodo aut hi, qui electi sunt, induci in errorem possint, aut cur: Si fieri potest, quasi ex dubietate subditur, quum quid faciendum sit, dominus omnia praesciens, praestolatur. Sed quia electorum cor, & trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non mouetur, una hac sententia dominus utriusque complexus est, dicens: Ita ut in errorem &c. Quasi enim iam errare, est in cogitatione titubare: sed protinus si fieri potest, subiungitur, quia proculdubio fieri non potest, ut in errore plene electi capiantur. Et capite 38. Hinc pensare compellimur, per hoc quod de naribus eius fumus procedere dicitur, etiam priusquam apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus fumo pestiferae exhalationis operetur. Quia enim, sicut & superius diximus, B ij fumo

Fulgura, sancti uiri.

Ecc 1. a.

Iob 30. c.

Fulgurare, est in honore clarescere.

Luc 16. d.

Fulgurare, est splendere differt.

Fulmen, extremi iudicij sententia.

Iob 41. c.

2. The 2. b.

Iob 41. b.

Fumus, caliginosa dubietas, obscura cogitatio.

Matth. 24. b. & Marci 13. c.

Fumus, praua cogitatio. fumo oculorum acies infirmatur, non immeritò de eius naribus fumus procedere asseritur, cuius noxijs inspirationibus praua in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna uideatur. Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore uitæ temporalis æstum congerit multiplicium cogitationum. Et uelut fumi globos multiplicat, quia inanissimas præsentis uitæ curas in terrenorum hominum mente coaceruat. Iste fumus ex eius naribus prodiens, aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc nanq; intrinsecus fumum patiebatur propheta, quum dixit: Turbatus est præ ira oculus meus. Huius inundatione premebatur, dicens: Cor meum conturbatum est in me, & lumen oculorum meorum non est mecum. Fumus quippe iste, obtundit acie cordis, quia caliginis suæ nubilo serenitatem intimæ turbat quietis. Cognosci uero nisi tranquillo corde non potest Deus. Vnde per eundem prophetam rursus dicitur: Vacate, & uidete, quonia ego sum Deus. Vacare autem mens non potest, quæ huius fumi inundationibus premitur, quia in ea terrenarum cogitationum uolumina ex præsentis uitæ amore glomerantur. Lumen ergo quietis internæ, hoc fumo amittitur, quia curarum prurigine cordis oculus, dum confunditur, tenebratur. Sed fumus iste aliter electorum animas turbat, aliter reproborum oculos excæcat. A bonorum quippe oculis spiritalium desideriorum flatu respergitur, ne præualente misera cogitatione, densetur. In prauorum uero mentibus quo se licentius per tetras cogitationes colligit, eo ab eis funditus ueritatis lumē tollit. Fumus iste reproborum cordibus quod illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit. Et capite trigesimo nono: Et certè fumi globos nouimus, quia quum alij superius inanescunt, alij inferius surgunt, sicut & in cogitatione carnali, & si alia prauitatis desideria transeunt, alia succedunt. Sæpe autem mens misera quid iam transierit, uidet: sed ubi adhuc retineatur, non uidet. Gaudet de quibusdã uitijs, quod eis subiecta iam non sit, & præcauere, ac gemere negligit, quia eorum uice successerunt alia, quibus fortasse nequius succumbit: sicq; fit, ut dum alia uitia transeunt, & semper alia succedunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Vnde bene per Ioel prophetam dicitur: Residuum erucæ comedit locusta &c. ut in dictione, Erucæ. Scriptum quoq; est in Psalmo: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit &c. Fumus hic in bono positus est (ut inquit Cassiodorus) quia sicut iste terrenus inutiles lachrymas mouet, ita & ille poenitentia calore succensus, fructuose profundit fluentia lachrymarum. In ira eius, tempore quo hic peccatores futuri iudicij timore conturbat, ut eos ad remedium cõuersionis adducat. Ignis est charitas Dei, uirtutum progressionibus crescens, quæ quãtomagis concupiscitur, tanto efficacius ampliatur. Bene autem dixit: A facie eius exarsit, quoniam ipsius illuminatione charitas conceditur eis, qui peccata derelinquunt. Diuus quoq; Augustinus hoc pacto exponit: Ascendit fumus in ira eius, id est, ascendit lachrymosa deprecatio poenitentium, quum cognouissent quid miteretur Deus impijs. Et ignis &c. id est, & flagrantia charitatis post poenitentiam de notitia eius inuadescit. Et alio in loco Psalmista ait: Sicut deficit fumus, deficiat &c. Fumus est ex flama ista compitibili surgens tenebrosa conglobatio, quæ quãto plus extollitur, tanto per inania tenuatur. Hoc peccatores merito comparatur, quoniam ex flama nequitia suæ producunt fumiferas actiones, quæ licet ad altiora, superbia faciente, cõsurgant, necesse est, ut sua magis uelut fumus elatione deficiat. Et alio in Psalmo, Quia defecerunt (inquit) sicut fumus dies mei: Dies mei (inquit Augustinus) tempora mea. Vnde sicut fumus, nisi propter elationem superbiae? Tales dies dignus fuit accipere superbus Adam, unde carnem Christus accepit. Liberauit profecto & à diebus fumi, qui dignatus est habere uocem dierum fumi. Videte fumum superbiae similem, ascendentem, tumescentem, uanescentem, merito ergo deficientem, nõ utiq; permanentem. Et Cassiodorus: Fumum uidemus de flama quidem egredi, sed in auras liquidas tenuissimè dissipari, nec substantia eius manet, quamuis ex corporali incendio generatus esse uideatur. Merito ergo dies peccatorum, globis fumiferis exæquantur, quo inuolutis, ac tetris actionibus decepti homines perdidit. Quod maxime ad superbiã mundi respicit, quæ quãto plus extollitur, tanto amplius euanescit. Iste enim pauper ad humilitatem saluiferam Christi uehementer intentus erat, qui diabolicã arrogantiam, superbiãq; damnabat. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaia, Et creauit dñs super omnem locum &c. nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flammantis in nocte: Fumus (inquit) in hoc loco nõ errorẽ, & ignorantiam, sed gloriam significat, iuxta illud quod in hoc eodem propheta secundum quorundam opinionem lecturi fumus, Et domus impleta est fumo. Et in Iohel de gratia spiritus sancti, quæ descendit super Apostolos dicitur: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt &c. Et rursus, Dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & uaporem fumi. Idipsum significare puto & illud in psalmis, Qui tangit montes, & fumigabit. Et exponens antea Esaia uerba, Et domus impleta est fumo: Postquam (inquit) terra repleta est gloria domini sabaoth, Iudæorum templum impletum est ignorantia tenebris, & caligine, & fumo, qui noxijs est oculis. Vel certè per fumum, templi monstratur incendiũ. Prius enim Euangelium saluatoris in toto orbe prædicatum

catum est, & post quadraginta duos annos dominicæ passionis, capta Hierusalem, templumq; succensum est, Iudæi putant templum impletum fumo, thymiam significare, id est, incensum, & per hoc aduentum diuinæ maiestatis. Et exponens illud Ioel, Et sanguinem, & uaporem fumi: Ignis naturæ (inquit) est duplicis, habet lumen credentibus, habet tenebras, suppliciaq; incredulis, qui appellantur uapores fumi. Iste fumus est amarissimus, qui excæcauit oculos Iudæorum, de quo in Prouerbis legitur: Sicut fumus noxijs est oculis, & immatura uua dentibus: sic iniquitas utentibus ea. Textus tamen hoc pacto habet: Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum in uia. Vbi idem Hieronymus hoc pacto scribit: Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius est oculis: ita sacerdos in Ecclesia prauus per acridinem peccati fidelium sensus obtundere facit, atq; erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei, seu intellectu rectitudinis, dum caligant, uelut fumus excæcat. Sicut hæreticorum perfidia bonis doctoribus molestiam generat, & lachrymas: sic malè uiuens catholicus eis, qui se fidem suam ex operibus ostendere iusserunt, per inertiam grauis est. Oculi quippe, & dentes, prædicatores sunt sanctæ Ecclesiæ, qui ei & recta itinera præuidere, & alimenta spiritalia suggerere solent. Porro acetum quod à uino degenerat, & fumus, qui ab igne ascendens euanescit, eos qui ab Ecclesiastica suauitate, & charitate per superbiam uel inuidiam recedentes, hanc etiam uerbis impugnant, figuratè denunciant, de quibus dicit Ioannes: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Et in Esaia scriptum est: Ab Aquilone enim fumus uenit, & non est qui effugiat agmen eius: Fumus iste (inquit Hieronymus) ardentibus diaboli iaculis suscitatur, qui noxijs est oculis, & contrarius lumini, & ab Aquilone oritur, à quo in Hieremia olla succenditur, & a quo exardescunt mala super omnes habitatores terræ, qui non possunt dicere, Accola sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei, sed in terra habitant. Et nullus est qui fumi huius agmen effugiat. Nemo enim absq; peccato, nec si unius quidem diei fuerit uita eius.

Quid funda mysticè significet.

Cap. XIII.

Quid funda mysticè significet, diuus Gregorius libro trigesimo quarto Moralium, capite sexto, exponens illud Iob, In stipulam uersi sunt ei lapides fundæ, his uerbis insinuat: Quid (inquit) per fundam, nisi sancta Ecclesia designatur? Funda nanq; dum in gyrum mittitur, sicut de illa lapides exeunt, quibus aduersariorum pectora feriuntur: ita sancta Ecclesia, dum uolubilitate temporum per tribulationum circuitum ducitur, fortes ex illa uiri prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur. Vnde & ad prophetam de bonis doctoribus dominus dicit, Deuorabunt, & subiciant lapidibus fundæ. Sancti quippe doctores, qui ad uirtutem & alios instruunt, hostes deuorant, dum eos intra corpus suum per uim conuersionis immutant. Quos lapidibus fundæ subiciunt, quia dum fortes quosq; in sancta Ecclesia uiros instituit, per eos aduersariorum superbientium pectora dura confringunt. Vnde & Goliath immanissimus saxo fundæ moritur, quia singulari sanctæ Ecclesiæ lapide diabolica celsitudo superatur. Leuiathan itaq; iste, quia damnato illo homine assumpto, quoslibet fortes Ecclesiæ uelut infirmos despicit, eorumq; uires temporaliter premit, rectè nunc dicitur: In stipulam uersi sunt ei lapides fundæ. Ac si aperte diceretur: Sanctorum robur quasi in stipulæ molliciem redigit, quorum lingua prius peccus illius duris ictibus tutuduit. Omnem quippe tunc fortitudinem suæ iniquitatis exercens, quãto se ab eis uinci spiritaliter dolet, tanto atrocius contra eos corporaliter præualet. Et quia nil se contra eorum spiritum præualere con siderat, in eorum carne crudelitatis suæ, omnia argumeta cõsummat. Funda quoq; est longanimitas. Vnde diuus Bernardus in sermone de Dauid, & Golia, hoc pacto scribit: Audiuimus ex libro regum Goliath uirum proceræ staturæ, præsumptem super multa fortitudine, & magnitudine corporis sui, uociferantem aduersus phalangas Israël, & prouocantem eas ad singulare certamen. Audiuimus etiam à Deo suscitatum spiritum pueri iunioris, ut indignè ferret uirum spurium, & incircuncisum castris Israël, & Dei summi exprobrantem agminibus. Spectauimus procedentem adulescentulum in funda, & lapide aduersus monstruosæ magnitudinis hominem, loriatum, & clypeo protectum, ac galea, cæterisque terribilem militaribus armis. Si qua in nobis erant uiscera pietatis, nõ potuimus non timere sic ineuntium conflictum, non congaudere uicenti. Laudauimus magnanimitatem paruuli, quod comederet animam eius zelus domus dei, & opprobria exprobrantiũ ei à se nõ duceret aliena: sed tanquam ad propriam moueretur iniuriam, & doleret super cõtritione Ioseph. Mirati fumus tantam in adolescente fiduciam, fiduciam quanta non inueniretur in uniuerso Israël. Collatam deniq; cœlitus uictoriam, & diuinam manifestè patratã uirtute, tam læti suscepimus, quam solliciti certamen expectauimus, armati fide paruuli, & gloriantis propria in uirtute gigantis. Iam si spiritalem secundum Apostoli testimoniũ legem esse nõ ignoramus, & scriptam esse propter nos, non solum exterioris superficiẽ oblectandos aspectu, sed interiorum quoq; sensuum gustu, tanquam medulla tritici satianos, consyderandũ nobis est quis nam uideatur iste Goliath, qui populo

B ij Dei iam

Gollas, superbia uirtutum. Superbia maximum peccati.

Apoc. 3. c.
Ecc. 22. d.

Dauid, manu fortis.
1. Reg. 17. d.
2. Cor. 3. b.

Psal. 54. d.

1. Cor. 14. c.

Psal. 26. a.

Ioan. 21. b.

Matth. 14. d.

1. Reg. 17. d.

Torrens, praesens saeculum.
Ecc. 1. a.

Esa. 40. b.

1. Cor. 14. d.

1. Cor. 7. f.

1. Ioan. 2. c.

Funda, longanimitas.

Dei iam repromissionis terram ingresso, iamq; multis ex hostibus triumphanti, solus exprobrare praesumit, elatus, & inflatus spiritu carnis suae. Credo enim non incongrue in superbo homine superbiae uirtutum designari. Ipsum nanque est peccatum maximum, quod Dei populo magis insultat, & insurgit specialiter aduersus eos, qui caetera iam uideantur uicisse peccata. Hinc est quod prouocat ad singulare certamen, tanquam caeteris iam subactis. Nam & Philistei illo in tempore timebant omnino aduersus Israel inire conflictum, nisi quod de Golia enormis magnitudinis uiro eorum fiducia tota pendebat. Vnde enim eiusmodi animam superbia tentet, quam sibi subiugauit inuidia, seu tepiditas ea, quae solet Deo uomitum prouocare, aut pigritia, quae facit, ut boum stercoreibus lapidetur? Vnde (inquam) ei superbia, unde extollentia oculorum, cui a Deo caetera uirtutes dominantur, ut diiudicari se ab uniuersis tanquam male sibi conscius arbitretur? Quis denique, nisi manu fortis, qui caetera iam sibi potenti uirtute uirtutes subiugauit, aduersus nequissimum superbiae uirtutum dimicaturus accedat? Procedat (inquit) Dauid manu fortis, quoniam non est uincere tantum hostem, nisi in manu forti. Armetur ipse contra Goliath, qui & ursum uicerit, & leonem. Videat sane utrum Saulis ei arma possint prodesse, utrum saculari sapientia, & philosophicis traditionibus, seu etiam diuinarum superficiei scripturarum, qua mirum occidit litera uocat Apostolus: uideat (inquam) utrum his armis debellare superbia, utrum hac uia humilitatem apprehendere possit, ut onerari sese magis, quam roborari sentiens huiusmodi arma, atq; impedimenta proiciat, iactans omnino cogitatum suum in domino, & de propria penitus desperans industria, sola fide armatus, non reputet Goliae proceritatem, ne forte magnitudinis eius mole premae, sed potius psallat spiritu, psallat & mente: Dominus (inquiens) defensor uitae meae &c. Na & Petrus dum nec uictoriam uiolentiam, nec maris profundum, corporisq; podus cōsideraret, in uerbo dñi iactans semetipsum, nec perire potuit, nec timere. At ubi uidit uentum ualidum uenientem, timuit, ipsoq; timore protinus mergi cepit. Simile aliquid etiam nunc athletae nostro rex Saul suadere ietatur: Non potes (inquiens) resistere Philisteo isti, nec pugnare aduersus eum, quoniam puer es, hic autem uir bellator ab adolescentia sua. Verumtamen non acquiescit ille tale aliquid meditari, sed praesumens de uirtute eius, cuius auxilio priora certamina iam uicisset, accedit intrepidus. Colligit igitur (abiectionis armis Saulis) quinque lapides de torrete, quos nimirum (quam leuia quaeq; tolleret) leuigare torres potuit, sed non etiam tollere secum. Torrens quippe, quem pertrahat anima nostra, saeculum praesens est, scriptura teste. Quonia generatio aduenit, & generatio praeterit, tanquam tumens unda, unda impellens. Quia ergo omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri, huiusmodi leuia facile secum trahit torres inundans, uerbum autem domini nullis fluctibus cedens, manet in aeternum. Arbitror proinde non incongrue quinque lapidibus istis quinque uerbum intelligi, cōminationis, promissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Horum quippe uerborum late patens copia in diuinarum reperitur serie scripturarum. Et forte ipsa sunt quinque uerba, quorum meminit Paulus, males quinque uerba loqui in sensu, quam decem milia in lingua. Praeterit enim figura huius mundi. Et iuxta aliud testimonium, Et mundus transit, & concupiscentia eius. Haec autem uerba, transiente mundo, non modo manent, uerum etiam leuigantur magis, dum pertrahuntur pluribus, multiplex est scientia. Iam uero collectos istos lapides contra superbiae spiritum dimicaturus Dauid, in uase memoriae suae reponit, cōsiderans quanta nobis cōminetur Deus, quanta promittat, quanta nobis exhibeat charitatem, & quam multa nobis sanctitatis exempla proponat, quae admodum denique orationum nobis ubique commendat instantiam. Hos (inquam) lapides secum tollat, quisquis superbiae uirtutum debellare festinat, ut quotiens uenenatum audet erigere caput, quibuslibet ex his lapidibus manu cogitationis ei occurrat, percussus in fronte Goliath deiciatur, opertus cōfusione. In quo sane cōflictu, funda quoque necessaria est, longanimitatis formam habens, quam huic maxime certamini nulla ratione deesse necesse est. Quotiens ergo uanitatis cogitatio mentem pulsat, si intimo cordis affectu diuinas expauescere coeperis cōminationes, seu promissiones eius desiderare, non sustinet Goliath utriuslibet lapidis iactum, sed reprimatur ilico tumor omnis. Quod si uenerit in mentem dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi Deus maiestatis exhibuit, an non ilico inardescens ad charitatem prorsus abominari incipis, & abijcere uanitatem? Sic & exempla sanctorum, si diligenti tibi cōsideratione proponas, erit sine dubio ad reprimendam elationem cogitatio ista perutilis. Iam uero si forte insurgente subito elatione, nihil ex his quae diximus, apprehendere quaerit manus tua, toto feruore ad eam conuertere, quae sola restat, orationem, continuo quem eleuatum uideras, & exaltatum sicut cedros Libani, subuersus impius iam non erit. Sed quae fortasse quemadmodum suo ipsius gladio Goliae possis abscindere caput, id enim tanto tibi iocundius, quanto molestius hostis. Dico breuiter, quonia expertus loquor, & qui facile capiatur, & aduertat sine mora, quod in semetipsis crebro sentit actitari quotiens te prouocante uanitate ad recordationem cōminationis diuinae, seu promissionis, & caeterorum, quae supra diximus, cōfundi coeperis, & erubescere, deuictus est quidem Goliath, sed forsitan adhuc uiuit. Accede itaque propius, ne forte resurgat, & stans super eum mucrone proprio caput eius abscinde, de ea ipsa quae te

quae te appetit uanitate perimens uanitatem. Elata siquidem cogitatione pulsatus, si ex ea ipsa materiam, & occasionem sumas humilitatis, quo nimirum humilius deinceps, & abiecius tanquam de superbo homine sentias de teipso, Goliath utiq; Goliae gladio peremisti.

Quid fundamentum mystice significet.

Cap. XIII.

Quid autem fundamentum mystice significet, diuus Gregorius libro Moral. 28. cap. 9. exponens illud Iob, Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae, hoc pacto insinuat: In scriptura sacra quid aliud fundamenta, quam praedicatores accipimus? Quos dum primos dominus in sancta Ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricae structura surrexit. Vnde & sacerdos, quum tabernaculum ingreditur, duodecim lapides portare in pectore iubetur, quia uidelicet semetipsum pro nobis sacrificium offerens pontifex noster, dum fortes in ipso exordio praedicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portauit. Sancti itaque Apostoli, & pro prima ostensione ornamentum lapides sunt in pectore, & pro prima soliditate aedificii in solo fundamenta. Vnde Dauid propheta, quum sanctam Ecclesiam in sublimibus Apostolorum mentibus poni, aedificariq; conspiceret, Fundamenta eius (inquit) in montibus sanctis. Quum uero in sacro eloquio non fundamenta, sed singulari numero fundamentum dicitur, nullus alius, nisi ipse dominus designatur, per cuius diuinitatis potentiam, nutantia infirmitatis nostrae corda solidantur. De quo & Paulus ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ipse quippe fundamentum fundamentorum est, quia & origo est inchoantium, & constantia robustorum. Quia igitur fundamenta nostra sunt hi, qui iniquitatum nostrarum pondera portauerunt, ne beatus Iob in superbia de uirtutum suarum potentia subleuetur, in ipsa dominici prima parte sermonis, de sanctorum praedicatorum commemoratione discutitur, ut quanto illos admirabiles uenire conspiceret, tanto in eorum comparatione de se uilius aestimaret. Quod idcirco a domino iam quasi praeteritum describitur, quia quicquid foris futurum est in opere, intus iam factum est in praedestinatione. Dicitur itaque illi: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae? Ac si aperte diceretur: Virtutem fortium cōsidera, meq; eorum ante saecula autorem pensa, & quum eos, quos in tempore condidi, mirabiles suspicis, perpende quantum mihi subdi debeas, quem autorem mirabilium sine tempore esse cognoscis. Sed haec quae de significatione sanctae Ecclesiae dicta sunt, placet, ut breuiata replicatione moraliter differantur. Dignum namque est, ut per ea quae beato Iob dici cognoscimus, ad corda nostra reuocemur, quia uerba Dei tunc mens uerius intelligit, quum in eis semetipsam quaerit. Ecce enim dicitur: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae? Si peccatoris animus puluis est, quia in superficie attollitur, & tentationis aura raptatur, unde scriptum est: Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proicit uentus a facie terrae, nil obstat terram intelligi animam iusti, de qua scriptum est: Terra enim saepe uenientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis a quibus colitur, accipit benedictionem. Sed huius terrae fundamentum fides est. Huius terrae fundamentum iacitur, quando in occultis cordis prima soliditatis causa diuinus timor inspiratur. Ille necdum credit aeterna, quae audit. Hinc, quum fides datur, ad aedificium subsequens operis iam fundamentum iacitur. Ille aeterna iam credit, nec tamē metuit, uenturi iudicii terrorem despicit, peccatis se carnis, & spiritus audenter inuoluit. Huic repente, quum futurorum timor infunditur, ut bonae uitae surgat aedificium, iam fundamenta construuntur. Posito itaque prosperae formidinis fundamento, quum uirtutum fabrica in altum ducitur, necesse est, ut unusquisq; proficiens uires suas caute metiatur, ut quum diuina cōstructione magnus esse iam coeperit, semetipsum respiciat sine cessatione quod fuit, quatenus attendens humiliter quod per meritum inuentus est, nequaquam sibi arroget quod per gratiam factus est. Vnde & nunc beatus Iob per supernam uocem ad semetipsum reducit, & ne de uirtutibus gloriari audeat, de ante acta uita memoratur, eiq; dicitur: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terrae? Ac si iustificato peccatori aperte ueritas dicat: Virtutes a me acceptas tibi non tribuas, noli contra me de meo munere extolli. Recole ubi te inueni, quando meo timore prima in te fundamenta uirtutum posui. Recole ubi te inueni, quando meo te timore solidauit. Et in epistola ad Ilicium episcopum Hierosolymitanum, ex registro lib. 9. cap. 40. Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quisquis igitur cum dilectione Dei, & proximi fidei, quae est in Christo, firmitatem tenet, eundem Iesum Christum Dei, & hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est, quia ubi Christus fundamentum est, bonorum quoque operum sequatur aedificium. Ipsa quoque ueritas per se dicit: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Et paulo post subiicit, dicens: Ego sum ostium. Ille uero ad ouile ouium intrat per ostium, qui intrat per Christum. Intrat ipse per Christum, qui de eodem creatore, & redemptore humani generis uera sentit, & praedicat, praedicata custodit, culmen regiminis ad officium portandi oneris suscipit, non ad appetitum gloriae transitorij honoris. Curae quoque suscepti ouilis solerter inuigilat, ne oues Dei, aut pueri hoies

Iob 38. a.
Fundamenta, praedicatores.
Exod. 28. c.

Psal. 86. a.
Fundamentum, Christus.
1. Cor. 3. c.

Futurum iam factum est in praedestinatione.
Iob 38. a.

Illic.

Psal. 1. b.
Heb. 6. b.
Terra, anima iusti.
Fundamentum, fides.

Iob 38. a.

1. Cor. 3. c.

Ioan. 10. b.
Ibidem.

B iij praua

Origenes. Ephes. 2. d.

1. Cor. 3. b. Illic c.

1. Pet. 2. d.

Eph. 2. d.

1. Cor. 3. c.

praua loquētes dilaniēt, aut maligni spirītus oblectamēta uitiorū suadentes deuaſtēt. Et Origenes homil. 15. super Leuiticū: Quomodo separari à sacerdotibus potest domus, quæ ædificata est super fundamentum Apostolorum, & prophetarum, in qua est ipse angularis lapis Iesus Christus? Quod autem possit aliquādo domus ista distrahi, hoc est, huiusmodi ædificatio incidere in peccatum, audi, Apostolus Paulus quomodo de talibus dicit: Vt sapiēs architectus fundamentū (inquit) posui, alius superædificat. Vnusquisq; autem uideat quomodo superædificet. Fundamētum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autē supra fundamētum hoc ædificat aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnū, stipulam. Vides ergo quia potes supra fundamētum Christi ædificare ligna, fœnū, stipulam, hoc est, opera peccati, quæ qui ædificat, sine dubio uendidit domum suam emptori pessimo diabolo, à quo unusquisq; peccatum peccati præmiū consequitur, satisfactionem desiderij sui. Hoc si fortē incurrerit aliquis (quod absit) cito redimat, cito reparat, dum tempus est reparandi, dum pœnitentiæ locus est, deprecantes in cōmune, ne æternæ domus habitatione fraudemur, sed digni habeamur recipi in æterna tabernacula. Et homil. 9. super Iesum Nauē: Omnes qui in Iesum Christum credimus, lapides uiui esse dicimur, secundū quod scriptura pronūciat, dicens: Vos autem estis lapides uiui, ædificati domus spiritalis in sacerdotio sancto, ut offeratis spiritalis hostias, acceptabiles. Deo per Iesum Christū. Sicut autem in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus, ut hi quidē lapides, qui ualidiores sunt, & potentiores, primi in fundamenta iaciantur, ut ipsis credi, & superponi possit totius ædificij pondus. Alij uero qui sequentes sunt, id est, paulo illis inferiores, proximi illis, qui in fundamento sunt, ordinentur. Qui uero plus inferiores sunt, paulo superius à fundamentis. Tum deinde in cōparatione lapidum qui infirmiores sunt in superioribus, & prope ipsa iam tecti fastigia collocētur. Ita nunc intellige etiam de lapidibus uiuis esse aliquos in fundamētis huius spiritalis ædificij. Qui autem sunt isti, qui in fundamentis collocantur? Apostoli, & prophetæ. Sic enim dicit Paulus, hæc ipsa docens: Aedificati (inquit) supra fundamētum Apostolorum, & prophetarum, ipso angulari lapide Christo Iesu domino nostro. Vt autē promptiorē te præpares, o auditor ad huius ædificij constructionem, ut lapis aliquis inueniaris uicinior fundamento, disce quia & ipse Christus huius quod nunc descripsimus ædificij, fundamentum est. Sic enim dicit Apostolus: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus. Beati ergo qui supra illud tam nobile fundamentum ædificia religiosa, & sancta construxerint.

De eodem fundamento,

Cap. XV.

Psal. 36. a.

Ephes. 2. d. Illic.

Angularis lapis, Christus.

1. Cor. 3. c.

Fundamentū fū damentorum, Christus.

Fundamenti origo summum tenet.

Diuus autem Augustinus enarrans illud Psalmistæ, Fundamēta eius in mōtib; sanctis, hoc pacto scribit: Qui sunt mōtes sancti, super quos fundata est ciuitas? Apostolus Paulus hoc planius dixit: Superædificati sup fundamētū, Apostolorū & prophetarū. Et quia nec ipsi Apostoli aut prophetæ in quibus fundamētū est ciuitatis se tenerēt in se, secutus ibi ait: Ipso summo cōstitēte lapide angulari Christo Iesu. Habes cōstructionē tantæ ciuitatis. Sed omnis ista cōpages ubi innititur, ubi incumbit, ut nusquam cadat? Ipso (inquit) summo angulari lapide &c. Dicit fortē aliquis: Si angularis lapis est Christus Iesus, in illo quidem duo parietes cōpaginantur. Neq; enim angulum faciunt, nisi duo parietes in unum de diuerso uenientes. Sic & populi duo ex circūcisione, & ex præputio ad pacem Christianam sibi met cōnexi in una fide, una spe, una charitate. Sed si angulus summus Christus Iesus, quasi uidentur priora fundamenta, & posterior lapis angularis. Potest ergo aliquis dicere, quia magis Christus super prophetas, & Apostolos incumbit, non illi super illum, sed illi sunt in fundamēto, ipse in angulo. Sed cogitet qui hoc dicit, angulum & in fundamento esse. Neq; enim ibi est angulus, ubi uidetur, ut surgat in apicem. A fundo enim incipit. Nam ut noueritis, quia fundamentum Christus & primū, & maximum: Fundamentum (inquit) Apostolorum) nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quomodo ergo fundamenta prophetæ, aut Apostoli? Et quomodo fundamētū Christus Iesus, quo ulterius nihil est? Quomodo putamus, nisi quæadmodum aperte dicitur sanctus sanctorū, sic figuratē fundamētum fundamentorū? Si ergo sacramēta cogites, Christus sanctus sanctorū: si gregem subditum cogites, Christus pastor pastorum: si fabricam cogites, Christus fundamētū fundamentorum. In ædificijs istis non potest idem lapis esse in imo, & in summo: Angustias enim omnia penē corpora patiūtur, nec ubiq; esse possunt, nec semper. Diuinitas autē, quæ ubiq; præsto est, undiq; ad eam potest duci similitudo, & totum potest esse in similitudinibus, quia nihil eorum est in proprietatibus. Ergo fundamētū, & lapis angularis ipsa est ab imo surgens, si tamen ab imo. Etenim origo fundamenti huius summitatē tenet. Et quemadmodū fundamētū corporeæ fabricæ in imo est, sic fundamētum spiritalis fabricæ in summo est. Ipse ergo angularis lapis, mōtesq; Apostoli, prophetæ magni portātes fabricā ciuitatis, faciunt uiuū quoddā ædificiū, cuius lapides sunt hi, de quibus

quibus dicitur: Et uos tanquā lapides uiui ædificamini in domū spiritalē. Quare sunt fundamenta Apostoli, & prophetæ? Quia eorū autoritas portat infirmitatē nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intramus ad regnū Dei. Rectē ergo dicitur, Fundamēta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion. Et Theophylactus exponēs illud Apostolicum, Superædificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum &c. Summā (inquit) gentiū cum prophetis. & Apostolis significaturus cōiunctionem, superædificati dixit, tanq; inquit, prophetas, & Apostolos ipsos pro fundamentis subesse: nos uero ueluti impostam molem, structuram reliquam absoluisse. Quod fit, ut omnes unum sitis Dei templum effecti, cuiusmodi illud futurum est, quod super Apostolos struitur, & prophetas, quod alibi inferiorē partem appellat. Prius itaq; Apostolos posuit, & si fuerit tempore posteriores. Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Qui cuncta complectitur, Christus est. Angularis nanq; hic lapis utriq; parietesprehendit, & fundamēta. Aduerte autem quæ admodum non unquam superiori in parte constringere Christum, uniuersam ædificij molem fateatur, quū eundem caput appellat, non unquam inferiori, quū angularem dicit, alibi præterea & fundamentum hunc nūcupat. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctū in domino: In angulari hoc lapide Christo (inquam) omnis ædificatio, hoc est, fideles uniuersi cōstructi, & in unum coacti, tanq; simul progeniti, & inseparabili nexu detenti, augentur, & coalūtur, & ita ut Dei templū efficiantur. Et diuus Ambrosius in cōmentarijs: Superædificati super fundamentum Apostolorum, & prophetarum, hoc est, supra nouū, & uetus testamentum collocati. Quod enim Apostoli prædicauerūt, prophetæ futurū dixerunt, quibus dicat ad Corinthios, Deus primū posuit in Ecclesia Apostolos, secūdo prophetas. Sed hi, alij prophetæ sunt, illo enim loco de ordinatione Ecclesiæ disputat, hic uero de fundamēto Ecclesiæ. Prophetæ enim disposuerunt. Nam Apostoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit dominus ad Petrum: Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, hoc est, in hac catholica fidei confessione statuo fideles ad uitam. Nam & Dauid disposuit domum Dei, & signauit locum ubi fieret, Salomon uero fundauit eam. Ipso summo angulari lapide &c. Hic sensus est. Vnde dominus ait: Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam. Duos enim populos in se suscepit saluator, & fecit unū in domino, sicut & lapis angularis duos parietes continet in unitate domus firmatos. Fideles enim superficies sunt templi Dei in spiritu cōuersantes, ut possint hæredes fieri celestis habitationis. Et Hieronymus in cōmentarijs: Superædificati su. fun. Apost. & prophet. noui testamēti, in quibus Agabus fuit. Christus est etiam fundamētum, qui etiam lapis dicitur angularis, duos coniūgens, & cōtinens parietes. Ideo autem fundamētum, & summus est, quia in ipso fundatur, & consummatur Ecclesia. Crescit in templum sanctū in domino. In templo nō possunt lapides nisi sancti poni. Ad comparisonem templi Hierusalem dixit extrui corpus Christi, id est, Ecclesiam, & multo maiorem mundiciam, & sanctitatem habet ueritas, quā imago. In quo & uos coædificamini in habitaculū Dei in spiritu sancto: Vt quū Apostolis, & prophetis suis habitaculū Dei spirituale, non manufactū. Et in Apocalypsi scriptū est: Et murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim, noīa duodecim Apostolorū, & agni. Et infra: Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata, & fundamētum primū, iaspis &c. Et fundamenta (inquit) muri ciuitatis, qui est Apostoli omni lapide precioso ornata, id est, omni genere uirtutum, & fundamentum primū iaspis, id est, Petrus Christi uicarius, qui dicitur iaspis ob fidei uirtutem non marcescētem. Secūdum Sapphirus, id est, coloris celestis, & Paulum significat, qui raptus fuit usq; ad tertium cœlum, qui simulis fuit sereno cœlo, qui percussus radijs solis, id est, Christi, qui illum è cœlis uocauit, ardentem emisit fulgorem, cuius conuersatio in cœlis fuit. Quia uero sole innouatus ardentius æterna quæsiuit, & alios quærere docuit. Tertium calcedonius, qui colorē habet pallētis lucernæ, q; fulget sub diuo, in domo obscurus, omniū sculptitiū argumētis resistit radio solis, uel digitorū attritus excādēs paleas ad se trahit. Significat ergo diuū Ioānem, qui flamma internæ charitatis semper fuit accēsus, qui foris despectus, in occulto lucebat, & bona in abscondito agebat. Sed quū alijs prodesse putabat, tūc apparebat quid intus fulgoris habebat. Sculptūbus resistit, quoniā inter aduersa sæculi, fortis, & infecabilis fuit, & à nullo uinci potuit. Et calefactus radijs solis, id est, Christi, uel digiti, id est, spiritus sancti, paleas, id est, peccatores ad se traxit. Quartus smaragdus, qui nimia est uiriditatis, omnes in uiriditate superans hærbas, ac frondes, ut & aërem circūfluum uiridē reddat, & Iacobū notare potest Apostolū, qui miræ fuit uiriditatis, & tantæ uirtutis, ut propter ipsius mortē putauerit Iosephus Hierusalē penitus fuisse destructam. Quintū Sardonyx, qui nigredinē in imo, candorē in medio, & ruborē in summo habet, significans Iacobū maiorem, qui per humilitatem niger, id est, despectus fuit, sed candidus in medio, id est, in corde, & in summo rubeus per martyrium. Nam primus inter Apostolos martyrio coronatus fuit. Sextum, sardius, qui est sanguinei coloris, martyrium significans, & Andream significat, qui uidens à longē crucem sibi paratam, ait: O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo preparata, securus, & gaudens uenio ad te. Nam & hic lapis & hominem lætificare, tm

1. Pet. 2. a. Fundamēta ciuitatis dicuntur Apostoli, & prophete. Psal. 36. a. Ephes. 2. d. Theophylactus illic.

Col. 1. c. 1. Cor. 3. c.

Aedificatio, fideles in unū col lecti. Ephes. 2. d.

1. Cor. 12. d.

Math. 16. c. 1. Par. 2. 9. b. & c. Math. 16. c.

Act. 11. d.

Apoc. 21. d. & f.

Iaspis, Petrus. Sapphirus, Paulus.

Philip. 3. d. Calcedonius, Ioannes.

Smaragdus, Iacobus minor.

Sardonyx, Iacobus maior.

Sardius, Andreas.

Chrysolithus, Matthaeus. care, timore expulso, dicitur. Septimum Chrysolithus, qui aureum habet fulgorem, & scintillas arduentes uidetur emittere, & nocturnos timores pellere asseritur, significans Matthaeum Apostolum, & Euangelistam, qui fuit aurei fulgoris in Euangelio, & scintillas emisit arduentes praedicationum, & miraculorum, quibus populos Aethiopum ad Christi fidem conuertit. Octauum Beryllus, qui lucet ut aqua sole percussa, & manu urit tenentis, quaquam nonnulli asserant uiridis, & pallētis esse coloris, & reddere hominē (ut dicitur) mitem, atq; benignū, & significat Simonē fratrem Iudae, qui tam uita, quam praedicatione luxit, ac splēdit, ut multos cum fratre ad Christū cōuerteret sua māfuetudine, & benignitate, quaquam exterius pallidū uideretur habere colorē, id est, hominem esse cōtemptilibē. Nonū Topazius, qui aureū habet colorem, & aetheream habet claritatē, & quū splēdore solis tangitur, omniū superat claritatē gemarū, & significat Bartholomaeū, qui aurei coloris fuit ob sapientia, & aetheream habuit claritatē ob orationum frequētiā. Centies enim in die, & centies in nocte flexis orabat genibus, cuius candida uestimēta nūquam ueterauerūt, nunquam sordes cōtraxerunt. Decimū Chrysofossus uiridis coloris, & aureae mixturae, siue (ut alij asserūt) purpurei coloris cum guttis aureis, & significat Thomā, qui uiridis fuit fidei, postquam Christi laetus tetigit. Nā clamauit, tacto Christi latere, Dominus meus, & Deus meus. Guttā aureae fuerūt elemosynae pecuniarū, quas habuit à rege pro aedificādo palatio. Vndecimū hyacinthus, qui in sereno est perspicuus, & in nubilo obscurus, significans Philippū. Duodecimus Amethystus, qui est purpurei coloris, mixto colore uiolae, & rosae, significans Iudam fratrem Simonis.

Quid funis, siue funiculus mysticē significet.

Cap. XVI.

FVnis peccatum significat, iuxta illud Salomonis: Iniquitates suae capiunt impiū, & funibus peccatorū suorum constringitur. Et in Iob scriptū est: Balteū regū dissoluit, & praecingit fune renes eorum. ubi hoc pacto diuus scribit Gregorius: Qui mēbrorū suorū (inquit) motus bene regere sciunt, nō immeritō reges uocātur. Regum itaq; balteum dissoluit, quādo in his, qui bene regere sua membra uidebantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Et quia in renibus carnis delectatio principatur, & in fune accipitur peccatū, districtus conscientiae iudex, qui regū balteū dissoluit, fune praecingit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorum membris delectatio peccati dominetur, ut quos in occulto superbia inquinat, quā sint detestabiles, etiam in publico ostēdat. Et exponēs illud Iob, Et fune ligabis linguam eius? Subaudis, ut ego. Scriptura enim sacra fune aliquādo dimētionū sortes, aliquando peccata, aliquando fidem designare cōsueuit. Nam propter haereditarias dimētionū sortes dicitur: Funes ceciderunt mihi in praclaris. Etenim haereditas mea praclara est mihi. Funes quippe in praclaris cadūt, dum per humilitatem uitae, sortes nos patriae melioris excipiunt. Rursum quia fune peccata signantur, per prophetam dicitur: Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatē. Iniquitas namq; in funiculis uanitatē trahitur, dum per augmentū culpa protelatur. Vnde & per psalmistā dicitur: Funes peccatorū circūplexi sunt me. Quia enim funis addendo torquetur, ut crescat, nō immeritō peccatum in fune figuratur, quod peruerso corde saepe dū defenditur, multiplicatur. Rursum fune fides exprimitur, Salomone attestāte, qui ait: Funiculus triplex difficilē rumpitur, quia fides fidelicet, quae de cognitione trinitatis ab ore praedicanū textitur, fortis in electis permanēs, in solo reproborum corde dissipatur. Hoc itaq; loco funis nomine, siue peccatū, siue fidem nō obstat intelligi. Incarnatus etenim dñs noster fune linguā ligauit, quia in similitudine carnis peccati apparuit, & omnia errorum eius praedicamenta damnauit. Vnde Paulo attestante dicitur: Et de peccato damnauit peccatum. Fune linguam ligauit, quia per similitudinē carnis peccati ab electorum suorū cordibus cuncta eius fallaciae argumenta destruxit. Ecce enim apparēte in carne domino, Leuiathan lingua ligata est, quia eius ueritate cognita, illae falsitatis doctrinae tacuerunt. Fune ergo Leuiathan lingua constringitur, quia per similitudinē carnis peccati, ligata est praedicatione uetusti peccatoris. Si autem fides fune signatur, idem nobis iterum intellectus innuitur, quia dum per praedicationes sanctos in mundo fides trinitatis innotuit, contra electorum mentes erumpere mūdi doctrina cessauit. Vnde bene à domino per prophetam dicitur: Tu diripisti fontes, & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan. Ethan quippe interpretatur fortis, de quo nimirum dominus ait: Nemo potest uasa fortis ingressus domum diripere, nisi prius fortem alliget. Fontes itaq; & torrentes, dominus diripit, dum in Apostolorū suorū cordibus fluēta ueritatis aperuit. De quibus rursum per prophetā aliū dicitur: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Ad eorū quippe doctrinā sitientes pergitur, ut ueritatis plenas cordiū nostrorū lagunculas reportemus. Sed emanātibus suis fontibus Ethan fluuios exiccauit, dū doctrinā fortis, & maligni spiritus, ostenso radio suae ueritatis, arefecit. Leuiathan ergo lingua fune stringit, quia extēsa fide trinitatis, errorū praedicamēta siluerūt. Et exponēs illud Iob, Et si fuerint in catenis, & uinciātur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorū, & scelera eorū, quia

Prouerb. 5. d. Funis, peccatū, Iob 12. c. Reges, qui dicuntur. Balteus, castitatis cingulum. Renes, carnis delectatio. Iob 40. d. Funes, sortes haereditariae. Psal. 15. d. Funes, peccata. Esa. 5. c. Psal. 119. b. Funis, fides. Eccis 4. c. Rom. 9. d. Funis, fides. Psal. 73. c. Marc. 3. d. Matth. 12. c. Esa. 12. d. Iob 26. d.

quia uiolēti fuerint, hoc pacto scribit: Catenae obligationis sunt, ipsa adhuc retentio peregrinationis. Ligatū se his catenis Paulus aspexerat, quū dicebat: Desideriū habēs dissolui, & esse cū Christo. Paupertatis funibus uinctū se esse cernebat, quādo ueras diuitias intūēs, eas etiā discipulis enarrabat, dicēs: Vt sciatis quae sit spes uocationis eius, quae diuitiae gloriae haereditatis eius in sanctis. Bene autem post ista subditur: Indicabit &c. Quū enim supernam gloriam magis amādo cognoscimus, tunc mala, quae egimus, grauiora fuisse sentimus. Vnde Paulus post perceptam gratiā superuiciorum, ea quae in se studia uirtutū crediderat fuisse, iam scelera cognoscebat, dicēs: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Vel certē, Sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimēta. Potest uero in catenis, & funibus paupertatis, poena etiam temporalis afflictionis intelligi, quia saepe qui iubentis uerba non audiunt, ferientis uerberibus admonentur, ut ad bona aeterna saltem poenae trahant, quos praemia nō inuitant. Vnde per prophetam dicitur: In campo, & fraxino maxillas eorum cōstringe, qui non approximāt ad te. Et homil. 13. super Ezechielem, exponēs illud prophetae, Et funiculus lineus in manu eius: Funiculus (inquit) lineus praedicatione est subtilis, quae mentem audiētis ligat, ne se uel in misera cogitatione dissoluat. Et notandū quod dicitur, quia ei funiculus in manu est, id est, praedicatione in operatione. Ipse enim ostendit omne quod docuit, sicut scriptū est: Quae coepit Iesus facere, & docere. Habet ergo funiculū, habet in manu calamum mensurae. Qui enim funiculo locum metitur, alibi funiculum trahit, aliunde retrahit, & huc ducit, quem aliunde subducit. Sic nimirum sic redemptor noster in collectione hominū facit, dum alios à suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate derelinquit. In his em quos colligere dignatus est, occultae mensurae funiculum traxit, & ab his, quos derelinquēdos esse iudicauit, quid aliud nisi funiculum retraxit? Vt & boni intra mensurā caelestis fabricae teneantur, & mali extra fabricam. In quibus bona, quae aestimātur non sunt, quasi sine mensura remanent. Hunc funiculum, & mēsurā calamum in manu sua redemptor noster tenuit, quū Paulum Apostolum per apparentem uirum Macedonē admonere dignatus est, ita ut idem Macedo uir diceret: Trāsiens, adiuua nos, & tamē uolentibus Apostolis ad praedicanū ire in Asiam, nō permisit spiritus Iesu. Quid est quod sancti Apostoli, & ibi uocabātur ire, ubi fortasse pergere nō cogitabāt, & illuc, ubi desiderabant pergere prohibebātur, nisi quia occultū iudicij funiculus, & mēsurā calamus tenetur in manu, ut & alij uerba uitae audiāt, & alij audire nullatenus mereantur? Et diuus Hier. exponēs illud Prouerbiorū, Intexui funibus lectū meū: Solēt (inquit) lecti, qui ex funibus intexuntur, molliores fieri, q̄ qui ex ligno, uel corio, uel qualibet alia materia substruuntur. In lecto ergo funibus intexto, meretrix mollicie quiescēdi designat. Quia uero nomine funiū aliquādo solēt diuina praecpta figurari, quae à nostris nos uoluptatibus coercedo religant, promittūt se haeretici cōtextu uerborū caelestium salubre suis auditoribus quasi stratū parare, in quo à uitiorū tumultibus libero corde quiescant, sed ueraciter illis funibus peccatorū construunt locū perditionis, ubi perpetuo pedes, manusq; alligati damnantur. Et exponēs illud Prouerbiorū, Iniquitates suae capiūt impiū, & funibus peccatorum suorū constringitur: Distat (inquit) inter peccatorem, & impiū, quod peccator appellatur omnis qui uel in paruis, uel in magnis sceleribus decidit. Impius autem qui uel nunquam fidē recepit, uel enormitate scelerum ab ea, quam accepit, anathema factus est, ut haeretici, uel catholici, publicis flagitijs inuoluti. Qui funibus peccatorum suorū constringuntur, quū incessabili augmēto suae prauiuitatis intereunt. Qui enim funē facit torquēdo semper, & inuoluendo fides fidibus auget. Talis est fortitudo operū malorū, tales libri haeticorū, in quibus praua praui neccentes, nō aliud scribendo, quā quo se arctius obligent, agunt. Et in cōmentarijs Ecclesiasticis, exponens illud Salomonis, Antequā rumpatur funiculus argenteus, & recurat uitta aurea: Funiculus (inquit) argenteus candidā hanc uitā, & spiramen, quod nobis de caelo tribuitur, ostēdit. Recursus quoq; uittae aureae animā significat, quae illuc recurrit, unde descenderat. Porrō duo reliqua, quae sequuntur, Et cōteratur hydria super fontē, & cōfringatur rota super cisternā, mortis aenigmata sunt. Quomodo enim hydria, quae cōteritur, cessat haurire, & rota per quā de cisterna, & puteis leuātur aquae, si cōfracta fuerit, siue (ut alij interpretes uoluerūt) in suo funiculo cōuoluta, aquae usus intercipitur: ita & quū funiculus argēteus, si fuerit interruptus, & animae riuus recurrerit ad fontem, interibit homo. Et ut manifestius sequitur: Et reuertatur puluis in terrā suā unde erat, & spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū. Ex quo satis ridēdi sunt, qui putāt animas cū corporibus serī, & nō à Deo, sed à corporū parētibus generari. Quū em caro reuertatur in terrā, & spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū, manifestū est Deū, patrē animarū esse, nō homines. Et in Osee scriptū est: In funiculis Adā trahā eos, in uinculis charitatis. Pro Adā Aquila, & Symmachus, & Ixx, & Theodotio, hoies trāstulerūt, id est, in funiculis hoim. In tantū (ingt) dilexi eos, & tam clemēs pastor fui, ut morbida ouē humeris meis ipse portarē: ipsi uero ignorauerunt, quod mea illos passione curarem, & qui amator sum omniū hominū, traherē eos ad credēdum in uinculis charitatis, iuxta illud quod in Euangelio

Catena, peregrinationis retentio. Philip. 1. c. Ephes. 1. b. 1. Tim. 1. c. Philip. 3. b. Funis, & catena, poena temporalis afflictionis. Psal. 31. c. Ezech. 40. d. Funiculus lineus, subtilis praedicatione. A. E. 1. d. A. E. 16. b. Ibidem. Prouerb. 7. c. Funes, diuina praecpta. Prouerb. 5. d. Peccatoris, & impij discrimē. Funes, peccata. Eccis 12. c. Funiculus argenteus, candida uita. Vittā aurea, anima. Anima à parētibus non generantur. Osee 11. b.

Joan. 6. c.
Matth. 21. d.

gelio scriptū est : Nemo tenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et arbitrati sunt iugum meum leue, esse grauiſſimum, & declinaui ad eos, deserens regna caelorum, ut cum eis uescerer, assumpta forma hominis, siue dedi eis esum corporis mei, ipse & cibus, & cōiua. Trāseamus ad intelligentiam spiritualem secundum lxx. Ligabam testimonijs scripturarum pedes Ephraim, & diſputatione magistrorum Ecclesiae, ut ligatos per patientiam suis brachijs contineret, nō intelligentes, quōd patientia Dei salutis eorum esset occasio. Vnde in corruptione hominum, uidelicet magistrorum, qui eos deceperant contractos perfidiae frigore, extendi calorem fidei, & quasi repugnantes uinculis meae dilectionis astrinxi, Et quia non sua sponte currebant, sed uincti funibus traherentur, paululum maxillas eorum alapis uerberaui, non puniens, sed corrigens, & emēdans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis, flagellis, atq; ignibus cruciat. Qui autem pater est, laſciuentem filium palma percutit manus. Et pulchrē non dixit, Ero eos alapis uerberans, sed quasi hominem maxillas manu percutiens. Percutit autem Deus filios aberrantes comminatione poenarum, Eua- gelica lectione, & testimonijs prophetarum.

INCIPIIT LIBER SEXTVS, AD MYSTICOS

SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Quid gallus, mysticē significet.

Cap. I.



Vid gallus mysticē significet, diuus Gregorius lib. Mor. 30. cap. 4. & 5. & 6. exponens illud Iob, Quis posuit in uisceribus hominis sapientia, uel quis dedit gallo intelligentiam; hoc pacto scribit, Qui hoc loco alij galli nomine designantur, nisi modo alio repetiti idē praedicatores sancti, qui inter tenebras uitae praesentis student uenturam lucem praedicando, quasi cantando, nūciare. Dicūt enim : Nox praecessit, dies autē appropinquauit. Qui uocibus suis somnum nostri torporis excutiūt, clamātes: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare. De hoc gallo rursum scriptum est: Tria sunt quae bene gradiuntur, & quartum quod feliciter incedit. Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos, & aries, nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius pauet occursum. Dicit enim: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquid. Gallus succinctus lumbos, id est, praedicatores, inter huius noctis tenebras uerum mane nūciantes. Qui succincti lumbis sunt, quia à membris suis luxuriae fluxa restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Vnde & eisdem à domino dicitur: Sint lumbi uestri praecincti. Et aries, nec est rex, qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietē accipimus, nisi primū intra Ecclesiam ordinem sacerdotum. De quibus scriptum est: Afferte domino filios arietum, qui per exempla sua gradiētem populum, quasi subsequenter ouium gregē trahunt. Quibus spiritualiter, rectēq; uiuentibus nullus rex resistit omnino resistere, quia quilibet persecutor obuiet, intentionē eorū non ualet praepedire. Scit enim ad eum, quem desiderant & anxie currere, & moriēdo peruenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti praedicatores Apostoli, & tunc demum spirituales patres, Ecclesiarum praepositi, uidelicet duces gregū, quia doctores sequentium populorū. Sed haec adhuc melius affirmamus, si eiusdem loci etiā reliqua exponendo subiiciamus. Nam quia post haec & Antichristus apparebit, hoc illic quartum subdidit, dicens: Et qui stultus apparuit, posteaquam eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manū. Ipse quippe in sublime eleuabitur, quum Deum se esse mentietur. Sed eleuatus in sublime, stultus apparuit, quia in ipsa eleuatione sua per aduentum ueri iudicis deficiet. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum, id est, si supplicium suum, quum superbire exorsus est, prauidisset, bene aliquando conditus, in tantae iactationem superbiae non fuisset elatus. De quo nequaquam moueat, quod superius dictum est. Quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit, & quartum feliciter. Non enim omne quod incedit, bene, neq; in hac uita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, & aries, bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persecutionum bella patiūtur. Quartum uero feliciter, & non bene incedit, quia in fallacia sua Antichristus graditur, sed iuxta breue tēpus uitae praesentis, ipsa illi fallacia prosperatur, sicut de eo sub Antiochi specie per Danielem dictum est: Robur datum est ei cōtra iuge sacrificium propter peccata, & prosterneretur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Quod Salomon ait, Incedit feliciter, hoc Daniel dicit, Prosperabitur. Iuxta hoc itaq; testimoniū quod per Salomonē dicitur, Gallus succinctus lumbos, apertē etiam hoc loco gallum sanctos praedicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referēs dominus, dicit: Quis posuit in uisceribus hominis sapientia, uel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: In cor hominis

Iob 39. d.
Galli, praedicatores sancti.

Rom. 13. d.
Ibidem.
2. Cor. 15. d.
Prouerb. 30. d.

Leo, Christus.
Apoc. 5. b.
1. Cor. 11. d.
Ioan. 14. d.
Gallus, praedicator.
Lumbi, luxuria.
Luc. 12. d.
Aries, sacerdotum primus ordo.
Psal. 29. a.

Antichristus.
2. Thessal. 2. b.

Prouerb. 3. d.

Daniel. 8. d.

Gallus, praedicator.
Iob 39. d.

minis humana sapientis supernae sapientiae gratiam quis infudit, uel ipsis sanctis praedicatoribus, quis, nisi ego, intelligentiam dedit, ut sciant quando, uel quibus debeant uerturum mane nunciare? Idcirco enim quādo, & quid agant, sentiunt, quia hoc intrinsicus me reuelante cognoscūt. Notandum uero est, quōd sapientia diuinitus inspirata in uisceribus hominis ponitur, quia nimirū quantum ad electorum numerum spectat, non in solis uocibus, sed etiā in sensibus datur, & iuxta quod loquitur lingua, uiuat conscientia, ut lux eius tanto clarius resplendeat in superficie, quanto uerius inardescit in corde.

De eodem gallo.

Cap. II.

Magni autē laboris est hoc quod additur: Vel quis gallo dedit intelligentiā, subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tanto subtilior esse debet, quāto se ad penetranda inuisibilia exercet, quāto nil materiale discutit, quāto & p uocē corporis loquens, omne quod est corporis trāsit. Quae profecto nullatenus summis cōgrueret, nisi cantanti eā, gallo, id est, praedicatori doctori ipse summorū cōditor ministraret. Intelligentiā quoq; gallus accepit, ut prius nocturni tēporis horas discutiat, & tūc demū uoces excitationis emittat, quia uidelicet sanctus quisq; praedicator in auditoribus suis prius qualitātē uitae cōsiderat, & tūc demū ad erudiendū cōgruam uocem praedicationis format. Quasi enim horas noctis discernere, est praedicatorū merita diiudicare. Quasi horas noctis discernere, est actionum tenebras apta increpationis uoce corripere. Gallo itaq; intelligentia desuper tribuitur, quia doctori ueritatis, uirtus discretionis, ut nouerit quibus, quid, quando, uel quomodo inferat, diuinitus ministratur. Non enim una, eademq; cunctis exhortatio conuenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Saepē enim alijs officium, quae alijs profunt. Nam & plerunq; haerbae, quae haec animalia reficiunt, alia occidunt, & lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat, & medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri uires iungit, & panis qui uitam fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut & ad sua singulis cōgruat, & tamen à communis aedificationis arte, nūquam recedat. Quid enim sunt intentae mentes audientium, nisi quasi quaedam in cithara tēssiones stratae chordarum? Quas tangendi artifex, ut nō sibi met ipsis dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsant. Idcirco chordae consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed nō uno impulsu feriūtur. Vnde & doctor quisq; ut in una cūctos uirtute charitatis aedificet, ex una doctrina, nō una, eademq; exhortatiōe tāgere corda audientium debet. Aliter nāq; uiri, aliter admonēdae sunt foeminae, aliter iuuenes, aliter senes, aliter inopes, aliter locupletes, aliter laeti, aliter tristes, aliter subditi, aliter praelati, aliter serui, aliter dñi, aliter huius mūdi sapiētes, aliter hebetes, aliter impudētes, aliter uerecūdi, aliter pterui, aliter pusillanimes, aliter impatiētes, aliter patiētes, aliter beneuoli, aliter inuidi, aliter simplices, aliter impuri, aliter incolumes, aliter aegri, aliter qui flagella metuunt, & propterea innocēter uiuūt, aliter qui sic in iniquitate duruerūt, ut nec p flagella corrigantur, aliter nimis taciti, aliter multiloquio uacātes, aliter timidi, aliter audaces, aliter pigri, aliter praecipites, aliter māsuēti, aliter iracūdi, aliter humiles, aliter elati, aliter pertinaces, aliter incōstantes, aliter gulae dediti, aliter abstinentes, aliter q sua iā misericorditer tribuūt, aliter q aliena rapere cōtendūt, aliter qui nec aliena rapiunt, nec sua largiūtur, aliter qui & ea quae habēt sua tribuūt, & aliena rapere nō desistunt, aliter discordes, aliter pacati, aliter seminātes iurgia, aliter pacifici, aliter admonendi sunt qui sacrae legis uerba nō rectē intelligūt, aliter qui rectē quidē intelligūt, sed haec humiliter nō loquuntur, aliter qui quum praedicare digna ualeant, praenimia humilitate formidant, aliter quos à praedicatione imperfectio, uel aetas prohibet, & tamen praecipitatio impellit, aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt, prosperantur, aliter qui quidem quae mūdi sunt cōcupiscunt, sed tamen aduersitatis labore fatigantur, aliter cōiugijs obligati, aliter à coniugij nexibus liberi, aliter cōmixtionem carnis experti, aliter ignorantes, aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum, aliter qui commissa plangunt, nec tamen deserunt, aliter qui deserunt, nec tamen plangunt, aliter qui illicita quae faciunt, etiā laudāt, aliter qui accusant praua, nec tamen deuitant, aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligātur, aliter qui licet minima, crebro tamen illicita faciunt, atq; aliter qui se à paruis custodiunt, sed aliquando in grauibus demerguntur, aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minimē consummant, aliter qui mala occultē agūt, & bona publicē, aliter qui bona, quae faciunt, abscondunt, & tamē quibusdam factis publicē, malē de se opinari permittunt. Habemus uerō aliud quod de galli huius intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis ualētiores, ac productiores aedere cantus solet, quum uero matutinum iam tēpus appropinquat, leniores, & minutiores omnimodo uoces format. In quibus galli huius intelligentia quid nobis inuauat, cōsiderata praedicatorum discretio demonstrat. Qui quum iniquis adhuc mentibus praedicanat, altis, & magnis uocibus aeterni iudicij terrores intumāt, C quia

Gregorius. Illic. Doctorū intelligentia qualis. Gallus nocturni temporis horas discutit.

Doctorū sermo p qualitate audientium formandus.

Galli in profundioribus horis noctis, productiores aedunt cantus, in matutino leniores.

quia uidelicet quasi in profundæ noctis tenebris clamât. Quum uero iam auditorum suorum cordibus ueritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis uertunt, & non tam illa, quæ sunt de pœnis terribilia, quàm ea quæ sunt blanda de præmijs proferunt. Qui etiam minutis tunc uocibus cantant, quia appropinquante mane, subtilia quæq; de mysterijs prædicant, ut sequaces sui eo minutoria quæq; de cœlestibus audiant, quo luci ueritatis appropinquant, & quos dormientes longus galli clamor excitauerat, succisior uigilantes delectet, quatenus correcto cuiuslibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, q̄ prius aduersa iudicij formidabat. Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum, quia quum iam ædere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, uigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorū prædicatorum uitam uigilanter uidemus. Ipsi quippe, quum uerbū prædicationis monent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent uoce, sed antè se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsum feriant, quia quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendit, districta animaduersione corrigunt. Prius suapuniere fletibus curant, & tunc quæ aliorum sunt punienda, denunciant. Prius ergo alis insonant, quàm cantus emittant, quia antequam uerba exhortationum proferant, omne quod locuturi sunt, operibus clamant, & quum perfecte in semetipsis uigilant, tunc dormientes alios ad uigilias uocant. Sed unde tanta hæc doctori intelligentia, ut & sibi perfecte uigilet, & dormientes ad uigilias sub quibusdam clamoris profectibus uocet, ut & peccatorum tenebras prius cautè discutiat, & discretè postmodum lucem prædicationis ostendat, ut singulis iuxta modum, & tempora congruat, & simul omnibus, quæ illos sequantur, ostendat. Vnde ad tanta, & tam subtiliter tenditur, nisi intrinsecus ab eo, à quo est conditus, doceatur. Quia ergo laus tantæ intelligentiæ non prædicatoris uirtus est, sed autoris, rectè per eundem autorem dicitur: Vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: Nisi ego, qui doctorum mentes, quas mirè ex nihilo condidi, ad intelligenda quæ occulta sunt, mirabilis instruxi. Et tertia parte Pastoralis, cap. 5. & 6. Ad beatum (inquit) Job dicitur: Quis dedit gallo intelligentiam? Prædicator etenim sanctus, dum caliginoso hoc clamat in tempore, quasi gallus cætat in nocte, dum dicit: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti, & nolite peccare. Gallus autè profundioribus horis noctis alios ædere cantus solet: quum uero matutinum iam tempus in proximo est, minutas, ac tenues uoces format, quia nimirum qui rectè prædicat, obscuris adhuc cordibus aperta clamat, nihil de occultis mysterijs indicat, ut tunc subtiliora quæq; de cœlestibus audiant, quum luci ueritatis appropinquant. Sed inter hæc ad ea quæ iam superius diximus charitatis studia retorquemur, ut prædicator quisq; plus actibus, quàm uocibus insonet, & bene uiuendo uestigia sequacibus imprimat, ut potius agendo, quàm loquendo, quò gradiatur, ostendat, quia & gallus iste, què pro exprimentia boni prædicatoris specie in locutione sua dominus assumit, quū iam ædere cantus parat, prius alas excutit, & semetipsum feriens, uigilantiorem reddit, quia nimirum necesse est, ut hi, qui uerba sanctæ prædicationis monent, prius studio bonæ actionis euigilent, ne in semetipsis torpente opere, alios excitent uoce. Prius se per sublimia facta excutiant, & tunc ad bene uiuendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsum feriant, & quicquid in se inutiliter torpet, sollicita inuestigatione deprehendant, districta animaduersione corrigant, & tunc demum aliorum uitam loquendo componant. Prius punire propria fletibus curent, & tunc quæ aliorum puniendæ sunt, denunciēt, & anteq̄ uerba exhortationis insonēt, omne quod locuturi sunt, operibus clamēt.

De gallina.

Cap. III.

Augustinus.

DE gallina autem diuus Augustinus in enarratione Psalmi 58. in expositione huius uersus, Exurge in occursum mihi, & uide: Aliquid (inquit me dicere admonet in hoc loco capitis ipsius nostri sublimitas, quoniam infirmatus est usq; ad mortem, & assumpsit infirmitatis carnem, ut pullos Hierusalem colligeret sub alas suas, tanquam gallina infirmata cum paruulis. Non enim in aliqua aue hoc aliquando conspeximus, earum etiam quæ nidificant ante oculos nostros, sicut parietum passeris, sicut hirundines, tanquam annuæ nostræ hospites, sicut ciconiæ, sicut aliæ aues, quæ ante oculos nostros nidificant, & ouis insidunt, pullos alunt, sicut ipsæ columbæ, quas quotidie uidemus, aliquando auem infirmari cum paruulis non agnouimus, non uidimus. Gallina quomodo hoc habet? Certè notā rem dico, quæ in cōspectu nostro quotidie uersatur, quomodo raucescit uox, quomodo fit hispidum totum corpus, demittuntur alæ, laxantur plumæ, & uides circa pullos nescio quid ægrotum, & ea est materna charitas, quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo dominus nisi propter hoc gallina esse uoluit in sancta scriptura, dicens: Hierusalem, Hierusalem, quotiens uolui congregare filios tuos tanquam gallina pullos suos sub alas, & noluit? Congregauit autem omnes gentes, tanquam gallina pullos suos, qui infirmatus est propter nos, accipiens carnem à

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

nem à nobis, id est, à genere humano, crucifixus, cōtemptus, alapis cæsus, flagellatus, ligno suspensus, lancea uulneratus. Ergo hoc maternæ infirmitatis est, non amissæ maiestatis. Quum ergo talis esset Christus, & ideo contemptus, & ideo lapis offensionis, & petra scandali, ideo multi offenderunt in eum. Quum talis ergo esset Christus, & tamen carnem sine peccato suscepisset, factus est particeps nostræ infirmitatis, non iniquitatis, ut ex eo quòd nobiscum cōmunicauit infirmitatem, solueret nostram iniquitatem. Et in enarratione Psalmi 90. exponens illud Psalmistæ, Et sub alis eius sperabis: Si gallina (inquit) protegit pullos suos sub alis suis, quantomagis tu sub alis Dei tutus eris, & aduersus diabolum, & Angelos eius, quæ aëreæ potestates, tanquam accipitres circumuolitant, ut infirmum pullum auferant? Neq; enim sine causa comparata est gallina ipsi sapientiæ Dei. Nam ipse Christus dominus noster, & saluator tanquam gallinam se dixit: Hierusalem, Hierusalem &c. Noluit illa Hierusalē, uelimus nos, illa rapta est ab aëreis potestatibus fugiēs alas gallinæ, præsumens de uiribus suis, quum esset infirma, nos cōfidentes infirmitatem nostram, sub alas Dei fugiamus. Erit enim nobis tanquā gallina protegens pullos suos. Nō est enim iniuriosum nomen gallinæ. Attendite cœteras aues. Multæ aues ante nos fœtāt, calefaciunt pullos suos, nulla sic auis infirmatur cum pullis suis, quomodo gallina. Attendat charitas uestra, hirundines, passeris, & ciconiæ uidemus extra nidos suos, nec cognoscimus utrum fœtus habeant: at gallinam cognoscimus in infirmitate uocis, & in relaxatione plumarū, tota mutatur à fœtu pullorum, quia illi infirmi sunt, infirmam se facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmam se fecit sapientiæ Dei, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, ut sub alis eius speremus. Et libro primo, quæstionum Euangelicarum, quæstione trigesima sexta: Hoc (inquit) genus animantis magnum affectum in filios habet, ita ut eorum infirmitate affecta, & ipsa infirmetur, & quod difficiliter in cœteris animantibus inuenies, alis suis filios protegens, contra miluum pugnat: sic etiam mater nostra sapientiæ Dei, per carnis susceptionem infirmata quodammodo, dicente Apostolo: Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo, ne nos rapiat. In qua defensione, quod illa aduersus miluum conatur affectu, hæc aduersus diabolum perficit potestate. Et Hilarius in explanatione Psalmi centesimitrice simioctauo, enarrans illum uersum, Semitam meam &c. Quod autem (inquit) per tritam prædicationis semitam ambulauerit, audiamus ipsum dicentem: Hierusalē, Hierusalē &c. quotiens uolui congregare &c. frequētiam numerosæ significationis ostendit. Nihil ergo noui & egit, & passus est, quum per nolentem congregari filios suos Hierusalem totiens & auditus, & inhonoratus est in prophetis, Et Chrysostomus homilia septuagesima quinta in Matthæum: Quotiens uolui congregare &c. Hinc patet (inquit) quia semper seipsum peccando disseminabant, amorem autem suum ab imagine significauit. Feruenti nempe amore aues pullos diligunt suos. Crebrò autem hæc imago auis, & alarum apud prophetas inuenitur, & in Cantico Mosi, & in Psalmis mirabilem prouidentiam, & eximiā protectionem denotās, sed noluitis, ait. Et homilia 46. secundum alteram expositionē in Matthæum: Quotiens (inquit) uolui cōgregare &c. Quum te in Aegypto quasi sanguinarius accipiter persequeretur Pharaon, misi sup te Mosē, & Aaron, quasi duas molissimas pēnas misericordiæ meæ, & liberatos uos de unguibus eius rapui in desertum, & noluitis sequi me, faciētes uobis uitulum in Horeb, ut seruiretis potius idolo mortuo, quàm Deo uiuenti. Quotiens uolui &c. Percurre, si uis, Iudicum librum, quotiens peccauerunt, & tradidit illos Deus, & iterum liberauit. Gallinam, Ecclesiæ ponit similitudinem. Sicut enim pulli gallinarum pastum suum quærētes, per diuersa uagantur, & maternis uocibus congregantur ad ipsam, & iterum similiter pascentes, disperguntur, & iterum maternis uocibus congregantur, sic & populus Dei per malam uoluptatem, & mundialem concupiscentiam sequentes, per diuersos uagantur errores, quos Ecclesia mater per sacerdotum modò increpationibus, modò blandimentis, quasi quibusdam uocibus congregare, & allectare festinat. Et quemadmodum gallina habens pullos, uocando illos, non cessat, ut assidua uoce uagositatem corrigat pullorum suorum: sic & sacerdotes in doctrina cessare nō debent, ut studio, & assiduitate doctrinarum suarum negligentiam populi errantis emendent. Et quemadmodum gallina habens pullos, non solum suos calefacit, sed etiam cuiuscunq; uolatilis filios exclusos à se diligit quasi suos: ita & Ecclesia non solum suos Christianos studet uocare, sed siue gentiles, siue Iudæi, si suppositi illi fuerint, omnes fidei suæ calore uiuificat, & in baptismo generat, & in sermone nutrit, & materna diligit charitate. Possunt hæc eadem & hæreticis coaptari. Quotienscūq; enim inter hæreticos, & fideles fidei mouetur certamen, euidenter uult illos dominus congregare sub ueritate alarum suarum, id est, duorum testamentorū, quotienscūq; leguntur apud eos uerba prophetarum, & Apostolorum, illi autem nō quasi domestici pulli gallinæ, quæ est Ecclesia, sed quasi syluestres pulli sanguinarij uulturis, aut accipitris, nō solum ad ueritatem duorum testamentorum uenire non acquiescunt, sed adhuc irruunt super ipsam gallinam, id est, Ecclesiam, & diripiunt, & dispergunt pullos eius, & euellunt eam, & quotiens uult eos congregare, illi nolunt.

C ij Gazoph

Gallus antequam cantet, alas excutit.

Iob 38. d.

Iob 38. d.

Rom. 13. d.

2. Cor. 15. d.

Eadem scripsit in Iob.

Psal. 90. a.

Matth. 23. d.

1. Cor. 1. d.

Hilarius.

Matth. 23. d.

Chrysostomus.

Matth. 23. d.
Gallina, Ecclesia.

Ezech. 40. b.

Gazophylaciū, doctorum scientia, siue doctorum cor pleniū sapiētia, & sciētia.

φιλῶν τευ. Gazophylaciū, locus in quo diuitie seruātur.

1. Cor. 12. a. Sermo sapiētiae qui dicatur. Sermo scientiae quid sit.

Gazophylaciū, qui bene uiuit, & prudenter praedicat.

1. Cor. 1. a. Math. 13. c. Diuitiae uerae quae dicantur.

Proverb. 21. b. Diuitiarū spiritaliū & terrenarū discriminē.

Pauimentū, auditorum humilitas.

Lapides, animae fideles, ob fidei fortitudinē sic nuncupate.

Denarius numerus semper pro perfectione capitur.

Pauimentū, audientium uita.

Proverb. 16. d.

Quid autem gazophylacia mysticè significant, diuus Gregorius homilia decimoctaua super Ezechielem insinuat, exponēs illud Ezechielis, Et eduxit me ad atriuū exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrium per circuitum. Triginta gazophylacia in circuitu pauimenti &c. In gazophylacijs (inquit) quid aliud, quam doctorum scientia designatur? Sed rectè hac in re quæri potest, quum doctores sancti spiritalia, atq; interna doceant, cur propheta ductum se exterius dicit, & gazophylacia foris uidisse? Sed sciendum est, quia alia est contemplatio, quæ tantū uidet, quantum dicere non ualet; alia uero scientia, atq; doctrina, quæ tantum uidet, quātum exprimere per linguam possit. In comparatione quippe illius luminis, quod uoce exprimi non potest, quasi hoc totum foris est, quod exprimi uoce potest. Ait enim, Et eduxit me ad atriuū &c. Quia sermone Græco Phylactein seruare dicitur, & gaza lingua Persica diuitiæ uocatur, gazophylaciū locus appellari solet, in quo diuitiæ seruāt. Quid itaq; p gazophylacia designatur, nisi (ut prædiximus) corda doctorū, sapiētia, atq; sciētia diuitijs plena? Quia iuxta Pauli uocē, alijs datur per spiritū sermo sapiētiae, alijs sermo sciētiae in eodē spiritu. Sunt em quidā, q per donum gratiæ, & ipsa intelligūt, quæ exponi à doctoribus nō audierūt, & hi sermonē sapiētiae pceperunt, & sunt quidā qui per semetipsos intelligere audita nequeunt, sed ea quæ in expositoribus legerint retinēt, atq; sciēter proferūt, quæ lecta didicerūt, & isti sermone sciētiae pleni sunt. Potest & hoc aliter intelligi, quia sapiētia ad uitam, scientia uero pertinet ad doctrinam. Qui igitur bene uiuit, & prudēter praedicat, gazophylacium spiritualis ædificij rectè nominatur, quia ab eius ore coelestes diuitiæ dispensantur. His diuitijs abundare discipulos idem magister gentium uiderat, quum dicebat: Diuites facti estis in illo in omni uerbo, & in omni sciētia. Sunt itaq; in sanctæ Ecclesiæ ædificio constructa gazophylacia, quia abundat diuitijs scientiæ lingua doctorum. Has ueras esse diuitias ipsa per se ueritas denunciāt, quum de transitorijs diuitijs dicit: Fallacia diuitiarum suffocat uerbum scientiæ. Sapiētia ergo, atq; sciētia doctrinæ, spirituales ueræ sunt diuitiæ, in quarum comparatione quæ transire possunt, falsæ nominantur. De his diuitijs per Salomonē dicitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis. Excepto autem eo, quod ad æternam patriam diuitiæ spirituales ducunt, est eis à terrenis diuitijs magna distantia, quia spirituales diuitiæ erogata proficiūt: terrenæ autem diuitiæ, aut erogantur, & deficient, aut retinētur, & utiles nō sunt. Qui ergo has in se ueras diuitias cōtinent, rectè gazophylacia nominantur. Et habent ipsa gazophylacia pauimentum per circuitum, quia eis adhæret, ac subiacet humilitas auditorum. Quod pauimentum rectè stratum lapide in atrium dicitur, quia in latitudinē charitatis uicissim sibi iuncta sunt animæ fideles, quæ & lapides appellantur pro fortitudine fidei, & strata in pauimento sunt in cōpage humilitatis. Triginta gazophylacia in circuitu pauimēti &c. Denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua etenim, ac contemplatiua uita simul in decalogi mandatis coniuncta est, quia in ea & amor Dei, & amor seruari proximi iubetur. Amor quippe Dei ad contemplatiuam, amor uero proximi, pertinet ad actiuam. Sed unusquisq; doctor, ut in actiuam uitā plenè se dilatet, atq; in contemplatiuam uigilanter surgat, in sanctæ trinitatis fide debet esse perfectus. Vnde & eadem gazophylacia triginta esse commemorantur, ut quum denarius ter ducitur, uita, & lingua doctoris in trinitate solidetur. Sed hac in re illud nobis est uigilanter intuendum, quod propheta, dum gazophylacia descripsisset, adiunxit, Pauimentum per circuitum, atq; inferius, subiunxit, Gazophylacia in circuitu pauimenti, quatenus & gazophylacia in circuitu pauimenti, & pauimentum in circuitu gazophylaciorum esse uideatur. Pauimentū quippe, & gazophylacia eo sunt ordine distincta, ut gazophylacia inter pauimentum, & pauimentū inter gazophylacia fuerit stratū. Nō hoc fratres sine magno mysterio est, quod in circuitu gazophylaciorum dicitur esse pauimentum, & in circuitu pauimenti narrat esse gazophylacia. Habet enim pauimentum in circuitu gazophylacia, quia uita audientium erudit quoti die, & custodit linguam doctorum. Doctores etenim boni in sanctæ eruditionis uerbis, modo fomentis dulcedinis, modo asperitate increpationis inuigilant, ut auditorum suorum uitam à uitijs defendant. Sed habent ipsa quoq; gazophylacia in circuitu pauimentum, quia sæpe etiam doctorum cor, uitiorū tentationibus tangitur, ut modo eleuetur factationis superbia, modo iræ stimulis inflammetur. Sed quum bonorum auditorum uitam cōsiderant, eamq; profecisse suis exhortationibus pensant, erubescunt tales non esse, quales, autore Deo, per se conspiciunt alios factos esse, & tanto se in mente stabiliunt, quanto plenè in culpam labuntur. Nam quum ipsa sua doctoribus uerba ad memoriam reducant, erubescunt non seruare quod dicūt. Vnde per Salomonem quoq; dicitur: Anima laborātis, laborat sibi, quia compulit eum os suum. Os enim nostrum nos compellit ad laborem, quādo per hoc quod diximus, à uitijs refrænamur, quia turpe nimis est, ibi nos negligendo cadere, unde prædicando conati sumus alios leuare. Habent ergo gazophylacia in circuitu

cuitu pauimentum, quia doctorum magna custodia, est uita uenerabilis auditorum. Et suus ei sermo fit in adiutorio, quia erubescunt pulsantibus uitijs non resistere, qui contra uitia alios armauerunt. Quia enim quandiu in hac uita uiuimus, contra malignos spiritus quid aliud, quam in acie stamus? Sicut prædiximus, doctoris animus forsitan aliqua elatione pulsatur. Sed siue ne ipse peccet, seu ne per exemplum suum alios ad perditionem trahat, uigilanter se, & festiuè circumspicit, in cogitationibus remoret. Adducta auditorum suorū uita ad memoriam, semetipsum humiliat, & quibus præualet modis agit, ne elatio principetur in mente, ne dominetur in opere. Et homilia uigesimalsecunda, exponens illud Ezechielis, Et extra portam interiorē gazophylacia cantorum &c. Quid sunt (inquit) gazophylacia cantorum, nisi sancta desideria amantium? Qui præcepta diuina quasi quasdam diuitias custodiunt in mente, quas cantando seruant, quia mandata Dei non ex timore, sed ex amore perficiunt, eis q; ipsæ sacri eloquij præceptiones cātabiles fiunt, quas non ex tristitia, sed ex desiderio semper operantur. Vultis cor iusti quasi cuiusdam cantoris gazophylacium audire? Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco incolatus mei. Iustificationes Dei dicimus præcepta diuina, quæ nos iustos faciunt, si impleantur. Quæ tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles fiunt, quando in hac peregrinatione uita præsentis ipsa eadem mandata diligimus, & ex desiderio implemus. Hinc est quod idē Psalmista ait: Misericordiā, & iudiciū, cātabo tibi dñe. Misericordiā dñi, qua peccata laxantur, cātare etiā peccator debet, id est, hāc cū gaudio, dicere, atq; sperare. Sed quis ita iustus est, ut eius sibi æternū iudiciū ante mētis oculos reuocet, & nō cōtremiscat? An potius uenire ad illud examē tati iudicis præsumat, festinet, & gaudeat? Quis quis ille est, magnus est, quia iā misericordiā dñi, & iudiciū cantat. Cantat quippe iudiciū, ad quod intrare nō trepidat. Sit ergo mens illius gazophylaciū cantorū, ut per diuitias misericordiæ, quas accipit, lætus pergat ad iudiciū, quod iā non pertimescit. Videamus (si placeat) aliud quoq; gazophylacium cantoris: Ego enim (inquit) iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonū certamen certauī, cursum consummaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Qui laborum suorum conscius, memor certaminis, quod egit, memor fidei, quam seruaui, esse sibi in iudicio repositam coronā dicit, eamq; sibi in illa die reddi sperat potius, quā donari. Profecto patet, quia iudiciū cantat, quod uenire desiderat. Vnde etiam subdit, Non solum autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentū eius. Nemo enim aduentum iudicis diligit, nisi qui se habere causam in iudicio bonam nouit. Eorum ergo corda, qui aduentum iusti iudicis diligunt, gazophylacia cantorum sunt, quia per præumptionem gratiæ, & uitæ, per uirtutes sancti desiderij cantant iusti iudiciū, quod omnes iniusti pertimescunt.

Auditorū uenerabilis uita, custodia doctorū est.

Gazophylacia cantorū, amantium corda.

Psal. 118. g. Iustificationes Dei, præcepta diuina.

Psal. 100. a.

Psal. 100. a.

2. Timot. 4. a.

Quid genæ mysticè significant.

Cap. V.

Quid genæ mysticè significant, diuus Gregorius nobis insinuat, exponens illud Cantorū, Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis: Turtur (inquit) postquam parem suum perdiderit semel, nunquā alteri se iungit, sed semper solitariè habitans, in gemitu perseuerat, quia quem diligebat non inueniens, quærit. Sic sancta anima quæq; dum à sponso suo absens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat: & gemit, & dum illum, quem ualde diligit, non inuenit, quia ab omni alieno amore se retrahit, quasi in genarum uerecūdia castitatem cordis ipso habitu, & actu exteriori ostendit. Et diuus Bernardus, sermone quadragesimo super Cantica antedicta uerba exponens, hoc pacto scribit: Tenuerunt sponse uerecūdia, & per increpationē spōsi (puto) facies eius rubore suffusa est, pulchriorq; ex eo apparēs, ilico audit, Pulchræ sūt genæ tuæ, sicut turturis. Duo quædam in intentione, quam faciem animæ esse dicimus, necessariō requiruntur, res, & causa, id est, quid intendas, & propter quid. Ex his sanè duobus, animæ uel decor, uel deformitas iudicatur, ut (uerbi causa) anima, quæ ambo ista recta, atq; pudica habuerit, illi merito, ueraciterq; dicatur, Pulchræ sunt genæ &c. Quæ uero altero eorum caruerit, non poterit audire, Pulchræ sunt &c. propter eam quæ adhuc ex parte erit deformitatē. Si (uerbi causa) intendat quis animū inquirēdæ ueritatis, atq; id solo ueritatis amore, nōne is tibi uidetur & rem, & causam habere honestā, meritoq; sibi uendicare quod dicitur, Pulchræ sunt &c. Quippe cui in neutra genarum nauus reprehensionis appareat. Quod si minimè quidē ueritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ, aut cōmodi temporalis obtentu in ueritatem intenderit, iam & si unam genarum uideatur habere formosam, nō dubitabis ex parte deformem, cuius alteram faciem, causæ turpitudine fœdauerit. Si autem uideris hominem nullis honestis studijs intendentē, sed carnis illecebris irretitū, uentri, & luxuriæ deditum, quales sunt illi, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, nōne istum ex utraq; parte fœdissimū iudicabis, in cuius utiq; intentione res, & causa reprobata inuenitur? Ergo solum inquire Deū propter ipsum solum. Hoc planè est utraq; bipartitæ intētionis faciē habere pulcherrimā, atq; id propriū, ac speciale sponsæ, cui merito singula

Cant. 1. c. Turturis pro prietates.

Bernardus. Cant. 1. c.

Philip. 3. d.

Turtur pudica lari prerogatiua audire cōueniat, Pulchræ sunt &c. Turtur pudica auicula est, & cōuersatio eius non cum multis, sed solo degere fertur contenta comparari, ut si illum amiserit, alterum non requirat, sed sola deinceps cōuersetur. Tu ergo stude ambas speciosas habere has genas tuæ intentionis, ut imitator castissimæ uolucris sedeas secundum prophetā solitarius, quoniam leuasti te super te. Omnino supra te est Angelorū dño desponsari, adhærere Deo, atq; unum spiritum esse. Sede itaq; solitarius sicut turtur, nihil tibi, & turbis, nihil cum multitudinē cōterorum, etiāq; ipsum obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & cōcupiscet rex decorem tuū. Secede ergo mente, intētionē, deuotionē, & spiritu. Tu (inquit spōsus) quū oraueris, intra in cubiculū tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. Scribitur quoq; in eodem Cantico libro: Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo, quod intrinsecus latet. Quæ uerba diuus enarrās Gregorius, hoc modo scribit: Quid per genas Ecclesiæ, nisi eosdē ipsos prædicatores intelligimus, qui dū in populis, ut eis proficiat, eminent, quasi in facie Ecclesiæ manifesti apparēt? Per malū autē punicum ipsa Ecclesia designatur, quia dū multos populos in unitate fidei nutrit, quasi multa grana sub uno cortice stringit. Fragmen ergo mali punici sancti prædicatores existunt, quia dum se in diuino seruitio fortius affligūt, dum omnia mūdāna cōtemnunt, dum uolūtates suas abnegāt, & uitia sua omnino mortificāt, dum se ipsos humiliāt, & cōteros extollūt, & dum per exēpla sua cōteros nutriūt, quasi fracti, & aperti, se cibos offerūt. Sed quāuis magna sint quæ extrinsecus apparent, maiora tamen in occulto retinent, quæ diuini oculi soli uident, ideo subiunctum est, Absq; eo, quod intrinsecus latet. Et Gillebertus Abbas, sermone uigesimo quinto, antedicta uerba enarrās: Sicut fragmen (inquit) mali punici, sic genæ tuæ. An non tibi quasi fractas habuisse genas uidetur ille, qui eas dedit percipientibus, dedit uellentibus, & non auertit à conspuentibus? Bona quidem hæc fractio, per quam interior cœpit uirtus eminare, & quæ intra carnis corticem concludebatur erūpere gratia. Quasi contracta uidetur tanta dignitas ad passionis inaniens seipsam iniurias, sed per hæc fragmenta salutis se nobis ubertas effudit. Et tu si adimpleas ea quæ defunt passionū Christi in carne tua, si portes stigmata Christi Iesu in corpore tuo, iam tibi dicit Christus: Quia sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ, si contractæ sunt, & quasi crucifixæ genæ tuæ, si quadam edomitæ, & excultæ displicina, nōne tibi uidentur uelut fragmina cuiusdam boni fructus? Et in consequentibus ad sponsum dicitur: Quia genæ eius sicut areolæ aromatum, eo quod exaratae sunt, & cultæ, & compositæ aromatis confouendis: Sic & hic sponsæ genas sicut fragmen mali punici esse dicit, & bona cōfractio, per quā nō mors ingredi, sed spūalis fructus specimen elucet. Bonæ ergo genæ, quæ per humilitatē ita cōfractæ sunt, ut fructus interni nō pdantur, sed magis prodāt gratiā. Deniq; & ipsa mala punica gratā modesti uultus uerecūdiam, corticis rubei colore designant. Optimum planē in Christi spōsa decoramentū uerecūdia. Verecūdia quasi aurora quædā omniū actū colorat principia, & uirgineo uirtutes reliquas uenustat pudore. Verecūdia bona sua non petulāter iacet, sed parcē eloquitur, cōtenta tenuiter innuisse, quū urget necessitas. Bonæ genæ, quæ sicut nihil habēt simulatū, ita multū habēt occultatū, quæ sicut nihil fingūt, sic nec totū effundūt, quæ minus prædicant in specie, quā tenent in uirtute. Possunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in cōscientiæ facie sunt, ubi nō homo, sed Deus uidet. Habet cuiuscq; cōscientia quandā propriā faciem. Eius genæ uerecūdo humilitatis rubent colore, si penes se opera nō iacet, non magnificet merita, nō illa eximia putet, sed tam exigua pudeat. Quis enim gloriabitur castū se habere cor? Si accipit, quomodo gloriabitur quasi nō acceperit? Deniq; nō ipsa uirtutum uelut pomorum integritas, sed tantū fragmina in genis sponsæ eminare dicūtur, quia quod in genis est, in euidenti est. Et si nouit quis uerā uirtutis in se alicuius gratiā, nūquid constantiam, nunquid perseuerantiā? Sic (inquit) genæ tuæ, absq; occultis tuis. Sunt quædam occulta tempore cōgruo producenda in lucem, & in facie collocanda. Interim latent in semine, tempore suo plenam acceptura speciem. Ac si dicat: Si cognouissent & alij, quibus absconditis adimpletus est uenter, ô sponsa, quā facile omnia detrimentum facerent, ut illa lucraretur, quā libenter & bona perderent, & mala perferrent, ut absconditæ dulcedinis participes efficerentur? Et in eodem libro scriptū est: Genæ eius sicut areolæ aromatum, consistat a pigmentarijs, ubi diuus Gregorius in hunc modum scribit: Si per oculos prædicatores intelliguntur, bene per genas ipsi in Ecclesia figurantur, qui martyrio uitam finisse perhibentur. Dum enim pro fide Christi sanguinem suum fundere non dubitant, quasi genæ in facie Christi rubent. Per eos quippe pulchritudo fidei Christianæ publicatur, quia ad quantum fidei præmium tendant, ostendūt, dum pro ea moriuntur. Quæ genæ bene sicut areolæ aromatum esse dicuntur, quia dum in constantia fidei, martyrio electi exercentur, per cultum uirtutum sanctæ opinionis fama, quasi odore aromatum, dilatantur. Sed areolæ a pigmentarijs conferuntur, quia martyres sancti, & a præcedentibus prædicatoribus ad confessionem roborantur, & a subsequen- tibus ad imitationis exemplum populis adducuntur. Ab illis qui præcesserunt, pigmenta uirtutum coluntur; ab his uero qui sequuntur, pigmenta exemplorum sumuntur. Et sexto capite scriptū est: Sicut

Turtur pudica auicula.
Tbren. 3. d.
1. Cor. 6. d.
Psal. 44. c.
Matth. 6. a.
Cant. 4. a.
Gregorius.
Genæ, prædicatores.
Malū punici, ecclesia.
Gillebertus.
Cant. 4. a.
Esa. 50. c.
Col. 1. d.
Galat. 6. c.
Cant. 5. d.
Cant. 4. a.
Verecūdia oim actuum colorat principia.
Genæ interiores animæ, quæ sint
Prouerb. 20. b.
1. Cor. 4. b.
Cant. 5. d.
Gregorius.
Genæ, martyres.
Areolæ aromatum.
Pigmentarij, prædicatores.
Cantic. 6. b.

Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; eo quod intrinsecus latet: Quo (inquit Gregorius) nihil aliud designari puto, nisi sanguinem martyrum, qui sub Antichristo morietur, & unitatē fidei, sub qua multi Iudæorum stringentur. In cuius constantia, dum sanguinis effusionem patientur, si- cyles. dei tribulatione, quasi corticis rubore, decorabuntur.

Quid gelu mysticè significet.

Cap. VI.

Quid gelu mysticè significet, diuus Gregorius declarat, libro Moral. uigesimonono, capite uigesimo primo, & uigesimo secundo, & uigesimo quarto &c. hoc pacto exponēs illud Iob, De cuius utero egressa est glacies, & gelu de cœlo, quis genuit? Quid aliud (inquit) in gelu, uel glacie, nisi frigida, & perfidiæ torpore constricta accipimus corda Iudæorum? Qui quōdam per accptionem legis, per custodiam mandatorum, per ministeria sacrificij, per mysteria prophetiæ, sic intra sinum gratiæ, quasi intra uterum creatoris habebantur. Sed quia ueniente domino constricti frigore perfidiæ, feruorem fidei, & charitatis amiserunt, à secreto gratiæ sinu proiecti, quasi glacies de utero creatoris egressi sunt. Et gelu de cœlo, quis genuit? Quid hic aliud cœlum, nisi sublimis debet intelligi uita sanctorum? De quo cœlo dictum est: Attende cœlum, & loquar. Non enim insensibili, sed rationabili creaturæ loquebatur. De hoc cœlo dominus ait: Cœlum mihi sedes est. De qua sede aliās scriptum est: Anima iusti sedes est sapiētiae. Quia ergo sapientia est Deus, si sedes Dei cœlum est, & anima iusti, sedes est sapiētiae, cœlum est utique anima iusti. Cœlum fuit Abraham, cœlum Isaac, cœlum Iacob. Sed quia persecutores domini pontifices Iudæorum perfidiæ torpore frigidi, de illorum patrum progenie processerunt, quasi de cœlo gelu exiit, quia de sublimi prole sanctorū, processit frigida plebs infidelium. Quum enim de Abraham natus est Cai- phas, quid aliud nisi gelu de cœlo processit? Quod tamen gelu idcirco dominus genuisse se dicit, quia Iudæos, quos naturaliter ipse bonos condidit, iusto iudicio per eorum malitiā frigidos à se exire permisit. Dominus enim autor est naturæ, non culpæ. Genuit ergo creādo naturaliter, quos iniquos permisit uiuere, tolerando patienter. Et capite uigesimo secundo: Sathan (inquit) etiam in gelu, & glacie nihil obstat intelligi. Ipse quippe quasi de Dei utero glacies processit, quia à calore creatorum eius malitiæ torpore frigidus, magister iniquitatis exiuit. Ipse gelu de cœlo est genitus, quia constricturus corda reproborum, à summis cadere est ad ima permissus. Qui bene in cœlestibus conditus, in culpæ frigore mentes sequacium, quasi gelu, dum cecidit, astrinxit. Cuncta tamen hæc intelligere & aliter possumus, si moraliter exquiramus. Vnde capite uigesimo tertio sic habet: Mentēs nanq; hominum omnipotens Deus, dum in suo timore format, quasi concipit, easq; ad apertas uirtutes, dum prouehit, gignit: sed si de acceptis uirtutibus extolluntur, relinquit. Et saepe quosdam cognouimus malorum suorum cōsideratione compungi, diuini terroris pauore feruescere, & per pauoris exordia usque ad uirtutum summa peruenire: sed dum de eisdem uirtutibus, quas accipiunt, extolluntur, inanis gloriæ laqueo astricti, ad antiquum torporem redeunt. Recte ergo quum tales dominus projicit, dicit: De cuius utero egressa est glacies? Quasi enim de Dei utero glacies egreditur, quando hi, qui iam intus incaluerant, ex uirtutum dono frigesunt, & inde exteriorem gloriam torpentes appetunt, unde ad interna diligenda ardentius flagrare debuerunt, dumq; iste signis, ille scientia, iste prophetia, ille magnis operibus pollet, atque per hæc dona, placere hominibus appetit, omne quod prius intimum caluerat, exteriorem laudem diligens, in torporem uertit. Quasi ergo glacies de utero egreditur, dū post donorum beneficia à uisceribus pietatis supernæ separatur. Et capite uigesimo quarto. Et quia iusto iudicio superbas mentes ad culpam egredi ex accepta uirtute permittit, recte adhuc subiungitur: Et gelu de cœlo quis genuit? Plerunq; enim sacri eloquij scientiam præstat, sed dum de eadem scientia, is qui accipit, extollitur, ira districti iudicis in ipso sacro eloquio cæcatur, ut exteriores fauores per illam sequens, eius iam interna non uideat, & qui intus manens calere poterat, exeūdo frigescat, duratusq; in ima corruat, quia cognitionem Dei prius tractabilis, in summis liquidus stabat. An sacrum eloquium cœlum non est, quod diem nobis intelligentiæ aperies, sole nos iustitiæ illustrat, quod dum nos uitæ præsentis nox continet, stellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet esse hærefes, ut probati manifesti fiant, quum ab intellectu sano mens superba repellitur, ultione districti iudicis gelu de cœlo generatur, ut quum ipsa scriptura sacra in electorum cordibus caleat, eos qui se superbè scire appetunt, à se frigidos emittat. Semetipsum tamen dominus hoc gelu gignere perhibet, nō quo prauorum mentes ipse ad culpam format, sed quo à culpa non liberat, sicut scriptum est: Ego obdurabo cor Pharaonis, quod quia misericorditer emollire noluit, profecto districtè se obdurare nunciāuit. Et capite 25. Potest & in bonam partem intelligi, si dictis præcedentibus sequens sententia non dispari sensu coniungitur: Quis est pluiæ pater, uel quis genuit stillas roris? De cuius utero &c. Terra enim, quum compluitur, iactata in eam semina feracius rigantur. Sed rursum

Gregorius.
Iob 39. c.
Gelu, siue glacies, frigida Iudæorum corda.
Vterus, gratia.
Cœlum, sublimis uita sanctorum.
Deuter. 32. a.
Esa. 66. a.
Sap. 7. d.
Natura, nō culpæ Deus est autor.
Gelu, & glacie, Sathan destitatur.
Iob 38. c.
Vterus, pietatis supernæ uiscerum.
Cœlum, sacrum eloquium.
1. Cor. 11. d.
Culpam nō gignit Deus, nisi quatenus ab illa non liberat.
Exo. 10. a.
Iob 38. c.

si illam pluuia immoderatus irrigat, in culmi pinguedinem, frumenti uirtutem mutat. Sin uero iam statum semen post pluuia gelu premitur, quo foris citius apparere repellitur, eo intus foecundius radicatur, & quo uetatur progredi, cogitur multiplicari, quia quum ab immaturo ortu restrigitur, ex coceptionis suae tarditate laxatum ad fructum uberius impletur. Quid est ergo, quod dominus prius quidem patrem se pluuia insinuat, postmodum uero de suo egredi utero glaciem narrat, scilicet gelu gignere de caelo pronunciat, nisi quod miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda uerbi semina, & prius per occultae gratiae pluuia infundit, & postmodum ne in conceptis uirtutibus immoderatus profluat, disciplina intima dispensationis premit, ut quam acceptae gratiae pluuia irrigat, etiam disciplinae rigor astringat, ne si, aut antequam debet, aut plusquam necesse est, coceptas uirtutes proferat, fruges in haerbam uertat. Plerumque enim ab inchoatibus opus bonum, dum priusquam oportet ostenditur, a grano perfectionis inanitur, & plerumque uirtutes, dum plusquam necesse est exuberant, exhalant. Vnde & electorum suorum dominus, uel ante tempus desideria renuit, uel rursus in tempore ultra mensuram profectus premit, ne si aut antequam debent, aut plusquam debent, proficiant, per profectus sui magnitudinem in elationis defectum cadant. Nam quum cor post peccata compungitur, terra quae aruerat, infusione pluuiae rigatur, & quum relictis iniquitatibus bona exequi opera proponit, quasi post infusione semē accipit. Et plerique quum desideria sancta concipiunt, in summis iam exerceri uirtutibus inardescunt, ut non solum culpa operationem non inquinat, sed nec cogitationem pulset. Et adhuc quidem in corpore positi sunt, sed nihil iam perpeti de communionem praesentis uitae uolunt, imitari per intentionem, internam mentis stabilitatem appetunt: sed interuenientibus tentationibus reuerberantur, ut uidelicet infirmitatis suae meminerint, & elati de uirtutibus, quas accipiunt, non sint. Quod dum mira disciplinae repressione agitur, quid aliud quam superinfusam terram gelu de caelo generatur? Quid aliud quam de Dei uero glacies producit, quando de interno secreto dispensatio egreditur, & uoluntates nostrae etiam in bonis desiderijs franguntur? Videamus, Paulus infusa uidelicet terra, quanta disciplinae glacie prematur, dum ait: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Qui enim uelle habere se offerit, iam per infusionem gratiae, quae in se lateant semina, ostendit: Sed dum perficere bonum non inuenit, profecto indicat quanta illum dispensationis supernae glacies premit. An ista glacies eorum corda non prefferat, quibus dicebat: Vt non quaecumque uultis, illa faciatis? Ac si aperte diceret: Occulta cordis uestri semina iam prodire in frugem quaerunt, sed superni moderaminis gelu premuntur, ut tanto post foecundius exeant, quanto diuini iudicij prementia pondera patientius portant. Et capite uigesimosexto: Potest etiam in gelu, uel glacie praesentis uitae aduersitas designari, quae dum asperitate sua sanctos comprimit, ualentiores reddit. Dum enim nos omnipotens Deus molestis exerceri permittit, atque ad melioris uitae statum, interueniente tristitia prouehit, miro consilio superfuturam frugem, gelu, & glaciem gignit, ut electus quisque in hac uita, tanquam in hyeme aduersa uentorum, & frigoribus toleret, & uelut in aestiua serenitate, postmodum fructus, quos hic conceperit, demonstrat. Vnde & sponsi uoce unicuique animae post huius mundi turbines ad illam aeternitatis amoenam properanti, dicitur: Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. Iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit.

Quid genimen, ac genu mystice significant.

Cap. VII.

Quid genimina mystice significant, diuus insinuat Gregorius libro Moralium uigesimoprimo, capite nono, exponens illud Iob, Ignis usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina: Beatus (inquit) Iob crimen luxuriae diffiniens, ait: Ignis est usque ad perditionem deuorans, quia nimirum reatus huius facinoris, non solum usque ad iniquationem maculat, sed usque ad perditionem uorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, si luxuriae scelus non abluatur, immensitate huius criminis obruuntur, secutus adiunxit, Et omnia eradicans genimina. Genimina quippe sunt animae operationes bonae. Cui tamen si peruerso ordine caro dominatur, igne luxuriae omnia bene prolata concremantur. Nulla quippe ante omnipotentis Dei oculos iustitiae, pietatisque sunt opera, quae corruptionis contagio ministrantur immunda. Quid enim prodest, si pie quisquam necessitati compatitur proximi, quando impietate in semetipso destruit habitationem Dei? Si ergo per cordis mundiciam libidinis flamma non extinguitur, in cassum quaelibet uirtutes oriuntur, sicut per Moysen dicitur: Ignis exarsit in ira mea, & ardebit usque ad inferos deorsum, comedit terram, & nascentia eius. Ignis quippe terram, & nascentia eius comedit, quum libido carnem, atque per hanc omnia bene acta consumit. Nam quicquid procedit ex fruge rectitudinis, hoc nimirum concremat flamma corruptionis. Dicat ergo: Ignis est usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, quia si corruptionis malo non resistitur, & illa procul dubio pereunt, quae bona uidebantur. Sed solent nonnullos ad humilitatem uitia sternere, atque ad tumorem mentis eleuare

Vetus, internū secretum. Glacies, dispensatio, & disciplina Dei. Romā. 7. c. Gal. 5. c.

Gelu, glacies, praesentis uitae aduersitas.

Cant. 2. c.

Iob 31. b. Ignis, luxuria.

Genimina, bonae operationes animae.

Deuter. 32. c.

Iob 31. b.

eleuare. Et diuus Hieronymus exponens illud Dauidicum, Riuos eius inebrians, multiplica genera eius: Riuus (inquit) in nobis a flumine illo, id est, a spiritu sancto emanant, qui nos diuersis gratiarum donis inebriant, ut alij detur sermo sapientiae, alij prophetia, alij curatio, alij interpretatio, uel reliquae donationes, quas operatur unus atque idem spiritus, diuidens unicuique prout uult. Per quae donationum genera, multiplicatur Ecclesia. Quae primū quidem quasi stillicidia in nobis defluunt, dehinc riuus fiunt. Post haec multiplicantur in generationibus, ut afferant fructum, aliud centesimū, aliud sexagesimū, aliud tricesimū. Diuus Augustinus legit, Multiplica generationes eius: Videmus (inquit) credentes, & ex credentibus alij credunt, & ex illis alij credunt, & non sufficit uni homini, ut factus sit ipse fidelis, si non & alium lucretur. Sic multiplicatur & semē. Pauca grana mittuntur, & segetes exurgunt. Et Cassiodorus: Riuos eius inebria, multiplica generationes eius. Riuos etiam hic dicit Apostolos, uel alios fideles, qui de illo Dei semper repleto flumine biberunt, sed ne potum ipsorum credentes esse tenuissimum, dicit riuos ipsos inebriandos, ut ad tantam satietatem perueniant, quanta & ipsis abunde sufficiat, & alijs profutura concedat. Rediit igitur ad singularem numerum, quae Ecclesiasticae unitati dicimur conuenire. Dicit enim, Multiplica generationes eius, id est, illius riuus, qui de flumine sancto profluit, ut per generationes succedentes, praedicatio beata non deficiat, sed multiplicetur, unde catholica semper crescat ecclesia, ut qui modo imbuuntur sacro dogmate, post alios docere uideantur. Quod quotidie fieri euidenter cognoscimus.

Quid genua mystice significet, ostendit Origenes homilia secunda super Iudicum, exponens illud, quod dominus Heliae respondit: Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua Baalim. Et addit Apostolos: Sic ergo (inquit) & in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae saluae factae sunt. Vides ergo quia illos qui curuauerunt genua Baalim, & qui non curuauerunt in reliquijs credentium, & in multitudine non credentium interpretatur. Quod hoc ostendit, quia illi qui in tempore saluatoris increduli extiterunt, & impij, genua curuauerunt Baalim, & adoraauerunt simulacra. Hi uero qui credunt, & implent opera fidei, non curuauerunt genua Baalim. Neque enim usquam refertur in historijs, uel in Euangelio, uel in alijs quibuslibet scripturis, quod tempore saluatoris aliquis genua flexerit simulacris, sed de illis utique hoc dicitur, qui peccatis suis astricti, uelut compediti tenebantur. Vnde constat quia & nos quotiescunque peccamus, captiui ducimur in lege peccati, & genua nostra curuamus Baalim. Sed non in hoc uocati sumus, nec ad hoc credidimus, ut iterum seruiamus peccato, & iterum genua flectamus diabolo: sed ut flectamus genua in nomine domini Iesu, quia in nomine Iesu omne genua flectitur, caelestium, & terrestrium, & infernorum, & ut flectamus genua ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelo, & in terra nominatur. Sed quid mihi prodest, si genua corporis mei ad orationem ueniens, flectam Deo, & genua cordis mei flectam diabolo? Si enim non stetero firmus aduersum astutias diaboli, flexi genua mea diabolo. Et si non constanter stetero aduersum iram, flexi genua mea irae. Similiter & si non constanter libidini resistero, flexi libidini genua mei cordis. Et in singulis quibusque, quae contraria sunt Deo, hoc facere uidebor, nisi constanter, & fortiter stetero, sicut & illi fecerunt, qui conluerunt Baalim, & dereliquerunt dominum patrum suorum, qui eduxit illos de terra Aegypti. Et homilia nona super Iudicum, exponens illud Iudicum, Omnis quicumque labet aquam in lingua, sicut lambit canis, statues eum seorsum, & omnem qui curuauerit genua sua, ut bibat, transferes eum: Et factus est (inquit) numerus eorum, qui lambebant in manu aquam, uel lingua, trecenti uiri. Coeteri autem omnes curuauerunt genua sua, ut biberent aquam. Et dixit dominus ad Gedeon: In trecentis uiris istis, qui lambebant aquam, saluos uos faciam, & tradam Madian in manum tuam. In omnibus penes ueterum gestis mysteria designantur ingentia, sicut etiam in hoc loco fieri uidemus, quia hi qui descendunt ad aquam, id est, qui ad baptismi gratiam ueniunt, non debent procidere in terram, nec flectere genua sua, & cedere tentationibus uenturis: sed stare firmiter, & constanter, sicut & propheta dicebat: Demissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressum rectum facite semitis uestris. Venisti ad aquam baptismi, istud est certaminis, & pugnae spiritualis initium. Hinc tibi aduersum zabolū nascitur pugnae principium. Si remissior fueris, si flecti facile potueris, quomodo pugnabis, quomodo stabis aduersus astutias zabolū? Propterea & Apostolos clamat: State ergo, & nolite iterum iugo seruitutis haerere. Et iterum dicit: State in domino. Et tertio dicit: Quoniam tunc uiuentum est, flecti ad necessitates terrenas, & corporeas nescit, qui uitij non indulget, neque ob peccati situm sternitur pronus. Sed & quod dicit eos manu, uel lingua aquam lambere, non absque sacramenti quadam significantia hoc mihi uidetur scriptum, scilicet quod & manu, & lingua operari debent milites Christi, hoc est, opere, & uerbo, quia qui docet, & facit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Quod autem etiam similitudinem canis lambentis scriptura posuit, uideatur mihi istud animal hoc in loco propterea nominatum, quod supra omnia caetera animalia amoris dicitur proprii domini seruire, nec tempore, nec iniurijs obliterari in eo fertur affectus.

Psal. 6. c.

1. Cor. 12. b.

Augustinus.

Cassiodorus.

3. Reg. 19. d. & Romā. 11. d.

Genua curuant Baalim, increduli, & peccatores.

Philip. 2. b. Ephes. 3. c.

Genua cordis flectere diabolo ac uitijis quod sit.

Iudicum 7. d.

Hebr. 12. g.

Zabolū, id est, diabolum.

Gal. 5. d.

Philip. 4. d.

1. Thessal. 3. c.

Matth. 5. c.

Canis amor nec iniurijs oblitescit.

Trecenti

Treceti, qui per
se & trinitatis
numeru ferut.
Ephes. 3. c.

Esa. 35. a.
Philip. 2. d.

Psal. 119. d.

3. Reg. 19. d.

Philip. 3. d.

Ag. 20. g.

Iudic. 7. a.

Gedeon, redem-
ptorem signifi-
cat.

Madianite, ho-
stes Christi.

Genustans, re-
cta operatio.

Aque, doctri-
na fluente.

Roman. 2. b.

Heb. 12. g.

Ecc. 15. d.

Centenarius nu-
merus, perfe-
ctiois plenitu-
do.

Treceti, trini-
tatis perfectam
cognitionem ha-
bentes.

Tuba, praedica-
tionis clamor.

Lampas, miracu-
lorum claritas.

Lagena, corpo-
rum fragilitas.

Trecenti ergo soli, qui sacramenti huius imaginem praeformabant, isti electi, isti probati, isti ad uictoriam consecrati, qui ex ipso numeri sacramento obtinere aduersarios possent. Trecenti enim sunt, qui tertio centena multiplicent, & perfecta trinitatis numerum ferunt, sub quo numero omnis Christi censeatur exercitus. In quo obtinemus, ut etiam nos mereamur ascribi. Et diuus Hieronymus exponens illud Apostolicum, Propterea curuo genua mea ad patrem domini nostri &c. Quomodo (inquit) in superioribus demonstratum est, ad effigiem corporalium luminum esse oculos spirituales, sic nunc intelligendum alia esse exterioris hominis genua, alia interioris. Etenim illud quod dicitur in Esaia: Cofortamini manus dimissae, & genua dissoluta; Et in alio loco ipse Apostolus: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum; Non ad genua corporis, sed ad subiectionem mentis, & inclinationem animae, cordisque obsequium pertinet, terrae se coequantis, ut Psalmista quoque canit, dicens: Adhaesit pauimento anima mea. Res enim spiritualis, & incorporea anima rei corporali pauimento quomodo potuit adherere? Esto quippe, in nomine Iesu flectant genua terrestria, nunquid & Angelos coeterasque uirtutes, quae in caelestibus perseverant, possumus affirmare speciem habere corpoream, ut in nomine eius flectant genua, uel apud inferos animas uinculis corporis liberatas, genua quod non habent esse flexuras? Quomodo igitur quicumque subiectus est saluatori, flectere ei genua dicitur: sic qui peccati seruus est, & habet spiritum seruitutis iterum in timore, genua scribitur flexisse peccato. Dereliqui (ait mihi dominus) septem millia uirorum, qui non curauerunt genua ante Baal, idolo scilicet, atque peccato. Qui fornicator est, & per lupanaria, scortaque discurrit, libidini flectit genua suum. Qui furiosus, flexo adorat iram genua. Qui mammonam suspicit, & Deus eius est uenter, flectit genua auaritiae, atque luxuriae. Toties diabolo flectimus genua, quotiescunque peccamus. Haec autem spiritualiter exponentes, non statim iuxta litteram orandi consuetudinem tollimus, qua Deum genua posito suppliciter adoramus, & fixo in terram poplite, magis, quod ab eo poscimus, impetramus. Legimus enim & Paulum in littore sic orasse, & geniculationes in oratione praecipuas. Sed sicut illud aedificat simplices, sic ueram geniculationem esse docemus in animo, quia multi corporale flectentes genua, animae nequaquam poplite curauerunt. Et contra, alij erecto Deum corpore deprecantes, magis se animo curauerunt.

De eodem genu ex Gregorio.

Cap. VIII.

Diuus autem Gregorius libro Moral. 30. cap. 32. & 33. & 34. exponens bellum Gedeonis cum Madianitis: In libro (inquit) Iudicium Gedeo contra Madianitas dimicasse describitur. Is quum exercitus multitudinem ad bella produceret, diuina illi admonitione praecipitum est, ut ad fluuium ueniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, a bellorum conspectu remoueret, actumque est, ut trecenti uiri tantummodo, qui stantes manibus aquas hauserant, remanerent. Cum his ad praelium pergit, eosque non armis, sed tubis, lapidibus, & lagena armauit. Gedeo interpretatur circueus in utero, & redemptoris nostri signat aduentum. Dominus enim noster per maiestatis potentiam omnia complectitur, & tamen per dispensationis gratiam intra uterum uirginis humanitatem sumens, uenit. Madian uero interpretatur, de iudicio. Vt enim hostes eius repellendi, destruendique essent, non de uicio repellentis, sed de iudicio iuste iudicatis fuit. Et idcirco de iudicio uocatur, quia alieni a gratia redemptoris, iustae damnationis meritum etiam in uocabulo nominis trahunt. Ductique sunt ad fluuium, ut aquas biberent &c. Aquas namque doctrina sapientiae, stante autem genu, recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt genua flexisse prohibentur, a bellorum certamine prohibiti recesserunt, quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad praelium, qui, quum doctrinae fluentia hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt. Reprobati sunt, qui genua, dum aquas biberent, inflexerunt, quia attestante Apostolo, Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quia enim (ut diximus) dissolutio operum in ipsa genuum incuruatione signatur, recte rursum per Paulum dicitur, Remissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris. Hi ergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc quod ore annunciant, opere ostendunt, qui fluentia doctrinae spiritaliter hauriunt, nec tamen in prauis operibus inflectunt carnaliter, quia sicut scriptum est, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Cum trecentis pergit ad praelium. Solet in centenariis numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio trinitatis? Cum his quippe dominus noster aduersarios dei destruxit, cum his ad praedicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere, qui sciunt de trinitate (quae Deus est) perfecta sentire. Itum est ad praelium cum tubis, cum lampadibus, cum lagena. Designatur itaque in tubis clamor praedicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagena fragilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad praedicationis praelium duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios, non armis, non gladiis, sed patientia superaret. Armati enim uenerunt sub duce suo ad praelium martyres nostri, sed tubis, sed lagena, sed lapidibus. Qui sonuerunt tubis, dum praedicant, confregerunt lagenas, dum

dum soluenda in passione sua corpora hostilibus gladiis supponunt, resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum, miraculis coruscauerunt. Et notandum, quod steterunt hostes ante lagenas, fugerunt ante lampades, quia nimirum persecutores sanctae Ecclesiae, fidei praedicatoribus adhuc in corpore positus resisterunt: post solutionem uero corporum appaerentibus miraculis, in fugam uersi sunt, quia pauore cointerriti, a persecutione fidelium cessauerunt. Intuendum est etiam, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextero enim habere dicimur, quicquid pro magno pensamus, pro sinistro uero, quod pro nihilo ducimus. Bene ergo in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt, quia Christi martyres pro magno habent praedicationis gratiam, corporum uero utilitatem pro minimo. Hinc dominus in Euangelio ait: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum. In modio enim commodum temporale, in lucerna autem, lux praedicationis accipitur. Lucernam ergo sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam praedicationis abscondere, quod nemo utique electorum facit. In candelabro autem status corporis designatur, cui lucerna superponitur, dum eidem corpori cura praedicationis antefertur.

Quid gibbus, gigasque mystice significant.

Cap. IX.

DE gibbo scribit diuus Gregorius parte prima Pastoralis, cap. 11. Gibbus (inquit) est, quem terrenae sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat, sed solis his, quae in infimis calcantur, intendat. Qui & si quando aliquid ex bono patriae caelestis audierit, ad hoc nimirum peruersae consuetudinis pondere praegratuatus, cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere non ualet, quem terrenae sollicitudinis usus curuum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit: Incuruatus sum, & humiliatus usquequaque. Quorum culpam quoque per semetipsam ueritas reprobans, ait: Semen autem quod in spinis cecidit, hi sunt qui audiunt uerbum, & a sollicitudinibus, & diuitiis, & uoluptatibus uitae euntes suffocantur, & non referunt fructum.

Quid autem gigantes mystice significant, insinuat diuus Gregorius lib. 17. Moral. cap. 11. exponens illud Iob, Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis: Gigantes (inquit) uel apostatas Angelos, uel superbos quosque homines nil obstat intelligi. Hinc enim per prophetam dicitur: Mortui non uiuent, gigantes non resurgent. Quos namque mortuos, nisi peccatores nominat? Et quos gigantes, nisi eos, qui de peccato etiam superbiunt, appellat? Illi autem non uiuunt, quia peccato uitam iustitiae perdidit. Isti etiam resurgere post mortem nequeunt, quia post culpam suam inflati per superbiam, ad poenitentiae remedia non recurrunt. Hinc rursum scriptum est: Vir qui errauerit a uia doctrinae, in coetu gigantum commemorabitur, quia quisquis iter rectitudinis deserit, quorum se numero, nisi superbiorum spiritu iungit. Bene autem contra elatos dicitur: Ecce gigantes gemunt sub aquis. Ac si aperte diceretur: Cur de scientia homo superbiat, quum ignorantiae abyssus, & ipsos superbissimos Angelorum spiritus premat? Si autem gigantum nomine potentes huius saeculi designantur, in aquis positi sunt populi figurari, Ioane attestante, qui ait: Aquae enim sunt populi. Bene autem contra superbiorem dicitur: Ecce gigantes gemunt sub aquis, quia elati omnes, dum in hac uita assequi honorum celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quis hic altius erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, eisque ipsis populis mente, & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitate. Et bene his uerbis, ac breuiter indicatur, quia omnis superbia eo ipso in imo iacet, quo in alta se erigit, ut inde magis cunctis supposita sit, unde cunctis expetit superesse. Homo quippe in sublimibus eleuatus, tantos super se sustinet, quantos suppositos regit. Hi autem qui talibus sociantur, ipsi etiam laboris eorum participatione deprimuntur. Nam cum eis laborem etiam tolerant ponderis, dum pariter gloriam affectant honoris. Unde protinus adiunxit, Et qui habitant cum eis. Ac si dicat: Pariter gemunt, qui eorum gloriae ex eorum delectatione sociantur. Et exponens illud Iob, Irruit in me quasi gigas: Facile quippe (ait) inimico resistitur, si non ei uel in multis lapsibus, uel in uno diutius consentiatur. Sin uero eius suasionibus anima subesse consueuerit, quanto se ei crebrius subiicit, tanto eum sibi intolerabiliorem facit, ut ei reluctari non ualeat, quia nimirum malignus aduersarius contra hanc ex praua consuetudine deuictam, quasi more gigantis pugnat. Sed tamen plerumque sancta Ecclesia post perpetratas culpas, mentes fidelium ad poenitentiam reuocat. Unde bene subditur, Saccum confui super cutem meam &c. Et Origenes homilia septima super Numeros, exponens illud Numeri: Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte uiros, & considerent terram Chanaanorum &c. In quibus exploratoribus terrae narratur, qui missi renunciant, quod terra quidem sit bona, & admirabilis. Habitant autem in ea filii gigantum, in quorum conspectibus populus Dei quasi locustae uideantur. Et plures quidem desperant se posse saluari a filiis gigantum, Iesus tamen non desperat, sed confirmat populi fidem cum Caleb, qui est de tribu Iuda, & dicunt: Si diligit nos Deus, introducet nos in terram hanc. Quae ergo est terra ista secundum spiritalem intellectum, quae terra quidem sancta est, & terra bona, sed ab impijs habitatur? Qui sunt ergo isti hostes, qui habitant in terra sanctorum? Et quomodo efficiendi sunt, ut

Dextrum, ma-
gnu: Sinistrum,
nihilum.

Matth. 5. b.

Modiu, com-
du temporale.

Lucerna, lux

praedicationis.

Candelabru, sta-
tus corporis.

Leuit. 22. d.

Gibbus, podere
depressus terre

nae sollicitudi-
nis.

Psal. 119. o.

Luca 9. b.

Iob 26. a.

Gigantes, dano-
nes, uel superbi.

Esa. 26. c.

Prouer. 21. b.

Apoc. 17. d.

Gigantes, pote-
tes huius saeculi,

elati.

Iob 16. d.

Gigas, malignus
aduersarius.

Origenes.

Numeri 13. a.

Illic d. & Nu-
meri 14. b.

sunt, ut illis eiectis, sancti succedat in locum eorum. Redeamus ad Euangelia, redeamus ad Apo-
 stolum. Euangelia sanctis promittunt regna caelorum. Apostolus dicit: Nostra autem conuersatio,
 in caelis est. In caelis ergo est locus hereditatis, qui promittitur sanctis. Et quid putamus quod nul-
 lus nunc aduersarius sit in his locis, quae tibi promittuntur, quem tu debeas pugnando euincere, ut
 liber ad ea, quae tibi promittuntur loca, euolare possis? Et quomodo dicit dominus a diebus Iohannis
 baptista, quia regnum caelorum uim patitur, & uim inferentes rapiunt illud? Nisi enim essent qui-
 bus uis fieret, nunquam essent qui inde depelli, & extrudi deberent, nunquam diceretur diripiendum
 per uim regnum caelorum. Et nisi essent cum quibus certamen nobis esset, ac praedium, nunquam
 diceret Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus princi-
 patus & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitia-
 rum in caelestibus, de quibus etiam illud Dei dictum diuinitus per prophetam intelligendum uidetur,
 ubi ait: Et inebriatus est gladius meus in caelo. Necessesse est ergo spiritalia nequitias, quae in caelesti-
 bus esse dicuntur, qui sunt ueri Chanaan, uinci abs te, ut expeditus ad caelestia regna transire
 possis, ut tu pro illis habites ibi. Scito tamen gigantes eos esse. Gigas dicitur omnis, qui aduersus
 Deum resistit. Quicumque ergo aduersatur Deo, & contrarius est ueritati (quod illi principaliter fa-
 ciunt) merito gigas appellatur. Tibi ergo praestatur, ut deuictis gigantibus intres in regnum,
 quod illi perdidit, ut impleatur quod scriptum est: Quis accipiet a gigante spolia? Vnde &
 dominus dicebat in Euangelio: Nemo potest introire in domum fortis, & diripere uasa eius, nisi
 prius alligauerit fortem. Qui licet propter superbiam suam a domo caelesti iam sit eiectus, tu tamen
 nisi uiceris illum, non introibis in domum fortis. Nec uinci solum, uerum & alligari illum oportet.
 Nisi enim alligetur, haudquaquam tutum esse poterit iter nostrum. Nunc ergo quantum ad com-
 parationem humanae, & daemoniacae naturae, nos locustae sumus, & illi gigantes, & praecipue
 si dubia sit fides nostra, & si nos perterreat infidelitas, illi gigantes erunt, & nos locustae. Si uero
 sequamur Iesum, & credamus uerbis eius, ac fide eius repleamur, tanquam nihil erunt in con-
 spectu nostro. Audi enim quomodo nos hortatur, & dicit: Si amat nos Deus, introducat nos in
 terram hanc, quoniam bona est, & fructus eius mirabilis, Typus ergo, & figura, quae praecessit in
 patribus, completur in nobis. Eiecerunt illi gentes, & consecuti sunt hereditatem eorum. Con-
 secuti sunt enim omnem terram Iudaeae, & Hierusalem ciuitatem, & montem Sion. Haec in illis impleta sunt.
 Ad te autem quid dicitur? Non (inquit) accessistis ad ea quae uisibilia sunt, sed ad inuisibilia. Accessis-
 stis enim (inquit) ad montem Dei uiuentis, & ad ciuitatem caelestem Hierusalem, & ad multitudi-
 nem angelorum. Sed & alibi idem Apostolus dicit: Hierusalem autem, quae sursum est, quae est ma-
 ter omnium nostrum. Si quis uerbis Apostoli, dicentis, Hierusalem esse caelestem, non accommo-
 dat fide, potest & haec uerba nostra recusare. Si uero uerbis Pauli fides adhibenda est, sicut & certe
 adhibenda est, & Hierusalem caelestem esse credimus ad typum terrenae huius, & quae scripta ui-
 dentur de hac terrena, ad illam caelestem rectius spiritali intelligentia conferemus. Accessimus ergo
 (sicut Paulus dicit) ad caelestem Hierusalem sine dubio, & ad caelestem Iudaeam, & sicut illi de ter-
 restri Iudaea eiecerunt Chanaanos, & Pherezanos, & Euanos, reliquasque gentes: ita & nos, qui ac-
 cessimus ad montem Dei, & ad regna caelestia, necesse est, ut debellemus contrarias potestates, &
 spiritalia nequitiae in caelestibus. Et sicut illi eiecerunt Iebusaeum de Hierusalem, & quae prius Iebus
 uocata fuerat, postmodum appellata est Hierusalem: ita & nos oportet (ut ita dicam) expellere prius
 Iebusaeum de Hierusalem, & sic hereditatem eius consequi. Vel haec quidem illi faciebant armis
 uisibilibus, nos uero inuisibilibus. Illi uincebant corporalibus praelijs, nos autem spiritali certamine
 superamus. Quod si uis audire, Paulus, qui non solum magister gentium, sed & militiae huius magis-
 ter est, quomodo pugnauerit prior, audi quid ipse de se scribat, sicut etiam & supra memorauimus:
 Non est (inquit) nobis colluctatio aduersum carnem, & sanguinem, sed aduersum principatus, &
 potestates, aduersus rectores mundi huius tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiae in cae-
 lestibus. Propterea de hanc pugnam spiritali, atque inuisibilem pugnaturis, spiritalia arma, & inuisi-
 bilia tela componit, & dicit: Induite uos loricae charitatis, & galeam salutis, & assumite scutum fi-
 dei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere. Sed & gladium spiritus (inquit) assumite,
 quod est uerbum Dei. Quomodo ergo talibus te armaueris telis, sequens Iesum ducem, non uerearis gigantes
 illos, Videbis enim quomodo eos tibi subiiciet dominus Iesus, & sicut patres calcauerunt ceruices
 gentium, ita & tu calcabis super ceruices daemonum. Ipse enim dicit Ihs, qui eum fideliter sequuntur: Ecce
 dedi uobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici.
 Vult enim semper Iesus res mirabiles facere. uult de locustis uincere gigantes, & de Ihs, quae in ter-
 ris sunt, caelestes superare nequitias. Et fortasse hoc est quod dicebat in Euangelijs: Quia qui cre-
 dit in eum, non solum faciet illa, quae ipse fecit, sed maiora (inquit) horum faciet. Verum enim maius nihil
 uidetur, quod homo in carne positus fragilis, & caducus, fide tantum Christi, & uerbo eius arma-
 tus, superet gigantes, daemonum legiones. Quamuis ipse sit, qui uincit in nobis, plus tamen esse dicit,
 quod per

quod per nos uincit, quam quod per se uincit. Tantum est, ut nos armis istis semper simus armati, & conuersatio
 nostra semper in caelis sit. Omnis motus noster, omnis actus, omnis cogitatio, omnis
 sermo caelestis sit. Quomodo enim nos illuc ardētius ascendimus, tanto illi praecipitātius ruent, & quan-
 to nos magis augemur, tanto illi inferiores fient. Vita nostra si sancta sit, si secundum Deum sit, illis con-
 feret mortem. Si segnis, & luxuriosa sit, potentes eos aduersum nos, & gigantes faciet. Quomodo ergo
 nos uirtutibus crescimus, tanto illi inferiores efficiuntur, & fragiles. Sicut e contrario, si nos infirme-
 mur, & terrena requiramus, illi fortiores fiunt. Et quanto nos dilatamur in terris, tanto illi spacia in
 caelestibus largiora concedimus. Vnde hoc magis agamus, ut nobis augescantibus, illi minuatur:
 nobis ingredientibus, illi pellantur: nobis ascendentibus, illi cadant. Sicut & ille cecidit, de quo dicit
 dominus in euangelio: Ecce uidi Sathanam sicut fulgur cadentem de caelo, ut illis proiectis intro-
 ducat nos illuc dominus noster Iesus, & percipere regnum suum caeleste concedat.

De eodem gigante.

Cap. X.

Gigas quoque dominum nostrum Iesum Christum significat, iuxta illud Psalmistae, Exultauit Gigas, Christus
 ut gigas ad currendam uiam &c. quod diuus Augustinus hoc pacto enarrat: Exultauit sicut
 fortissimus, & ceteros homines incomparabili uirtute praecedens, non ad habitandum uiam, sed ad
 currendam uiam. Non enim in uia peccatorum stetit. Gigas exultauit ad currendam uiam, natus
 est, creuit, docuit, passus est, resurrexit, ascendit. Cucurrit uiam, non haesit in uia. Quam autem uiam
 cito cucurrit, uis audire? A summo caelo egressio eius &c. A patre egressio eius, non temporalis, sed
 aeterna, qua de patre natus est. Et occursum eius usque ad summum eius. Et occurrit plenitudine diu-
 nitatis, usque ad aequalitatem patris. Postea uero quam excurrit inde, & recurrendo remeuit, misit
 spiritum suum. Et Cassiodorus: Bene Christus noster giganti comparatur, quia humanam natu-
 ram potentiae suae magnitudine superans, omnia mundi uitia cum suo truculentissimo autore pro-
 strauit. Merito dixit: Ad currendam uiam, cuius in nulla mundi ambitione potuit actus haesitare.
 Haec per allegoricas similitudines decenter expressa sunt, quae aliud dicentes, aliud intelligi suadent.
 A summo caelo &c. Si diligētius intueamur, totius hic maiestas trinitatis ostenditur. A summo cae-
 lo pater significatur. Egressio eius, natiuitas filij, non temporalis, sed aeterna patri, quae est ante omne
 principium. Quippe quum ipsum filium constet esse principium. Occursus eius, secundum hominem
 dicitur, quia post assumptionem carnis in utraque natura Christus permanens, ad sedem maiestatis
 paterna occurrit. Usque ad summum eius, iterum secundum deitatem, qua patri filius semper aequa-
 lis est. Nam quum uenit a summo, in nullo minor fuit: quum rediit ad summum, Deus homo aequa-
 lis patri in deitatis substantia, sicut uenerat, perseverat, cui nihil humana detrahit humilitas. Nam
 quod ait, Nec est qui se abscondat a calore eius, spiritum sanctum uidetur significare, quem post
 ascensionem discipulis misit. In actibus enim Apostolorum legitur igne apparuisse, qui supra unum-
 quemque eorum insidens, gentium uarijs linguis eos faciebat effari. Ipse ergo calor est, a quo nemo
 possit abscondi, qui deitatis suae potentia, uniuscuiusque corda cognoscit. Hoc uno uersiculo sanctae
 trinitatis ingentia sacramenta declarantur. Et intuere quemadmodum licet de tribus personis dica-
 tur, consubstantialem tamen seruauit unitatem, dicens: Eius, tanquam de uno, quia sancta trinitas
 unus est Deus, sicut legitur: Audi Israel, dominus deus tuus, dominus unus est. Et diuus Ambro-
 sius in enarratione Psalmi 118. sermone sexto, exponens illud Canticum secundo, Vox conso-
 brini mei: Ecce hic aduenit saliens super montes, transiēs super colles. Salit de caelo in uirginem,
 de utero in praesepe, de praesepe in Iordanem, de Iordane in crucem, de cruce in tumulum, in coe-
 lum de sepulchro. Proba mihi Dauid salientem, proba currentem. Tu enim dixisti: Exultauit tan-
 quam gigas ad currendam uiam, a summo caelo egressio eius &c. Ergo & nunc salit, & nunc cur-
 rit, de corde patris super sanctos suos, de oriente super occidentem, de septentrione super meri-
 diem. Ipse est qui ascendit super occasum, ipse super caelos caelorum ad orientem. Et diuus Bernar-
 dus sermone quinquagesimo tertio super Cantica: Exultauit (inquit) ut gigas &c. Cursus, & recur-
 sus is notissimus est, a quo, & ad quid intus consummatusque notissimum. Quid igitur? Fingemus
 nobis, siue in psalmis ista legentes, siue in praesenti Cantico uirum gigantem proceram staturam, ab-
 sentis cuiuspiam mulierculae amore captum, & dum properat ad cupidos amplexus, transilientem
 montes, collesque hos, quos uidemus mole corporea super plana terrae tanta altitudine eminentes,
 ut supra nubes aliqui illorum uerticem extulisse cernantur? Verum non decet istiusmodi corporeas
 phantasias imaginari, praesertim tractantes hoc Canticum spirituale. Dicit Dauid, quia posuit in so-
 le tabernaculum suum &c. Exultauit ut gigas &c. En quantum saltum dedit a summo caelo, ad ter-
 ras. Sanè enim non inuenio alibi ubi in sole posuerit tabernaculum suum, id est, in luce, & in mani-
 festo suam dignatus est exhibere praesentiam, ipse lucis inaccessibilis habitator, nisi utique in terris.
 Denique in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. In terris (inquam) palam, quod est, in
 sole posuit tabernaculum suum, corpus uidelicet, quod de uirginis corpore ad hoc sibi aptare di-

D gnatus

Esa. 40. b. gnatus est, ut in eo in se inuisibilis, uideretur, & sic uideret omnis caro salutare Dei, quum in carne uenisset. Salijt ergo in montibus, id est, in illis supremis spiritibus, quum ad eos usq; descendit sacramentum à sæculis absconditum, & imaginem pietatis, mysterium eis dignanter aperit. Sed transiens hos superiores, atq; eminentiores mōtes, Cherubim scilicet, atq; seraphim, nec nō dominationes, principatus, & potestates, uirtutesq; etiam usq; ad inferiorem ordinem Angelorum descendere tanquam ad colles, dignatus est. Sed nunquid uel in illis remansit? Trāsilijt & colles. Non enim (inquit) Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit, quod utiq; Angelis inferius est, ut sermo impleretur, quem dixit memoratus propheta, loquens ita ad patrem de filio: Minuisti eum paulominus ab Angelis, quanquam hoc sanè ad commendationem naturæ humanæ dictum possit intellegi, quòd homo ad imaginem, & similitudinem Dei cōditus, ac præditus ratione, instar utiq; Angelij, modicum tamen distet ab Angelo, propter corpus de terra. Sed audi Apostolum Paulū aperte pronunciantem de eo: Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratur esse se æqualem Deo, quia semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, & habitus inuētus ut homo. Et rursus: Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt, redimeret. Qui ergo factus ex muliere, factus & sub lege est, proculdubio non solum mōtes, id est, maiores, superioresq; beatitudines, sed etiam minores Angelos descendēdo transilijt, qui quidem in comparatione superiorum meritū collium nomine designantur. Coeterum qui minor est in regno cœlorum, maior est quouis carnem portante super terram, etiam si sit ille magnus Ioannes baptista. Nam & si sanè Deum hominem fateamur, etiam in homine super omnem principatum, & potestatem longè incomparabiliter præminere, certum tamen quia & si præit maiestate, sed infirmitate succubuit. Ita ergo salijt in montibus, & transilijt colles, quum non solum superioribus, sed & inferioribus spiritibus dignatissimè se inferiorem exhibuit. Nec modo illis supernis spiritibus, sed & ipsis, qui domos luteas inhabitant, subiectum se exhibuit, transiliens, & uincens etiam humilitate hominum humilitatem. Erat deniq; Mariæ subditus, & Ioseph, quum esset duodenis in Nazareth, & apud Iordanem Ioannis se manibus tam iuuenis inclinauit. Et diuus Hieronymus: Exultauit ut gigas &c. Hic gigas pro fortitudine Christi ponitur, eo quòd ipse alligauit fortem diabolum, & uasa eius (quæ nos sumus) diripuit. Ad currendam uiam, quia nō habuit hic moras. Hic natus uenit in passionem, resurrexit, & ascendit. A summo cœlo, id est, à patre, quod est principale nomen, non ideo, quòd maior sit filio secundum diuinitatem, sed pro nomine patris. A summo, id est, ab æternitate egressus eius. Occursus eius, in cœquitate æternitatis, quia ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram patris, ubi antea, & semper fuit cū ipso.

Quid glacies mysticè significet, dictum est in dictione, Gelu.

Quid gladius mysticè significet.

Cap. XI.

Gregorius. **Iob 41. c.** **Ephes. 6. d.** **Iob 27. b.** **Lucæ 2. c.** **Psal. 143. b.** **Iob 19. e.**

Quid gladius mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Iob, Quum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit: In scriptura (inquit) sacra aliquando per gladium sancta prædicatio, aliquando æterna damnatio, aliquando tribulatio temporalis, aliquando antiqui hostis ira, uel persuasio designat. Gladius enim sancta prædicatio ponitur, sicut Paulus ait: Et gladius spiritus, quod est uerbum Dei. Gladij nomine æterna damnatio designatur, sicut de prædicante hæretico scriptum est: Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, quia quātalibet hic numerositate germinent, æterna damnatione consumuntur. Gladius tribulatio temporalis accipitur, sicut Mariæ de sequuturis tribulationibus dicitur: Et tuam ipsius animam, pertransibit gladius. Rursus per gladium ira, uel persuasio maligni hostis exprimitur, sicut Psalmista ait: Qui liberalitè Dauid seruū tuū, de gladio maligno. Benignus quippe sanctæ prædicationis est gladius quo percutimur, ut à culpa moriamur: Malignus uero est diabolicæ persuasionis gladius, quo male quisq; percutitur, ut à uita rectitudinis extingatur. Antiqui ergo hostis est gladius ille tunc damnatus homo, in usum ministerij eius assumptus: Ipsum quippe per maliciā fraudis exacuit, & infirmorū corda trāstigit. Hunc ergo Leuiathan gladium apprehendit, quum eum suus damnatus homo suscepit. Si autem gladij nomine eius ira signatur, rectè non apprehēdere gladium, sed à gladio apprehendi describitur. In tantam quippe tunc insaniam uertitur, ut dominari omnibus appetens, nequaquam suæ iræ dominetur. Nos nanq; quum iram in usum iustitiæ assumimus, gladium tenemus, quia eam sub æquitate iudicij possidendo moderamur. Ille autem quia per abrupta furoris rapitur, non apprehendere gladium, sed à gladio apprehendi perhibetur. Non enim iram possidens tenet, sed ab ira sæuens tenetur. Et libro decimoquarto Moralium, capite trigesimoquarto, exponens illud Iob, Fugite ergo à facie gladij, quia ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicij: Omnis (inquit) qui peruersa agit, eo ipso, quo hoc despicit, esse Dei iudicium nescit. Si enim hoc timendum sciret, quæ in illo sunt punienda, non ageret, Nam sunt pleriq; qui extremum esse iudicium

cium uerbotenens sciunt, sed peruersè agendo testantur, quia nesciunt. Qui enim hoc nō formidat, ut debet, necdum cognouit cum quanto turbine terroris adueniat. Si enim pensare pōdus tremens diuini districtæ sententiæ priusq; appareat, placare. Vitari nanq; terror iudicis non nisi ante iudicij fionis districtæ sententiā priusq; appareat, placare. Vitari nanq; terror iudicis non nisi ante iudicij potest. Modo nō cernitur, sed precibus placatur. Quū uero in illo tremēdo examine federit, & uideri potest, & placari non potest, quia facta prauorū, quæ diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus. Vnde necesse est nunc timere iudicē, quū necdum iudicij exercet, quum diu mala sustinet, quum adhuc mala tolerat, & uidet, ne quum semel manum in retributione ultionis excusserit, tanto in iudicio districtius feriat, quanto ante iudicium diutius expectat. Et libro 18. capite septimo, exponens illud Iob, Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt: Filij (inquit) uiolentorum sunt sequaces hæreticorum, qui dum eorum errori consentiunt, quasi ex eorum prædicatione generantur. Sed multiplicati in gladio erunt, quia quamuis modo immensa multitudine in perdita libertate succrescunt, uenturi tamen iudicis sententiā feruntur. Vnde per Moysen dominus dixit, Gladius meus manducabit carnes. Dei enim gladius carnes comedit, quia in extremo iudicio eius sententiā eos qui carnaliter sapiunt, occidit. Et capite octauo: Dauid (inquit) typum domini, Goliath uero hæreticorum superbiam signans, hoc rebus locuti sunt, quod nos uerbis aperimus. Goliath quippe cum gladio, Dauid uero cum pera pastoralis uenit ad prælium: sed eundem Goliath Dauid superas, suo gladio occidit. Quod nos quoq; agimus, qui promissa Dauid membra ex eius fieri dignatione meruimus. Nam cum superbientes hæreticos, & sacræ scripturæ sententiā deferentes, eisdem uerbis, atq; sententijs, quas proferunt, uincimus, quasi elatum Goliath gladio detruncamus. Iustus ergo uestitur eis uestimentis, quæ præparat iniustus, quia uir sanctus eisdem sententijs ad ueritatem utitur, quibus se peruersus quisq; doctum ostendere contra ueritatem conatur. Et libro Moralium decimo, capite uigesimo octauo, & uigesimonono: Salomon (inquit) dum fortes spiritalis pugnae describeret bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, & ad bella fortissimi. Quid nanq; in diuina scriptura per gladium figuretur, Paulus aperuit, dicens: Et gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Salomon autem non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes, quia uidelicet uerbum Dei nō est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquium nouit, sed secundum illud uiuere negligit. Et doctus esse ad bella iam non uellet, qui spiritalem, quem habet gladium, minimè exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit, qui hunc uerbi Dei tenere gladium male uiuendo postponit. Et in commentarijs Cantici Canticorum: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël. Hi tenent gladios, & ad bella doctissimi existunt. Vniuscuiusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos: Lectulum (inquit) Salomonis ambiunt, quia mentem sanctam, in qua Christus pausat, uerbis, & exemplis muniunt, qui ab aditu mentis uenientes hostes repellunt, dum ipsam mentem exemplis sustinent, scriptis erudiunt. Hi tenent gladios, quia dum uerbum Dei opere complent, quod corde sciunt, magis, ac magis semper docti, hostem suum dæmonem, scilicet, sapientia, & fortitudine uincunt. Per gladium enim uerbum Dei designatur, per manus autem, quibus gladios tenent, ipsa opera figurantur, de quibus bene subditur, Vniuscuiusq; ensis &c. Quid per enses, nisi rigorem conuersationis, & quid per femur, nisi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quisq;, qui iam ad perfectionem uitæ prouecti sunt, semper enses super femur suum ferunt, quia rigore conuersationis, appetitum carnis assidue frangunt, ne hostis, quem in nocte huius mundi timent, repente ueniens, mollem aditum inueniat, & per uoluptatis molliciem, eo facilius, quo uoluptuosiores inuenerit, ad grauiora peccata perducatur. Et homilia uigesima prima super Ezechielem, citans illud Psalmistæ, Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello, hoc modo scribit: Gladius quippe doctoris, est sermo dei. Vnde per Paulum dicitur, Et Gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Omnipotēs itaq; Deus, quum doctorem respicit nolle operari quæ dicit, in die belli adiutorij eius gladium auertit, quia in tentationū certamine non permittit ei esse in adiutorium doctrinæ uerba, quæ dedit. Habet igitur gladium, sed hunc in bello non adiuuat, quia quum aduersitas tentationis eruperit, uerbi obliuiscitur, quod dicebat: Ecce enim de patientia forsitan sermo doctori est, doctrinæ suæ magisterio docere cogitur, qualiter contra illata damna, contra auditas contumelias patientia seruetur: sed quum ipse uel damno, uel contumelia fuerit lacessitus, oblitus quod docuerit, uel in læsione proximi, uel in reddendo grauius contumeliam excedit. Inter hæc itaque cogitet, quia mensa Dei est, labium intus reflectat, seruet quod prædicat. Scriptum quippe est: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et rursus scriptum est: Doctrina uiri per patientiam noscitur. Si itaq; index doctrinæ patientia est, tãto quisq; doctus ostenditur, quãto patiens fuerit. Hinc est enim quòd bonus ille discipulus, qui magistrum tolli in æra uidebat per magnæ charitatis affectum, clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Quid est quòd Helias currus Israël, & auriga dicit, nisi quia auriga agit, currus portat. Doctor ergo qui mores populi, & per patientiam

D ij tiam

tiam sustinet, sacri eloquij uerbis docet, & currus dicitur, & auriga. Currus, quia tolerando portat, quia mala sustinet; auriga, quia exhortando agit, quia populum bonis exhortationibus exercet. Et infra citans illud Apostoli, *Viuis est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ, ac spiritus, ilico subiunxit: Compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Distinguit enim sermo Dei compages, & medullas, quia discernit cogitationes, & intētionēs cordis. Per compages quoque, ossibus ossa iunguntur. Et saepe dum quid recta cogitatione agimus, sed subito in laudis amore declinamus, atque hoc pro laude facimus, quod prius facere pro ueritate cœperamus, quia cogitationibus adiunguntur, quasi quædam compages fiunt. Sed habent ossa, quæ in cōpage iuncta sunt, etiam medullas. Quod prædicator sanctus apertius intulit, quum subiunxit, Discretor cogitationum, & intentionum cordis. Compages enim nostræ, cogitationes sunt, medullæ autem intētionēs. Et sepæ aliud cogitamus, atq; aliud est, quod per cogitationem intendimus. Nam si quis proposito nummorū præmio, pupilli, uel uiduæ causam defendat, & fortasse Ecclesiã ingrediens, in suis precibus Deo dicat, Tu uides quia causam pupilli, & uiduæ defendo, iste procul dubio quod cogitat, scit, sed quò intendat eius cogitatio, ignorat. Aliud quippe cogitat, atq; aliò intendit. Non enim defensionem pupilli, uel uiduæ, sed mercedem nūmorum quærit. Nā tollere temporale præmium, & non pupillum, ac uiduam defendere intēdit. Sermo itaq; Dei, discretor est cogitationum, & intentionum cordis, quia non aspicit quid apud temetipsum cogites, sed per medullam compagis, id est, per intētionem cogitationis, quæ accipere requiris. Restat ergo ut doctor quum loquitur, quasi mensa Dei semper intus labium reflectat, ne aut mala intentione loqui inchoet, aut quum bene cœperit, seductus fauoribus, in appetitum alium declinet.*

Heb. 4. c.

Compago, cogitatio.

Medulla, intentio.

De eodem gladio,

Cap. XII.

Iob 5. c.

Gregorius.

2. Cor. 8. b.

Gladius oris, ac

cusatio, lingua.

Psal. 56. a.

Lucæ 23. c.

Pauper, humilis

Matth. 5. a.

Gladius oris,

iniquitas per

suasionis.

Psal. 7. c.

Augustinus.

Roman. 2. a.

Gladius, Christi

stus.

Psal. 16. c.

Cassiodorus.

Vibrare qd sit.

Ephes. 6. d.

DE eodem gladio scriptum est in Iob: Porro saluum faciet egenum de gladio oris eorum &c. Ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Ipse quippe iste pauper est, de quo per Paulum dicitur: Propter nos egenus factus est, quum diues esset. Et quia Iudæi accusando dominum tradiderunt, quem traditum gentiles crucifixerunt, potest per oris gladium accusantium Iudæorum lingua signari, de quibus per Psalmistam dicitur: Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Qui, Euāgelio etiam teste, clamauerunt, Crucifige, crucifige eum. Et, De manu uiolenti pauperem. Per uiolenti manum, ipsa crucifigens gentilitas exprimi potest, quæ in redemptoris morte, Hebræorum uoces opere impleuit. Deus itaq; hūc pauperem, & de uiolenti manu, & de oris gladio saluum fecit, quia uidelicet redemptor nosser & uires gentilium, & linguas Hebræorum moriendo ex humanitate pertulit, sed ex diuinitatis suæ potentia resurgendo superauit. Moraliter autem hoc pacto exponit: Pauper quippe est, quisquis apud semetipsum elatus non est. Vnde & per Euāgelium ueritas dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Duobus autem modis ad culpam unufquiscq; pertrahitur: Aut enim delectatione perducitur, aut terrore superatur. Gladius namq; oris, est iniquitas per suasionis, manus autem uiolenti, est aduersitas potestatis. Sed quia ueraciter humilis, qui hoc loco pauper uocat, quo nulla huius mundi prospera appetit, eo audenter etiam aduersa contemnit, recte dicitur: Saluum faciet egenum &c. Ac si apertè diceretur: Sic in se Deus mentes humilium solidat, ut eas ad perpetranda nequitiam, nec blandimenta suasionum pertrahant, nec dolores suppliciorum frangant. Spes quippe in æternitatem animum erigit, & idcirco nulla mala exterius quæ tolerat, sentit, unde & subditur: Et erit egeno spes. Et in Psalmo scriptum est: Nisi cōuertimini, gladium suum uibrabit. ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Ultimo uero tempore, quum ibi homines propter duritiã suam, & cor impenitens, thesaurizauerint sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, gladium suū uibrabit. Potest ipse homo dominicus gladius Dei intelligi bis acutus, id est, framea, quã nō uibravit primo aduentu, sed tanquã in uagina humilitatis abscondit. Vibrabit autem, quum in secundo aduentu ueniens iudicare uiuos, & mortuos, in manifesto splendore claritatis suæ, iustis lumine suo, & terrore impijs coruscabit. Nam in alijs exemplaribus pro eo quod est, gladium suum uibrabit, frameam suam splendorificabit. positum est. Quo uerbo conuenientissimè significari arbitror ultimū dominicæ claritatis aduentum. Quãdoquidem ex ipsius persona intelligitur, quod alius psalmus habet: Libera dñe ab impijs animã meam, frameã tuam ab inimicis manus tuæ. Et Cassiodorus: Con tumaces terret Iudæos, qui domini lege cōtempta, idolorum culturis nefandissimis seruiebãt. Ipsi enim dicitur: Nisi conuertamini, gladium suū uibrabit, id est, unicū filium suum sub lucente claritate missurus est. Vibrare enim illud dicimus, quod modo lumen, modo umbras tremulas probatur ostendere. Hoc cōstat domini incarnatione Christi prouenisse, quando perfidis tenebras, fidelibus autem lumen suæ deitatis ostendit: Gladium uero uerbum. Et apostolus ait: Et gladium spiritus, quod est

quod est uerbum dei. Et Origenes homilia secunda in Psalmū 36. exponēs illud Dauidicum, *Gla-* *Origenes.*
dium euaginauerunt peccatores, tetenderunt arcum suum, ut deiciant inopem, & pauperem: Nō *Psal. 36. c.*
(inquit) quod omni genere peccatores gladium habeant corporalem, sed uideamus ne fortè sicut sunt quædam arma Dei, in quibus esse dicitur lorica iustitiæ, & gladius spiritus, & scutum fidei: ita etiã sunt arma diaboli, quibus indutus est homo peccator. A cōtrarijs igitur intelligamus cōtraria, & statuamus duos milites armatos, unum militem Dei, alterū milite diaboli. Et si quidē miles Dei habet lorica iustitiæ, sine dubio miles diaboli contrariã huic gerit iniustitiæ lorica. Et si miles Dei galea salutis coruscat, è cōtrario peccator, qui est miles diaboli, galea perditionis indutus est. Si parati sunt pedes militis Christi ad Euāgelij cursum, & prædicationē, è cōtrario peccatoris pedes ue *Psal. 13. b.*
lociter currūt ad effundendū sanguinē, & calciamēta eius, hoc est, preparatio concinnatur ad malum. Habet ergo miles Dei scutum quoddam fidei, habet & miles diaboli infidelitatis scutum. Ita ergo est gladius quidam spiritus sancti in his, qui militāt Deo: est autem & gladius maligni, in his, *Gladius spiri-*
qui militant peccato, quem gladium euaginare nunc dicitur peccatores. Quomodo autem putādī *ritus sancti, &*
sunt peccatores euaginare gladium? Quum iam impudenter, & absq; ullo uerecundiæ uelamento *Gladius quomo-*
iniquitates suas perpetrant, nec erubescūt, ac reuerētur, neq; tāquam in uagina nequitiam suam re- *do à peccatorio*
condunt, & contegunt: sed superbo, & elato spiritu, uelut gladium quendam denudant. Et homilia *bus euaginat.*
tertia in eundem psalmum: Gladium (inquit) euaginauerunt peccatores, tetenderunt arcum suum: *Psal. 36. c.*
Explanantes dicebamus secundum Apostolum, qui dixit à cōtrarijs: Et gladium spiritus, quod est *Ephes. 6. d.*
uerbum Dei, quia peccatorum gladius esset spiritus, qui in ipsis est nequã, qui eos inspirat ad uer-
ba blasphemia, & iniquitatis, & turpitudinis. Verbi causa: Si uideas gentiles aduersum se in disputa-
tionibus dimicantes, & diuersas contra se inuicem impietates, dialecticæ artis uersutis astruētes,
potest tūc dicere competēter, quia gladiū euaginauerunt peccatores. Sed & ego, qui dicor fidelis,
si fortè certamē sit mihi cum aliquo, & ad iracundiã prouocatus, abiecta māsuetudine proferã uer-
ba furiosa, & spiritum mendacijs, & tumidis, uenenatisq; sermonibus retegam, meritò etiã ego tan-
quam peccator euaginasse gladium dicor. Bonum igitur primum est nō habere quidē gladiū pec-
cati, secundū uero est, saltem nō eum euaginare, sed recōdere in uagina sua. Si enim nō proferatur
gladius de uagina, neq; exerceatur, acies eius obtunditur, & erugine cōsumitur, & si semper cesset
ab opere, exterminabitur. Hoc enim dominus etiam pollicetur, ut exterminet rōphæam, id est, pec-
catum, ita ut ultra iam non sit peccator. Sed si quidem uerbi Dei præuenimus hoc opus, & in hac
uita positi faciamus in nobis interire peccatum, ut nunquã omnino à nobis, neq; per cogitationem,
neq; per opus, neq; per uerbum peccati gladius proferatur, non indigebimus pœnæ ignis æterni,
non tenebris exterioribus condemnabimur, neq; illis supplicijs, quæ peccatoribus imminēt, subia-
cebimus. Et homilia 35. in Matthæum exponens illud Euangelicum, Cōuerte gladium tuū in locū *Matth. 26. e.*
suum, hoc modo scribit: Est ergo gladij aliquis locus, ex quo non licet accipere eum, qui non uult
perire, maximè in gladio. Pacificos enim uult esse Iesus discipulos suos, ut bellicū gladiū deponen- *Gladiū bellicū*
tes, alterum pacificum accipiāt gladium, quē dicit scriptura gladiū spiritus. Simile autem mihi uide- *deponendum.*
tur quod dicit: Omnes qui accipiūt gladium, gladio & peribunt, id est, omnes qui nō sunt pacifici, *Ephes. 6. d.*
sed belli cōcitatores, in eo bello peribūt quod concitāt, ut sit in eis gladius mysteriū belli, & litis. Et *Matth. 26. e.*
puto, quod omnes tumultuosi, & cōcitatores bellorum, & conturbātes animas hominum, maximè *Bellū cōcitan-*
Ecclesiarum accipiunt gladiū, in quo & ipsi peribūt. Quoniam qui fodit foueã, ipse incidit in eam. *tes, bello per-*
Quoniã cōuertetur dolor eorum in caput ipsorū, & iniquitas eorum in cerebrum eorū descendet. *eunt.*
Sed & simpliciter audiētes quod dicit: Qui accipiunt gladium, gladio peribūt, cauere nos cōuenit, *Prouer. 26. d.*
ut ne occasione militiæ, aut uindictæ propriarū iniuriarū eximamus gladium, aut ob aliquã occasio- *Psal. 7. d.*
nem, quã omnē Euangelica abominatur hæc Christi doctrina, præcipiēs, ut impleamus quod scri- *Matth. 26. e.*
ptum est: Cum his qui oderunt pacē, eram pacificus. Si ergo cum odientibus pacem debemus esse *Psal. 119. b.*
pacifici, aduersus neminem gladio uti debemus. Et homilia 16. super Leuiticum, exponēs illud, Et *Hebr. 4. c.*
cadent inimici uestri in conspectu uestro gladio: Qui sint (inquit) inimici, supra diximus, id est, dia-
bolus, & Angeli eius. Quo autem gladio dicantur cadere, docet Apostolus, dicēs: Viuis enim est *Roman. 3. c.*
sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio utrinq; acuto &c. Hic est gladius, cuius acie ca-
dunt inimici nostri. Sermo namq; Dei est, qui prosternit omnes inimicos, & ponit eos sub pedibus *Ephes. 6. d.*
suis, ut subditus fiat omnis mundus Deo. Et alio in loco ait: Et gladium spiritus, quod est uerbum *Roman. 3. c.*
Dei, euidentissimè per hæc pronuncians, quia per uerbum Dei, quod est gladius utrinq; acutus, *Ephes. 6. d.*
cadant inimici nostri in conspectu nostro.

Quid glareæ, glebaq; mysticè significant.

Cap. XIII.

Quid glareæ mysticè significet, insinuat diuus Gregorius exponens illud Iob, Dulcis fuit gla- *Iob 21. d.*
reis cocyti, libro 15. Moral. capite 19. Græca (inquit) lingua cocytus luctus dicitur, qui tamen *Cocytus, luctus,*
luctus *D iij*

luctus foeminarum, uel quorūlibet infirmantium solet intelligi. Sapientes uero huius saeculi à luce ueritatis exclusi, quasi umbras quasdam de ueritatis inquisitione tenere conati sunt. unde cocytum fluuium currere apud inferos putauerunt, uidelicet designantes, quod hi, qui digna doloribus opera faciunt, in infernum ad luctum decurrunt. Sed nos despiciamus umbram carnalis sapientiae, quae iam de ueritate lucem tenemus. & cognoscamus uoce beati uiri cocytum luctum infirmantium dici. Scriptum quippe est: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum. Qui enim in Deo confortari renuunt, ad luctum per animi infirmitatem tendunt. Glareas uero lapillos fluminum appellare conuenimus, quos aqua defluens trahit. Qui ergo per glareas cocyti, nisi reprobis designantur, qui suis uoluptatibus dediti, quasi semper à flumine ad ima detrahuntur? Qui enim contra uoluptates huius saeculi stare fortiter nolunt, glareas cocyti fiunt, quia suis quotidie lapsibus ad luctum tendunt, ut in aeternum possint lugere, qui modo se in suis uoluptatibus delectabiliter relaxant. Et quia ante hoc mundo honoribus extollit, dum eorum oculis prodigia ostendit, dum fluxae mentes hunc in suis prodigijs admirantur, & sequuntur, bene de eo dicitur, Dulcis fuit glareis cocyti. Quos enim hunc electi despiciunt, quum mentis calce contemnant, illi eum sequentes, diligunt, qui uelut aqua uoluptatis ad perpetuum luctum trahuntur, qui per terrenam concupiscentiam more glarearum quotidianis lapsibus ad ima dilabuntur. Alijs namque gustum suae dulcedinis per superbiam, alijs per auariciam, alijs per inuidiam, alijs per fallaciam, alijs per luxuriam porrigit, & ad quanta uitiorum genera pertrahit, quasi tot suae dulcedinis potus propinat. Nam quum aliquid superbum in mentem persuadet, fit dulce, quod dicit, quia uideri praelatus ceteris hominibus peruersus appetit. Quum menti auariciam infundere molitur, fit dulce, quod occulte loquitur, quia per abundantiam necessitas uitatur. Dum aliquid de inuidia suggerit, fit dulce, quod dicit, quia peruersa mens dum alium decrefcere uiderit, exultat se eo minorem minime uideri. Quum aliquid de fallacia persuadet, fit dulce, quod suggerit, quia eo ipso quo fallit ceteros, prudens sibi uidetur. Quum luxuriam deceptae menti loquitur, fit dulce, quod suadet, quia in uoluptate animum resoluunt. Quot ergo uitia carnalium cordibus inserit, quasi tot potus suae eis dulcedinis porrigit. Bene ergo dicitur, Dulcis fuit glareis cocyti, quia amarus electis, & suauis est reprobis. Illos enim solummodo suis delectationibus pascit, quos quotidianis lapsibus ad gemitum impellit. Et libro Moralium uigesimo, exponens illud Iob, Vel super glaream: Doctores (inquit) peruersorum dogmatum super glaream habitant, quia illas hominum mentes trahunt, quae nulla grauitatis stabilitate solidantur, quas uelut de loco semper ad locum flumina errorum ducunt. Vnde & praedicator egregius quum auditores suos non temporaliter duci, sed forti cuperet grauitate solidari, admonuit, dicens: Vt iam non simus paruum fluctuantes, nec circumferamur omni uento doctrinae. Bene ergo dicitur, Vel super glaream, quia plebem non fixam, sed mobilem tenuit, non super petram, sed super glaream mansit. Priorem locum, nempe, Dulcis fuit &c. diuus Hieronymus sic exponit, Cocytum inferorum fluuium esse dicunt. Nos autem in scripturis diuinis eundem fluuium, torrentem, puteum, caminum, ignem aeternum, lacum, stagnum legimus & gehenam. Glarearum uero nomine ipsa officia tartarorum, multos quoque poenarum infernalium, uinctos tormentorum locis existimo significari. Et dictum est quasi per ironiam, eo quod desideret illum, atque exoptent habitatores inferorum, ut puniant, & de eius interitu saturentur. Vel certe dulcis fuit morti, quia tam innumeros ei populos acquisiuit.

Quid autem per glebas intelligatur, diuus Gregorius insinuat, libro trigesimo Moralium, capite decimo, exponens illud Iob, Quando fundabatur puluis in terram, & glebae compingebantur. Glebae (inquit) ex humore coagulantur, & puluere. In hac itaque terra, id est, in peccatore nullo rationis pondere solidato, cuiuslibet tentationis flatu raptis, glebae compactae sunt, quia uocati peccatores, & per spiritus sancti gratiam infusi, in collectione sunt charitatis uniti. Ista glebae in terra compactae sunt, quando populi, qui prius quasi in dispersione pulueris diuersa sentiebant, postmodum sancti spiritus gratia accepta, in illa pacatissima unanimitatis concordia conuenerunt, ut quum essent tria milia, uel rursus quinque milia, scriptura teste, diceretur, quia erat in eis cor unum, & anima una. Has glebas ex uno quidem puluere, sed quasi diuersa mole distinctas quotidie dominus in terra compingit, quia seruata unitate sacramenti, iuxta uarietatem morum, atque linguarum, fideles in Ecclesia populos colligit. Has glebas iam tunc dominus designauit, quando ad esum panis, & piscium quinquagenos discumbere, uel centenos iussit. Quas tamen glebas, si in Ecclesia ex diuersitate meritorum attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius ualemus. Nam dum alius est ordo praedicatorum, alius auditorum, alius regentium, atque alius subditorum, alius coniugum, alius continentium, alius poenitentium, alius uirginum, quasi ex una terra, est diuersa glebarum forma distincta, dum in una fide, in una charitate disparia demonstrantur bene operantium merita. Has glebas populus ille significauit, qui ad constructionem tabernaculi sub uno studio diuersa donaria obtulit, de quo scriptum est: Quicquid in cultum

in cultum tabernaculi, & ad uestes sanctas necessarium erat, uiri cum mulieribus praebuerunt, armillas &c. In ornamento ergo tabernaculi uiri dona cum mulieribus offerunt, quia in explendo cultu sanctae Ecclesiae, & fortium facta sublimia, & infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas, quae lacertos astringunt, nisi praepositorum ualide laborantium opera demonstrantur? Et quid per inares, nisi subditorum obedientia exprimitur? Quid per annulos, nisi signaculum sacrorum? Plerumque enim magistris signant, quod ab auditoribus capi non posse considerant. Et quid per dextralia, nisi primae operationis ornamenta memorantur? Quid per uas aureum in donaria domini separatim, nisi diuinitatis intelligentia accipitur, quae tanto ab inferiorum amore disiungitur, quanto ad sola, quae aeterna sunt, amanda subleuatur? Quid per hyacinthum, nisi spes coelestium? Quid per purpuram, nisi cruor, ac tolerantia passionum, amore regni perpetui exhibita? Et quid per bistrinctum coccum, nisi charitas demonstratur, quae pro perfectione bis tingitur, quia Dei, & proximi dilectione decoratur? Quid per byssum, nisi immaculata carnis incorruptio? Et quid per pilos caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas textitur, nisi dura poenitentium afflictio designatur? Dum igitur alij per armillas, & annulos forte magisterium exercent, alij per inares, & dextralia deuotam obedientiam, rectamque operationem exhibent, alij per separatim uas aureum praeclearam, subtilioremque Dei intelligentiam tenent, alij per hyacinthum, purpuram, & coccum, audita coelestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quae adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt, alij per byssum incorruptionem carnis offerunt, alij per caprarum pilos deplorant asperem, quod libenter commiserunt quasi ex una terra innumeram glebam proferunt, quia ex uno, & pari obsequio facta fidelium disparia procedunt. Quae nimirum glebae nequamquam concretae ex puluere surgerent, nisi aquam prius puluis acciperet, & concepto se humore solidaret, quia nisi peccatores quosque sancti spiritus gratia infunderet, costrictos eos ad fidei opera, charitatis unitas non teneret. Et exponens illud Iob, Aut confringet glebas uallium post te: hoc pacto scribit: Solent excultae terrae superiacentes glebae iactata semina premere, & nascentia suffocare. Quibus glebis hoc loco illi signantur, qui per duriciam suam, atque pestiferam uitam, nec ipsi semina uerbi recipiunt, nec rectorum seminum fructus alios ferre permittunt. Sanctus enim quisque praedicator in mundum ueniens Euangelizando pauperibus, quasi molles uallium terras arauerat, sed quorundam duritiam electorum Ecclesia rumpere non ualens, eos quasi superiectas labori suo glebas oppressa tolerabat. Multi enim peruersae mentis ipsa terrenorum principum infidelitate confisi, surgentem Ecclesiam male uiuendi pondere premebant, quum diu quos possent, modo damnabilibus exemplis, modo minis, modo blandimentis destruerent, ne terra cordis auditorum, ad spiritalis seminis fructum exculpta, perueniret. At quum omnipotens Deus hunc rhinocerotem loris suis subdidit, per eum ilico glebarum duriciam frigit. Mox quippe terrenorum principatum suae fidei subiugauit, dura persequentium corda contriuit, ut quasi confractae glebae non iam obturatae premerent, sed ad percepta uerbi semina resolutae, germinarent. Vnde recte nunc ait, Aut confringet glebas uallium post te? Ac si diceret: Sicut post me, qui postquam mentem cuiuslibet elatae potestatis ingredior, non solum eam mihi subditam reddo, sed etiam ad conterendos fidei hostes exerceo, ut potentes huius saeculi meae fortitudinis loris ligati, non solum in me credentes permaneant, sed & pro me alieni cordis duriciam zelantes, frangant. Hoc autem quod de infidelibus diximus, in plerisque etiam, qui fidei nomine censentur, uidemus. Multi namque in medio humilium fratrum positi, fidem uel botenus tenent, sed dum elationis typum non deserunt, dum quos possunt illatis uolentibus premunt, dum fructificantibus alijs, ipsi nequaquam semina uerbi recipiunt, sed ab exhortantis uoce aurem cordis auertunt, isti quid aliud quam obduratae glebae in exaratis uallibus iacent? Qui eò nequiores sunt, quo nec ipsi humilitatis fructum proferunt, & (quod est deterius) proferentes humiles premunt. Ad horum duriciam dissoluendam nonnunquam sancta Ecclesia, quia propria uirtute non sufficit, rhinocerotis huius, id est, terreni principis opitulationem quaerit, ut ipse superiacentes glebas conterat, quas Ecclesiarum humilitas quasi planicies uallium portat. Has itaque glebas rhinoceros pede premit, ac comminuit, quia prauorum, potentiumque duriciam, cui Ecclesiastica humilitas resistere non ualet, principalis religio ex potestate dissoluit. Quod quia sola diuina uirtute agitur, ut terreni regni culmina, ad perfectum regni coelestis inclinentur, recte nunc dicitur, Aut confringet glebas uallium post te?

Quid gradus mysticè significant.

Cap. XIII.

Quid gradus mysticè significant, diuus insinuat Greg. homil. 19. super Exechiel, exponens illud Ezechielis, Septem uero graduum erat ascensus eius, & uestibulum ante eam: Septem (inquit) gradus

Ezech. 40. d.

D iij quit)

Viri, fortes.
Mulieres, infirmi.
Armilla, praepositorum opera fortia.
Inares, subditorum obedientia.
Annuli, secretorum signacula.
Dextralia, primae operationis ornamenta.
Vas aureum, diuinitatis intelligentia.
Hyacinthus, spes coelestium.
Purpura, poenitentium tolerantia.
Coccum bis tinctum, charitas Dei, & pro ximi.
Byssus, carnis incorruptio.
Pili caprarum, dura poenitentium afflictio.
Iob 39. d.
Glebae, per uerba praecipue principes.

Iob 39. d.

Gradus septē, quibus ad caeli ascenditur. *Esa. 11. a.* **Prouer. 1. a.** **1. Ioan. 4. d.** **Timor,** **Pietas,** **Scientia,** **Fortitudo,** **Consilium,** **Intellectus,** **Sapientia,** **Vestibulum,** *hu- militas. Esa. 66. a. Psa. 83. b. Conuallis, humi- litas, humilis. Psa. 103. b. Vestibulum, si- des. A. 10. a. Ibidem, Heb. 11. a. Augustinus, Timor Dei, Pietas,* quit) gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni caelestis aperitur. Quam septiformem gratiam Esaias in nostro capite, uel in eius corpore, quod fumus, enumerans, dicit: Requiescet super eum spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Quos gradus de caelestibus loquens, descendendo magis, quam ascendendo, numerauit, uidelicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Et quum scriptum sit, Initium sapientiae timor domini, constat proculdubio, quia a timore ad sapientiam ascenditur, non autem a sapientia ad timorem reditur, quia nimirum perfectam habet sapientia charitatem. Et scriptum est: Perfecta charitas foras mittit timorem. Propheta ergo, quia de caelestibus ad ima loquebatur, coepit magis a sapientia, & descendit ad timorem. Sed nos qui a terrenis ad caelestia tendimus, eosdem gradus ascendendo enumeremus, ut a timore ad sapientiam peruenire ualeamus. In mente enim nostra primus ascensionis gradus, est timor domini: secundus, pietas &c. Est enim timor domini in mente. Sed qualis est iste timor, si cum eo pietas non est? Qui enim misereri proximo ignorat, qui copati eius tribulationibus distimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus est, quia non subleuatur ad pietatem. Sed saepe pietas per inordinatam misericordiam errare solet, si fortasse pepererit, quae parceda non sunt. Peccata etenim, quae feriri gehennae ignibus possunt, disciplinae uerbera sunt corrigenda. Sed inordinata pietas quam temporaliter parcat, ad aeternum supplicium pertrahit. Vt ergo uera, & ordinata sit pietas, ad gradum est alium subleuanda, id est, ad scientiam, ut sciat, uel quod ex misericordia puniat, uel quid ex pietate dimittat. Sed quid, si sciat quid agere quis debeat, uirtute uero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem, ut quam uidet quid agendum sit, hoc agere per metus fortitudinem possit, ne timore trepidet, & pauore collapsa, non ualeat bona defendere, quae sentit. Sed saepe fortitudo, si improuida fuerit, & minus contra uitia citumspecta, ipsa sui praesumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, ut prouidendo praemuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest, si intellectus deest, quia qui non intelligit malum, quod agentem grauat, quomodo potest bonum solidare quod adiuuat? Itaque a consilio ascendamus ad intellectum. Sed quid, si intellectus magno acumine uigilet, & moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascendamus ad sapientiam, ut hoc, quod acute intellectus inuenit, sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem, per pietatem ad scientiam ducimur, per scientiam ad fortitudinem roboramur, per fortitudinem ad consilium tendimus, per consilium intellectu prospicimus, per intellectum ad maturitatem sapientiae peruenimus, septem gradibus ad portam ascendimus, per quam nobis aditus uitae spiritalis aperitur. Bene autem dicitur, quia vestibulum erat ante eam, quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus donorum spiritalium non ascendit, sicut scriptum est: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremetem sermones meos? De quo per Psalmistam dicitur: Ascensus in corde suo disposuit in conualle lachrymarum. Conuallis quippe humilis locus est, & peccator quisque, dum se in lachrymis humiliter affligit in corde, per ascensum uirtutum proficit. Quirursus ait, Emittit fontes in conuallibus, quia omnipotens Deus dona spiritalis gratiae humilibus praestat. Potest quoque per uentilum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus, & portam, quia prius ad fidem uenimus, ut postmodum per spiritalium donorum gradus, caelestis uitae aditum intremus. Non enim uirtutibus uenitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad uirtutes. Cornelius enim centurio, cuius eleemosynae ante baptismum, Angelo testate, laudatae sunt, non operibus uenit ad fidem, sed fide uenit ad opera. Nam & ei per Angelum dicitur: Orationes tuae, & eleemosynae ascenderunt in conspectum Dei. Si enim Deum uerem, & ante baptismum non crediderat, quid orabat? Vel quomodo hunc omnipotens Deus exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici petebat? Sciebat igitur creatorem omnium Deum, sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, nisi ante credidisset. Scriptum nanque est: Sine fide impossibile est placere Deo. Fidem ergo habuit, cuius operationes, & eleemosynae placere potuerunt: Bona autem actione promeruit, ut Deum perfecte cognosceret, & incarnationis eius mysterium crederet, quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidem ergo uenit ad opera, sed per opera est solidatus in fide. Vestibulum itaque ante gradus est, quia qui prius credidit, ipse post uirtutum gradibus ad portam aditum ascendit. Diuus quoque Augustinus libro de doctrina Christiana secundo, cap. septimo, eosdem septem gradus, quibus ad sapientiam itur, hoc pacto declarat: Ante omnia igitur opus est Dei timore conuerti ad cognoscendam eius uoluntatem, si quid nobis appetendum, fugiendumque praecipiat. Timor autem iste cogitationem de nostra mortalitate, & de futura morte necesse est incutiat, & quasi clauatis carnibus omnes superbiae motus ligno crucis affigat. Deinde opus est miserescere pietate, nec contradicere diuinae scripturae, siue intellectae, si aliqua uitia nostra percussit, siue non intellectae, quasi nos melius sapere, meliusque praecipere possimus, sed cogitare potius, & credere id esse melius, & uerius quod ibi scriptum est, etiam si lateat, quam id quod nos per nosmetipsos sapere possimus.

possimus. Post istos duos gradus timoris, ac pietatis ad tertium uenitur scientiae gradum, de quo nunc *Scientia.* agere statui. Nam in eo se exercet omnis diuinarum scripturarum studiosus, nihil aliud in eo inueniens, quam diligendum esse Deum propter Deum, & proximum propter Deum, & illum quidem ex *Matth. 22. d.* toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligere: proximum uero tanquam seipsum, id est, ut tota dilectio proximi, sicut etiam nostri, referatur in Deum. De quibus praecipis duobus, quum de rebus ageremus in libro superiore tractauimus. Necesse est ergo, ut primo se quosque in scripturis inueniat amore huius saeculi, hoc est temporalium rerum implicatum, longè seiunctum esse a tanto amore Dei, & tanto amore proximi, quantum scriptura ipsa praescribit. Tum uero ille timor quo cogitat de iudicio Dei, & illa pietas, qua non potest nisi credere, & cedere autoritati sanctorum librorum, cogit eum seipsum lugere. Nam ista scientia bonae spei hominem se non iactantem, sed lamentantem facit. Quo affectu impetrat sedulis precibus consolationem diuini adiutorij, ne desperatione frangatur, & esse incipit in quarto gradu, hoc est, fortitudinis, quo esuritur, & sititur iustitia. Hoc enim affectu ab omni mortifera iocunditate rerum transeuntium sese extrahit, & inde se auertens, conuertit ad dilectionem aeternorum, incommutabilem scilicet unitatem, eandemque trinitatem. Quam, ubi aspexerit quantum potest, in longinqua radiantem, suique aspectus infirmitate sustinere se illam lucem non posse persenserit, in quinto gradu, hoc est, in consilio misericordiae purgat *Fortitudo.* animam tumultuantem quodammodo, atque obstrepentem sibi de appetitu inferiorum conceptis foribus. Hinc uero se in dilectione proximi gnauiter exercet, in eaque perficitur, & spe iam plenus, atque integer uiribus, quum peruenerit usque ad inimici dilectionem, ascendit in sextum gradum, ubi iam *Consilium.* ipsum oculum purgat, quo uideri Deus potest, quantum potest ab his, qui huic saeculo moriuntur quantum possunt. Nam intantum uident, in quantum moriuntur huic saeculo: In quantum autem huic uiuunt, non uident. Et ideo quamuis iam certior, & non solum tolerabilior, sed etiam iocundior species lucis illius incipiat apparere, in aenigmate tamen adhuc, & per speculum uideri dicitur, quia magis per fidem, quam per speciem ambulatur, quum in hac uita peregrinamur, quamuis conuersionem habeamus in caelis. In hoc autem gradu ita purgat oculum cordis, ut ueritati ne ipsum quidem *Intellectus.* praeferat, aut conferat proximum, ergo nec seipsum, quia nec illum quem diligit sicut seipsum. Erit ergo iste sanctus tam simplici corde, atque mundato, ut neque hominibus placendi studio deorquetur a uero, nec respectu deuitandorum quorumlibet incommodorum suorum, quae aduersantur huic uitae. Talis filius ascendit ad sapientiam, quae ultima, & septima est, qua pacatus, tranquillisque *Sapientia.* perfruitur. Initium enim sapientiae, timor domini. Ab illo enim usque ad ipsam per hos gradus tenditur, & peruenitur. *Prouerb. 1. d.*

De eisdem gradibus.

Cap. XV.

Gradus quoque sunt uirtutum merita, ut diuus scribit Gregorius homilia decimaquinta, super *Ezech. 40. b.* Exechielem, exponens illud propheticum, Et ascendit per gradus eius: Quid enim (inquit) *Gradus, uirtutum merita.* gradus sunt huius portae, nisi merita uirtutum? Siue enim in cogitatione mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi, seu in scientia diuini eloquij, seu in ipsa fide, qua de illo accipimus, quibusdam gradibus ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repente fit summus, sed in bona conuersione a minimis quisque inchoat, ut ad magna perueniat. De his gradibus per Psalmistam *Psal. 47. d.* dicitur: Deus in gradibus eius dignoscetur, dum suscipiet eam. Dum enim sanctam Ecclesiam dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur, quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta Ecclesia ascendendo profecerit, tantum Deus hominibus ex eius uirtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur, dicens: Per singulos gradus meos pronunciaro illum. Omnipotentem quippe dominum per singulos gradus suos pronunciat, qui per incrementa uirtutum, quae coepit, ei semper laudem suae pietatis reddit. Si quidam gradus cum cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret, Ambulabunt de uirtute in uirtute. Nec mirum si de uirtute in uirtute gradus sunt, quando una quaeque uirtus, quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Alia namque sunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur, sancti Apostoli minime dixissent, Adauge nobis fidem. Et quidam uenit ad Iesum, qui curari uoluit filium suum, sed requisitus an crederet, respondit: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Pessate ergo *Fidei gradus.* quod dicitur, Si credebat, cur incredulitatem dicebat? Si uero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiae, meritorum suorum gradibus fides crescit, uno, eodemque tempore, is qui necdum perfecte crediderat, simul & credebat, & incredulus erat. Hos nimirum *Luc. 17. d. Marc. 9. d.* gradus dominus sub messis nomine describit, dicens: Sic est regnum Dei, quemadmodum si iaciat homo semine in terra, & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & semine germinet, & crescat, dum nescit ille. Vultro enim terra fructificat, primum haerba, deinde spica, deinde plenum frumentum in spica. Et quum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quonia adest tempus messis. Semine homo iaciat in terra, quum cordi suo *Mar. 4. c. Infr. a. cap. 16. in fine. Semine, bona inuentionio.* bonam

bonā intentionem inserit. Et postq̄ semen iactauerit, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte uerò exurgit, ac die, qui in aduersa, & prospera proficit. Et semē germinat, & crescit, dum nescit ille, quia dū adhuc metiri incrementa sua nō ualet, semel concepta uirtus ad perfectū ducitur. Et ultrò terra fructificat, quia praueniēte se gratia, mens hominis spōtanē ad profectū boni operis assurgit. Sed hæc eadē terra primū hārbā, deinde spicā & c. Hārbā q̄ppe p̄ducere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinē habere. Ad spicam uero hārbā peruenit, quū se uirtus animo cōcepta, ad profectum boni operis pertrahit. Plenum uero frumentū in spica fructificat, quando iam in tantum uirtus proficit, ut esse robusti, & perfecti operis possit. Sed quum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem & c. Omnipotens enim Deus producto fructu, falcem mittit, & messem suam defecat, quia quum unumquēq̄ ad opera perfecta perduxerit, eius temporalem uitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad cœlestia horrea perducatur. Quum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Quum uero operari recta incipimus, hārbā sumus. Quumq̄ in eiusdem operationis perfectione solidamur, iam plenū frumentū in spica proferimus. Hārbā etenim Petrus fuerat, qui passionis tempore per amorem dominum sequens, hunc confiteri antē ancillæ uocem timebat. Erat enim iam uiriditas in mente, quia credebatur omnium redemptorem, sed ualde adhuc flexibilis, pede conculcabatur timoris. Iam in spicam surrexerat, quando eum, quem moriturum confiteri timuerat, nūciantē Angelo, in Galilæa uiuētem uidebat. Sed ad plenum granū in spica peruenerat, quando ueniēte desuper spiritu, & suam mentē in illius amore roborante, ita solidatus est, ut uires persequentium cæsus despiceret, & redemptorem suum liberē inter flagella prædicaret. Nullus itaq̄, qui ad bonum propositum adhuc in mentis teneritudine esse conspicitur, despiciatur, quia frumentum Dei in hārbā incipit, ut granū fiat. Vir ergo uersutus lineis uenit ad portam, quia dominus, ac redemptor noster membrīs suis intrantibus perducitur ad se. Et ascēdit per gradus eius, quia nobis proficientibus, eō nobis amplius exaltatur, quanto altius, & incomprehensibilis esse cognoscitur. In uirtute quippe nostrarum mentium gradibus ipse ascendere dicitur, quia tanto ipse sublimior nobis ostēditur, quanto noster animus à rebus inferioribus separatur.

De eisdem gradibus.

Cap. XVI.

ET homilia 17, in Ezechielem, exponens illud, Et ostium contra ostium & c. Ostiū (inquit) contra ostiū est, quia per aditum fidei, aperitur aditus uisionis Dei. Si uero utraq̄ hæc ostia in hac uita uelit accipere, neq̄ hoc à salubri intelligentia abhorret. Nam sæpe uolumus omnipotentis Dei naturam inuisibilem consyderare, sed nequaquam ualemus, atq̄ ipsis difficultatibus fatigata anima, ad semetipsam redit, sibiq̄ de seipsa gradus ascensionum facit, ut primū semetipsam, si ualeat, consyderet, & tunc illam naturam, quæ super ipsam est, in quantum potuerit, inuestiget. Sed mens nostra, si in carnalibus imaginibus fuerit sparsa, nequaquam uel se, uel animæ naturam consyderare sufficit, quia per quot cogitationes ducitur, quasi per tot obstacula cæcatur. Primus ergo gradus est, ut se ad se colligat. Secundus, ut uideat qualis est collecta. Tertius, ut super semetipsam surgat, ac se contemplationi autoris inuisibilis intendendo subiiciat. Sed se ad se, nullatenus colligit, nisi prius didicerit terrenarum, atq̄ cœlestium imaginum phantasmata ab oculo mentis compellere, quicquid de uisu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu, & gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respuere, atq̄ calcare, quatenus talē se quærat intus, qualis sine illis est. Nam & quando cogitat, quasi quasdam umbras corporum introrsus uersat. Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis, quatenus talē se anima consyderet, qualis sub Deo super corpus creata est, ut à superiore uiuificata, uiuificet inferius, quod administrat. Quæ & sic infusa est corpori, ut non per membrorum partes, partibus sit diuisa. Nā in quolibet loco pars corporis percutiatur, tota dolet. Miro autem modo una, eademq̄ uiuificatione membrorum præsedens, quum ipsa per naturam non diuersa sit, per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est, quæ per oculos uidet, per aures audit, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit, & tangendo lene ab aspero discernit. Et quum tam diuersa per sensus operatur, non hæc diuersa, sed una illa, in qua creata est, ratione disponit. Quum ergo seipsam sine imaginibus corporis cogitat anima, iam primū ostiū intrauit. Sed ab hoc ostio ad illud tēditur, unde de natura Dei omnipotentis aliquid contēpletur. Anima itaq̄ in corpore, uita est carnis: Deus uero, qui uiuificat omnia, uita est animarū. Si igitur tantæ est magnitudinis, ut cōprehendī non possit uita uiuificata, quis intellectu comprehendere ualeat, quantæ maiestatis sit uita uiuificans? Sed hoc ipsum cōsyderare, atq̄ discernere, iam est aliquatenus intrare, quia ex suā æstimatione anima colligit quid de incircūscripto spiritu sentiat, q̄ ea incōprehensibiliter regit, quæ incōprehensibiliter creauit. Cōditōr etenim noster lōgē incōparabiliter creaturæ suæ præsidet, & quædā operatur, ut sint, nec tamen uiuant: quædam uero, ut sint, & uiuant, nec tamen discernere aliquid de uita ualeant: quædā autē, ut sint, uiuant, atq̄ discernant.

Herba, est boni inchoatio. Spica, boni operis profectus. Frumentum, boni operis profectio. Fab, Dei sententia.

Ioan. 19. c.

Matth. 28. c. Act. 4. d.

Ezech. 40. b.

Ezech. 40. b. Ostiū, fidei aditus & uisionis Dei. Gradus animæ ad cognoscendum Deū tres sunt.

Anima incorporea. Anima infusa corpori, est tota in toto.

Anima una existens, p̄ corpus diuersa agit.

Anima uita carnis. Deus animarū uita. Animæ uita cōprehēdi nequit.

Gradus quatuor entium.

atq̄ discernant. Et operatur unus omnia, sed in omnibus non diuisus. Est enim uerè summus, & nunquam sibi dissimilis. Anima autem & si per naturam sibi metip̄si diuersa non est, per cogitationem tamen diuersa est. Eo enim momento iste quo de uisu cogitat, de auditu cogitare obliuiscitur, & eo momento iste, quo de auditu, uel gustu cogitat, de odoratu, uel tactu cogitare nō præuollet, quia per contentionē, & obliuionē sit semper sibi metip̄si dissimilis, ut nūc hoc, nūc illud cogitatione teneat. Omnipotens autē Deus, quia sibi metip̄si similis est, ea uirtute uidet, qua audit, omnia ea uirtute creat, qua iudicat creata. Eius ergo & uidere, simul omnia administrare est, & administrata conspiciere. Nec alia cogitatione iustos adiuuat, atq̄ alia iniustos damnat: sed una, eadēq̄ uirtutis singularis, sibi semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autē hoc de potentia creatoris admireremur, qui uirtutis eius uestigia & in creatura cōspicimus? Natura quippe luti, & cæræ diuersa est. Solis uero radius non est diuersus, & tamen quum diuersus non sit, diuersa sunt quæ in luto operatur, & cæra, quia uno, eodemq̄ sui ignis calore lutum durat, & cærā liquat. Sed fortasse hoc in natura luti, uel cæræ est, non in ipsa solis substantia, quæ in naturis diuersis, diuersa uidetur operari. Omnipotēs autē Deus in semetip̄so habet sine immutatione mutabilia disponere, sine diuersitate sui diuersa agere, sine cogitationum uicissitudine dissimilia formare. Longē ergo dissimiliter operatur dissimilia nunquā sibi dissimilis Deus, qui & ubiq̄ est, & ubiq̄ totus est. Ait enim: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedū meorum. Et de ipso scriptū est: Qui cœlū metitur palmo, & terrā pugillo cōcludit. Ex qua re considerare necesse est, quia is qui cœlum uelut sedem præsidet, sup̄, & intus est. Et qui cœlū palmo, & terram pugillo cōcludit, exterius, superius, & inferius est. Ut ergo indicare omnipotēs Deus interiorē se esse, & superiorem omnibus, cœlum ipse sibi sedem esse perhibuit. Ut uerò se ostenderet omnia circū dare, cœlum metiri palmo, & terram se asserit pugillo cōcludere. Ipse est interior, & exterior, ipse inferior, & superior, regēdo superior, portādo inferior, replēdo interior, circū dādo exterior. Sicq̄ est intus, ut portet, sic circūdat, ut penetret, sic præsidet, ut portet, sic portat, ut præsideat. Quū ergo eleuata ad seipsam anima, suū modulū intelligit, & quia corporalia omnia trāscēdat, agnoscit, atq̄ ab intellectu suo se ad autoris intellectū tēdit, qd iam hæc, nisi ostiū cōtra ostiū aspicit? Vnde & autori omnium propheta dicit: Mirabilis facta est sciētia tua ex me. Quia quantūlibet intēderit, nec semetipsam anima p̄fecte sufficit penetrare, quātomagis illius magnitudinē, q̄ potuit & animā cōdere? Quūq̄ in sciētia Dei intellectu laboraret, lassescēs, ac deficiēs, subdidit: Cōfortata est, nec potero ad eā. Et in p̄logo sexti Psalmi pœnitētialis: Inter innumeras (inquit) & rutilantiū operū, & eminētium scripturarū uarietates, quibus templū Salomonicū adornatū fuit, hoc quoq̄ fuisse describē, quod quidē ad illud gradibus ascendebatur. Quod quidē nō casu, uel sine causa factum credēdum est. Salomon quippe cœlestium scrutator secretorum, & diuinæ receptaculum sapientiæ, sic templum illud manufactū ædificauit, ut exinde templum aliud non manufactum signaret, quatenus ex corruptibili terrenæ domus ædificio, incorrupta cœlestis templi quodammodo imaginaretur pulchritudo. Ad illud nāq̄ templum, quod ex uiuis in cœlo lapidibus constructum, non plana, aut spaciōsa peruenitur uia, uel gressu ascenditur corporeo, sed processu fidei, & charitatis ascensu. Hinc nāq̄ propheta dicit: Beatus uir cuius est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit. Dixit ascensiones in corde beati uiri dispositas, & unde ascendere debeamus, ostendit, quum ait: In ualle lachrymarū. In ea nāq̄ exiliū nostri damnationem deplangimus, & innumerales corruptionis humanæ deflemus molestias. Et infra: Hæc est uallis, quā sancti uiri mentis affectibus indefinenter exire disponunt, & ad illud ineffabile bonum, ad illud inæstimabile gaudium ascendere, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Per quindecim uero illius templi gradus, spiritualis sanctorum signatur ascensus. Numerus enim iste in septem, & octo diuiditur, & ideo per eum gemina iustorum uita signatur, actiua uidelicet, & contemplatiua. Actiua nāq̄ in mundo uersatur, cōtemplatiua uero ad cœlestia erigitur. Quia uero septenario numero temporalis, octonario uero perpetua uita signatur, rectē per eosdem numeros & contemplatiua uita exprimitur, & actiua. Hinc nāq̄ prædicti templi autor Salomon dominum exorans, ait: Da mihi domine partes septem, nec non & octo. Optabat enim regiæ dignitatis potentia præditus, ita sibi subditos populos regere, ut tamen contemplationis diuinæ non defraudaretur perfectione. Ipsa nāq̄ officij administratoria necessitate constrictus, cogebatur temporali actioni insistere, sed suauius eū contemplationis diuinæ dulcedo reficiebat in mente. Potest etiam intelligi, quod illi quindecim gradus ad illud diuinæ illuminationis tēplum ascēdit, q̄ sempiternæ uirtutis Dei amore correptus, tēporalibus, quæ p̄ septenarium numerū designantur, gradatim contēptis, per scalas octo beatitudinū ad sublimia prouehitur, donec Deus deorū in Siōn mētis oculis uideatur. Quia ergo hi quindecim Psalmi quandā spiritalis ascēsus cōiunere formā, rectē sub eodē titulo omnes prænotati sunt, ut sicut ad illud materiale templū per gradus ascēdebatur lapideos, ita cœleste illud templū hæc nobis cātica præferūt, p̄ quæ in Deo exultās anima, quasi per quosdā gradus ascēdat. Et lib. 35. Moral. cap. 7. Per septenarium numerum

1. Cor. 12. b. Anima per cogitationē diuersa est.

Deus ubiq̄ totus est. Esa. 66. a. Esa. 40. c.

Deus est superior regēdo, inferior portādo, interior replēdo, exterior circū dādo. Psal. 139. a.

Gradus quindecim, quibus ad tēplum ascendebatur, quid significent.

Psal. 93. b.

Esa. 64. b. 1. Cor. 2. b. Quindecim numero actiua, & cōtemplatiua uita signatur.

Septenario numero uita tēporalis notatur.

Octonario numero perpetua uita signatur.

Eccis 11. a.

Gradus quindecim, tēporalium cōtemptus per scalas octo beatitudinum.

Psal. 93. b.

Ecclesi. 1. 4.

Iob 31. d.

Psal. 83. b.

Psal. 47. a.

Psal. 76. a.

Gradus, crescē
tū mēsurā uir-
tutum.Marc. 4. c.
Supra cap. 15.

Marc. 14. g.

Act. 5. e.

Iob 38. c.

Nix, frigidum
cor.Grado, durum
cor.

Frigus, malitia.

Hierem. 6. b.

Matth. 24. a.

Thesaurus à po-
sitione dictus.

Psal. 50. b.

Grado, redar-
gutio, increpa-
tio.

numerum hoc quod septem diebus agitur, praesens tempus expressit: per octonarium uero, uitam perpetuam designauit. Hinc est quod Salomon ait: Da partes septem, nec non & octo. Ac si aperte diceretur: Sic dispensa temporalia, ut appetere non obliuiscaris aeterna. Oportet namque, ut in posterum bene agendo provideas, qui de uenturo iudicio quanta tribulatio sequatur, ignoras. Hinc est, quod quindecim gradibus templum ascenditur, ut ex ipsa eius ascensione discatur, quatenus per septem, & octo, & temporalis sollicitudine dispensetur actio, & provide mansio aeterna requiratur. Et in Iob scriptum est: Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. ubi diuus Gregorius lib. Moralium 22. cap. 20. hoc pacto scribit: De his meritorum gradibus per Psalmistam dicitur, Ambulant de uirtute in uirtutem. De his iterum sanctam Ecclesiam contemplatus, ait: Deus in gradibus eius dignoscetur, dum suscipiet eam. Neque enim (sicut dictum est) repetere ad summa peruenitur, sed ad uirtutum celsitudinem per incrementa mens ducitur. Hinc namque est quod propheta idem iterum dicit: Exercitatus sum, & defecit paulisper spiritus meus. Quid est itaque quod ait, Spiritus meus, nisi spiritus hominis, uidelicet spiritus elationis? Et quia per occultam gratiam ad amorem Dei temperata desuper mensura proficimus, quanto in nobis quotidie de Dei spiritu uirtus crescit, tanto noster spiritus deficit. Qui spiritus erroris, quia non a nobis subito penitus amputatur, bene paulisper defecisse perhibetur. Tunc uero in Deo plene proficimus, quum a nobis ipsis funditus defecerimus. Haec itaque crescentium mensura uirtutum, sancti uiri uocibus gradus dicitur. Electus etenim quisque a rudimenti sui prius teneritudine inchoans, ad robusta postmodum, & fortia conualescit. Quod aperte in Euangelio demonstrat ueritas, dicens: Sic est regnum Dei, quemadmodum si iacet homo sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, ac die, & semen germinet, & incresecat, dum nescit ille. Cuius nimirum seminis incrementa denuncians, adiungit: Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Cuius profectus quoque etiam finem subrogat, dicens: Et quum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam uenit tempus messis. Ecce ueritatis uoce per qualitates frugum distincta sunt incrementa meritorum. Ait enim: Primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. An non herba adhuc tunc fuerat Petrus, quum ab ancillae ore subito unius flatu sermonis inflexus est, iam quidem per deuotionem uiridis, sed adhuc per infirmitatem tener? Plenum uero frumentum in spica inuentus est, quando persequentibus principibus resistebat, dicens: Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Plenum uero frumentum in spica inuentus est, quando in tritura persecutionis tot uerba pertulit, & tamen nequaquam palarum more imminutus est, sed granum integrum mansit. Paulisper quippe in unaquaque anima (ut ita dicam) internae gratiae humor exuberat, ut herba in fruge crescat. Nemo ergo quemlibet proximum, quum adhuc herbam uidet, de frumento desperet. Ab herbarum quippe folijs, quae huc, illucque molliter defluunt, surgentia frugum grana solidantur.

Quid grado, granumque, mystice significant.

Cap. XVII.

Quid grado mystice significet, enarrat diuus Gregorius libro 29. Moral. cap. 10. exponens illud Iob, Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros gradinis aspexisti, quae praeparauit in tempus hostis, & in diem pugnae, & belli? Quid aliud (inquit) niue, uel grandine, nisi frigida, ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas, sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari. Scriptum namque est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit animam malitia sua. Et rursum: Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. In frigore ergo niuis, uel in duricia gradinis, quid accipi aptius potest, quam uita prauorum, quae & per torpore frigescit, & per duriciae malitiam percutitur? Quorum tamen uita dominus tolerat, quia eos ad iustorum suorum probationem seruat. Vnde recte subiunxit: Quae praeparauit &c. ut quum aduersarius noster diabolus tentare nos nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis utatur. Per ipsos quippe nos saeuens cruciat, sed nesciens purgat. Peccatis namque nostris ipsi flagella sunt, de quorum tali uita, dum percutimur, ab aeterna morte liberamur. Vnde agitur, ut electorum uitae proficiat, etiam perdita uita reproborum, & utilitati nostrae, dum illorum perdita militat, mira dispensatione fiat, quatenus electis Dei non pereat. Et cap. 11. Intelligi hoc quoque aliter potest, ut quia uerbis praecedentibus uidetur annexum, a superioris uersus expositione non discrepet. Nam quia indicauerat uel bonos ad malum, uel malos ad bonum posse conuerti, ilico sequutus adiunxit: Nunquid ingressus es thesauros &c. In niue, uel grandine, frigida, uel dura (ut dictum est) accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus eligit, & quam multos electos adhuc inter prauorum uitam repositos habeat, nouit, aperte in niue, uel grandine thesauros habere se perhibet. Thesaurus quippe a positione dicitur, id est, a positione, nominatur. Et plerisque in uita frigida diu latenter respicit, quos ad medium, quum iubet, producit, & iustitiae nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quos ad diem belli, pugnaeque praeparatos, diu intra suae praescientiae sinum tegit: sed quum repente eos eduxerit, resistentia aduersariorum pe-

ora

ora illorum uerbis, ac redargutionibus, quasi quibusdam grandinibus percutit. Vnde aliis scriptum est: Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis, quia praedicatorum sancti, uniuersa mundi spacia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando, & carbones ignis uocati sunt, quia & per correptionem feriunt, & per flammam charitatis accedunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpatio, natura grandinis conuenienter exprimitur. Grado enim ueniens percutit, liquata, rigat. Sancti autem uiri corda audientium & terrentes feriunt, & blandientes infundunt. Nam quemadmodum feriant, propheta testatur, dicens: Virtute terribiliu tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. Et quemadmodum blandientes rigent, secutus adiunxit: Memoriae abundantiam tuam eructabunt, & iustitia tua exultabunt. In niue ergo, uel grandine habentur thesauri, quia plerique iniquitatis torpore frigidi, a superna gratia assumpti in sancta Ecclesia iustitiae luce fulgescunt, & prauam aduersariorum scientiam doctrinae suae ictibus tundunt. Vnde & aperte subditum est, Quae praeparauit &c. Et cap. 12. Nix quippe, uel grando fuerat Saulus per frigidam infirmitatem, sed nix, & grando contra aduersariorum pectora factus est, uel candore iustitiae, uel districti eloquii correptione. O qualem hunc thesaurum in niue, & grandine habuit, quando illum inter prauorum uitam positum, iam tunc electum suum dominus latenter uidit. O ad quanta aduersariorum pectora ferienda, hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentia corda prostrauit. Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo desperet eos, quos adhuc frigidos uidet, quia thesauros Dei in niue, & grandine non uidet. Quis enim crederet, quod per Apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium uestimenta seruauit? Bene ergo ad beatum Iob dicitur, Nunquid ingressus es &c. Ac si aperte diceretur: Nulli te de operibus tuis praeferas, quia de his, quos intueris, adhuc per culpam frigidos, quantos operatores iustitiae, & defensores rectae fidei sim facturus, ignoras. Et diuus Hieronymus exponens illud psalmistae, Grando, & carbones ignis: In grandine (inquit) uerba, in igne, charitatis accessio ostenditur, quibus fidelium corda mouentur ad cognoscendum Deum. Et Augustinus: Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis: In comparatione (inquit) fulgoris, qui est in conspectu manifestationis eius nubes, id est, praedicatorum uerbi eius, non iam in Iudaeae finibus continentur, sed transierunt ad gentes. Grando &c. id est, obiurgationes figuratae, quibus uelut grandine corda dura tunduntur. Si autem terra culta, & mitis, id est, pius animus exceperit duriciam grandinis, in aquam eadem terra fulgurata, & quasi congelata obiurgationis, id est, in doctrinam satiantem resoluuntur. Igne autem charitatis accensa corda, reuiuiscunt. Et alio in loco ait Psalmista, Et occidit in grandine uineas eorum &c. In grandine (inquit) diuus Hieronymus: castigatio diuina monstratur, in qua uel uineae, uel arbores flagellantur, haec scilicet, quae pro bonis fructibus, tribulos protulerunt. Ab hac grandine & iumenta occiduntur, ut eorum insipientia arguatur, qui diuinum nomen bestijs indiderunt. Augustinus uero: Grando (inquit) est iniquitas, res alienas auferens, unde furta, rapinae, praedationesque nascuntur. Plus autem uitio suo uastatur, ipse uastator. Et Cassiodorus: Grando est cominatio domini, qua uerberat contumaces, eosque umbraculis suae delectationis expoliat.

Granum quid mystice significet, dictum est & in dictione, Frumentum. Et Greg. lib. Mor. 19. cap. 1. citans illud Euangelicum. Cui simile est regnum Dei &c. Simile est grano sinapis &c. Ipse (inquit) est granum sinapis, qui in horti sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum namque fuit, quum moreretur, arbor, quum resurgeret. Granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. Granum, quia uidimus eum, & non erat aspectus: arbor autem, quia speciosus forma praefilijs hominum. Huius arboris rami, sancti praedicatorum sunt. Et uideamus quam late redantur. Quid enim de eis dicitur? In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. In istis ramis uolucres requiescunt, quia sanctae animae, quae quibusdam uirtutum pennis a terrena cogitatione se subleuant, in eorum dictis, atque consolationibus ab huius uitae fatigatione respirant. Et diuus Hieronymus: Regnum caelorum praedicatione Euangelij est, & notitia scripturarum, quae ducit ad uitam, & de qua dicitur ad Iudaeos: Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Homo qui seminauit in agro suo, a plerisque saluator intelligitur, quod in animis credentium seminat. Ab alijs ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso, & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster, & animus, qui suscipiens granum praedicationis, & fouens sementem humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare? Praedicatione Euangelij minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet ueritatis, hominem Deum, mortuum, & scandalum crucis praedicans. Confer huiusmodi disciplinam dogmatibus philosophorum, & libris eorum, & splendore eloquentiae, & compositioni sermonum, & uidebis quantum minor sit caeteris seminibus semetis Euangelij. Sed illa, quum creuerit, nihil mordax, nihil inuidum, nihil uitale demonstrat, sed totum flaccidum, marcidumque, & mollium ebullit in holera, & in herbas, quae cito arescunt, & corrumpunt. Haec autem praedicatione, quae parua uidebatur in principio, quum uel in anima credentis, uel

E in toto

Psal. 17. b.

Psal. 144. b.

Act. 7. g.

Hieronymus.

Psal. 17. b.

Grando, uerba

ra.

Ignis, charitas

accensio.

Nubes, praedica-

tores.

Grando, obiuro-

gatio.

Psal. 77. e.

Grando, casti-

gatio diuina.

Grando, iniqui-

tas.

Grado, comina-

tio diuina.

Matth. 13. c.

Granum sinapis,

Christus.

Esa. 53. a.

Psal. 44. a.

Rami, praedica-

tores.

Psal. 18. a.

Volucres, sanctae

animae.

Regnum caelorum,

Euangelij praedi-

catio, & scri-

pturarum notitia.

Matth. 21. d.

Sator, Christus,

homo ipse.

Ager, cor, mens,

mundus.

Granum, praedi-

catio.

Volucres, ani- in toto mundo fata fuerit, non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ita ut uolucres coeli, quas
ma, fortitudi- uel animas credentium, uel fortitudines, Dei seruitio mancipatas sentire debemus, ueniant, &
nes Dei. habitent in ramis eius. Ramos puto Euangelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, ueniant, &
Rami, dogmatū tum esse diuersitates, in quibus supradictarum uolucrum unaquæque requiescit. Assumamus &
diuersitates. nos pennas columbæ, ut uolitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris, & ni-
Lucæ 17. b. dulos nobis facere doctrinarum, terrenaque fugientes, ad cœlestia festinare. Multi legentes granum
sinapis minimū omnibus seminibus, & illud quod in Euangelio à discipulis dicitur, Domine adau-
ge nobis fidem, & respōdetur eis à saluatore, Amen dico uobis, si habueritis fidem quasi granum
sinapis, & dixeritis monti huic, Migra de loco isto, migrabit, putant Apostolos, uel parua fidem
petere, uel dñm de parua fide dubitare, quū Apostolus Paulus fidē grano sinapis cōparatam, ma-
1. Cor. 13. a. ximam iudicet. Quid enim dicit? Si habuero tantā fidem, ita ut montes transferā, charitatem autem
non habeam, nihil mihi prodest. Ergo quod dñs dixit fide fieri, quæ grano sinapis cōparatur, hoc
Granū sinapis, Apostolus docet tota fide posse fieri. Et Hilarius in cōmentarijs: Grano (inquit) sinapis se dñs cō-
Christus. parauit, agri maximē, & omnium seminū minimo, cuius uirtus, ac potestas tribulationibus, & pres-
& traditus mortī, tanquā in agro satum fuerat, id est, ubi à populo cōprehensus,
lerum excreuit, & uniuersam prophetarum gloriam excedit. Holeris enim uice, tāquam aegroti
Rami, Aposto- Israël data est prædicatio prophetarum. Sed iam ex ramis arboris ex solo in sublime prolata cœli
li. uolucres inhabitant, Apostolos scilicet ex Christi uirtute protēfos, & mundū inūbrantes in ramis
intelligemus, in quos gentes in spem uitæ aduolabunt, & aurarū tui bine, id est, diaboli spiritu, ste-
tuque uexatæ, & tanquam in ramis arboris requiescent.

Cap. XVIII.

Origenes. **E**T Origenes homilia tertia in Cantica canticorū: Sicut (inquit) hominem Deus ad imaginem,
Similitudines in & similitudinem suam fecit, ita fortassis etiā cœteras creaturas ad alias quasdā cœlestes imagi-
fericū in cœ- nes per similitudinem cōdidit, & fortasse intantum singula quæque, quæ in terris sunt, habēt aliquid
lesticus. imaginis, & similitudinis in cœlestibus, ut etiā granū sinapis, quod minimū est in omnibus seminibus,
habeat aliquid imaginis, & similitudinis in cœlis, & hoc, quod talis ei quædam composita est
alternatio naturæ, ut quū minimū sit omnium seminū, maius fiat omnibus holeribus, ita ut possint
uenire aues cœli, & habitare in ramis eius, similitudinem ferat, non solū alicuius cœlestis imaginis,
sed & ipsius regni cœlorum. Sed & illud adhuc potest intelligi, quod sicut granū sinapis nō unam
Granū sinapis, similitudinē tenet regni cœlorū, habitationis scilicet, & auium in ramis suis, sed habet & aliam simi-
fidei perfectio. litudinem, uel imaginē, perfectionis scilicet fidei, ita ut si quis habeat fidē sicut granum sinapis, &
Luc. 17. b. dicat monti, ut transferat se, & trāfferet. Et quum plures sint in grano sinapis uirtutes, quæ rerum
cœlestium imagines teneant, ultimus, & extremus eius usus est iste, qui habetur apud homines in
ministerio corporali: ita etiā in reliquis, uel seminibus, uel uirgultis, uel hærbarum radicibus, uel
etiā in animantibus intelligi potest, ut usum quidem, & ministeriū hominibus præbeant corpo-
rale, habeant autē incorporaliū rerū formas, & imagines, quibus doceri anima possit. & in hærbarum
Chrysostomus. contemplanda etiā ea, quæ sunt inuisibilia, & cœlestia. Et Chrysost. hom. 4. 7. in Matth. Hac ima-
gine (inquit) prædicat prædicationē per uniuersum orbem coruscaturam, idcirco huius holeris si-
militudinē proposuit, quia his rebus apprimē accomodetur. Cœteris em̄ seminibus minus est, sed
in hærbarum resolutū, omnibus magis holeribus crescit, adeo, ut ad arboris conditionē perueniat, ac
uolucres cœli ueniētes, in ramis eius habitent. Quod etiā in prædicatione futurū dicit. Imbecillo-
res cœteris omnibus, atque minores erant Apostoli: uerū quia in ipsis magna erat uirtus, fama eorū
Matth. 17. c. ubique terrarum claruit. Et homil. 58. Si habueritis (inquit) fidem sicut granum sinapis, dicetis monti
Luc. 17. a. huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile uobis erit. Si uero quispiā dixerit, & quādo mon-
tes trāstulerunt? Respōdebimus, quia multo maiora fecerūt. Multos enim mortuos excitauerūt.
Aequale quippe nō est montes trāstulere, & animā hominis reuocare. Dicūt autē nonnulli postea
sanctitate illis multo minores, id, re postulāte, fecisse. Vnde patet, quia si opus fuisset, mōtes quoque
trāstulissent, ideo non dixit, transponetis omnino montes, sed transponere poteritis: si autem nō
fecerunt, non est argumentū impotentiae. Maiora enim ab ipsis facta nō ignoramus, sed quoniam
res non postulauerat, noluerunt, quamuis possit etiā aliquid tale factū esse, & nō scriptum. Non
enim omnia miracula sanctorum conscripta sunt. Nonne igitur (inquit) tantam fidem tunc habe-
Matth. 16. a. bant? Nō certē. Ita enim imperfectiores erāt, ut nō semper idem essent, unde Petrus quoque modo
beatificatur, modo increpatur, & reliqui quasi amentes castigantur, quum sermonem de fermen-
to non intellexerint. Sic ergo & nunc ex imperfectione eorum accidit, ut maiore infirmitate lan-
guerent, quod sapius ante crucem patiebantur, fidem autem hic signorum dicit, & sinapis memi-
nit, cuius maxima uirtus est. Nam quum minima sit, magnitudine uirtutis cœteris omnibus uehe-
mentior

mentior est. Vt igitur ostenderet sincerae fidei minimum ingentia posse, sinapis mentionem fecit,
neque hic stetit, sed motes addidit, & ulterius progressus, Nihil (inquit) uobis erit impossibile. Tu uero
& discipulorum philosophiam, qui suam impotentiam nō occultarunt, & spiritus sancti uirtutem
admirare, qui paulatim homines, ut granum quidem sinapis fide habentes, sic in summa contra-
xit, ut largos fluuios, & copiosos fidei fontes aderent. Et Augustinus libro primo quaestionum
Euangeliorum, quaestione 11. Granum (inquit) sinapis ob feruorem fidei, uel quod dicatur uenena
expellere, maius sit omnibus holeribus, id est, dogmatibus. Dogmata autē sunt placita sectarum,
id est, quod placuit singulis sectis. Et quaestione uigesima secunda: Item quod dicit discipuli, qua-
re nos non potuimus eicere eum? Ne illis miraculis faciendis extolleretur in superbiam, admoniti
sunt potius per humilitatem fidei, quasi per sinapis granum, elationem terrenam, quæ montis no-
mine significata est, curare ut transfiret. Et sermone secundo in festo sancti Laurentij, qui est 31. ser-
mo de sanctis (hic tamen sermo inter sermones Ambrosij primus est): Simile est (inquit) regnū cœ-
lorum grano sinapis &c. Mouet fortasse sensus uestris, quare regnum Dei tam præclarum, atque
magnificum grano sinapis exiguo comparatur, & spei nostræ in se tam grande solatium rei uilissi-
mæ simile esse dicamus, præsertim quum alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fi-
dem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere, & iactare in mare, & fiet. Igitur si fides tan-
ta est, quæ potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necessariō & granum sinapis
magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, nō
specie, sed uirtute, & fidei nō æqualitate holeris comparandum, sed uigore acrimoniæ cœquan-
dum. Nam si diligenter intēdamus, inueniemus à domino rectē hanc similitudinem comparatam:
Sicut enim granum sinapis prima fronte speciei suæ est paruum, uile, despectum, nō saporē præ-
stans, nō odorem circumferens, non indicans suauitatem. At ubi teri cœperit, statim odorem suum
fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammæ saporis exhalat, & tanto caloris feruore succenditur,
ut mirum sit in tam friuolis tantum ignem fuisse cōclusum. Cuius etiam semen in cibum homines
hyemis præcipue tempore, magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores
egerant, uiscerum interna calefaciant. Sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, ut si quid in-
ualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana prima fronte ui-
detur esse parua, uilis, & tenuis, non potentiam suam ostendens, nō superbiam præferens, nō gra-
tiam subministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cœperit, statim uigorem suum prodit, acri-
moniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut &
ipsa ferueat, & participantibus sibi ardere compellat, sicut in sancto Euangelio duo ex discipulis di-
xerunt, dum cum ipsis post passionem suam dominus loqueretur: Nonne cor nostrū ardens erat
in nobis in uia, dum aperiret nobis scripturas dominus Iesus? Ergo granum sinapis membrorum
uiscera calefacit, fidei autem uigor, cordium peccata comburit. Et illud quidem asperum algorem
frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicū frigus expellit. Sinapis (inquam) granū humo-
res decoquit corporum, fides autem libidinum fluentia cōsumit. Et per illud medicina capitis pro-
curatur: per fidem autem spiritale caput nostrum, quod est Christus dominus, sapius refouetur.
Sed & fidei iuxta comparationē sinapis sancto odore perfuimur, sicut ait Apostolus: Christi bo-
nus odor sumus Deo. Et sermone quarto in eodem festo Laurentij, qui est secundus inter sermo-
nes Ambrosianos: Multa (inquit) perstrinximus, quibus probarem regnum Dei grano sinapis
non immeritō comparari, & distantiam in sola æstimatione esse uerborum, nō in collatione uirtu-
tum. Siquidem Christiana fides, quæ regnum Dei est, eandem uirtutem obtinet, quæ sinapis na-
tura depromit. Nam sicut sinapis granum quum sumimus, uultu cōtristamur, fronte cōtrahimur,
ad lachrymas permouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis
accipimus. Illinc enim nos amaritudo exasperat, acrimonia penetrat, hinc calor ignei saporis ac-
cendit, & toto perturbati corpore tunc magis sani efficimur, quum amplius deploramus: Ita ergo
& quum fidei Christianæ mandata percipimus, cōtristamur animo, affligimur corpore, ad lachry-
mas permouemur, & ipsam salutem nostrā cum quodā fletu, ac mœrore consequimur. Inde enim
nos ieiunia exasperant, illinc peccatorū conscientia macerat. Hinc patrimoniū iactura perturbat, &
toto cōtristatū habitu, magis salutē cōsequimur, si amplius desleamus, secundū quod ait dñs: Vos
plorabitis, & flebitis, sæculū autē gaudebit. Sicut autē cū sinapi caput fortē curandum est, iubemur
ad rasum capillos demere, impedimēta cutis uniuersa deponere, ut nudo corpori perfectius medi-
cina perueniat: ita & quū anima per fidē curāda est, præcipimur à nobis substantiā auferre sæculi,
impedimēta auri, argenti, & deponere, ut & nudæ, & soli animæ cōgruentius spiritalis medicina cō-
ueniat. Quisquis enim rebus mūdi, & diuitijs sæculi obuolutus est, huic fidei medicina nō proderit.
Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima. Sed quoniā in eadē
dñica sententiā scriptū est: Quod acceptū homo misit in hortum suū, & creuit, & facta est arbor &c.
diligētius requiramus quis iste sit, cui hæc cuncta conueniant. Arbitror hoc ipsi Christo domino
E n̄ dicere,

Granum, Christi dicere, & rectius comparari, qui nascendo in homine humiliatus ut granum est, ascendendo ad caelum, exaltatus ut arbor est, granum plene est Christus, dum patitur, arbor est, dum resurgit. **Arbor, Christi** num, inquam, est quum famis esuriem sustinet: arbor est, quum quinque milia uirorum quinque panibus saturat. Ibi sterilitatem humana conditione patitur, hic satietatem propria diuinitate largitur. Granum autem dixerim dominum, quum caditur, quum contemnitur, quum increpatur: arborem autem, quum caecos illuminat, mortuos resuscitat. Ramos autem huius arboris, si requiras, inuenies. Ramus est Petrus, ramus est Paulus, rami sunt omnes Apostoli, uel martyres saluatoris, ad quos si quis se fortiter tenere uoluerit, fluctibus saeculi minimè mergitur, quin potius sub umbra illorum latitans, gehennae non patietur ardorem, securusque de diabolica tempestate procella erit, & de die iudicij exurentis incendio. Et sermone secundo de tempore: Nisi granum frumenti &c. Postea enim quam passione preciosum granum frumenti mortuum est, & sepultum, per uniuersum mundum de uno illo grano messis Ecclesiae pullulauit. Non enim sicut antea in Iudaea tantum notus est Deus, nec solum in Israel nomen eius colitur, sed à solis ortu, usque ad occasum, nomen illius collaudatur.

De eodem grano.

Cap. XIX.

CYRILLUS autem exponens illud Euangelicum, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. Propterea (inquit) passionem suam prope diem futuram significans, de grano frumenti similitudinem proposuit, quod nisi corruptum, & emortuum fuerit, fructum nullum affert: si uero mortificatum fuerit in terra, largam profert segetem, & messem copiosam. Ipse plane dominus noster est frumentum, quo uiuere debet fidelis anima. Dicit enim alio in loco: Et qui manducat me, ipse uiuet propter me. Ex frumento quidem panis conficitur, & ipse est panis uiuus, qui de caelo descendit, ut si quis ex eo manducauerit, non moriatur. Huius frumenti fructu saginadam dicit propheta Hierusalem, & Sion, id est, animam fidelem, quum ait: Qui posuit fines tuos pacem, adipe frumenti satiati te. Idem ipse dominus noster granum est, de quo spiritualis seges debet surgere, & solidae fidei afferre fructum. Quumque sint multa grana seminum, nulli se comparat, nisi frumento. Unde mos coepit Ecclesiae de hoc solo grano confici corpus Christi. Ipse enim dominus noster ex semine patriarcharum in agro huius mundi seminatus est, id est, incarnatus, ut moriendo cum multiplicatione resurgeret. Solus mortuus est, cum multis surrexit. Quod si mortuus pro uita omnium non fuisset Christus, non increuisset tanta fidei seges ingentibus, neque in mundo surrexisset fructus redemptionis humanae in omni populo. Quia uero id granum in terra cecidit per ascensionem, & crucem, atque mortificatum est per mortem, & sepulturam, plurimum attulit fructum, scilicet salutem totius humani generis, & mundi reductionem ad fidem. Quod enim à solis ortu usque ad occasum laudetur nomen domini, & in omni loco offeratur oblatio munda, ex huius grani mortificatione processit. Idem quoque Cyrillus de recta fide ad reginas, hoc pacto scribit: Nisi granum frumenti, quod ceciderit in terram moriatur, ipsum solum manet. Non est ambiguum saluatum esse mundum, mortuo pro ipso Emanuele, ueruntamen illud dicimus quomodo mortuus glorificatus est, quum res haec imbecillitatis maculam habeat, unde & confusionem contemplante dicitur factus obediens usque ad mortem: ueruntamen dices glorificatum esse ipsum propter resurrectionem. Bene se habet sermo ille, & uerus est. Num igitur resurrexit magis diuine quam humanae? Verum (opinor) diuine. Proinde quum ipsum uerbum ex Deo, carne passum dicitur, ne erubescamus passionem. Finis enim eius est gloria, eaque diuiniore. Et Origenes homilia octaua in Hieremiam: Iesus (inquit) scit quare, & quomodo moriatur, propter quod ait: Nisi granum frumenti &c. Ergo mors Iesu Christi, spica frumenti facta est, septuplum, & multo amplius restituit, quam fuerat seminatam. Fingamus enim paulisper non fuisse eum crucifixum, neque post mortem ad inferos descendisse, sequitur ut solum granum maneat frumenti, & multi non nascatur ex eo. Attende diligenter eloquia diuina quid in se uelint intelligi. Granum frumenti, si non cadens in terram, mortuum fuerit, non multum fructum affert. Mors Iesu istos omnes fructificauit. Si autem mors tantas attulit fruges, resurrectio cuius futura est ubertatis? Et Chrysostomus super Ioannem: Sed quid signat, granum frumenti, nisi cadens mortuum fuerit? De cruce loquitur, ne perturbarentur. Quum gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc (inquit) maxime populos adducet, & mel augebit praconium. Inde quum non ita uerbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquit: Quiens hoc in frumento contingere, ut mortuum maiorem fructum afferat. Quod si hoc in seminibus euenit, multo magis in me. Talem, de resurrectione disputans, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationem, qui resurrectioni non credunt, quum in seminibus, & in plantis quotidie hoc uideamus, ac etiam in generatione nostra? Primum enim corrupti semine oportet, inde fieri generationem. Et Aug. super Ioannem: Se autem ipsum Iesus dicebat, ipse erat granum mortificandum, & multiplicandum, mortificandum, in infidelitate Iudaeorum, multiplicandum in fide omnium populorum.

Quid gressus,

Quid gressus, mystice significant.

Cap. XX.

Quid gressus mystice significant, dicitur Gregorius lib. 21. Moral. cap. 4. insinuat, exponens illud Iob, Nonne ipse considerat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Quid (inquit) uiarum nomine, nisi actiones denunciat? Hinc enim per Hieremiam dicitur: Bonas facite uias uestras, & studia uestra. Quid uero gressuum appellatione, nisi uel motus mentium, uel profectus accipimus meritorum? Quibus profecto gressibus ad semetipsam nos ueritas uocat, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Ad se quippe uenire nos dominus praecipit, nimirum non gressibus corporis, sed profectibus cordis. Ipse namque ait: Veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Et paulo post: Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & ueritate. Nam & pater tales quaerit, qui adoret eum. In corde ergo esse gressus insinuat, quando & ut ueniamus, uocat, & tamen motu corporis nequaquam nos ad alia transire denunciat. Et cap. 5. Sic autem dominus uniuersumque considerat uias, sic dinumerat gressus, ut ne minutissima quidem cogitationes eius iudicio, ac uerba tenuissima, quae apud nos usu uisuerunt, indisciplinata remaneant. Hinc enim dicit: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo Rachas, reus erit concilio. Qui dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. Rachas quippe in Hebraeo eloquio, uox indignantis est, quae quidem animum irascentis ostendit, nec tamen plenum uerbum iracundiae exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine uoce, postmodum uero ira cum uoce, sed necdum pleno uerbo formata. Ad extremum quoque quum dicitur fatue, ira redarguitur, quae cum excessu uocis, expletur etiam perfectione sermonis. Et notandum, quod in ira perhibet reum esse iudicio, in uoce irae, quod est rachas, reum concilio, in uerbo uocis, quod est, fatue, reum gehennae ignis. Per gradus etenim culpae creuit ordo sententiae, quia in iudicio adhuc causa discutitur, in concilio autem, iam causae sententia definitur: in gehenna uero ignis, ea quae de concilio egreditur sententia, expletur. Quia igitur humanorum actuum dominus subtili examine gressus enumerat, ira sine uoce, iudicio, ira in uoce, concilio: ira uero in uoce, atque sermone, gehennae ignibus macipatur. Hanc subtilitatem considerationis eius propheta aspexerat, quum dicebat: Fortissime, magne, potes exercituum nomen tibi, magnus concilio (alias consilio) incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes uias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum uias suas, & secundum fructum adinventionum manuum eius. Sic easdem uias dominus subtili examinatione considerat, ut in unoquoque nostrum nec ea, quae remuneret bona praeter eat, nec mala, quae uidelicet displicent, sine increpatione derelinquat. Hinc est enim quod Angelum Ecclesiae Pergami, & in quibusdam laudat, & in quibusdam redarguit, dicens: Scio ubi habitas &c. usque, Balaam. Hinc Angelo Thyatirae dicitur, Non ui opera tua &c. usque, idolothyum. Ecce bona memorat, nec tamen refecanda mala sine poenitentia relaxat, quia scilicet sic singulorum uias considerat, sicut gressus enumerans pensat, ut subtili examine perpendat, uel quantum quisque ad bona proficiat, uel quantum ad mala deuians, suis profectibus contradicat. Incrementum quippe meritorum, quod bonae uitae studijs augetur, plerumque mali admixtione retrahitur, & bonum quod animus operando construit, hoc alia perpetrando peruertit. Et exponens illud Iob, Tu quidem gressus meos dinumerasti, lib. 12. cap. 10. Gressus (inquit) Deus dinumerat, quum singula quaeque nostra opera propter retributionem signat. Quid enim in gressibus, nisi unaquaeque nostra actio designatur? Omnipotens itaque Deus gressus dinumerat, & peccatis parcit, quia & subtiliter acta nostra considerat, & tamen haec poenitentibus misericorditer relaxat. Et lib. 25. cap. 3. exponens illud Iob, Oculi enim eius super uias hominum, & omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: Quia ea quae diu patienter conspicit, quandoque multa non deserit. Nam ecce subito uiolentum rapuit, & mala eius, quae expectando pertulit, animaduertendo refecauit. Nemo igitur dicat humana facta Deum non cernere, quum iniquum quempiam iniquitates suas liberè prospicit cumulare. Subito enim tollitur, qui diu toleratur. Gressus uero hominum uocat uel singulas operationes quibus innitimus, uel alternantes motus intimae cogitationis, quibus quasi passibus, uel longè à domino recedimus, uel pie domino propinquamus. Ad Deum enim quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis operibus proficit. Et rursum tot gressibus longè fit, quot malis cogitationibus decrescit. Unde plerumque contingit, ut necdum procedat in opere motus mentis, & tamen perfecta iam culpa sit ex ipso reatu cogitationis, sicut scriptum est: Manus in manu, non erit innocens malus. Manus enim manus iungi solet, quando quiescit in ocio, & nullus eam usus laboris exercet. Ac si diceret: Et quum manus cessat ab iniquo opere, malus tamen non est innocens per cogitationem. Quia ergo nouimus, quod districte omnia non solum facta, sed saltem cogitata presentur, quid faciemus de incessu mali operis, si sic subtiliter Deus iudicat gressus cordis? Ecce occulta mentis nostrae itinera nullus hominum uidet, & tamen ante Dei oculos tot gressus ponimus, quot affectus mouemus. Quoties ante eum labimur, toties à recto itinere infirmae cogitationis pede claudicamus. Nisi enim in conspectu eius iste assiduus nostrarum mentium lapsus increpatione, per prophetam non claret.

E iij maret,

Esai. i. e. Psal. 36. d. Ioh. 14. a. Psal. 36. d. Iacob. 3. a. Matth. 26. g. Prouer. 6. a. Psal. 36. f. Psal. 72. a. Gen. 19. f. Lucae 9. g. Augustinus. Psal. 16. b. Cassiodorus. Matth. 10. c. Vestigia platarum signa sunt Apostoli. Psal. 36. d. Psal. 118. f.

malet, Auferte malum cogitationū uestrarū ab oculis meis. Et Origenes homilia quarta in Psal. trigessimū sextum, exponens illud Psalmita, A domino gressus hominis dirigentur: Sunt (inquit) quidā in nobis gressus, & pedes, quibus iter agimus, sunt gressus interioris hominis, quibus ambulare possumus per illam uiam, quae dicit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Non sufficit homini uolenti istud iter incedere sola propositi sui uolūtas, nisi & dominus direxerit gressus eius, quia frequenter accidit iter agentibus, ut ambulent, quod iter tamē rectum tenere nō possint, sed decedat in aliquos errores, ut illi, qui in philosophiā eruditione uersantur, uidentur quidē iter uirtutis incedere, sed quia à dño nō diriguntur gressus eorū, nō tenent iter rectū. Sed & haeretici nihilominus incedunt etiā ipsi iter, sed quū scripturas carnaliter, nō spiritaliter intelligunt, declinant in sinistram. Si uero spiritaliter intelligāt, in ipso autē spiritali intellectu Apostolicae nō teneāt regulā ueritatis, decidūt nihilominus & ipsi ad dexterā, diabolo (ut ita dixerim) gressus eorū non dirigente, sed detorqueute à uia recta. Nos ergo neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinantes, ingrediamur mediā uiam, quae est Christus dñs, quia in ipso ambulantiū gressus dñs dirigit. A dño ergo gressus hominis dirigetur, & uiam eius cupiet, illam scilicet uiam, de qua supra diximus. Cupiet enim qui à Deo dirigitur, Christum, & desiderabit permanere semper in Christo. Quum ceciderit (inquit) nō cōturbabitur. Superius dicens, quia à dño diriguntur gressus eius, hic de causa eius loquitur. Vide ergo quia etiam his, qui iter hoc incedunt, aliquādo accidat cadere, etiam his, qui à dño diriguntur. Sed est multa differentia inter casum iusti, & casum iniusti: Iustus (inquit) quū ceciderit, non prosternitur: iniustus, & qui spem non habet in Deo positam, si ceciderit, prosternitur, & non surgit, id est, si peccauerit, nō pœnitet, & peccatum suū emendare nescit. Iustus autem si in aliquo offenderit, si in uerbo, Apostolus enim est qui dicit: In multis enim offendimus omnes, & si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Offendit ergo & iustus in uerbo, fortassis etiā aliquando & in facto, sed scit emendare, scit corrigere, scit ille, qui dixerat, nescio hominē, paulopost quū respectus fuisset à domino, fieri amarissimē, scit & ille qui de tecto mulierē uiderat, & cōcupierat illā, dicere, peccaui, quia tibi soli peccaui, & malū corā te feci. Si ergo quū ceciderit iustus non prosternitur, nō permanebit in peccato, sed exiliet cito, tanq; damula ex retibus, & tāquam auis de laqueo. Iniustus autē nō solum permanet, sed & prosternitur in peccatis. Iustus autē quid facit? Lex Dei eius in corde ipsius, & nō supplantabuntur gressus eius. Ibi dixit, quia diriguntur gressus hominis à dño: hic, quia nō supplantabuntur gressus iusti, quia dñs (inquit) cōfirmat manus eius. In alio Psalmo, id est, in septuagesimosecūdo, dicit: Mei autē penē moti sunt pedes. Quod idipsum mihi uidetur intelligendū similiter. Proficiētes etenim ad uirtutes, uelut ascensu quodā nitimur, in quo ascensu si quis labatur, & decidat, ascensionis suae perdit profectū. Istius ergo effusi sunt gressus. Hoc autē sit, quū quis post profectum retrorsum fuerit cōuersus, sicut accidit & uxori Loth, quae ingrediebatur bene egrediēs de Sodomis, & effugiens pœnas malorū ingrediebatur, & ascendebat ad montem, quo angelo duce pergebat: sed quoniā contra mādatum Dei fecit, quod iussu fuerat non respicere retrorsum, neq; stare in omni regione illa, sed ad montem ascendere, atq; ibi saluari, quum conuersa ad posteriora retrorsum respexit, ibi effusi sunt gressus eius, & perdidit omne quod fuerat antē digressa, permansit perfecta statūcula salis. Hoc est quod dominus in Euangelio dicit: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & retro respiciens, aptus est regno Dei. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmita, Perfice, siue (ut ipse legit) ad perficiendos gressus meos in semitis tuis, id est, ut perficeretur charitas Ecclesiae in itineribus angustiis, quibus uenitur ad requiem tuam. Cassiodorus uero, hoc pacto exponit: Perfice dixit, id est, usq; in finem cōserua, ubi est meritum, ac praemij tota perfectio. Inchoamus enim dū in hoc mundo probabili cōuersatione degimus, sed ubi ad finē peruenerit religiosa cōstantia, ibi pficimur, ibi tota integritate cōplemur, sicut ait Euāgelū: Qui p̄seuerauerit usq; in finē, hic saluus erit. Gressus autē, humanas significat actiones, quibus in hoc mūdo gradimur, & quasi quibusdā passibus ambulamus. In semitis tuis, scilicet in mandatis tuis, ubi re uera rectae sunt uiae, quas si deuoti sequimur, ad caelestis patriae munera peruenimus. Sed quid est hoc, quod prius gressus dixit, statimq; uestigia subiūgit? Gressus dicimus, quibus mouemur de loco ad locū. His meritō cōparantur actus humani, quos de uno negotio in aliud ducūt, & per tēpora uitae nostrae diuersa qualitate trāponūt. Vestigia uero dicuntur signa platarū, quae relinqmus trāseuntes. Peuit ergo dñs Christus & gressus suos, id est, actus humanos, & sua uestigia custodiri, quae fideles Apostolos cōgruēter accipimus, in quibus post ascensionē gloriosam, religionis catholicae signa dereliquit. Talis ergo sensus est: Custodi me in mādati tuis, ut imitantes me, minimē moueātur abs te. Et exponēs illud Psal. A dño gressus hominis dirigentur: Hominū gressus (inquit) per se tortuosi semper, & prauī sunt. Quippe qui in iniquitatibus cōcepti, & in delictis progeniti sumus. Sed tūc à patre luminū dirigimur, qñ fidei regulā, in qua gradimur, accipimus. Dirigimur planē, quū sine erroribus ambulamus. Sed quo nos ducit ista directio? Videlicet ut ad perfectā fidem, & aeterna praemia ueniamus. Et exponēs illud Psal. Gressus meos dirigam secundum

secundum eloquium tuum: Gressus (inquit) significat motus animae. Nam sicut per istos de loco ad locum transferimur, ita & in illis quibusdā passibus, siue ad meliora, siue ad deteriora progredimur. Hos sancta cohors secundum eloquium domini dirigi postulabat, ne uitiorū prauitatibus seducta, in mortiferos laberetur errores. Secundum eloquium tuum dicit, id est, secundum iussa, quae praecipis ad uitam humani generis corrigendam.

Quid grex, & guttur mysticè significant. Cap. XXI.

Regum nomine imperiti designantur, ut diuus scribit Gregorius lib. Moral. 16. cap. 22. exponens illud Iob, Diripuerunt greges, & pauerunt eos: Gregum (inquit) nomine imperiti populi designantur, ut spōsi uerba testantur: Nisi cognoueris te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum, id est, nisi honorē tuum, quo ad similitudinē Dei es cōdita, bene uiuēdo cognoueris, à conspectu meae contemplationis egredere, & imperitorum uitam imitare populorū. Dixit ergo Iob, Diripuerunt greges, quia imperitos quosq; peruersis ad se persuasionibus haeretici trahunt, & doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt. Et in commentarijs Cānici Cānicorū: Si ignoras te &c. Si ignoret se sponsa (inquit) egrediatur, & abeat, quia quisquis nescit se in hoc positum, ut tentationes per sufferētiam uincat, à familiaritate Christi recedit, quia in bello positus, cum domino suo pugnare recusat. Sciendū est enim omnibus, quod quum in tentationibus sumus, contra aēreas potestates pugnare praecipimur, quia sine uictoria coronari non possumus. Et si aduersarius deest, nec est quem uincamus, ideoq; corona deerit, quam, non nisi uincentes, capimus. Hoc qui ignorat, in bello est, & quasi in pace exultat, & eo frequētius uulneratur, quō securior est, quia nescit uidere quem caueat. Dignē ergo à pugnantibus secernitur (aliās excipitur) ut uestigia gregum sequatur, quia dum prudentes quosq; imitari negligit, necessariō reprobos sequitur, quos stulticia brutis animalibus fecit similes. Et lib. Moral. 20. cap. 7. exponens illud Iob, Nunc autē derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: Quis est (inquit) grex sanctae Ecclesiae, nisi multitudo fidelium: & coetera, ut in dictione, Canis. Et Bernardus sermone 35. super Cantica, exponens illud Cantorum, Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post greges sodalium tuorū: Dura (inquit) & aspera increpatio, quod dicit: Egredere. Hoc quippe uerbum serui audire solent à ualde irascentibus, & indignatibus dominis, uel ancillae à dominabus suis, quū grauiter illas offenderint. Exi hinc, exi à me, egredere à cōspectu meo, & à domo ista. Hoc ergo uerbo aspero, & amaro satis, nimiumq; increpatorio utitur modo sponsus contra dilectam, sub conditione tamen, si seipsam ignorauerit. Nihil quippe ualidius, efficaciusue ad terrendum potuit in eam intendere, quā ut egredi minaretur. Quod & tu aduertere potes, si bene attēdas, unde, quō egredi iubeatur. Vnde enim quo putas, nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi, ad saecularia desideria, de interna requie mentis ad mundi strepitum, & inquietudinem curarum exteriorum? Et uide quia non simpliciter egredere, sed egredere (inquit) & abi post greges sodalium tuorum. Heu quod egregia creatura iam olim facta de grege, & nunc in peius miserabiliter prouens, non saltem inter greges remanere permittitur, sed post abire iubetur. Homo, quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ecce quomodo de grege facta est egregia creatura. Puto dicerent iumenta, si loqui fas esset: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis. Habitabat in paradiso, & in loco uoluptatis conuersatio eius, nihil molestiae, nihil indigentiae sentiebat, & odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria, & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem ob insigne diuinā similitudinis praecellebat, & erat illi fors, & societas cum plebe Angelorū, & cum omni militia caelestis exercitus, sed mutauit istam gloriam Dei in similitudinem uituli comedentis foenum, quoniam positus in honore non intellexit, quod limus esset. Quid superbis terra, & cinis? Hinc egregia creatura gregi admixta est, hinc bestiali similitudine, Dei similitudo mutata est, hinc societas cum iumentis pro consortio Angelorū inita est. Et uide ne fortē etiam hic sponsus, quum dilectam ab ignorantia tanto increpationis tonitruo deterreret, propterea minimē dixerit, Egredere cum gregibus, aut egredere ad greges: sed egredere (ait) post greges sodalium tuorum. Sciat ergo anima rationalis, quae se ob priorem ignorantiam erubescit, pecudes habere sodales in perfidis utique bonis terrae, non etiam similiter socios habituram in perferendis tormentis gehennae, & tum demum etiam ab ipsis gregibus suorum sodalium iumentorum cum dedecore exturbandam, nec iam uel cum ipsis ituram, sed planē post, quando illis nihil mali sentientibus, ipsa malis omnibus exponetur. Egreditur itaque homo, & solitarius abit post greges sodalium suorum, quum solus in inferno inferiori retruditur. An non tibi posteriorem uidetur tenere locum, qui ligatis manibus, & pedibus proijcitur in tenebras exteriores? Et erūt profectō nouissima hominis illius peiora prioribus, qñ qui prius bestiis aequabatur, nūc & postponit. Puto quod & in praesenti uita, si bene aduertat, posteriorem ire pecoribus hominē iudicabit. An non siquidē tibi uidetur ipsis bestiis quodammodo

dammodo bestialior esse homo ratione uigens, & ratione non uiuens: Conuincitur ergo ire po-

Cantic. 7. c.
Guttur prædica-
tio.

Quid autem guttur mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Cantico-

Cantic. 5. d.
Guttur, nouum
testamentum.

rum designatur, quæ quasi uinum optimum esse dicitur, quia mentes hominum inebriat, ut præ-

Hieronymus.
Prouer. 3. a.
Guttur, sermo.
Tabula cordis,
cogitationis la-
tudo.

torum obliuiscantur, & in anteriora currentes, non lassentur. Quo pacto autem exponatur illud

Prouer. 6. c.

Canticorū, Et fructus eius dulcis gutturi meo, dictū est in dictione, Fructus. Et exponēs illud Can-

Prouer. 23. d.

ticorū, Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: Per guttur quippe (ait) uoces trāfferuntur,

Guttur, loquela
Cultrum, discre-
tio.

& sapor in uentrē hauriuntur. Quid ergo per guttur sponsi, nisi testamentū Christi intelligitur,

Hiere. 2. e.
Exo. 12. b.
Ephes. 6. c.

per quod Christus nobis loquitur, & in quo quā suauis est dominus, à fidelibus gustatur: Totus

Idan. 7. f.

ergo desiderabilis existit, quia per hoc quod de eo bona omnia anima sancta audit, magis, ac magis

INCIPIT LIBER SEPTIMVS, AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Quid habitaculum, siue habitatio, habitare mysticè significant. Cap. I.

Esa. 63. d.
Esa. 66. a.
Psal. 2. a.
Psal. 122. a.
Esa. 40. c.
2. Paralip. 2. b.
Matth. 6. b.
Prouer. 21. c.
Thesaurus, clari-
tas bonorū ope-
rum.
Oleum, dilectio-
nis pinguedo.
Habitaculum,
corpus.
Thesaurus, aīa.
Oleum, unctio
gratiæ.



Habitaculum, scilicet Dei, cœlū significat, iuxta illud Esaia: Attēde de cœlo, & uide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ. Cœlū (inquit Hieronymus) dicitur habitaculum sanctum, & domus gloriæ eius, iuxta illud: Cœlum mīhi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Et alio in loco: Qui habitat in cœlis, irridebit eos. Et rursum: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Non quò omnipotens Deus, qui tenet cœlum palmo, & terram pugilo, ullo claudatur loco, sed quò quæ sanctiora sunt, illius locus, & habitaculū esse dicantur. Denique Salomon, qui ædificauit domum Dei, ad eum præcans, loquitur: Cœli cœlorum, & terra non sufficiunt tibi. Et in oratione dominica dicitur: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. Vbiunque ergo sit uoluntas Dei, illud est habitaculum eius & domus Dei. Et exponens illud Prouerborum, Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud: Claritas (inquit) bonorum operum amabilis, & pinguedo dilectionis in sanctorum Ecclesia refulget. Verum reprobi non tantum uirtutes se non assequi, sed & persequi, & quantum ualent, in bonis obruere festinant. Potest sane hic uersus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo, id est, corpore anima sancta, Dei uidelicet thesaurus, seruetur, abundat & unctio gratiæ spiritualis. At persecutor imprudens huiusmodi habitaculum diruimpe potest, thesaurum uero, qui habitaculo tenebatur, & Deum nequaquam

nequaquā tangere potest, ut dominus docet: Nolite (inquit) timere eos, qui occidit corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Et exponēs illud Psalmistæ, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: Tabernaculū hic pro æternitate accipimus, quāuis in alijs locis opera intelligatur, quia hic in tabernaculo præsentī, quod est Ecclesia, multi habitant corpore, & nō fide, quia hic dum inferiores sumus, quasi in tabernaculo consistimus, usquequo post uictoriā in domum perueniatur. Et alio in loco: De præparato (inquit) habitaculo suo, respexit super omnes qui habitāt terrā. ubi Casiodorus hoc pacto scribit: De futuro corpore domini tūc dicebat: Nam, dum omnia, quæ ordine ueniente succedunt, in prædestinatione fuerint constituta, quantomagis incarnationis eius miraculum ante sæcula probatur fuisse dispositum, quod periclitanti mundo, quem disposuerat facere, poterat subuenire: Et Augustinus, De præparato &c. Vidit nos de Apostolis, uidit nos de prædicatoribus ueritatis, uidit nos de Angelis, quos ad nos misit. Hæc omnia domus eius, hæc omnia habitaculum eius, quia hæc omnia cœli, qui enarrant gloriā Dei. Respexit super omnes, qui habitant terram. Ipsi sunt, sui sunt. Gēs illa est beata, cuius est dominus Deus eorum, populus ille est, quem elegit dominus in hæreditatem sibi, quia per omnes terras est, & non est in parte. Et diuus Hieronymus exponēs illud Abacuc 1. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos gētem amaram, & uelocem, ambulātem super latitudinē terræ, ut possideant tabernacula non sua. hoc modo scribit: Omnis rationalis anima, licet per uitium, & culpam suam hospitium facta sit Chaldæorum, id est, dæmonum, tamen per naturam tabernaculum Dei est. Et quāquam in Euāgelio pessimus dæmon loquatur, Vadam in domum meam unde exiui, non est ei credendum. Siquidem nulla rationalis creatura ad hoc facta est, ut habitaculum dæmonis sit. Et diuus Hieronymus in epistola ad Celantiam: Hihil (inquit) quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mēte esse debet, quæ in Dei habitaculum præparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata uirtutibus. Ideo & templum dei, sanctorum corda dicuntur, affirmāte Apostolo, qui ait: Si quis templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Et Didymus libro secundo de spiritu sancto: Illud consyderandum est, quòd in corde, & sensu habitare non potest creatura, nisi Deus, & sermo eius in spiritu sancto, sicut ad quosdam loquitur pater: Inhabitabo in eis, & inambulabo. Et ad ipsum quidē dirigit uocem, Tu autē in sancto habitas, laus Israël. Altus quippe in altis habitat uniuersæ cōditor creaturæ. Habitat uero & unigenitus filius in mente pura, & corde credentiū. Per fidē quippe habitare Christum in interiori homine. In spiritu ait Apostolus, ita scribens in spiritu. In interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Ipse quoq; de se loquitur: Viuit in me Christus. Et iterum, Qui in me loquitur Christus. Et saluator: Veniemus (inquit) ego, & pater (haud dubiū quin ad eū, qui præcepta eius seruauerit) & mātionem apud eum faciemus. Porro sic sermo iste cōtextitur: Si quis diligit me, sermone meū seruabit, & pater meus diliget eū, & ad eum ueniemus, & mātionem apud eum faciemus. In alio quoq; loco omnis natura rationaliū creaturarum, domus dicitur saluatoris. Sicut autē super domū suā dominus Iesus, cuius domus sumus nos, ita domus Christi templū Dei est, in quo spiritus eiusdem inhabitat Dei. Scribēs quoq; Corinthijs Paulus, ait: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Si autem in domo, & templo, quo pater, & saluator inhabitat, ilico inuenitur & spiritus sanctus, ex hoc indiuisa trinitatis substātia demonstratur. Et post nō multa eiusdē epistolæ: Nescitis (inquit) quia corpora uestra templū sunt spiritus sancti, quem habetis à Deo? Quom ergo spiritus sanctus similiter ut pater, & filius, mentē, & interiorē hominē inhabitare doceatur, nō dicā ineptū, sed impium est, eum dicere creaturā. Disciplinas quippe, uirtutes dico, & artes, & his cōtrarias perturbationes, & imperitias, & affectus in animabus habitare possibile est, nō tamen ut substātiuas, sed ut accidētes. Creatā uero naturam in sensu habitare, impossibile est. Quod si uerum est, & spiritus sanctus absq; ulla ambiguitate subsistens, animæ est habitator, & cordis, nulli dubium est, quin cum patre, & filio credi debeat increatus.

Quid hamus, hasta, mysticè significant. Cap. II.

Quid hamus mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Iob, An extrahes Leuiathan hamo? Leuiathan (inquit) additamentum eorum dicitur, id est, hominū, quibus semel culpam præuaricationis intulit, & hanc usque ad æternam mortem quotidie pestis suggestionibus extendit. Sed Leuiathan iste (id est diabolus) hamo captus est, quia in redemptore nostro, dum per satellites suos escam corporis momordit, diuinitatis eum aculeus perforauit. Quasi hamus quippe fauces glutientis tenuit, dū in illo & esca carnis patuit, quā deuorator appetere, & diuinitas passionis tempore latuit, quæ necaret. In hac quippe aquarum abyssu, id est, in hac immētate generis humani ad omniū mortem inhās, uitā penē omnium uorās, huc, illucq; aperto ore cetus iste ferebatur, sed ad mortem ceti istius, hamus in hac aquarum profunditate caliginosa, mira est dispositione suspensus, quem in his aquis humani generis dependentem aperto ore iste

Match. 10. c.
Psal. 14. a.
Tabernaculum, æternitas, ecclesia.
Psal. 32. c.
Habitaculum, Christi corpus.
Augustinus.
Habitaculum, Apostoli, prædicatores, Angeli.
Psal. 19. a.
Psal. 32. c.
Psal. 93. b.
Abac. 1. b.
Tabernaculum, anima.
Matth. 12. d.
Habitaculum, mens.
Templum Dei, sanctorū corda.
1. Cor. 3. c.
Didymus.
Habitat solus deus in corde.
2. Cor. 6. d.
Leuit. 26. g.
Psal. 21. a.
Psal. 112. a.
Ephes. 3. d.
Gal. 2. d.
2. Cor. 13. a.
Ioan. 14. c.
Illic.
1. Cor. 3. d.
Trinitatis substātia indiuisa.
1. Cor. 6. d.
Spiritus sanctus non est creatura, sed Deus.

ore iste cetus expeteret, sed eo per satellitum suorum fauitiam morso, mordendi vires ulterius non habuit. Hamus hic, raptoris fauces tenuit, & sese mordentem, momordit. Incarnationem igitur unigeniti filij fideli famulo indicans Deus, ait: An extrahere &c. subaudis, ut ego, qui ad raptoris mortem incarnatum unigenitum filium mitto, in quo, dum mortalis caro conspicitur, & immortalitatis potentia non uidetur, quasi hamus quidam inde deuoratem perimit, unde acumen potentiae, quo trafigat, occultat. Et homilia uigesima quinta: Per Leuiathan quod additamentum eorum dicitur, cetus ille deuorator humani generis designatur: in hamo autem esca offertur, aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit, quia ad mortem illius unigenitum filium incarnatum misit, in quo & caro passibilis uideri posset, & diuinitas impassibilis uideri non posset. Quumque in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit, diuinitatis eum aculeus perforauit. Prius uero eum in miraculis Deum cognouerat, sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem uidit. In hamo ergo huius incarnationis factus est, quia dum in illo expetit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quae ad deuoratore duceret; ibi diuinitas, quae perforaret. Ibi aperta infirmitas, quae prouocaret; ibi occulta uirtus, quae raptoris faucem transfigeret. Et in symbolo Rufini: Sicut hamum esca contactum, si piscis rapiat, non modo escam ab hamo non remouet, sed & ipse de profundo, esca alijs futurus, educitur: ita & is, qui habebat mortis imperium, rapuit quidem in morte corpus Iesu, non sentiens in eo hamum diuinitatis inclusum: sed ubi deuorauit, haesit ipse continuo, & disruptis inferni claustris, uelut de profundo extractus trahitur, ut esca ceteris fiat. Quod ita futurum sub hac eadem figura Ezechiel dudum propheta significauerat, dicens: Et extraham te in hamo meo, & extendam te super terram: & Iob de eodem mysterio similiter protestatur. Ait enim ex persona domini loquentis ad se: Aut adducis draconem in hamo, aut ponis capistrum circa nares eius? Non ergo damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Christus in carne patitur, sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem, diuina natura in mortem descendit, non ut lege mortalium detineretur a morte, sed ut per se se resurrecturus ianuam mortis aperiret, uelut si quis rex pergat ad carcerem, & ingressus aperiat ianuam, resoluat catenas, uincula, feras, & claustra comminuat, & educat uinctos in remissionem, & eos qui sedent in tenebris, & umbra mortis, luci, ac uitae restituat.

Symbolum Rufini.

Ezech. 32. a. Iob 40. d.

Gregorius. Iob 41. c.

Hasta, & thoracis discriminem.

Hasta, praedicationis.

Thorax, patientiae fortitudo.

Illic d. Hasta, diuina sententia.

Hieronymus. Iob 39. c.

Pharetra, interior homo.

Sagittae, eloquia Dei.

Philipp. 3. c. Pharetra, locus cordis.

Hasta, uigilans animi uirtus, siue constantia.

Quid uero hasta mystice significet, diuus Gregorius insinuat, libro trigesimo quarto Moralium, capite quinto, exponens illud Iob, Quum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neque hasta, neque thorax: Cunctis (inquit) liquet, quod hasta aduersarium percutimus, thorace uero ab aduersario munimur. Per hastam uulnera inferimus, per thoracem tegimur, ne uulneremur. Quid igitur per hastam, nisi praedicationis iaculum: quid per thoracem, nisi fortitudo patientiae designatur? Leuiathan ergo iste, quia per assumptum reprobum hominem in ira omnimodae crudelitatis effraenatur, apprehendi a gladio dicitur, Nam per ostensionem immensae uic fortitudinis exhibet, quicquid nequiter potest. Et neque hasta, neque thorax subsistere poterit, quia in antichristum uentis tantae uirtutis apparebit, ut si supernum adiutorium desit, & praedicatorum acumen obtundat, & longanimitatem patientium destruat. Nisi enim iustorum uitam superna gratia solidet, non subsistit hasta, quia praedicatorum uirtus frangitur, non subsistit thorax, quia constantium patientia disrupta penetratur. Et eodem capite: Et deridebit (inquit) uibrantem hastam, Contra Leuiathan enim dominus hastam uibrat, quia in eius interitu districtam minatur sententiam. Hastam quippe uibrare, est aeternam ei mortem ex districta animaduersione praeparare. Sed apostata spiritus, autorem uitae etiam cum sua morte despiciens, hastam uibrantem deridet, quia ex districto iudicio quicquid graue, quicquid horribile esse prauidet, pati non metuit: sed quod se aeterna tormenta non posse euadere conspicit, eo in exercenda nequitia durior surgit. Et diuus Hieronymus exponens illud Iob, Super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta, & clypeus: Super exteriorem, & corporeum hominem, de quo ait propheta: Et subtus me conturbata est hebetudo mea, quasi arcem animam credimus, ubi unusquisque sanctorum, ut pote in interiore homine suo, tanquam intra pharetram habet sagittas eloquiorum Dei, quas dum ad cauendum profert, siue dum eas frequenti correptione, ueluti tela pungentia educit in medium, percussurus utique earum ictibus eos, qui merito ad salutem debeant uulnerari. Super ipsum (inquam) eloquiorum Dei resonat pharetra, quod tamen in commotione fit ambulantis. Vbi intelligitur, quod is recte psallat, & corripiat delinquentes, cuius in anteriora quotidie profectus est sanctitatis. Sic enim Apostolus magnus, & potens equus domini ait: Vni autem quae quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero, quae in ante sunt extendens. Siue ut breuius, & manifestius dicam: Pharetra haec, locus est cordis, in quo sermonum Dei sagittae conditae sunt, & repositae. Et signanter ait dominus: Super ipsum, id est, equum sonare hanc pharetram, quod est super exteriorem hominem eius, pharetra cordis illius referta, diuinis eloquijs regnat, dum ut belator domini, & fortis in praelio euangelizat uerbum uirtute multa. Super hunc equum nihilominus uibratur hasta, & clypeus. Hasta, est uigilans animi uirtus, siue constantia, quae increpat peccatores, siue

res, siue uita in se confodienda mortificat. Clypeus uero, scutum fidei est, in quo omnia tela nequissimi ignea possit extinguere. Et haec propter desinentem usum bellandi, uibrare dicuntur, quae sint utique in exercitatione praeparata. Nam de talibus armis fulgentibus, ita dicitur: In lucem iacula tua ibunt, in splendorem coruscationis annorum tuorum.

Quid haerba mystice significet.

Cap. III.

Quid haerba mystice significet, diuus Gregorius libro Moralium uigesimo nono, capite decimo octauo, exponens illud Iob, Et produceret haerbas uiretes, hoc pacto declarat: In scriptura (inquit) sacra, aliquando haerba uiror gloriae temporalis accipitur, sicut propheta ait: Mane sicut haerba transeat, mane floreat, & pertrahat. Mane namque sicut haerba florere, atque transire, est in prosperitate huius saeculi temporalis gloriae decus uelociter arescere. Haerba quoque refectio diaboli accipitur, sicut de illo a domino dicitur: Huic motes haerbas ferunt. Ac si diceret: Superbi, ac tumidi, dum se illicitis cogitationibus, atque actionibus efferunt, suis illum iniquitatibus pascunt. Huic haerbas ferunt, quia suas illi offerunt fluxas, & lubricas uoluptates. Erunt enim (ait Apostolus) homines seipsos amantes. Quorum descriptionem complexus est, dicens: Voluptatum amatores magis, quam Dei. Quae est ergo haerba montium, nisi uoluptas fluxa, quae ex corde gignitur superbiorum? Quia nisi Deum superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lasciuendo perpetrarent. Quibus nimirum haerbis iste Behemoth pascitur, quia in eis poenam aeternae mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur. Superbi enim huius saeculi, & si quando supernae dispensationis ordine praepediti, ab expletione prauorum operum cessant, praua tamen in cogitatione multiplicent, modo ut se potentiores ceteris rebus, & honoribus ostendant, modo ut eandem suam potentiam in studio alienae laesionis exerceant, modo ut lubricis motibus ducti, per lauia se facta, uoluptatesque dissoluant. Qui dum rebus diuinitus acceptis, nequaquam recta, sed praua semper agere cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis contra Deum donis pugnant? Quia igitur Behemoth iste in superbiorum mentibus sua semper desideria recognoscit, quasi haerbas in montibus inuenit, quibus refectum suae malitiae uentrem tendit. Haerba insuper sustentatio praedicatorum demonstratur, quum dicitur, Qui producit in motibus foenum, & haerbam, seruituti hominum. In motibus quippe foenum, & seruituti hominum haerba producitur, quum sublimes huius saeculi ad fidei cognitionem uocati, sanctis praedicatoribus in huius uitae itinere transitoria alimenta largiuntur. Haerba bona operatio ponitur, sicut scriptum est, Germinet terra haerbam uirentem. Quod licet in conditione mundi ita historice factum teneamus, terram tamen Ecclesiam figurasse non inconuenienter accipimus, quae in eo germinauit haerbam uirentem, in quo ad uerbum Dei foecunda misericordiae opera protulit. Haerbam aliquando scientiam, atque doctrinam aeternae uiriditatis accipimus, sicut per Hieremiam dicitur: Onagri steterunt in rupibus traxerunt uentos, quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat haerba. Quo dicto, superba, ac nequissima Iudaeorum est persecutio propheta. Ipsi quippe onagri pro mentis elatione, ipsi dracones pro uirulenta cogitatione uocati sunt. Qui steterunt in rupibus, quia non in deo, sed in summis potestatibus huius mundi confisi sunt, dicentes: Non habemus regem, nisi Caesarem. Traxerunt uentos quasi dracones quia spiritu elationis inflati, superbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorum, quia scilicet spes eorum ab eo, quod intederat, corruit. Qui temporalia diligens, praestolari aeterna neglexit, & terrena, ideo quia Deo praeposuit, amisit. Dixerunt enim: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum regnum, & gentem. Timuerunt ne locum, non occiso domino, perderent, & tamen occiso, perdiderunt. Sed cur ista miseris euenerint, subdit: Quia non erat haerba, id est, quia eorum cordibus defuit aeternitatis scientia, & nullo eos refecit pabulo uiriditatis internae doctrina. Hoc igitur loco quid aliud uirentes haerbas, nisi sanctae doctrinae scientiam, uel congruas operationes accipimus? Deserta igitur terra compluitur, ut ab ea uirentes haerbae producatur, quia dum sanctae praedicationis imbrem gentilitas percepit, & uitae opera, & doctrinae uerba germinauit. Ista uiriditas uoce prophetica desertae terrae pollicetur, quum dicitur: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriatur uiror calami, & iunci. Quid enim per calamum, nisi praedicatorum, quid per iuncum, qui iuxta aquae humorem semper nascitur, nisi pusilli, ac teneri auditores sacri eloquii designantur? In draconum ergo cubilibus uiror calami, & iunci oritur, quia in eis populis quos antiqui hostis malitia possidebat, & doctorum scientia, & auditorum obedientia coaceruatur. Haec tamen quae generaliter de gentilitate dicta sunt, si solerter inspicimus, intra sinum sanctae Ecclesiae agi in lingulis uidemus. Sunt enim plerique, ad uerba Dei ualde insensibiles, qui fidei quidem nomine censent, uerba uita auribus audiunt, sed ea transire usque ad interna cordis minimè permittunt. Hi quid aliud quam desertae terra sunt? Quae scilicet terra hominem non habet, quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortalium in hac terra comoratur, quia & si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitationes ueniunt, non persistunt. Prava enim desideria in eorum cordibus sedem inueniunt: recta uero,

Clypeus, fides. Abac. 3. c.

Gregorius. Iob 38. c. Haerba, uiror gloriae temporalis. Psal. 89. b. Mane, seculi prosperitas. Iob 40. b. Haerba, diaboli refectio. Lib. 3. Moralium, capite 2. 2. Timot. 3. 4. Ibidem.

Libro Moralium 29. cap. 18. Psal. 146. d. Haerba, praedicatorum sustentatio. Haerba, bona operatio. Gen. 1. b. Terra, ecclesia. Hier. 14. a. Onagri, Iudaei. Dracones, Iudaei. Rupes, summae potestates. Ioan. 19. c. Ventus, elatio, superbia. Ioan. 11. f. Haerba uirentes, sanctae doctrinae, congruae operationes. Esa. 55. c. Calamus, praedicator. Iuncus, pusillus, ac tener auditus. Dracones, gentiles.

recta uero, si quando uenerint, ac si impellantur, decurrunt. Sed quum misericors Deus imbris uocatur, & sonanti tonitruo uiam dare dignatur, compuncti per internam gratiam uerbis uitæ aures cordis aperit. Et impletur terra in uia, quia, dum præbet auditum uerbo, cumulat mysterio. Et producit hærbas uirentes, quia per gratiam compunctionis infusa prædicationis uerba non solum libenter recipit, sed etiam ubertim reddit, ut quod audire non poterat, iam loqui concupiscat, & quæ non audiendo etiam intrinsecus aruerat, iam loquendo quæ sancta sunt, uiriditate sua quoslibet esurientes pascat. Vnde bene per prophetam dicitur: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sic enim sic facies terræ uirtute renouationis immutatur, dum sicca dudum mens gratia ueniente compluitur, & post ariditatem pristinam, quasi productis hærbis, scientiæ uiriditate uestitur. Et exponens illud Iob, Et mandebant hærbas, & arborum cortices: Quid (inquit) per hærbas, nisi tenera, ac terræ proxima bene inchoanti uita? Et quid per arborum cortices, nisi exteriora opera eorum, qui iam sublimia appetunt, designantur? Præuauit nanque, quum recta insipientes aspiciunt, aut irridendo, aut quasi consulendo contradicunt. Quum uero iam quosdam penitent ad summa proficere, quia eorum profectus funditus dissipare nequeunt, à quibusdam illos suis operibus diuertunt. Hærbas itaque eis, & arborum cortices mandere, est uel studia bene inchoantium, uel operationes quorundam iam more arborum, ad superiora tendentium, pestiferis persuasione, quasi quibusdam malitiæ suæ dentibus, dissipare. Hærbas mandunt reprobi, quum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoque cortices mandunt, quum manu peruersi consilij à uita recte credentium, tegmen honorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam actibus, uelut arbores, expoliant, illos uero, uelut hærbas (quia despicientes trahunt) quasi quæ calcant, comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta surgentem ex parte demoluntur, quorundam uero teneritudinem, & adhuc in imis positam, penitus conterunt. Dicit igitur: Mandebant hærbas, & arborum cortices, quia prauis irrisionibus in nonnullis exteriora opera, in nonnullis autem per spem uirentia corda dissipabant. Vel certe hærbas mandere, est leuia quædam, ac tenera de antiquis patribus imitari. Arborum uero cortices edere, est eorum opera superficialiter agere, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nonnulli, qui dum præsentis mundi gloriam eiusdem mundi actionibus adipisci non possunt, speciem sanctitatis appetunt, habitum uenerationis sumunt, imitatores antiquorum patrum uideri concupiscunt, & quædam quidem parua, ac leuia peragunt: sed eorum fortia, & quæ ex solius charitatis radice prodeunt, imitari contemnunt. Hi uidelicet hærbas edunt, quia magna negligunt, & uilibus satiantur. Plerumque tamen etiam quædam quasi robustiora opera exercent, sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenent. Quibus profecto arborum cortices mandere, est exteriores electorum actus assumere, & intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirunt, sed imitari cor recte operantium negligunt, ex solis arborum corticibus replentur. Toto namque desiderio præsentis uitæ gloriã, uel abundantiam quærunt. Et capite 40. Possunt quoque per hærbas, atque arborum cortices in hac uita consolationes, ac prosperitates intelligi. Sæpe enim omnipotens Deus electos suos, cum donis interioribus ditat, exterioribus etiam honoribus subleuat. Quicumque præferendo ceteris honorabiles reddit, latius imitabiles ostendit, & nonnunquam prauis eorum quidem uitam despiciunt, sed felicitatem in hoc mundo assequi concupiscunt. Quia igitur blandimenta hic transitoria consolationis quærunt, hærbas comedunt, quia in cogitationibus suis exteriorum gloriam meditantur, arborum cortices mandunt. Et exponens illud Iob, Quum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes hærbas arefcit, hoc pacto scribit libro octauo Moralium, capite uigesimo octauo: Iuxta carnem (inquit) & iusti hærba sunt, propheta attestante, qui ait: Omnis caro fœnum. Sed ante omnes hærbas arefcere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo permanentibus, à uiriditate assumptæ rectitudinis, hypocritarum uita siccatur. Arefcunt hærbae etiã reliquæ, quia iustorum opera cum carnis uita deficiunt. Sed hærbarum ariditatem scirpus præuenit, quia priusquam de carne hypocrita trãseat, ea, quæ in se ostenderat, uirtutum facta, derelinquit. de quibus etiam bene per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fœnum ædificiorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Fœnum quippe ædificij in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur, quia & hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimis humum fœnum, & non euulsum citius arefcit, quia uidelicet hypocrita & in præsentem adhuc uita subsistit, & iam sanctitatis opera, quasi uiriditatis speciem amittit. Quia enim sine intentione rectæ cogitationis bona studuit agere, hæc amittens, iudicat se sine radice floruisse. Hærba quoque incarnationem domini designat, ut dictum est in dictione, Fœnum.

De eadem hærba,

Cap. III:

ORigenes quoque exponens illud Geneleos, Ecce dedi uobis omne fœnum &c. (sive omnem hærbam): Secundum allegoriam (inquit) hærba terræ, & fructus eius, qui ad escam hominibus indulgetur,

Iob 38. c.

Psal. 103. d.

Iob 30. d.

Hærba, tenera bene inchoanti uita.

Corticis arborum, operatio nes ad superna tendentes.

Corticis arborum, cegmina bonorum operum.

Hærba, consolatio. Corticis arborum, prosperitates.

Iob 8. c.

Esa. 40. b.

Hærba, iustus, & eius opus. Scirpus, hypocrita.

Psal. 128. d. Fœnum, hypocrita.

Hærba, incarnatio domini.

Gen. 1. d.

indulgetur, potest de affectibus intelligi corporalibus. Verbi causa: Ira, & concupiscentia, germen est corporis. Huius germinis fructus, id est, opus in nobis rationalibus, & bestiis terræ communis est. Nam quando irascimur ad iustitiam, id est, ad correctionem delinquentis, & emendationem salutaris eius, uito fructu terræ uescimur, & cibus noster iracundia corporalis efficitur, per quam reprimus peccatum, iustitiam reparamus. Et ne tibi uideamur hæc de nostro potius sensu, quam diuina scripturæ autoritate proferre, redi ad librum Numerorum, & recordare quid egerit Phinees sacerdos, qui quum Madianitæ gentis meretricem cum Israëlita uiro sub oculis omnium impuris uidisset inhærere complexibus, ira diuinæ æmulationis impletus, arreptum gladium per utriusque pectus exercuit. Quod opus reputatum est ei ad iustitiam, dicente domino: Phinees sedauit furor meum, & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus iræ terrenus noster fit cibus, quum eorum rationabiliter utimur ad iustitiam. Si uero irrationabiliter agatur ira, aut innocentes puniat, ut effere uescat in eos, qui nihil delinquent, iste cibus erit bestiarum agri, & serpentum terræ, & uolucrum cœli. His etenim dæmones nutriuntur cibis, qui malis nostris actibus & pascuntur, & fauent. Indiciu namque est huius operis Cain, qui innocentem fratrem ira decepit inuidiæ. Similiter etiam de concupiscentia, & de singulis huiusmodi affectibus sentiendum est. Quum enim concupiscit, & deficit anima nostra ad Deum uiuum, noster cibus est concupiscentia. Quum autem uel alienam mulierem ad concupiscendum uidemus, uel aliquid rerum proximi concupiscimus, bestialis cibus efficitur concupiscentia, sicut exemplo potest esse concupiscentia Achab, & factum lezabel, de uinea Nabuthai Israëlita. Obseruanda sanè est sanctæ scripturæ etiam in uerborum ratione cautela, quæ, quum de hominibus dixisset, Quia dixit deus, Ecce dedi uobis omne semen feminale, quod est super terram, & omne lignum, quod est super terram, uobis erit ad escam, de bestiis non dixit, Quia dedi eis escam hæc omnia: sed, Erit illis ad escam, ut secundum spiritualem rationem, quam exposuimus, affectus isti intelligantur, homini quidem à Deo dati esse, prænunciari tamen à Deo, quod erunt etiam bestiis terræ in cibis. Ideo ergo cautissimo usa est sermone scriptura diuina, quæ hominibus quidem ait, dicere Deum, Dedi uobis hæc ad escam. Vbi autem ad bestias uenit, non iubentis, sed quasi prædicentis significatione dicit: Quia hæc erunt etiam bestiis, & uolucris, & serpentibus ad escam. Sed nos secundum Apostoli Pauli sententiam attendamus lectioni, ut possimus (sicut ipse ait) sensum Christi accipere, & scire quæ à Deo donata sunt nobis, & quæ nobis ad escam data sunt. Non faciamus escas porcorum, uel canum, sed tales eas præparemus in nobis, quibus dignum sit suscipi in hospitio cordis nostri uerbum, ac filium Dei ueniẽtem cum patre suo, & uolentem facere apud nos mansionem in spiritu sancto, cuius prius templum per sanctitatem debemus existere. Et diuus Hieronymus exponens illud Hieremiæ, Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi hærbam Borith, maculata es iniquitate tua coram me, hoc pacto scribit: Pro hærba Borith, quam nos, ut in Hebræo posita est, uertimus, septuaginta transtulerunt *πράσιον*, ut significarent hærbam fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Palæstinæ in uirentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eadem uim habet, quam & nitrum. Nitrum autem nostrum, & hærba fullonis, poenitentia est. Ecclesiasticus quoque sermo, qui arguit, & increpat, & corripit delinquentes, mordacioris nitri habet similitudinem: qui uero leui peccatorum sorde maculatus est, leuioribus purgatur monitis. Porro peccata grauiora, quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec hærba Borith dilui possunt, sed grauioribus tormentis indigent. Vniuscuiusque enim opus quale sit, ignis probabit, & in igne reuelabitur. Pulchreque addidit, Maculata es in iniquitate tua in conspectu meo, quod etiam si hominibus munda uidearis, mihi munda non sis, qui noui conscientias singulorum. Vnde & in alio loco dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Quid hericius, herodiusque mysticè significant.

Cap. V.

Hericus quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro trigesimo tertio Moralium, capite trigesimo secundo, citans illud Esaiæ, Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem, ibi habuit foueam hericius: Per lamiam (inquit) hypocritam, per hericium uero, malitiosum quicumque, qui diuersis se defensionibus contegunt, designantur. Lamia etenim humanam habere dicitur faciem, sed corpus bestiale, sic & omne hypocritæ in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, sed bestiale est corpus quod sequitur, quia ualde iniqua sunt, quæ sub boni specie moliantur. Hericij autem nomine malitiosarum mentium defensio designatur, quia uidelicet hericij, quum apprehenditur, eius & caput cernitur, & pedes uidentur, & corpus omne cõspicitur: sed mox ut apprehensus fuerit, semetipsum in sphæram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit, & intra tenentis manum, totum simul amittitur, quod totum simul antè uidebatur. Sic nimirum sic malitiosæ mentes sunt, quum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim hericij cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserat, uidetur, Pedes hericij conspiciuntur, quoniam quibus uestigijs

Herba, corpus ralis affectus, ut irascit concupiscentia.

Numeri 25. c. Ira rationabilis, & irrationabilis.

Gen. 4. b. Concupiscentia bona, & mala. Psal. 83. a. Matth. 5. d. 3. Reg. 21. b.

1. Timot. 4. d. 1. Cor. 2. c.

Ioan. 14. c. 1. Cor. 6. d. Hier. 2. e.

Nitrum, poenitentia. Herba fulloni, poenitentia.

1. Cor. 3. c. Psal. 42. a.

Esa. 34. c. Lamia, hypocrita. Hericij, malitiosus sua defensio peccata.

uestigijs nequitia sit perpetrata, cognoscitur, & tamen adductis repente excusationibus, malitiosa mens introrsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suae uestigia abscondit, Caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse se prauum aliquid ostendit, & quasi sphaera in manu tenentis remanet, quia is qui corripit, cuncta, quae iam cognouerat, subito amittens, inuolutum intra conscientiam peccatorem tenet, & qui totum iam deprehendendo uiderat, tergiuersatione prauae defensionis illusit, totum pariter ignorat. Foueam ergo hericius in reprobis habet, quia malitiosa mens sese intra se colligens, in tenebris defensionis abscondit. Sed in hoc, quod se peccator excusat, in hoc, quod caliginosis defensionibus fixum in se oculum corripientis obnubilat, diuinus nobis sermo etiam quomodo a similibus fulciatur, ostendit. Idem ferè scribit in tertia parte Pastoralis admonitione duodecima. Et psal. 103. scriptum est: Petra refugium herinacis, siue hericijs. Hericius animal est spinis coopertum. Spinæ sunt peccatores (inquit Augustinus.) Qui peccat quotidie, etiam si non magna peccata, spinis minutissimis coopertus est. Confiteantur hericijs peccata sua, & petra Christus erit eis refugium, qui illos dicere docuit: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et Cassiodorus: Hericius animal timidum, natura prouidente semper armatum, cuius cutem inuicem setarum sudes acutissimæ, densissimæq; cõmuniunt. Hinc competenter aptatur, qui peccatis suis hispidus, futura iudicia metuens, petram Christum firmissimum noscitur habere refugium.

Gregorius.
Iob 39. b.
Struthio, hypocrita.

Herodius quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro trigessimoprimo Moral. capite sexto, exponens illud Iob, Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris: Quis herodij & accipitrem nesciat, aues reliquas quanto uolatus sui uelocitate transcendant; Struthio uero pennæ eorum similitudinem, sed uolatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe eleuari non ualet, & alas quasi ad uolatum specietenus erigit, sed tamen nunquam se à terra uolando suspendit. Ita sunt nimirum omnes hypocritæ, qui dum bonorum uitam simulant, imitationem sanctæ cõuersionis habent, sed ueritatem sanctæ actionis non habent. Habent quippe uolandi pennas per speciem, sed in terra repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extēdunt, sed curarum secularium pondere prægrauati, nullatenus à culpa subleuantur. Speciem namq; pharisæorum reprobus dominus, quasi struthionis pennam redarguit, quæ in opere aliud exercuit, & in colore aliud ostendit, dicens: Væ uobis scribæ, & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem hominibus apparent speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum: ita & uos foris apparetis hominibus iusti, intus uero pleni estis auaritia, & iniquitate. Ac si diceret: Subleuare uos uidet species pennæ, sed in infimis uos deprimit pondus uitæ. De hoc pōdere per prophetam dicitur: Filij hominū usquequo graui corde? Huius struthionis conuersurū se hypocritam dominus pollicetur, quum per prophetam dicit: Glorificabunt me bestia agrī, dracones, & struthiones.

Matth. 23. c.

Psal. 4. d.
Esa. 43. c.
Dracones, malitiose in aperto mentes.
Struthiones, hypocritæ.

Quid enim draconum nomine, nisi in aperto malitiosæ mentes exprimuntur, quæ per terram semper in infimis cogitationibus repunt? Quid uero per struthionum uocabulum, nisi hi, qui se bonos simulant, designantur, qui sanctitatis uitam quasi uolatus pennam per speciem retinent, sed per opera non exercent? Glorificari itaque se dominus à dracone, uel struthione asserit, quia & aperitiosos, & fictè bonos plerumq; ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit. Vel certè agribellæ, id est, dracones, struthionesq; dominum glorificat, quum fidem, quæ in illo est, ea quæ in hominibus dudum membrum diaboli fuerat, gentilitas exaltat. Quam & propter malitiam draconum nomine exprobrat, & propter hypocritism, uocabulo struthionum uocat. Quasi enim pennas accipit gentilitas, sed uolare nō potuit, quæ & naturam rationis habuit, & actionē rationis ignorauit. Habemus adhuc quod in consyderatione struthionis huius de accipitre, & herodio attentius perpendamus. Accipitris quippe, & herodij parua sunt corpora, sed pennis densioribus fulta, & iccirco cum celeritate transuolant, quia eis parum inest, quod aggrauat, multum, quod leuat. At contra struthio raris pennis induitur, & immani corpore grauatur, ut & si uolare appetat, ipsa pennarum paucitas molem tantū corporis in aere non suspēdat. Bene ergo in herodio, & accipitre electorum persona signatur, qui quandiu in hac uita sunt, sine quantulocunq; culpæ cõtagio esse nō possunt. Sed quum eis parū quid inest, quod deprimit, multa uirtus bonæ actionis suppetit, quæ illos in superna sustollit. At cõtrā hypocrita & si facit pauca, quæ eleuent, perpetrat multa, quæ grauēt. Neque enim nulla bona agit hypocrita, sed quibus ea ipsa deprimat, multa peruersa committit. Pauca igitur pennæ corpus struthionis non subleuāt, quia paruum bonum hypocritæ, multitudo prauæ actionis grauāt. Hæc quoq; ipsa struthionis penna ad pennas herodij, & accipitris similitudinem coloris habet, uirtutis uero similitudinem non habet. Illorum namq; conclusæ, & firmiores sunt, & uolatu aërem premere uirtute suæ soliditatis possunt. At contra struthionis pēnæ dissolutæ, eò uolatum sumere nequeunt, quò ab ipso, quem premere debuerant, aere transcenduntur. Quid ergo in his aspiciamus, nisi, quod electorum uirtutes solidæ euolant, ut uentos humani fauoris premant? Hypocritarum uero actio quilibet recta uideatur, uolare non sufficit, quia uidelicet fluxæ uirtutis pennam humanæ laudis aura pertransit, Et capite decimoquinto: Penna struthionis similis est &c. Quid

Accipitris, & herodij corpora, pennisq; quales.
Struthionis corpus, pennæq; quales.
Accipiter, electus.
Herodius, electus.
Struthio, hypocrita.

Quid struthionis nomine, nisi synagoga signatur, quæ alas legis habuit, sed corde in infimis repēs, nunquam se à terra subleuauit. Quid uero per herodium, & accipitrem, nisi antiqui patres exprimuntur, qui ad ea, quæ potuerunt intelligendo perspicere, ualuerunt etiam uiuendo peruolare? Penna igitur struthionis, herodij, & accipitris pennæ est similis, quia synagogæ uox priorem doctrinam loquendo tenuit, sed uiuēdo nesciuit. Vnde & eiusdem synagogæ populos de pharisæis, atq; scribis ueritas admonet, dicens: Super catheram Moysi federunt scribæ, & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate, & facite, secundum opera uero eorū nolite facere. Et diuus Hieronymus in commentarijs Iob. Pēna struthionis &c. Herodiorū genera tria esse dicuntur, unū horum album esse colorem quidam ferunt, aliud uero quasi gruis quibusdā diuersis coloribus uarietatem, tertium quoq; genus nigrum affirmant, quòd sit nō solum uelox, & sæuum ad prædam, uerum etiam in coitu impatientissimū, in tantum, ut in tempore coitus ex oculis eius sanguis ebulliat. Herodius in psalmo ceterisimotertio ita nominatur, Herodij domus dux est eorum, quum de lignis domini propheta τρωτικὸς loquitur. In Deuteronomio quoq; & in Leuitico, ubi ne aues immundæ in cibum sumantur, Moyses prohibet, & hæc similiter ponitur, Accipitrum etiam aliquot sunt formæ, uel genera. His ergo rapacissimis aibus uenatu, & præda uiuentibus, in pennis struthio cõparatur, sicut & alij dixerunt. Struthio mixta, & auis herodionis, & accipitris. Igitur struthionem secundum spiritualem intelligentiam, sensusq; diuinos, Ecclesiam nō absurde sentimus, quæ per lustrationem regenerationis, & uerba munda in Christo effecta est, qui similem quidem pēnam habet pennis auium, quæ carnibus uescuntur, & sanguine. Sed illæ remigio alarum in hoc aere uelut in pelago id agunt, ut de ceteris aibus prædā capiant. Vnde sub hac figura inimici nostri spirituales intelliguntur. Struthio uerò longè dissimili modo pennis suis utitur, eo quòd eas uelut per fidē, & speciem duorū testamentorū gubernaculis uiuens habitantē extēdat. Et exponēs illud psalmistæ, Herodij domus &c. Herodius maior est oibus uolatilibus, qui aquilā uincit, & comedit. Igit talis homo, qui in domo habitat, ducatū præbeat ad uincendū diabolum, quia aquila sæpe pro diabolo ponit.

Struthio, synagoga.
Herodij, & accipitres, antiqui patres.
Matth. 23. d.
Hieronymus.
Herodiorū tria genera.
Psal. 103. c.
Leuit. 11. b. & Deuter. 14. b.
Struthio, ecclesia.
Herodij, accipitres, demones.
Herodius, homo.
Aquila, diabolus.

Quid heri, & hodie mysticè significant.

Cap. VI.

Christus (ut diuus inquit Ambrosius lib. 5. de fide, cap. 2.) sicut scriptum est, Heri, & hodie ipse est: Est (inquit) nō solum nomine, sed etiā ueritate. Et bene scriptum est, Heri, & hodie ipse est, ut Arrii impietas astruendi sacrilegij locum inuenire nō possit. Qui quū legeret in psalmo secundo dicentem filio patrem, Filius meus es tu, ego hodie genui te, adnotauit hodie, nō heri, ad æternitatem diuinæ generationis referens, quod de carnis assumptione memoratum est. Sæcto igitur spiritu repletus Apostolus, ut illam elideret sæuitatē, ait: Heri, & hodie ipse est, & in sæcula. Heri, propter æternitatem, hodie propter corporis susceptionē. Est ergo Christus, & est semper. Quia enim semper est, est. Christus autem semper est, de quo dicit Moyses, Qui est, misit me. Erat utiq; Gabriel, erat Raphael, erant Angeli, sed semper esse, qui aliquando nō fuerint, nequaquam pariter ratione dicuntur. In Christo autem sicut legimus, Non fuit est, & non, sed est in illo fuit, unde uerè Dei solius esse, qui semper est. Et libro tertio de sacramentis, capite primo: Habes (inquit) in actibus Apostolorum quòd ille uersiculus, qui dicitur in psalmo secundo, Filius meus es tu, ego hodie genui te, ad resurrectionem spectare uideatur. Namq; sanctus Apostolus Petrus in actibus Apostolorum sic interpretatus est, quòd tūc quādo resurrexit filius à mortuis, patris uox resaltauerit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vnde & primogenitus à mortuis dicitur. Pulchrè autē dicit pater ad filiū, Ego hodie genui te, hoc est, quādo redemisti populū, quādo ad cœli regnum uocasti, quando implesti uolūtatem meā, probasti me te esse filium. Et Cyrillus lib. 1. de trinitate: Diuinus (inquit) ille uir, dicens, Iesus heri, & hodie, idem & in sæcula, declarat quòd semper similiter se habeat, uersio nisq; adumbrationē, ac uicissitudinē pati nesciat. Et libro de recta fide ad Theodosium, hoc pacto scribit: Unus (inquit) dominus Iesus Christus, & per ipsum omnia condidit pater. Quapropter & cõditor ut Deus, & uiuificus, ut uita, humanè autē, & proprietatibus, quæ supra hominē in unum quoddā medium cõpositus. Mediator enim est Dei, & hominū secundum scripturas, natura quidem existēs Deus, & nō absq; carne: homo autem uerè, & nō simpliciter sicut nos, sed existens id quod erat, quāuis factus sit caro. Scriptū enim est, quòd Iesus Christus hodie, & heri, ipse, & in sæcula. Nōne ex sancta uirgine natum esse dicimus, & credimus, in nouissimis sæculi temporibus Emmanuelē: Et quomodo hoc nō est uerum? Porrò quod dicit, Heri, & hodie o Christianissime rex, tempus nobis præsens, & præteritum significat. Quomodo igitur erat præterito tempore, quāuis secundum carnē, nōdum natus sit? Itaq; erat uerbū in principio, & quodāmodo ex æterno, & incõuertibili Deo, & patre prodies, habensq; & ipse in propria natura perpetuitatē, & immutabilitatē. Nūquid nouitium, & currēs cum tēporibus incarnationis nomē uerbo datum Iesus Christus? Intelligis igitur, quòd Christum Iesum non uniformiter uerbū heri, & hodie idē esse dicit, & in sæcula. Quomodo habet et immutabilitatē, & in identitate durationē hominis natura, quæ mo-

Ambrosius.
Heb. 13. b.
Psal. 2. b.
Heb. 13. b.
Heri, æternitas
Exo. 3. d.
2. Cor. 1. d.
Esse uerè, solius Dei est.
Psal. 2. b.
Act. 13. c.
Col. 1. c.
Apoc. 1. b.
Cyrillus.
Heb. 13. b.
Iacob. 1. c.
1. Timot. 2. b.
Heb. 13. b.

tionem, & prae alijs productionem ex nihilo adesse, & uiuere ferat: Nūquid igitur scriptura sacra aberrauit à uero, & eum qui heri non fuit, prius fuisse dicit: Absit ut ego hoc dicam. Heri enim, & hodie idem & in saecula Christus Iesus. Verbum autem antiquissimum, & immobile minime quidem negauerim, quāuis factum sit caro. Opinabor autem secundum unionem cum sua carne, tanquam heri existentem, & praexistentem significasse ipsum iterum. Quapropter abominabiles quidem erant deliri Iudaei, lapidare ipsum tentantes, fide exclusa. Abhorrebāt enim, quum similis nobis uideretur homo, dignitatem quae super hominem de se antiquissimā tribueret, dicens tanquam Deus: Amen amen dico uobis, priusquam Abraham fieret, ego sum, quādo & ad hoc dicebant illi: Quin quaginta annos nōdum habes, & Abraham uidisti: Dicit autem & Ioānes: Hic est de quo dixi uobis, post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Quāuis esse uirum eum sciens, & nominās Emanuelem ante ipsum, & priorem fuisse, dicit serius genitum, & post ipsum. Caeterū dicit quis fortassis, ante ipsum, & priorem fuisse secundum gloriā. Itaq; quemadmodum intelligere possum, nō lōgus sermo hoc etiā insincerē, & stultē intelligi, docebit. Nā si acceperimus ita priorem esse, ut praestator sit in gloria, eadem ratione & posteriorē dicemus, in gloria significari secundū. Colligitur igitur, quōd Ioannis gloria necessariō nobis minor erit Christus, & ipsum sequatur. Dixit enim: Post me uenit uir. O absurditatem. Nos sanē cognoscimus nō sic habere, intelligentes quod in prophetis scriptum est, Quis in nubibus aquabitur domino, similis erit domino in filijs Dei: Itaq; ipsi etiā cū carne antiquitas, ut deo secundum naturā unito, carnī tribuēda est, qui & suae naturae bona proprio corpori communia facere solet. Hoc autem sic habere dices, & bene dictum etiam ex alijs statim testimonijs, si quidē uolueris. Dicit enim alicubi Deus de Christo, Qui ex semine Dauid secundum carnem. Et per unum sanctum prophetā: Et tu Bethlehēm domus Euphrata, nō minima es, ut sis in milibus Iuda. Ex te enim mihi egredietur, ut sit princeps in Israel, & exitus eius à principio, à diebus saeculi &c. Et libro de recta fide ad reginas: Iesus Christus (inquit) heri, & hodie, idem & in saecula. Verbum quod ex Deo natum tūc uocātū inueniemus Iesum Christum, quādo factum est homo ex muliere, quomodo heri, & hodie, & idem in saecula: Per unionē scilicet ad uerbum Dei in filium unum, carne ab ipso assumpta. Sic enim incōmutabilitas uerbi secundum naturā manet, quāuis & cum carne intelligatur. Et diuus Anselmus in commētarijs eiusdem epistolae ad Hebraeos: Iesus Christus heri, & hodie, ipse, & in saecula: Ne (inquit) dubitatis diuinum uobis adiutorium adesse, quōd illis affuit, scitote, quōd Iesus Christus heri fuit, & hodie est ipse, & in saecula erit. Ac si dicatur: Idē Christus, qui cum illis fuit, uobiscum est, & erit cum eis, qui futuri sunt usq; ad consummationem saeculi. Heri fuit cum patribus, hodie est uobiscum, ipse erit & cum posteris uestris usq; in saecula. Heri enim praeteriti tēporis est, hodie praesentis. Quod autem in saecula manet, non uidetur habere finem. Heri ergo omne praeteritum tempus, & omne spacium aeternitatis, quod ante mundi originem fuit, significat: hodie uero, omne praesens tempus, perduratio in saecula omne spacium temporis, & infinitatis, quod futurum est. Itaq; Iesus Christus fuit heri, quia in principio erat uerbum, & ab aeterno, usq; ad nostra tempora ipse est. Hodie quoq; id est, nostro tempore est, erit & in saecula, quia aeternaliter manebit. Vnde per Ioannem de eo dicitur, Qui erat & qui est, & qui uenturus est. Nam qui uenturus est, potest intelligi qui futurus est per omnia saecula. Et haec quidem secundum imbecillitatem humanae intelligentiae dicuntur. Coeterum diuinitas eius interminabilis plenitudinem totam pariter comprehendit, ac possidet, cui neq; futuri quicquam absit, nec praeteriti fluxerit, quoniā esse eius totum est, & semper est, nec itaq; mutabilitatem, quod neq; coepit unquam, nec aliquando cessabit, insuperabile quoddam, ac sine fine essentiae pelagus, nullis terminis, limitibusq; circumdatum, omnem supergrediens sensum, omne tempus, atq; omnem naturā. Et diuus Augustinus in Enchiridīo, cap. 49. Vox illa patris, quae super baptizatum facta est, Ego hodie genui te, non unum illum temporis diem, quo baptizatus est, sed immutabilis aeternitatis ostendit, ut illum hominem ad unigeniti personam pertinere monstraret. Vbi enim dies nec hesterni sine inchoatur, nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. Et diuus Bernardus in sermone sancti Martini: Apostolus (inquit) ait: Iesus Christus heri, & hodie, & in aeternum. Hesternum quidem ab initio saeculi usq; ad dominicam ascensionem, hodiernum uero diem exinde usq; ad saeculi consummationem, porro aeternum intellige post comunem omnium resurrectionem. Nulli horum deest Christus, nulli deest Iesus, nulli deest unctio, nulli falsus. Patriarchis, & prophetis in uisione exhibitus est, Apostolis in humanitate, Martino in fide, Angelis iam in specie. Quā sanē specie & electis omnibus ostensurum sese promiserat, non quādem hodie, sed in aeternum. Deniq; iam transferat heri, iam illud nostrum illuxerat hodiernum, quum Apostoli loquerentur, Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed iam nunc nō nouimus. Videtur tamen etiam in hoc mane de carnibus agni non nihil esse seruatum, sed quod residuum est, utiq; iam datur igni, quōd uidelicet usq; hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter utiq; non carnaliter exhibetur.

Quid

Hinnulus Christum mysticē designat, iuxta illud Cantorum: Reuertere, similis esto dilecte mi capreae, hinnuloq; ceruorum super mōtes Bethel. Quae uerba diuus enarrās Gregorius: A nobis (inquit) dilectus corporaliter tunc abiit, quando post resurrectionem in caelum ascendit. Tunc autem reuertetur, quando in fine mundi resuscitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifestabitur. Qui uerē similis capreae, & hinnulo ceruorum apparebit, quia in carne nostra ueniens ad iudicium, omnibus se monstrabit. Per capream enim, quae mundum est animal, Ecclesia designatur, quae dum in caelestibus mente habitat, quasi in mōtibus pascitur. Per ceruos autem quid aliud, quā patres antiqui designantur, ex quorum carne Christus natus, quasi hinnulus ceruorum mundo est praesentatus: Bethel autem domus Dei interpretatur. Quae bene Ecclesia Dei dicitur, quia in ea dominus habitat, dum per fidem corda nostra mundantur. Super montes ergo Bethel similis capreae, hinnuloq; ceruorum apparebit, quia in ea humanitatis forma ad iudicium ueniet, quam ab Ecclesia sumpsit, quando in hoc mundo ex patrum progenie, quasi hinnulus ex ceruis, humilis natus fuit. Qui uerē & similis capreae, & super montes Bethel apparebit, quia & ex humanitate quidem similis Ecclesiae erit, & tamen super ipsos summos, qui quasi montes excellunt, in Ecclesia sublimior eminebit. Et exponens illud quod eodem capite dicitur, Similis est dilectus meus capreae, hinnuloq; ceruorum: Similis (inquit) capreae bene esse dicitur, quia ex synagoga carnem traxit, quae per carnem ostenditur. Et quia ex antiquorum sanctorum stirpe progenitus est, quasi hinnulus ceruorum rectē esse perhibetur. Et exponens illud Cantorum, Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreae, qui pascuntur in lilijs &c. Per duo ubera, duo praedicatorū ordines, unus in circuncisione, alius in praepotio designatur. Qui bene sicut duo hinnuli capreae dicuntur, quia & filij synagogae existunt, & in montibus contemplationum pascuntur. Gemelli uerō ideo dicti sunt, quia concorditer praedicant, & concorditer sapiunt. In lilijs uerō pascuntur, donec aspiret dies, & inclinentur umbrā, quia mundiciam infatigabiliter sectantur, donec in die iudicij praemia recipiant, quae in labore noctis assidue cōtemplantur. Et capite septimo: Duo ubera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli: Duo ubera duo populi existunt, quia dum in amore fraterno semper uiuunt, se inuicem lacte pietatis in charitate nutriunt. Qui bene duo hinnuli capreae gemelli nominantur, quia dum per praedicationem synagogae in fide geniti, eius scripturis nutriuntur, in spe aeternitatis intendentes, quasi in montibus concordēs pascuntur. Et exponens illud Cantorum, Fuge dilecte mi, & assimulare capreae, hinnuloq; ceruorum: Dilectus (inquit) fugit, quia à reprobis cordibus se, ne intelligatur, abscondit. Dum enim reprobae mentes ad audienda, uel legenda uerba Dei peruersa intentione accedunt, digno iudicio ueritatem non inueniunt, quam indigno appetitu requirunt. Vnde & ipsa Dei sapientia dicit: Quarent me mali, & non inuenient, sed fugiens reprobos dilectus montes aromatum petit, quia peruersos dimittens, sanctas animas uisitare non desinit, quae & per contemplationem excelsae fiunt, & per confectioes uirtutum odorifera unguenta secum ferunt. Super hos montes dilectus capreae, & hinnulo ceruorum assimilatur, quia in cordibus sanctorum uirorum manifestatur quā pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit, quasi ex ceruis hinnulis (sicut dictum est superius) uenit. Qui dum esset diues, pauperem se, ut nos ditaremur, fecit, & dum esset super omnia excelsus, humilitatem nostram ineffabili dignatione suscepit. Et diuus Bernardus sermone quinquagesimo quinto super Cantica: Similis (inquit) est dilectus meus capreae, hinnuloq; ceruorum: Ex praecedenti (inquit) uersiculo perdet. Quem enim salientem, & properantem modo descriperat, consequenter comparat capreae, hinnuloq; ceruorum. Aptē quidem, quōd hoc genus animantium cursu uelox, & saltu agile sit. Porro sermo de sponso est, & sermo sponsus est. Et propheta dicit de Deo, Quia uelociter currit sermo eius, sanē congruens huic loco, ubi sponsus (qui sermo Dei est) saliens, transiliensq; describitur, similis perinde factus capreae, hinnuloq; ceruorum. Et haec ratio similitudinis. Adde tamen, ne ulla similitudinis ipsius, uel minima portiuncula uacet, quia caprea quidem non modo cursus pernicitate, sed & acumine uisus eminet. Quod utique propriē illam respicit narrationis partem, qua sponsus non solum saliens, sed transiliēs apparere refertur, quia nisi acuto, & perspicaci intuitu non posset omnino (praesertim inter currendum) discernere, in quos salire, & transilire deberet. Alioquin poterat sufficere ad designandam festinantis uelocitatem de solo hinnulo comparatio. Is quippe rapidiori se ferre noscitur cursu. Nunc uero, quoniam sponsus iste, & si ardentem amās, cursim ruere in dilectae uideatur amplexus, nihilominus tamen gressus, uel potius saltus suos prudētī cōsideratione dirigere nouit, cautus ubi oporteat figere pedem, oportuit profecto cū hinnulo etiam de caprea similitudinem dari, quatenus & per illum salientis desiderium, & per hanc eligentis exprimeretur iudicium. Christus nempe iustus, & misericors, saluator, & iudex, & quia amat, uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, & quia iudicat, nouit qui sunt

F ij eius,

Ioan. 13. b.
Psal. 100. d.
eius, & ipse scit quos elegit à principio. Igitur duo hæc bona spōsi, misericordiā scilicet, & iudiciū in his duobus animantibus commendata à spiritu sancto, nobis interim sentiamus, ut in testimo- nium integritatis, & perfectionis fidei nostræ, nos quoque prophetam imitantes, Misericordiam, & iudicium cantemus domino. Ego autem non dubito & alia de horum natura ab his quidem qui talium curiosi, & gnari sunt, posse monstrari, quæ sponso aptari utiliter, & congruenter queant: sed hæc (ut arbitror) sufficere possunt ad dandam rationem adductæ similitudinis. Pulchrè tamen spiritus sanctus non de ceruo, sed de hinnulo ceruorum similitudinem dedit, in quo & patrum fecit mentionem, è quibus Christus secundum carnem, & infantia meminit saluatoris. Vt hinnulus quippe apparuit paruulus qui natus est nobis. Verum tu qui aduentum desideras saluatoris, time scrutinium iudicis, time oculos capreæ, time illum, qui per prophetā dicit: Et erit in die illa, & ego scrutabor Hierusalem in lucernis. Acuto uisu est, nihil inscrutatum relinquit oculus eius. Scruta- bitur renes, & corda, ipsaq; cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone. si Hieru- salem manet scrutinium? Puto enim hoc loco prophetam Hierusalem nomine designasse illos, qui in hoc sæculo uitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuersatione honesta, & ordinata pro uiribus imitantes, & non ueluti hi, qui de Babylone sunt, uitam in perturbatione ui- tiorum, scelerumq; confusione uastantes. Deniq; illorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iu- diciū, & non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem (qui uideo) monachus, & Hierosolymita) peccata certè occulta sunt, nomine, & habitu monachi adumbrata. Et idcirco necesse erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Possumus afferre aliquid & de Psalmo ad confirmandum id quod dicitur de scrutanda Hierusalem. Ait namq; sub persona domini, Quum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Vias iustorum (nisi fallor) & actus eorum discussurum se, & examinaturum dicit. Verendum ualde, quum ad hoc uentum fuerit, ne sub tam subtili examine multæ nostræ iustitiæ (ut putantur) peccata appareant, unum est tamen, si nosmetipsos dijudicauerimus, non utique iudicabimur. Bonum iudiciū, quod me illi districto, di- uinoq; iudicio subducit, & abscondit. Prorsus horreo incidere in manus dei uiuentis. Volo uultu iræ iudicatus præsentari, non iudicandus. Spiritualis homo omnia dijudicat, & ipse à nemine iudi- catur. Diuus quoq; Ambrosius libro de uirginibus tertio, hoc pacto scribit: Ibi (inquit) filia Christi quæramus, ubi quærit Ecclesia, in mōtibus boni odoris, qui excelsorum sublimitates factorū, suauem uitæ odorem pro meritorum uerticibus exhalant. Fugit enim plateas, fugit conuentus, & strepitus fori, iuxta quod scriptum est: Fuge fraternus meus, & similis efficere ceruo, aut hinnulo cerui in montes aromatum. Serpentinis enim inuisus colubris effugitans canum, atq; humi reptan- tibus infestus serpentibus, nescit habitare nisi in sublimitate uirtutum, nescit commorari nisi in ta- libus Ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere: Christi enim bonus odor sumus Deo: sed quibusdam odor mortis in mortem in ijs, qui pereant, quibusdam odor uitæ in uitium, ijs utiq; qui odorē re- surrectionis dominicæ uiuida fide sperant. Isti sunt aromatum montes, qui domini corpus Iesu acceperunt, & in linteis cum aromatis ligauerunt. Quicumq; enim crediderunt, quia Iesus mor- tuus est, & sepultus est, & resurrexit, ij excelsum uerè cacumen fidei uirtutum fastigij exulterunt. Et in enarratione Psalmi centesimi decimoctauī, sermone sexto, hoc modo scribit: Videbis (in- quit) dominum Iesum similem capreolo, aut hinnulo ceruorum super montes Bethel. Merito Ec- clesia sicut capreola, quia caprea in altis pascitur. Dorcas dicitur à uidendo. Dorcaticon etenim uisus acutior est. Quid hoc aptius Christo, qui patrē uidit, quem uidit nemo, aut si quis uidit in Chri- sto, ipse filius reuelauit. Merito sicut hinnulus ceruorum. Hinnulus quasi filius, cui paternæ inole- uerit uis naturæ, ut eum occulta nō lateant, serpentes fugiant, uenena non lædant. Deniq; eductus de latibus suis serpens, qui producebatur ex homine, dicebat: Quid uenisti ante tempus torquere nos? Spectemus ergo salientem hunc hinnulum, ut non possimus timere serpentem.

Quid hirci mysticè significant.

Cap. VIII.

Origenes.
Leuit. 16. b.
Quid hirci mysticè significant, Origenes homilia nona, super Leuiticum, hoc pacto scribēs, insinuat: Iam de hostijs (inquit) quædam quidē ipsius mādantur debere esse pontificis, quæ- dam uero à populo sumēda. Ipsi enim dicitur uitulus, quod est in animalibus preciosus, & robu- stus. Et secundū animal aries, quod in ouibus sine dubio preciosus est. A populo uero munera iu- bentur offerri, aries à principibus, & hirci duo à populo. Vnus qui dimittat in eremū, qui & apo- pōpæus (id est, emissarius) nominat, & unus, qui dño offerat. Si esset omnis populus Dei sanctus, & omnes essent beati, nō fierēt duæ sortes super hircis, & unus quidē sortē ferret, ut dimitteret in eremū, alius uero ut dño offerret: sed esset fors una, & hostia una dño soli. Nūc uero, quoniam multa- tudine eorū, qui accedūt ad dñm, sunt quidā dñi, alij autē sunt, qui mitti ad eremum debeāt, id est, qui abiecti merent, & separari ab hostia dñi, propterea pars hostiæ, quæ offert à populo, id est, unus solus

solus hircus domino immolatur, alius autem abiectus, & in eremū dimittitur, & apopompæus no- minatur, fors tamen cadit super utrunq;. Et ille quidem, qui in eremū dimittitur, dicitur, quod ipse auferat super se peccata filiorum Israël, & iniustitias eorum, & iniquitates ipsorum. Non enim ille hircus, qui domini fors efficitur, sed ille cuius fors est, ut in eremū dimittatur, auferre ea dicitur, se- cundum illud (credo) quod scriptum est: Dedi cōmutationē tuam Aegyptum, & Aethiopiā, & Syenem pro te, ex quo tu honorabilis factus es in cōspectu meo. Peccata igitur eorum, qui poenitentiā egerūt, & eorū, qui dereliquerūt malitiā, super capita sua suscipiunt, hi qui effecti sunt in sorte eius, qui in eremū dimittitur, qui seipos dignos tali ministerio, uel huiusmodi sorte fecerunt. Cōueniet autē uelut è cōtrario aptari his, & illud quod dictū est: Qui habet, dabitur ei. Sicut em̄ q; habet iustitias, dabitur ei, ita & qui habet peccata, intantū, ut in sorte apopompæi inueniatur illius, qui in eremū emittitur, addentur ei ea, quæ abstergentur à sanctis, ut & in ipsis compleatur quod scriptū est: Ab eo autē qui nō habet, etiā quod habet auferetur ab eo, ut ei addatur, qui habet mul- tas mnas peccatorū. Verum quoniā is qui in sorte domini est, spem gerit non in præsentī sæculo, sed in futuro, & cuius fors dominus est, quotidie moritur, propterea is quidem super quem fors domini ceciderit, iugulatur, & moritur, ut sanguine suo purificet populum Dei. Ille autem qui in sortem contrariam ceciderit, nō est dignus ut moriatur, quia in sorte dñi est, nō est de hoc mūdo. Ille uero de hoc mundo est, qui in mundo dimittitur, & mūdus quod suū est, diligit. Ideo nō occi- ditur, nec dignus est iugulari ad altare Dei, nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. Sed uideamus quis est hic, qui accepit eum, cuius fors apopompæi facta est, ut eum eiciat in eremum. Homo (inquit) paratus accipiet hircū, qui uenerit in sortē eius, cui ceciderit fors apopōpæi, & ad- ducet eū in eremū. Finis sortis istius, eremus est, id est, locus desertus, desertus uirtutibus, desertus Deo, desertus iustitia, desertus Christo, desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet fors una è duabus. Aut enim bene agentes, fors domini sumus, aut malè agentes, fors nostra nos ducit ad eremū. Vis tibi euidenter ostēdam quomodo istæ duæ sortes semper operētur, & unusquisq; no- strū, aut fors domini, aut fors apopompæi, uel eremi fiat? Consydera in Euangelijs illum diui- tem, uiuentē splendide, & luxuriosè, & Lazarum ad ianuā eius iacentē, ulceribus plenum, & cu- pientem saturari de micis, quæ cadebant de mēsa diuitis, quis finis designatur utriusq;. Mortuus est (inquit) Lazarus, & abductus est ab Angelis in sinū Abraham. Similiter autē & diues, & abdu- ctus est ad infernum, in locum tormēti. Animaduertis euidenter loca sortis utriusq; distincta. Vide etiam qui sunt qui abducant. Angeli (inquit) qui semper parati sunt ad abducendū. Ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum destinati, qui impleāt sortem, quam tibi ipse paraueris. Si enim bene uiue- ris, si fregeris esuriētī panē tuū ex animo, & nudum uestieris, rectum iudiciū iudicaueris, iniquo aduersus iniquitatē suā restiteris, nec posueris cōsiliū tuū cum his, qui laqueos innocentibus pa- rant, sortem tuam facies dominū. Si uero libidini seruias, uoluptatis amator sis magis, quàm Dei, malitiā nō oderis, sortem tuam fecisti apopompæi, ut abducaris in eremū per manū ministri Dei, qui in hoc ipsum à Deo ordinatus est, & ideo paratus appellatur, quia personā nullius erubescit, nec diuitis, nec potentis, nec regis, nec sacerdotis. Vis autem scire quia ad nos pertinent quæ dicū- tur? Animalia hæc, quæ sortes istas excipiunt, non sunt immunda, nec aliena ab altaribus Dei, sed mūda sunt, & quæ in sacrificijs offerri solent, ut scias hæc figurā tenere, non eorū, qui extra fidem sunt, sed eorum, qui in fide sunt. Hircus enim animal mundum est, & diuinis altaribus consecra- tum. Et tu ergo per gratiam baptismi consecratus es altaribus Dei, & animal factus es mundum: sed si non custodias mandatum illud domini, quod dixit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat: sed quum esses mundus, rursus te peccati inquinamēto maculasti, & ex uirtute ad libidinem, ex puritate ad immunditiam declinasti tuo uitio, quum animal mundum fueris, forti te apopompæi, eremiq; tradidisti. Potest fortassis & alio modo homo paratus, & im- mundus, qui abducit eum cuius fors uenit in eremum, & eo ipso quo educit eū, quasi qui immun- dum contigerit, dicitur lauare uestimenta sua ad uesperam, & esse mundus, etiam ipse dominus, & saluator noster intelligi ex ea parte, qua naturæ nostræ, id est, carnis, & sanguinis uestimenta suscepit, quæ in uespera lauerit. Propter quod & dudum propheta de eo dixerat: Et uidi Iesum sacerdotem magnum, indutum uestimenta sordida, & diabolum stantem à dextris eius, ut contra- diceret ei. Lauit ergo in uino, id est, in sanguine suo uestem suam in uespera, & factus est mūdus. Et inde fortassis, quod post resurrectionem Mariæ uolēti pedes eius tenere, dicebat: Noli me tan- gere. Vis autem adhuc uidere, & aliā duarū sortū formam? Consydera duos illos, qui tēpore cru- cis eius, unus à dextris, & unus à sinistris eius pependērūt latrones, & uide illum, qui cōfitebatur dñm, sortē esse dñi, & abductū esse sine mora ad paradysum: illū uero aliū blasphemantē sortē factū esse apopōpæi, qui in eremū abducere inferni. Sed & in eo quod dicitur, Quia affixit cruci suæ principatus, & potestates cōtrarias, & triūphauit eas, sortē in eis apopōpæi cōpleuit, & tāq; homo paratus, abducit eas in eremum. Deniq; & in Euangelio dñs dicit: Quia quum exierit de homine

Matth. 22. d. immundus spiritus, uadit per loca deserta, quærens requiẽ, & nõ inuenit. Sic ergo potest & saluator noster homo paratus intelligi, qui fortẽ quidẽ domini, Ecclesiam suã fecerat, eamq; diuino cõsecrarit altario, fortẽ uero apopõpæi cõtrarias fecerit potestates, spiritus nequitia, & mundi huius rectores tenebrarum harũ, quos (sicut dicit Apostolus) cum potestate traduxit, triumphans eos in semetipso. Traduxit? Quo traduxit, nisi ad eremum, ad loca deserta? Sicut enim illi, qui cõfessus est, aperuit paradisi ianuas, dicendo, Hodie mecum eris in paradiso, & per hoc omnibus credentibus, & cõfitentibus ingrediendi aditũ dedit, quem prius, Adãm peccante, concluderat. Quis enim altus rhomphæam flammeã, & uersatilem, quæ apposita est custodire lignum uitæ, & fores paradisi, poterat dimouere? Quis altus Cherubim peruigili excubans custodia, ualebat inflectere, nisi ipse solus, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra? Ut (inquã) præter ipsum nemo alius hæc facere potuit, ita principatus, & potestates, & rectores mudi, quos enumerat Apostolus, nemo alius poterat triumphare, & abducere in eremum inferni, nisi ipse solus, qui dixit: Cõfidite, & ego uici mundum. Icirco ergo necessarium fuit dominum, & saluatorem meum, nõ solum inter homines hominem nasci, sed etiam ad inferna descẽdere, ut sortem apopompæi tãquam homo paratus in eremum inferni deduceret, atq; inde regressus, opere consummato, ascenderet ad patrem, ibiq; plenius apud altare illud cœleste purificaretur, ut carnis nostræ pignus, quod secum euexerat, perpetua puritate donaret.

De eodem hirco.

Cap. IX.

Hebr. 4. e. **De** hirco quoq; scriptum est in Ezechiele: Septem diebus facies hircũ pro peccato quotidie, & uitulũ de armento, & arietẽ de pecoribus immaculatos offerent. ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Expiato (inquit) altari, septem diebus offertur hircus pro peccato quotidie, & uitulus de armento & c. ut per hæc sacrificia septem dierũ ad perfectũ expietur altare. In septem diebus sabbatismus ostẽditur, qui iuxta Apostolum populo Dei reseruatur, in quibus æternã, uerãq; speramus requiem, & nequaquã seruire opus faciamus peccatorũ. In hirco autẽ, & uitulo, & arietẽ, tria generalia delicta monstrãtur, quibus omne mortaliũ subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietem, quæ prima est omnium peccatorum, & ex qua alia duo nascuntur. Hircus autẽ ad eloquiũ, siue sermonẽ, qui semper de excessionibus disputat. Opera uero propriẽ uitulo deputantur, quoniã uomeri, & labori, & terrenis operibus micipatus est. Hæc igitur immaculata per septem dies ueri sabbati, atq; perfecti Deo offerre debemus, & expiare altare, ut oratio nostra munda perueniat ad Deũ. Et exponẽs illud Psalmitæ, Offeram tibi boues cũ hircis: Boues sunt, qui reiecta contumacia legis, iugo domini ceruices suas (quod suaue est) subdiderunt: hirci uero, qui post peccatũ cõuersi, fideliter in martyrio perstiterunt. Hi autẽ omnes domino per holocaustũ pacificum offeruntur. Et exponẽs illud Euãgelicũ, Et tradiderunt pilato & c. Põtifex cõcitauerunt turbas, ut peterent Barrabam, & crucifigerent Iesum: Hic duo hirci adsunt ἀποπομπῆος, id est, admiffarius, cum peccato populi in desertũ inferni absolutus dimittitur: alter pro peccatis absolutorum, ut agnus occiditur. Pars dñi semper macatur, pars diaboli, qui est magister eorũ, effrænata in tartarũ præcipitatur. Et Cyrillus lib. 9. cõtra Iulianũ, exponẽs illud Leuitici, Et accipiet duos hircos de capris pro peccato, & arietẽ unũ in holocaustum, & offeret Aaron uitulũ pro peccato, & propiciabit pro se, & pro domo sua, & assumet duos hircos, & statuet eos corã domino & c. ἀποπομπῆος, hoc est, emissariũ uocat ἀποπομπῆος, hoc est, mala arcentem nouo nomine sacris quidẽ legibus ignoto, sibi autẽ fortẽ familiari, quãuis & illud admiror. Nam legem, quæ in umbris, & ænigmatibus consistat, in solis hærens clarioribus putarihil habere occultum, quãuis unicuiq; manifestum fuerit parabolam, & ænigma, aliarum rerũ emphasim potius esse, quàm earum rerũ, quarũ esse uidetur, ut exempli gratia quiddã dicam: Eundẽ enim & ad res, quæ magnã, & miram apud eũ fortitæ sunt opinionẽ. Aiunt fuisse quosdã ænigmatum artifices inter eos, qui idolis seruibãt, & ad hoc magna industria, & grauitate præditos, quos illi nominare solẽt Hieroglyphos, qui tẽplis, & obelis scripturas insculpebãt, nõ uulgaribus uentates literis, sed alijs figuris rerũ naturas effigiantes, arcanã quãdam prudẽtioribus scientiam, augebant. Etenim uolentes significare Deum, hoc est, summam, & quæ super omnia est, naturam, pingebant oculum, cui baculum substituebant, ut per hoc intelligatur, quod omnia uideat, & sit eius gloria dignitas. Nam sceptrum ferẽ semper regis intelligitur symbolum, quamuis etiã per stantẽ baculum, quod nullo modo liuina natura labefactari possit, sed quasi semper stare, & quodammodo sustinere, & fundare omnia, discatur. Dicuntur autem apsidem fingere in figuram cœli, eod quod in circulum feratur, & serpentem in figuram temporis, eo quod longus sit, & multis uoluminibus se gyret, reptitẽq; absq; strepitu. Insuper & furorem, & iram per ænigma declarãtes, insculpebãt craticulã, cui subijcitur ignis, & cor superponitur. Pythagoras autẽ ænigmaticã manifestationem nõ contẽnit, sed magnificat, ut de illo Porphyrius in primo librophilosophi. Erat autẽ & aliud genus sym

Hebr. 4. e.
Aries, cogitationis peccatũ.
Hircus, peccatũ in sermone.
Uitulus, peccatum operis.
Boues, iugũ domini portantes.
Hirci, qui conuersi a peccato, fideliter in martyrio perstiterunt.
Marc. 15. a.
Hirci duo, Barrabas, & Iesus.
Leuit. 16. b.
Leuit. 16. b.
Oculus pictus substituto baculo, diuinã designabat naturã omnia uidẽtem, regentẽq;.
Aspidis figura, cœliam significabat.
Serpentis figura, tempus significabat.
Craticula igne supposito, furorẽ, irãq; designabat.

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

nus symbolorum tale. Stateram ne transeas, hoc est, ne auarus sis. Ne ignẽ gladio fodias, id quod erat impudentẽ, & iratũ animũ, asperis uerbis non moueas, & coronã ne uellices, hoc est, leges ne offendas. Præter hæc & alia & c. Itaq; si q̃s Hieroglyphicas scripturas uideat, uel etiã Pythagorica ænigmata, & nihil subesse dicat (quod maioris momẽti) nõne statim hoc ægrẽ ferret, q̃ Moyfi legem solã literam esse cõstituit? Quid facis tu? Ne igitur sola manifestiora cõtempleris, neq; ænigmatum usum offendas, uitæ negocijs maximẽ necessariũ, sed potius scrutare quæ occulta sunt, & ea quæ per hæc obliquẽ designata. Sciat igitur, quod legem offendat, nisi eadem quæ illa sapere uelit. Etenim historiam crassam nos sequentes, & sententiarum arcanam uim percontantes in litera, Christi sacramentũ figuratum per ænigmata dicimus. Quod certẽ sapientissimus Paulus cõmmedat, dicẽs: Hoc sentiat unusquisq; in uobis ipsis, quod & in Christo Iesu, qui in figura Dei existens, non rapinam arbitratus est se æqualẽ esse Deo, sed seipsum inaniuit, forma serui accepta, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs usq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. Nam quamuis in suæ naturæ dignitatibus delicatẽ agere, & in incomparabilibus super omnia eminentijs diuinẽ uersari potuisset (hoc enim dicimus propositum illi gaudium) exinaniuit semetipsum, ad nostram usq; humilitatẽ descendẽs, ut pro omnibus secundum carnem ferens mortem, & per resurrectionẽ ex mortuis calcata illa, latã nobis efficeret uiam, qua ad uitam recurrere possemus. Sic enim ipse mysteriorum dispensator iterum alibi dicit: Nam quẽadmodũ per hominẽ mors, ita per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. Verũtamen excitatus ex mortuis, gentiũ turbis se exhibuit, eo quod Israel in ipsum debacchatus sit, & in stultitiã barathrum perueniret. Recalcitrauit em dilectus, sicut scripsit Moyses, hoc est, resiliuit quodãmodo à charitate in ipsum, donec omnino aufugiens, maneret diuinorũ honorũ expers. Vide igitur sacramentũ, & quomodo in duobus hircis bene delinietur. Caper enim, hoc est, hircus pro peccatis sacerdotis, & populorũ occidebatur, secundũ quod in lege debebatur. Quoniã autem pro peccatis nostris immolatus est Christus, hirco assimilatur. Nam sic dicit propheta Esaias: Omnes sicut oues errauimus, homo uia sua errauit. Et dominus tradidit ipsum peccatis nostris. Nam duo hirci assumuntur, nõ quod duo Christi, hoc est, duo filij secundũ aliquos, sed magis quod oportebat uideri etiam occidendũ pro nobis, & morientem quidẽ secundũ carnem, uiuentem autem secundum spiritum. Sortes autem, & nomina hircis, unũ quidem illorum dominus, alteri uero ἀποπομπῆος, hoc est, emissarius. Non enim sicut strenuus Iulianus dicit, præcepit dimitti signaculo carẽtem dæmoni cuiusdam ἀποπομπῆος, hoc est, mala arcenti, sed ipse hircus potius uocabatur apopompæus, eod quod immolatione amandabatur, quemadmodum scilicet & dominus qui occidebatur. Describebatur autem per utrunq; unus Christus, & moriens pro nobis secundũ carnem, & morte superior demonstrabatur secundum diuinitatis naturã, emittebaturq; in desertũ, præfigurante terra deserta, & inarabili, gentium sterilitatem. Sic enim nominatã illam, & per sanctos prophetas inueniemus. Vnde scriptum est: Lætare desertum sitiens, exultet desertum, & floreat, ut lilium. Et iterum: Lætare sterilis, quæ non parit, erumpe, & clama, quæ non parit, quia plures filia desertæ, quàm habetis uirum. Et iterum: Et faciam in deserto aquam, & in inaquoso flumina, faciam desertũ in paludes, & sitientem terram in aquarum ductus, ponam in aquosam terram cedrum, & buxum, & myrrham, & cyparissum, & populum. Nam Iudæorum synagoga tantũ non & subdita, quasi uiro, legi, fructus afferebat suos, multosq; liberos habebat. Verum sic sacra scriptura dicit: Plures filia desertæ, quàm habentis uirum. Nam multo plures ex gentibus crediderunt, quàm ex Iudæorũ synagoga. Vnde sterilis, & inaquosa illa, excelsa sanctorum capita focundẽ protulit, quæ cedro, & buxo, & alijs lignis bene comparantur. Apparuerunt autem fossæ aquarum in ipsa eremo, hoc est, Apostoli, & Euangelistæ, & cœlestium dogmatum enarratores, & magistri, qui discipulorum animabus cœlestem, & diuinum sermonem instillabant, & quasi aquis rigabant fidelium corda.

De hisdem hircis ex eodem Cyrillo.

Cap. X.

Possumus & alio modo (inquit Cyrillus) ænigma in hircis intelligere. Nam ex confesso capra pro peccato quidem assumitur, consecratur autem Deo secundũ legem, uerũtamen interdum significat & eos, qui in peccatis sunt. Etenim ouis ut argumẽtosa, & fructifera in se sanctorũ personam figurat, quoniã autẽ in capris nihil tale est, eos qui spiritali fructu carẽt, sapientissimẽ designant, & in hoc nos dubitare nõ sinit, dicẽs filius: Veniet quidã de cœlis iudex, sedẽs autẽ in solio gloriae suæ, statuẽs oues quidẽ à dextris. Quod autẽ ouibus iustos assimilet, alios uero capris demonstrabit, dicens stãtibus à dextris: Venite benedicti patris mei in hæreditatem, accipite regnum uobis præparatũ à cõstitutione mudi. His uero q̃ à sinistris: Ite à me maledicti in ignẽ æternũ. Igitur quĩ res ita habeat, agẽ dispensationis cũ carne modum perfunctoriẽ enarremus. Nõ erat faciens bonitatem, non erat usq; ad unum, iuxta psallẽtis uocem; Omnes autẽ eramus in peccatis, neq; iustificare poterat

Capra, peccatum.
Ouis, sanctorũ persona.
Matth. 25. c.
Psal. 13. a.

Idem. 1. d.
Rom. 9. a.
Esa. 53. d.
2. Cor. 5. d.

Osee 4. b.

Esa. 53. d.

Hebr. 9. d.

Rom. 3. d.

Rom. 7. c.

Matth. 5. d.

Gregorius.
Cant. 1. c.

Hædi, immunde
cogitationes.

Tabernacula
pastorum, con-
uenticula hære-
ticorum, malo-
rumq.

Esa. 11. b.

2. Cor. 1. a.

poterat lex eos qui ex sanguine Israël, & Græcorum multitudo uitæ immaculatæ uiam ignorabat. Igitur quum omnes essent peccatores, unigenitus Dei uerbum absq; conuersione, & immutatione factum est caro, hoc est, homo, & nullum quidem fecit peccatum, uerumtamen in similitudine peccati apparuit nobis, & cum peccatoribus reputatus est, secundum quod fuit caro, & appellatus est homo. Unde & sapientissimus Paulus scripsit alicubi de Deo patre, & de ipso quoq; filio: Eum qui ignorauit peccatum, pro nobis peccatum fecit. Sacrificium enim factus est pro nobis. Nominabatur autem peccata, quæ pro peccatis immolabantur, & præ alijs capri, & hirci. Quapropter & de diuinis ministris, quibus ex sacrificijs portio distribuebatur, per unum prophetarum dixit Deus: Peccata populi mei comedunt, hoc est, sacrificia, quæ pro peccatis offeruntur: Apparuit igitur unigenitus in specie nostra (ut dixi) & cum iniquis reputatus est, & iuxta legalium ænigmatum uirtutem, hœdus inter hœdos, hoc est, hircus factus est inter hircos, eod propter lex præcepit duos hœdos, hoc est, hircos accipi, ut hinc intelligatur Christus, secundum quod eiusdem naturæ, & speciei homo est ad hominem, quemadmodum scilicet & capra ad capram. Factus autem similis nobis, nobis impendentem sustinuit mortem, ut nos à morte, & corruptione emitteret. Considerauerit sanè istuc ipsum quis impleri, & in duobus hircis quorum unus quidem immolabatur, & in odorem fragrantiae offerebatur Deo, alter uero à cæde dimittebatur. Mortuus est enim pro nobis omnibus, qui omnium erat dignissimus, mortisq; solutio, mors Christi erat. Et hæc quidem nobis legalium ænigmatum subindicat uirtus: qui autem soli literæ mentem suam alligat, & dignorum, ac occultorum nihil intelligunt, quod etiam longè à ueritate absistant, & ridicula argumenta faciant, absq; labore monstrabimus, ex ipsis cõiecturis, quæ in manibus habemus, sermonis occasione sumentes. Igitur si hanc putat efficaciam esse in sanguine occisorum hircorum, ut eos pro quibus occisi sunt, ab omni immundicia, & iniustitia liberare possit, quare poenæ, atq; supplicia, à lege intentabantur? Nam moechos, & homicidas, insuper puerorum amatores, maleficosq; & incantatores, necnõ & apostatas, poenam sanguinis luere absq; misericordia imperabat. Et quomodo periclitari oportebat eos qui peccarant, quum ad abluendos illos ab omni immundicia hirci occisio, hoc est, sanguis sufficeret? Nõ enim dicit quis, quod tam rari fuerint hirci, & inuentu difficiles periclitantibus, sed ut dicit sapientissimus Paulus, Christum, qui est ueritas in seipso habens: Non potest sanguis taurorum, & hircorum sufficere ad ablutionem peccati. Quare dicit legislator: Et propiciabit ad sanctuarium ab immundicijs filiorum Israël, & ab iniustitijs eorum: Nūquid lapsus est in uerbo? Absit. Qualis igitur sensus? Manifestum autem & omnibus euidens, quod non tam in ænigmatibus, quam in ipsis, quæ per ipsa significantur, ueritas innotescit. Christus enim est immaculatum sacrificium, & minime prophana uictima. Quo mortuo pro nobis secundum carnem facti sumus ἀποπομπῶν, hoc est, recessimus à peccato, & corruptione, & illius sanguine redempti sumus, & ab omni immundicia liberati. Iustificati gratis in eius gratia, sicut scriptum est, & gratia, ne amplius memoria esset peccatorum, misericordia Dei affecti sumus. Et ille tam ueneranda sacramenta nõ intelligit, putat Christianos negligere quidē per omnia ea, quæ à sapientissimo Moyse præcepta sunt, uelleq; ab eis recedere, tanquam cõtaminare soleant, & illi uituperationi obnoxij sint, quum Paulus euidenter scribat: Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, ac bonum. Dicatq; ipse omnium nostrum saluator Christus: Ne putetis, quod uenerim soluere legē, uel prophetas. Nõ ueni soluere, sed adimplere. At ille (ut dixi) nihil intelligit.

Hodie, quid mysticè significet, dictum est in dictione, Heri.

Quid hœdus mysticè significet.

Cap. XI.

Quid hœdus mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Canticorum, Et pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum: Per hœdos (inquit) immundæ cogitationes designantur, per tabernacula pastorum, conuenticula hæreticorum (aliàs malorum) exprimentur. Qui ergo pugnare nescit, iuxta tabernacula pastorum hœdos pascat, quia quisquis obstinentibus tentationum gladijs uiriliter non resistit, immundas cogitationes, quasi hœdos lasciuos, in corde nutrit, & efficitur ei similis etiam qui à fide recedit. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, hoc pacto scribit: Hæc quoq; Iudæi, & nostri Iudaizantes iuxta literam futura cõtendunt, ut in claritate Christi, quæ putant in fine mundi esse uenturum, omnes bestiaæ redigantur in mansuetudinē, & pristina feritate deposita, lupus, & agnus pascatur simul, & cœtera cum cœteris, quæ nunc uidemus sibi esse contraria. Quos interrogare debemus, si omnia præsentis loci sic accipiuntur, ut scripta sunt, & nihil refertur ad intelligentiam spiritalem, iuxta illud Apostoli, qui ait, Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, ergo & radix, & uirga, & flos non referantur ad sensum, terraq; percussa uerbo Dei, & interfectus impius spiritu labiorum eius sic intelligantur, ut scripta sunt, & docere cogantur quomodo rebus incorporeis iustitia, & ueritate

ueritate, renes domini circūdentur. Sed & hoc eos interrogemus, quid dignum sit domini maiestate ut lupus, & agnus pascantur simul, & pardus cum hœdo accubet, & leo paleas comodat, & puer paruulus mittat manum suam in foramine aspidum. Nisi forte iuxta fabulas poetarum aureum nobis Saturni sæculum restituent, in quo lupi, & agni pascentur simul, & mulso uino plena currēt flumina, & de folijs arborum stillabunt mella dulcissima, lacteisq; fontibus omnia complebuntur. Quod si responderint pro beatitudine temporum hæc futura, ut absq; cuiusq; noxa, homines bonis omnibus perfruantur, audiant à nobis nihil esse bonum, nisi uirtutem, & nihil malum, nisi uitium, dicens te Psalmista: Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Compesce linguam tuam à malo, & labia ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Diuitiæ autem, & sanitas corporis, & rerum omnium abundantia, & his contraria, paupertas, infirmitas, & inopia etiam apud philosophos sæculi, nec inter bona reputantur, nec inter mala, sed appellantur indifferentia. Unde & Stoici, qui nostro dogmati in plerisq; concordant, nihil appellant bonum, nisi solam honestatē, atq; uirtutem, nihil malum, nisi turpitudinē. Hæc breuiter diximus, ut Iudaizantes nostros grauissimo somno stertere conuincamus. Cœterum iuxta uiuificantem spiritum facilis intelligentia est. Lupus enim Paulus, qui primum persequebatur, & lacerabat ecclesiam, de quo dictum est: Benjamin lupus rapax, habitabit cum agno, uel Anania à quo baptizatus est, uel Petro Apostolo, cui dictum est, Pasce agnos meos. Et pardus qui prius non mutabat uarietates suas, lotus in fonte domini accubauit cum hœdo, non qui à sinistris est, sed qui immolatur in pascha domini. Et hoc notandum, quod non agnus, & hœdus habitent, & accubent cum lupo, & pardo, sed lupus, & pardus, agni, & hœdi imitentur innocentiam. Et diuus Augustinus lib. 2. quæstionum euangeliorum, quæstione 33. exponens illud euangelicum, Nunq; dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer: Quis est (inquit) hœdus, quæ nunq; accepit ad epulandum? Peccator profecto hœdi nomine significari solet. Sed absit ut antichristum intelligam. Non enim exitum inuenio huiusce sententiæ. Multum enim absurdum est, eum cui dicitur: Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, ut antichristo crederet. Neq; omnino in eis Iudæorum, qui antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autē epularetur ex illo hœdo, si ipse esset antichristus, qui ei non crederet? Aut si hoc est epulari ex hœdi occisione, quod est de antichristi perditione lætari, quomodo dicit filius, quem recepit pater, hoc sibi non fuisse cõcessum, quum omnes filij Dei de illius aduersarij damnatione lætaturi sint? Nimirum ergo, quod in re obscurissima, sine præiudicio diligentioris inquisitionis dixerim, ipsum dominum sibi negatum ad epulandum cõqueritur, dum eum peccatorem putat. Quum enim hœdus est illi genti, id est, quum eum sabbati uiolatorem, & prophantorem legis existimat, iocundari epulis eius non meruit, ut quod ait, Nunq; dedisti mihi hœdum & c. tale sit, ac si diceret: Eum qui mihi hœdus uidebatur, nunq; dedisti mihi ad epulandum, eo ipso mihi illum non concedens, quod mihi hœdus uidebatur. Quod autem dicit, Cum amicis meis, aut ex persona principum cum plebe intelligit, aut ex persona populi Hierosolymitani cum cœteris populis Iudæ. Hæc ille. Hœdi dicuntur mali, quia aspera, & dura fæxa male ascendunt, & per præcipitia eorum incedunt, iuxta illud euangelicum, Hœdos autē à sinistris. Hœdus quoq; Christum significat, ut dictum est in dictione, Agnus.

Quid holocaustum mysticè significet, & quid discriminis sit inter holocaustum, & sacrificium.

Cap. XII.

Quid holocaustum mysticè significet, diuus Gregorius libro Moral. 1. cap. 35. exponens illud Job, Confurgensq; diluculo, offerebat holocausta per singulos, his uerbis insinuat: Diluculo nanq; confurgimus, quum compunctionis luce perfusi, humanitatis nostræ noctem deserimus, & ad ueri luminis radios oculos mentis aperimus. Atq; holocaustum per singulos filios offerimus, quum pro unaquaq; uirtute domino hostiam nostræ precis immolamus, ne sapientia eleuet, ne intellectus, dum subtiliter currit, aberret, ne consilium, dum se multiplicat, confundat, ne fortitudo, dum fiduciam præbet, præcipitet, ne scientia, dum nouit, & non diligit, inflet, ne pietas, dum se extra recititudinem inclinât, intorqueat, ne timor, dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. Quum ergo pro unaquaq; uirtute, ut pura esse debeat, preces domino fundimus, quid aliud, quam iuxta filiorum numerum holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum nanq; totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare, est totam mentem igne compunctionis incedere, ut in ara amoris cor ardeat, & quasi delicta propriæ sobolis, inquinameta cogitationis exurat. Et homilia duodecima super Ezechielem, exponens illud Leuiticum, In sartagine oleo conspersa frigitur, offeretq; eam calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Tunc enim simila in sartagine frigitur, quum munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur. Quæ conspergi oleo præcipitur, id est, charitati misericordiæ misceri, quæ in conspectu omnipotentis domini ardet, & lucet. Conspergatur ergo oleo mens, quæ in sartagine frigitur, quia in sancti zeli dictione necesse est, ut ex misericordiæ uirtute, & ardeat, & clarescat.

Amat

Psal. 33. c.
Bona indifferētia.

Bonū est, honestas & uirtus.
Malum, turpitudō est.

Act. 8. a.
Gen. 49. d.
Ioan. 21. d.
Lupus, Paulus.
Matth. 25. c.

Augustinus.
Luc. 15. g.
Hœdus, peccator.

Matth. 25. c.
Hœdus, Christus.

Gregorius.
Job 1. a.

Holocaustum,
hostia nostræ
precis.

Holocaustū totū
incensum dicitur.

Leuit. 6. c.
Simila, mēs munda.

Sartago, zelus
amoris.
Oleum, misericordia.

Amat enim eundem ipsum, quē insequi uidetur. Vnde & calida in odorē suauissimum dño offerri præcipitur, quia si amorem zelus non habet, ea quæ de sartagine offertur calorem, similia amittit. Et notandū quis eam offerre præcipitur, uidelicet sacerdos, qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit, qui esse se omnipotentis domini filium demonstrat moribus, atq; à nobilitate intima, operum suorum ignobilitate non discrepat. Quæ in altari tota cremari præcipitur, ut uidelicet holocaustum fiat. Holocaustum enim totum incensum dicimus. Vnde & in translatione altera hoc in loco hæc eadem similia, quæ in sartagine frigitur, holocaustū fieri iubetur. Hoc autem inter holocaustum, & sacrificium distat, quia omne quidem holocaustum sacrificium est, nō omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona, quæ aguntur, sacrificia, sed holocaustū non sunt, quia totam mentem in amore spiritali minimè incendunt. Qui enim sic operantur ea quæ dei sunt, ut tamen & quædam, quæ sunt sæculi non relinquunt, nimirum sacrificium, & nō holocaustū offerunt. Qui autem cuncta quæ mundi sunt deserunt, & totam mentem igne diuini amoris incendunt, hi nimirū omnipotentī domino sacrificium, & holocaustum fiunt. Similia itaq; in sartagine, est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione, quæ per solitudinē animarum frigitur, & non solum sacrificium, sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Et homilia uigesima super Ezechielem, Ibi lauabunt holocaustum, hoc pacto scribit: Qui enim se per fidem in conuersatione sancta domino deuouerūt, holocaustum domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur, quia adhuc in eis cordis mūditiā sordiditas cogitationibus inquinatur, quotidie ad lachrymas redeunt, assiduis fletibus affliguntur. Sanctiorū enim patrum dicta, & facta considerant, & quum se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lauant. Ecce etenim quis pro timore omnipotentis domini esse patiens deuouit, nulli conuitium, pro conuitio reddere, omnia æquanimitè tolerare, & tamen quum hūc cōtumelia ab ore proximi illata subito percussit, turbatur, forte aliquid loquitur, quod non loqui debuit. Certè iste iam holocaustū est, sed adhuc inquinatū. Fortasse contra illatas contumelias patientiam exhibuit, tacitus permāsit, sed tamen contra eandem cōtumelias, quas portat, dolore tangitur, eiusq; animus in charitate fauciatur. Patientia enim uera est, quæ & ipsum amat, quē portat. Nam tolerare, sed odisse, nō est uirtus mansuetudinis, sed uelamentum furoris. Hic itaq; sæpe in cogitatione sua se iudicat, reprehendit semetipsum, quia dolet, nec tamen apud se præualet obtinere, ne doleat. Iam ergo per bonam deuotionem holocaustū est, sed tamē per dolorem, quo tangitur, adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet, apud semetipsum decreuit indigentibus cuncta tribuere, nil sibi referuare, uitam suam soli supernæ gubernationi committere, sed dum præbet pauperibus quæ habet, fortasse cogitatio mētem subrepat, quæ dicit, unde uiues, si cūcta dederis. Nec tamē desistit tribuere. Sed quod lætus dare cœperat, postmodum tristis præbet. Quid huius mens, nisi misericordiæ holocaustum est, sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum. Aut enim deliberare summa nō debuit, aut post deliberationē nullo modo dubitare. Alius contempta mundi superbia, honores, atq; dignitates huius sæculi decreuit uitare. Vltimum appetit inter homines locum tenere, ut tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria, quanto humilior aspicitur in trāseunte uita. Is fortasse quum subito se à proximo despici agnoscit, dedignatur cur despicitur. Vult quidem in loco humili, sed tamen attendi contemptibilis non uult; Hunc iam deuotio eleuat, sed adhuc infirmitas grauat. Iam ergo per deuotionem holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaq; qui in eis, quæ optime deuouerūt, aliqua infirmitate sui culpa tanguntur, quum per uerba doctorum dicta patrum intelligunt, & in quanta culpa iaceant, agnoscunt, seq; ipsos poenitentia lamentis afficiunt, holocaustū in ostio portarum lauant. Sciendum uero est, quia hoc inter sacrificium, atq; holocaustum distat, quod omne holocaustum sacrificium est, sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio etenim pars pecudis, in holocausto uero totum pecus offerri consueuerat. Vnde & holocaustum Latina lingua totum incensum dicitur. Pēsemus ergo quid est sacrificium, quid holocaustum. Quum enim quis suum Deo uouet, & aliquid nō uouet, sacrificium est. Quum uero omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod sapit, omnipotentī Deo uouerit, holocaustum est. Nam sunt quidam, qui adhuc mente in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis rebus subsidia egētibus ministrant, oppressos defendere festinant. Isti in bonis, quæ faciunt, sacrificium offerūt, quia & aliquid de actione sua Deo immolant, & aliquid sibi metipsis referuant. Et sunt quidam, qui nihil sibi metipsis referuant, sed sensum, linguam, uitam, atq; substantiam, quam perceperunt, omnipotentī domino immolant. Quid isti nisi holocaustum offerūt, imò magis holocaustum fiunt. Israëliticus etenim populus primum sacrificium in Aegypto obtulit, secundum uero in eremo. Qui itaq; adhuc mentem habet in sæculo, sed boni iam aliquid operatur, Deo sacrificiū obtulit in Aegypto. Qui uero præsens sæculum deserit, & agit bona, quæ ualet, quasi iam Aegypto derelicta sacrificiū præbet in eremo, quia repulso strepitu desideriorum carnalium, in mentis suæ quiete, atq; solitudine Deo immolat quicquid operatur. Quāuis ergo (sicut dictū est) sacrificium sit etiam holocaustū, maius tamen est holocaustum

Holocausti, & sacrificij discretio.

Ezech. 40. f.

Holocausti, & sacrificij discretio.

Exo. 12.
Exo. 13.

holocaustum sacrificio, quia mente, quæ huius mundi delectatione non premitur, totum in omnipotentis Dei sacrificio incenditur, quod habetur.

De eodem holocausto.

Cap. XIII.

Sed sciendum nobis est, quia sunt quidam, qui etiam sæculum relinquentes, totum quidē quod habent, offerunt, sed tamen in bonis, quæ agunt, minimè compunguntur, & bonū quod agunt, holocaustum est, sed quia flere, ac semetipsos diiudicare nesciunt, seq; ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustū non est. Hinc per Psalmistam dicitur: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Holocaustū quippe siccum, est bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt, holocaustum uero pingue est, quādo hoc quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. Vnde rursus dicitur: Holocausta medullata offeram tibi. Quisquis enim bonum opus agit, sed omnipotentis Dei amore, atq; desiderio flere nescit, holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui uero bona operatur, & uisioni iam creatoris sui inhiat, atq; ad æterna contemplationis gaudia peruenire festinat, seq; ipsum ex amore, quo accenditur, in fletibus maciat, holocausta domino medullata dedit. Studendum uero nobis est & mala funditis relinquere, & bona, quæ sufficimus, operari, atq; in ipsis bonis, quæ agimus, amore æterni luminis cōpungi. Ipse enim cordis tenebras discutit amor lucis, ut subtilius uidere ualeamus, ne qua in bonis, quæ agimus, praua misceantur. Considerandum nobis quippe est opus nostrum quale sit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. Et quum nostro bono operi admixtum aliquid malitiæ, uel prauæ delectationis agnoscimus, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustū. Sunt autē quidā, qui semetipsos in magnis actionibus domino deuouerunt, atq; ad tantam perfectionem perueniunt, ut ab eis nulla unquam difficultate flectantur, quatenus à deliberatione castitatis nequaquam caro in prauæ cogitationis delectatione animū sternat. Nam & si quando per suggestionē pullat, surgere nō permittitur, quia uigore iudicij calcatur. In deliberatione quoq; patientiæ nec sermo inordinatus ab ore prodeat, nec dolor tacitū animū premit, ut in largitate elemosynæ nulla inopiæ suspitio tristitiā generet, ut in deliberatione humilitatis nullus despectus animum mordeat. Sed quū iam in his, quæ rectè deuouerunt, sese fortiter exhibent, priora tamen peccata, quæ ab ipsis ante bonam deliberationem perpetrata sunt, ad memoriam deducunt, & plangunt quicquid illicitè se egisse meminerunt. Hi itaq; per uitā, quā tenēt, holocaustum sunt, sed per uitā, quā antè tenuerunt, inquinatū. Lauāt ergo holocaustum in ostio portarum, quia intellectu, quem percipiunt de dictis patrū, lamētis se quotidianis afficiunt, & mūdant uitā lachrymis, quā prauis aliquādo actionibus inquinauerunt. Nos itaq; inter hæc ad uitam præteritam mentis oculos reducamus, reminiscamur qui fuimus, quū mūdi huius concupiscentias sequeremur. Et si iam domino toto corde seruimus, quia nos peccasse meminimus, defluamus in fletibus, lauemus holocaustum. Et diuus Aug. exponēs illud psalmistæ, Introibo in domum tuam in holocaustis: Quid est (inquit) holocaustū? Totum incensum, sed igne diuino. Holocaustū enim dicitur sacrificium, quum totum accenditur. Aliæ sunt partes sacrificiorū, aliud holocaustum. Quando totum ardet, totum consumitur igne diuino, holocaustum dicitur: quando pars, sacrificium. Omne quidē holocaustū sacrificium, sed nō omne sacrificiū holocaustū. Holocausta enim promittit. Corpus Christi loquitur, unitas Christi loquitur: Introibo in domū tuam in holocaustis. Totū enim meum cōsumit ignis tuus. Nihil remaneat mihi, totum sit tibi. Hoc autem erit in resurrectione mortuorū, quādo & corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tūc fiet quod scriptū est: Absorpta est mors in uictoria. Victoria quasi ignis diuinus est, quum absorbet & mortem nostram, holocaustum est. Non remanet mortale aliquid in carne, non remanet culpabile aliquid in spiritu, totum ex mortali uita consumetur, ut in æterna uita consumetur, ut à morte seruemur in uita. Et paulo inferius ait propheta, Holocausta medullata offeram tibi. Quid est (inquit) medullata? Intus teneam charitatem tuam, non erit in superficie, in medullis meis erit quod diligo te. Nihil enim interius medullis nostris. Interiora ossa sunt in carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere uult hominibus. Aliud autem intus sentiens, non offert holocausta medullarū, cuius autem medullam inspicit, ipsum totum accipit. Et Cassiodorus: Holocausta medullata sunt sacrificia, quæ puro, atq; intimo corde diuinis conspectibus damus. Nam quando in uicem holocausti contritionem cordis offerimus, oportet ut intus habeat purissimā fidem, intus habeat opera fidei, quæ ad uicē medullæ oblationem pinguisimam reddant, ne sit aridum, atq; uacuum quod diuinis cōspectibus immolamus. Quapropter talia se holocausta promittit offerre, quæ firmitatē habeant medullæ, & pinguedinem fidei salutaris. Et exponens illud psalmistæ, Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustū tuū pingue fiat: Sacrificium (inquit) sanctæ Ecclesiæ, non hostia pecudum, sed iste ritus accipiendus est, qui nunc agitur corporis, & sanguinis immolatione solenni, quem uenturum præuidebat, non quem

Gregorius in sua prædicta bonis lia.

Psal. 19. a.

Psal. 65. e.

Augustinus.

Psal. 65. e.

Holocaustum

quid sit.

Sacrificium

quid sit.

1. Cor. 15. g.

Ibidem.

Psal. 65. e.

Cassiodorus.

Psal. 19. a.

G præter

prætermittendum esse cognouerat. Holocausti nomine in illa prioris sacrificij similitudine perfectus uerat. Holocaustum enim totum dicebatur incensum, quæ nunc referenda sunt ad comunione nostræ sanctissimam puritatem. Holocaustum enim per se combustum, & aridum est, sed pingue fit, atq; iocundum, quâdo à gratia diuinitatis assumitur. Et alio in loco ait Psalmista: Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper, ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Holocausta quædam sunt, de quibus in alio Psalmo dicitur: Si uoluisses sacrificium, dedissem utiq; holocaustis non delectaberis. Et rursus conuertit se: Sacrificiū Deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritum, & humiliatum, Deus non spernit. Quæ sunt ergo holocausta, quæ non spernit? Quæ holocausta, quæ in conspectu eius sunt semper? Benignè (inquit) fac dñe in bona uolūtate tua dion, & ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes, & holocausta. Dicit quædam holocausta Deum acceptaturū. Quid est autē holocaustum? Totum igne absumptū: ὅλον totum est, uolens incensio est. Est quidam ignis flagrantissimæ charitatis. Animus inflammetur charitate, arripiat eadem charitas membra in usum suum, nō ea permittat militare cupiditati, ut totus exardescat igne amoris diuini, qui uult offerre Deo holocaustū. Talia holocausta tua in conspectu meo sunt semper. Et Cassiodorus: Gloriosus doctor, & perfectissimus institutor, Iudaicū populū uolens à rebus carnalibus amouere, & ad spiritualia sacramenta perducere, pecudū sacrificia iam non dicit exquirenda, nec eum exinde arguī posse testatur, si minime animalū uictimas immolaret, sed holocausta illa potius in cōspectu suo danda cōmemorat, quæ humiliato corde pijs altaribus offeruntur. Holocausta autē dicta sunt sacrificia, quæ postquam fuissent immolata, ignis ueniens desuper absumebat, quæ latine tota incensa dicuntur. Hæc Christus ueniēs respuit, quia ipse uera uictima fuit. Aliud est holocaustū quod dominus ante cōspectum suū semper esse pronūciat, scilicet quando mens nostra diuino amore succensa, peccata sua tribulatione decoquit, & ad illius holocausti similitudinem omnia uitia sua cruciatu corporeo exusta consumit. Non accipiam de domo tua uittulos, neq; de gregibus tuis hircos. Per hūc uersum, & duos alios qui sequuntur, breuiter enumerat, quæ se respuere pfitetur. Hæc figura dicitur Brachyologia, id est, breuis locutio, quū plura paucis amplectimur. Sed ne audito holocausto, ad antiqua humana mens sacrificia recurreret, aperte renuit cōsuetudinē priorē, ut spiritualiter intelligeretur, quod in similitudinē præmissa gerebatur. Et exponens illud Psalmistæ, Tūc acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes, & holocausta &c. Id est, tūc acceptabis filij tui gloriosissimam passionē, qui se sacrificium pro omnibus obtulit, ut salutem mūdus, quā suis operibus nō merebatur, acciperet. Oblationes, & holocausta. Istud iam ad fideles pertinet Christianos, qui erant post aduentū domini credituri, significās immolanda corda hominum uiuentium, nō membra pecudū mortuorū. Illa enim ignis cōsumptibilis absumebat, illa incendiū uitale excruciat. Illa redigebantur in fauillas, ista tēporaliter animas tribulationibus exurendo, ad amoeni paradisi gaudia æterna perducūt. Et Augustinus: Tunc acceptabis &c. Modo (inquit) sacrificiū pro iniquitate, spiritum cōtribulatum, & cor humiliatum, tūc sacrificiū iustitiæ laudis folius. Beati enim qui habitāt in domo tua, in sæcula sæculorū laudabūt te. Hoc est enim sacrificiū iustitiæ. Oblationes, & holocausta. Quando totū pecus imponebatur aræ Dei igne consumendum, holocaustum dicebatur. Totos nos diuinus ignis absumat, & feruor ille totos arripiat. Quis feruor? De quo scriptum est, Nec est qui se abscondat à colore eius. Quis feruor? De quo dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Non tantum anima nostra absumatur ab illo igne diuino sapientia, sed & corpus nostrum, ut mereatur ibi immortalitatem. Sic leuetur holocaustum, ut absorbeat mors in uictoriam.

Hominem multipharie accipi sacris in literis.

Cap. XIII.

Homo tribus modis accipitur, ut inquit diuus Gregorius lib. Mor. 4. cap. 17. Scriptura (inquit) sacra tribus modis hominē appellat, scilicet aliquādo per naturā, aliquādo per culpā, aliquādo per infirmitatem. Homo quippe per naturā dicitur, sicut scriptū est, Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinē nostrā. Homo per culpā, sicut scriptum est, Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes, uos autē sicut homines moriemini. Ac si aperte dicat: Sicut delinquentes obibitis. Vnde & Apostolus Paulus ait: Quū sit inter uos zelus, & cōtentio, nōne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Ac si aperte dicat: Qui discordes mentes ducitis, nōne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatē dicitur, sicut scriptum est: Maledictus homo, qui spem suā ponit in homine. Ac si aperte diceret, In infirmitate. Est autē homo interior, & exterior. Interior incorruptibilis, exterior corruptibilis, iuxta illud Apostolicū: Si is qui deforis est homo noster corrūpitur, sed qui intus est, renouatur. Quæ uerba enarrās Origenes lib. 7. in epistolam ad Romanos, exponēs illud Apostolicū, Vanitati em creatura subiecta est nō uolens: Ille (inquit) interior homo, qui secundū Deū creatus est, & ad imaginem Dei factus, incorruptibilis est, & inuisibilis, & secundum propriam sibi rationem etiā incorporeus dici potest. Exterior uero homo & corpore

& corpore corruptibilis dicitur, propter quod & Paulus dicebat: Nam si is, qui deforis est homo noster corrūpitur, sed qui intus est renouatur. Interioris autē hominis in his renouatio, utpote qui est rationalis mens, in agnitione Dei, & capacitate sancti spiritus constat. Et in prologo Cantici Cantorum: In principio (inquit) uerborū Moysi, ubi de mūdī cōditione cōscribitur, duos inuenimus homines creatos referri. Primū ad imaginem, & similitudinē Dei factū, secundū è limo terræ factum. Hoc Paulus Apostolus bene sciens, & ad liquidum in his eruditus in suis literis apertius, & euidentius binos esse, & per singulos quosq; homines scripsit. Sic enim dixit: Nā si is qui foris est &c. Et iterū: Cōdelector enim legi Dei secundū interiorē hominē. Et his similia quanta cōscribit: Vnde puto neminē iam debere dubitare, quod Moyses de duorū hominū factura, uel figmēto scripserit in principio Genesis, quum uideat Paulum, qui melius utiq; quā nos intelligebat ea quæ à Moysē scripta sunt, duos homines esse per singulos quosq; dicentē. Quorum unum, id est, interiorē renouari per singulos dies memorat: alterū uero, id est, exteriorē, in quibusdā sanctis, & talibus, qualis erat Paulus, corrūpi perhibet, & infirmari. Quod si alicui uidebitur de hoc adhuc aliquid dubitandū, in locis proprijs melius explanabitur. Nūc autē propter quid memoriam fecerimus interioris, & exterioris hominis, persequamur. Ostēdere enim ex his uolumus, quod scripturis diuinis per mononymas, id est, per singulas appellationes, ideo per eadē uocabula, & exterioris hominis membra, & illius interioris hominis mēbra, partes, affectusq; nominantur, eademq; nō solū uocabulis, sed & rebus ipsīs sibi inuicē cōparantur. Verbi gratia: Vtatur aliquis esse puer secundū interiorē hominem, quem possibile est crescere, & ad ætatem iuuenis adduci, atq; inde succedentibus incrementis peruenire ad uirū perfectū, & effici patrem. His autem nominibus uti uolumus, ut cōsona diuinæ scripturæ, illi scilicet, quæ à Ioanne scripta est, uocabula poneremus. Ait enim: Scripsi uobis pueri, quoniā cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniā cognouistis eum, qui ab initio est. Scripsi uobis iuuenes, quoniā fortes estis, & per uerbū Dei, quod manet in celo, uicistis malignū. Euidēs utiq; est, nec ab ullo arbitror omnino dubitari, quod pueros hic Ioannes, uel adolefcētes, & iuuenes, uel etiā patres secundū animā, non solum corporis appellat ætatem. Sed & Paulus dicit in quodā loco: Nō potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanq; paruulis in Christo lac uobis potū dedi. In Christo autem paruuli proculdubio secundū animā, nō secundū carnis nominantur ætatē. Deniq; idem Paulus etiā in alio loco ait: Quum essem paruulus, sicut paruulus loquebar, sicut paruulus sapiebā, sicut paruulus cogitabam. Quum autem factus sum uir, destruxi quæ erāt paruuli. Et iterū alibi dicit: Donec occurramus omnes in uirū perfectū, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Igitur sicut hæc quæ memorauimus ætatum nomina eisdem uocabulis, & exteriori homini ascribuntur, & interiori: ita inuenies etiā mēbrorum nomina corporalī transferrī ad animæ membra, seu potius efficientiæ hæ animæ, affectusq; dicēdi sunt. Dicitur ergo in Ecclesiaste, Sapientis oculi in capite eius. Item in Euangelio: Qui habet aures audiēdi, audiat. In prophetis quoq; Sermo domini qui factus est in manu prophetæ Hieremiæ, siue alterius cuiuslibet. Simile est etiā illud quod ait: Pes autem tuus non offendit. Et iterum: Mei autem paulominus moti sunt pedes. Euidēter quoq; & ueter animæ designatur, ubi dicitur, Domine à timore tuo in utero cōcepimus. Nam inde quis dubitet, quum dicitur, Sepulchrum patens est guttur eorum, Et iterū, Præcipita domine, & diuide linguas eorū, Sed & id quod scriptū est, Dentes peccatorū cōtriuisti, Et iterum, Cōtere brachium peccatoris, & maligni: Et quid opus est me de his plura colligere, quū abundantissimis testimonijs scripturæ diuinæ repletæ sint? Ex quibus euidenter ostēditur membrorum hæc nomina nequaquam corpori uisibili aptari posse, sed ad inuisibilis animæ partem, uirtutesq; debere reuocari, quoniam & uocabula quidem habent similia, aperte autem, & sine ulla ambiguitate non interioris, sed exterioris hominis significantias gerunt. Esto ergo materialis huius hominis, qui & exterior appellatur, cibus, potusq; naturæ suæ cognatus, corporeus iste scilicet, & terrenus. Similiter autē & spiritalis hominis ipsius, qui & interior dicitur, est proprius cibus, ut panis ille uiuus, qui de celo descendit, sed & potus ille est ex illa aqua, quam promittit Iesus, dicens: Quicumq; biberit ex hac aqua, quam ego do, non sitiet in æternum. Sic ergo per omnia similitudo quidem uocabulorū secundū utrūq; hominem ponitur, rerum uero proprietas unicuiq; discreta feruatur, & corruptibili corruptibilia præbentur, incorruptili uero incorruptibilia proponuntur. Vnde accidit, ut simpliciores quidā nescientes distinguere, ac secernere quæ sint, quæ in scripturis diuinis interiori homini: quæ uero exteriori deputanda sint, uocabulorum similitudinibus falsi, ad ineptas quasdā fabulas, & figmenta inania se cōtulerunt, ut etiā post resurrectionem cibus corporalibus utendū crederent, potusq; sumendum, non solū ex illa uera, & uiuente in sæcula, uerum, & ex his uitibus ligni. Sed de his aliās uidebimus. Nūc ergo est quidem secundum interiorē hominem alius sine filijs, & sterilis, alius uero abundans in filijs secundum quod & illud aduertimus dictū: Sterilis peperit septem, & foecūda in filijs infirmata est, & ut in benedictionibus dicitur: Nō erit in uobis sine filijs, & sterilis. Igitur si hæc ita se habent, sicut dicitur ali

2. Cor. 4. d.
Hominis interioris renouatio.

2. Cor. 4. d.
Rom. 7. d.

Homnis interioris & exterioris membra sibi comparantur.
Hominis interioris membra sunt affectus.

1. Ioan. 2. b.

1. Cor. 3. a.

1. Cor. 13. c.

Ephes. 4. c.

Eccles. 2. b.

Luc. 8. a.

Hier. 1. a.

Proverb. 3. c.

Psal. 72. a.

Esa. 26. c.

Psal. 5. c.

Psal. 54. b.

Psal. 3. b.

Psal. 9. g.

Homnis exterioris & interioris cibus, potusq;.

Ioan. 6. d.

Ioan. 4. b.

Homo interior nūc sterilis, nūc filijs abundans describitur.

1. Reg. 2. a.

Exo. 23. d.

G ij citur ali

Amor carnalis à Poetis Cupido nuncupatur. Amor spiritus interioris hominis. Amor illicitus accidit exteriori, & interiori homini.

citur aliquis carnalis amor, quem cupidinem appellauerunt poëtae, secundum quem qui amat, in carne seminat: ita est quidam spiritalis amor, secundum quem ille interior homo amans, in spiritu seminat. Et ut euidentius dicam: Si quis est qui portat adhuc imaginem terreni secundum exteriorem hominem, agitur cupidine, & amore carnali. Amore autem, & cupidine coelesti agitur anima, quae perfecta pulchritudine, & decore uerbi Dei speciem eius adamauerit, & ex ipso zelum quendam, & uulnus amoris acceperit. Oportet etiam nos illud scire: Illicitus amor, & contra legem sicut accidere potest homini exteriori, uerbi gratia, ut non spousam, uel coniugem amet, sed aut meretricem, aut adulteram: ita & interiori homini, hoc est, animae, accidere potest amor, non in legitimum spousum, quem dicimus esse uerbum Dei: sed in adulterum aliquem, & corruptorem, hoc est, erga aliquos spiritus nequitiae.

De eodem homine interiori, & exteriori.

Cap. XV.

Homō exterior bifariam corrumpitur. 1. Cor. 15. g. Rom. 13. d.

Diuus quoque Augustinus lib. de uera religione unico, cap. 40. hoc pacto scribit: Renascitur (inquit) interior homo, & exterior corrumpitur de die in diem. Sed interior exteriorē respicit, & in sua cōparatione foedū uidet, in proprio tamen genere pulchrum, & corporū cōuenientia laetantem, & corrupentem quod in bonū suum conuertit, alimenta scilicet carnis, quae tamen corrupta, id est, amittentia formam suam in membrorum istorum fabricam migrant, & corrupta rescindunt in aliam formam per cōuenientiam transeuntia, & per uitalem motum diiudicatur quodam modo, ut ex his in structuram huius uisibilis pulchri quae apta sunt assumantur, non apta uero per cōgruos meatus efficiantur. Et cap. 41. Corruptitur autem homo exterior, aut profectu interioris, aut defectu suo. Sed profectu interioris ita corrumpitur, ut totus in melius reformetur, & restituitur in integrum in nouissima tuba, ut iam non corrumpatur, neque corrumpat. Defectu autem suo in pulchritudines corruptibiles, id est, poenarum ordinem praecipitur. Nec miremur, quod adhuc pulchritudines nomino. Nihil enim est ordinatum, quod non sit pulchrum. Et sicut ait Apostolus, Omnis ordo à Deo est. Neesse est autem fateamur meliorem esse hominem plorantem, quam latrantem uermiculum, & tamen uermiculi laudem sine ullo mendacio copiose dicere possum, considerans nitorem coloris, figuram teretem corporis, priora cum medijs, media cum posterioribus cōgruentia, & unitatis appetentiam pro suae naturae humilitate seruatiā, nihil ex una parte formatū, quod non ex altera parili dimensione respōdeat. Quid iam de anima ipsa dicam uegetante modulū corporis sui, quomodo eum numerosē moueat, quomodo appetat cōuenientiam, quomodo uincat, aut caueat obfistentiam quantum potest, & ad unum sensum incolumitatis referens omnia, unitatem illam cōditricem naturarum omnium multo euidentius quam corpus insinuet, loquor de uermiculo animante qualicumque. Quid ergo mirum est, si hominis animam, quae ubique sit, & qualiscumque sit, omni corpore est melior, dicam pulchre ordinari, & de poenis eius alias pulchritudines fieri, quum ibi non sit, quando misera est, ubi beatos esse decet: sed ibi sit, ubi esse miseros decet. Et lib. de Trinitate 12. cap. primo: Age nunc uideamus ubi sit quasi quoddam hominis exterioris, interiorisque confinium. Quicquid enim habemus in animo cōmune cum pecore, recte adhuc dicitur ad exteriorē hominē pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur, sed adiuncta quadam uita sua, qua compages corporis, & omnes sensus uigent, quibus instructus est ad exteriora sentiēda. Quorum sensorum imagines inuicem in memoria, quum recordando reuifuntur, res adhuc agit ad exteriorē hominē pertinens. Atque in his oibus non distamus à pecore, nisi quod figura corporis non prouidetur, sed erecti sumus. Quia in re admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore nostri parte, id est, animo similes pecoribus simus, à quibus corporis erectione distamus, non ut in ea, quae sublimia sunt in corporibus animum proiciamus. Nam uel in talibus quietē uoluntatis appetere, prosternere est animū, sed sicut corpus ad ea quae sunt excelsa corporum, id est, ad coelestia naturaliter erectū est: sic animus, qui substantia spiritalis est, ad ea quae sunt in spiritalibus excelsa erigendus est, non elatione superbiae, sed pietate iustitiae. Et libro 24. contra Faustum Manichaeum, cap. 2. Paulus (inquit) Apostolus interiorē hominē per spiritum mentis, exteriorem uero in corpore, atque ista mortali uita uult intelligi, non tamen utrumque horum simul duos homines eum dixisse aliquando in eius literis legitur, sed unum, quem totum Deus fecerit, id est, & id quod interius est, & id quod exterius est, sed eum ad imaginem suam non fecit, nisi secundum id quod interius est, non solum in corpore, uerum etiam rationale, quod pecoribus non inest. Non itaque unum hominem fecit ad imaginem suam, & alterum fecit non ad imaginem suam, sed quia hoc utrumque interius, & exterius, simul unus homo est. Hunc unum hominem ad imaginem suam fecit, non secundum id quod habet corpus, corporalemque uitam: sed secundum id quod habet rationalem mentem, qua cognoscat Deum, & omnibus irrationabilibus eadem rationis excellentia praepōnatur. Sed illud interius concedit Faustus à Deo fieri, quum renouatur (inquit) in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Hanc Apostolicam planè agnosco sententiam, quare ipse alteram non agnoscit: Deus posuit membra, singula quodque eorum in corpore prout uoluit, Ecce Deus etiam exterioris hominis effector ab eodem Apostolo praedicatur,

Col. 3. b. 1. Cor. 12. c.

praedicatur, quare inde elegit, quod pro se putat, & tacet, aut respuit, quod Manichaei fabulas amputat. Item quum de terreno, & coelesti homine differeret idem Paulus inter mortalem, immortalēque discernens, inter id quod in Adam sumus, & illud quod in Christo erimus, ex ipsa lege, ex ipso libro, & ex ipso loco adhibuit terreni, id est, animalis corporis testimonium, ubi scriptum est quod Deus etiam terrenum hominem fecit. Nam quum ageret quomodo resurgunt mortui, & quo corpore uentent, quum dedisset similitudines de seminibus frumentorum, quod nuda grana seminantur, & Deus illis det corpus quomodo uoluerit, unicuique seminum proprium corpus, ubi nihilominus Manichaei euerit errorem, qui & grana, & haerbas, & omnes radices, ac frutices gentem tenebrarum dicit creare, non Deum, & in eis formis, atque generibus rerum Deum potius credit alligari, quam horum aliquid operari. Quum ergo contra Manichaei sacrilegam uanitatem etiam ista dixisset, uenit ad carniū differentias: Non omnis (inquit) caro eadem caro, inde ad corporum coelestium, atque terrestrium, inde ad mutationem corporis nostri, qua fieri possit spiritale, atque coeleste: Seminatur (inquit) in cōtumelia, surget in gloria, seminatur in infirmitate, surget in uirtute, seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Atque inde uolens ostendere originem corporis animalis: Si est (inquit) corpus animale, est & spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem. Hoc autem in Genesi scriptum est, ubi narratur, quomodo Deus hominem fecerit, & corpus quod de terra formauerat, animauerit. Veterem autem hominē nihil aliud Apostolus, quam uitam ueterem dicit, quae in peccato est, in quo secundum Adam uiuitur, de quo dicit: Per unum hominē peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Ergo totus ille homo, id est, & interiore, & exteriori sui parte, inueterauit propter peccatum, & poenae mortalitatis addictus est. Renouatur autem nunc secundum interiorem hominē, ubi secundum sui creatoris imaginem reformatur, exuens se iniustitiam, hoc est, ueterem hominē, & induens iustitiam, hoc est, nouum hominē. Tūc autem, quum resurget corpus spiritale, quod seminatur animale, etiam exterior percipiet coelestis habitudinis dignitatem, ut totum quod creatum est, recreetur, & totum quod factum est, reficiatur, illo recreante qui creauit, & reficiente qui fecit. Quod breuiter explicat, ubi ait: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Si autem spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitatem spiritum eius in uobis. Nam quis catholica ueritate instructus, ignorat secundum corpus esse alios homines masculos, alias foeminas, non secundum spiritum mentis, in quo renouamur secundum imaginem Dei: Verū tamen quia utrumque Deus fecit, rursum idem Apostolus testis est, ubi dicit: Neque mulier sine uiro, neque uir sine muliere in domino. Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir per mulierem, omnia autem ex Deo. Quid ad haec dicit inepta fallacia hominum, alienatorem à uita Dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis eorum, nisi in Apostolicis literis, quod uolumus, uerum est, quod nolumus, falsum est: Sic delirant Manichaei, sed respiscant, & non sint Manichaei. A quibus si quaeritur, quoniam interiorem hominem renouari ad imaginem Dei fatetur, & hoc testimonium ultro etiam proferunt, tunc autem dicit Faustus, quod Deus faciat hominem, quando interior in Dei agnitione renouatur, utrum eum ipse fecerit, qui reficit, ipse cōdiderit, qui renouat, respōdebunt. Ipse. Cui respōsioni eorum si adiciamus quaerentes, quando eum formauerit, quam quaerent ubi se abscondant, ne fabulae suae dedecus aperire cogantur. Neque enim dicunt à Deo formatū, uel cōditum, uel institutum, sed de substantia eius, partem prorsus eius aduersus hostes missam, nec peccato inueteratū, sed necessitate captiuatum, & deformatū ab inimicis, & coetera, quae iam tædet dicere. Ibi enim & primum hominem cōmemorant, non quem dicit Apostolus de terra terrenum, sed nescio quem suum proprium ex arca mēdaciōrum profluentem, de quo Faustus tacet omnino, quum de homine sibi proposuerit quaestionem, timens ne aliquo modo eis, contra quos disputat, innotescat.

Quid hordeum mysticè significet.

Cap. XVI.

Quid hordeum mysticè significet, ostendit Origenes homilia 12. super Genesim, exponens illud Genesios, Post haec seminauit Isaac hordeum, & inuenit centuplum. Benedixit autem illum dominus, & magnificatus est homo, & processu maior fiebat, quoad usque magnus factus est ualde: Quid est, quod Isaac hordeum seminauit, & non frumentum, & benedicitur in eo quod hordeum seminat, & magnificatur quoad usque magnus fiat? Apparet ergo quia nondum magnus erat, sed posteaquam seminauit hordeum, & collegit centuplum, tūc factus est magnus ualde. Hordeum iumentorum maxime cibis est, aut feruorum rusticorum. Est enim species asperior, & quae uelut acuminibus quibusdam, contingentem stimulare uideatur. Isaac sermo Dei est, qui sermo in lege hordeum seminat, & in Euangelij triticum. Illum enim cibum perfectioribus, & spiritalibus, hunc imperitoribus, & animalibus parat, quia scriptum est: Homines, & iumenta saluos facies domine. Isaac sermo legis hordeum seminat, & tamen in ipso hordeo inuenit centesimum fructum. Inuenis enim & in

Origenes. Gen. 26. c.

Hordei proprietates conuenientes ueteri legi.

Psal. 35. b.

G iij lege

Fructus centesimus martyrii. lege martyres, quorum est centesimus fructus. Sed & dominus noster in Euangelij Isaac, perfectiora quæq; Apostolis, turbis autem plebeia, & communia loquebatur. Vis autem uidere, quia etiam ipsius hordei cibos incipientibus exhibuit. Scriptum est in Euangelij, quia secundo pauerit turbas. Sed illos quos primo pascit, id est, incipientes, hordeaceis panibus pascit. Postea uero quum benedixit Isaac, & magnus factus est ualde. Paruus erat Isaac in lege, sed processu tēporis fit magnus. Fit magnus processu temporis in prophetis. Nam in sola lege nondum magnus est, quippe quæ & uelamine tecta est. Crescit ergo iam in prophetis. Quū uero peruenerit ad hoc usq; , ut & uelamen abijciat, tunc erit magnus ualde. Quum cœperit litera legis uelut palea hordei eius secerari, & apparuerit, quod spiritalis est lex, tūc Isaac magnificabitur, & fiet magnus ualde. Vide enim quia & dominus in Euangelij paucos panes frangit, & quot milia reficit populorū, & quanti cophini reliquiarum superfunt. Donec integri sunt panes, nemo saturatur, nemo reficitur, nec ipsi panes uidentur augeri. Considera ergo nunc quomodo paucos panes frangimus, de scripturis diuinis paucos sermones assumimus, quot milia hominū saturātur. Sed nisi fracti fuerint isti panes, nisi in partes cōminuti à discipulis, hoc est, nisi minutatim litera fuerit discussa, & fracta, sensus eius ad omnes nō potest peruenire. Quum autē pertractare cœperimus, & singula quæq; discutere, tunc turbæ quidem, quantū poterunt, sumant. Quod autem nō potuerint, colligendum est, & referuandum, ne quid pereat. Seruamus ergo & nos si quid turbæ capere nō possunt, & colligimus in cophinis, & sportis. Et Cyrillus exponens illud Euāgelicum, Est puer hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, lib. 3. in Ioānem, cap. 17. hoc modo scribit: Verū quoniam quinq; panes conquirenda sunt quæ conferunt, agē de quinq; etiam panibus, & duobus piscibus, qui apud adolescentem illum erant, aliquid dicamus. Parturiūt enim mysticam hæc quandam rationem. Quum enim (studiosus quispiā dicet) alius quidā numerus utriusq; rei non fuit. Aut quur nō simpliciter à paucissimis, minimisq; tantā fuisse saturatā multitudinem descripsit, sed numerum quoq; addidit. Quare diligens omnium rerum, & ipsius numeri descriptio aliquid parturire uidetur, quod querendum est. Quinq; nanq; panes fuisse ait, & illos hordeaceos, duos uero pisces, quibus diligentes se Christus saturauit. Puto igitur ipse (quamuis meliora studiosos querere hortor) quinq; Mosiacos libros quinq; hordeaceis panibus significari. Tota enim lex, quæ in illis continetur, literalem, ac historicum cibum, atq; ideo duriorē, & quasi hordeaceum affert. Duobus autem piscibus, piscatorū libros, quibus delicatiora hominibus alimenta deferuntur, significari arbitror. Duo autem pisces sunt, quia & prædicatio Christi, quæ per Apostolos effulsit, Euangelica, & Apostolica scriptura resplendet. Ita saluator, & disciplina legis spiritalis, & noui testamenti, mirabili doctrina fidelium animas ad uitam alit æternam. Quod autem discipuli domini piscatores fuerunt, perspicuum omnibus est. Si enim forsitan non omnes huiusmodi (ne cōtendamus) sed quoniam principales eorum piscatores fuerunt, non erit aliena nostra hæc à ueritate oratio. Et Augustinus lib. unico 83. quæstionum, quæstione 61. Quinq; panes hordeacei, quibus in mōte dominus turbas pascit, significant ueterem legem, siue quia nondum spiritalibus, sed adhuc carnalibus data est, id est, quinq; corporis sensibus deditis, nam & ipsæ turbæ quinq; milia hominum fuerunt, siue quia per Moysen lex data est. Moyses em̄ quinq; libros scripsit. Et quod hordeacei erāt panes, bene significat, uel ipsam legē, quæ ita data erat, ut in ea uitale animæ alimētum corporalibus sacramentis obtegeretur, hordei enim medulla tenacissima palea tegitur. Vel ipsum populū nōdum expoliatū carnali desiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat, id est, nondum corde circuncisum, ita ut nec trituratione tribulationum, quum per deserta quadraginta annis duceretur, intellectu reuelato carnalia integumenta deponeret, sicut nec hordeum areæ tritura illo paleari tegmine exiit. Itaq; illi populo congruenter lex talis data est. Duo autem pisces qui saporem suauē pani dabant, duas illas personas uidentur significare, quibus populus ille regebatur, ut per eas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet, & sacerdotalem, ad quas etiā sacrosancta illa unctio pertinebat. Quarū officiū erat procellis, ac fluctibus popularibus nunq; frangi, atq; corrūpi, & uiolētās turbarum contradictiones, tanq; aduersantes undas, sæpe dirūpere, interdū eis custodita sua integritate cedere, prorsus more pisciū tanq; in procelloso mari, sic in turbulēta populi administratione uersari. Quæ tamē duæ personæ dominum nostrū præfigurabāt. Ambas enim solus ille sustinuit, & nō figuratē, sed propriē solus impleuit. Et tractatu 24. in Ioānē, Et impleuerāt duodecim cophinos fragmentorū: Breuiter ut curramus, quinq; panes intelliguntur quinq; libri Moysi, meritō non triticeos, sed hordeaceos, quia ad uetus testamētum pertinent. Nostis autem hordeum ita creatum, ut ad medullam eius uix perueniatur, uestitur em̄ eadem medulla tegmine paleæ, & ipsa palea tenax, & inhærens, ut cum labore exuatur. Talis est litera ueteris testamenti uestita tegminibus carnalium sacramentorum; sed si ad eius medullam perueniatur, pascit, & satiat. Ferebat ergo puer quidam quinq; panes, & duos pisces, si quæramus quis fuerit puer iste, fortē populus Israël erat. Sensu puerili

puerili portabat, nec manducabat. Illa enim quæ portabat clausa onerabant, aperta pascebant. Duo autem pisces uidentur nobis significare duas illas in ueteri testamento sublimes personas, quæ ungebantur ad populum sanctificandum, & regendum sacerdotes, & reges. Et ipse uenit in mysterio aliquando, qui per illas significabatur, uenit aliquando qui per medullam hordei ostendebatur, per paleam uero hordei occultabatur. Venit ipse unus utranq; personam in se portās, sacerdotis, & regis. Sacerdotis per uictimam, quam seipsum obtulit pro nobis Deo: Regis, quia regimur ab eo, & aperiuntur quæ clausa portabantur. Gratias illi, impleuit per se quod per uetus testamentum promittebatur, & frangi iussit panes, frangendo multiplicati sunt. Nihil uerius. Quinq; enim libri Moysi, quàm multos libros, quū exponuntur, tanquā frangendo, id est, differendo fecerunt. Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi regebatur, de quo primo populo dictum est: Quandiu legitur Moyses, uelamen super corda eorum positum est. Nondum enim ablatum erat uelamen, quia nondum uenerat Christus. Nōdum uelum templi fuerat, illo in cruce pendente, conscissum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege, propterea illa domini tentatio ignorantiam discipuli demōstrabat. Nihil igitur uacat, omnia innuunt, sed intellectorem requirunt, nam & iste numerus pasti populi populū significabat sub lege constitutum. Cur enim quinq; milia erant, nisi quia sub lege erant, quæ lex quinq; libris Moysi explicatur: Vnde & quinq; illis porticibus languidi prodebantur, non sanabantur. Ille autem ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinq; panibus pascit, nam & super fœnum discumbent. Carnaliter ergo sapiebant, & in carnalibus quiescebāt. Omnis enim caro fœnum. Quæ sunt autem illa fragmenta, nisi quæ populus non potuit manducare? Intelligentur ergo quædam secretiora intelligentiæ, quæ multitudo nō potest capere. Quid ergo restat, nisi ut secretiora intelligentiæ, quæ non potest capere multitudinem, illis credatur, qui idonei sunt & alios docere, sicut erant Apostoli, unde duodecim cophini impleti sunt: Factum est hoc & mirabiliter, quia magnū, factū est, & utiliter, quia spiritaliter factum est. Qui tunc uiderunt, admirati sunt, nos autē nō miramur, quū audimus. Factum est enim, ut illi uiderent, scriptum est autem, ut nos audiremus. Quod in illis oculi ualuerūt, hoc in nobis fides, cernimus quippe animo, quod oculis non potuimus. Et prælati sumus illis, quoniam de nobis dictum est: Beati qui non uident, & credūt. Addo autem, quia fortē intelleximus, quod illa turba nō intellexit. Et uerē nos pasti sumus, qui ad medullam hordei peruenire potuimus. Deniq; homines illi, qui uiderūt, hoc quid putauerunt?

Quid hortus mysticè significet.

Cap. XVII.

Quid hortus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Canticorū, Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cōclusus, fons signatus: Hortus (inquit) sancta Ecclesia exiit, quia dum populos multos in fide gignit, quasi flores pulchros bona terra emittit. Qui hortus cōclusus bene esse dicit, quia charitatis uallo circunquaq; munitur, ne intra numerum electorū reprobis aliquis ingrediatur. Vnaquæq; anima sancta, etiam cōclusus hortus esse intelligitur, quia dum uirtutes nutrit, flores gignit, & dum uirtutum exhilaratione se reficit, fructus, quos genuerat, eadem custodit. Conclusus enim hortus esse dicitur, quia dū bona sua intentione uitæ æternæ abscondit, dum humanas laudes omnino contemnit, ipsa bona intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumperere possit. De fonte hortorum, dictum est in dictione, Fons. Et inferius eodem capite dicitur: Surge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortum meum, & fluēt aroma illius. Quid enim per Aquilonem, qui in frigore cōstringit, & torpentes facit, nisi immundus spiritus designatur, qui reprobos omnes, dum possidet, à bono opere torpere facit. Per Austrum uero, calidum scilicet uentum, spiritus sanctus designatur, qui dum mentes electorum tēgit, ab omni torpore relaxat, & feruentes facit, ut bona, quæ desiderant, operentur. Hinc enim dicitur, Conuertere domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. Surgat ergo Aquilo, & ueniat Auster, & perfla hortum sponsi, & fluant aromata illius, ut uidelicet spiritus malignus ab Ecclesia, uel ab unaquaq; electa anima discedat, & spiritus sanctus adueniat. Qui ueniens charitatis ignem cogitationibus infundat, & à torpore negligentiae, dū se infuderit, soluat. Quod dum agit, aromata fluunt, quia dum adueniente sancto spiritu, cor, quod prius torpuerat, ad opera se excitat, mox sanctæ operationis opiniones per proximos quosq; suauiter discurrunt, ut quicq; audientes ad eadem se accendant, & austro flante, id est, spiritu sancto se infundente, uirtutum odores emittant, ut ubique sanctus hortus floreat, & post florem fructus redolentes, & reficientes producat. In quem hortum sponsa dilectum inuitat, quum subdit, Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. In hortum dilectus uenit, & fructum comedit, quando Christus mētes uisitat, & bonorū operū delectatione se satiat. Et capite sexto: Dilectus meus descendit in hortum suū ad areolam aromatū, ut pascatur in hortis, & lilia colligat: Dilectus in hortū suum ad areolam aromatū descendit, quia Ecclesiam uisitans, ad eos maiori gratia uenit, quos sanctis operibus, & uirtutibus

G iij tum

tum exemplis bonæ famæ odorem ex se proximis emittere cognoscit. In hortis pascitur, quæ multarum animarum uirtutibus delectatur. Lilia colligit, quando perfectos quosq; ab hac uita succidit. Et eodem capite: Descendi in hortum nucum, ut uiderem poma conuallium. Quid per nuces, nisi perfectos quosq; intelligimus, qui, dum diuinam sapientiam intra corpora sua retinēt, quasi nucleū in fragili testa portant. Sunt enim quæm plures in Ecclesia, qui assidue diuinæ scripturæ intendunt, quæm suauis sit dñs gustantes, amplius gustare cōcupiscunt, sancta gaudia in corde rumināt, & ruminantes magis, ac magis conualescunt, & tamen foris nescientibus eos, uiles apparent, quia ignoratur quæm dulcem in suis interioribus cibum portent. Quid isti, nisi nuces existūt, qui nucleū dulcedinem intus ferunt, exterius uero carnis uilitatem præterdunt. De quibus erat Apostolus, qui dicebat: Habemus thesaurū istum in uasis fictilibus. Hortus igitur nucum, corda sunt sanctorum, qui dum Deum ualde diligunt, cœlestem dulcedinem in intimis gerunt. Vnde in Psalmo scriptum est: Quæm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Sed quid est quod in hortum nucum sponsus descendit, ut poma uideat, quum potius nuces uidere debeat. Verū tamen sciendum est, quod maximè corda perfectorum uisitat, eisq; benignitatis suæ suauitatem manifestat, ut per eos ad infirmiores postmodum ueniat, & quantum in augmentum iustitiæ profecerint, per illos cognoscat. Vnde scriptum est: Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens, aut requirens Deum. Dum enim diuina bonitas corda perfectorum illustrat, eosq; ad curā proximorum per charitatis sollicitudinem instigat, quid hoc est aliud, nisi quod ad hortum ueniens, poma conuallis, per illos quibus præsidet, prospectat. Tunc enim dominus uidere, uel cognoscere dicitur, quum sanctos suos, quos illustrat, ad uidendum exhortatur. Sed quid est, quod non poma montis, sed poma conuallis ut uideat, descendit, nisi, quod illis respectum suæ miserationis tribuit, quos in humilitate persistere cognoscit. De quo per Psalmistā dicitur: Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Et ipse dominus per semetipsum ex uoce prophetæ dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietem, & tremementem sermones meos. Et Canticorū octauo, Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac me audire uocem tuam: Sponsa in hortis habitat, quia sancta ecclesia, uel quælibet sancta anima in fructificatione uirtutū mentē uersat. Cuius uocem spūs audire desiderat, quia in hoc summo perē Christo placet, ut perfectus quislibet uir infirmos quosq; uerbo sanctæ prædicationis admoneat. Amici enim auscultat, quia fideles in Ecclesia, ut amicus sponsi loquat, pio desiderio expectant. Et notandum, quod amicus est, qui auscultat, quia qui Deū mente integra diligit, prædicantem, quem diligit, libenter audit. Vnde in Euangelio dicitur: Qui est ex deo, uerba Dei audit. Et Ambrosius libro primo de uirginibus: Hortus (inquit) conclusus soror mea sponsa &c. eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem Dei synceri fontis unda resplendeat, ne uolubris spiritualium bestiarum, sparso cœno fluenta turbentur. Hinc ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaq; sicut hortus pluribus inaccessus uitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet, ut in uite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ uirginitatis inoleat. Hic est odor, quem Iacob patriarcha fragrauit, quando meruit audire, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Nam licet plenus omnibus ferè fructibus patriarchæ sancti fuerit ager, ille tamen fruges maiore uirtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaque uirgo, & si uis huiusmodi tibi ut hortus aspiret, prophetis eum claude præceptis. Pone custodiam ori tuo, & ostium circumstantiæ labijs tuis. Et infra, Et ueni Auster, aspira hortum meum, & fluant aromata mea: Ex omnibus enim partibus mundi odor sanctæ religionis adoleuit, dilectæ quo uirginis membra fragrarunt. Et libro tertio: Ianuam quoque tuam disce temporibus obserare nocturnis, non facile quisquam patentem reperiat. Sponsus ipse uult clausam esse, quum pulsat, ianuam nostram, os nostrum est. Christo prope modum soli debet aperiri, nec aperiatur, nisi ante pulsauerit Dei uerbum. Denique ideo scriptum est: Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Nec facile aperiatur os suū, ne uulgari designet alloquio. Neque de ipsis diuinis decet, nisi uerbo Dei interpellata respondeas. Quid tibi cum cœteris? Soli Christo loquere, soli fabulare Christo. Si enim mulieres in Ecclesia taceant, quantomagis non decet patere uirginis ianuam, non decet uiduæ patere fores. Cito insidiator pudoris obrepit, cito uerbum excidit, quod reuocare desideres. Si Euæ clausa fuisse ianuam, nec Adā deceptus fuisset, nec respondiisset interrogata serpenti. Introiuit mors per fenestram, hoc est, per Euæ ostium. Ingredditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procciter, postremo si ubi non oportet, loquaris. Clausæ sint igitur labiorū fores tuorum, & obseratum maneat uocis uestibulum, tunc fortasse referendum, quum audieris Dei uocem, quum audieris Dei uerbum. Tunc tibi myrrha sudabit, tunc tibi baptismatis aspirabit gratia, ut ab elementis mundi commoriare cum Christo, & cum Christo resurgas. Et in exhortatione ad uirgines: Addit adhuc ad laudem uirginitatis, Hortus clausus soror mea spōsa &c. quod meliores afferat fructus clauso pudoris septa uirginitas, in qua intemerata permaneāt castitatis signacula. Hunc hortū animæ uestræ,

Lilia, perfecti.
Cantic. 6. a.
Nuces, perfecti.

2. Cor. 4. b.
Hortus nucum,
sanctorum cor-
da.
Psal. 30. c.

Psal. 13. d.

Conuallis, humi-
litas.

Psal. 112. d.
Esa. 66. a.
Cantic. 9. d.
Hortus, uirtutū
fructificatio.

Ambrosius,
Cantic. 4. d.

Gen. 27. d.

Psal. 140. a.
Cantic. 4. d.

Cantic. 4. d.

Hier. 9. f.

Cantic. 4. d.

uestræ, hunc fontem seruate puri liquoris, ut eum in uobis nemo perturbet, nemo designet, quem genitalis in uobis origo signauit.

Cap. XVIII.

ET libro de bono mortis, cap. 5. Hortum (inquit) sibi Plato cōposuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit. Iouem enim & Deum, & mentem totius mundi dixit. In hunc introisse animā, quā uenerem nūcupat, ut se abundantia, & diuitijs horti replet, in quo repletus potu iaceret, purum qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum cōposuit, eo quod anima Deo adhærens, in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum uirtutū, floresq; sermonum. Quis autem ignorat, quod ex paradiso illo, quem legimus in Genesi habentem lignum uitæ, & lignum scientiæ boni, & mali, & ligna cœtera, abundantiam uirtutū putauerit transferendā, & in hortum mentis esse plātandam. Quem in Canticis Canticorum Salomon hortum animæ significauit, uel ipsam animā. Sic enim scriptū est: Hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus, transmissiones tuæ paradisi. Et infra ait anima: Exurge Aquilo, & ueni Auster, perfla hortum meum, & defluant unguenta mea. Descendat frater meus in hortum suum. Quanto hoc pulchrius, quod anima ornata uirtutum floribus hortus sit, uel in se paradysum habeat germinantem. In quem hortum inuitat uerbum Dei descendere, ut anima illa uerbi imbre cœlestis, & eius copijs irrigata fructificet. Verbum autem Dei pascitur animæ uirtutibus, quoties obediētem sibi, & optimam inuenerit, & carpit fructus eius, atq; his delectatur. Quum autem descenderit in eam Dei uerbum, defluunt ex ea salubrium unguenta uerborum. Vnde ait sponsus animæ Deus uerbum, cui anima legitimo quodā connubij fœdere copulatur: Ingressus sum in hortum meum soror mea sponsa, uindemiaui myrrham meā cum unguentis meis. Māducaui panem meum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo &c. Cognoscamus quos fructus, & cibos epuletur Deus, quibus ue delectetur. Delectatur eo, si quis mortificet peccatū suum, obliteret culpam suam, sepeliat, atque abolefaciat iniquitates suas. Myrrha enim est sepultura mortuorum. Mortua autem peccata sunt, quæ uitæ suauitatem habere non possunt. Perfunduntur autem diuini sermonis unguentis, & fortiore cibo uerbi uelut pane, & suauiore sermone, uelut melle curantur quædam uulnera delictorum. Sermones autem cibos esse docet & alibi Salomon, dicens: Fauis mellis, sermones boni. In illo ergo horto sermones boni sunt, alius qui culpam coherceat, alius qui iniquitatem corripit, alius qui mori faciat insolentiam, & uelut sepeliat eam, quando correptus aliquis erroribus suis renunciat. Est etiam sermo fortior, qui confirmat cor hominis ualidioribus scripturæ cœlestis alimentis. Est etiam sermo suauior dulcis ut mel, & tamen peccatoris conscientiam in ipsa sua uitate compungens. Est etiam feruentioris spiritus sermo, qui inebriat sicut uinum, & cor hominis lætificat. Est etiam lacteus sermo purus, & candidus. Hos cibos dulcium, utiliumq; sermonum epulados sponsus proximis suis dicit. Proximi autem sunt qui eum sequuntur, & nuptijs eius interfunt. Quo cibo, & potu repleta anima, atq; inebriata saculo dormiebat, uigilabat Deo. Et ideo sicut posteriora docent, aperiri sibi Deus uerbum eius ianuā postulabat, ut eam suo repletu ingressu. Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex uino, & melle prophetico, hinc sonus ille trāsatus est, hinc uita illa perpetua, quā Deus dixit suos epulari, quia Christus uita est, ideoq; talium sermonū seminibus animæ eius repletus est uenter, atq; ipsa exiuit in uerbo. Quæ autem exit anima à seruitio isto, & eleuat se à corpore, uerbum sequitur.

De eodem horto.

Cap. XIX.

ET Ambrosius lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 5. hoc modo scribit: Quid Christo nobilius, qui in cōuiuio Ecclesiæ, & ministrat, & ministrat ei. Istius cōuiuæ recubentis annecte te lateri, ac te Deo cōiūge. Nec fastidias mēsam, quā Christus elegit, dicens: Introiui in hortū meū soror mea spōsa, uindemiaui myrrhā cū aromatibus meis, māducaui panē meum cū melle, & bibi uinum cū lacte meo. In horto, hoc est, in paradiso, est cōuiuū Ecclesiæ, ubi erat prius Adā, quā peccatū cōmiteret. Ibi recubebat Eua, priusq; culpā crearet, & pareret. Ibi uindemiabis myrrhā, hoc est, Christi sepulturā, ut cōsepultus cum illo per baptismū in mortē, quæadmodum ille surrexit ex mortuis, & tu resurgas. Ibi māducabis panem, qui cōfirmat cor hominis. Mel gustabis, quo tuarum dulcescat meatus faucium. Vinum bibes cum lacte, hoc est, cum decore, & syceritate, siue quod meri pura simplicitas sit, siue quod immaculata gratia, quæ in remissionem sumit peccatorū, siue quod paruulos cōsolationis suæ lactet uberibus, ut ab lactati in delitijs, in plenitudinem perfectæ ætatis adolescat. Succede ergo in hoc conuiuio. Et lib. decimo epistolarū, epistola octogesimasecunda. Denique qua reuerentia uirginitatis locutus est sanctus Apostolus: De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam cōsecutus à domino. Præceptum non habet, consilium habet. Non enim præcipitur quod supra legem est, sed magis dato suadet cōsilio.

Nec autoritas

Cantic. 4. d.

Ibidem:
Hortus, anima.

Unguenta, salu-
bria uerba.
Cantic. 5. a.

Prouer. 16. d.
secundum lxx.

Cantic. 5. a.

Cantic. 5. a.

Myrrha, Chris-
ti sepultura.

1. Cor. 7. f.

Virginitatem
dissuadentes no-
tantur.
Cantic. 4. d.
Hortus, uirgini-
tatis.

2. Cor. 11. 4.
1. Cor. 7. e.

Cyprianus,

Cantic. 6. c.
Cantic. 4. d.
Hortus, eccle-
sia.

Ambrosius,

Cantic. 5. a.

Ibidem,

Psal. 79. 4.

Eph. 5. d.

Cantic. 6. d.

Numeri 17. c.

Cantic. 5. a.

Cantic. 6. d.

Nux, amaritudo.

Psal. 123. 4.
Torrens tectatio.

Sap. 9. d.

Nec autoritas praesumitur, sed demonstratur gratia, nec à quocumque demonstratur, sed ab eo, qui misericordiam Dei meruit. Horum ergo meliora, quam Apostolorum consilia? Apostolus dicit: Consilium do: isti dissuadendum putant, ne qua studeat uirginitati. Cuius quantam laudem breui uersiculo propheta expresserit, uel potius Christus in propheta, debemus cognoscere. Hortus (inquit) clausus, soror mea, hortus clausus, fons signatus. Christus hoc dicit ad Ecclesiam, quam uult esse uirginem sine macula, sine ruga. Bonus hortus uirginitas, quae plurimos boni ferat fructus odoris. Hortus clausus, quia undique uallata est muro castitatis. Fons signatus, eo quod uirginitas sit fons, & origo pudicitiae, quae inuolata custodiat integritatis signacula, in quo fonte imago Dei luceat, quia cum mundicia corporis, congruit etiam puritas simplicitatis. Non potest dubitare quilibet quam quod Ecclesia uirgo sit, quam etiam in Corinthiis despexit Apostolus Paulus uirginem castam assignare Christo. In superiore igitur epistola dat consilium, & existimat bonum esse munus uirginitatis, ut nullis instantis saeculi turbetur necessitatibus, nulla illuue coinquinetur, nullis exagitationibus procellis. In posteriore sponsor est Christo, quod uirginitatem Ecclesiae in illius plebis consignare possit integritate. Et Cyprianus libro primo epistolarum, epistola sexta: Quod autem Ecclesia una sit, declarat in Cantico Canticorum spiritus sanctus ex persona Christi, dicens: Una est columna mea, perfecta mea, una est matris suae, electa est genitrici suae, de qua item denuo dicit: Hortus conclusus, soror mea, sponsa, fons signatus, puteus aquae uiuae. Si autem hortus conclusus est sponsa Christi, quae est Ecclesia, patere res clausa alienis, & prophanis non potest. Et si fons signatus est, neque bibere inde, neque consignari potest, cui foris posito, ad fontem accessus non est. Puteus quoque aquae uiuae, si unus est, idem qui intus est, uiuificari, & sanctificari foris positus ex illa aqua non potest, ex qua solis eis, qui intus sunt, usus omnis, & potus concessus est. Et Ambrosius libro quinto de sacramentis, capite tertio: Gaudet Ecclesia redemptione multorum, & astare sibi familiam candidam, spiritali exultatione laetatur. Habes hoc in Canticis Canticorum: Laetata inuocat Christum, paratum habens conuiuium, quod dignum caelesti epulatione uideatur. Ideoque ait: Descendat frater meus in hortum suum, & capiat fructum pomiferarum suarum. Quae sunt istae pomiferae? Lignum aridum factus eras in Adam, sed nunc per gratiam Christi pomifera arbor pullulasti. Libenter accepit dominus Iesus, & dignatione caelesti respondit Ecclesiae suae: Descendi (inquit) in hortum meum, uindemiaui myrrham cum unguentis meis, Manducaui panem meum cum melle meo, & bibi uinum meum cum lacte meo. Edite (inquit) fratres mei, & inebriamini. Uindemiaui myrrham cum unguentis meis. Quae est ista uindemia? Cognoscite uinea, & agnosceat uindemia. Uinea (inquit) ex Aegypto translulisti, hoc est, populum Dei. Vos estis uinea, uos estis uindemia, quasi uinea plantati, quasi uindemia fructum dedistis. Uindemiaui myrrham cum unguentis meis, hoc est, in odorem quem accepistis. Manducaui panem meum cum melle suo. Vides quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas sit: Bibi uinum cum lacte meo. Vides huiusmodi esse laetitiam, quae nullis peccati sordibus polluitur? Quotiescumque enim bibis, remissionem accipis peccatorum, & inebriaris in spiritu. Unde & Apostolus ait: Nolite inebriari uino, sed implemini spiritu sancto. Vino enim qui inebriatur, uacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicans in Christo est. Et ideo praecleara ebrietas, quae sobrietatem mentis operatur. Haec sunt quae de sacramentis breuiter percurramus. Et lib. 3. de uirginibus: Sed ne longius labamur, inuitatur Dei uerbum in hortu nucis, in quo fructus prophetae laetationis, & sacerdotalis est gratiae, quae amara in temptationibus, dura in laboribus, in uirtutibus interioribus fructuosa est. Unde etiam uirga Aaron nucem floruit, non iam natura sua, sed uirtute secreta. Descendat ergo in hortum suum, ut uindemiet fidem, capiat odores, pabulum caeleste reperiat, suauitatem nostrum mellis epuletur, dicens: Uindemiaui myrrham meam cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo. Quod diuersarum uirtutum concrementum floribus, illarum apum, quae sapientiam praedicant, colorum opere congregatum, sancta ecclesia in facis condit, ut cibus Christi sit. Omnia igitur habemus in Christo, omnis anima accedat ad eum, siue corporalibus aegra peccatis, siue clauis quibusdam facultatibus cupiditatis infixis, siue imperfecta adhuc quidem, sed inuenta tamen meditatione proficiens, siue multis aliqua sit iam perfecta uirtutibus, omnis in domini potestate est, & omnia Christus est nobis. Si uolnus curare desideras, medicus est. Si febris aestuans, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, uirtus est. Si mortem times, uita est. Si caelum desideras, uia est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quaeris, alimentum est. Et lib. de Isaac, & aia, cap. 8. Dum laudatur a spouso uerecunde refugiens coram laudari, deinde spouso amore uocata, ait: Hortum nucis descendit uidere in nauitate torrentis. Vbi enim est ecclesia, nisi ubi uirga, & gratia floret sacerdotalis? Ibi est frequenter, ut in amaritudinibus, & temptationibus probeat. Per nucem amaritudines intelligimus, per torrentem temptationes, sed tamen tolerabiles, quia scriptum est: Torrentem pertransiuit aia nostra. Itaque descendit in locum amaritudinis, ubi floret uitis, & malorum granatorum specie diuersus, & multiplex fructus, qui uelut uno tegmine totius corporis fide, & charitate munit. In illa ergo amaritudine non cognouit se aia. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & terrenum habitaculum cito inclinatur. Et lib. 6. epistolarum, epistola

epistola 42. Denique Salomon in spiritu paradisum, in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit uel animae, & uerbi, uel Christi, & Ecclesiae, ideo ait, de uirgine anima, uel Ecclesiae, quae uolebat uirginem castam assignare Christo: Paradisus conclusus, soror mea sponsa, paradisus conclusus, fons signatus. Paradisus Graece, Latine hortus dicitur. Denique Susanna in paradiso erat, & sic legitur Latine: Et Adama in paradiso erat, & sic legitur. Ergo non te moueat, quod alij codices Latini hortum habent, alij paradisum. Ibi ergo est casta uxor, ubi uirgo. Licet uirgo excepta habeat claustra, & signacula sua, sed utraque in paradiso, ut aduersum aestus corporis, & carnis flagrantiam refrigeretur uirtutum umbraculis. Ergo paradisus in principali nostro est syluescens plurimarum opinionum plataris, in quo principaliter lignum uitae constituit Deus, id est, pietatis radicem. Ea est enim uitae nostrae substantia, si domino, & Deo nostro debitos cultus deferamus. Constituit etiam scientiae boni, & mali seminarium. Homo enim solus in caeteris animantibus terrenis habet scientiam boni, & mali. Alia quoque illic plantaria diuersa, quorum fructus uirtutes sunt.

Quid hostia mystice significet.

Cap. XIX.

Quid hostia mystice significet, diuus Gregorius libro Moralium nono, capite 40. insinuat, exponens illud Leuitici, Detrahaque pelle hostiae artus in frustra concidant &c. Sacerdos (inquit) legis membra hostiae per frustra concisa, caput, atque ea, quae erga iecur sunt, iubetur ignibus cremare: pedes uero, atque intestina hostiae prius aqua diluere. Nos quippe ipsos sacrificium Deo offerimus, quum uitam nostram cultui diuino dedicamus. Qui membra hostiae per frustra concisa super ignem ponimus, quum uitae nostrae opera uirtutibus distinguentes, immolamus. Caput atque ea, quae iuxta iecur continentur, incendimus, quum in sensu nostro, quo omne corpus regitur, atque in occultis desiderijs flamma diuini amoris ardemus. Et tamen praecipitur ut pedes, atque intestina hostiae lauentur. Pedibus enim terra tangitur, intestinis uero stercora gestantur, quia plerumque iam ex desiderio in aeternitatem succendimur, iam toto deuotionis sensu ad appetitum nostrae mortificationis inhiamus, sed quia adhuc terrenum praesentis infirmitate aliquid agimus, nonnulla etiam, quae iam subegi mus illicita, in corde toleramus. Quaeque cogitationes nostras immunda tentatio inquinat, quid aliud quam intestina nostrae hostiae stercus portant? Sed ut comburi debeant, lauentur, quia nimirum necesse est, ut immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptione sacrificij supernus amor incendat. Et quicquid mens uel de inexperto certamine, uel de conuersationis pristinae memoria patitur, lauetur: ut tanto suauius in conspectu sui spectatoris ardeat, quanto, quum ei assistere coeperit, nil terrenum secum, uel lubricum in ara suae orationis imponit. Et de hostia altaris quantum ualeat ad absolutionem nostram, idem diuus Gregorius scribit homilia 37. Quoties (inquit) ei hostiam suam passionis offerimus, toties nobis ad absolutionem nostram, passionem illius reparamus. Multos (ut arbitror) nostrum fratres charissimi, contigit nosse hoc, quod uolo ad memoriam nostram narrare reuocare. Non longe a nostris fertur temporibus factum, quod quidam ab hostibus captus longum tractatus est. Quoties diu tene retur in uinculis, eum uxor sua quae eadē captiuitate non reciperet, extinctum putauit. Pro quo iam uelut mortuo, hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens uincula soluebantur in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblata fuissent hostiae, pro animae eius absolutione. Non longo post tempore reuersus, admirans ualde suae indicauit uxori, quod diebus certis, hebdomadibus singulis, eius uincula soluebantur. Quos uidelicet dies eius uxor, atque horas discutens, tunc eum recognouit absolutum, quum pro eo sacrificium meminerat oblatum. Hinc ergo fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata a nobis hostia sacra quantum in nobis soluere ualeat ligaturam cordis, si oblata ab altero, potuit in altero soluere uincula corporis. Multi nostrum fratres charissimi, Cassium Narniensis urbis episcopum nouerunt, cui mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita ut penè nullus dies uitae eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Cui cum sacrificio ualde etiam concordabat uita. Nam cuncta quae habebat eleemosynis tribuens, quum ad horam offerendi sacrificij uenisset, uelut totus in lachrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cuius & uitam, & exitum a quodam uenerabilis uitae diacono qui fuerat ab eo nutritus, referente cognoui. Aiebat enim quod quadam nocte eius presbytero per uisum dominus astitit, dicens: Uade, & dic episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua, natali Apostolorum uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuam. Surrexit presbyter, sed quia eum uicino Apostolorum natalitius dies imminabat, tam propinqui exitus diem episcopo nunciare pertimuit. Alia nocte dominus redijt, eiusque inobedientiam uehementer increpauit, atque eadē uisionis suae uerba retexuit. Tunc presbyter surrexit, ut pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicandae reuelationis. Et ad admonitionem quoque iterata iussione obduruit pergere, & quae uiderat manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinem contempnit gratiae, maior sequi solet ira uindictae, uisione tertia dominus apparens, iam uerbis addidit uerba, & tam districta caede mactatus est, ut in eo duritiam cordis emolueret uulnera corporis. Surrexit ergo

eruditus

2. Cor. 11. 4.
Cantic. 4. d.
Paradisus Graece
hortus.
Daniel. 13. 4.
Gen. 2.

Lignum uitae,
pietatis radix.

Leuit. 1. b.

Hostia altaris
quantum ad abs-
olutionem nostram
ualeat.

eruditus ex uerbere, perrexit ad episcopum, eumque iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium, existētem reperit, secretum à circumstantibus petijt, seque eius pedibus strauit. Quumque eum ubertim flētem episcopus uix ad se leuare potuisset, lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille uero relaturus ordinem uisionis, prius uestimēto ex humeris deuoluto, detexit plagas corporis (ut ita dicam) testes ueritatis, & culpae, monstrauit quanta animaduersione districtionis membra illius accepta uerba lūore inflicto sulcauerant. Quae mox ut episcopus uidit, exhorruit, & quis sibi talia facere praesumpisset, cū magnae obstupescationis uocibus inquisiuit. At ille respōdit, hanc se pro ipso fuisse perpeffum. Excreuit cum terrore admiratio, sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adijciēs, secretum reuelationis aperuit, ei que iussionis dominicae ea quae audierat uerba, narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset manus tua, nō cesset pes tuus, natali Apostolorū uenies ad me, & retribuam tibi mercedem tuā. Quibus auditis, episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit, & qui oblaturus sacrificium ad horam tertiam uenerat, hoc pro extēsa orationis magnitudine ad horam nonā usque protelauit. Atque ex illo iam die magis, magisque aucta sunt ei lucra pietatis. Factusque est tam fortis in opere, quam certus ex munere, quippe qui eū, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione iam corperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat annis singulis natalitio Apostolorū die Romam uenire. Iamque ex hac reuelatione suspectus, uenire iuxta morem noluit. Eodem ergo tempore sollicitus fuit, secundo quoque anno, uel tertio in mortis suae expectatione suspensus, quarto, quintoque, & sexto similiter. Qui desperare iam de ueritate reuelationis poterat, si uerbis fidem uerba non fecissent, quum ecce anno septimo usque ad expectati natalis sacras uigilias incolumis peruenit, sed leuis hunc in uigilijs calor (aliās leuis dolor) attigit, atque ipso die natalitio filijs suis se expectantibus, missarum solētia implere se posse recusauit. Illi uero qui de eius erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes uenerunt, sese unanimiter astringentes, ut die eodem nequaquam acquiescerent missarum solētia celebrari, nisi pro eis apud dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tūc ille cōpulsus, in episcopij oratorio missas fecit, & manu sua corpus dominicū, pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblatis sacrificijs peracto, ad lectulum redijt, sibi que iacēs, dum sacerdotes suos, ac ministros circumstetisse cerneret, quasi uale ultimum dicens, de seruando eos uinculo charitatis admonebat, & quanta debuissent concordia inter se uniri, praedicabat, quum subito inter ipsa sanctae exhortationis uerba, uoce terribili clamauit, dicens: Hora est. Moxque afflicto ipse suis manibus linteum dedit, quod ex more morientium, sibi contra faciem tēderetur. Quo tenso, spiritum emisit, sicque sancta illa anima ad gaudia aeterna perueniens, à carnis corruptione soluta est. Quem fratres charissimi, quem uir iste in morte sua imitatus est, nisi eum, quem in uita sua fuerat contemplatus. Dicens enim, hora est, de corpore exijt, quia & Iesus peractis omnibus, qui dixisset, Cōsummatum est, inclinato capite, tradidit spiritum. Quod ergo dominus ex potestate, hoc egit famulus ex uocatione. Ecce quotidianae hostiae illa cum elemosynis, & lachrymis missa legatio, quantam cum rege ueniente gratiae pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest, quum adhuc longē est rex, legationem mittat, lachrymarū, elemosynarū, hostiarū munera offerat. Vult enim placari precibus, qui scit quia portari nō potest, iratus.

De eadem hostia.

Cap. XX.

DE hostijs quoque Orig. homil. 5. super Leuit. (quae tamē Cyrillo tribuit à nōnullis.) Hostiarū quaedā quidē sunt Dei solius, ita ut nullus hominū participet ex ipsis. Quaedā sunt Aaron sacerdotis, & filiorū eius, quaedā ipsius, & filiorum, & filiarū eius, ita ut etiā uxore sacerdotis edere liceat ex his. Quaedam sunt sacerdotū, & filiorū, & filiarum suarum, sed de quibus edere liceat etiam filios Israël. Et in illis quidē hostijs de quibus licet edere filios Israël, sine dubio habent participium etiā sacerdotes, & filij sacerdotum, nō tamen ex omni hostia, quam edet sacerdos, etiam filios Israël edere licebit. Igitur quū istae sint hostiarū differētia, illā quam diximus solius Dei esse, ex qua neque Mosen, neque Aaron, neque filios eius participare fas est, aliquando quidem holocaustomata nominari inuenimus, aliquando holocarpomata, ueluti si dicamus, quod totus fructus sit, ille scilicet, qui Deo offertur. Est ergo prima legislatio de sacrificijs, siue hostijs, quae holocaustomata nuncupantur. Neque enim oportebat aliā primo hostiam nominari, nisi eam, quae omnipotēti Deo offerebatur. Secunda hostia est, quae ad edendum sacerdotibus mancipatur. Tertia, de qua etiā filios Israël contingere, uel edere, ipsos scilicet qui offerunt, fas est. Sed filios Israël non omnes, nisi illos tantum, qui mundi sunt. Soli enim qui mundi sunt, de sacrificijs edere iubentur. Verum istas omnes hostias tu qui in occulto Iudaeus es, nolo in animalibus requiras uisibilibus, nec in mutis pecoribus inueniuit putes, quod offerri debeat Deo. Ictas hostias intra te ipsum require, & inuenies intra animā tuam. Intellige te habere intra te ipsum greges bouum, illos qui benedicuntur in Abraham. Intellige habere te & greges ouium, & greges caprarū, in quibus benedicti, & multiplicati sunt patriarchae. Intellige

Holocaustomata.

Holocarpomata.

Hostia prima.

Hostia secūda.

Hostia tertia.

Hostiae, interioros animae.

Gen. 12. 4.

Intellige esse intra te etiā aues coeli. Nec mireris, quod haec intra te esse dicimus. Intellige te & aliū mundum esse paruū, & esse intra te solem, esse lunam, etiam stellas. Hoc enim si ita non effet, nunquam dixisset dominus ad Abraham: Aspice ad caelum, & uide stellas, si dinumerari possint à multitudi- ne, sic erit semen tuum. Nec mireris (inquam) si dicitur ad Abraham, Quia sic erit semē tuū, sicut stellae coeli. De illis scilicet qui ex fide eius geniti, rationabiliter uiuāt, ac diuinas leges, & praecpta custodiāt. Audi amplius aliquid saluatorē ad discipulos dicentem: Vos estis lux mundi. Dubitas ne esse intra te solē, & lunam, ad quem dicitur, quia lux sis mundi? Vis adhuc amplius aliquid de teipso audire, ne forte parua de te, & humilia cogitas, tāquam uilem negligas uitam tuā? Habet hic mundus gubernatorem suum, habet qui eum regat, & habitet in ipso, omnipotētem Deum, sicut ipse per prophetā dicit: Nōne caelum, & terram ego impleo, dicit dominus? Audi ergo, ipse omnipotēs Deus quid etiā de te, hoc est, quid de hominibus dicat: Habitabo (inquit) in eis, & in ipsis ambulabo. Plus aliquid adhuc audi erga personam tuam: Et ero (inquit) eis in patrem, & ipsi erūt mihi in filios, & filias, dicit dominus. Habet hic mundus filium Dei, habet spiritū sanctum, secundū quod dicit propheta: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis uirtus eorum. Et iterū alibi: Spiritus enim domini repleuit orbē terrarum. Audi & tibi quid dicit Christus: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad cōsummationem saeculi. Et de spiritu sancto dicitur: Effundā de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt. Quum ergo uideas habere te omnia, quae mundus habet, dubitare nō debes, quod etiā animalia, quae offeruntur in hostijs, habeas intra te, & ex ipsis spiritaliter offerre debeas hostias. Et homilia 3. super Leuiticū: Omnis (inquit) penē hostia, quae offertur, habet aliquid formae, & imaginis Christi. In ipsum namque omnis hostia recapitulat, in tantū, ut postquā ipse oblatus est, omnes hostiae cessauerint, quae eū in typo, & umbra praecesserāt, de quibus (prout potuimus) in superioribus diximus, quomodo uitulus à pōtifice oblatus, siue in munere, siue pro peccato, formā eius haberet, ostendimus. Adipes uero qui offeruntur in munere operiētes interiora, & renibus cohaerentes, potest sancta illa eius aia intelligi, quae interiora quidem, id est, diuinitatis eius secreta uelabat. Renibus autē, hoc est, corporali materiae, quae ex nobis castē sumpta fuerat, cohaerebat, & media inter carnē, deūque posita, deificandā, sanctificandam sacrarum altaribus, & diuinis ignibus illustrandā, & conseruandā, secum ad caelos naturā carnis imponit. Renūculi autē ignibus traditi, quis dubitet, quod nullos in Christo fuisse indicēt genitaliū partium motus? Quod uero de sanguine hostiae septies ante dominū sacerdos respergere memorat, euidēter sancti spiritus uirtus septemplex gratiae sub mysterio designat. Quatuor cornua altaris, quae sanguine liniuntur, Christi passionē referri quatuor Euāgelij indicāt. Qui pēna iccoris offertur, in iccore ira iugulatur, in penna uelox, & cōcita uis furoris ostenditur. Reliquus autē sanguis, qui ad basim altaris effunditur, puto quod illius gratiae formam designet, quia in nouissimis diebus posteaque plenitudo gētium subintroierit, omnis qui reliquus fuerit Israël, ad ultimū, uelut ad basim altaris positus, effusionē Christi sanguinis etiā ipse suscipiet. De agnis uero, & hōedis, tur turibus, & columbis, sed & similia conspersa in oleo, aut in panibus azymis cocta, quantū res pati potuit, supra dictum est. Et homilia 24. super Numeros, hoc pacto scribit: Donec (inquit) sunt peccata, necesse est requiri & hostias pro peccatis. Nā pone (uerbi gratia) nō fuisse peccatū. Si nō fuisset peccatum, nō necesse fuerat filium Dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne positū iugulari, sed mansisset hoc quod in principio erat, Deus uerbū. Verum quoniam introijt peccatū in hunc mundū, peccati autē necessitas propitiationē requirit, & propitiatio nō fit, nisi per hostiā, necessarium fuit pro uideri hostiā pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuersae, & uariae qualitates fuerūt, diuersorum animantiū mandatur hostiae, procul dubio quae cōuenirent uarietatibus peccatorū. Sic ergo efficitur alius sanctorū, siue hominū uitulus, qui in illa festiuitate interueniat pro populi delictis, alius autem aries in alia festiuitate, quorū intercessione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificari potuerint homines à peccatis, & esse puriores, minuuntur & hostiae. Si enim pro peccatis sunt hostiae, & pro multitudine peccatorū multiplicatae sunt, sine dubio & pro exiguitate minuunt. Huius autem rei in praesentibus locis scripturae habemus indicia, id est, in ultima festiuitate Scenophegiae, quum per octo dies hostiae iubentur offerri. Et prima quidem die quasi adhuc in abundantia peccatorum quatuordecim uituli iubentur offerri. Secūda autē die imminutus utpote peccatis, minuuntur & hostiae, & tredecim uituli offerunt. Tertia die duodecim, & post haec undecim, & ita quasi deficiente per dies multitudine peccatorū, minuitur cōsequēter etiā numerus hostiarū. Intuere igitur, & uide quantis indigeat ista omnia hostijs, quātos requirāt uitulos, quātos arietes, quantos hircos. Sed & in his omnibus unus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatū, & ideo cessauerunt ceterae hostiae, quia talis haec fuit hostia, ut una sola sufficeret pro totius mundi salute. Ceteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat enim: Fili, remissa sunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuuit mundus, primò per diuersas hostias remissionē quærere peccatorū, donec ueniat ad hostiā perfectā, ad hostiā cōsummatā, agnū agniculū perfectū, qui tollit peccata totius mundi, per quae festiuitates

Homo, mundus paruus.

Gen. 15. b.

Matth. 5. b.

Hier. 23. d.

Leuit. 26. g.

2. Cor. 6. d.

Psal. 32. b.

Sap. 1. b.

Matth. 28. d.

10el. 2. g.

Hostia ois christi

sibi habet imaginem.

Adipes operiētes

interiora,

Christi significat

animam.

Interiora, diuinitatis

secreta.

Renes, corpora

sibi materiā christi

designant.

Renunculi, gentiliū

partium motus.

Aspersiones se-

ptem, uirtus septem-

plexis spiritus sancti.

Cornua quatuor

euāgelia.

Iecur, ira.

Penna iccoris,

cōcitatus furor.

Roman. 11. c.

Hostia pro peccato

requirebatur propter

peccatum.

Filius dei nō fuisse

occisus, nisi fuisset

peccatū.

Roman. 5. b.

Hostiae diuersae

cur mandabantur.

Hostiae minuebantur

sicut peccata.

Numeri 29.

Agnus unus,

mundi totius abstulit

peccatum.

Matth. 9. a.

Luc. 5. d.

H festiuitates

festiuitates agat spirituales, nō ad fatietatem carnis, sed ad profectum spiritus, sacrificijs spiritualibus purificatione mentis oblati. Decet enim Deo immolari uictimā cordis, & hostiā contribulati spiritus, nō carnis, & sanguinis iugulari, quia & si agnouimus Christū aliquādo secundum carnem, sed nunc iam nō nouimus, & ideo in spiritu diem festum agamus, & spiritalia sacrificia iugulemus. De animantibus, quæ offeruntur, & aibus, require sub proprijs nominibus.

De eisdem hostijs.

Cap. XXI.

Esa. 1. e.

Hieronymus.

Psal. 49. b.

Illic.

Esa. 1. e.

Psal. 23. a.

Ioan. 1. b.

Esa. 1. b.

Hebionitæ legē abolitam, putāt esse seruandam. Hostiæ, & uictimæ non principaliter à Deo quaesitæ.

Cyprianus.

Esa. 1. c.

Psal. 49. b.

Psal. 4. b.

Malach. 1. c.

Cyrillus.

Hier. 6. e.

Esa. 1. a.

Hier. 7. e.

DE hostijs quoque scriptum est Esaia cap. primo: Quo mihi multitudinem uictimarū uestrarū, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Quum ueniretis ante cōspectum meum &c. ubi diuus Hieronymus hoc scribit: Iuxta Hebraicū (inquit) nunquā se Deus hostias Iudaeorum uoluisse demonstrat, quod & in quadragesimo nono Psalmo legimus: Nō accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos &c. usque, potabo. Quumque ueteris legis ceremonias respuisset, trāsit ad Euāgelicā puritatem, & quid pro his cupiat, ostēdit: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Omnis ergo capituli huius cōtinentia usque ad eum locum, ubi ait: Iudicate pupillo &c. respuit sacrificia uictimarum, & Euāgelij obedientiam docet esse super sacrificium. Quodque inuoluit, Plenus sum, hoc sensu est accipiendum: Nulla re indigeo. Domini est terra, & plenitudo eius. Vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Potest hoc & de his accipi, qui, quū Dei praecepta non faciant, donis uarijs, atque muneribus Deum redimere posse se credunt, uel qui parta per rapinam, & auaritiā altari offerunt, & pauperibus. Quis enim quaesuit hæc de manibus uestris? Audiant Hebionæ, qui post passionem Christi abolitam legem, putant esse seruandam. Audiant Hebionitarum focij, qui Iudæis tantum, & de stirpe Israēlitici generis hæc custodienda decernūt. Hostiæ ergo, & immolatio uictimarum nō principaliter à Deo quaesita sunt, sed ne idolis offerrentur, & ut de carnalibus uictimis, quasi per typum, & imaginem ad spirituales hostias transiremus. Dicendo autem se hostias non quaesisse, ostendit, quia lex spiritualis sit, & omnia quæ Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri spiritualiter. Et Cyprianus libro aduersum Iudæos, cap. decimo sexto: Quod sacrificium uetus euacuaretur, & nouum celebraretur, apud Esaia: Quid mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta, & pinguamina agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum nolo. Quis enim exquisiuit ista de manibus uestris? Item in Psalmo quadragesimonono: Non edam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam. Sacrificia Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca me in die pressuræ, & eruam te, & clarificabis me. Item in Psalmo eodē: Sacrificium laudis clarificabit me, & illic uia est, in qua ostendam illi salutare Dei. Item in Psalmo quarto: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Deo. Itē apud Malachiā: Non est uoluntas mea circa uos, dicit dominus, & sacrificium acceptum nō habebō ex manibus uestris, quoniam à solis ortu, & usque in occasum, clarificatū est nōmē meum apud gentes, & in omni loco odores incensi offerent nomini meo, & sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum apud gentes, dicit dominus. Et Cyrillus libro quarto cōtra Iulianum: Sed dicit (nempe Iulianus): Si Græcorum sacrificia taxas, & criminis nō parui rem esse potis, necesse erit etiam nos Mosaicam legem accusare. Præcepit oues macrare, & similibus modis Deo offerre donorum oblationem. Agē igitur diligenter inquiramus, quis modus fuerit nos per legem erudire, & quoniam respiciēs Deus permisit priscis cruentis uti sacrificijs. Proinde dispensatio quædam erat, non tanquam rei necessariæ inuentio. (Amātis enim cruenta sacrificia esset, accedere quidam alacriter ad eos qui perficere, & offerre illa uolūt, pulcherrimamque sentētia colere, ad hæc & uigiter desiderare, ut fiant, imò necessariō petere honorem, qui sibi ab omnibus debetur, & pro damno habere, si is negligatur ab ignauis) maxime si declaret non esse ad utilitatem necessariā, imò, & displicere sibi eos, qui sic sibi cum macula seruiunt, imò & obiurgare eos, & remorari eos eo tempore, quo offerre oportebat, tanquā frustra laborantes, & ad nullam utilitatem his uacantes, adhortari ad meliora. Ad quid enim mihi (inquit) thus ex Saba affertis, & cinamomum ex terra longinqua? Holocausta uestra, nō sunt mihi accepta, & sacrificia uestra insuauia. Et iterum ad hæc: Quis quaesuit hæc de manibus uestris? Calcare atrium meum non adijciētis. Si attuleritis simlam, frustra, thymiama abominatio mihi est. Dicit autem & per alium prophetam: Holocaustomata uestra, cum sacrificijs uestris colligite, & comedite carnem, quia non sum locutus cum patribus uestris de holocaustomatis, & sacrificijs, in die qua eduxi eos è terra Aegypti. Neque enim sanguine Deus habebat opus, neque tam crassum, & carnalem requirebat cultum, sed tenuem, ac spirituale, nempe in spiritu, qui per ipsam uirtutem perficitur, egregiā, & minime prophanā uitā, bonorumque operum gloria conspicuam, & ad hoc contemplatione ornatā, dogmatisque ad rectā, & uerā uitā exquisitis, per mentis fragrantiam, & uerē boni ueram, & irreprehensibilem scientiam. Quoniam autem quodammodo impossibile erat, nuper, & uix abductū Israēlem à foedis, & irreligious moribus, & abomina-

natione Aegyptiorum, quum adhuc infirmā, & imbecillem haberet mentem, & non constāter incedere posset, ad hoc ut possit (inquam) tam sublime eximiae uitæ iter incedere, & ad recta pertingere facinora. Manifestum autem, quod legem illis instituit per Mosē, quasi spiritualium puerorū alumnum, & ita ab idololatria abduci praecepit. permittitque tunc subditis cultū, iuxta priscorum consuetudinem, offerreque sibi gratiarum actiones, & sacrificia, sapienter, ac solerter instituta, ut quasi in figuris, & umbris prae monstrarent ueritatem. Formam enim ueritatis lex habet, describiturque per eam Christi sacramentum. Semper autem quodammodo scientiarum initia perfectam doctrinā non assequuntur, uerum proficiunt paulatim, ad hoc ut recte habeant, & paruū paruū adijciunt, ac apponunt, & quasi gradibus, incrementis quibusdam ad meliora proficiunt ad motu mentis magis adultæ. Vnde etiam (ut dixi) tempore opportuno, ubi Christus nostri omniū saluator insulsi, abolitæ quidem sunt figuræ, cessauit autem quæ quasi in litera umbræ infirmitas, per quam ille ueteribus scribebat. Itaque reseruit cruentas hostias, quasi exercitationis opera ueteribus dispensatiue concessa, & modum puerilis institutionis adimplentia. Dixit enim Christus: Spiritus est Deus, & adorantes illum, in spiritu, & ueritate oportet adorare. Quod autem & initio cultus secundum legem non fuerit reprehensione liber, manifestat per ipsum sapientissimum Mosē, qui legis mediator fuit, dicens: Si autem exterminauerit dominus Deus gentes, ad quas tu ingredieris illuc, ut hæreditate accipias terram illorum, attende tibi ipsi, ne inquiras, ut sequaris illos. Postquam exterminati fuerint ipsi à facie tua, ne requiras Deos illorum, dicens: Quomodo faciunt gentes istæ Deos suos, faciā & ego. Non facias sic domino Deo tuo. Abominationes enim, quas dominus odio habuit, fecerunt dijs suis, & filios suos exusserunt igni dijs suis. Prohibet igitur cruentas hostias, quas faciebant dijs suis, qui nesciebant illum.

De eisdem hostijs.

Cap. XXII.

ET libro nono cōtra eūdem Iulianum, idem Cyrillus hoc pacto scribit: Ceterum (inquit) uide- licet etiam in his diuinæ dispensationis sapientiam, in miro honore fuisse. Permittens enim sacrificare, eo quod in Aegypto id facere consueuerant, & quodammodo ad immaculatam uitam paulatim reducens, sacrificiorum figurabat ritus, non sicut illi assueuerant, sed adumbratos magno artificio, & sapienter, ita ut & in se specialem cultum parturirent, ut exempli gratia dicam: Occisus est agnus in Aegypto ad festiuitatem Paschæ transeuntibus Israēlitis. Immolatus est autem nō simpliciter, sed sapienter, ut dixi. Nam assumebatur decima primī mensis, occidebatur autem decima, & quarta ad uesperam sub lucerna. Et hic erat conuiuiarum habitus lege decretus. Sic enim (dicit) comedetis illum. Sint lumbi uestri accincti, & calciamenta in pedibus uestris, & baculi in manibus, & comedetis illum festinanter. Pascha est domini. Et in singulis sacrificijs modus quidam est, nō sine arte dispositus, sed arcanum quiddam in se quod describitur habens. Et prolixus esset de his sermo, si qui uelint singula, ut habēt, dicere. Ad illud autem nūc eundem (opinor enim opere precium ut recte edoceatur) quod legalis cultus quantum ad literas, & figuras attinet, ex uoluntate Dei nō fuerit. Vbique enim per uocem prophetarū talia manifeste dicere auditur: Quis enim quaesuit hæc de manibus uestris? Calcare atrium meum ne adijciatis. Si attuleritis simlam, uanum. Thymiama, abominatio mihi est. Nouilunia uestra, & sabbata uestra, odit anima mea, & diem magnum non fero. Ieiunium, & ocium, & ferias uestras odit anima mea. Et iterum: Holocausta uestra non sunt accepta, & sacrificia uestra non oblectarunt me. Et per diuinum Dauid: Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos. Num manducabo carnem taurorum, uel sanguinem hircorū potabo? Sacrifica Deo sacrificium laudis. Et iterum: Misericordiam uolo, & non sacrificium, & agnitionem Dei magis quam holocaustomata. Præterea & ipse filius introductus est, dicens per uocem Dauid: Sacrificium, & oblationem noluisti, holocaustomata & pro peccato non comprobasti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce uenio, ut faciam Deum uoluntatem tuā. Diceret autem fortassis aduersarius, oportere eum, qui secundum naturam Deus est, meliora prospicere, quam quæ sero consilio emendentur, & initio eligere quod optimum, & neque permittere, ut uel in mentem ueniāt sacrificia, quæ nunc repudiāt. Ad hæc responderim uir strenue: Constituit quidem (ut dixi) quæ per sapientissimum Moysen tradita sunt in umbris, & figuris, ut essent congrua doctrina discipulorum mentibus, non ut semper crassis illis inhærent, & spirituali, ac mentali cultu exciderent: sed in umbris, accepta ueriorum prae monstratione, scirent bene prouehi ad meliora, & pulcherrimè, ac scienter in uitam ueræ uitæ transirent. Etenim sicut ij, qui ærariam artem bene norunt, & miram in ea gloriam assecuti sunt, liquefacta cæra utiliter prae monstrant futurorum figuram, non ut ars ulterius non progrediatur, sed ut in illis (sicut dixi) eorum, quæ nondum facta sunt, præluceat pulchritudo. Vbi igitur ille artifex opus suum perfecerit, si figuram è medio tollat, non ultra cōdemnabitur. Eodem sane modo, & ratione, postquā illuxit Christus, qui est ueritas, & ipsius

Scientiarū initia, perfectā nō assequuntur sciētiam.

Ioan. 4. c.

Deuter. 12. d.

Sacrificia, cur Deus permiserit.

Agnus sapiēter immolatus.

Exo. 12. a.

Illic b. Sacrificia singula modum habent, non citra artem.

Esa. 1. a. secundum lxx.

Hier. 6. e.

Psal. 49. b.

Osee 6. c.

Psal. 39. b.

Figuras, & umbras cur Deus prae miserit, & postea è medio tulerit.

H ij cultus

Prouer. 3. b.
Psal. 4. b.
Psal. 26. c.

Hier. 14. b.

Esa. 66. a.

Iob 36. a.
Eccī 34. c.
Illic.

Rom. 12. a.

Deus incorporeus ubiq; est.

Malach. 1. d.
Soph. 2. c.

Deuter. 26. a.

Lex non soluta, sed impleta.

cultus introductus est, figurarum imbecillitatem merito despiciamus. Imagines enim erant spiritualium. Et infra: Quoniam igitur incorporeus Deus nullo profus externo indiget, & accessus cum sanguine à magistris Iuliani reprehenditur, quare nunc accusantur, qui sacrificare consueverunt. Scriptum est enim: Honora dominum de tuis iustis laboribus, & da illi decimas de tuis fructibus iustitiæ. Dixit autem & diuinus Dauid: Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino. Et iterum: Circuiui, & sacrificauit in tabernaculo eius sacrificium iubilationis. Quod autem illis, in quibus non est bonorum operum splendor, omnino inutilis sit cruentorum sacrificiorum uirtus, ipse tibi fidem faciet legislator, dicens per Hieremiam prophetam, quum offendisset Israël: Et tu ne oraueris pro populo hoc in bonum. Quod si ieiunauerint, non exaudiam deprecationem eorum, & si obtulerint holocaustomata, & sacrificia, non approbabo ea. Et iterum: Super quem respiciam, quam super mansuetum, & quietum, & timentem sermones meos: Qui autem iniquus est, sacrificas mihi uitulum, sicut qui occidit canē. Qui autē offert simiā, sicut qui offert sanguinē potui nū. Præterea & patiēssimus Iob: Dñs enim (inquit) nō abiciet innocētem, omne autē donū impij nō recipiet. Dixit & alibi alius sapiens: Sacrificiū ab iniusto, oblatio maculata. Et iterum: Nō comprobat altissimus oblationes impiorum. Etenim uitæ honestas, & optimorum quorumuis studiū, & ad meliora propensio, quū conatu recedendi à malis, est sanctissimo Deo sacrificium quoddam fragrantissimum. Præterea nos adhortatur sapientissimus Paulus, dicens: Itaq; obsecro uos, exhibete corpora uestra sacrificium uiuum, sanctum, beneplacitum Deo, rationalem cultum uestrum. Igitur non quia cessauit sacrificare domus Israël, etiam nos à sacrificio destitimus, sed & si ipsi sacrificarent, & uellent implere ea, quæ in priscais umbris sunt præcepta, nos lata uia euntes, ad id quod rectum, ueniremus, nempe spiritualementem, & mentalem cultum perficientes. Quoniam autem dicit non habere Israëlitas sacerdotes iuxta legem, & ideo non licere eis hoc facere, quum à Hierosolymis arceantur, discat à nobis etiam in istoc ipso factam dispensationem. Nam quare (diceret quis) sibi fieri præcepit sacrificia, non potius in omni terra, quam ubi sunt ijs, qui legi subiecti, sed tanquā magnum aliquod, & necessarium in solis Hierosolymis hoc debere fieri? Nunquid quod solum in ista, & sola sit Deus super omnia, uel uoluerit ubique coli? Verum dixisse primū deliramento plenum esse, nemo dubitabit. Incircumscriptus enim Deus est, & incorporeus, non in loco, dilatur autē ubique, & omnia illo plena sunt. At alterum si quis dixerit, quod non in omni loco coli uelit, non obscuram reprehensionem instantibus negocijs exhibet. Nam adoratur à nobis ubique, & sicut dixit propheta: Magnum nomen eius in gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini eius, & hostia pura. Scriptum autem est & de nobis: Quod adorabunt dominum unusquisque de loco suo. Quod igitur in omni loco glorificatur Deus, & hoc nō reijcit, sed negligentia potius nō impunitam relinquit, cur non & hoc is qui ex sanguine Israël uidet licere, quod si quidem uellem, ubique Deo lege constituta, sacrificarent? Vnde & prudentissimè legislator, & futura præuidens, præcepit in solis Hierosolymis sacrificandum, ut quodammodo necessitate Iudæi coacti, à priscais moribus recedentes, ad meliora contenderent. Amissuri enim patriam erant dominica caedis rei, & uersaturi in gentium regionibus. Verū tamen erat incredibile, etiam fortasse ijs, qui ex gentibus conuersi à malo, quod in omni loco sacrificaturi essent. Nam si hi quidem, qui per fidem uocantur ab antiquis moribus cessaturi essent, alij uerò gratissimas Deo cruentas oblationes, læssissent non mediocriter nuper ad ueritatem congregatos, & Euangelicis doctrinis ad spiritualementem, & non carnalem cultum institutos. Itaq; rebus ad ueritatem transeuntibus, & in melius mutari incipientibus, quam sub figuris & ænigmatibus habebāt, non solutam legem esse dicimus, sed impletam potius tempore, quo nobis refulsit ueritas, id est, Christus. Cæterū si, quod à figuris recessimus, & claromētis oculo ueritatis lucem conspicientes, uitam à Iudæis non exercitatum agere uolumus, spiritualementem cultum obseruando, causam nostram uituperat, perstringat & alias scientias, & eos qui illis operam dant, ubi elementarij esse cessarint, & doctrinarum initia non ultra curauerint, & tamen antea maximi faciebant. Animaduertat autem quis & in illiberalibus artibus fieri incrementum, easq; illustrari, & nemo est, qui id reprehendat. Figurabant aliter primi tabulis picturas, artificiosius, quam primi statuarū figuras posteri formabant, & olim artificibus istis tanta industria deerat, quæ tamen concessa est posteris. Quid autem dicerem textoriam, marmorariam, fabrorum inuenta? Nōne quis uidet meliores, quam olim fuerint? Itaque si affirmat à nobis legem sapientissimam Mose in deterius deductam, arguat eos, qui præuaricati sunt, & diuina mandata tenere noluerūt, & quæ omnium maxime eximia uilipenderunt. At si crassitudinē, quæ in umbra legis, extenuantes, ipsam ad ueritatis transformamus pulchritudinē, & quod obscure in ænigmatibus olim traditum, nunc multo manifestiorem habet contemplationem, audiat à nobis aduersarius, ne sit contumacitiosus. Graue enim est, ne sit obiurgator. Nam hoc exasperat. Sermo enim eius contra nos, non usq; huc progreditur.

De eadem

Scribit quoq; diuinus Dauid: Circuiui, & immolauit in tabernaculo eius hostiam iubilationis. **S**ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Immolamus (inquit) hostiam iubilationis, hostiam lætitiæ, hostiam gratulationis, hostiam gratiarum actionis, quæ uerbis explicari non potest. Quid ergo immolamus? Abundatissimum, & inenarrabile gaudium, nullis uerbis, uoce ineffabili. In tabernaculo eius, id est, in sancta Ecclesia. Vnde quæ sita, unde inuenta est? Circumeundo. Circumueerat animus tuus per uniuersam creaturā. Vndiq; tibi clamabat creatura, Deus me fecit. Quicquid te delectauerit in arte, artificem commendat, magisq; si circumeas uniuersa, consyderatio concipit artificis laudem. Vides cælos, magna opera Dei sunt. Vides terrā, Deus fecit semina innumera, diuersitates germinum, multitudinem animalium. Vndiq; tibi omnia resonant conditorem, & ipsæ species creaturarum, uoces sunt quædam creatorem laudantium. Est & alius sensus, qui mihi uideatur ad contextionem psalmi magis pertinere. Circuiui (inquit) id est, consyderauit fidem orbis terrarum, in qua exaltatum est caput meum, super eos, qui me persequerantur. Et immolauit & c. id est, in ecclesia toto orbe diffusa, ineffabiliter laudauit dominum. Et Cassiodorus: Circuiibo (inquit) & immolabo in tabernaculo eius hostiā iubilationis: Decursis (inquit) beneficijs, quæ & de futuro, & in præsentem se cognouerat accepisse, nūc gaudium suum mirabili narratione describit. Circuiibo (dicit) hoc est, animo perscrutabor qua potentia cælos fecerit, stellas fundauerit, maria determinaerit, terram stabiliuerit, totumq; mundum uaria uirtutum laude compleuerit. Et quum hæc omnia animo circūierit, immolare se dicit in tabernaculo eius hostiam iubilationis, id est, in Ecclesia eius offerre sacrificium laudis. Iubilationem quippe dicimus, eo quod nos iuuat laudare, quando delectates cum summa iocunditate gratias referre contendimus. Et alio in loco psalmista ait: Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiā laudis, uel sacrificiū laudis (ut diuus ait Augustinus): Neq; (inquit) inuenio ulla merita mea, quādo tu dirupisti uincula mea, ideo sacrificiū laudis tibi debeo, quia si gloriabor, quod seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, non in me, sed in te domino meo gloriabor, qui dirupisti uincula mea, ut à fuga rediens, religarer tibi. Et Cassiodorus: Dirupisti uincula mea & c. Quia dirupta fuerant uincula peccatorum, sacrificare se dicit hostiam laudis. Quod sacrificium nimis domino uidetur acceptum. Ipse enim in Euangelio docet: Decem saluati sunt, non est inuentus qui daret gloriam Deo, nisi hic Samaritanus. Non enim iste de illis fuit, qui beneficiū domini ingrata taciturnitate prefferunt, sed iste accepti boni gratiarum actionem se restituere cōpromittit. Et in Esaia scriptum est: Et cognoscent Aegyptij dominum in die illa, & colent eum in hostijs, & muneribus & c. Respondeant (inquit Hieronymus) Iudæi. Lege præceptum est, ut altare non fiat, nisi in loco uno, quem elegerit dominus Deus, & hostiæ tantum à sacerdotibus Leuitici generis immolentur. Ecce Esaia aperte docet, quod Aegyptij cognoscant dominum, & colant eum, & hostias, & munera offerant, & uota uoueant, atq; persoluant. Si Aegyptij sacerdotium habent, impletur & in illis Pauli testimoniū, dicētis: Translato sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. Hostia quoq; in malū accipitur, iuxta illud propheta: Silete à facie domini Dei, quia iuxta est dies domini, quia præparauit dominus hostiam, & sanctificauit uocatos suos. Diem (inquit Hieronymus) domini, diem intelligamus captiuitatis, & ultionis in populū peccatorem, & hostiam subuersionis Hierusalem, & sanctificationem eorum, quos dedicauit interfectioni, secundum illud quod dicitur in Hieremia: Sanctifica eos in die interfectionis eorū. Et est sensus: Venit contra impium populū olim prædicta captiuitas, iam propè est. Sub Iosia enim rege prophetia textitur, hoc interfecto, uasitas uenit. Hæc mihi uictima placet, has mihi hostias sanctificauit. Porro secundum tropologiam, quia facies domini est super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, & propè est dies iudicij, quia ad comparationem æternitatis omne huius sæculi tempus breue est, siue exitus singulorum, timeant omnes, & sileant, ne facies domini, de qua sanctus ait: Signatū est super nos lumen uultus tui domine, peccatorum foenum, stipulā, ligna consumat. Præparauit enim dominus hostiā suā, totum Leuitici mysteriū, quando per ignē, & effusionem sanguinis, & ueram oblationē, salui fiēt, qui saluandi sunt, & sanctificabuntur uocati. Quidā de nostris diem domini, & hostiam eius, & sanctificationem uocatorum, in aduentu saluatoris intelligunt, quando immolatus est agnus, & sanguine eius sanctificati sunt Apostoli, & cæteri, qui per eos uocati sunt. Et erit (inquit propheta) in die hostiæ domini, uisitabo super principes, & super filios regis & c. id est, in die Iudaicæ captiuitatis, quando totus populus immolandus est, uisitabit dominus & super principes, qui manē bibebāt sicerā, super filios regis, uel omnes de stirpe regia, uel certè propriè filios Iosia, quos uel occisos, uel captos legimus, & super omnes qui indui sunt ueste peregrina, hoc est, qui pro Dei cultu uenerati sunt idola. Et super omnes, qui arroganter ingrediuntur super limē in die illa, hoc est, aduersum superbos, qui cū quodā fastu, & dignitatis supercilio, gradus tēplī, & sanctuarij limē ascendūt. Sed quia semel, & tropologicè exponere cœpimus, uisitabit dominus in aduētū, & passione

H iij & passione

& passione saluatoris, id est, in die hostiae filij sui super pontifices, & sacerdotes populi Iudaici, & super domum regiam. Vsq; ad illud enim tempus perseverauerunt reges Iudae de stirpe David secundum prophetiam Iacob: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse est expectatio gentium. Post hostiam enim domini ablatum est regnum ad Iudaeis. Et super omnes (inquit) qui induti sunt uestimentis alienis, qui recesserunt a protectione, & indumento Dei, & suo errore cooperiti sunt, & ulciscar super omnes manifeste, qui sunt in uestibus (secundum Ixx.) hoc est, qui egressi sunt de templo Dei, & quibus debent esse intrinsecus, propter peccata sua egressi sunt foras, & de Ecclesia Dei recesserunt, adimplentes templum eius impietate, & dolo. Hoc intellectum sit in primo saluatoris aduentu. Quia autem de consummatione mundi, & die iudicij, quem omnes in die interpretantur domini, semel exposuimus, scire debemus, quod illo tempore uisitet dominus super principes, & super pastores, qui lac de ouibus comedunt, lanasq; tondentes, non curant de contritione gregis, & super filios regis, qui se iactant Christianos, & quod regis Christi sint filij gloriatur, super omnes, qui induti sunt uestibus alienis. Vestis filiorum regis, & principum indumentum, Christus est, quod accipimus in baptismo, iuxta illud: Induite uos Christum Iesum. Et induite uos uiscera misericordiae, bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiae &c. In quibus praecipitur, ut induamur nouo homine caelesti, iuxta creatorem nostrum, & proiciamus indumentum ueteris hominis cum operibus eius. Quum ergo debeamus talibus indui uestimentis, pro misericordia induimur crudelitate: pro patientia, impatientia; pro iustitia, iniquitate. Et ut semel dicam, pro uirtutibus, uitij, id est, pro Christo, Antichristo. Vnde dicitur de istiusmodi homine: Et indutus est maledictione, sicut uestimento. Vindicabit quoq; dominus manifestissime in aduentu suo, etiam super eos, qui cum bonis operibus in Ecclesia esse deberent, eiecerunt se ob conuersationem pessimam, & traditi saethanae uersant in uestibulis, imo nec in uestibus, sed ante uestibula, quod significantius Graece dicitur ἐπι τὰ πύλαια. Et super omnes uindicabit, qui uarijs iniquitatibus, atq; peccatis implent Ecclesiam, & impietatibus, atq; mendacio, & miscent sanguinem sanguini. Quod si uoluerimus hoc ipsum accipere super animabus singulorum, principes, & domum regis, intelligamus λογισμοῦ, ἢ αἰδίου, id est, cogitationes, & sensus, & ipsam animam, quae debet esse hospitium regis, & iuxta superiorem expositionem, indumenta quoq; aliena, & omnia quae se induuntur, referamus ad unumquodque credentium, qui, quum debuerat indui esse Christo, & semper uersari intrinsecus, uarijs se peccatorum operuerit uestimentis, & egressi de ecclesia, id est, congregatione sanctorum, pro uirtutibus impleuerunt templum corporis sui iniquitate, & dolo. Et in Iona scriptum est: Et timuerunt uiri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & uouerunt uota. Quae uerba enarrans diuus Hieronymus, hoc modo scribit: Ante domini passionem timetes, clamauerunt ad Deos suos, post passionem eius, dominum timent, id est, uenerantur, & colunt, & non timent simpliciter, ut in principio legimus: sed timore magno, iuxta illud quod dicitur, Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente tua. Et immolauerunt hostias, quas certe iuxta literam in medijs fluctibus non habebant, sed quia sacrificium Deo spiritus contribulatus est. Et in alio loco dicitur: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et rursum: Reddemus tibi uitulos labiorum nostrorum, idcirco in mari immolat hostias, & alias sponte promittunt, uota facientes, se nunquam ab eo, quem colere coeperant, recessuros. Et in Amos scriptum est: Nunquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Vbi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Ex hoc loco discimus omnes hostias, & sacrificia, quae in deserto obtulit Israel non Deo obtulisse, sed Moloch regi suo, cuius portauerunt tabernacula, & imaginem idolorum suorum, statuarumq; uenerati sunt. Et quae sit ipsa imago, uel idolum, sequenti sermone demonstrat: Sydus Dei uestri &c. Quae uerba quomodo hostias, & sacrificium non Deo obtulerint in deserto, sed regi suo, quem luciferum nuncupant. Ex eo tempore quo aurum in caput uituli transformauerunt, dicentes: Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, omnia quae fecerunt, non Deo, sed idolis fecisse monstrantur. Et quod postea quaedam domino eos legimus obtulisse, non uoluntate, sed poenarum fecerunt metu, & eorum interfectione, qui propter idola corruerunt. Dominus autem non ea, quae offeruntur, sed uoluntatem respicit offerentium.

De eadem hostia.

Cap. XXIII.

Scribit autem & diuus Paulus in epistola ad Romanos: Obsecro itaq; uos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Quae uerba diuus Gregorius homilia 22. super Ezechielē, in huc exponit modum: Hostia quippe occiditur, ut offeratur, sed hostia uiuens, est corpus domino afflictum. Quod & hostia dicitur, & uiuens, quia uiuit in uirtutibus, & est a uitij occisum. Hostia uidelicet, quia iam huius mundo est a prauis actibus mortuum: uiuens autem, quia cuncta, quae praeualent, bona operatur. Et homilia 16. in Euangelia, hoc modo scribit: Fratres, charissimi, sicut offerre in lege iubemini decimas rerum, ita ei offerre contendite & decimas dierum. Vnusquisq; in quantum uirtus suppetit, carnem maceret,

maceret, eiusq; desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, ut iuxta Pauli uocem, hostia uiua fiat. Hostia quippe & immolatur, & uiua est, quando ab hac uita homo non deficit, & tamen se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos lata traxit ad culpam, afflictio reducat ad ueniam. Origenes autem libro nono, in epistolam ad Romanos antedicta Apostoli uerba perpulchre declarat, hoc modo scribens: Quoniam (inquit) ostendimus a sacrificijs carnalibus recedendum, secundum quod & propheta dicit, Hostiam, & oblationes noluit, nec placita sunt tibi, nunc ait: Doceo uos quibus hostijs delectetur Deus. Et hoc doceo, non quasi imperans (nihil enim proficit legis imperium) sed quasi officium susceperim reconciliandi uos Deo: Obsecro uos fratres, & obsecro, non per potentiam, sed per misericordiam Dei. Quia enim (sicut supra ostendi) omnes conclusi sunt sub peccato, nunc iam non in meritis, sed in misericordia Dei salus humana consistit. Quid autem est quod uos obsecro? Ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Obsequium hic cultum dicit. Qui cultus, quoniam dudum in pecudum mutatum corporibus consistebat, nunc (inquit) in corpore rationalis hominis offeratur, & corpora magis uestra, quam pecudum fiant, sacrificium Deo, & in sacris altaribus collocentur. Hi enim, qui membra sua mortificant, ab incentiuo libidinis, & furoris, & actus corporis sui Deo placitos habent, hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quae in Leuitico lata est, secundum spiritalem intelligentiam complent. Verbi causa: Ut tibi offerebant uitulum primo in loco, uel secundo arietem, aut tertio hircum, aut quarto turtures, uel etiam pullos columbarum, ut in his uniuscuiusq; anima purificaretur, pro qualitate gestorum, haec nunc in suo corpore unusquisq; purificans, & spiritali sensu discernens, rationabili obsequio uiuentem hostiam obtulit Deo. De quibus singulis, quum in libro Leuitici aliqua diceremus, pro uiribus explanare tentauimus, quomodo uniuscuiusq; rationabili obsequio cultus Dei, si superbiam corporis sui uincat, immolet uitulum: si iracundiam superet, arietem iugulet: si libidinem uincat, in holocaustum offerat hircum: si uagos, & lubricos cogitationum resecat uolatus, columbas, & turtures immolauerit. Sed haec (ut dixi) si quis scire dignum putat, ibi latius differta reperiet. Nunc autem Paulus obsecrat credentes in Christo, ut corpora sua exhibeant hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Viuentem dicit hostiam, quae uitam, hoc est, Christum in se gerit, & dicit: Mortem Iesu in corpore nostro circumferimus, ut & uita Iesu Christi in corpore nostro manifestetur. Sanctam dicit, in qua spiritus sanctus habitat, secundum quod in alio loco dicit: Aut nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Placentem Deo ait, utpote a peccatis, & uitij separata. Haec autem omnia rationabilis cultus est Dei. Potest enim pro tali cultu reddi ratio, & ostendi, quia dignum est. Deo tales hostias immolare, arietes autem, & hircos, & uitulos, immortali, & incorporeo Deo offerri, nulla ratio recta, & honesta suscipiet. Haec ergo ita fieri, & ita colere Deum, eos qui Christo crediderunt, non solum docet Apostolus, sed obsecrat per misericordiam Dei, ut ostendat per hoc humano generi (quoniam procliuē est ad delictum) huiusmodi hostias Dei miseratione prouisas, quibus, si unquam lapsus acciderit, per rationabile obsequium, & hostias, eo modo (quo supra diximus) immolatas reparari possit anima, ac restitui ad salutem. Quod autem multae sint misericordiae Dei, designat Paulus in secunda ad Corinthios, dicens: Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum. Audi Deum sicut Christi pater est, & iustitiae pater est (quae omnia Christus est) ita esse misericordiarum patrem. Ergo Christus sicut & caetera omnia, & misericordia est. Ipse est misericordiae multae, non unius, hoc est, sicut thesauri sapientiae, & scientiae in ipso sunt, sed sunt absconditi, ita & misericordiae thesaurus in ipso est, sed est absconditus, ne forte si ad subitum, & ante tempus proferatur, faciat me, & si quis mihi similis in desidia esse uoluerit, negligentem. Videtur ergo praecipue hostia uiuens, & sancta, & Deo placens corpus esse incotaminatum. Verum, quoniam uidemus nonnullos sanctorum, aliquos etiam Apostolorum coniugia habuisse, non usquequaque possumus de sola uirginitate sentire, quamuis in huiusmodi hostijs habere prius ordinem possit, sicut in lege alia erat hostia sacerdotis, alia principis, alia synagogae, & alia unius animae. Et quamuis in Ecclesia prima post Apostolos hostia martyr, secunda uirginum uideatur, tertia continentium, puto tamen, quod neq; illi, qui in coniugijs positi sunt, & ex consensu ad tempus uacant orationi, uelut Nazaraeorum uota soluentes, si in caeteris sancte agant, & iuste, negandi sunt corpora sua exhibere posse hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Nec rursum corpora uirginum, uel continentium, si aut superbiae macula, aut auaritia sordibus, aut lingua maledicax, uel mendacij immundicia polluantur, hostiam sanctam, & Deo placentem putanda sunt ex sola uirginitate corporis obtulisse. Quia in lege hostia, quum offerretur, inspiciebatur a sacerdote diligentius, non solum si ex mundis esset animalibus, sed ne aut in oculo haberet uitium, aut in auribus, aut in pedibus, ne claudum, ne luscum, ne euulsam diuino admoueretur altari. Sic ergo per omnia membra discutitur, & pertractatur hostia uiuens, sancta, Deo placens, quae rationabiliter offerenda est. Et Ambrosius in commetarijs: Obsecro itaq; uos &c. Per misericordiam (inquit) Dei illos hortatur, per

Gen. 49. b.

Galat. 3. d. Colof. 3. b. Ephes. 4. f.

Psal. 109. c.

Iona 1. c. Hieronymus.

Deuter. 6. d. Marci 12. c. Psal. 50. d. Psal. 49. d. Osee 14. b.

Amos 5. d. Hieronymus.

Exo. 32. b.

Romani. 12. d.

Gregorius.

Rom. 12. d.

Origenes.

Psal. 39. b.

Rom. 12. d.

Obsequium, cultus.

2. Cor. 4. d.

1. Cor. 3. d.

2. Cor. 1. d.

Col. 2. d.

Deuter. 15. d.

Ambrosius.

tur, per quam saluatur humanum genus. Post tractatū enim legis, & fidei, populi natura Iudæi, & gentilis, ad bonam uitam agendam hortatur. Per hanc enim spes fidei obtinetur. Commonitio est ergo hæc, ut memores sint, quia misericordiam acceperunt, & uigilent circa obsequium eius, a quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt, scientes hanc esse hostiam uiuam, sanctam, & Deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata seruemus, dissimiles à secularibus, qui uoluptatibus student. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra. Nam corpora subiecta peccatis, non uiua habentur, sed mortua. Sub desperatione enim promissæ uitæ sunt. Ad hoc enim peccatis dono Dei abluimur, ut de cætero mundam uitam agentes, Dei amorem in nos prouocemus, non irritum facientes opus gratiæ eius. Nam apud ueteres ideo oblata occidebatur hostia, ut homines peccati causa morti subiectos significaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines, & à morte secunda liberati, uiuam hostiã debent offerre, ut signum sit uitæ æternæ. Non enim sicut tunc corpora pro corporibus immolantur, nunc uero non corpora, sed uitia corporis perimenda sunt. Vt autem obsequij nostri profectum habere possimus, seruata iustitia, pudorem custodiamus. Nihil enim proficit pudor, nec rationabilis potest uideri, neglecta iustitia. Hoc erit conformè fieri spiritalium, renouatum in spiritu, ac fide, hoc scire, quod placet Deo, nec aliud bonum, & perfectum esse. Et Theophylactus in commentarijs: Obsecro itaq; uos fratres &c. Postquam satis est sermone dogmatico immoratus, ad morale procedit. Vbi uero ineffabilem Dei erga nos dispensationem ostendit, & bonitatem, hortatur, & orat per Dei misericordiam. Proinde hanc mediaticam proponit, ut huius saltem pudore ducti, nil ipsi agamus quod sit ea indignum. Verum quid ille orat? Nempe ut præparemus corpora nostra, id est, ut illa ad prælium exponamus. Dicit enim sic uulgò solet: Parauit militiæ princeps ad bellū acies, & instruit. Vel quia debemus ipsi Deo membra hæc nostra tanquam imperatori proferre probiora, & fortia. Istiusmodi enim sunt, qui principibus astant, quin etiam eadem illa in hostiam uiuam sunt offerenda, ut hisdem castigatis tandem & ferè confectis, secundum spiritum uitam ducamus. Enim uero non est Iudæorum immolatio deo accepta. Quis enim hanc (inquit) à manibus uestris requisit? Fidelium uero sacrificium, & rationale seruitus, magnum in modum à Deo repositur. Inquit enim: Immola Deo sacrificiū laudis. Et illud: Sacrificium laudis, honorificabit me. Rationalis autem seruitus non solū quæ ratione, & iure optimo Deo impenditur, dici potest, sed etiam quæ secundum Christum ducitur uita, quæ nullum in nobis, quod absurdus sit, uitium dominatur, sed nostra omnia & ratio ipsa moderatur, & æquitas. Et quemadmodum pontifex aliquis maximus sui iuris efficitur, quum internam maculat nequitiam, & siue uerba hic faciat, siue quid agat, deo uidetur assistere: Sic tibi trepidandum assidue, nec secus, ac solet pontifex ille, quum rem agit diuinā, & sacris astat altaribus. Et diuus Hieronymus in commentarijs: Obsecro itaq; uos fratres. Quia de sensu domini dixerat, modo dicit quales se exhibere debeant, ut sensum domini habere mereantur. Hucusq; de dogmatibus dicit, hic iam moralia docet. Per misericordiam Dei: Qua magis nihil est, per quam liberati sumus. Vt exhibeatis corpora uestra: Quanto magis animam, non animalium, sicut in lege, quæ tamen licet in figura fuerint, immaculata offerebantur, & uiua. Hostiam uiuentem, sanctam, hoc est, castam, & alienam ab omni morte peccati. Deo placet: Domino, non hominibus tantū placete, siue talis explecet hostia. Rationabile obsequium uestrum: Omne opus bonum tunc placet Deo, si rationabiliter fiat. Nam mercede priuatur, ut puta si quis hominum causa ieiunat, bonum obsequium insipienter facit, ita & de omnibus adiacentibus sentiendum est. Et Chrysostomus homilia quarta, in Psalmum ceterisimum quinquagesimū: Sicut Iudæi iubebantur omni organi sono laudare dominum, sic nos omni corpore laudare properemus, oculis, lingua, auribus, manibus hoc debemus efficere. Et sic homo cithara, corde, mēbro, & sonos canticorū cōscientiæ imitetur affectu, & animus magister attēdat, & pulset pectora, & sonus reddetur ad cælum. Ideo & Paulus dicebat: Præstate corpora uestra sacrificium uiuum, beneplacitum, rationabilem culturam Deo. Oculis Deo præstat obsequium, si turpia declinet aspiciere. Et lingua merebitur præmiū suū, quādo benedictionibus occupatur. Et auditus placebit Deo, si se detractionibus non patitur commiseri. Et mens eleuatur ad cælum, si malis conscientijs non polluat. Et pedes laudare Deum poterunt, si cursum suum ab omni malicia reuocare festinent. Et manus benedicunt, si rapinis renunciauerint, si ad misericordiam properauerint. Sic facit homo citharam omni parte perfectam, sono spiritali decoratam, celesti placitum auditui. Et diuus Augustinus libro de Ciuitate Dei 10. capite 6. Corpus nostrum, quum per temperantiam castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo, sacrificium est. Ad quod exhortas Apost. ait: Obsecro itaq; uos fratres p̄ misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuã (aliã uiuentē) sanctã, Deo placentē, rationabile obsequiū uestrū. Si ergo corpus, quo inferiore tanq; famulo, uel tanq; instrumēto utit̄ anima, quū eius bonus, & rectus usus ad Deū refert̄, sacrificiū est, quātomagis anima ipsa, quū se refert ad Deū, ut igne amoris eius accensa, for

Theophylactus

Theophylactus
Philipp. 4.Esa. 1. 4.
Psal. 49. 6.
Ilic d.

Hieronymus.

Chrysostomus.

Rom. 12. 4.

Augustinus,
Rom. 6. 6.

Rom. 12. 4.

ensa, formā concupiscētiæ sæcularis amittat, eiq; tanquā incōmutabili formæ subdita, reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, sit sacrificium. Quod idem Apostolus consequenter adiungens: Et nolite (inquit) conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate mētis Rom. 12. 4. ueltræ &c. Quū igitur uera sacrificia opera sint misericordiae, siue in nosipos, siue in proximos, quæ referuntur ad Deum, opera uero misericordiae non ob aliud fiunt, nisi ut à miseria liberemur, ac per hoc ut beati simus, quod non fit, nisi à bono illo, de quo dictum est: Mihi autem adherere Deo bonum est, profecto efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est, cōgregatio, societasq; sanctorum, uniuersale sacrificium offeratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus secundum formam serui. Hæc enim obtulit, in hac oblatu est, quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Quum itaq; nos hortatus esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiã uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, & non cōformemur huic sæculo, sed renouemur in nouitate mentis nostræ (aliã sensus nostri) ad probandum quæ sit uoluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum, & perfectum, quod totum sacrificium nosipsi sumus.

Rom. 12. 4.

Psal. 72. d.

Quid humerus, humusq; mysticè significant.

Cap. XXV.

Quid humerus mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, lib. 21. Moral. cap. 15. exponens illud Iob, Si leuaui super pupillum manum meam &c. humerus meus à iunctura sua cadat: Quia operatio corporea per humerum, ac brachium agitur, bona, quæ ore protulit, si opere non impleuit, cadere sibi humerum, & conteri brachiū exoptat. Ac si aperte dicat: Si ea quæ dixi, operari renui, ipsum, quod mihi ad operandū datū est, corporis membrum, perdam, ut uidelicet cadat à corpore, quod exercere nolui ad utilitatem. Si uero hæc maledicti sententia ad spiritalē est intelligentiam referenda, liquet profecto, quod brachium corpori per humerum iungitur. Et sicut per brachiū bona operatio, ita per humerū socialis uitæ coniunctio designatur. Vnde propheta quoq; intuens sanctos uniuersalis Ecclesiæ populos Deo concorditer seruituros, ait: Et seruient ei in humero uno. In eo ergo quod dicit: Si leuaui super pupillum manum meam, quū uiderem me in porta superiore, miram uirtutem patientiæ seruasse se asserit, qui grauari se à personis minimis, nec contra hoc, quod sibi iuste competere poterat, declinauit. Quod tamen si minimè fecerit, adiungit: Humerus meus à iunctura sua cadat, quia nimirum qui patientiam seruare cōtemnit, socialem uitam citius per impatientiam deserit. A iunctura etenim humerus cadit, quum aduersitatis aliquid ferre animus non ualens, fraternam concordiam relinquit, & quasi membrum separatur à corpore, quum is, qui operari bona poterat, à bonorum omnium absconditur uniuersitate. Neq; enim unquam seruari concordia, nisi per solam patientiam ualet. Crebro nanq; in humana actione nascitur, unde mentes hominum uicissim à sua unitate, ac dilectione separentur, & nisi ad aduersa toleranda se animus præparet, proculdubio humerus corpori non inhæret. Hinc etenim Paulus ait: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legē Christi. Hinc per semetipsum ueritas dicit: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Et cap. 16. Sed sancti uiri humerus à iunctura sua non cadit, quia uidelicet eius dilectio à socialis uitæ cōcordia per impatientiam non recedit. Eiusq; brachiū minime frangitur, quia omnis eius operatio in cōiunctione humeri, id est, in charitatis connexionem studitur. Sed qua cōsideratione bona hæc tāta egerit, atq; à malis omnibus sese abstinerit, adiungit, dicens: Quātum sancti &c. Et exponens illud Iob, Vt in humero meo portem illū, & circumdam illum, quasi coronam mihi. Librum quippe in humero portare, est scripturam sacram operando perficere. Et notandum est quā ordinatē describitur, & prius in humero portare, & postmodum sicut corona circumdare, quia uidelicet sacri eloquij mandata, si modo bene portantur in opere, post nobis coronam uictoriæ exhibent in retributione. Beatus autem Iob cur scribi librū à iudice postulat, qui ad testamenti noui peruenire tempora non ualebat. Sed (sicut sæpe iam dictū est) electorum uocibus utitur, atq; ex eorum significatione postulat, quod profuturum eis per omnia præuidebat. Ipse nanq; per spiritum hunc apud se librum iam dudum tenebat, quem per gratiam aspirationis acceperat, & uiuendo cognoscere, & præuidēdo nūciare. Et diuus Hieronymus exponens illud Osee, Particeps sacerdotum in uia interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt, Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Societas sacerdotum in uia interficiebant Sichem. Theodotion uero hoc modo: Absconderunt sacerdotum uiam, interficiebant in dorso. Aquila: Participatio sacerdotum in uia occidebant humeros. Horum quū intelligentiam iuxta historiā quaeremus ab Hebræo, ita nobis expositū est: Sacerdotes Bethel, imò fanatici Bethauē, temporibus Paschæ, & Pentecostes, & Scenophegiæ, quando per Sichem, quæ hodie Neapolis appellatur, eundū erat Hierosolymā, ubi solum licebat uictimas immolare, ponebant in itinere latrones, q̄ insidiarētur pergentibus, ut magis uitulos aureos in Dan, & in Bethauen, q̄ in hierosolymis, &

Iob 31. c.

Humerus, operatio corporea.

Brachium, bona operatio.

Humerus, socialis uitæ coniunctio.

Sophon. 3. b.
Iob 31. c.

Gal. 6. a.

Lucæ 21. d.

Iob 31. d.

Lib. 22. ca. 20.

Hieronymus.

Osee 6. c.

Symmachus.

Theodotion.

Aquila.

Sichem, Neapolis.

mis, & in templo adorarent Deum, Quod autem dicit: Participatio, & societas sacerdotum, cōiurationem eorum significat, & in mala parte consensum. Sin autem legeremus, ut nos interpretati sumus, particeps sacerdotum, ad Galaad (inquit) referendum est, quæ operatur idolum, & supplantata est sanguine, quod sacerdotum impietatem secuta sit, & latrocinij uacet, & sanguini. Hoc illi dixerunt. Nos dicamus intercludere hæreticos uiam, ne de Sichem, id est, de bonis operibus pergamus in Hierusalem, id est, in Ecclesiam. Isti sunt quasi fauces uirorum latronum, & interficiunt eos, qui per huius sæculi uiam ad ueritatem pergere cupiunt. Sichem interpretatur *humerus*, id est, humeri. In humeris opus intelligimus, & omnes falsi sacerdotes abscondunt uiam, & occidunt homines malis operibus, ne perueniant Hierusalem. Quod autem humerus opus significet, illud ostendit: Da cor tuum in humerum tuum, hoc est, quæ intelligis, uerte in opera. Et de Isachar legimus, quod supposuerit humerum suum ad laborandum, & uir agricola sit. Et in Esaia scriptum est: Et factus est principatus super humerum eius, ubi diuus scribit Hieronymus: Nunc dicit factum illius principatum super humerum eius, uel quod crucem suam ipse portauerit, uel per humerum ostendens brachij fortitudinem, eodem Esaia dicente: Reuelauit dominus Deus brachium sanctū suum omnibus gentibus. Et rursus: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et alio in loco idē propheta ait: Et dabo clauem domus Dauid super humerū eius, &c. Hæc (inquit Hieronymus) ipsa clauis erit super humerū eius, hoc est, in passione, iuxta illud quod in alio loco scribitur: Et factus est principatus super humerū eius. Quod enim ille sua passione re ferauerit, claudī non poterit, & quod clauerit in ceremonijs Iudæorum, à nullo alio aperietur.

Sichem, humerus.

Humerus, opus. Hier. 31. d. secū dum lxx. Gen. 49. c. Esa. 9. a. Esa. 52. c. Esa. 53. a. Esa. 22. f.

Esa. 9. a.

Humerus, res insensibilis. Job 5. b.

Quid autē humus mysticè significet, diuus Greg. exponit lib. Mor. 6. cap. 5. enarrans illud Job, Et de humo non egredietur dolor: Dolor (inquit) quasi de humo egreditur, quū homo ad Dei imaginem conditus, de rebus insensibilibus flagellatur. Sed quia per occulta merita mentium aperta prodeunt flagella pœnarum, de humo dolor non egreditur, quoniam sensus nostri malitia exigit, ut à rebus insensibilibus feriat. Ecce enim cernimus, quod ad correptionem nostrā expectatus imber arente terra suspēditur, & caliginosus aēr, inardescente sole, siccatur, mare, procellis tumescens, sicut, & alios ad transmeandum susceptos intercipit, alijs desideratum iter erecta in cumulum unda, interdicat, terra nō solum germina fœcunditatis imminuit, sed etiam semina accepta cōsumit. In quibus nimirum cunctis, patenter aspicitur hoc, quod quidam sapiens de domino testatur, dicens: Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Orbis quippe terrarū cum domino contra insensatos pugnat, quando in pœna delinquentium, & elementorum aduersitas militat. Sed tamen de humo dolor non egreditur, quia res quælibet insensibilis ad afflictionem nostrā, stimulo nostræ actionis excitatur. De humo dolor nō egreditur, quia nequaquam pœna de ea nascitur creatura, quæ percutit, sed de ea proculdubio, quæ peccādo uim percussione extorsit. Sed curandum magnoperè est, ut quum in rebus exterioribus pondere doloris afficimur, spe ad superna tendamus, quatenus eò mens ad alta perueniat, quò nos exterior pœna castigat.

Sapient. 5. d.

Quid hyacinthus, hyadesq; mysticè significant,

Cap. XXVI.

Hyacinthus, clara sanctorū uita, spes celestium.

Hyacinthus, munus retributionis æternæ. Manus, opus sanctum.

Ioan. 12. d. 1. Ioan. 2.

Aurū, diuinitatis pulchritudo. Ioan. 12. d.

Hierem. 10. b. Hieronymus.

Ezech. 16. b.

Hieronymus.

Hyacinthus cæruleo colore resplendens, sanctorū uitam clarā designat, ut diuus scribit Greg. libro Moral. 25. cap. 22. & spem celestium, ut idem scribit libro Moral. 30. capite 10. Munus quoq; retributionis æternæ designat, iuxta illud Canticorum, Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacinthis: Quid enim (inquit Gregorius in cōmentarijs) per manus Christi designatur, nisi opera sancta, quæ in mundo gessit, & quæ nobis imitanda proponuntur? Ipse enim ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et Apostolus: Qui dicit se in Christo manere, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare debet. Manus uero tornatiles esse perhibentur, quia sancta opera eius impositione iniquitatis ex omni parte in iustitiā gradiantur. Quod enim tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo uoluitur: Sic Christi opera in rectitudinis rotunditate uoluebantur, quia nulla culpa ei adhærebat, qua minus iustitiā eius in rotundum duceretur. Aureæ etiam manus esse dicuntur, quia quicquid exterius inter homines operabatur, interior in diuinitatis pulchritudine disponebatur. Quid uero per hyacinthū, qui ualde preciosus lapis est, nisi munus retributionis æternæ designatur? Manus ergo sponsi, plenæ hyacinthis esse dicuntur, quia quicquid illius opera pio corde imitantur, felicitatis æternæ muneribus in retributione ditantur. Vnde & idem redemptor ait: Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Et in Hieremia scriptū est: Hyacinthus, & purpura indumentū eorū: Hyacintho (inquit Hier.) operiuntur, & purpura, ut superficie sui oculos decipiāt, dum cœlorū sibi colorem, & regna cœlestia pollicentur. Et tamen opera artificū (siue sapientū) sunt uniuersa hæc, qui in sæculo sapiētes putantur, cœterū apud Deū stulti sunt. Et in Ezechiele scriptum est: Et calciāui te hyacintho. Pulchre (inquit Hieronymus) quia ad Hierusalem sermo dirigitur, & sub persona fœminæ, omnis eius ornatus exprimitur, hyacinthina cale

thina calciamenta narrantur, quæ uirorum personæ non conueniunt. Deniq; facturis pascha præcipitur absq; ulla coloris uarietate, ut accinctis lumbis, & calciatis pedibus sint. Ista sunt calciamenta, de quibus & Apost. scribit: Calciati pedes in præparatione Euāgelij pacis. Philo uir disertissimus Iudæorū, hyacinthum in uestibus pontificis aëri cōparat, per quem superna, atq; cœlestia significari arbitrat. Nec prius Hierusalem calciatur hyacinthinis, nisi lauetur aqua. Vnde & Apostolorum, quibus prius præceperat dominus, ut excuterēt pedū suorū puluerē, lauātur à saluatore pedes. Et spōsa dicit in Cātico Canticorū: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Et Moyses, & Iesum diuinus sermo testatur, ut soluant corrigiam calciamenti sui, quia locus in quo stent, sanctus sit. Quum autem loti fuerint pedes, & omni forde purgati, calciatur hyacinthinis (siue ianthinis, ut Aquila, & Symmachus transtulerunt) quod utrunq; aërii, & uariæ coloris est, ut rapiantur in occursum domini in aërem, & ad cœlestia regna festinent.

Exod. 12. b. Ephes. 6. c. Philo Iudæorū disertissimus. Matth. 10. b. Ioan. 13. a. Cant. 5. b. Exod. 3. b.

Quid hyades mysticè significant, diuus Gregorius insinuat, exponēs illud Job, Qui facit arcturum, & orionem, & hyadas: Bene (inquit) hyadas subdit, quæ uirescente (aliās iuuenescente) uerno, ad cœli faciem prodeunt, & quū iam sol calor sui uires exerit, ostendunt. Illius quippe signi iniitijs inhærent, quod sapientes sæculi taurum uocāt, ex quo augeri sol incipit, atq; ad extendēda diei spacia, feruentior exurgit. Quis itaq; post orionem hyadum nomine, nisi doctores sanctæ Ecclesiæ designantur? Qui subductis martyribus, eo iam tēpore ad mundi notitiā uenerūt, quo fides clarius elucet, & repressa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium sol ueritatis calet. Qui remota tēpente persecutionis, expletis lōgis noctibus infidelitatis, tūc sanctæ Ecclesiæ orti sunt, quū ei iam per credulitatis uernū, lucidior annus aperitur. Et cap. 8. Nec immeritō doctores sancti hyadū nūcupatione signantur. Græco quippe eloquio hyetos pluuia uocatur, & hyades nomē à pluujs accipiunt, quia ortæ proculdubio imbres ferunt. Bene ergo hyadū appellatione expressi sunt, q; ad statū uniuersalis Ecclesiæ, quasi in cœli faciē deducti, super arentē terrā humani pectoris, sanctæ prædicationis imbres fuderunt. Si enim prædicationis sermo pluuia non esset, Moyses minime dixisset: Spectetur sicut pluuia eloquū meū. Et nequaquā per Esaia ueritas diceret: Mādabo nubibus meis, ne pluāt super eā imbrē. Dū ergo hyades cū pluujs ueniūt, ad cœli spacia altiora sol ducitur, quia apparēte doctorū scientia, dū mens nostra imbre prædicationis infunditur, fidei calor augetur. Et perfusa terra, ad fructū pficit, quū lumē ætheris ignescit, quia uberius frugē boni operis reddimus, dum per sacræ eruditionis flammā, in corde clarius ardemus. Dūq; per eos diebus singulis magis magisq; scientia cœlestis ostenditur, quasi interni nobis luminis uernū tempus aperitur, ut nouus sol nostris mētibus rutilet, & eorum uerbis nobis cognitus, seipso quotidie clarior micet. Vrgēte etenim mundi fine, superna scientia proficit, & largius cum tempore excrescit. Hinc nāq; per Daniele dicitur: Pertrāsibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Hinc Ioanni in priori parte reuelationis Angelus dicit: Signa quæ locuta sunt septē tonitrua. Cui tamen in eiusdem reuelationis termino præcipitur, terminus prohibetur, quia quicquid in sanctæ Ecclesiæ iniitijs latuit, finis quotidie ostendit. Nonnulli uero à Græca litera, quæ γ dicitur, hyadas nūcupatas arbitrantur. Quod si ita est, significationi, quam diximus, cōtrarium nō est. Doctores enim his stellis nō incōuenienter expressi sunt, quæ à literis nomē trahūt. Sed quamuis hyades ab eiusdem literæ uisione nō differant, certum tamen est, quia hyetos imber dicitur, eo quod exortæ pluuias apportāt. Vir igitur sanctus redemptionis nostræ ordinem contēplatus admiretur, atq; admirans exclamet, dicens: Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris, qui facit arcturum, & orionem, & hyadas. Extensis etenim cœlis, dominus formauit arcturum, quia in honorem deductis Apostolis, in cœlesti conuersatione fundauit Ecclesiam. Formato quoq; arcturo, fecit orionem, quia roborata fide uniuersalis Ecclesiæ, contra procellas mundi ædidit martyres. Aeditis quoq; orionibus, protulit hyadas, quia conualescentibus contra aduersa martyribus, ad infundēdum ariditatem humanorum cordium, doctrinam contulit magistrorum.

Lib. 9. cap. 7. Job 9. a.

Hyades, doctores sancti.

uertes.

Deuter. 32. a. Esa. 5. b.

Daniel. 12. b. Apoc. 10. b.

Apoc. 22. c.

Arcturus, Apostoli. Orion, martyres. Hyades, doctores.

Quid hydria mysticè significet.

Cap. XXVII.

Quid mysticè significant hydriæ, de quibus scribitur in Euangelio: Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capiētes singulæ metretas binas, uel ternas, insinuat diuus Bernardus sermone primo dominicæ primæ post octauam Epiphaniæ: Has (inquit) nunc hydrias purificandis ueris Iudæis, non litera, sed spiritu, necesse habemus apponere, uel magis appositas demonstrare. Quia enim nōdum peruenit Ecclesia ad perfectam purificationem, quando eam sibi Christus exhibebit gloriosam, non habentem maculam, neq; rugam, aut aliquid huiusmodi, multis interim purificationibus opus habet, quatenus sicut abundāt peccata, abundet indulgentia: sicut multiplicatur miseria, sic & misericordia, nisi quod nō sicut delictum, ita &

Ioan. 2. a.

Bernardus.

Ephes. 5. f.

Rom. 7. c.

ita & donum. Gratia enim non solum peccata lauat, Sex igitur hydræ sunt positæ his, qui post baptisum, in peccata labuntur, De his enim loquimur, quia de his sumus. Exuimus tunicam ueterem, sed heu, peius reinduimus eam. Lauimus pedes nostros, sed peius inquinamus eos. Sicut ergo quod alius inquinauerat, lauit alius, sic inquinatos à nobis lauare opus est, & à nobis. Aliena lauit aqua, quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamen sic alienam dixerim, ut negem nostram, alioquin nec inquinaret. Sed aliena est, quia in Adam omnes nescientes peccauimus; nostra, quia & si in alio, nos tamen peccauimus, & nobis iusto Dei iudicio imputabatur, licet occulto. Veritamen ut iam non sit quod causeris o homo contra inobedientiam Adæ, datur tibi obedientia Christi, ut si gratis uenundatus es, gratis redimaris. Si nesciens in Adam peristi, nesciens uiuificeris in Christo. Nescisti quando ad lignum uetitum uetus Adam tetendit manus noxias, nescisti nihilominus quando in ligno saluifero innoxias manus Christus extendit. A primo homine in te manauit macula, qua inquinatus es, à Christi latere aqua, qua mundatus es. Nunc iam inquinatus propria culpa, propria nihilominus aqua mundaberis, ab illo tamen, & per illum, qui solus est purgationem faciens peccatorum. Prima ergo hydria, & prima purgatio in compunctione est, de qua legitur, quoniam in quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Secunda uero confessio est. Omnia siquidem in confessione lauantur. Tertia elemosynarum largitio. Hinc enim habes in Euangelio: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Quarta, remissio iniuriarum, secundum quod orantes dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta est afflictio corporis, unde & oramus, ut mundi per abstinentiam, Deo canamus gloriam. Sexta est obedientia præceptorum, sicut audierunt discipuli, quod utinam audire mereamur & nos: Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. Nimirum, quia non erant sicut hi, quibus dicitur: Sermo meus non capit in uobis, sed in auditu uerbi obaudierat ei. Hæ sunt sex hydræ positæ in purificatione nostrâ, quæ uacuae sunt, & plenæ uenito, si pro inani gloria obseruatur. Aqua replentur, si timore Dei custodiantur, quoniam timor domini fons uitæ. Aqua (inquam) timor domini est, & si minus sapida, sed optimè refrigeras animam noxijs desiderijs æstuantem. Aqua est, quæ iacula inimici ignita possit extinguere. Nam nec illud dissonat, quod aqua semper ima petit, & timor ad ima cogitatione ducit, & in inferioribus immoratur, atq; loca horrenda pauida mente collustrat, iuxta illud: Vadã ad portas inferi. Sed diuina uirtute aqua mutatur in uinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem. Dicitur autem lapideæ hydræ, non tam propter duriciam, quàm stabilitatem: Capietes singulæ metretas binas, uel ternas. Duæ metretæ, duplex timor, ne forte trudi in gehennam, ne forte ab æterna uita contingat excludi. Sed quia de contingente futuro sunt ista, & blandiri potest sibi anima, dicēs: Postq; aliquandiu in uoluptatibus tuis uixeris, ages poenitentia, nec ista iam cariturus, nec periturus in illa, bonum est adhibere & tertium, qui utiq; spiritualibus notus est, eò utilior, quod de præfenti est. Timent enim qui nouerunt spiritalem cibum, ne quando forte eo fraudentur. Cibo siquidem forti egent, qui manum miserunt ad fortia. Viuant de paleis Aegypti, qui deseruunt in operibus lutis, & lateris, nobis fortior cibus est necessarius, quoniam nobis grandis restat uia, ut ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis Angelorum, panis uiuus, panis quotidianus. Hic est de quo nobis promissum est, quia centuplum accipiemus in hoc sæculo. Sicut enim mercenarijs & quotidianus cibus datur in opere, & merces seruatur in fine, sic dominus uitam æternam in fine reddet, & interim centuplum repromittit, & exhibet. Quid ergo mirum, si timet, ne perdat hanc gratiam, qui iam consecutus est eam? Hæc est metreta tertia, quæ sub disunctione signatè posuit, eo quod non omnium sit, quæ nec omnibus centuplum repromissum, sed solis, qui omnia reliquerunt. Et sermone secundo in eadem dominica: Erant (inquit) hydræ sex positæ secundum purificationem Iudæorum. Vel ex hoc potes manifestius aduertere non plenitudinē, sed præparationem nuptiarum esse, ubi nimirum adhuc opus est purificatione. Desponsationis ergo nuptiæ istæ sunt, non copulationis. Absit enim illis in nuptijs fore uasa purificationis, quædo gloriosam sibi Christus Ecclesiã exhibebit, non habentē maculam, neq; rugam, aut aliqd huiusmodi. Vbi autē non erit macula, quæ purificatio erit necessaria. Nunc utiq; lauandi tēpus est, nunc purificationē patet esse necessariã, quoniã nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est unius diei uita super terrã. Nunc abluuntur spōsa, nunc purificatur, ut in coelestibus illis nuptijs spōso suo sine omni macula præsentetur. Quæramus ergo hydras sex, in quibus hæc ablutio Iudæorum, id est, contentiu purificatio fiat. Nã si dixerimus, quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est, quæ sola liberat, sola saluat, sola lauat. Quod si confiteamur peccata nostra, non deerunt ueris Iudæis purificationis hydræ, quoniã fidelis est Deus, qui dimittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Ego quidem sex hydras, sex obseruantias arbitror esse, quas ad purificanda contentiu corda sancti patres instituerunt, & omnes illas (ni fallor) hic poterimus inuenire. Prima siquidem hydria continentia est castitatis, qua diluitur quicquid amentis luxuria inquinauit, Secunda uero ieiunium est, ut quod maculauerat crapula, nunc abstinentia mundet. Per

Rom. 5. b.

Esa. 52. a. Gen. 3. b.

Hebr. 1. a. Hydria prima, compunctio. Ezech. 18. f. Hydria secunda, confessio. Hydria tertia, elemosyna. Luce 11. f.

Hydria quarta, remissio iniuriarum.

Matth. 6. b. Hydria quinta, corporis afflictio.

Hydria sexta, præceptorum obedientia.

Ioan. 15. a. Ioan. 8. c.

Aqua, timor. Prouerb. 14. d.

Esa. 38. b.

1. Ioan. 4. d.

Hydræ cur lapideæ.

Metreta, timor.

3. Reg. 19. b.

Matth. 19. d.

Ephes. 5. f.

1. Ioan. 1. b.

1. Ioan. 1. b. Ibidem.

Hydria prima, continentia castitatis.

Hydria secunda, ieiunium.

det. Per segniciam quoq; & ociositatem, quæ inimica est animæ, multas contraximus sordes contra Dei sententiam, in sudore uultus alieni, non nostri, pane uescentes. Propter hoc quoq; tertia hydria nobis apponitur, ut sordes illæ in labore manuū diluantur. Sic & per somnolentiam, cœterarumq; noctium, & tenebrarum opera multa deliquimus, ideo quoq; quarta hydria uigiliarum obseruatia ponitur, ut nocte surgentes ad confitendum domino, non bonas noctes præteriti temporis redimamus. Iam uero de lingua quis nesciat quàm multum inquinauerit nos per uaniloquia, & mēdacia, per detractiones, & adulationes, per uerba malitiæ, & uerba iactantiæ? Pro his omnibus necessaria est hydria quinta, silentium scilicet, custos religionis, & in quo est fortitudo nostra. Sexta quoq; hydria, disciplina est, qua non nostro arbitrio, sed alieno uiuimus, ut deleatur quicquid indisciplinate uiuendo deliquimus. Lapidæ sunt hæc, dura sunt, sed neesse habemus in his lauare, nisi fortè uoluerimus propter fœditates nostras à domino accipere libellū repudiij. Attamen in eo, quod dicuntur lapideæ, non solum duricia, sed multo melius soliditas potest intelligi, quoniam non lauant hæc, nisi firma stabilitate permaserint. At ergo dominus ad ministros: Implete hydras aqua. Quid sibi istud uult dñe? Ministri solliciti sunt de uini penuria, & tu dicis, Implete hydras aqua? Illi de poculis cogitāt, & tu præcipis ut uasa purificationis impleant? Sic omnino, sic suspirati Jacob ad Rachel amplexus, Lia à patre supponitur. Nobis fratres, qui ministri sumus, & serui uestri, per Christū nobis præcipitur implere hydras aqua, quoties deest uinum. Ac si dicatur: Illi deuotionem desiderant, uinum requirunt, feruorem flagitant, sed nondū uenit hora mea, implete hydras aqua. Quæ est enim aqua sapientiæ salutaris (& si non adeo suaui) nisi fons uitæ, & initiū sapientiæ timor domini? Dicitur ergo ministris: Incutite metū, & spiritu timoris non tam uasa, quàm corda replete, quia, ut ad charitatem perueniant, initiandi sunt à timore, ut dicat & ipse: A timore tuo concepimus domine, & parturiuimus spiritū salutis. Sed quomodo implebuntur hydræ? Prædixerat enim Euangelista, Capietes singulæ metretas binas, & ternas. Quæ sunt duæ metretæ, quæ ue tertia? Vtiq; duplex timor cōmunis, & notus omnibus, ac tertius quidem minus cōmunis, & minus notus. Primus enim timor est, ne cruciemur in gehēna, secundus ne exclusi à uisione Dei priuemur tam inæstimabili gloria. Tertius replet animam, omni sollicitudine timidam, ne fortè deseratur à gratia. Et quidem omnis timor domini sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit peccati concupiscentiã, sed his maxime, quum ad omnem tentationem statim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam, ut sibi derelictus homo labatur quotidie de malo in peius, de periculo minori, in grauiorem culpam, quales utiq; multos uidemus, quum in sordibus sint, sordescentes adhuc. Nam aduersus timorem istum non est unde sibi bladiatur anima, siue de minori fortè quãtitate peccati, siue de emēdatione futura. Talibus enim blandimentis impediuntur aliquatenus duo prima genera timoris. Præcepit ergo nobis dominus, ut hac aqua hydras impleamus. Sunt enim aliquando uacuae, & plenæ uenito, si quis tamen adeo insanus est, ut in eo per uanitatis studiū illæ (quas diximus) obseruatia, mercede perpetua uacuentur, ut sunt fatuæ uirgines, in quarum uasis, oleum non habetur. Interdū autem (quod peius est) plenæ quidem sunt, sed plenæ ueneno, quod est inuidia, murmur, rancor animi, & detractio. Propterea ne fortè subintrēt ista, dum uinū deest, iubemur implere hydras aqua, ut obseruentur mandata domini in timore, quæ tunc mutatur in uinum, quum timor expellitur à charitate, & implentur omnia feruore spiritus, & iocunda deuotione.

De eisdem hydris.

Cap. XXVIII.

ET sermone 12. inter paruos sermones, idē Bernardus eadem ferè scribit: Intelligamus has sex hydras positas, esse sex obseruantias seruus Dei propositas, in quibus tanq; Iudæi, purificari debeant. Sunt autē istæ, silentiū, psalmodia, uigilia, ieiuniū, opus manuum, carnis mundicia. In hydria silentiū purificatur à peccatis, quæ uerbositate contrahimus. Cuius uitiū sunt octo species. Est enim uerbu stultū, uanū, mendax, ociosum, dolosum, maledicū, impudicū, excusatoriū. Quæ nimium pestis, de loquacitate nascitur, & per silentiū censurā, aut euertitur funditus, aut certè, ne multū noceat, reprimitur. In psalmodia fit duplex cōfessio, ubi & peccator de culpis cōpungitur, & Deo laudes super iudicia iustitiæ suæ, dicuntur. In hac ergo hydria Iudæus quisq;, qui scilicet rectè cōfiteatur, purificatur ab immūdo spiritu blasphemiae, cui ante cōuersionem subiacebat. Dū enim seipsum laudaret, ac Deū accusaret, quid aliud, quàm blasphemus erat? An non sunt blasphemī, qui dicunt: Non est æqua uia dñi? An non insipies ille blasphemus, q dicit in corde suo, non est Deus? Iam uero cōuersus, & confessus, cãticisq; diuinis instructus, correcta uita, corrigit & uerba, seq; ipsum accusans, mala sibi cōputat, Deū autē laudās, bonū quod in se uidet, non sibi, sed illi applicat. Et hoc totū agit in psalmodia. Per psalmodiã accipe, quicquid Deo agitur, cū mentis melodiam, siue sint psalmi, siue hymni, siue etiam quæcūq; cantica. Tertiam hydriã posui superius uigilias, quas semper debet comitari oratio cum instantia. Vnde & dominus in Euãgelio legitur in oratione pernoctasse, & discipulos suos exhortans, utrunq; simul coniunxit, dicens: Vigilate, & orate, ut non in-

Gen. 3. d. Hydria tertia, labor manuum. Hydria quarta, uigilia.

Hydria quinta, silentium. Hydria sexta, disciplina.

Gen. 29. e.

Aqua, sapientia. Prouer. 14. d. Prouer. 1. a.

Esa. 26. c.

Metreta, timor.

Ecc. 3. d.

Matth. 25. a.

1. Ioan. 4. d.

Hydræ sex, silentium. Psalmodia. Vigilia. Ieiunium. Opus manuum. Carnis mundicia.

Ezech. 18. f. Psal. 13. a.

Luc. 6. d. Marc. 14. d.

tretis in tentationem. Tales uigiliæ abluunt nos à sordibus, quas contraximus per somnolentiam
 resoluti, dum in obliuione quadam à uia salutis intepuimus, ac torpuimus. Quarta hydria, est ieiunium,
 de quo quis dubitet an & ipsum purificet. Vera est illa sententia: Contraria cōtrarijs curantur.
 Si ergo per gulam peccauimus, & ingluuiem, quid restat, nisi ut per abstinentiam repareremur.
 Nec solum huius uitij fit per ieiunium purificatio, insuper & uirtus ad expellendos dæmones cō-
 paratur, dicente domino: Hoc genus nō potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Sequitur quinta
 hydria, quæ dicitur opus manuum. In quo si quærat an sit aliqua purificatio, facile potest inueniri
 per multa. Nam, ut plurima præteream, hoc solum quanti sit præconijs, quantæ gratiæ, quis dignè
 æstimet suo se quæq; labore trāsire, ac nullius aliquid desiderare. Ac ne me quisquam putet hæc
 magis declamatoriæ, quàm ex ueritate proferre, audiat ipsum doctorē nostrum in fide, & ueritate
 Apostolum Paulum scribentem ad Theffalonicenses, hæc ipsa docentem, & præcipientem: Rogamus
 uos (inquit) fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut uestrum nego-
 cium agatis, & operemini manibus uestris, præcimus uobis, & ut honestè ambuletis ad eos qui
 foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Audiat eundem ipsum facientem quæ docebat: Ipsi enim
 scitis (inquit) quemadmodū oporteat uos imitari nos, quoniam nō inquieti fuimus inter uos, neq;
 panem gratis māducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione, nocte, & die operātes, ne quem
 uestrum grauarem. Item audiat docentem quæ faciebat: Quum essemus apud uos, hæc denun-
 ciauimus uobis, quoniam si quis non uult operari, nec manducet. Vides quàm sollicitè obseruan-
 dum præcepit doctor gentium opus manuum? Cur tantoperè curauit, nisi quia sicut bonus, & di-
 ligens pastor hoc ouium salutem plurimum expedire prouidit? Restat ultima carnis mūdicia. In hac
 fit purificatio ab illa quinqueperita corporis illecebra, uisus, auditus, odoratus, tactus. Et cœtera
 quidem prædicta, id est, silētium, psalmodia, uigiliæ, ieiunium, opus manuum, exerceri sine ista possunt,
 sed si lumbi præcincti non sunt, id est, si desit carnis mundicia, lucernæ ardentes quid prode-
 runt? Hinc ergo colligendum est, quod sit necessaria huius hydriæ purificatio, quæ sola omnibus
 supradictis æquipollentem obtinet uim salutis. Et notandū, quod in his omnibus obseruatijs, qua-
 tuor primas debemus nobis, quintam proximo, sextam Deo. Nam silentium, psalmodiā, uigilias,
 ieiunium, debet quisq; exercere propter seipsum, hoc est, propter suam disciplinam, opus manuum,
 propter proximū, ne quem grauet, sed magis habeat unde tribuat necessitatē patienti, carnis mū-
 diciam, propter Deum, ut illi placeat, & eius uoluntatem faciat. Vnde scriptum est: Hæc est enim
 uolūtas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum suum
 uas possidere in sanctificatione, & honore. Quod autem illæ hydriæ lapideæ dicuntur, significat,
 quod sine aliqua difficultate obseruari nō possunt, & quod dura, & aspera est uia, quæ ducit ad uita-
 tam. Vel certè lapideæ dicuntur propter fortitudinem, ne facile frangantur, aut dissoluantur, & effun-
 dat liquor gratiæ, qui in eis cōtinetur, quod utiq; citò cōtingere posset, si uel fictiles essent, uel li-
 gneæ, seu cuiuslibet alterius fragilis materiæ. Vel etiā lapideæ, id est, Christianæ, à lapide Christo,
 ut scilicet in fide Christi fiant. Et sermone decimotertio: Capiētes (inquit) singulæ metretas binas,
 uel ternas. Hic primū sciendū est, quod huiusmodi hydriæ aliquādo sunt uacue, aliquādo sunt ple-
 næ. Plenæ autē aliquādo ueneno, aliquādo aqua, interdū etiā uino. Vacuæ quippe, & inanes sunt,
 quū pro inani gloria, uel aliquo tēporali emolumento fiunt. Plenæ ueneno sunt, si cum murmure,
 & animi rācore gerantur. Aqua plenæ dicuntur, quū ex timore Dei obseruātur. Si quidē per aquam
 timor intelligitur. Vnde & apud Salomonem legitur: Timor domini fons uitæ. Uino autem ple-
 næ sunt, quum timor uertitur in amorem, quum charitas excludit timorem, quū ea quæ prius ob-
 seruabantur timore pœnæ, iam exercentur delectatione, & amore iustitiæ. Ut uacuæ, uel ueneno
 infectæ sint, non uult dominus, ut impleantur aqua iubet dominus: ut autem aqua in uinū uertatur,
 hoc facit dominus. Sed quibus implere hydrias aqua imperat dominus? Ministris utiq;, quos &
 constituit super familiam suam, ut dent illis in tempore tritici mensuram, quibus tamen Maria pri-
 mum suggesterit, dicens: Quodcunq; dixerit uobis, facite. Quo exemplo innuitur, quod officium
 prædicationis nō debēt usurpare sibi, nisi quos Maria, id est, mater gratia, prius instruxerit. Alio-
 quin dicitur eis: Regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & ego ignorauit. Implent ergo
 ministri hydrias aqua, prædicant mira de dulcedine regni, intentant horrenda de terrore supplicij,
 fit summis auditoribus de utroq; timor, ne uel illo fraudentur, uel isto plectantur, & ita capiunt hy-
 driæ metretas binas. Quid est autē, Vel ternas? Addatur illis duobus tertius timor, & capiunt hy-
 driæ metretas ternas. Et illi quidē duo prædicti timores de futuro, sunt ualde utiles, sed est alius ti-
 mor de præsentī multo probabilior, quo timet homo, & semper est pavidus, ne interna gratia dese-
 ratur. Quisquis igitur hoc timore repletus fuerit, profectō binis, metretas ternas addidit. Notan-
 dum autē, quod quū hydriæ plenæ factæ sunt usq; ad summū, tunc aqua uersa est in uinū bonum,
 quia nimirum ordo rationis est, ut si timor est inītiū charitatis, perfectum sequatur etiam pleni-
 tudo dilectionis. Vnde etiam Architrīclīnus dicit ad sponsū: Omnis homo primū uinum bonum po-
 num po-

num ponit, & quum inebriati fuerint, tūc id quod deterius est, tu autem seruaſti uinum bonū usq;
 adhuc. Consuetudinis est sæcularium hominum, ut quū aliquem honorē adipisci desiderant, cœte-
 ros sibi prius per amorē acquirāt. Quū uero adepti fuerint, elati potestate, eos ipsos per timorē sibi
 postmodum subiiciunt, quibus prius priuati, nō terrorem, sed amorem exhibuerant. Isti ponunt
 primū bonum uinum, id est, amorem, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, id est,
 timorem. E contrario facit sponsus noster. Semper enim seruat ad ultimum bonum uinum, quod
 uero in eius comparatione deterius est, antè propinat, dicens: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta
 in timore. Si ex timore te feceris ipsius seruum, faciet te ex charitate amicum suū, & sic aqua timo-
 ris cōmutabitur in uinū dilectionis. Ad hoc enim purificaris in illis sex hydrijs aq; timoris, ad hoc
 in timore accedis ad ipsum, tanquam seruus ad dominum, ut de seruo proueharis in filium. Et ser-
 monē 54. super Cātica: Beatus (inquit) es, si cor tuum triplici isto timore repleueris, ut timeas qui-
 dem pro accepta gratia, amplius pro amissa, longè plus, pro recuperata. Hoc fac, & eris hydria in
 Christi conuiuio impleta usq; ad summum, continens nimirum metretas, non binas tantum, sed &
 ternas, ut Christi merearis benedictionem, quæ aquas tuas conuertat in uinum lacticiæ, & perfe-
 cta charitas foras mittat timorem. Quod dico tale est. Aqua timor est, quoniam ab æstu refrigerat
 desideriorum carnalium. Inītiū (inquit) sapientiæ timor domini. Et habes: Aqua sapientiæ saluta-
 ris potauit illum. Si timor sapientiæ, & sapientiæ aqua, timor aqua est. Deniq; timor domini (inquit)
 fons uitæ. Porro hydria, mens tua. Capiētes (inquit) singulæ metretas binas, uel ternas. Tres me-
 tretæ, timores tres. Et impleuerunt eas (inquit) usq; ad summū. Nō unus timor, nō duo quoq;, sed
 toti tres simul replent usq; ad summum. Omni tempore time Deum, & ex omni corde tuo, & im-
 pleſti hydriam tuam usq; ad summum. Amat Deus integrum munus, affectum plenū, perfectum
 sacrificium. Cura proinde nuptijs cœlestibus plenam inferre hydriam, ut de te quoq; dicatur, quia
 repleuit eum spiritus timoris domini. Qui sic timet, nihil negligit. Vnde nanq; negligētia intret in
 plenitudinem? Alioquin quod capere adhuc aliquid potest, plenum non est. Eadem sanè ratione
 non potest simul, & sic timere, & altum sapere. Non est enim quod admittas superbiam, repletus ti-
 more domini. Et sic de cœteris uitijs sentiēdum, quia necesse est omnia plenitudine timoris exclu-
 di. Tunc demum si plenè, si perfectè timueris, dabit charitas saporem aquis tuis, ad domini benedi-
 ctionem. Sine charitate enim timor pœnam habet. Et quidem charitas uinum, quo lactificat cor ho-
 minis. Perfecta autem charitas, foras mittit timorem, ut ubi aqua fuerat, uinum esse incipiat.

De eisdem hydrijs, quæ positæ erant in nuptijs.

Cap. XXIX.

Rv pertus autem abbas Theologus in Euangelium Ioannis hoc pacto scribit: In his, quæ cir-
 ca salutem nostram acta sunt diuinis operibus, ita mysticam inesse rationem credimus, sicut
 in patre, qui usq; modo operatur, filiū, qui & ipse similiter operatur, esse confitemur. Et hoc est di-
 gnum, atq; laudabile catholicorum patrum in uenerabilibus literis studium, ut sicut pater æternus
 sine filio cœterno nihil operatur, ita nihil eorum, quæ ad salutem hominū, siue in lege, siue in Euā-
 gelio corporaliter acta sunt, à spirituali intelligentia uacare patiantur. Hoc autem signorū eius fuit
 inītiū, & rara, quæ facta sunt ab eodem domino, id est, à uerbo propter nos incarnato, maiorem
 stuporem hominibus attulerunt. Igitur quia filium confitemur, ut & patrem habeamus, cum ipsius
 adiutorio, sanctorum quoq; patrum præeunte exemplo, in hoc magno, & mirabili opere pulchri-
 tudinē speculamur spiritualis intelligentiæ. Nuptiæ (inquit) factæ sunt in Chana Galilææ. Hoc ma-
 gnum, & multis prophetarum præconijs prænunciatum, atq; patriarcharum factis fuerat præfigu-
 ratū, quod duæ naturæ, diuina scilicet, & humana cōuenturæ essent in uno Christo, essetq; ipse in
 sole positurus tabernaculum suum, tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Factumq; est in
 illo uirginalis uteri thalamo sponsus sponsæ, id est, creator creaturæ magna coniunctus est digna-
 tione. Chana uero zelus, Galilæa transmigratio interpretatur. Quod loci nomen multum opera-
 tur ad sensum spiritualem, quia uidelicet magno zelo ductus est fortissimus spirituū Deus in adul-
 terum diabolū, quum tali modo requirēs suam, quam ille corruerat, creaturam, eidem auxit iusti-
 iudicij pœnā, requisitæ uero, & inuentæ creaturæ indebitam (sua gratia) reddidit gloriā. Nuptiæ
 ergo factæ sunt in Chana Galilææ. Festum agit diem uniuersa domus, quæ est sancta Ecclesia, nō
 frustra credens, se totam illi Deo coniunctam, à quo suam credit naturam in ueritate carnis assum-
 ptam. Et erat mater Iesu ibi. Mater Iesu adest, ubi istæ nuptiæ celebrātur, qui profectō uera incar-
 nationis Christi fides non deest omnibus, qui harum nuptiarum filij, uel conuiuæ dici, & esse me-
 rentur. Marcion, Cherynthus, Hebion, aliq; hæretici seorsum cōuenticula sua facientes, harū nu-
 ptiarum filij non fuerunt. Nō enim ibi erat mater Iesu, quia diuersis quidem erroribus, sed eodem
 malignitatis spiritu fidem incarnationis eius à suis cordibus, & conuentibus excluderunt. Illic tan-
 tummodo harum cœlestium nuptiarum solennitas celebratur, ubi est mater Iesu, id est, ubi est ma-
 ter Ecclesia, uidelicet ubi quotidie nubentibus Christo adolescentulabus, uera incarnationis eius

I ij fides

Mar. 9. d.

1. Tessal. 4. c.

2. Tessal. 3. b.

Ibidem c.

Luc. 12. d.

Ephes. 4. d.

1. Theſ. 4. a.

Hydriæ, cur lapideæ.

Hydriæ uacue, plena ueneno, aqua, uino. Aqua, timor. Prouerb. 14. a. Vinum, amor.

1. Ioan. 4. d.

Luc. 12. c.

Osee 8. a.

Metretæ binæ, uel ternæ.

Ecc. 2. d.

Timor triplex.

Aqua, timor.

Psal. 110. c.

Ecc. 15. a.

Prouerb. 14. d.

Hydria, mens.

Esa. 11. a.

Ecc. 7. c.

1. Ioan. 4. d.

Psal. 103. b.

1. Ioan. 5. c.

1. Ioan. 2. a.

Psal. 18. a.

Chana, zelus.

Galilæa, trāsmit

gratio.

Numeri 16.

Mater Iesu, ecc

lesia.

fides prædicat. Illic uocatus adest Iesus, & discipuli eius, sponsus uidelicet, & amici eius. Quatuor itaq; personæ sunt istæ, quæ in Canticis Canticorū de nuptiali loquuntur amore, scilicet adolefcentulæ, quarum nuptiæ supersunt, uel quæ quotidie Christo nubunt, mater Ecclesia, quæ illas parturit, donec Christus formetur in eis, Christus ipse, & discipuli eius, uidelicet sponsus, & amici eius. Quid ergo in his corporalibus nuptiis significatū est, quod ad istas spirituales pertinet? Hoc uidelicet quod partim factum fuerat, partim autem & futurum erat. Nam per id quod uinum deficit, significatum est illud, quod factū fuerat, scilicet quod beatitudo, uel incorruptio, quæ humano generi data fuerat, peccante primo parente, defecerat. Sic enim homo conditus est, ut si uellet, posset non peccare, & posset non mori, quandoq; peruenturus ad hoc quod melius, & perfectius est, scilicet non posse peccare, & non posse mori. Peccando autem eo decidit, ut nō posset carere peccato, & non posset non mori. Vinū ergo deficit, quia collata gratiæ beatitudine priuata est miserabilis natura hominis. Illud quoq; iam factum fuerat, quod signatum est per sex hydrias lapideas aqua impletas. Nam senarius hydriarum numerus perfectus, sanctos patres uniuersos significat, qui diuersis temporibus, id est, sex mundi ætatibus diuisi, suo quicq; tempore aqua sapiētiae salutaris impleti sunt. Mentis nanq; illorum uelut hydriæ lapideæ fuerunt, scilicet fide stabiles, ingenio capaces. Capiebant autem singulæ metretas binas, uel ternas, quia uidelicet, quum omnium fuerit una fides, non omnibus eadem, uel æqualis data est sapientiæ quantitas. Plus enim indicatum est (uerbi gratia) Moyfi, quam Abrahæ, Dauid, quam Moyfi. Quod ex ipsis sacræ scripturæ uerbis patenter ostenditur. Quis enim nesciat, quia Abrahā cum Deo locutus est? Et tamen ad Moysen dominus dicit: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicauit eis. Ecce plus Moyfi, quam Abrahæ innotuerat, qui illud de se Moyfi indicat, quod se Abraham non indicasse narrabat. Psalmista quoq; quum dixisset, Quomodo dilexi legē tuam domine, tota die meditatio mea, subsecutus adiunxit: Super omnes docentes me intellexi. Et iterum: Super senes intellexi. Qui ergo legem se meditari memorat, & super omnes docentes se, & super seniores se intellexisse testatur, quia diuinam scientiam plusquam Moyses acceperit, manifestat. Ita impletur Danielis sententia, dicentis: Quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit sciētia. Igitur non una, uel æqualis est hydriarum huiusmodi capacitas, quia diuini nominis trinitatē, uel cœtera diuinitatis mysteria non cœquali perceperunt gratia. Et omnis quidem illa sapientiæ salutaris aqua de plenitudine eius sumpta est, qui dixit nūc, Implete hydrias aqua. Sed tamen erat aqua pallens, & frigida, neq; naturam humanam in pristinum uigorē resituere poterat. Illa nanq; Moisaica lex, illa Dei dona nihil ad perfectum adduxerāt, quia peccatorum remissionem, & carnis resurrectionem generi humano conferre non poterant, solamq; occidentem legis literam, non uiuificantem spiritum accipiebant. Per hoc autem quod aqua in uinum conuersa est, significata est illa, quæ facta est, imò quæ tunc fieri cœperat per Iesum Christum, gratia, & ueritas. Nostra quippe naturæ corruptionem diuinitatis suæ fortitudine induerat, nec multo post passione mortis superata, resurrectionis patriam in semetipso, multisq; sanctorum secum resurgentium corporibus dedicatus erat. Quo facto nunc ascenso cœlo, desuper in subiectas omnes hydrias clarissimè ruit, & in sanctarum scripturarum aquis imaginem, ac uirtutem suam uidentem, siue degustadam representat. Ita naturæ nostræ infirmitate sanata, quicūq; baptizati spiritu sancto iam prima resurrectione reuiximus, & in secundam beata spe transpositi sumus, ipso sensum nobis aperiēte, spirituales in eisdem scripturis rationem intelligimus.

De sex hydrijs, id est, sex ætatibus.

Cap. XXX.

Nunc de ipsis ætatibus parumper, quod ad eiusdē Christi nuptias, uel sanctæ Ecclesiæ castitatem pertineat, dicendū est. Ecce in exordio primæ ætatis dictū est: Hoc nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hoc manifestè legitū, atq; casti, sed tamen carnalis cōiugij fidem, atq; unitatem cōmendat. Verūtamen quandiu non nisi iuxta carnem intelligebatur, non nisi aqua, quālibet haustu dulcis, & ad potādum habilis erat. At ubi despoīata sibi Ecclesia uenit ad nuptias, & uox eius intonuit super aquas multas, dicēte illo per Apostolum suum, in quo ipse loquebatur: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia, aqua in uinum conuersa est. Hoc enim auditō, sanctæ animæ spiritualium nuptiarum amore feruere cœperūt, alium cogitant hominem, scilicet nouum eum, qui secundum Deum creatus est, qui quodammodo reliquit patrem suum, dum à patre exiens, & ueniens in mundum, semetipsum exinanuit, formā serui accipiens. Matrem quoq; suam, scilicet pharisaicā synagogam, totamq; gētem Iudaicam, & adhæsit uxori suæ, uidelicet electæ de gentibus Ecclesiæ, cū qua iam unū corpus est, caput, & membra, sponsus, & sponsa, Christus, & ecclesia. Nam sicut non undecunq; sed de ipsius uiri substantia fecit Deus Euam, ut maior esset naturalis dilectionis causa, Tulit enim unā de costis eius dorientis, &

mientis, & ædificauit eam in mulierem, sic Ecclesiam non undecunq; sed de lateris sui sanguine, & aqua fecit nasci, nec aliunde nisi de carne, & sanguine suo eandem pascit, unde maior in utroq; unius eiusdem carnis unitas exiit. Hoc ergo intellectu, tāquam uino optimo, & sitis extinguitur, & amor accenditur, & usq; ad uirginæ castitatis appetitum plurimi inflammantur, ut non solum iuga bouum, quæ comparauerunt, & uillas, quas emerunt, sed & coniugia carnis negligant, quod magis nuptiis cœlestibus uacare præualeant. Secunda ætas inchoatur à Noë. De hoc scriptura refert, quia plantauit uineam, bibensq; uinū, inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo &c. Et hoc quidem secundum literam acceptum, aqua est dulcis, & moribus apta purificandis, ne quis exēplo Cham paternam contemnens, si quam nouit, infirmitatē, similem illi iustē incurrat maledictionem, sed honore, & amore debito contegens, exemplo Sem, & Iapheth, dignam hæreditet benedictionem. In quibus illud considerādum est, quod quū omnes eodem sinu arca seruauerit super aquas, tam longē tamen apud patrem ipsorum distinxit eos multum diuersa morum qualitas. Huius scripturæ autem literalis sensus, uelut aqua in uinū conuertitur, dum spiritali intelligētia filijs nuptiarum ita propinatur Noë, quod interpretatur requies, scilicet dominus nosser, cuius dum iugū super nos tollimus, requiem animabus nostris inuenimus, plantauit uineam, uidelicet illam, quam de Aegypto transtulit gentem Iudaicam, bibēsq; ex ea uinum nimis amarū, imò acetū cum felle mixtum, nudatus est in tabernaculo suo, scilicet in similitudinem hominum factus, uerè passibilis, habitus, & ueritate mortis inuentus ut homo. Quam eius infirmitatem despicit Cham, quod interpretatur calidus, id est, contentiosus, & impatiens, promptusq; ad rixam hæreticus, & quem ex passionis infirmitate hominem uerum intelligit, de dignatur uerum Deum confiteri. Propter quod, sicut Cham in filio suo Chanaan, sic & iste in posteritate, id est, in anima sua maledicitur. At uero catholici uiri, qui per Sem, & Iapheth figurati sunt, eandem patris infirmitatem dignis sacramētis uenerantur, scientes, quia quod stultum est Dei, sapiētius est hominibus, & quod infirmius est Dei, fortius est hominibus, & idcirco in regno patris incluyti sunt, & in æternis māsionibus dilatatur. Sem enim incluytus, Iapheth dilatatus interpretatur. Et quidē illi omnes scilicet hæretici cū istis in eadem arca Ecclesiæ, baptisimi aquis supernatauerunt, sed abalienati sunt retrorsum, & à nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Aetate tertia nascitur Isaac patre ueterano, matre diu sterili, eadēq; proeducta. Nascitur autem de libera per repromissionem, nato prius Ismaele de ancilla secundum carnem. Hæc diuini operis historica narratio, limpida, & dulcis aqua est, utiliter irrigans legentis animam, & fidei eius per exempla augens incrementum, quia fides extitit patris Abrahæ, quod non consyderauit corpus suum emortuum, quum ferè centū esset annorū, & emortuā uulua Saræ, credēs, quia quacūq; promisit Deus, potens est & facere. Sed hæc sunt (inquit Apostolus) per allegoriā dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem à monte Sina in seruitutē generans, quæ est Agar &c. Igitur autore Apostolo, imò Christo, qui in illo loquitur, sicut ipse ait: An experimentum uultis eius, qui in me loquitur Christus? Autore itaq; Christo, hæc literalis sensus aqua in uinū conuersa est, quo inebriata pubescit fides, quam adamat spiritus sanctus, & animarū nuptialis charitas multiplicatur. Sic &c. quæ illa ætate facta sunt, uelut aquæ in uina mutantur, dum spiritaliter intelliguntur, quia omnia in figura contingebāt illis, ut ait idem Apostolus. Quarta ætate præter facta figuratiua, qualia sunt uictoria Dauid de Goliath, & Hierosolymitani templi constructio mira sapiētis regis architectura, præter hæc & alia his similia facta, plura quoq; mysticè dicta sunt, quorum pleraq; iuxta literam, talem aquam sapiētiae, quæ nec satis liquida, nec habilis sit ad potādū. Verbi gratia, quale est illud in Canticis Canticorum, Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus, & similia, quæ secundū literā accepta castos Ecclesiæ mores nullatenus ædificant. Accipiuntur ergo secundum spiritum, & sit ex aqua uinum bonum, dignum (ut in eisdem Canticis dicitur) dilecto ad potādum, labijsq; ac dentibus eius ad ruminandum. Sic & illud quod cecinit Dauid, Exi thalamiū, & cœtera Cantica Psalmorū, sacra quoq; uolumina prophetarum, si solam sequamur literam, penè in omnibus mortuā, & inspidam bibimus aquā: spiritum uero sequētes, uiuificantem optimi uini saporem miramur, & uirtutem. Quinta ætate captiuus populus Dei sub rege Babylonis ducit, & electi de filijs captiuitatis in domo eius eunuchi sunt, quibus ob summam uitæ continentiam, dedit Deus scientiam, & disciplinā in omni libro, & sapientiā, præcipueq; Danieli intelligentia omnium uisionum, & somniorum. Hæc, & cœtera in superficie literæ dulcis aquæ præbent poculum, magnoq; sunt exemplo, quod per mundiciam uitæ peruenire quis possit ad honorem sapiētiae. Spiritualis autem homo illos intelligit præfiguratos eunuchos, qui se (ut ait dominus) castrauerunt propter regnum cœlorum, & in præsentia captiuitate, qua rex confusionis diabolus humanū genus in primis parentibus captiuaui, scientes quia tempus breue est, & dies mali sunt, illud approbant Apostoli consilium, ut sine coniugio sint. Talibus enim clarior datur intelligentia secretorum cœlestiū, uerbi gratia, ut Ioanni huic, cuius est hoc Euangelium, & Apocalypsis, cuius tot uerba, tot penè sunt mysteria. Hæc ergo aqua, uinum

I iij facta est,

facta est, quo miro modo inebriati, luxuria obliuiscuntur, imò & eunuchizantur, ut uerae uinae Christi arctius inserantur. Sextae aetatis hydria per semetipsum impleuit dominus de fonte aquae salientis in uitam aeternam. Et quidem incarnationis eius mysterium, dicta quoque, & facta eius priusquam resurrexisset a mortuis, aquam quamuis limpidissimam sapiebant, quia uidelicet & passibilis in illo erat nostra natura, & non clarè intelligebatur ea, quae dictis, aut factis significabant regni Dei mysteria. Ut autem resurrexit a mortuis, aqua in uinum conuersa est, quia uidelicet aeterna incorruptione solidata est nostra, quae in illo passibilis fuerat, natura, ut idè & in nobis speraremus, & ipse discipulis suis aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, & spiritualiter intelligendos recordarentur sermones, quos ab illo carnaliter audierant. Igitur cunctae salutarium diuisiones aquarum, quae praeteritis generationibus distributae sunt, simul conferuntur in hoc caelestium conuiuio nuptiarum, & ex aqua factio uino laetantur conuiuia, quia uidelicet uinum hoc laetificat cor hominis, & hic calix inebrians, quam praeclearus est. Contra in cunctis Iudaeorum, atque haereticorum conuentibus, quia mater Iesu, ibi non est, id est, non conuiuatur dominicae incarnationis fides, istae aquae uertuntur illis in sanguinem, ut corruptas scripturas corrupti, atque corrumpentes bibant, & uomant, imò bibant, & moriantur, sicut ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. De quorum poena in Apocalypsi iustitia Dei laudatur a dicentibus: Iustus es domine, qui es, qui eras sanctus, quia haec iudicasti, quia sanguinem sanctorum, & prophetarum fuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, ut digni sunt. Hauriunt nunc, iubente domino, ministri, id est, tractatores scripturarum studiosi, & exponentes eas spiritualiter, ferunt Architrclinus, dum non sibi attribuunt, quod intelligunt, sed spiritui sancto. Ipse namque harum nuptiarum Architrclinus est, qui & beatae uirginis superueniens uteri eius triclinitium praeparauit, ut in illo diuina natura humanae naturae uniretur, & singulis animabus opitulatur, ut intra secreta conscientiae Deo patri copulenter, ut eodem uerbo, quo uirgo felix impraegnata est, & ipsa ex eius complexibus foecundetur. Ipsius ergo laudi propinandum, & cum eius honore bibendum est hoc uinum bonum, quod seruatum est usque adhuc, quia prioribus temporibus non est datum, sed nobis, in quos fines saeculorum deueniunt.

De eisdem hydrijs ex Augustino. Cap. XXXI.

Divus autem Augustinus, quid uinum, quid aqua, quid hydriae mystice significant, in expositione Ioannis, tractatu nono, hoc pacto insinuat: Erat (inquit) prophetia antiquis temporibus, & a prophetiae dispensatione nulla tempora cessauerunt. Sed illa prophetia, quando in illa Christus non intelligebatur, aqua erat. In aqua enim uinum quodammodo latet. Et dicit Apostolus quid intelligamus in ista aqua: Vsq; in hodiernum (inquit) diem, quoad legitur Moyses, id ipsum uelamen super cor eorum positum est, quod non reuelatur, quia in Christo euacuatur. Et quum transferint (inquit) ad dominum, auferetur uelamen. Velamen dicit adoperationem prophetiae, ut non intelligeretur. Tollitur uelamen, quum transferis ad dominum. Sic tollitur insipientia, quum transferis ad dominum, & quod aqua erat, uinum tibi fit. Lege libros omnes propheticos, non intellecto Christo, quid tam insipidum, & fatuum inuenies? Intellege ibi Christum, non solum sapit, quod legis, sed etiam inebriat, mutat mentem a corpore, ut praeterita obliuiscens, in ea, quae ante sunt, extendaris. Ergo prophetia ab antiquis temporibus, ex quo profusus currit ordo nascentium in genere humano, de Christo non tacuit, sed occultum ibi erat. Adhuc enim erat aqua. Vnde & dominus discipulos increpans post resurrectionem suam, ait: O insensati, & tardi corde ad credendum, super omnia quae locuti sunt prophetae. Nonne haec omnia oportebat pati Christum &c. Et incipiens a Moyse, & omnibus prophetis &c. Hi sunt (inquit) sermones, quos locutus sum ad uos, quum adhuc essem uobiscum, quia oportet impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moyse, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas &c. Nihil scripturarum ueterum praetermisit. Illa erat aqua, & ideo dicti sunt illi a domino insensati, quia eis adhuc aqua sapiebat. Quomodo autem fecit de aqua uinum? Quum aperuit eis sensum, & exposuit eis scripturas, incipiens a Moyse, & per omnes prophetas. Vnde iam inebriati, dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in uia, & aperiret nobis scripturas? Intellexerunt enim Christum in his libris. Quum autem ipsam aquam conuertit in uinum, ostendit nobis, quod & scriptura uetus ab ipso est. Nam iussu ipsius impletae sunt hydriae. A domino quidem & illa scriptura, sed nihil sapit, si non ibi Christus intelligatur. Intendite autem quod ipse ait: Quae scripta sunt in lege, prophetis, & psalmis de me. Nouimus autem legem ex quibus temporibus narrat, id est, ab exordio mundi. In principio fecit Deus caelum, & terram. Inde usque ad hoc tempus, quod nunc agimus, sexta aetas est. Nam prima aetas est ab Adam usque ad Noe, secunda, usque ad Abraham, tertia, ab Abraham usque ad Dauid, quarta ad Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, quinta ad transmigrationem Babylonis usque ad Ioannem baptistam, sexta inde usque ad finem saeculi. Propterea & sexta die fecit Deus hominem ad imaginem suam, quia sexta ista aetate manifestatur per Euangelium reformatio mentis nostrae secundum imaginem eius, qui creauit nos, & conuertitur aqua in uinum,

in uinum, ut iam manifestatum Christum in lege, & prophetis sapiamus. Ideo erant ibi sex hydriae, quas iussit impleri aqua. Sex ergo illae hydriae, sex aetates significant, quibus non defuit prophetia. Illa ergo tempora sex, quasi articulis distributa, atque distincta, quasi uasa essent inania, nisi a Christo implerentur, nisi in eis dominus Iesus praedicaret. Impletae sunt prophetiae, plena sunt hydriae, sed ut aqua in uinum conuertatur, in illa tota prophetia Christus intelligatur. Quid est autem, Capiebant metretas binas, uel ternas? Mysterium nobis maxime ista locutio commendat. Metretas enim dicit metretas quaedam, tanquam si diceret, urnas, amphoras, uel si quid huiusmodi. Nomen metretae est metreta, & a mensura accepit nomen. Metrum enim mensuram dicunt Graeci, inde appellatae metretae. Capiebant enim metretas binas, uel ternas. Quid dicimus fratres? Si ternas tantum diceret, non curret animus noster, nisi ad mysterium trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde citò iam sensum nostrum auertere, quia dixit binas, uel ternas, quia nominato patre, & filio, consequenter & spiritus sanctus intelligendus est. Spiritus enim sanctus non est patris tantummodo, aut filii tantummodo spiritus, sed patris, & filii spiritus. Scriptum est enim: Si quis dilexerit mundum, non est spiritus (aliàs charitas) patris in illo. Item scriptum est: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nominato itaque patre, & filio, intelligitur & spiritus sanctus, quia spiritus est, & patris, & filii. Quum autem nominatur pater, & filius, tanquam duae metretae nominantur: quum autem ibi intelligitur spiritus sanctus, tres metretae. Ideo non est dictum, Capientes metretas, aliae binas, aliae ternas, sed ipsae sex hydriae capiebant metretas binas, uel ternas. Tanquam diceret: Et quando dico binas, etiam spiritum patris, & filii cum his intelligi uolo, & quando dico ternas, ipsam trinitatem manifestius enuncio. Quisquis itaque nominat patrem, & filium, oportet ibi intelligi tanquam charitatem inuicem patris, & filii, quod est spiritus sanctus. Ergo metretas binas capiebant hydriae, quia in omnium temporum prophetia pater, & filius praedicatur, sed ibi est & spiritus sanctus. Ideoque adiunctum est, Vel ternas. Ego, & pater (inquit) unum sumus. Sed absit ut spiritum sanctum, ubi audimus: Ego, & pater unum sumus, non esse dicamus. Tamen quia patrem, & filium nominauit, capiebant hydriae binas metretas, sed audi uel ternas: Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Itaque in eo quod dicuntur binae, non exprimitur, sed intelligitur; in eo uero quod dicuntur, Vel ternae, etiam exprimitur trinitas.

De eisdem hydrijs ex eodem Augustino: Cap. XXXII.

Sed est & alius intellectus (inquit idem Augustinus) non praetermittendus, & ipsum dicam. Eligat quisque quod placeat, nos quod suggeritur, non subtrahimus. Prophetia, quae ab antiquis temporibus dispensatur, ad salutem omnium gentium pertinet. Ad solum quidem populum Israel missus est Moyses, & ei soli populo per eum lex data est, & ipsi prophetae, ex illo populo fuerunt, & ipsa distributio temporum secundum eundem populum distincta est. Vnde & hydriae dicuntur, secundum purificationem Iudaeorum. Sed tamè quod illa prophetia etiam ceteris gentibus annuntiabat, manifestum est, quandoquidem Christus in ea occultus erat, in quo benedicent omnes gentes, sicut promissum est Abraham, dicente domino: In semine tuo benedicent omnes gentes. Nodum enim intelligebat, quia nodum aqua conuersa erat in uinum. Ergo omnibus gentibus dispensabatur prophetia. Quod ut emineat iocundius, de singulis aetatibus, tanquam de singulis hydrijs pro tempore quaedam memoremus. In ipso exordio Adam, & Eua parentes omnium gentium erant, non tantummodo Iudaeorum. Et quicquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes utique gentes pertinebat, quibus salus erat in Christo. Quid ergo potissimum dicam de aqua primae hydriae, nisi quod Apostolus ait de Adam, & Eua? Nemo enim me dicit prauè intellexisse, quando intellectum, non meum, sed Apostoli profero. Illud ergo uinum quantum mysterium de Christo continet, quod commemorat Apostolus, dicens: Et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Et ne quis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusque hominibus uxores habentibus intelligeret, Ego autem (inquit) dico in Christo, & in Ecclesia, quod est hoc sacramentum magnum. Erunt duo in carne una. Quum de Adam, & Eua scriptura Geneseos loqueretur, unde uentum est ad haec uerba, Propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una. Sic ergo Christus adhaesit Ecclesiae, ut essent duo in carne una. Quomodo reliquit patrem? Quia quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalē Deo, sed semetipsum exinaniiuit, formam serui accipiens. Hoc est enim, reliquit patrem, non quia deseruit, & recessit a patre, sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua aequalis est patri. Quomodo reliquit matrem? Relinquitur quodammodo Iudaeorum, de qua secundum carnem natus est, & inhærendo Ecclesiae, qua ex omnibus gentibus congregauit. Ergo prima hydria habebat prophetiam de Christo, scilicet quando ista, quae loquor, non praedicabantur in populis, adhuc aqua erat, in uinum mutata nodum erat. Et quia illuminauit nos per Apostolum dominus, ut ostenderet nobis quid ibi quaereremus in ipsa una sententia. Et erunt duo in carne una, sacramentum magnum in Christo, & in Ecclesia, iam licet nobis ubique Christum quaerere, & de omnibus hydrijs uinum potare. Dormit Adam, ut fiat Eua, moritur Christus, ut fiat

Rom. 5. c.

Gen. 22. d.

Ioa. 19. c.

Psal. 51. a.

Matth. 22. b.

Rom. 5. c.

Gen. 22. d.

Psal. 51. a.

Daniel. 2. g.

Matth. 11. b.

Matth. 3. b.

Ibidem.

Psal. 115. c.

Ecclesia. Dormienti Adæ sit Eua de latere, mortuo Christo, lancea percutitur latus, ut profuant sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Cui non apparet, quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit Apostolus ipsum Adam formam futuri esse. Qui est (inquit) forma futuri. Præfigurabatur omnia mysticè. Neque enim uero non poterat Deus uigilanti costam educere, foeminamque formare? An forte, ne doleret latus, quando costa detracta est, propter hoc oportebat, ut ille dormiret? Quis est qui sic dormiat, ut ei ossa non euigilanti euellantur? An quia Deus euellere, propterea homo non sentiebat? Poterat ergo & uigilanti sine dolore euellere, qui poterat dormienti. Sed proculdubio hydria prima implebatur, prophetia illis temporibus futuro isto tempore dispensabatur. Christus etiam figuratus est in Noë, & in illa arca, orbis terrarum. Quare ergo inclusa sunt omnia animalia, nisi ut significarentur omnes gentes? Non enim deerat Deo rursus creare omne genus animalium. Quando enim omnia non erant, nonne dixit: Producat terra, & produxit terra. Vnde ergo tunc fecit, inde reficeret. Verbo fecit, uerbo reficeret, nisi quia mysterium commendabat, & secundam hydriam prophetica dispensationis implebat, ut per lignum liberaretur figura orbis terrarum, quia in ligno figenda erat uita orbis terrarum. Iam in tertia hydria ipsi Abraham, quod iam commemorauimus, dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et quis non uideat curius habeat figuram unicus eius, qui sibi ad sacrificium, quod ipse immolandus ducebatur, ligna portabat? Portauit enim dominus crucem suam, sicut Euangelium loquitur. Hoc de tertia hydria commemorasse sufficiat. De Dauid autem quid dicam, quod ad omnes gentes pertinebat prophetia eius, quando modo audiuimus psalmum, & difficile est, ut dicam psalmus, in quo hoc non sonet? Sed certe (ut dixi) modo cantauimus: Surge Deus, iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Et ideo Donatistæ tanquam proiecti de nuptiis, sicut ille homo, qui non habebat uestem nuptialem, inuitatus est, & uenit, sed proiectus est de numero uocatorum, qui non habebat uestem ad sponsi gloriam. Qui enim suam gloriam querit, non Christi, non habet uestem nuptialem. Non enim uolunt consonare uoci illius, qui amicus erat sponsi, & ait: Hic est qui baptizat. Audiatur, uelint, nolint etiam apud se cantari: Surge Deus &c. Et non communicando omnibus gentibus, quid aliud, quam se exheredatos esse cognoscant? Quod ergo dicebam, quia ad omnes gentes pertinet prophetia, uolo alium sensum ostendere in eo, quod dictum est: Cipientes metretas binas, uel ternas, ad omnes (inquam) gentes pertinere prophetiam demonstratam in Adam, qui est forma futuri. Quis autem nesciat, quod de illo exorta sunt omnes gentes? Et in eius uocabulo quatuor literis, quatuor orbis terrarum partes per Græcas appellationes demonstrantur. Si enim Græcè dicatur oriens, occidens, aquilo, meridies, in capitibus uerborum inueniuntur Adami. Dicuntur enim Græcè quatuor memorata mundi partes ἀνατολή, δύσις, ἀρκτος, μεσημβρία. Ista quatuor nomina si tanquam uersus quatuor subinueniuntur scribas, in eorum capitibus Adami legitur. Hoc in Noë propter arcam figuratum est, in qua erant omnia animalia, quæ significabant omnes gentes, hoc in Abraham, cui apertius dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes, hoc in Dauid, de cuius psalmis (ut alia omittam) modo cantauimus: Surge Deus iudica terram &c. Cui enim Deo dicitur, Surge, nisi qui dormiuit? Surge Deus iudica terram. Tanquam diceretur: Dormisti iudicatus à terra, surge, ut iudices terram. Et quod pertinet illa prophetia: Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus?

De quinta, & sexta hydria, & de hydria Samaritanæ: Cap. XXXIII.

Iam uero in quinta ætate tanquam in quinta hydria Daniel uidit lapidem præcisum de monte sine manibus, & confregisse omnia regna terrarum, & creuisse illum lapidem, & factum esse montem magnum, ita ut impleret uniuersam faciem terræ. Quid apertius fratres mei? Lapis de monte præcisus, ipse est lapis, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. De quo monte præcisus, nisi de regno Iudæorum, unde dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est? Et præcisus sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de uirgine exortus est. Mons ille unde præcisus est, non impleuerat uniuersam faciem terræ. Non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes. At uero regnum Christi omnes gentes, & uniuersum orbem terrarum cernimus occupare. Iam ad sextam ætatem pertinet Ioannes baptista, quo nemo exurrexit maior de natis mulierum, de quo dictum est, Maior quam propheta. Quomodo & ipse ostendit, quia omnibus gentibus missus est Christus, quando Iudæi uenerunt ad eum, ut baptizarent? Et ne superbiunt de nomine Abraham: Generatio (inquit) uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uetura ira? Facite ergo fructum dignum penitentiae, id est, humiles estote. Superbis enim loquebatur. Vnde autem erant superbi? De genere carnis, non de fructu imitationis patris Abraham. Quid eis ait? Nolite dicere, Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Lapidem dicentes, omnes gentes, non propter firmitatem, sicut lapis dictus est, quem reprobauerunt ædificantes, sed propter stoliditatem, & duriciam stultitiam, quia eis, quos adorabant, similes facti erant. Adorabant enim insensata simulacra pariter insensati. Vnde insensati? Quoniam in psalmo dicitur: Similes illis sicut qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ideo quæ ceperunt

ceperunt homines deum adorare, quid audiunt? Ut sitis filij patris uestri, qui in caelis est, qui solus suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Quapropter si ei sit homo similis, quem adorat, quid est. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Nos ipsos interrogemus, & uideamus, quia factum est. Nos enim de gentibus uenimus. De gentibus autem non ueniremus, nisi Deus de lapidibus suscitasset filios Abraham. Facti sumus filij Abraham imitatio fidem, non nascendo per carnem. Sicut enim illi degenerando exheredati, sic nos imitatio adoptati. Ergo fratres, ad omnes gentes pertinebat etiam sexta ista hydria prophetiae, & ideo de omnibus dictum est: Cipientes metretas binas, uel ternas. Sed quomodo ostendimus omnes gentes pertinere ad binas, uel ternas metretas? Aestimatis enim fuit quodammodo, ut ipsas diceret binas, quas dixerat ternas, ad commendandum scilicet sacramentum. Quomodo sunt binæ metretæ? Circūcisio, & præputium. Hos duos populos scriptura commemorat, & nullum prætermittit hominum genus, quando dicit, Circūcisio, & præputium. In duobus istis nominibus habes omnes gentes, & binæ metretæ sunt. His duobus partibus de diuerso uenientibus ad pacem in seipso faciendam, lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus æternas metretas in eisdem ipsis omnibus gentibus. Tres enim erant filij Noë, per quos reparatum est genus humanum. Vnde dominus ait: Simile est regnum caelorum fermento, quod accepit mulier, & abscondit in farinae mensuris tribus, quoad usque fermentaretur totum. Quæ est ista mulier, nisi caro domini? Quod est fermentum, nisi Euangelium? Quæ sunt tres mensuræ, nisi omnes gentes, propter tres filios Noë? Ergo sex hydriæ capientes binas, uel ternas metretas, sex sunt ætates temporum, capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus generibus hominum, id est, Iudæis, & Græcis, sicut sæpe Apostolus commemorat, siue in tribus, propter Noë tres filios significatos. Figurata est enim prophetia pertingens usque ad omnes gentes. Nam in eo quod pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus: Accepimus mensuram pertingendi usque ad uos. Gentibus enim euangelizans, sic ait: Mensuram pertingendi ad uos. De hydria autem Samaritanæ idem scribit Augustinus eodem tractatu: Hydria (inquit) uas erat unde aqua hauriebatur, Græco nomine appellatur hydria, quoniam Græcè hydor aqua dicitur, tanquam si aquarium diceretur. Hydria cupiditas est. Cupiditatem quippe proni submittit, ut ad uoluptatem haurit de profundo perueniat, & fruatur uoluptate præcedente, & præmissa cupiditate. Nam qui non præmiserit cupiditatem, peruenire non potest ad uoluptatem. Pone ergo hydriam cupiditatem, & aquam de profundo uoluptatis. Quum peruenit quisque ad uoluptatem sæculi huius, cibus est, potus est, laucrum est, spectaculum est, concubitus est. Nunquid non iterum sitiet? Proiecit ergo hydriam suam, quæ iam non usui, sed oneri fuit. Auidam quippe desiderabat aqua illa satiari, ut nunciaret Christum onere abiecto. Et libro 83. quaestionum, quaestione sexagesimaquarta: Neque hoc (inquit) quod relicta hydria discessit, negligenter prætereundum est. Hydria enim fortasse amorem sæculi huius significat, id est, cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est, de terrena conuersatione hauriunt uoluptatem, qua percepta, iterum in eius appetitum inardescunt, sicut de aqua illa: Qui biberit (inquit) sitiet iterum. Oportebat autem ut Christo credens, sæculo renunciaret, & relicta hydria, cupiditatem sæcularem se reliquisse monstraret, non solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confessura, & prædicatura quod credidit. Diuus quoque Gregorius de superioribus hydriis, homilia 6. super Ezechielem, hoc modo scribit: Quem non paruulorum ipsa Euangelica historia in miraculi operatione reficiat, quod hydrias uacuas dominus aqua implere præcepit, eademque aquam protinus in uinum uertit? Sed quum hæc uigilantes ingenio audiunt, & sacra historia credendo uenerantur, quid interius inuauat, requirunt. Qui enim mutare aquam in uinum potuit, etiam uacuas hydrias ualuit uino statim replere. Sed implere hydrias aqua iubet, quia prius per sacre lectionis historia corda nostra replenda sunt. Et aquam nobis in uinum uertit, quando ipsa historia per allegoriae mysterium in spiritalem nobis intelligentiam commutatur.

Hydropicus, hyems, quid mysticè significant.

Cap. XXXIII.

DE hydropico scriptum est Luca 14. Et factum est (inquit) quum intrauisset Iesus &c. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum &c. Vbi diuus Ambrosius scribit: Ideo primo ab hinc loco curat hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animæ grauabatur officia, spiritus extinguebat ardorem. Et diuus Augustinus lib. quaestionum Euangeliorum 2. quaestione 29. Hydropicum (inquit) recte comparamus diuiti auaro. Sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitijs, quibus non bene utitur. tanto ardentius talia concupiscit. Et Beda: Hydropicus morbus ab aquoso humore uocabulum trahit. Græcè enim hydor, aqua uocatur. Est autem humor subcutaneus de uitio uesicæ natus cum inflatione turgente, & anhelitu foetido. Propriusque hydropicus est, quantomagis abundat humore inordinato, tanto amplius sitire. Et ideo recte comparatur ei, quem fluxus carnalium uoluptatum exuberans aggrauat. Comparatur etiam diuiti auaro &c. ut August. Hyems aduersitatem significat, ut dictum est in dictione, Aestas. Hyems quoque est uita præsens, ut diuus

Iob 37. b.

Sapient. 9. d.

Deuter. 32. 4.

Hier. 17. 4.

Cantic. 2. 6.

Cantic. 2. 6.

Matth. 24. b.

ut diuus scribit Gregorius, exponens illud Iob, Et hyemis pluuijs, scilicet præcipit: Hyems (inquit) est uita præfens, in qua nos & si iam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostræ frigida torpor asfringit, quia scriptum est: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitatem. Habet autem hæc hyems pluuias, rectorū proculdubio prædicationes, de quibus per Moysen dicitur: Expectetur sicut pluuiæ eloquium meū, & descendant sicut ros uerba mea. Hæc nimirum pluuiæ hyemi cōgruunt, æstate cessabunt, quia quum nunc carnalium oculis uita cœlestis absconditur, necesse est, ut sanctorum nobis prædicationibus irrorentur. Quum uero æterni iudicij æstus incāduerit, nullus uerba prædicatium necessaria tūc habebit, quia ueniente iudice, ad cor suum quisq; reducitur, ut sancta iam, quum agere non ualet, sentiat, & rectum, quod sequi debuit, ex tortitudinis suæ pœna cognoscat. Vnde bene per prophetā dicitur: Congrega eos quasi gregem ad uictimam, & sanctifica eos in die occisionis. In die enim occisionis sanctificantur reprobi, quia tunc sancta, quæ debuerunt agere, cōsentiant, quum digna prauitatis suæ supplicia iā declinare nō possunt. Quia autē prædicationes sanctæ cū uita præfenti, id est, pluuiæ cum hyeme cessabunt rectè exeunti animæ, atq; ad æternæ felicitatis æstiuæ properanti, sponsa si uoce suadentis dicitur: Surge, propera amica mea, formosa mea, & ueni. Iam enim hyems trāsijt, imber abiit, & recessit. Transeunte quippe hyeme, imber recedit, quia quum uita præfens peragitur, in qua nos ignorantia nubilo, carnis corruptibilis torpor asfrinxerat, omne ministerium prædicationis cesset. Clarius quippe per nos tūc uidebimus hoc, quod sanctorum uocibus nūc obscurius audimus. Et in expositione Cantici Canticorum, Surge propera &c. hoc pacto scribit: Propter fidem, Christus spōsam suā amicā uocat, columbā, propter simplicitatē, formosam, propter operationem. Quia enim sine fide, Deo placere nō possumus, bene per fidē amici uocamur, quia dum fide cœlestia appetimus, abiectis terrenis Deo adhaeremus. Colūba uero bene anima propter simplicitatē dicitur, quia anima deuota dum simplicem Deum, cordis simplicitate perscrutatur, nequaquam mundi ineptā lætitiā dissoluta seclatur, sed semper ad æterna festinās, columbæ gemitum pro cātu diligendo imitatur. Propter operationē anima formosa rectè appellatur, quia dum præterita uitæ peccata per bona opera redimit, quasi antiquam turpitudinem, assumpta forma meliori, ante sponsi oculos abscondit. Hanc itaq; hortatur sponsus, ut surgat, & ueniat, quia dignum est, ut quicumq; ad amorem Christi properat, carnis torporem quātum potest, abijciat, & se ad æterna cōsequenda celeriter accingat. Sed quia ut ad cœlestia festinemus, per exhibitionē noui testamenti à Deo accepimus, ideo rectè sequitur: Iam enim hyems trāsijt, imber abiit, & recessit. Quid per hyemem, nisi legis austeritas intelligēda est? Quæ dum in carnalibus sacrificijs populū antiquum deuinit, ad appetenda spiritalia, & cœlestia, obseruatores suos nō adiuuit. Possumus etiā per hyemem uitā præfentem intelligere, quæ dū nos assiduis tentationibus impetit, quasi imbribus opportunis ad sequendū Christum torpere cōpellit. Sed iam spōsa surgat, quia hyems trāsijt, quoniā quātomagis dies ultimus instat, præfens uita recedit, & quod amplius tempus ad terminum ducitur, eō citius currendum est, ne electa anima oblati sibi muneribus æternis priuetur. Transtijt enim dicitur, quia in proximo trāsitura esse nō dubitatur. Et diuus Ambrosius libro Hexameron 4. cap. 5. Quum sol meridianis partibus immoratur, hyems nobis est. Nā quum sol lōgius abest, terra rigescit gelu, stringit frigore, & plurima noctis umbra, terras operit, ut multo prolixiora sint noctis spacia, quàm diei, quādo hyems erat, Ecclesiæ dicitur: Hyems abiit, & discessit, sibi flores uisi sunt in terra, tēpus mellis aduenit. Ante aduentum Christi hyems erat, post aduentū Christi flores sunt ueris, & mellis æstatis. Ex meridiano ergo, & ex gētium cōuersione illum illuminatē uidēs, obumbratur. Populus autē gentiū, qui erat cōfusionis, ac gētilis, qui sedebat in tenebris, uidit lucē magnā. Qui sedebat in regione umbræ mortis, lux orta est illis. Magna lux diuinitatis, quam nulla umbra mortis interpollat. Et sermone 6. in Psalmū 118. Surge (inquit) ueni proxima mea &c. Quia ecce hyems præterijt, imber abiit, discessit sibi, flores uisi sunt in terra &c. Serpens (inquit) profecto est, qui decursa hyeme, amictu corporis se uolebat exuere, ut specioso decore uernaret. Et infra: Ante aduentū Christi hyems erat, uenit Christus, fecit æstatē. Tunc omnia erāt florum indiga, nuda uirtutum, passus est Christus, & omnia cœperunt nouæ gratiæ fœcundare germinibus. Imber abiit luxuriæ profluentis, & nubila tetris ora flagitijs, æstiuæ iam puræ conscientia serenitate laxatur. Ideo non euadunt, quorū fuga hyeme fit, quia non sequuntur domini passionem, non tollunt crucem suam, & Christum sequuntur. Imber impedit flores, at nunc flores uidentur in terra. Boni flores Apostoli, qui diuersorum scriptorum, atq; operum suorū dederunt odorem. Et lib. 10. super Lucā, exponens illud Euangelicum, Orate ne fiat fuga uestra hyeme, uel sabbato: Quum iudicij die (inquit) uenturus sit dominus, ante quem ignis ardebit, ignis autē uis, aut semper eadem, aut citius adurat æstate, quomodo orandum dicit, ne fuga nostra hyeme fiat, nisi fortē, quia is qui in montes fugit, frigus, & glaciem, procellas, & grandinem delictorum timere nō debet, sed optare æstiuæ lucis serenitatem, ne lubrico corporis uestigia infirma labantur? Vnde & illa iam secuta processu, iam firmis radicibus

nixa, lætatur, dicens: Hyems abiit, tempus secandi aduenit. Hyeme etenim arbores uentus suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frōdes in speciem mortis interficit. Vere autē resurgūt femina, & tanquam noua æstas naturæ uiridatis adolescit. Vere pascha est, quando seruatus sum, æstate est Pentecoste, quādo resurrectionis gloriam celebramus ad instar futuri. Et de institutione uirginis, capite 1. Et cōuersus ad dominū patrem. Proximæ (inquit) eius offerretur tibi &c. Quæ est proxima, nisi quæ Christo propinquat, cui dicit Deus uerbū Dei reciperet, hyems erat, inhonora, mea, colūba mea, quia ecce hyems præterijt. Antequā uerbū Dei reciperet, hyems erat, inhonora, sine fructu, ubi uerbū Dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Deniq; feruore sancti spiritus uaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantia castitatis, suauitatē gratiæ.

De eadem hyeme.

Cap. XXXV.

Diuus quoque Bernardus, exponens illud Canticorum, Surge, propera amica mea &c. Iam enim hyems abiit &c. Quis hoc (inquit) dicit? Absq; dubio sponsus. Et nōne ipse est, qui paulō ante suscitari dilectā tātōpere prohibebat? Quo pacto ergo nunc, nō solum ut surgat, sed ut & acceleret, iubet? Quid sibi itaq; uult tam subita hæc mutatio uoluntatis, siue cōsilij? Putamus ne leuitate usum sponsū, & aliquid uoluisse prius, quod mox noluerit? Minimè. Sed agnoscite uicissitudines sanctæ quietis, atq; necessariae actionis, & quod non sit in hac uita copia contemplandi, nec diurnitas oñj, ubi officij, & operis cogentior urget, instātorq; utilitas. More igitur suo sponsus, ubi dilectam paululum sine proprio quieuisse peruenit, ad ea denuo, quæ utiliora uisa sunt, trahere cunctatur. Nec parum confortat quod audit, Veni, & nō uade, per hoc se intelligens, nō tam mitti, quàm duci, & secum pariter sponsū. Animatur etiam ad opus iniunctum, & de temporis opportunitate redditur alacrior. Tempus faciēdi (inquit) sponsa, quia hyems transtijt, quando operari nemo poterat. Imber quoq;, qui inundatione facta operiebat terrā, culturas impediēbat, & uel fata necabat, uel feri uetabat. Is (inquam) imber excurrit, abiit, & recessit. Flores apparuerūt in terra nostra, uernalem profecto temperiem adesse signantes, operandi commoditatem, frugum uicinitatem ac fructuum. Hæc iuxta literam. Nunc iam uideamus quid istiusmodi quasi historico schemate spiritualiter nobis innuatur intelligendum. Inuitatio ipsa quid est, nisi in tima quædam stimulatio charitatis, piē nos sollicitantis æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus domini, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitiæ eius, laudem, & gloriā nominis eius? Verum quoniam operi huic, sicut & omni rei sub celo, non omne tempus suppetit, & aptum est, addidit hyemale tempus præterisse. Quod illud mihi designare uidetur, quum dominus Iesus iam non in palam ambularet apud Iudæos, eo quod conspirassent aduersus eum, uolētes eum interficere. Vnde dicebat ad quosdam: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum, semper est paratum &c. Extunc ergo, & deinceps usque ad aduentum spiritus sancti, quo recaluerunt torpentia fidelium corda, tanquam igne, quem dominus ad hoc ipsum misit in terram, hyems fuit. Tu ne negaueris hyemem tunc fuisse, quum Petrus federet ad prunas, non minus gelido corde, quàm corpore. Deniq; erat frigus (inquit). Magnum re uera frigus cor negantis cōstrinxerat, nec mirum tamen, quum ignis ab eo ablatu esset. Nam paulō ante non paruo feruebat zelo, quippe adhuc igni proximus, qui euaginato gladio (ne ignem perderet) serui auriculam amputauit. Et infra: Confido quia nobis hyems iam transtijt. Scitis quam hyemem dicam? Timorem illum, qui non est in charitate, qui quum omnes iniiciat ad sapientiam, neminem consummat, quoniam superueniens charitas extundit illum tanquam hyemem æstas. Aestas enim charitas est. Quæ si iam uenit, imō quia uenit, sicauerit necesse est omnem hyemalem imbrem, omnem uidelicet anxietatis lachrymam, quā amara recordatio peccati, & timor antē extorquebat iudicij. Iam imber abiit, & recessit. Nam flores apparent, indices pluuiæ suauioris. Habet & æstas pluuias suas suaves, & uberes. Quid dulcius lachrymis charitatis? Flet quippe charitas, sed ex amore, nō ex mœrore. Flet ex desiderio, flet cum flentibus.

Hyssopus fidem significat, ut inquit diuus Gregorius libro moral. 6. capite 25. Apud Moysen (inquit) dum in sacrificio uacca mactatur, offerri cum hyssopo, lignoq; cedrino bistinctus coccus præcipitur. Vaccā quippe mactamus, quum carnem à lasciuiā suæ uoluptatis extinguimus, quam cum hyssopo, lignoq; cedrino, ac cocco offerimus, quia cum maceratione carnis sacrificium fidei, spei, & charitatis adolemus. Hyssopus quippe interna nostra mūdare cōsueuit, & per Petrū dicit: Fide mundās corda eorum. Lignum cedrinū nulla putredine deficit, quia spem cœlestiū terminus non consumit. Vnde per Petrum dicitur: Regenerauit nos in spem uiuā, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatā, & immarcescibilem. Coccus uero rubro colore flammescit, quia quem implet charitas, incendit. Vnde & in Euangelio ueritas dicit: Ignem ueni mittere in terram. Sed bistinctus coccus offerri præcipitur, ut uidelicet ante interni

ante interni iudicis oculos, charitas nostra Dei, & proximi dilectione coloretur, quatenus cōuersa mens nec sic pro amore Dei quietē diligit, ut curā proximi, utilitatēq; postponat, nec sic pro amore proximi occupationi inferuiat, ut quietem funditus deferens, ignem in se superni amoris extinguat. Quisquis ergo semetipsum Deo iam sacrificium obtulit, si perfecta desiderat, curet necesse est, ut nō solum ad operationis se latitudinem, uerumetiam ad culmina cōtemplationis extendat. Et diuus Gregorius in expositione Psalmi 50. exponēs illud Psalmistae, Asperges me domine hyssopo &c. Hyssopus est hærba humilis, saxo quidē adhærens, & parū utilitatis in seipsa sui facie ostendens, quæ tamen pulmonis inflationem deprimat, & uirtutis suæ acrimoniam si cōteratur, ostendit. Quid ergo per hyssopū, nisi Christi humilitas designatur? Ipsa est enim quæ omnem in nobis reprimat cōtumaciam, sicut hærba illa pulmonī inflato adhibet medicinā. Quis etenim iam dedignetur in mūdo se pro Deo abijcere, quum audiat Dei filiū opprobria, & derisiones subijisse? Quis supplicium pro Deo perpeti arbitretur dedecus, quum ipse rex regum, & dominus dominantium morte turpissima propter nos sit cōdemnatus? Præsertim quū ipse sit nobis positus forma iustitiæ, cuius & audire imperia, & sequi debeamus exempla, sicut ipse in euangelio ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Iuxta legis quoq; testimonium, inquinatos mundabat eiusdem hærbae fasciculus uaccæ rufæ cruore intinctus. Quid autem per uaccā, nisi ad sacrificium assumpta incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininum potest infirmitas designari, & de eo scriptū est: Quia & si mortuus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. Ipse est enim summus pontifex noster, qui in ara crucis pro totius mundi sanitate, sui corporis hostiam obtulit. Pōtifex uidelicet futurorum honorū, qui per proprium sanguinem in sancta æterna redemptione inuēta semel intrauit. Hæc autem uacca rufa dicitur, ut in ea sanguinis Christi rubor euidenter demōstretur. De quo in Canticis Canticorum sponsa loquitur, dicens: Dilectus meus candidus, & rubicundus. Candidus nimirum ex diuinitatis specie, rubicundus ex passionis cruore. Hoc itaq; hyssopo ille solummodo aspergitur, qui uias dominicæ passionis imitatur. Sanctificatur uero asperus, sicut per Paulum dicitur: Si enim sanguis ratorum, & uitulorum, & cinis uitulæ asperfos inquinatos sanctificat ad emūdatiōem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctū semetipsum obtulit immaculatum Deo, emūdatabit cōscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuenti? Sequitur: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quæadmodum corpus aqua lauat à squaloribus sordium, ita gratia sancti spiritus animā purgat à maculis peccatorum. Quod uerò ait, Et super niuem dealbabor, ostendit quia nulla pulchritudo, quæ inest corpori, ualeat decori sanctæ animæ cōparari. Quid namq; in corporibus niue cādidius? Et tamē qui uias passionis Christi sequitur, super niuem dealbatur. De sanctis etenim scriptum est: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quis uerò ignoret solē niue candidiorem? Præterea candor niuis cito præterit, decor autē sanctorū, in æternū manebit.

2. Cor. 13. b.

Cantic. 5. c.

Heb. 9. d.

INCIPIT LIBER OCTAVVS, AD MYSTICOS

SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Quid iacula mysticè significant.

Cap. I.



Abac. 3. c.

Cantic. 2. b.

Vid iacula mysticè significēt, diuus insinuat Gregorius homilia quinta super Ezechielem, exponens illud Abacuc, In lumine iacula tua ibunt, in splendore fulguris armorum tuorum: Iacula domini sunt uerba sanctorum, quæ corda peccantium feriunt. Sed ista iacula habent arma. Scitis fratres, quia praelatores uiri iacula mittunt, armis uero muniuntur. Dum ergo uerbis addunt miracula, quasi armis se muniunt, ne ipsi feriant. In lumine iacula tua ibunt, quia in aperto exeunt uerba Dei. Sed quia comitari debent sententiis doctorum, facta miraculorum, rectè subiungitur, In splendore fulguris armorum tuorum. Et Origenes homilia secunda in Canticis Canticorum, exponens illud, Stipate me malis: Ut malum in lignis syluæ, ita fratruelis meus in medio filiorum. Idcirco in malis eius stipate me, quia uulneratæ charitatis ego. Quam pulchrum est, quam decorum à charitate uulnus accipere? Alius iaculum carnis amoris accepit, alius terreno cupidine uulneratus est, tu nuda mēbra tua, & præbe te iaculo electo, iaculo formoso. Siquidem Deus sagittarius est, Audi scripturam de hoc eodem iaculo loquentem, imò ut tu amplius admireris, audi ipsum iaculum quid loquatur: Posuit me ut sagittam electam, & in pharetra sua seruauit me, & dixit mihi: Magnum est tibi hoc, uocari puerum meum. Intellige sagittam, quid dicat, & quomodo à Deo sit electa. Quam beatum est hoc iaculo uulnerari. Hac sagitta uulnerati fuerant illi, qui inter se inuicem cōferebant: Cor nostrum ardens erat in uia, quū aperiret nobis scripturas. Si quis sermone nostro, si quis scripturæ diuino magisterio uulneratur, & potest dicere, quia uulneratæ charitatis ego, hunc, & illud forsitan sequitur: Sinistra

AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et diuus Hieronymus exponens illud Abacuc, In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum, hoc pacto scribit: Iacula Dei, id est, sagittæ euntes, atq; pergentes, non ad hoc mittuntur ut interimant, sed ut illuminent. Ad harum sagittarum, iaculorumq; distinctionem Christus electum iaculum dicitur, per Esaiam uociferans: Posuit me ut iaculum electum, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: Magnum est tibi hoc, uocari te seruum meum. Hæc sagitta plures habebit sagittas, quas mittat in uniuersum orbem. Vnde & sponsa electo iaculo uulnerata dicit: Uulnerata charitate ego, iuxta quod & nos possumus dicere, Uulneratus castitate ego, uulneratus sapientia ego. Quo sapientiæ iaculo uulnerata & regina Austri non erat in se, & obstupefacta plus inuenerat in uerbo Salomonis, quam ei fama narrauerat. Hæc igitur sagittæ, quæ mittuntur in lucem, pergunt etiam in splendore coruscationis armorum eius, id est, Dei. Quicumq; enim armatus fuerit, ut stet contra uersutias diaboli, & accinctus armatura Apostoli, uenient ad illum iacula lucis, ut ad ipsum possit dici: Vos estis lux mūdi. Si quis autem peccator est, & ingemiscit quod habitet in tabernaculis Cedar, mittuntur ei sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs, ut primum compungatur sermo nibus Dei, & dicat: Versatus sum in miseria, quum infigitur mihi spina. Et postquam compunctus fuerit, tunc ei desolatorius per seraphim, id est, ardentem sermonem Dei, carbo mittatur, qui non solum labia, quæ Esaias tantum habebat immunda, sed omnes partes membrorum eius excoquat, & ad solitudinem peccatorum reducat. Iacula autem maligni, sunt cogitationes noxiæ (ut diuus inquit Hieronymus, exponēs illud Apostolicū, Super omnia accipientes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula maligni ignita extinguere): Perspicua (inquit) sunt iacula maligni, quæ uult mittere in corda nostra per cogitationes pessimas, de quibus unū fecit in cor Iudæ, ut traderet saluatorē. Itaq; ne principium quidem habere poterit inimicus animæ uulnerandæ, si tenerimus scutum fidei, in quo non solum uenientia tela frāguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur, de quo & propheta complorat, dicens: Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. Qui hunc umbonem fidei manu forti tenuerit, & confusus in domino scierit se aduenientibus iaculis esse securum, loquetur intrepidus. In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in mōtem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerūt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Quum ergo (inquit) confidam in domino, qua mihi datis ratione consilium, ut non stem aduersum inimicorum impetus, & iacula, quæ contra me in pharetris præpararunt, uolentes non solum me, sed omnes etiā rectos corde percutere? Ecce enim sto super petram, & non transmigro in montes tenebricosos, & omnia tela hostium repulsa, in ipsos, qui dirigūt, conuertuntur. Et Origenes homilia tertia in Cantica Canticorum, hoc pacto scribit: Si quis usquam est, qui fidei hoc amore uerbi Dei arsit aliquādo, si quis est (ut propheta dicit) qui electi iaculi eius dulce uulnus, plagamq; accepit, si quis est, qui scientiæ eius amabili confixus est telo, ita ut diurnis cum desiderijs, nocturnisq; suspiret, aliud quid loqui nō possit, audire aliud nolit, cogitare aliud nesciat, desiderare præter ipsum, aut cupere aliud, uel sperare non libeat. Ista anima meritò dicit: Uulneratæ charitatis ego sum, & ab illo uulnus accepi, de quo dicit Esaias: Et posuit me sicut iaculum electum, & in pharetra sua abscondit me. Tali uulnere decet Deum percutere animas, talibus iaculis, telisq; configere, ac salutaribus eas uulneribus fauciare, ut quia Deus charitas est, dicat & ipse, quia uulneratæ charitatis ego sum. Et quidem in hoc quasi amatorio dramate sponsa charitatis se dicit uulnera suscepisse. Potest autem similiter feruens anima erga sapientiam Dei dicere, quia uulneratæ sapientiæ ego sum, illa scilicet quæ sapientiæ eius pulchritudinem potuit intueri. Potest & alia anima uirtutis eius magnificentiam contuens, & admirata potentiam uerbi Dei, dicere: Quia uulneratæ uirtutis ego sum. Talis (credo) aliqua, sicut erat illa, quæ dicebat: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Sed & alia anima erga amorem iustitiæ eius feruens, & dispensationum, ac prouidentia eius iustitiam contuens, dicit sine dubio: Uulneratæ iustitiæ ego sum: Et alia bonitatis eius, ac pietatis immensitatem respiciens, similia loquitur. Sed & horum omnium generale est istud charitatis uulnus, quo se uulneratam prædicat sponsa. Sciendum tamen est, quod sicut sunt ista Dei iacula, quæ animæ habenti desiderium bonorum, salutis uulnus infligunt, ita sunt iacula maligni ignita, quibus anima, quæ non est scuto fidei protecta, uulneratur in mortē. De ipsis dicit propheta: Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra sua, ut sagittent in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittantes, demones inuisibiles dicit, & ipsi sunt habentes quædam iacula fornicationis, alia cupiditatis, & auaritiæ, quibus quamplurimi uulnerantur. Habent etiam spicula iactantiæ, & uanæ gloriæ, sed ista ualde subtilia sunt, ita ut confixā se anima ab eis, sauciatamq; uix sentiat, nisi si induta est armis Dei, & fiat uigilās, & immobilis erga astutias diaboli, scuto semetipsum fidei per omnia cōtegēs, & nullā prorsus corporis partē fidei nudā relinquēs. Quæcumq; autē demones fecerint tela, si inueniāt mentē hominis sine reuertiā, etiā si fuerint ignita, etiā si cupiditatū flāmis, & incendijs ardeāt uitiorū, fides plena cuncta munit, etiam si fuerint ignita, etiā si cupiditatū flāmis, & incendijs ardeāt uitiorū, fides plena cuncta munit.

Abac. 3. c.

Esa. 49. d.

3. Reg. 10. d.

Ephes. 6. b.

Matth. 5. b.

Psal. 119. b.

Psal. 31. d.

Esa. 6. c.

Ephes. 6. b.

Osee 7. d.

Psal. 10. d.

Origenes.

Cantic. 2. b.

Esa. 49. d.

1. Ioan. 4. c.

Psal. 26. d.

Psal. 10. d.

K Quid ianua

Ianua, christus. Ioan. 10. b.

Sabellius patrē & filiū eūdem esse dicit.

Arrius aliud esse patrē, aliud filiū asseruit. Ioan. 10. f.

Fortinus christū non Deum, sed hominē tantum esse credidit.

Ouile, catholica ecclesia. Cyrillus.

Ioan. 14. b.

Spūs sanctus, patris & filij proprius.

Ioan. 14. a.

Iaspidium multa genera.

Cantic. 5. c.

2. Cor. 10. b. Propugnaculū ecclesiae, doctor.

Iob 39. a.

Ibices, aues Nilum incolentes.

Ibices, parua quadrupedia.

Ibices, magistri spirituales.

Abac. 3. a.

Roman. 15. a.

Iob 39. a.

Ceruæ, doctores.

Ibices, auditores.

res.

Ianua est Christus. Vnde diuus Augustinus tractatu 45. in Ioannem, exponens illud Euangelistunt, qui se uidentes nō solū iaciāt, sed à Christo illuminatos uideri uolūt, sunt autem hæretici. For tē ipsi per ianuā intrauerūt. Absit. Sabellius dicit: Qui filius est, ipse est pater, sed filius nō est pater. Nō intrat per ostium, qui filiū dicit patrē. Arrianus dicit: Aliud est pater, aliud est filius. Recte dice ret, si diceret, Alius, nō aliud. Quādo enim dicit aliud, ei cōtradicit à quō audit, Ego & pater, unū sumus. Nec ipse ergo per ostium intrat. Prædicat enim Christum qualem sibi fingit, nō qualem ue ritas dicit. Fortinus: Christus homo est (inquit) Deus nō est, nec ipse intrat per ostiū, quia Christus homo, & Deus est. Hoc tenete, ouile Christi esse catholicam Ecclesiam, Quicunq; uult intrare ad ouile, per ostium intret. Nō solum Christum uerum prædicet, sed Christi gloriā quærat, nō suam. Nam multū quærendo gloriā suā, oues Christi sparserunt potius, quā cōgregauerunt. Humilis est enim ianua Christus dominus. Qui intrat per hāc ianuam, oportet humilem esse, ut sano capite possit intrare: qui autem se nō humiliat, sed extollit, per maceriā uult ascendere: qui autem per mace riam ascendit, ideo exaltatur, ut cadat. Et Cyrillus libro 9. capite 42. exponens illud Euangelicum, Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciā: Recte sentientes, dicemus ex patre, & in patre natura liter esse filium, spiritū quoq; sanctū (qui patris, & filij proprius est) ex ipso, & in ipso esse. Quomq; nemo ueniat ad patrem nisi per Christum, ut ipse ait, ianua & uia reconciliationis hominum ad pa trem filius factus est, & gratiam unā cum patre ipse distribuit. Ab una enim natura, & ab uno prin cipio hæc fluunt, quod quidem principium in persona patris, & filij, & spiritus sancti esse intelli gimus. De ianua require in dictione, Ostium, & in dictione, Murus.

Iaspis quid mysticè significet, diuus Hieronymus insinuat, exponēs illud Esaiæ, Et ponā in iaspi dem propugnacula tua, pro quo Lxx. habēt, Et ponā propugnacula tua iaspini: Propugnacula (in quit) iaspidē, siue chalcedoniū. Iaspidū multa sunt genera. Alius enim est smaragdi habēs similitudi nem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, quo omnia phātasmata fugari autumant. Alius uiridior mari, & tinctus quasi floribus. Hūc in Phrygiā mōte Ida, & in profundissimis spe cubus eius nasci referunt. Aliū uerō iuxta Iberos, Hyrcanosq; & mare Caspiū reperiri, & præci pūe iuxta lacū Neusin. Est & alius iaspis niui, & spumæ marinorū fluctuū similis, & clemēter qua si mixto cruore subrutilās. Hoc diximus, ut uniuersas gratias spirituales, quas qui habuerit, uanos timores fugat, & potest cum sponsa dicere: Fratruelis meus, candidus, & rubicundus. Dixit ergo, Et ponam iaspidem propugnacula tua. Propugnacula urbis dominicæ, hoc est, murorum moenia iaspide roborantur, qui possunt omnem altitudinem eleuantē se contra scientiā Dei destruere, atq; cōuincere, & mendacium subijcere ueritati. Qui ergo in disputando fortissimus est, & sanctarum scripturarum testimonijs roboratus, iste propugnaculum Ecclesiæ est.

Quid autē ibix mysticè significet, declarat Gregorius lib. 30. Moral. cap. 16. exponens illud Iob, Nunquid nosti tempus ibicū in petris, uel parturientes ceruas obseruasti? Meridiana pars (inquit) ibices aues uocat, quæ Nilū fluuenta inhabitāt. Orientalis uerō, occidentalisq; plaga parua quadrupe dia ibices nominat, quibus & moris est in petris parere, quia neq; sciūt nisi in petris habitare. Quæ si etiā de altis saxorū cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illæsa suscipiūt. Caput quippe ruentes feriunt, cuius dum prima cornua opponunt, sit omne corpus à iactura casus alienū. In ibicibus ergo magistrorum spiritalium persona signatur. Ipsi quippe uelut ibices in petris pariunt, quia in doctri na patrū, qui petreæ pro soliditate uocati sunt, ad cōuersionem animas gignūt. Ipsi uelut ibices nul lius casus damna sentiunt, dum in suis cornibus excipiuntur, quia quicquid eis ruinae tēporalis ac cesserit, in testamentis sacre scripturæ se suscipiunt, & quasi cornuum exceptione saluātur. De his enim testamentis dictum est: Cornua sunt in manibus eius. Ad scripturarū ergo cōsolationem resu giunt, dum aliqua temporalis casus iactura feriūtur. An nō more ibicū huius mūdi aduersitatibus, quasi in suis se cornibus cadēs, excipiebat Paulus, quum diceret: Quæcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiā, & cōsolationem scripturarum, spem habeamus? Dicit ergo: Nūquid nosti tempus partus ibicum in petris? Ac si dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis, quia illud tempus necdum præuides, quo spirituales magistri in mundum missi, per doctrinā antiquorum patrum filios generāt, suisq; laboribus animarum mihi lucra comportāt. Nā si illorum fructum quasi ibicū, ceruarumq; partus aspiceres, ualde humiliter de tua uirtute sentires. Magna quippe quæ agimus, quasi minima ducimus, quum hæc per fortia exempla pēsamus. Sed tūc apud Deum crescunt per meritū, quum apud nosmetipsos per humilitatē decrescūt. Et cap. 17. Possunt uerō ceruarū appellatione doctores, ibicum uerō (qui animalia sunt minima) auditores intelligi. In petris uerō ibices pariunt, quia ad exercenda sancta opera per exempla patrū præcedentiū focunda datur, ut quū fortasse præcepta sublimia audiunt, & infirmitatis propriæ cōscij, ea se implere posse diffidunt

diffidūt, maiorum uitā cōspiciant, atq; in eorum cōsiderata fortitudine bonorū operū fœtus ponāt. Igitur dum studiosi quicq; sanctorū uitā imitādo cōspiciunt, in petris ibices fœtus ponunt. Hinc est quod auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonet, quū enumeratis maiorum uir tutibus diceret: Habētes tantam impositā nubem testium, deponētes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiā curramus ad propositū nobis certamen. Et rursum: Quorū intuentes exitum cōuersionis, imitamini fidē. Sed quum diuina præcepta corde cōcipimus, nō statim quasi iam solidē cogitata parturimus. Vnde beatus Iob nō de partu ibicum, sed de tempore partus inqui ritur. Quod uidelicet tempus, dū in nobismetipsis uix cōprehendimus, multo magis in aliena mēte nescimus. Prius enim superni timoris semina utero cordis suscepta, per meditationē studij coagu lātur, ut maneāt, postmodū stricta intētionē cogitationis affixa, dū ad discretionē rationis tendunt, quasi in membrorum distinctionem formātur, dehinc usu perseueratiæ cōfirmata, uelut in solidita tem ostium ueniunt, ad extremum uerō perfecta autoritate roborata, quasi in partum procedunt. Quæ incremēta diuinorum seminū nulli in aliena mente cōsiderat, nisi ipse qui creat. Dicit ergo: Nunquid nosti tempus ibicum in petris? Ac si aperte dicat: Ut ego qui idcirco electorum fœtus uiuaces facio, quia præscito in tempore produco. Et diuus Hieronymus in cōmentarijs: Nunquid nosti & c. Ibices ipsi sunt, quos Græci tragelaphos uocāt, admixto nomine hirci, & cerui, eo quod necesse est ut simile sibi aliquid hæc animalia habeāt, & unum horum puto in Caticis Caticorum damulā uocari. Et in Catico Caticorum simul ponunt, & mūda appellātur, quoniā cornuta essent, & ruminarent, unquamq; diuiderēt. Istius ibicis sunt & alia animalia, quasi eiusdem generis, ut est coruorū, sicut in lege dicitur: Et omnes coruini generis aues nō māducabitis. Hæc ergo animalia uel maximē in faxis nutriuntur, & in cauernis petrarum. Ibicū tempus, quādo pariunt nosti (ait dñs ad Iob) uel quādo ceruæ parturiūt, obseruasti? Sed ne sit apud quosdam hic sermo domini uilis, & fortē ab eis superfluous existimetur, altius quod dixit intūdum est, ut dicamus in mysterijs sub no mine horū animalium præfiguratos Apostolos, & Apostolicos uiros, & omnes prædicatores ueri tatis, qui in fortitudine fidei, & patientiā, uelut in petris per spiritum imbuentem eos, uerbū Euāge lij perfectē in se formatum parturiāt, uel cum doloribus persecutionum parturiāt. In petra parturie bat & ille, qui dixit: Nam in Christo per Euangelium ego uos genui. Hoc igitur tempus futurum cōstitui, & animas prædictorum, uelut ceruas, quæ de timore meo cōcipiunt, ut spiritum salutis pa riant super terram, tu forsitan quasi obstetricātis officio diligentissima sollicitudine obseruasti, dans eis os, & sapientiam de utero mentis suæ minus fortasse solidum, uel integrum uerbum prædicatio nis, uelut fœtam in hanc effunderent lucem.

Quid idolum mysticè significet.

Cap. III.

Quid idola mysticè significet, insinuat diuus Gregorius lib. moral. 30. cap. 31. exponens illud Geneseos, quādo Laban cum furore ueniēs, sua apud Iacob idola requisit: Laban (inquit) interpretatur dealbatio. Dealbatio autem nō incōuenienter diabolus accipitur, qui quū sit tenebro sus ex merito, trāfiguratur se uelut Angelum lucis. Huic seruiuit Iacob, id est, ex parte reproborum Iudaicus populus, cuius ex carne incarnatus dñs uenit. Potest etiā per Labā mundus hic exprimi, qui cum furore Iacob persequitur, quia electos quosq; qui redemptoris nostri membra sunt, perse quendo opprimere conatur. Huius filiā, id est, siue mundi, siue diaboli Iacob abstulit, quū sibi Chri stus Ecclesiā ex gentilitate coniunxit. Quā & de domo patris abstrahit, quia ei per prophetā dicit: Obluiscere populū tuum, & domum patris tui. Quid uerō in idolis, nisi auaritia designatur? Vn de per Paulum dicitur: Et auaritia, quæ est idolorū seruitus. Laban ergo ueniens apud Iacob, idola nō inuenit, quia ostensis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro uestigia cōcupiscentiæ terrenæ nō reperit. Sed quæ Iacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe, quæ & ouis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatē poenitentiae appetere, sicut scri ptum est: Surgite postq; sederitis. Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta Ecclesia Christi sequēs, terrenæ cōcupiscentiæ uitia poenitendo texit. De hac cooperitione uitiorum, per Psalmistā dicitur: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Nos igitur Rachel illa signauit, qui idola sedendo premimus, si culpas auaritiæ poenitēdo damnamus. Quæ utiq; aua ritia illis nō solet euenire, qui in uia dñi uiriliter currunt, quibus dicitur: Viriliter agite, & cōfortea tur cor uestrum. Sed his maximē, qui quasi effœminato gressu gradiētes, per blādimenta sæculi resoluuntur. Vnde & illic eiusdē Rachelis hæc uerba sunt: Iuxta cōsuetudinem fœminarum accidit mihi. Apud Iacob ergo idola Laban nō reperit, quia exactor callidis quid in redēptore nostro re prehenderet, nō inuenit. Et lib. Moral. 31. cap. 9. exponens illud Ezechielis, Emisā similitudo ma nus apprehēdit me in cincinnis capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terrā, & cœlum, & adduxit me in Hierusalem in uisione Dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat sta tutū idolum zeli ad pronocādā æmulationē: Quid est enim (inquit) cincinnus capitis, nisi collectæ cogitationes

Hebr. 12. a. Heb. 13. b.

Hieronymus. Iob 39. a. Ibices sunt tra gelaphi.

Leuit. 11. b.

1. Cor. 4. d.

Gregorius. Gen. 31. d. Laban, dealba tio, diabolus si gnificat. 2. Cor. 11. c. Iacob, Iudaicus populus. Laban, mun dus. Iacob, electus quisq; christus. Psal. 44. c. Ephes. 5. b. Idola, auaritia. Rachel, eccle sia. Psal. 126. a. Psal. 31. a. Psal. 30. g. Gen. 31. c.

Ezech. 8. b. Cincinnus, colle ctæ cogitatio nes.

cogitationes mentis &c. ut in dictione, Cincinnus. Illic enim exponuntur antedicta uerba Ezechielis. Et diuus Hieronymus exponens illud propheticum, Et repleta est terra eius idolis &c. hoc patet scribit: Vbi quodam erat templum, & religio Dei, ibi Hadriani statua, & Iouis idolum collocatum est, quod multi super illo testimonio interpretantur, quod in euangelio legimus, Quum autem uideritis abominationem desolationis statem in loco sancto. Et operi manuum suarum inclinati sumus, & anteque caperetur à Babylonijs, uniuersa hæc fecerint, & ideo dimissi sunt à Deo. Vnde & in fine capituli ponit, Ne ergo dimittas eis. Possumus secundum anagogam & hoc dicere, quod omne dogma contrarium ueritati adoret opera manuum suarum, & constituat idola in terra sua, & incuruet homo, & humilietur uir, & se erigere non possit, quia sit à diabolo colligatus, nisi illum erexit dominus, exemplo illius mulieris, quæ satanas uinxerat annis decem & octo, ut nequaquam cœlum, sed terram semper aspiceret. Et exponens illud Hieronymus, Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut pollueret eam, hoc modo scribit: Non solum eo tempore Iudas posuit in templo Dei statua idoli, quam in Ezechielis principio legimus, sed usque hodie in domo Dei, quæ est Ecclesia, siue in corde, animaque credentium ponitur idolum, quando nouum dogma constituitur, & iuxta Deuteronomium adoratur in abscondito. Nescitis (inquit) quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis. Et exponens illud Ezechielis, Et eleuauit me spiritus inter terram, & cœlum &c. ubi erat statuum idolum zeli ad prouocandam æmulationem: Possumus (inquit) & in nostri templi parietibus idola monstrare depicta, quando omnibus uitij subiacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imaginesque diuersas. De quibus & in Psal. dicitur: Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis. Et in alio loco: Veritamen in imagine perambulat homo. Quod scilicet nullus hominum sit, qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quæ obrem furiosus dicit, & iracundis: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturatis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantium. Et de hominibus nequam: Generatio uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Et de uersipellis, ac fraudulentis: Ite, dicite uulpi illi, Ac de amatoribus fornicarum: Qui infantes in foeminas, facti sunt mihi, unusquisque ad uxorem proximi sui hincibat. De brutis quoque, ac uecordibus: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus &c. Et exponens illud zachariæ, Disperda nomina idolorum de terra, & non memorabunt ultra &c. hoc pacto scribit: In die illa, quæ crebro commemorat, oia idola auferent de terra, siue illa idola, de quibus Psalmista dicit: Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum, ut nulla sit alia religio, nisi tantum nominis Christiani, & de quibus in propheta scriptum est: Vlulate sculpilia in Hierusalem, & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ, & sculpilibus eius, sic faciam Hierusalem, & idolis eius, siue hæc idola, de quibus Apostolus loquitur: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis demoniorum in hypocrisi falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam suam. Sicut enim idola fiunt manu artificis, ita hæreticorum peruersa doctrina, quodcumque simulauerit, uertit in idolum, & facit pro Christo adorari Antichristum. Et exponens illud Amos, Super tribus sceleribus Iuda &c. Iudas autem in quo illo tempore, quo hæc dicebantur, erat Dei religio, & templum, & ceremoniarum, qui acceperat legem, & præcepta, & iudicia, & testimonia, atque mandata super quorum differentia in decimo octauo Psalmo, & in centesimo decimo octauo, plenius disputat, increpatur à domino, atque conuincitur, & digna supplicia recepturus est, quare abiecit legem eius, & mandata eius non custodierit. Quæ quia abiecit, atque contempsit, ordine, & uia deceperunt eum idola sua. Non enim poterat ante ab idolis decipi, nisi legem domini repulisset, & mandata illius non fecisset. Hæc sunt idola post quæ abierunt patres eorum in Aegypto, Aegyptij bouis simulacra fingentes, & adorantes Beelphegor, & colentes Astaroth, & Baalim. Vnde dominus cominat etiam in Iudæa se ignem missurum, qui deuoret ædes, & fundamenta Hierusalem, non illius in qua pacis uisio comoratur, sed earum, quæ sub nomine Hierusalem in diuersis urbibus surrexerunt. Quicquid de Iudæa diximus, refertur ad Ecclesiam, in qua est uera confessio, & pax domini, & uisio ueritatis. Et ideo arguitur, quod legem Dei contempserit, & eius mandata non fecerit, & unusquisque adoratur uitia sua, atque peccata, Deum coeperit habere, à quo uictus est, dicente Petro Apostolo: A quo quis superatur, huius & seruus est. Auarus aurum, gulosus uentrem, libidinosus penem, & Beelphegor colit: lasciuia mulier, quæ quum sit in delictis uiuens, mortua est, adorat ueneras uoluptates. Vnde mittet dominus ignem in Iudæa, & deuorabit ædes pessimas, & fundamenta pessima, quæ Hierusalem gloriam perdiderunt, simulque discimus creatorem omnium, non solum Iudææ, & Israël, sed uniuersarum gentium habere curam, & iuxta Apostolum, eos, qui sine lege peccauerunt, perire sine lege, & qui in lege commiserunt delicta, lege domini iudicari.

Quid ignis mystice significet.

Cap. III.

Quid ignis mystice significet, diuus Gregorius homilia 2. super Ezechielē, enarrans illud prophetæ, Et ecce uentus turbinis ueniebat &c. & ignis inuoluens: Ignis (inquit) nomine, quod per significat

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

per significationem dicitur, aliquando spiritus sanctus, aliquando autem mentis malitia designat. De bono enim igne scriptum est: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendat. Ignis quippe in terram mittit, quum per ardorem sancti spiritus afflata terrena mens à carnalibus suis desiderijs concrematur. De malo autem igne dicit: Et nunc ignis aduersarios consumit, quia cor pessimum ex sua malitia tabescit. Sicut autem ignis amoris mentem erigit, ita ignis malitiæ inuoluit, quia & spiritus sanctus cor quod replet, eleuat, & ardor malitiæ ad inferiora semper incuruat. Iudæa legitur nube suæ ignorantia cæcata, quia mox ad persecutionis nequitiam erupit, igne suo conuoluta est, quæ in obligatione se nequitia per eadem ipsam crudelitatem, qua arsit, implicauit. Ventus autem turbinis ueniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, quia ex torporis sui frigore ad ignorantia cæcitatem perducta, usque ad malitiam persecutionis erupit. Vnde ad alium quoque prophetam dicitur: Quid tu uides? Olla (inquit) succensam ego uideo, & faciem eius à facie aquilonis. Iudæorum quippe mens in persecutione saeuens, atque in crudelitate malitiæ undas cogitationum uoluens, quid aliud quam olla succensa fuit? Cuius facies, à facie aquilonis esse dicitur, quia si se aduerso spiritui per torporem mentis non subderet, contra bonos in tanta malitia non exarsisset. Nube itaque sequitur ignis inuoluens, quia in eius cæcitatem mentis sequuta est crudelitas persecutionis. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent. Sed iste ignis alibi arsit, atque alibi splenduit. Nam subditur, Et splendor in circuitu eius. Dum enim persecutio in Iudæa agitur, sancta Apostolorum prædicatio in uniuerso mundo dispersa est, sicut ipsi dicunt: Vobis missum fuerat uerbum Dei, sed quia indignos uos iudicatis, ecce inus ad gentes. De crudelitate ergo malitiæ, quæ mentem Iudææ concremauit, omnipotens Deus lucem gentibus sparsit, quia per hoc, quod illa redemptorem suum, ac membra eius persecuta est, sanctis Apostolis per diuersa dispersis, nos qui in Iudæa circuitu positi in tenebris fuimus, dono cœlestis gratiæ splendorem ueri luminis uidimus. Vnde scriptum est: Seditibus in tenebris, & umbra mortis, lux orta est eis. Iste itaque ignis malitiæ, qui à Iudæorum cordibus arsit in persecutione, priusque sanctos Apostolos saeuendo affligeret in ipso se exercuit autore, ac redemptore generis humani. Vnde & subditur, Et de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis, Quid electri specie, nisi Christus Iesus mediator Dei, & hominum designatur? Electrum quippe ex argento, & auro est. In electro dum aurum, argentumque miscetur, argentum ad claritatem crescit, aurum uero à suo fulgore pallefcit. Illud ad claritatem proficit, hoc à claritate temperatur. Quia igitur in unigenito Dei filio, naturæ diuinitatis unita est natura nostra, in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam excreuit, diuinitas uero à sui fulgoris potentia humanis se oculis temperauit, per hoc quod humana natura clarior facta est, quasi per aurum, creuit argentum. Et quia diuinitas à fulgore suo nostris est aspectibus temperata, quasi aurum nobis palluit per argentum. Illa enim natura immutabilis, quæ in se manens innouat omnia, si ita ut est, nobis apparere uoluisset, fulgore suo nos incenderet potius, quam renouaret, sed claritatem suæ magnitudinis temperauit nostris oculis Deus, ut dum nobis eius claritas temperatur, etiam nostra infirmitas per eius similitudinem in eius luce claresceret, & per acceptam gratiam (ut ita dicam) suæ habitudinis colorem mutaret. Quasi electrum ergo in igne est Deus factus homo in persecutione. Ignis quoque zelum significat, ut inquit diuus Gregorius lib. Moralium. cap. 2. Spiritus sanctus (inquit) præsentiam suam hominibus non in columba solummodo, sed etiam in igne patefecit. Per columbam quippe simplicitas, per ignem uero zelus indicat. In columba ergo, & igne sanctus spiritus ostenditur, quia quicumque illo pleni sunt, sic mansuetudini simplicitatis inseruiunt, ut contra culpas delinquentium etiam zelo rectitudinis accendantur. Significat quoque & inuidiam, ut diuus scribit Gregorius, exponens illud Iob, Ignis Dei cecidit de cœlo: Ignis (inquit) Dei cecidit de cœlo, id est, à præpositorum cordibus flamma inuidiæ corruit, & quicquid boni in plebibus oriebatur, incendit, quia dum mali præpositi suum contra ueritatem honorem exigunt, ab omni reuerentia corda sequentium subuertunt. Vbi & bene adiungit, Et effugi ego solus, ut nunciarem tibi, quia dum implet prædicta causa malitiæ, fallaciæ interitum euadit sermo prophetiæ, qui ait: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si aperte dicat: Malos non solum ignis per uindictam post cruciat, sed nunc etiam per liuorem cremat, quia qui post puniendi sunt retributionis supplicio, nunc semetipsos afficiunt inuidiæ tormēto. Puer ergo solus fugiens remeat, & igne perisse oues, puerosque denunciat, dum prophetia Iudaicum populum deserens, uera se dixisse manifestat, quæ ait: Zelus apprehendit populum ineruditum. Ac si aperte dicat: Dum uerba prophetarum discutere plebs noluit, sed crudelitatem suam uerbis inuidientium dedit, zeli igne perijt, quia in alienæ inuidiæ se flamma concremauit. Et homilia 5. super Ezechielem, exponens illud propheticum, Et hæc erat uisio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens: Splendor (inquit) ignis, & de igne fulgur egrediens, in medio animalium discurrens uidetur, quia nisi ab igne ueritatis pennata illa animalia calorem susciperent, ipsa in carbonum, atque lampadum similitudinem non arderent. Ignis enim nomine, sanctus spiritus significari solet, de quo in Euangelio dominus dicit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendat? Quum enim carnalis mens spiritum sanctum accipit, spirituali amore succensa, malum plagit, quod fecit. Et terra ardet, quum accusante se conscientia, cor peccatoris urit, atque in dolore poenitentia

K iij tentia

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Idola, uitia.

Deuter. 4. d. **Ignis, Deus cur dicatur.** **Spiritus sanctus patri, & filio coaeternus. Sapien. 1. b. Sapien. 7. c.** **Spiritus sanctus quomodo mobilis, & stabilis dicatur.** **Daniel. 7. c.** **Spiritus sanctus quando deserit, & in quibus permanet.**

tentiae cremat. Hinc rursus scriptum est: Deus tuus ignis consumens est. Quia enim mentem, quam repleuerit, ea a peccatorum rubigine mundam reddit, creator noster & ignis dicitur, & consumens. Sanctus ergo spiritus in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens discurrere dicitur, quia uniuersam Ecclesiam replens, in electorum cordibus ex seipso flamas amoris proicit, ut coruscanti more, per terram feriat, & ad amorem suum corda torpentia accendat. Sed quia spiritus sanctus Deus ante saecula patri est, & filio coaeternus, quaerendum nobis est, cur discurrere dicatur: Omnis enim qui discurrit, accedit ad locum in quo non fuit, & eum deserit, in quo fuit. Quia igitur ratione discurrere dicimus, dum cuncta intra seipsum sint, & locus nusquam sit, ubi non sit, sicut scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et tamen quum laus sapientiae describeretur, adiunctum est: Est enim in illa spiritus intellectus, spiritus unicus, multiplex, subtilis, mobilis. Et paulo post, Humanus, stabilis. In quibus rursus uerbis magna nobis quaestio oritur, cur iste spiritus, qui implet omnia, simul mobilis, & stabilis dicatur. Sed si ad usum consuetudinis humanae recurramus, sensum citius loquentis inuenimus. Homo quippe, quia in ea regione, in qua est, ubique discurrit, proculdubio obuiam uenit, & repente ubi non credit, inuenitur. Omnipotens ergo spiritus, ut ubique praesentia signaret, simul mobilis, & stabilis dicitur. Stabilis, quia per naturam omnia continet; mobilis autem dicitur, quia ubique etiam nescientibus occurrit. Tenens ergo omnia, stabilis, praesentem se omnibus exhibens, mobilis appellatur. Splendor ergo ignis, & de igne fulgur egrediens, inter penata animalia discurrere dicitur, quia spiritus sanctus simul singulis, atque omnibus praesto sit, & incendit quos contigerit, & illuminat quos incendit, ut post frigus pristinum accensi ardeant, & per ignem amoris, quem acceperint, flamas explorationum reddant. Fulgur quippe de hoc igne egrediens, torpentes mentes percutit, easque percutiendo excitat, & inflammat, ut post amorem illius ardentem pariter, & lucetes currant. Unde alius scriptum est: Thronus eius flama ignis, rotae eius ignis accensus. Hi enim qui animarum custodes sunt, & pascendi gregis onera susceperunt, mutare loca minime permittunt. Sed quia uno in loco positi, diuinitatis in se praesentiam portant, & ardent, thronus Dei flama ignis dicitur: Hi autem qui amore domini in praedicatione discurrunt, rotae eius ignis ardentem sunt, quia quum ex eius desiderio per uaria loca discurrunt, unde ipsi ardent, alios accendunt. Potest tamen discursus, atque mobilitas spiritus requisitione alterius consideratiois intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quaedam uirtutes semper permanet, iuxta quaedam uero recessurus uenit, & uenturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis alijs sine quibus ad caelestem patriam non potest ueniri, sicut est humilitas, castitas, iustitia, atque misericordia, perfectorum corda non deserit. In prophetiae uero uirtute, doctrinae facundia, miraculorum exhibitione, electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. Adest ut eleuetur, & semetipsum subtrahit, ut humiliet. Adest, ut eos ostensa uirtute glorificet, recedit, ut semetipsos, subtracta eius uirtute, cognoscant. Adest, ut ostendat quid per semetipsum sint, recedit, ut patefaciat qui, uel quales remaneant sine ipso. In his itaque uirtutibus, sine quibus ad uitam minime peruenitur, sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet: in his uero per quas sanctitatis uirtus ostenditur, aliquando misericorditer praesto est, & aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo, & mobilis spiritus dicitur, quia in signis, atque uirtutibus iuxta uniuscuiusque uotum non habetur.

De eodem igne.

Cap. V.

Ezech. 1. g. **Lumbi, mortalitatis propago. Heb. 7. b.** **Psal. 44. a. Gladius, praedicationis sermo. Ignis, spiritus sancti ardor. Lucae 12. f.**

ET homilia 8. super Ezechielem exponens illud prophetiae, Velut aspectus ignis intrinsecus per circuitum, a lumbis eius, & desuper, & a lumbis eius usque deorsum uidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: Quid est (inquit) mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus a lumbis, & desuper aspectum ignis intrinsecus per circuitum habere describitur, & a lumbis, & deorsum speciem ignis splendentis per circuitum. Inuestigandum namque est, quare a lumbis, & desuper ignem intrinsecus, nec tamen splendentem ignem habere narrat, a lumbis uero, & deorsum habere ignis speciem dicitur, non tamen hunc habere intrinsecus memoratur, quia & splendentem, & in circuitu hunc habere describitur. Quid enim lumborum nomine, nisi propago mortalitatis exprimitur: Propter quod etiam & Leui dicitur, quia adhuc in lumbis patris erat, quum Melchisedech occurrit Abraham. De lumbis uero Abraham uirgo Maria exiit, in cuius utero unigenitus patris per spiritum sanctum incarnari dignatus est, ex qua incarnatione, uniuerso innotuit mundo Deus, sicut & per Psalmistam dicitur: Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Gladium etenim circa femur potentissimum sumpsit, quia sermo praedicationis illius ex incarnatione conualuit. Quid uero iste ignis designat, nisi ardorem sancti spiritus, qui corda, quae repleuerit, incendit. De quo ipsa ueritas dicit: Ignem ueni mittere in terram. Quid est ergo, quod in hoc aspectu hominis, qui prophetiae apparuit, a lumbis superius intrinsecus per circuitum ignis ardet: a lumbis uero inferius non ignis intrinsecus, sed in circuitu resplendet, nisi quod ante incarnationem unigeniti redemptoris nostri, sola intra se Iudaea ardore amoris eius habuit, post incarnationem uero illius in circuitu eius ignis resplenduit, quia in uniuerso mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit. Prius ergo intrinsecus ignis erat, sed splendor non erat, quia spiritus sanctus in multis quidem patribus Iudaeae replebat, sed ad notitiam gentium, necdum eius lumen emicuerat. A lumbis uero eius, & deorsum ignis in circuitu splendet, quia postquam de uirgine carne sumpsit, in humano

in humano genere longe lateque sancti spiritus dona dilatauit. Et notandum, quod ignis iste a lumbis superius per circuitum esse describitur, non extrinsecus, sed intrinsecus, quia amoris flama (sicut dictum est) in electis, atque spiritualibus uiris, ubique in suis finibus Iudaeae repleuit. Nec tamen exiebat extrinsecus, quia in multitudinem gentium non dilatabat. Quae ardoris flama uisa est postmodum in circuitu splendere, quia per mundi cardines in uniuersis gentibus omnipotentis Dei coepit amor excrefcere. Erat ergo prius ignis intrinsecus, quum Iacob diceret: Salutare tuum expectabo domine. Quod enim salutare dicitur, quomodo Iesu desiderio ardebat, quem se moriens expectare perhibebat. Ardebat ignis, quum Moyses diceret: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi teipsum, ut uideam te. Ardebat ignis in mente, quum Dauid diceret: Sitiuit anima mea ad Deum uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei mei. Qui incarnationem uerbi desiderans, ait: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Ardebat ignis, quum Simeon de corruptione uitae praesentis exire desiderans, audiuit non prius se uisurum mortem, nisi uideret Christum domini. Sed ecce iam ignis iste quasi sub lumbis exterius resplendet, quia uniuersa gentilitas incarnati Dei est amore successa. Quod tamen intelligi & aliter potest, quia redemptor noster Deus dominus Iesus Christus per humanitatem suam hominibus innotuit, quod per diuinitatem notus Angelis, & ante incarnationem fuit. Nobis ergo a lumbis inferius resplendet in circuitu, cuius ignis intrinsecus a lumbis superius ardet in caelo, quia illic caelestes spiritus eum in diuinitate sua conspiciunt, & amoris eius ignibus accenduntur. Nos uero qui huc ex assumpta humanitate diligimus, adhuc in hac corruptibili uita positi, splendor ignis illius foris habemus. Vnus itaque super thronum est, qui & super lumbos ignem intrinsecus habet in Angelis, & sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus, quia in omne quod ab Angelis amatur, per omne quod ab hominibus desiderat, unus est, qui in cordibus ardet amanti. Hinc est enim quod magna illa potestates Angelicae Seraphim, id est, incendium, nominantur. Hinc de ipso omnium creatore scriptum est: Deus noster ignis consumens est. Ignis enim Deus dicitur, quia flama amoris sui incendit mentes, quas replet. Et idcirco Seraphim incendium dicitur, quia potestates eius proxima in caelis, inestimabili amoris eius igne successae sunt. Ex hoc igne successa ardet in terra corda iustorum. Hoc igne calefacta redeunt ad poenitentiam corda peccantium, quae inflammata uehementer, timorem in amorem uertunt. Nam quae prius tabescere metu coeperunt, postmodum igne amoris flagrant. Et quia eius membra sunt electi Angeli in caelo, eius membra sunt conuersi homines in terra, unus homo est, qui & super lumbos ardet intrinsecus, & sub lumbis inferius ignis sui splendor in circuitu emittit, quia & Angelos ad amorem suum per diuinitatem tenuit, & homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate reuocauit. Et Origenes, hom. 13. super Exodus. Ignis (inquit) duplicem habet uirtutem, unam qua illuminat, alteram qua incendit. Est ignis quidem in hoc saeculo, est & in futuro. Dominus Iesus dicit: Ignem ueni mittere in terram. Ignis iste illuminat. Item rursus dominus dicit in futuro operarijs iniquitatis: Ite in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo, & Angelis eius. Ille ignis incendit. Verumtamen iste ignis, quem ueni mittere Iesus, illuminat quidem omnem hominem uenientem in hunc mundum, habet tamen aliquid, & quod incendat, sicut confitentur illi, qui dicunt: Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, quum adaperiret nobis scripturas? Simul ergo & incidebat, & illuminabat, adaperiens scripturas. Nescio autem si & ille ignis in futuro saeculo, qui incendit, habeat aliquid, & quod illuminet. Est ergo (ut ostendimus) natura ignis duplex. Et ideo iubetur offerri coccus duplicatus, cuius color ignis indicat elemetum. Quomodo ergo nos offerre possumus ignem istum duplicatum ad aedificium tabernaculi, uideamus. Si doctor es, extruis tabernaculum, aedificas Ecclesiam Dei. Dicit ergo & ad te Deus, quod & ad Hieremiam dixit: Ecce dedi uerba mea in os tuum, id est, ignem. Si ergo docens, & aedificans Ecclesiam Dei, increpes tantummodo, & arguas, & castiges, & peccata populi exprobes, nihil autem consolationis proferas de scripturis diuinis, obscurum nihil explanes, nihil scientiae profundioris attingas, nec aliquid intelligentiae sacratoris aperias, obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus incendit tantummodo, & non illuminat. Et rursus si docens, mysteria legis aperias, secretorum arcana discutias, peccantem uero non arguas, negligentem non corripas, seueritatem disciplinae non teneas, obtulisti quidem coccum, sed non duplicatum. Ignis enim tuus tantum illuminat, non accendit. Qui ergo recte offert, & recte diuidit, coccum offert duplicatum, ut cum scientiae lumine igniculum seueritatis admisceat. Et homilia nona super Leuiticum, exponens illud Leuitici 16. Et accipiet batillum plenum carbonibus: Non omnes (inquit) purgantur eo igni, qui de altari assumitur. Aaron purgatur illo igne, & Esaias, & qui sunt similes illis. Alij uero qui non sunt tales, de quibus etiam meipsum coputo, alio igne purgantur. Timeo ne illo, de quo scriptum est: Fluuius ignis currebat ante ipsum. Ille ignis non est de altari. Qui de altari est ignis, ignis est domini: qui autem extra altare est, non est domini, sed proprius est uniuscuiusque peccantium, de quo dicitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ille ergo ignis ipsorum est, qui eum accendit, sicut & alibi scriptum est: Ambulate in igne uestro, & in flama quam accendistis uobis. Esaias autem non suus ignis apponitur, sed ignis altaris, qui circumpurget labia eius. Et huic, de quo dicitur:

K iij Et sumet

Gen. 49. c.

Exod. 23. c.

Psal. 42. a.

Psal. 84. a.

Deut. 4. f.

Origenes.

Luc. 12. f.

Matth. 25. d.

Luc. 24. e.

Exod. 25. a.

26. f.

Hier. 5. d.

Leuit. 16. b. secundum bxx.

Danie. 7. c.

Esa. 66. g.

Esa. 50. d.

Esa. 6. b.

Leuit. 16. b.

Et fumet batillū (aliās uasculū) plenū carbonibus ignis de altari, quod est cōtra dñm, & implebit manus suas incēso cōpositionis minuto. Quod quidē plenius dñs noster fecit. Et suprā eadē homilia, exponens eadē uerba: Legimus (inquit) & in Esaia, quia igni purgatur propheta per unū ex Seraphim, quod missum est ad eum, quū accepit forcipe carbonē unū ex his qui erāt super altare, & cōtigit labia prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Mihi uidentur mystica hæc esse, & hoc indicare, quod unicuiq; secūdum id quod peccat, si dignum fuerit purificari eum, inferatur carbonēs membrīs eius. Nam quoniam dixit propheta hic: Immūda labia habeo, in medio quoq; populi, immunda labia habentis habito, idcirco carbo forcipe assumptus à Seraphim, labia eius mundat, quibus solis se mundum non esse profitetur. Ex quo ostenditur, quòd usq; ad uerbum tantummodo peccatū eius inueniretur, in facto uerò uel opere nullo peccauerit, alioquin dixisset, Quoniam immundum corpus habeo, uel immundos oculos habeo, si peccasset in concupiscendo aliena, & dixisset, Immūdas manus habeo, si eas polluisset operibus iniquis. Nūc autem, quoniam in solo forasse sermone conscius sibi erat delicti unius, de quo dicit dominus: Quia etiā de uerbo ociofo red detis rationem in die iudicij, pro eo quod difficile est etiā perfectis culpam uitare sermonis, idcirco indigebat etiam propheta sola purgatione laborum. Nos autem, si redeat unusquisq; ad conscientiam suam, nescio si possimus aliquod membrū corporis excusare, quod nō igni indigeat. Et propheta quidem, quoniam ab omnibus mundus erat, idcirco meruit ut unus de Seraphim mitteretur ad eum. Nos uero uereor, ne ignē nō membrīs singulis, sed toto corpore mereamur. Quum enim lasciuunt oculi, uel per illicitas concupiscentias, uel per spectacula diabolica, quid aliud, nisi ignem sibi congregāt? Quū aures nō auertantur ab auditu uano, ac derogationibus proximorum, quum manus à cæde nequaquam, & à rapinis, ac deprædationibus continentur, quum pedes ueloces sunt ad effundendum sanguinem, quum corpus non domino, sed fornicationi tradimus, quid aliud, nisi totum corpus tradimus in gehennam?

De eodem igne.

Cap. VI.

Idem quoq; Origenes homilia quarta super Leuiticum, exponens illud Leuitici, Et ignis semper ardebit super altare, nec extinguetur: Audi semper (inquit) debere esse ignē super altare. Et tu si uis esse sacerdos Dei, sicut scriptum est: Omnes enim uos sacerdotes domini eritis, ad te dicitur: Gens sancta, regale sacerdotium, populus in acquisitionem. Si ergo uis sacerdotium agere anime tuæ, nunq; recedat ignis de altari tuo. Hoc est quod dñs in Euangelio præcipit: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Semper ergo tibi ignis fidei, & lucerna scientiæ accensa sit. Sed & quod dixit, Lūbi uestri præcincti dominus in Euangelio, hoc idem est quod & nunc legislator præcepit, ut campes tri lineo præcingatur sacerdos, & ita ueteri cinere depositio innouet sacros ignes. Oportet enim etiam nos dicere, Ecce uetera transferunt, & facta sunt omnia noua. Campes tri enim lineo cingitur, uel (sicut alibi dicitur) femoralibus utitur, qui luxuria fluxuæ libidinis, cingulo restrinxerit castitatis. Ante omnia enim sacerdos, qui diuinis assistit altaribus castitate debet accingi, nec aliter purgare uetera, & instaurare poterit noua, nisi lineis indutus. Et homilia gnta: Saluator, & dominus meus, peccata populi edit. Quomodo edit peccata populi? Audi quid scriptum est: Deus (inquit) noster ignis consumens est. Quid cōsumit Deus ignis? Nunquid tam imperiti erimus, ut putemus, quòd Deus ignis ligna consumat, aut stipulam, aut fœnum? Sed consumit Deus ignis humana peccata, illa absumit, illa deuorat, illa purgat, secundum quod & alibi dicit: Et purgabo te igni ad purum, & hoc est manducare peccatum eius qui offert sacrificium pro peccato. Ipse enim peccata nostra suscepit, & in semetipso ea tanquam ignis comedit, & absumit. Sic deniq; è contrario eos, qui permanent in peccatis, mors dicitur deglutisse, sicut scriptum est: Deglutiuit mors præualens. Hoc puto esse, quod in Euangelio saluator dicebat: Ignem ueni mittere in terram, & quàm uolo, ut accendantur? Atq; utinam & mea terra accendantur igne diuino, ut ultra non afferat spinas, & tribulos. Sic intelligere debes & illud quod scriptum est: Ignis accensus est ab ira mea, comedet terram, & generationes eius. Et homilia prima in Psalmum 38, exponens illud Psalmistæ, Cōcaluit cor meum intra me, hoc pacto scribit: Quū enim audit quis male loquētis, & detrahentis uocem, non potest sine dolore, sicut ille qui perfectus est, qui iam diuina constantia beatitudinem meruit, sed iste dolet, & dolens, corde concalescente, feruet intra se, ac perturbatur, sed non eousq; ut & sermonem proferat corde turbato. Verum concalescet quidem in interioribus suis rei indignitate permotus, sed calor sui flammæ per silentiū decoquet. Videamus etiā aliū sermonē iusti, quē & summo studio debemus amulari; Et in meditatione mea exardescet ignis. Et ego meditator eloquia dñi, & frequēter in ipsis me exerceo, sed nescio si talis sum, ut in meditatione mea ex utroq; sermone Dei ignis pcedat, & accēdat cor meū, & inflāmet animā ad ea, quæ meditator, obseruāda. Et ego nūc loquor sermones Dei, sed optarē, ut primò in meo corde, secūdo quoq; in auditorū mentibus exardescerēt, sicut erant illi sermones, quos loq̄batur Iesus, de quibus dicebāt illi q̄ audierāt: Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis, quū in uia aperiret nobis scripturas?

Vtinam

Esa. 6. b.

Illic c.

Illic b.

Math. 12. c.

Leuit. 6. c.

Esa. 61. b.

1. Pet. 2. d.

Luc. 12. e.

gnis, fides.

Lucerna scientiæ.

tiā.

2. Cor. 5. d.

Esa. 43. c.

Deut. 4. d.

Esa. 1. f.

Esa. 5. f.

Luc. 12. f.

Hier. 15. c.

Psal. 38. d.

Illic.

Luc. 24. e.

Vtinam & nunc adaperientibus nobis scripturas diuinas, concalesceret cor nostrum intra nos, & in meditatione nostra accenderetur ignis, & cōcitareremur in opus eorū, quæ audimus, & legimus. Tales deniq; erant & Hieremiæ sermones, secundum quod scriptum est, quū dicit ad eum dominus: Ecce dedi sermones meos retrorsum in os tuum ignem. Quare ignem? Quia sermones, quos loquebatur, accendebāt auditores, & nihil tepidum in eis, neq; frigidū permanebat, sed sicut ignis consumit, ac interimit omnem materiā, nec immūdum aliquid in se recipit, aut pollutum: ita & hi, quorum cor diuini uerbi ignis accenderit, non patientur ultra materialibus, & mundanis sordibus pollui, nihil in se tepidum recipient, & quod euomi dignū sit, nec patiētur, multiplicata in se iniquitate, refrigerescere charitatē, sed erunt semper lampades eorum accēsæ, & lucernæ ardentes, & ipsi parati tanquam serui expectātes dominū suum de nuptijs redeuntem. Aut nō iste erat ignis ille, de quo saluator noster dicebat: Ignem ueni mittere in terrā, & quid uolo, nisi ut ardeat? Iste proculdubio ignis est, qui frigus peccati fugat, & calorem spiritus reuocat. Hoc nimirum est etiam quod in actibus Apostolorum refertur, quū dicit: Quia uisæ sunt eis diuisæ linguæ sicut ignis, & cōsedisse super Apostolos, pro eo scilicet, quòd Euāgelij uerbū prædicatur, & ignei uigoris deberent gratia roborari, ut auditorum animæ flammā per sermonis traducem fumerēt. Sed unde mihi hoc, ut lingua ignis ueniat in cor meū, & de lingua ignea ego quoq; proferā sermonem, ut ex me uelox sermonibus meis accēdatur ignis in cordibus auditorum, & arguat eum qui peccauit, & efficiat ei sermo meus suppliciu, ut adustus, & inflāmatu sermonibus meis, ueniat ad pœnitentiā, quæ salutē stabilē operatur ex tristitia, quæ secundū Deū est, quā ex uerbi Dei increpatione suscepit? Atq; utinam possim ita accendere omnē animam auditorū, ut quicunq; sibi cōsciū est, nō ferens nostri sermonis incendiū, sed omnibus intra se uisceribus inflāmatu, uelocius consumeret latentes intrinsecus uitiorū sordes, ut posteaquam interemisset omne quicquid carnis, & materiæ crassioris proprium est, & amicum, tunc iam ignis iste fieret in eo lux, & lucerna ardēs, quæ nō sub modio, sed super candelabrū poni deberet, ut illuminaret omēs qui in domo sunt. Si ergo accēdit te sermo auditus, & intellexisti quid dixit Apostolus, Et quis est qui me lætificet, nisi qui cōtristatur ex me? Quoniam uerba ipsius erant ignis, & lætabatur Apostolus, sicubi uidebat aliquem, audito sermone suo, contristatum, & cōpunctum ex his, quæ audierat, quodā conscientia suæ igne succensum ex recordatione delicti. Propterea dicebat, Et qs est qui me lætificet &c. Ita ergo & nos satis agamus, ut in meditationibus nostris accendatur ignis, qui nos primò exurat, ex recordatione, & conscientia peccatorū, postea uero expurgatos iā uitijs illuminet, & illustret. Et homilia prima in Ezechielem: Cernit (inquit) aurigam quatuor animalū, cernit rotas se inuicē continentis. Auriga quatuor animalium nō totus est igneus, sed pubetenus à pedibus, & exinde usq; ad summū electri fulgore rutilat. Nō enim solum tormenta habet Deus, sunt in eo etiā refrigeria, punit peccatores, sed per ea ministeria, quæ deorsum sunt (neq; enim propheta ignem uidit in captiuitate) aut in his membrīs, quæ à lumborū cōfinio ad summa confurgunt. Igneus est dominus, sed à renibus usq; ad pedes, ut demōstret eos, qui in generatione uersantur, igne indigere. Renis quippe, coitus significatio est. Adhuc in lumbis Abraham patris erat Leui, quādo occurrit illi Melchisedech. Et in Psalmo dicitur: De fructu lumbi tui ponā super sedē tuā. Igneus est à renibus usq; ad deorsum dominus. Generationes enim, & libidinis opera gehennæ supplicijs corripiuntur. Igneus est Deus, sed non totus est igneus. Superiora eius electrum sunt. Electrum non solum argento, uerum & auro preciosius est. Electrū autem pro exemplo fulgoris scriptura posuit, non quòd Deus uerè electrū sit. Et quomodo non est tale electrū Deus, quale uidebatur, sic nō est talis ignis, qualis à renibus usq; ad pedum finem apparuit, ignis iste consumit. Et non est appositū quod consumat, ut tu quærens, reperias quid sit illud, quod à Dei igne consumitur. Deus noster ignis cōsumens est &c. Quid cōsumit ignis iste? Non ligna, quæ cernimus, non sensibile fœnum, non stipulā, quæ uidetur, sed si super ædificaueris fundamento Iesu Christi opera peccati, ligna, opera peccati, fœnum, opera peccati inferiora, stipulam, uenit ignis, & uniuersa ista examinat. Quis est iste ignis, quem lex prædicat, & Euāgelij non tacet? Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Quis est Apostole ignis iste, qui probat opera nostra? Quis est ignis iste sic sapiens, ut custodiat aurum meum, ut argentum meum splendidius ostendat, ut illæsum relinquat eum, qui in me est, lapidē preciosum, ut mala tantum consumat, quæ feci, quæ super ædificauī ligna, fœnum, stipulam? Quis est iste ignis? Ignem ueni mittere super terrā, & quàm uolo ut accendantur? Iesus Christus dixit: Quàm uolo ut iam accendantur? Bonus enim est, & nouit quia si ignis iste fuerit accensus, malitia cōsumetur. Scriptum est in prophetis: Sanctificauit eum in igne ardenti, & uorauit tanquam fœnum syluam. Et rursum: Emittit Dominus Sabaoth in tuum honorem contumeliam, & in tuam gloriā ignis ardens accenditur, id est, ut tu glorificeris, emittitur ignis in opera peccatorum tuorum. Vis adhuc à propheta discere, quia tormenta boni Dei sint ad utilitatem eorum, qui & sustinent cōstituta? Ausculta eundem prophetam dicentem: Habes carbonēs ignis, sedebis super eos, ij erunt tibi adiutorio.

De eodem

Hier. 5. d.

Luc. 12. e.

Ibidem.

Ibidem f.

Act. 2. d.

2. Cor. 7. c.

Math. 5. b.

2. Cor. 2. d.

Illic.

Ezech. 1. g.

secūdum lxx.

Hier. 7. b.

Psal. 131. b.

Electrum pro fulgore.

Deut. 4. d.

1. Cor. 3. c.

Luc. 12. f.

Esa. 10. d.

secūdū lxx.

Esa. 47. d.

Cyrillus autem lib. 10. contra Iulianum, Iuliani uerba refert in hunc modum: Vos autem quæ Deus ab initio quidem abominatus est, & per Moysen, & prophetas, curatis, offerre autē sacra altario, & sacrificare cauetis. Ignis enim (dicunt) non descendit, sicut de Moysen dicitur, de celo sacrificia cōsumens. Semel hoc in Moysen factum est, & iterum in Helia Thesbita, alioqui ignē se licet alienū inferre lex prohibet. Visum autem Abrahamā patriarchā igne alieno, manifestabo paucis. Cōmemorat item & Isaac historiā, accipiens iterū in exemplū Abel, & sic dicit, quod & illi sacrificantes, nō tam ex celo habuerunt ignē, quā externē illum attulerūt altaribus. Cuius uerbis hoc pacto respōdet Cyrillus: Admodū curiosē inquirūt interim quæ in utrisq; ratio. Nam Abelis sacrificium laudat Deus, sed id quod Cain erat, repudiāuit, & quod uoluerit significare hoc, nōne si rectē offeras, rectē autem non diuidas, peccasti, quiesce. Tentat autē hūc sermonem aptare aliquo modo cū diuinis theorematis. Viuenti em̄ Deo (inquit) gratius omnino esse animalū sacrificiū, quā id quod ex fructibus, & de terra. In his totus eius sermo cōpletur. Et quū promittit se breuiter diciturum, temerē prolixior est, ut manifestū sit eum ubiq; ueritatē odisse. Nā nos quidē nullo modo diuinis nutibus cōtradicare uidebit quispiā. Obteperamus ergo Moisaicis, legē spiritualiter adimplētes, & sanctorū prophetarū prædicationibus gubernamur, ad hoc ut cognoscamus ueritatē, & factorū dogmatū irreprensibilē scientiā. Quoniā autē (inquit) quod nos negligimus cruentis sacrificijs uti, opinat̄ fortassis à tali nos cultu remoueri, quia ignis nō descendit de cœlis, dicimus necessario, quod aberrat à ueritate. Nō enim operā impēdimus, ut boues immolemus, non q̄ ignem non demittat Deus, sed q̄ ea quæ in typis, & umbris, postq̄ transferūt ad ueritatē, præceptū habemus, summo Deo spiritualē, & irreprensibilē cultū consecrare. Spiritus enim (inquit) est Deus, & adorātes eū in spiritu, & ueritate oportet adorare. Sciat quoq; fuisse sacramenti Christi prædictionē, quod descēdebat ignis super altare, demittēte illū scilicet omnīū optimo artifice Deo, & per sensibiles, & uisibiles res, ea quæ super sensum, & intelligibilia, formate. Nā quū excitatū esset sanctū tabernaculū in deserto ab optimo Moysen, ignē dedit Deus, inextinguibilēq; & perpetuū esse præcepit, prohibuit autē magis, & diuina lege puniuit, inferri ignē alienū. Nā ita perierunt filij Aaron. Verūtamē (ut dixi) umbræ parturiebant uirtutem sacramēti Christi. Nam in specie ignis semper aliquo modo accepit Deum sacra scriptura. Visum enim sic esse inquit filijs Israël in monte Sina, unde eximius, & non alteri mixtus, altarij ignis erat. Deus enim solus, & unus, & secundum naturam super omnia, alteri Deo cōnumerari non potest, alioqui quomodo sacrū, & diuinū tabernaculum offenderet quis, sacrificijs adhibēs externū ignem, nisi quodāmodo cogitaret quis, quod si inferretur ignis alienus, sacerdotis ueritas figuræ, non obseruans modum, quo conueniat eam figurari? Quandoquidem est solus uerus, & unus Deus, connumeratur autem ei omnino nullus, qui tabernaculum uerius, hoc est, Ecclesiam mentali illustrat lumine, accipit autem ab omnibus rationales hostias. Itaq; alius cum ipso Deus intelligatur nullus, remoueat autē à nobis, tāquam alienus ignis. Alia enim natura deitatis præter eam nulla est. Idem autem esset sermo, & de sacrificijs per Heliam antea immolatis. Demisit enim & tunc ignem uniuersorum Deus, implente propheta olim figuram sacramenti Christi. Igitur quod non descendit ignis, oues occidere nō detrectamus. Sufficit enim nobis per ea quæ tunc fiebant, quemadmodum in tabula ueritatis, pulchritudinē bene effigiātā mentalibus oculis consyderare. Sacrificamus autem nūc multo melius, quā illi olim. Descendit enim cœlitus non sensibilis ignis, imaginem ineffabilis naturæ complens, sed ex parte per filium spiritus sanctus, illustrās Ecclesiam. Adhibemus autem & sacrificia, spiritualia scilicet, & mentalia. Nam illi qui ex sanguine Israël offerebant Deo boues, & oues, turtures, & colūbas, & ex fructibus, & similia oleo sparsam, & lagana, & thura. Nos autem tam crasso ministerio relicto, præceptū habemus, ut tenue, ac spirituale, & subtile perficiamus. Offerimus enim in odorem suauitatis Deo uirtutes omnigenas, fidem, spem, charitatem, iustitiā, cōtinentiam, obedientiam, facilitatem, perpetuas laudes, & alias uirtutes. Istud enim sacrificiū minimē carnale, simplicem, & secundum naturam incorporeum decet Deū. Et mentalis flagrantiae oblationes sunt uerē honestæ uitæ modi. Igitur quū peruenisset fugura ad ueritatem, nos pro igne sensibili, spiritū accipientes, rationabile implemus ministeriū. Ita em̄ dicitur Christus baptizare nos in spiritu sancto, & igne. Quod autē aries mōstratus est Abrahamæ, quē & sacrificauit pro Isaac, dicimus q̄ & ille fuerit figura Christi, q̄ per nos, & ppter nos mortē secundum carnē sustinuit, ut nos morte, & corruptione liberaret. Iā si sacrificasset Abrahamā, ignē alienū (ut dicit) sacrificijs immittēs, & nō omnino illū, q̄ est ex igne, hoc omnino nihil ad nos. Nam cauentibus sacrificare Deo, quæ lege definita sunt, & excusationis prætextū faciētibus, quod cessarint ipsæ, quod nō supernē, & è cœlo descēdat ignis, attulit in argumentū fortissimū, nos diuinas leges contēnere, sed alieno igne usum esse Abrahamā. Quoniā autē melius nos, q̄ illi seruiuimus, sacrificātes Deo spiritualia, & pro igne sensibili spiritū recipiētes, ne redarguat

darguat dicens, quare nō adducamus sacrificia altaribus. Obluctatur enim diuinus Paulus tātum non clamans, & dicens: Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Transmutati enim sumus ad nouitatem uitæ Euāgelicæ, & inducti ad perfectas disciplinas, relicta legalis literæ institutione, & adolefcētib; quidem adhuc cōuenientis, nobis autem nō item, qui in uirum perfectum occurrimus, & peruenimus usq; in finem ætatis plenitudinis Christi. Et diuus Hieronymus exponens illud propheticū, Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, sanguinem, & ignē, & uaporē fumi: Ignis (inquit) spiritus sancti, qui descēdit de cœlo (ut in actibus Apostolorum legimus) apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis & c. Hic est ignis, quem uenit dominus mittere super terram, & antequā pateretur, suppliciaq; incredulis, qui appellatur uapores fumi. Et exponens illud Esaiæ, Quia habet tenebras, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorē suum, ecce dominus in igne ueniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorē suum, & increpationem suam in flamma ignis, quia in igne dominus dijudicatur, hoc pacto scribit: Ecce (inquit) dominus in igne ueniet, & quasi turbo, siue tempestas, quadrigæ eius (siue currus eius, ut septuaginta) quas debemus intelligere Angelicas potestates, quādo uenturus est dominus in gloria patris cum Angelis suis, iudicare uiuos, & mortuos, non quod dominus ignis sit, sed quod iustitibus pœnas esse ignis uideatur. Et licet Moyses dixerit, idpsum Apostolo cōfirmante: Deus ignis consumens est, attamen saluator exprimens diuinitatis substantiam, ait: Spiritus est Deus. Inter spiritum autem, & ignem secundum intelligentiam corporalem, multa diuersitas est. Quod si ignis, aut spiritus est, quomodo oculos, & aures, & manus, & pedes, & uētre, & cœtera corporis membra habere dicitur, quū hæc spiritus, ignisq; nō habeat. Ignis ergo consumens appellatur Deus, ut quicquid in nobis uitiorū est, foenū, ligna, stipulamq; cōsumat, & spinas, id est, solitudines sæculi huius, quas pro bono semine terra attulit infœcūda, de qua ad Hebræos dicitur: Quæ autē affert spinas, & tribulos, reprobata est, & maledictio proxima, cuius finis cōsumptio est. De hoc igne & in Euangelio dñs loq̄batur: Ignē ueni mittere super terrā. Et supra legimus: Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramē aridū cōsumetur igni, & omnia zizania, quæ inimicus homo superfeminauit, dormiente patrefamiliās, de quo & in epistola Iacobi legitur: Paruus ignis, quā grandē succendit materiam? Et in Prouerbis: In multis lignis uiget ignis, quanquam in eo quod prouerbium est, aliud possit intelligi. Hunc puto ignem sedisse super linguas Apostolorū, omniumq; credentiū, quando linguis uarijs loquebatur, & omnes erroris fugabat tenebras, & illuminabat corda eorum, qui recipiebāt sermonem domini. Et exponens illud Esaiæ, Vermis eorum nō morietur, & ignis eorum non extinguetur: Vermis (inquit) nō morietur, & ignis nō extinguetur, à plerisq; conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos, quare uitio suo, atq; peccato caruerint electorum bono. Ignis quoq; iuxta id accipiendus, quod & uermis, qui tandiū succenditur, quandiū habet materiam, qua uorax flamma pascatur. Si quis igitur habeat in conscientia sua zizania, quæ inimicus homo, dormiente patrefamiliās, superfeminauit, hæc ignis exuret, hæc uorabit incendiū. Et omnīū sanctorū oculis, supplicia mōstrabuntur, qui pro auro, & argēto, & lapide precioso ædificauerūt super fundamētū dñi, foenū, ligna, stipulā, ignis pabulū sempiternū.

De eodem igne.

Cap. VIII.

Ignis quoq; tribulationem significat, iuxta illud Dauidicū: Igne me examinasti, & nō est inuenta in me iniquitas. ubi diuus Augustinus scribit: Non autem nox tantum, quia perturbare affolet, sed etiā ignis, quia urit, uocāda est ipsa tribulatio, qua examinatus iustus inuētus sum. Et Cassiodorus: Metaphora introducitur fornacium igne flagrantium, quæ metallorum uitia solent purgare, ac decoctione consumere, & in naturæ puritatem mundata reuocare. Sic ergo & tribulationibus ignitis examinatus est dñs Christus, sed nō est in illo inuēta iniquitas, quā adustio illa decoqueret. Et exponēs illud Dauidicū, Cœcaluit cor meū intra me & c. Cœcaluit (dixit) cor meū, id est, ab omni parte succensum est, ut motus iste tam magnus ad cogitationē rerū cœlestiū perueniret. Intra me, in homine scilicet interiore, ubi ratio tacita loquitur, & à dño dignanter auditur. Et in meditatione mea exardefcet ignis. Ne putares ignē insanis motibus æstuarē, in meditatione mea posuit, id est, in cōsilio, in deliberatione, ubi ardor mētis sub modestia prudēter accēditur, & illuminatā mētem disciplinalis flāma circunuolat. Quid enim amplius, quā charitas feruet? Sed feruor ille tranquillus est, māsuetā inflāmatio, motus inculpabilis, festinatio moderata. Et exponēs illud Dauidicum, Quoniā probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argētum. Probari nos (inquit) facit Deus, quando per diuersa genera tentationum pro sui nominis confessione tolerantiam beata passionis indulget. Non enim ille nos probando nouit, sed præsciēdo cognoscit. Igne nos examinasti & c. Igne enim charitatis examinatur beata cōscientia, quæ tātum Christi domini amore succenditur, ut urētium flammaram tormenta uincantur. Sed iste ignis non consumptorius, sed purgatorius est. Datur enim argenti exemplum, quod igne ideo decoquitur, ut purius inde reddatur. laceret

Iom. 4. c.

Leuit. 10.
Num. 16. g.

3. Reg. 18. f.

Matth. 3. c.
Gen. 22. c.

2. Cor. 5. d.

Ephes. 4. c.

Ioel. 2. g.

Act. 2. a.

Luc. 12. f.

Esa. 66. e.

Quadrigæ, angelicæ potestates.

Deut. 4. d.

Ioan. 4. d.

Hebr. 6. b.

Luc. 12. f.

Esa. 9. d.

Matth. 13. d.

Iacob. 3. a.

Prouerb. 26. c.

Act. 2. a.

Esa. 66. g.

Vermis, conscientia.

Matt. 13. d.

1. Cor. 3. c.

Psal. 16. a.

Ignis, tribulatio.

Cassiodorus.

Psal. 38. a.

Charitatis feruor qualis.

Psal. 65. b.

Ignis, charitas.

laceret enim massa argenti cum fordibus suis, nisi magni caloris beneficio natua inquinamēta deponeret. Trāsiuimus per ignem, & aquam &c. Quod utiq; factum est, quādo alios martyriū ignis absumpsit, alios aqua demersit, & per diuersa elementa, mors eorum probatur impleta. Et eduxisti nos in refrigerium, ut ista omnia, quæ in membris suis patiebatur Ecclesia, non ad detestabile poenam, sed ad quietis beatitudinem cognosceres esse collata. Refrigeriū est enim post peritūtes carnes delectabilis, & amœna securitas, quam in illa retributione suscipiūt, qui pati pro domini nominis meruerunt. Et in alio Psalmo scriptū est: Ignis ante eum præibit, & inflammabit in circuitu inimicos eius. ubi diuus Augustinus hoc pacto scribit: Non arbitror de illo igne dici, in quem mittēdi sunt impij illa ultima iudicij sententiā, quibus ad sinistram separatis dicitur, Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Quia de quodam igne dicit, qui præibit ante illum, antequam ueniat ad iudicium. Dicitū est enim præire ignem, & inflamare in circuitu, id est, per totum orbem terrarum inimicos eius. Ille ignis post eius aduentū erit, iste autē ignis ante eū præibit. Possumus ergo eum accipere in poena malorum, quia quū prædicaretur Christus, iratæ sunt gentes, & cōmouerunt persecutionem, quæ ira ignis fuit magis cōsumens eos, qui persequēbantur, quā eos, quos persequēbantur. Quum enim uidemus duos, unum irascentem, alterum patienter ferentem, quis eorum ardeat, uestrum est iudicare. Propterea & Esaias propheta dixit: Et nūc ignis ardent, qui postea supplicio sempiterni illius ignis arfuri sunt. Ecce intelleximus ignem ante eum præeuntem, id est, hoc tempore intelligendum in poenam quandam infidelium iniquorum, intelligamus ignem si possumus, & in salutem redēptorum. Idem ipse dominus ait: Ignē ueni mittere in terram. Exarserunt homines credentes in eum, acceperunt flammam charitatis, propterea & ipse spiritus sanctus, quū missus esset Apostolis, sic apparuit. Visæ sunt illis (inquit) linguæ diuinae, uelut ignis &c. Isto igne inflammati, cœperūt ire per mundum, & inflammare, & incendere in circuitu inimicos eius, qui deserto Deo, à quo facti erant, adorabant simulacra, quæ fecerant. Ipsi incēdebantur, si mali erant, ad cōsumptionem, si boni erant, ad reparationē, aut ipse incēdebatur, qui nolebat credere, illo igne, audito uerbo Dei factus peior, inuidia sua exustus, atq; consumptus, aut si cōuerteretur, & crederet, nec sic in illo nihil arsisset. Arserat enim fœnum, ut purgaretur aurum, id est, arserat fœnum carnalis cōcupiscentiæ, ut purgaretur aurum, id est, fides. Sunt qui salubriter arserunt, hodie fideles eius sunt, inimici eius erant, charitas cōsumpsit in eis, quod persequēbantur Christum, & purgauit in eis, quod crederēt in Christum. Et in alio Psalmo scriptum est: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem. Spiritus Angeli sunt, & quum spiritus sunt, nō sunt Angeli, quū mittuntur, sūt Angeli. Angelus enim, officij nomē est, nō naturæ. Quæris nomen eius naturæ, spiritus est, quæris officium, Angelus est. Et ministros suos ignem flagrantem. Legimus apparuisse ignem in rubo, legimus etiā missum ignem desuper, & implese quod præceptum est. Ministravit ergo, quum egit quod iussum est. Quid est autē in Ecclesia figuratē? Qui facit Angelos suos, id est, nuncios uerbi sui spiritus, id est, spirituales. Spirituales enim omnia iudicat, ipse autem à nemine diiudicatur. Vide spirituales factū Angelum Dei: Nō potuit (inquit) uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. De spirituali quadam affectione missus est ad carnales, tanquam Angelus de cœlo ad terrā. Quomodo dicit, Et ministros suos ignē flagrantem, nisi quomodo dicit, spiritu feruētes? Sic enim feruēs spiritu, ignis ardens est omnis minister Dei. Nōne ardebat Stephanus, quando lapidabatur, & pro eis à quibus lapidabatur, rogabat? Quum audis: Ignis est minister Dei, incensurum illum putas? Incēdebat licet, sed fœnum tuum, id est, carnalia omnia desideria tua, curat minister Dei, prædicans uerbum Dei. Audi illum: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Quomodo autem ardebat, quum diceret: Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatātū est? Ardebat, & flagrabat charitate, & ibat in eos, ut incenderet. Hunc ignem se missurum dominus in terram dicebat, quum ait: Ignem ueni mittere in terrā. Et Cassiodorus: Qui facit Angelos suos spiritus. Ordo uerborum talis est. Qui spiritus suos facit Angelos. Cōmendandum est animo, quia hic specialiter de Angelis dicitur, quod in libro Geneleos euidentius non habetur. Nam & uerba ipsa, sunt discutienda subtilius. Spiritus generale nomen est incorporalis, potentisq; substantiæ, uisibiliter, siue inuisibiliter operans, quod ei diuinitus inspiratur. Angelorum enim nomen non significat naturam, sed obedientiam. Angelus enim Græca lingua dicitur, qui Latine nūcius interpretatur. Addidit, Suos, ut illos ostēderet, qui recta mēte domini uolūtātibus obsecundant. Et ministros suos ignem urentem. Minister Dei est omnis, qui diuinas exequitur uoluntates, & charitatis semper accensus est feruore. Talis enim uir cœlestis ignis efficitur, quādo uerbo prædicationis peccantium nequitias urere, & cōsumere posse monstratur. Sic enim dominus ipse dicit: Ignem ueni mittere in terram. Ignis utiq; uitalis, ignis utiq; salutis, qui dum peccata cōsumit, animas nutrit. Et diuus Thomas in opusculo de dilectione Dei, & proximi tres asserit diuersitates in calido reperiri, nempe calorem,

Psal. 96. a.
Augustinus.
Matth. 25. d.

Ignis, tr. a.

Esa. 26. b.

Luc. 12. f.

Act. 2. a.

Fœnum, carnalis
cōcupiscentia.

Aurum, fides.
Psal. 103. a.
Angelus, officij
nomen.

Exod. 3. a.
Angeli, prædicatores.
1. Cor. 2. d.
1. Cor. 3. a.

Rom. 12. c.
Act. 7. g.

1. Cor. 4. a.
2. Cor. 6. c.

Luc. 12. f.

Spiritus, generale
nomen in
corporalis substantiæ.

Minister Dei
qui dicitur.

Luc. 12. f.
Thomas aquinas.

calorem, feruorem, & ardorem. Calor initium, feruor incrementum, ardor uerò complementum. Calor in positiuo, feruor in comparatiuo, ardor in superlatiuo. Siquidem calor admodum intēsus, feruor est: ardor uerò maximē intēsus, calor dicitur. Calent incipiētes, iuxta illud Dauidicū, Concaluit cor meum intra me: feruent proficientes, iuxta illud Apostolicum, Spiritu feruentes, domino seruiētes: ardent perfecti, iuxta illud Psal. In meditatione mea exardescet ignis. Sūt autem iuxta Aristotelis doctrinā tres species ignis, scilicet carbo in materia terrea, flāma in materia aërea, lux in materia propria. Tres igitur sunt ardoris differentiæ secundū tres hominū status, nempe poenitentium, actiuorum, atq; contemplatiuorum. Poenitentes ardorem habent carbonis, iuxta illud Esaiæ, Si abluerit dominus sordes filiarū Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Vnde & diuus Gregorius de Maria Magdalena inquit: Incendit plenē Maria peccati rubiginē, quæ ardebat ualidē per amoris ignē. Et rursum: Dicite quo dolore ardet, quæ flere inter epulas nō erubescit. De proficientibus uero in bonæ actionis itinere, qui flammæ, quæ sursum magis tendit, habēt ardorem, scriptū est: Nōne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum nobis loqueretur in uia, & aperiret scripturas? De illis uero qui sunt in contēplandi statu, qui lucis habent ardorem, scriptum est per beatum Gregorium: Dum Deū in ignis uisione suscipiunt, per amorem suauiter arserūt. Et loquitur de Apostolis, supra quos apparuerunt dispersitæ linguæ tanquam ignis.

Calor.
Feruor.
Ardor.
Psal. 38. a.
Rom. 12. c.
Psal. 38. a.

Esa. 4. b.
Gregorius.

Luc. 24. e.

Act. 2. a.

De igne inferni.

Cap. IX.

DE igne autem inferni scriptum est in Iob: Deuorabit eum ignis, qui non succendetur. Quæ uerba diuus enarrans Gregorius lib. Moral. 15. cap. 14. hoc pacto scribit: Miro ualde modo paucis uerbis expressus est ignis gehēnæ. Ignis nāq; corporeus, ut esse ignis ualeat, corporeis indiget fomentis. Qui quū necesse est ut feruetur, per congesta ligna proculdubio nutritur, nec ualet nisi succensus esset, & nisi refotus subsisteret. At contrā gehēnæ ignis, quū sit corporeus, & in se millos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succēditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel, durat inextinguibilis, & succensione nō indiget, & ardore nō caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur: Deuorabit eū ignis, q nō succēdetur, quia omnipotētis iustitia futurorū præscia, ab ipsa mūdi origine gehēnæ ignē creauit, q in poena reproborū esse semel inciperet, sed ardorē suū etiā sine lignis nunquā finiret. Sciendū uero est, quōd omnes reprobi, qui ex anima simul, & carne peccauerūt, illic in anima pariter & carne cruciantur. Vnde per Psal. dicitur: Pones eos ut clibanū ignis in tēpore uultus tui, dñs in ira sua cōturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Clibanus nāq; intrinsecus ardet, is uero qui ab igne deuoratur, ab exteriori incipit parte concremari. Vt ergo sacra eloquia ardere & exterius, & interius reprobos demonstrarent, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanū poni testantur, ut per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. Vnde hic quoq; quū de hoc impio diceretur, Deuorabit eū ignis, qui non succendetur, protinus de eius spiritu additur, Affligetur relictus in tabernaculo suo. Iniqui em̄ tabernaculū caro est, quia ipsam lætus inhabitat, & si sit possibile, optat ut eam nunquam relinquat. Iniquus ergo iste, qui omne gaudium suum in carnali uita posuit, in tabernaculo carnis habitauit. Quā uidelicet carnem, quū in resurrectione receperit, cum ea gehēnæ igni traditus ardebit. Et quia eandē carnē Deo præposuit, iudicante Deo agitur, ut ex ea amplius in igne crucietur. Ad augmentum itaq; tormenti, & hinc de corpore nolēs educitur, & illic in corpore tenetur inuitus. Et lib. 9. cap. 46. exponēs illud Iob, Terram miseriæ, & tenebrarū, ubi umbra mortis, & nullus ordo: Sicut mors (inquit) exterior ab anima diuidit carnem, ita mors interior à Deo separat animam. Umbra ergo mortis, est obscuritas diuisionis, quia damnatus quisq; quum æterno igne succēditur, ab interno lumine tenebratur: Natura uero ignis est, ut ex seipso & lucē exhibeat, & cōcremationem. Sed transactorū ultrix illa flamma uitiorū cōcremationē habet, & lumē nō habet. Hinc est enim quōd reprobis ueritas dicit: Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Quorum rursum omnium corpus in unius persona significans, dixit: Ligatē ei manus, & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Si itaq; ignis, qui reprobos cruciat, lumen habere potuisset, is qui repellitur, nequaquā mitti in tenebras diceretur. Hinc etiam Psalmista ait: Super eos cecidit ignis, & non uiderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadēte, nō cernitur, quia illos, quos gehēnæ flamma deuorata, à uisione uerū luminis cecat, ut & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus poena cæcitatē obscuret, quatenus qui auctori suo corde, & corpore deliquerūt, simul corde, & corpore puniātur, & utrobicq; poenas sentiant, qui dum hic uiuerent, prauis suis delectationibus ex utroq; feruiebant. Vnde bene per prophetam dicitur, Descenderunt in infernū cū armis suis. Arma quippe peccantium, sunt membra corporis, quibus peruersa desideria, quæ concipiūt, exequuntur. Vnde rectē per Paulum dicitur: Neq; exhibeatis mēbra uestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descēdere, est cum ipsis quoq; membris, quibus desideria uoluptatis

Iob 20. b.
Gregorius.

Ignis gehēnæ
corporeus iexo
tinguibilis.

Ignis inferni cor
poris, & animas
cruciat.

Psal. 20. b.

Tabernaculum,
caro.

Iob 10. c.
Mors exterior,
& interior.

Umbra mortis,
diuisionis obscu
ritas.

Ignis natura lu
cet, & concre
mat.

Matth. 25. d.
Matt. 22. b.

Ignis inferni lu
men nō habet.
Psal. 57. b.

Ezech. 32. f.
Arma, mēbra.

Rom. 6. b.

L u luptatis

luptatis expleuerunt. aeterni iudicij tormenta tolerare, ut tunc eos undiq; dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi, undiq; contra iustitiam iustie iudicantis pugnant. Et cap. 48. citas illud Esaiæ, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: Hic inquit, flama, quæ succendit, illuminat: illic (ut superius uerbis Psalmistæ docuimus) ignis, qui cruciat, obscurat. Hic metus amittitur, quum tolerari iam cœperit, quod timebatur: illic & dolor dilaniat, & pauor angustat. Horrêdo igitur modo, erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate. Et infra: Quia igitur & mors perimit, & non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat, flama comburit, sed nequaquam tenebras discutit, quantum per notitiam præsentis uitæ colligitur, supplicia ordinem nō habent, quæ nō suam per omnia qualitatē tenent, quāuis illic ignis, & ad consolationem nō lucet, & tamen ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quoq; suos secum in tormento reprobi, flama illustrante, uisuri sunt, quorū amore deliquerunt, quatenus qui eorum uitam carnaliter contra præcepta conditoris amauerūt, ipsorum quoq; eos interitus in augmentū suæ damnationis affligat. Quod profecto, Euangelio testante, colligimus, in quo, ueritate nūciantē, diues ille, quem contigit ad æterna incendij tormenta descendere, quinq; fratrum scribitur meminisse, qui Abraham petiit, ut ad eorum eruditionem mitteret, ne illuc eos quandoq; uenientes, par pœna cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulum propinquorum absentium meminit, constat procul dubio, quia eos ad augmentū supplicij, paulo post potuit etiam præsentis uidere. Quid autem mirum, si secum quoq; reprobos aspiciat cremari, qui ad doloris sui cumulum, eum, quē despexerat, in sinu Abraham Lazarū uidit? Si ergo ei, ut pœna cresceret, & uir electus apparuit, cur non credendum sit, quod uidere in supplicio eos etiam, quos contra Deum dilexerat, possit? Quæ ex re colligitur, quod eos, quos inordinate nunc reprobi diligunt, miro iudicij ordine secum tunc in tormentis uidebunt, ut pœnam propriæ punitionis exaggeret illa auctori præposita carnalis cognatio, pari ante oculos ultione damnata. Ignis itaq; qui in obscuritate cruciat, credendum est, quia lumen ad tormentū saluat. Quod si approbare testimonijs in sua expressione non possumus, superest, ut è diuerso doceamus. Tres quippe Hebrææ gētis pueri per Chaldæi regis imperium, succensis camini ignibus, ligatis manibus, pedibusq; proieciti sunt, quos tamen, quum idem rex in camini incēdio miseratus exploraret, illæsis uestibus deambulantes uidit. Vbi apertē colligit, quia mira dispositione conditoris, ignis qualitas in diuersa uirtute temperata, & uestimenta nō attingit, & uincula incendit, sanctisq; uiris, & ad inferendum tormentum flamma frigit, & ad solutionis ministerium exarsit. Sicut ergo electis ignis ardere nouit ad solatiū, & tamen ardere ad supplicij nescit, ita è diuerso gehennæ flamma reprobis, & nequaquam lucet ad consolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam, ut damnatorū oculis ignis supplicij, & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum deiecti qualiter crucientur, ostendat. Quid autem mirum, si gehennæ ignem credimus habere supplicium simul obscuritatis, & luminis, quando experimēto nouimus, quia & tædarum flamma lucet obscura? Tunc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polleuit, tunc infinite patens inferni barathrum deuorat, quos nunc inanis elatio exaltat, atq; qui quolibet ex uitio hic uoluntatem callidī persuasoris expleuerunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta perueniunt.

De eodem igne inferni.

Cap. X.

Idem quoq; diuus Gregorius lib. dialogorum quarto, cap. 29. hoc pacto scribit: Si uiuētis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur non potest mortem, quum incorporeus sit spiritus, etiā corporeo igne teneatur? Si incorporeus spiritus in hoc teneri potest, quod uiuificat, quare nō pœnaliter, & ibi teneatur, ubi mortificatur? Teneri autem spiritum per ignem dicimus, ut in tormento ignis uidendo, atq; sentiendo puniatur. Ignem nanq; eo ipso patitur, quod uidet, & quia cremari se aspiciat, crematur, sicq; fit, ut res corporea incorpoream exurat, dum ex igne uisibili ardor, ac dolor inuisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea, in corporea flama crucietur, quāuis colligere ex dictis Euangelicis possumus, quia incendium anima non solum uidendo, sed etiā experiēdo patiat. Veritatis etem uoce diues mortuus in inferno dicit sepultus. Cuius anima, quia in igne teneatur, insinuat uoce diuitis, qui Abraham deprecatur, dicens: Mitte Lazarū, ut intingat extremū digiti sui in aquā, & refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flama. Dū ergo peccatorē diuītē dānatum ueritas in ignē perhibet, quānam sapiens reprobōrū animas teneri ignibus neget? Certè reprobis ueritas in fine dictura est: Ite in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Si igitur diabolus, eiusq; Angeli, quū sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirū, si animæ, & antequā recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta? Et cap. 70. Postquam Petre laboriosè credidisti, operæ precium credo, si ea quæ mihi à uiris fidelibus sunt digesta, narrauero. Iulianus nanq; huius Romanæ Ecclesiæ, cui Deo autore deseruio, secundus defensor, qui ante septem ferme annos defunctus est, ad me adhuc in monasterio positum crebro ueniebat, & mecum colloqui de animæ utilitate consueuerat. Hic itaq; mihi quadam die narrauit, dicens:

dicens: Theodorici regis temporibus pater foceri mei in Sicilia exactionē canonis egerat, atq; iam ad Italiam redibat. Cuius nauis appulsa est ad insulā, quæ Liparis appellatur. Et quia illic uir quidam solitarius magnæ uirtutis habitabat, dum nauis armamenta repararent, uisum est prædicto patri foceri mei ad eundem uirum Dei pergere, seq; eius orationibus cōmendare. Quos uir domini, quum uidisset, eis inter alia colloquens, dixit: Scitis, quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protinus responderunt: Absit. Nos eum uiuentē dimisimus, & nihil tale ad nos de eo nunc usq; perlatum est. Quibus Dei famulus addidit, dicens: Etiam mortuus est. Nam hesternō die hora nona inter Ioannem papam, & Symmachum patricium discinctus, atq; discalciatus, & uinctis manibus deductus, in hanc uicinā Vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes, sollicitè conscripserunt diem, atq; in Italiam reuersi eo die, Theodoricum regem inuenerunt fuisse mortuum, quo de eius exitu, atq; supplicio Dei famulo fuerat ostensum. Et quia Ioannem papam affligendo in custodia occidit, Symmachū quoq; patriciū ferro trucidauit, ab illis iustē in ignē missus apparuit, quos in hac uita iniustē iudicauit. Et cap. 43. Vnus quidē est gehennæ ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusq; etenim quātum exigit culpa, tāta illic sentitur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem æqualiter sentiunt, quia alius plus æstuat, atq; alius minus: ita illic in uno igne nō est unus modus incendij, quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut & ignem non dissimilem habeat, & tamē eosdē singulos dissimiliter exurat. Et cap. 44. Petrus. Nūquid nā (quæso te) dicimus eos, qui semel illic meriti fuerint, semper aruros? Greg. Cōstat nimirū, & incunctanter uerū est, quia sicut finis nō est gaudij bonorū, ita finis non erit tormento malorū. Nam quū ueritas dicat, Ibi tunc in supplicij æternū, iusti autē in uitā æternam, quia uerum est quod promisit, falsum proculdubio non erit quod minatus est Deus. Petrus. Quid si quis dicat: Idcirco peccantibus æternā pœnā minatus est, ut eos à peccatorū perpetracione cōpesceret? Gregorius. Si falsum est quod minatus est, ut ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, ut ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, uel insanus præsumat? Et si minatus est quod nō erat impleturus, dum asserere eū misericordem uolumus, fallacem (quod dici nefas est) prædicare cōpessimur. Petrus. Scire uelim quomodo iustum sit ut culpa, quæ cū sine perpetrata est, sine fine puniatur. Gregorius. Hoc rectè diceretur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt, quia cū sine uixerūt. Nam uoluisse utiq; si potuissent, sine fine uiuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostēdunt enim, quia in peccato semper uiuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, dum uiuūt. Ad magnā ergo iustitiā iudicātis pertinet, ut nunq; careāt supplicio, qui in hac uita nūquam uoluerunt carere peccato. Petrus. Sed nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens seruus à iusto domino idcirco cædi præcipitur, ut à neq; corrigatur. Ad hoc ergo uapulat, ut emēdari debeat. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, si ad correctionē non perueniūt, quo sine semper ardebunt? Gregorius. Omnipotens Deus, quia pius est, miserorū cruciatu nō pascitur, quia uero iustus est, ab iniquorū ultione in perpetuū non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet ut iusti omnes, & in Deo uideant gaudia, quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia, quæ euaserunt, quatenus tanto magis in æternum gratiæ diuinæ debitores se esse cognoscant, quāto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio uicerūt. Petrus. Et ubi est, quod sancti sint, si pro inimicis suis, quos tunc ardere uident, nō orabunt, quibus utiq; dictū est: Pro inimicis uestris orate? Gregorius. Pro inimicis suis orant eo tempore, quo possunt ad fructuosam pœnitentiā eorū corda conuertere, atq; ipsa cōuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandū est, nisi hoc, quod Apostolus ait: Ut det illis Deus pœnitentiā ad cognoscendum ueritatem, & respiscāt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Eadem itaq; causa est cur nō oretur tunc pro hominibus igni æterno damnatis, quæ nūc etiam causa est, ut non oretur pro diabolo, Angelisq; eius æterno supplicio deputatis. Quæ nunc etiā causa est, ut nō oret sancti homines pro hominibus infidelibus, impijsq; defunctis, quia pro eis utiq; quos æterno deputatos supplicio iam nouerūt, ante illū iudicis iusti cōspectū orationis suæ meritū cassari refugiūt. Quod si nūc quoq; uiuentes iusti mortuis, & dānatīs iniustis minimē cōpatiūtur, quādo adhuc aliqd iudicabile de sua carne (aliās causa) sese perpeti etiā ipsi nouerūt, quāto districtius tūc iniquorū tormēta respiciunt, quādo ab omni uitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitiæ uicinijs, atq; arctius inhærebūt? Sic quippe eorū mentes per hoc quod iustissimo iudici inhærent, uis distractionis absorbet, ut omnino eis nō libeat, quicquid ab illius æternæ regulæ subtilitate discordat.

An possint corpora in uisione ignis esse perpetua.

Cap. XI.

Diuus autem Augustinus libr. de ciuitate Dei 21. cap. 2. quærit an possint corpora in uisione ignis esse perpetua. Et hoc pacto respondet: Quid igitur ostendam unde conuincantur in-

L ij creduli,

Esa. 66. g.

Ignis inferni, ut magis torqueat, aliqd lucis habet.

Luc. 16. g.

Ilic f.

Daniel. 3. c.

Ignis inferni nō lucet ad consolationem, sed ad pœnam.

Ignis inferni corporeus, spiritū tenet & cruciat uidēdo, & experiēdo.

Luc. 16. f.

Matth. 25. d.

Liparis insula:

Theodorici regis mors, & dānatio reuelata.

Vulcani olla in quā Theodoricus rex fuit iactatus.

Ignis unus inferni non uno modo cruciat oēs.

Matth. 25. d. Supplicium impiorū æternū.

Culpa iustē sine fine puniatur.

Matth. 5. g.

2. Timot. 2. d.

Augustinus.

*Animalia non
nulla in ignibus,
& aq̄ calidus
uiuunt.*

*Salamandra ui-
uit in igne.
Mōtes quidam
Siciliae flammis
semper afluāt,
& integri per-
seuerant.*

*Pauonis caro
non putrescit.*

*Palea uim frigi-
dam, & feruidam
habet.
Ignis lucidus ad-
usta nigresce-
re facit, & lapi-
des coctos nite-
scere facit, quā-
quā ille rubet.*

*Carbones leuif-
simo frāguntur
ictu, sed nullo
humore corrū-
puntur, nulla
etate uincuntur.
Calx igne cāde-
scit, quo alia ce-
tra redduntur.
Calx uiua cur-
dicitur.
Calx, quā aqua
extinguitur, ac-
cenditur.*

*Calx oleo non
feruescit, qđ est
fomes ignis.*

*Adamas nec
ferro, nec igni
uincitur, sed hir-
cino sanguine.*

creduli, posse humana corpora animata, atq; uiuentia, non solum nunquam morte dissolui, sed in æternorum quoq; ignium durare tormentis: Nolūt enim hoc ad omnipotentis nos referre potentiam, sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus, si respōdebimus esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tamen in medijs ignibus uiuant, nonnullum etiā genus uermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impunē cōtrectat: illos autem non solum sine ulla sui læsione ibi esse, sed extra esse non posse, aut nolunt credere, si ostēdere non ualeamus, aut si ualuerimus, siue oculis demōstrare res ipsas, siue per testes idoneos edocere, non satis hoc esse ad exemplum rei, de qua quæstio est, eadem infidelitate cōtendunt, quia hæc animalia, nec semper uiuunt, & in illis feruoribus sine doloribus uiuunt. Suæ quippe naturæ conuenientibus uegetātur, illis non cruciantur elementis, quasi non incredibilius sit uegetari, quàm non cruciari talibus rebus. Mirabile est enim dolere in ignibus, & tamen uiuere, sed mirabilius uiuere in ignibus, nec dolere. Si autē hoc creditur, cur nō & illud? Et cap. 4. Quapropter sicut scripserunt, qui naturas animalium curiosius indagauerunt, Salamandra in ignibus uiuit. Quidā notissimi Siciliae montes, qui tanta diuturnitate temporis, atq; uetustate usq; nūc, & deinceps flammis æstuant, atq; integri perseuerāt, satis idonei testes sunt, nō omne quod ardet, absumi. Et anima indicat, nō omne quod dolere potest, posse etiam mori. Quid adhuc à nobis rerū poscuntur exempla, quibus doceamus non esse incredibile, ut hominū corpora sempiterno supplicio punitorum, & in igne animam non amittant, & sine detrimento ardeāt, & sine interitu doleāt? Habebit enim tunc ista carnis substantia qualitātē suā ab illo inditā, qui tā miras, & uarias tot rebus indidit, quas uidemus, ut eas, quæ multæ sunt, nō miremur. Quis enim, nisi Deus creator omnium dedit carni pauonis mortui, ne putresceret? Quod quum auditu incredibile uideretur, euenit ut apud Carthaginē nobis cocta apponeretur hæc auis. De cuius pectore, pulparū quantū uisum est decerptū, feruare iussimus. Quod post dierū tantum spacium, quanto alia caro quæcunq; cocta putresceret, prolatum, atq; oblatum, nihil nostrum offendit olfactum. Itemq; repositum est post dies amplius quàm triginta, idem quod erat, inuētum est. Idemq; post annū, nisi quod aliquātum corpulētia siccoris, & contractionis fuit. Quis paleæ dedit uel tam frigidam uim, ut obrutas niues seruet, uel tam feruidam, ut poma immatura maturet? De ipso igne mira quis explicet, quo quæq; adusta nigrescunt, quū ipse sit lucidus, & penē omnia quæ ambit, & lambit colore, pulcherrimus decolorat, atq; ex pruna fulgida, carbonem teterrimum reddit? Neq; id quasi regulariter diffinitum est. Nam ē cōtrario lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi, & quamuis ille magis rubeat, illi albido colore nitescant, congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris. Quum itaq; ignis in lignis ardeat, ut lapides coquat, contrarios habet non in contrarijs rebus effectus. Et si enim lapides, & ligna diuersa sunt, contraria tamen non sunt, sicut album, & nigrum, quorum in lapidibus unum facit, alterum in lignis, clarus illos clarificans, hæc offuscans, quum in illis deficeret, nisi in istis uiueret. Quid in carbonibus? Nōne miranda res est, & tanta infirmitas, ut ictu leuissimo frangantur, pressu facilimo cōterantur, & tanta firmitas, ut nullo humore corrūpantur, nulla ætate uincantur, usq; adeo, ut eos substernere soleant, qui limites figunt ad cōuincendum litigatorum, quisquis post quantalibet tempora extiterit, fixumq; limitem nō esse cōtenderit? Quis eos in terra humida infossos, ubi ligna putrescerent, tam diu durare incorruptibiliter posse, nisi rerū corruptor ille ignis effecit? Inuēamur etiā miraculum calcis, excepto eo, de quo iam satis diximus, quod igne cādescat, quo alia tetra redduntur, etiā occultissimē ab igne ignem cōcipit. Quūq; iam gleba tangentibus frigida sit, ignem tam latenter seruat, ut nulli nostro sensui prorsus appareat, sed cōpertus experimento, etiam dum non apparet, sciatur inesse sopitus. Propter quod eam calcē uiuam loquimur, uelut ipse ignis latens anima sit inuisibilis, uisibilis corporis. Iam uero quā mirū est, quod quum extinguitur, sic accenditur? Ut enim occulto igne careat, aqua ei infunditur, aquaue perfunditur, & quum ante sit frigida, inde feruescit, unde feruentia cuncta frigescent. Velut expirāte ergo illa gleba, discedens ignis, qui latebat, apparet, ac deinde tanquam mortua sic frigida est, ut adiecta unda, nō sit arsurā, & quā calcem uocabamus uiuā, uocemus extinctam. Quid est quod huic miraculo addi posse uideatur? Et tamen additur. Nam si nō adhibeas aquam, sed oleū, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione feruescit. Hoc miraculum si de aliquo Indico lapide legeremus, siue audiremus, & in nostrum experimentum uenire non posset, profecto aut mendacium putarem, aut certē granditer miraremur. Quarum uero rerum ante nostros oculos quotidiana documenta uersantur, non genere minus mirabili, sed ipsa assiduitate uilescunt, ita ut ex ipsa India, quæ remota est pars orbis à nobis, desiderimus nōnulla mirari, quæ ad nos potuerunt miranda perducī. Adamantem lapidem multi apud nos habent, & maximē aurifices, insignitoresq; gemmarū, qui lapis nec ferro, nec igni, nec alia ui ulla perhibetur, præterquam hircino sanguine uinci. Sed qui eum habēt, atq; nouerunt, nunquid ita mirātur, ut hi quibus primū potētia eius ostēditur? Quibus autē nō ostēditur, fortasse non credunt, aut si credunt, inexperta mirantur, & si contigerit experiri, adhuc quidem mirantur insolita,

insolita, sed assiduitas experiendi, paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnētem lapidem nouimus, mirabilem ferri esse raptorem, quod quū primum uidi, uehemēter inhorui. Quippe cernebā à lapide ferreum anulum raptum, atq; suspensum, deinde tanquam ferro quod rapuerat, uim dedisset suam, communemq; fecisset, idem quoq; anulus admotus est alteri, eumq; suspēdit, atq; ut ille prior lapidi, sic alter anulus priori anulo cohærebat. Accessit illi eodē modo tertius, accessit & quartus, iamq; sibi per mutua connexis circulis non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhærentium, quasi catena pependerit anulorum. Quis istam uim lapidis non superet, quæ illi non solum inerat, uertētiam per tot suspensa transibat, & inuisibilibus ea uinculis subligabat? Sed multo est mirabilius quod à fratre, & coepiscopo meo Seuero Milleuitano de isto lapide cognoui. Seipsum nanq; uidisse narrauit quemadmodū Bathanus quondā comes Africae, quum apud eundem conuiuaretur, episcopus eundem protulerit lapidem, & tenuerit sub argēto, ferrūq; super argentum posuerit, deinde sicut subter mouebat manum, qua lapidem tenebat, ita ferrū de super mouebatur, atq; argento medio, nihilq; patiente, concitatissimo cursu, ac recurso, infra lapidē ab homine, supra ferrum rapiēbatur à lapide. Quid etiam de isto magnete legerim, dicam. Quādo iuxta eum ponitur adamas, nō rapit ferrū, & si iam rapuerat, ut ei appropinquauerit, mox remittit. Et cap. 5. Agrigentini Siciliae salem perhibent, quum fuerit admotus igni, uelut in aqua fluescere, quum uero ipsi aquæ adiūgitur, uelut in igne crepitare. Apud Garamantes quendā fontem fertur esse tam frigidum diebus, ut non bibatur, tam feruidum noctibus, ut non tangatur. In Epiro alium fontem, in quo faces, ut in cæteris extinguntur accensæ, sed (non ut in cæteris) accēduntur extinctæ. Asbestos Arcadiæ lapidē propterea sic uocari, quod accensus semel, iam nō possit extinguī. Lignum cuiusdam ficus Aegyptiæ nō ut ligna cætera in aquis natant, sed mergi, & quod est mirabilius, quum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquæ superficiem rursus emergere, quādo madefactum debuit humoris pondere prægruari. Poma in terra Sodomorum gigni quidem, & ad maturitatis faciem peruenire, sed morfu, pressu ue tentata, in fumū, ac fauillā corio fatiscente uanescere. Pyriten lapidē Persicū tenētis manum, si uehemētius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem candorē cum luna crescere, atq; deficere. In Cappadocia etiam uēto equas concipere, eosdemq; foetus non amplius triennio uiuere. Tilon Indiae insulam eo præferri cæteris terris, quod omnis arbor, quæ in ea gignitur, nūquam nudatur tegmine foliorum. De his, atq; alijs innumerabilibus, mirabilibusq; historica nō factorum, & transactorum, sed manentium locorum tenet. Reddant rationem, si possunt infideles isti, qui nolūt diuinis literis credere, quid aliud, quàm nō putātes eas esse diuinas, eo quod res habeant incredibiles, sicuti hoc est, unde nunc agimus. Non enim admittit (inquiunt) ulla ratio, ut caro ardeat, nec absumatur, doleat, neq; moriatur, ratiocinatores uidelicet magni, qui de omnibus rebus, quas esse mirabiles constat, possint reddere rationē. Reddant ergo rationē de his, quæ pauca posuimus, quæ procul bubio, si esse nescirēt, & ea futura esse diceremus, multominus crederent, quàm quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse uenturum.

De gehenna, & æternarum qualitate pœnarum.

Cap. XII.

Idem quoq; diuus Augustinus de gehēna, & æternarum qualitate pœnarum eodem lib. cap. 9. hoc pacto scribit: Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetā Deus dixit, fiet omnino, fiet. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum nō extinguetur. Ad hoc enim uehementius commēdandum, etiam dominus Iesus, quū mēbra, quæ hominem scandalizant, pro his omnibus poneret, quos, ut sua membra dextera quis diligit, eaq; præciperet amputari. Bonum est (inquit) tibi debilem introire in uitam æternam, quàm duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorū non moritur. Similiter de pede: Bonum est tibi (inquit) claudum introire in uitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non aliter (ait) & de oculo: Bonum est tibi (inquit) luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentē mitti in gehēnam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nō eum piguit uno loco eadem uerba ter dicere. Quem non terreat ista repetitio, & illius pœnæ cōminatio, tam uehemens ore diuino? Vtrūq; autem horum, ignem scilicet, atq; uermem, qui nolunt ad animæ pœnas, nō ad corporis pertinere, dicunt etiā uri dolore, quum serō, atq; infructuosē pœnitētes, eos qui fuerint à regno Dei separati, & ideo ignem pro isto dolore urētem non incongruē poni potuisse cōtēdunt. Vnde illud Apostoli est: Quis scādalizatur, & ego nō uror? Eundē etiā dolorē uermē putāt intelligēdum esse. Nam scriptū est (inquiunt): Sicut tinea uestimentū, & uermis lignum, sic mœror excruciat cor uiri. Qui uero pœnas & animæ, & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uri corpus, animā autē rodi quodā modo uerme mœroris affirmāt, Quod & si credibilius di-

L iij citur,

*Magnes mirabilis ferri raptor
Magnes iuxta adamātem non rapit ferrum.
Sal Agrigentini igni admotus, feruescit, aquæ adiūctus, crepitat.
Fons apud Garamantes diebus frigidus, noctibus feruidus
Fons in Epiro in quo faces accēse extinguitur, extinctæ uero accenduntur.
Asbestos lapis Arcadiæ, semel accēsus nō extinguitur.
Lignum ficus Aegyptiæ mergitur, & madefactū emergit.
Poma in terra Sodomorum matura uero pressa uano prescunt.
Pyrites lapis pressus, manū adurit.
Selenitis lapidis candor luna crescit, & de crescente, crescit, & deficit.
Equæ in Cappadocia uento concipiunt.
Arbores in insula Tilo tegmine nō nudantur.
Esa. 66. g.
Marc. 9. g.*

2. Cor. 11. g.
Prouer. 25. c.

citur, quia utiq; absurdum est, ibi dolorē aut corporis, aut animae defuturū, ego tamē facilius cēsi-
 mo, ut ad corpus dicam utrūq; pertinere, quā neutrum. Et ideo tantum in illis diuināe scripturae
 uerbis animi dolorem, quomodo consequens esse intelligitur, etiā si nō dicatur, ut in corpore sic
 dolente animus quoq; sterili pœnitentiā crucietur. Legitur quippe & in ueteribus scripturis, Vn-
 dicta carnis impij, ignis, & uermis. Potuit breuius dici uindicta impij: Cur ergo dictum est, Car-
 nis impij, nisi quia utrūq;, id est, & ignis, & uermis, pœna erit carnis? Aut si uindictam carnis pro-
 pterea dicere uoluit, quia hoc in homine uindicabitur, quod secundum carnē uixerit. (Propter hoc
 enim ueniet in mortem secundā, quam significauit Apostolus, dicens: Si enim secundum carnem
 uixeritis, moriemini) eligat quisq; quod placet, aut ignē tribuere corpori, animo uermem, hoc pro-
 priē, illud tropicē, aut utrūq; propriē corpori. Iam enim satis superius disputaui posse animalia etiā
 in ignibus uiuere, in uisione sine consumptione, in dolore sine morte per miraculum omnipoten-
 tissimi creatoris, cui hoc possibile esse, qui negat, à quo fit quicquid in naturis omnibus miratur,
 ignorat. Ipse enim est Deus, qui omnia in hoc mundo magna, & parua miracula, quae cōmemora-
 uimus, etiā incomparabiliter plura, quae non commemorauimus, fecit, eademq; ipso mundo, atq;
 omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo unum de duobus quisq; quod placet, utrū & uer-
 mem, & ignem ad corpus propriē, an ad animum, translato à corporalibus ad incorporalia uoca-
 bulo, existimet pertinere. Quid autem horū uerū sit, res ipsa expeditius indicabit, quādo erit scien-
 tia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarū illarum pœnarum necessaria non sit experientia, sed ea,
 quae tunc erit plena, atq; perfecta. Ad hoc enī sciendū, sapientia sola sufficiat. Nunc enim ex pa-
 te scimus, donec ueniat quod perfectum est, dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse
 credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus. Hæc ille. Quo pacto autē antedicta Esaiæ uer-
 ba ab Origene exponantur, habes supra cap. 5. Diu autem Hieronymi expositionem habes supra
 cap. 7. Gregorianam uero expositionem habes cap. 9. Diuus autem Bernardus sermone 16, par-
 uorum sermonum, hoc pacto scribit: In Esaiā legimus, Vermis eorū nō morietur, & ignis eorum
 non extinguetur. Duo mala sunt uermis, & ignis, altero roditur conscientia, altero concremantur
 corpora. Tertium additur desperatio, quae in eo utiq; intelligitur, quod dicitur, Non morietur, &
 non extinguetur. Diuus autem Hieronymus exponens illud Ionæ 3, Et peruenit uerbū ad regem
 Niniuē & c. hoc pacto scribit: Scio plerūq; regem Niniuē, qui extremus audiat prædicationē, &
 descendat de folio suo, & pristinum abijciat ornāmētum, uestitusq; sacco, sedeat in cinere, nec sua
 conuersione contentus, cœteris quoq; conducibus suis prædicet pœnitentiā, dicens: Homines,
 & iumenta, & boues, & pecora, & cœtera, & damnatis pristinis uitijs, totos se conferant ad pœni-
 tentiā, super diabolo interpretari, qui in fine mūdi, quia nulla rationalis, & quae à Deo facta sit
 creatura pereat, descendens de sua superbia, acturus sit pœnitentiā, & in locum pristinum resti-
 tuendus. Ad cuius sensus comprobationem, etiā illud de Daniele exemplum proferūt, ubi Na-
 buchodonosor acta per septem annos pœnitentiā, in regnum pristinum restituitur. Sed hoc quia
 scriptura sancta non dixit, & euerit penitus timorem Dei, dum faciliē homines labuntur ad uitia,
 putantes etiā diabolum, qui autor malorum est, & omnium peccatorum fons, acta pœnitentiā,
 posse saluari, de nostris mentibus abijciamus, & sciamus peccatores in Euangelio mitti in ignem
 æternum, qui præparatus est diabolo, & Angelis eius, & de his dici, Vermis eorum non morie-
 tur, & ignis eorū nō extinguetur. Scimus quidem clementē esse Deū, nec qui peccatores sumus,
 crudelitate illius delectamur, sed legimus: Misericors, & iustus dominus, & Deus noster misere-
 tur. Iustitia Dei uallatur misericordia, & tali ad iudiciū ambitione procedit, sic parcit, ut iudicet,
 sic iudicat, ut misereatur. Misericordia, & ueritas obuiauerunt sibi, iustitia, & pax osculatae sunt.
 Alioquin si omnes rationabiles creaturæ æquales sunt, & uel ex uirtutibus, uel ex uitijs spōte pro-
 pria, aut sursum eriguntur, aut in ima merguntur, & longo pōst circuitu, atq; infinitis sæculis, omniū
 rerum restitutio fiet, & una dignitas militantium, quae distātia erit inter uirginem, & prostitulum?
 Quae differentia erit inter matrem domini, & (quod dictū quoq; scelus est) uictimas libidinum pu-
 blicarum? Idem ne erit, Gabriel, & diabolus? Idem Apostoli, & dæmones? Idē prophetæ, & pleu-
 do prophetæ? Idem martyres, & persecutores? Finge quodlibet, annos, & tēpora duplica, & infi-
 nitas ætates congere cruciatibus, si finis omnium similis est, præteritum omne pro nihilo est,
 quia non quærimus quid aliquando fuerimus, sed quid semper futuri simus. Nec ignoro quae
 aduersum hæc soleant dicere, & spem sibi, ac salutem cum diabolo præparare. Verum non est
 istius temporis contra dogma peruersum, & σύμφραγμα, diabolicum regnum docentium, &
 Angelis publicē denegantium priuilegiū latius scribere. Origenes autem homilia trigesima qua-
 ta in Matthæū, hoc pacto scribit, exponēs illud Euangelicū, Venite benedicti patris mei & c. Be-
 nedictionis (inquit) ministrator est pater, maledictionis autē unusquisq; sibi est autor, q̄ maledictione di-
 gna est operatus. Qui autē recedūt ab Iesu, decidunt in ignē æternū, qui alterius generis est ab hoc
 igne, quē habemus in usu. Nullus enim ignis inter hoīes est æternus, sed nec multi tēporis. Extinguitur

Eccī 7. b.
 Rom. 8. c.
 1. Cor. 13. c.
 Bernardus.
 Esa. 66. g.
 Hieronymus.
 Ionæ 3. c.
 Illic d.
 Diaboli, de po-
 sita superbia,
 acturus pœnitē-
 tiā falsō quidā
 opinati sunt.
 Dan. 4. f.
 Matth. 25. d.
 Esa. 66. g.
 Psal. 114. a.
 Psal. 84. b.
 σύμφραγμα
 conclusio.
 Matth. 25. c.

guitur enim cito. Aeternus autē ignis est ille, de quo & Esaias dixit in fine prophetiæ suae: Vermis
 eorū non morietur, & ignis eorum nō extinguetur. Forsitan talis substantiæ est, ut inuisibilia com-
 burat, ipse inuisibilis constitutus, secundum quod ait Apostolus: Quoniam quae uidentur tempo-
 ralia sunt, quae autem non uidentur æterna. Si ergo quae uidentur temporalia sunt, quae autem non
 uidentur æterna sunt, necesse est si uisibilis est ille ignis, & temporalis sit. Si autem æternus est, &
 inuisibilis est, quo puniuntur qui recedunt à saluatore. Tale est quod dicit & Iob, Edet eum ignis,
 qui non accenditur. Ne autem mireris audiens esse inuisibilem ignem, & puniētem, quum uideas
 inter homines calorem corporibus accidentem, & non mediocriter cruciantem, maximē eos, qui
 ab eo ualidissimē molestantur.

Esa. 66. g.
 Ignis inferri in-
 uisibilis.
 2. Cor. 4. d.
 Iob 20. d.

De eodem igne.

Cap. XIII.

Diuus autem Augustinus libro unico contra Priscillianistas, & Origenistas, cap. quinto, hoc
 pacto scribit: Quātum possum etiam ego commoneo, ut de diaboli, Angelorumq; correctio-
 ne, & in pristinum statum reparatione sapere nihil audeas, quia ultimā sententiā summi, & uera-
 cissimi iudicis, ex nostra præsumptione addere nihil debemus. Ipse enim se similibus eorum dictu-
 rum esse prædixit: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Nec
 mouere debet, ut hoc loco æternum pro diuturno accipiamus, quod alibi scriptū est: In æternum,
 & in sæculum sæculi. Latinus quippe interpres noluit dicere, In æternum, & in æternum æterni.
 Sed quoniam id quod αἰών Græcè dicitur, & sæculum, & æternum interpretari potest, cōmodius
 alij interpretes transtulerunt, In sæculum, & in sæculum sæculi. Sed nō hoc dictum est, ubi dictum
 est, Ite in ignem æternum. Non enim dictū est αἰώνια, sed αἰώνιον, quod si à sæculo declinatum esset,
 sæculare Latine diceretur, nō æternum, quod nemo unquā interpres ausus est dicere. Quapropter
 licet Latine sæculū cum aliquo sine intelligatur, æternū uerō nisi id, quod sine fine est, nō soleat ap-
 pellari, αἰών autem Græcè aliquādo æternū, aliquādo sæculum significare intelligatur, tamen quod
 ex hoc nomine deriuatur, & appellatur αἰώνιον, nec ipsi Græci (quātum existimo) solent intelligere,
 nisi id, quod nō habet finem. Nos autem siue αἰώνια, siue αἰώνιον nō solemus dicere, nisi æternum, sed
 αἰώνια dicimus & sæculum, αἰώνιον uerō nō nisi æternum, quāuis quidam interdum etiam æternale
 audeāt dicere, ne Latine linguæ deesse uideatur ab eodem nomine deriuatio. Et fortasse quidem
 secundum morem scripturarum inueniant isti aliquid etiam αἰώνιον dictum, quod sine fine non sit,
 sicut Deus in libris ueteris testamēti assidue dicit: Hoc uobis erit legitimum æternum, quod Græ-
 cus habet αἰώνιον, quū de talibus sacramentis eo modo sæpe præceperit, quae sine fuerant habitura,
 quāquam si diligentius dicta intelligantur, ea fortassis, quae illis sacramentis significabantur, finem
 nō erāt habitura. Ita enim, ne longius abeam, dicimus æternum Deum, nō utiq; istas duas breuissi-
 mas syllabas, sed quod eis significatur. Dixit Apostolus æterna tempora priora, & antiqua, quod
 in Græco legitur πρὸ χρόνων αἰώνιον. Ad Titum enim scribens, ait: Spem uitæ æternæ, quam promi-
 sit nō mendax Deus ante tempora æterna. Quum autem retrorsum tempora à cōstitutione mūdi
 habere uideatur initium, quomodo sunt æterna, nisi quia æterna dixit, quae ante se nō habent ullum
 tempus? Quisquis prudenter aduertit quod dictum est, Ite in ignem æternum, illud esse dictum,
 quod nō habet finem, cōtrario probat eo ipso loco Euangelico de uita æterna, quam iusti acceptu-
 ri sunt. Nō enim & ipsa habet finem. Ita enim cōclufit: Ibunt illi in ambustionem æternam, iusti au-
 tem in uitam æternam. In utroq; Græcus αἰώνιον habet. Si misericordia nos prouocat credere, non
 futurum impiorum sine fine supplicium, quid de præmio iustorum credituri sumus, quū in utraq;
 parte, in eodem loco, eadem sentētia, eodem uerbo pronuncietur æternitas? An iterum etiam iu-
 stos ex illa sanctificatione, & uita æterna, in peccatorum immundiciā, atq; in mortem relapsuros
 esse dicemus? Absit hoc à Christianæ fidei sanitate. Vtrūq; igitur sine fine dictum est æternū, hoc
 est αἰώνιον, ne quū diaboli pœnas dolemus, & de regno Christi dubitemus. Postremo si æternum,
 & æternale, hoc est αἰών, & αἰώνιον sub utroq; intellectu in scripturis poni solet, aliquando sine fine,
 aliquando cum fine, quid de illis prophetæ uerbis responsuri sumus, ubi scriptum est, Vermis eo-
 rum non morietur, & ignis eorum nō extinguetur? Qualiscunq; pœna significata sit nomine uer-
 mis, atq; ignis, certē si nō morietur, nec extinguetur, sine fine prædicta est. Nec aliud agebat pro-
 pheta, quum hoc diceret, nisi ut eam sine fine prædiceret. Et libro de ciuitate Dei uigesimo primo,
 capite decimo: Hic occurrit (inquit) quærere, si non erit ignis incorporalis noxius, sicut est ani-
 mi dolor, sed corporalis tactu noxius, ut eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiam
 pœna spiritū malignorum, (Idem quippe ignis erit supplicio, scilicet hominum attributus, & dæ-
 monum, dicente Christo, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &
 Angelis eius) nisi quia sunt quaedam sua etiam dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus ui-
 sum est, ex isto aère crasso, atque humido, cuius impulsus uento flante sentitur? Quod genus
 elementi,

Matth. 25. d.
 Psal. 118. f.
 Matth. 25. d.
 Exo. 28. g.
 1. Cor. 30. c.
 Lucit. 16. g.
 Titum 1. a.
 Matth. 25. d.
 Matth. 25. d.
 Esa. 66. g.
 Matth. 25. d.
 Demonia cor-
 pora habēt aë-
 rea, ut nonnulli
 aiunt.

elementi, si nihil igne perpeti posset, non ureret feruefactus in balneis. Vt enim urat, prior uritur, factique quod patitur. Si autem quisquam nulla habere corpora daemones asseuerat, non est de hac re, aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Cur itaque non dicamus, quauis miris, tamen ueris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerint includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum uinculis insolubiter alligari? Adhaerebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus daemorum, imo spiritus daemones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi, quibus adhaerebunt, eorum iunctura inspicientur, & animalia fiant, quae consentiant spiritu & corpore, sed (ut dixi) miris, & ineffabilibus modis adhaerendo, accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus uitam, quia & iste alius modus, quo corporibus adhaerent spiritus, & animalia fiunt, omnino mirus est, nec comprehendi ab homine potest, & hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arduos sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat, Crucior in hac flamma, nisi conuenienter responderi cernerem, talem fuisse illam flammam, quales oculi, quos leuauit, & Lazarum uidit, qualis lingua, cui humorem exiguum desiderauit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulauit, ubi tamen erat sine corporibus animae. Sic ergo incorporalis & illa flamma, qua exarsit, & illa guttula, quam poposcit, qualia etiam sunt uisa dormientium, siue in ecclasi cernentium res incorporales, habentes tamen similitudinem corporum. Nam & ipse homo cum spiritu non corpore sit in talibus uisus, ita se tamen tunc similem suo corpori uidet, ut discernere omnino non possit, aut uero gehenna illa, quod etiam stagnum ignis, & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum, & daemorum, solida hominum, aerea daemorum, aut tantum hominum corpora cum spiritibus, daemones autem spiritus, sine corporibus haerentes sumendo poenam, non impartiendo uitam corporalibus ignibus. Vnus quippe utriusque ignis erit, sicut ueritas dixit.

An hoc ratio iustitiae habeat, ut non sint extensiora poenarum tempora, quam fuerit peccatorum. Cap. XIII.

Hic autem (inquit idem Augustinus, eodem libro cap. 11.) quidam eorum contra quos defendimus ciuitatem Dei, iniustum putant, ut pro peccatis quamlibet magnis, paruo licet tempore perpetratis, poena quisque damnatur aeterna, quasi uilius id unquam iustitia legis attendat, ut tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis, unde puniretur, admisit. Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius, damnum, uincula, uerba, talionem, ignominiam, exilium, mortem, feruitutem. Quid horum est, quod in breue tempus pro cuiusque peccati celeritate coartetur, ut tanta uindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi forte talio? Id enim ait, ut hoc patiantur quisque quod fecit. Vnde illud legis, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Fieri enim potest, ut tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate uindictae, quem tulit ipse alteri, improbitate peccati. Porro autem si alienae foeminae osculum infixum rationis sit uerbere uindicare, nonne qui illud puncto temporis fecerit, incomparabili horarum spacio uerberatur, & suauitas uoluptatis exiguae, diuturno dolore punitur? Quid in uinculis? Nunquid ibi tam diu quisque iudicandus esse debere, quandiu fecit, unde meruit alligari, quum iustissime annosas poenas seruus in compedibus perdat, qui uerbo, aut ictu celerrime transeunte, uel lacessiuit dominum, uel plagauit? Iam uero damnum, ignominia, exilium, & feruitus, quum plerumque sic infliguntur, ut nulla uenia relaxetur, nonne pro huius uita modo similia poenis uidentur aeternis? Ideo quippe aeterna esse non possunt, quia nec ipsa uita, quae his plectitur, porrigitur in aeternum, & tamen peccata, quae uindicantur longissimi temporis poenis, breuissimo tempore perpetrantur, nec quisquam extitit, qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est uel homicidium, uel adulterium, uel sacrilegium, uel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis, & impietatis magnitudine metiendum. Qui uero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, nunquid mora, qua occiditur, quae perbreuis est, eius supplicium leges breue existimat, & non quod eum in sempiternum auferunt de societate uiuentium? Quod est autem de ista ciuitate mortali homines supplicio primae mortis, hoc est, de illa ciuitate immortalis homines supplicio secundae mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis, ut in eam quisque reuocetur occisus, sic nec illius leges ciuitatis admittunt, ut ad eius quis ultra beatitudinem reuocetur aeterna, secunda morte damnatus. Quomodo ergo uerum est (inquit) id quod ait Christus uester, In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis, si temporale peccatum supplicio puniatur aeterno? Nec attendunt non propter aequale temporis spacium, sed propter uicissitudinem mali, id est, ut qui mala fecerit, mala patiatur, eadem dictam fuisse mensuram, quamuis hoc in ea re proprie possit accipi, de qua dominus, quum hoc diceret, loquebatur, id est, de iudicijs, & condemnationibus. Proinde qui iudicat, & condemnat iniuste, si iudicatur, & condemnatur iuste, in eadem mensura recipit, quamuis non hoc, quod dedit, iudicio enim fecit,

Damones spiritus corporeis ignibus cruciantur.

Luc. 16. f.

Poenarum octo genera.

Exod. 21. c.

Matth. 7. a. Luc. 6. f.

enim fecit, iudicia patiatur. Quamuis enim fecerit damnationem, quod iniquum est, patiatur damnationem, quod iustum est. Et capite 12. Sed poena aeterna, ideo dura, & iniusta sensibus uidetur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissima purissimaque sapientiae, quo sentiri possit quantum nefas in illa prima praeruaricatione commissum sit. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deum, & factus est malo dignus aeterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset in aeternum. Hinc est uniuersa generis humani massa damnata, quoniam qui hoc primitus admisit cum ea, quae in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto, debitoque supplicio, nisi misericordia, & indebita gratia liberetur, atque ita dispergiatur genus humanum, ut in quibusdam demostretur, quid ualeat misericors gratia, & in caeteris quid iusta uindicta. Neque enim utrumque demostretur in omnibus, quia si omnes remaneret in poenis iustae damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimetis: rursum si omnes a tenebris transferretur in lucem, in nullo appareret seueritas ultionis. In qua propterea multo plures, quam in illa sunt, ut sic ostendatur, quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitia iudicantis iuste nemo reprehenderet. Quia uero tam multi exinde liberantur, est unde agatur maxima gratiae gratuito muneri liberatis. Et cap. 23. Ac primum quae oportet, atque cognosci, cur Ecclesia ferre nequiter hominum disputatione, diabolo etiam post maximas, & diuturnissimas poenas, purgationem, uel indulgentiam pollicentem. Neque enim tot sancti, & sacris ueteribus, ac nouis literis eruditi, munda tionem, & regni caelorum beatitudinem, post qualiacumque, & quatacumque supplicia, qualibuscumque, & quantiscumque Angelis inuiderunt, sed potius uiderunt diuinam uacuam, uel infirmam non posse sententiam, quam se dominus praenunciavit in iudicio prolaturum, atque dicturum: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Sic quippe ostendit aeterno igne diabolum, & Angelos eius arduos, & quod scriptum est in Apocalypsi: Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, quo & bestia, & pseudo prophetae cruciabantur die, ac nocte in saecula saeculorum. Quibus uerbis nihil scriptura diuina significare consueuit, nisi quod sine non habet temporis. Quobrem prorsus nec alia causa, nec iustior, nec manifestior inueniri potest, cur uerissima pietate (alias potestate) teneatur fixum, & immobile, nullum regressum ad iustitiam, uitamque sanctorum diabolus, & Angelos eius habituros, nisi quia scriptura, quae neminem fallit, dicit eis Deum non percipisse, & sic ab illo esse inter impios praedamnatos, ut carceribus caliginis inferni retrusi traderentur seruandi, atque ultimo iudicio puniendi, quando eos aeternus ignis accipiet, ubi cruciabantur in saecula saeculorum. Quod si ita est, quomodo ab huius aeternitate poenae, uel uniuersi, uel quidam homines post quantumlibet temporis subtrahentur, ac non statim eneruabitur fides, qua creditur sempiternum daemorum futurum esse supplicium? Si enim quibus dicitur: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, uel uniuersi, uel aliqui eorum non semper ibi erunt, quid igitur causae est, cur diabolus, & Angeli eius semper ibi futuri esse credantur? An forte Dei sententia, quae in malos & angelos, & homines proferetur, in Angelos uera erit, in homines falsa? Ita plane hoc erit, si non quod Deus dixit, sed quod suspicantur homines, plus ualebit. Quod fieri, quia non potest, non argumentari aduersus Deum, sed diuino potius, dum tempus est, debent parere praepcepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deinde quale est aeternum supplicium pro igne diuturni temporis non existimare, & uitam aeternam credere sine fine, quum Christus in eodem ipso loco, in una eademque sententia dixerit, utrumque complexus sit, Ibunt isti in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam? Si utrumque aeternum, profecto aut utrumque cum sine diuturnum, aut utrumque sine sine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata sunt, hinc supplicium aeternum, inde uita aeterna. Dicere autem in hoc uno, eodemque sensu, uita aeterna sine fine erit, supplicium aeternum finem habebit, multum absurdum est. Vnde quia uita aeterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque aeternum, quibus erit, finem proculdubio non habebit.

Filium Dei esse patris imaginem scripturae testantur, doctores orthodoxi astruunt, ac declarant. Cap. XV.

Filium Dei esse patris imaginem testantur scripturae. Scriptum est enim: Quod si etiam operatum est Euangelium nostrum, in his qui per eum est operatum, in quibus Deus huius saeculi excacauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Euangelij gloriae Christi, qui est imago Dei. Et alio in loco: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae &c. Et alio in loco: Nam quos praesciuit (inquit) & praedestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vnde & diuus Augustinus lib. 1. de incarnatione uerbi. cap. 11. hoc pacto scribit: Videamus sane quid intelligi debeat etiam de hoc, quod imago inuisibilis Dei dicitur, ut & per hoc aduertamus quomodo Deus recte pater dicitur filij sui. Et consyderemus proximo ex his, quae consuetudine hominum imagines appellari solent. Imago interdum dicitur ea, quae in materia aliqua, id est, ligni, uel lapidis depingi, uel sculpi solet. Interdum imago dicitur eius qui genuit, is qui natus est, quum in

Diabolo purgationem uel indulgentiam polliceri, ecclesia ferre requirit. Matth. 23. d. Apoc. 20. c.

2. Pet. 2. d.

Matth. 23. d.

Illic.

2. Cor. 4. a.

Colos. 1. b. Col. 1. b. Imago interdum in materia dicitur. Imago eius qui genuit.

Ges. s. a.
Imago naturae,
ac substantiae.

Ioan. 1. d.
1. Cor. 1. d.
Ioan. 1. d.

Matth. 11. d.
Lucæ 10. d.
Ioan. 14. b.

Imago hominis
in speculo ha-
bet similitudinē,
sed non æquali-
tatem.

Æqualitas ha-
bet similitudinē,
nō cōtinuo ima-
ginem.

Similitudo cō-
tinuo nō habet
imaginem, &
æqualitatem.

Imago & æqua-
litas i patre &
filio.

Similitudo cum
æqualitate, sed
sine imagine.

Imago, similitu-
do, & æquali-
tas est inter pa-
trē & filium.

Imaginē patris
ac filij spiritū
sanctū esse græ-
ci asserūt, quod
in scripturis nō
reperitur.

quum in illo similitudinem liniamenta eius qui genuit, in eo qui natus est, mentiuntur. Secundā com-
parationi imago filij dei, de quo nūc sermo est, cōparari potest, etiam secundū quod inuisibilis Dei
inuisibilis imago est. Sicut secundū historiā dicimus imaginē Adæ esse filiū eius Seth. Ita enim scri-
ptū est: Et genuit Adā Seth secundū imaginem suā, & secundū speciē suā. Quæ imago etiam natu-
ræ, ac substantiæ patris, ac filij cōtinet ueritatē. Si enim omnia quæ fecit pater, hæc & filius similiter
facit, in eo quod ita facit omnia filius sicut pater, imago patris deformat in filio, qui utiq; natus ex eo
est, uelut quædā uolūtas ex mēte procedens. Et ideo arbitror, quod sufficere debeat uolūtas patris
ad subsistendū hoc, quod uult pater. Volens enim nō alia uia uitur, nisi cōsilio uolūtatē profertur.
Ita ergo & filij ab eo subsistentia generat, quod necesse est in primis suscipi ab his, qui nihil ingeni-
tum, id est, innatum, præter solum Deum fatentur patrem. Et infra: Sicut uolūtas procedit è men-
te, & neq; partem aliquam mentis secat, neq; ab ea separatur, aut diuiditur, tali quidem specie putan-
dus est pater filium genuisse, imaginem scilicet suam, sicut ipse inuisibilis est per naturam, ita imagi-
nem quoq; inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & nihil in eo sensibile intelligendum est.
Sapientia est, & in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est uerum, quod illuminat
omnem hominem uenientem in hunc mundum, sed nihil habet commune ad solis huius lumē. Ima-
go ergo est inuisibilis Dei patris saluator noster, quātum ad ipsum patrem quidem ueritas, quātum
autem ad nos, quibus reuelat patrem, imago est, per quam cognoscimus patrem, quem nemo alius
nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Reuelat autem per hoc, quod ipse intelligitur. Quo-
enim ipse fuerit intellectus, cōsequenter intelligitur & pater, secundum hoc, quod ipse dixit: Qui ui-
det me, uidet & patrem. Et lib. unico 83. quæstionū, quæstione 74. Imago (inquit) & æqualitas, &
similitudo distinguenda sunt, quia ubi imago, cōtinuo similitudo, nō cōtinuo æqualitas. Vbi æqua-
litas, cōtinuo similitudo, nō cōtinuo imago. Vbi similitudo, cōtinuo imago, nō cōtinuo æqualitas,
ut in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est, est etiam necessaria similitudo, nō tamen
æqualitas, quia multa defunt imagini, quæ tamen insunt illi rei, de qua expressa est. Vbi æqualitas,
cōtinuo similitudo, nō continuo imago, uelut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, inest &
similitudo. Quæcunq; enim assunt uni, assunt & alteri, imago tamen nō est, quia neutrum de altero
expressum est. Vbi similitudo, nō cōtinuo imago, nō cōtinuo æqualitas. Omne quippe ouis omnī
ouo, inquātum ouum est, simile est, sed ouum perdicis, quamuis inquātum ouum est, simile est ouo
gallinæ, imago tamen eius nō est, quia de illo expressum nō est, nec æquale, quia breuius est, & al-
terius generis animātium. Sed ubi dicitur, non cōtinuo, utiq; intelligitur, quia esse aliquādo potest.
Potest ergo esse aliqua imago, in qua sit etiā æqualitas, ut in parentibus, & filijs inueniretur imago,
& æqualitas, & similitudo, si interuallum temporis defuisset. Nā & de parente expressa est similitu-
do filij, ut rectē dicatur imago, & potest esse tāta, ut rectē etiam dicatur æqualitas, nisi quod parens
tempore præcessit. Ex quo intelligitur & aliquādo æqualitatem, nō solum similitudinē habere, sed
etiā imaginem, quod in superiori exemplo manifestum est. Potest etiā aliquādo similitudo esse, &
æqualitas, quāuis nō sit imago, ut de duobus ouis paribus dictum est. Potest etiā similitudo & ima-
go esse, quāuis nō sit æqualitas, ut in speculo ostēdimus. Potest & similitudo esse, ubi & æqualitas,
& imago sit, sicut de filijs commemorauimus, excepto tempore, quo præcedūt parentes. Sic enim
æqualem syllabā syllabæ dicimus, quāuis altera præcedat, altera sequatur. In deo autē quia cōditio
temporis uacat (nō enim potest rectē uideri Deus in tēpore generasse filiū, per quē cōdidit tēpora)
cōsequens est, ut nō solum sit imago eius, quia de illa est, & similitudo, quia imago, sed etiam æqua-
litas tanta, ut nec temporis quidem interuallum impedimentum sit. Sed de imagine, & similitudine
satis superq; dictum est in nostro Hexamero. Hoc unū solum dixerim, doctores Græcos ut plurimū
asserere spiritū sanctum patris imaginē esse, ac filij. Latini uerō soli filio nomen imaginis tri-
buūt. Siquidem sacris in literis imaginē dici de spiritu sancto nō reperitur, & merito. Nā quemad-
modum spiritus sanctus quāquam patris naturā, sicut & filius sua capiat processionē, attamen nō di-
citur natus. Itidem licet patris similitudinem accipiat, nō dicitur tamen illius imago, quæadmodum
filius. Siquidē filius ut uerbū procedit à patre, uerbū autē similitudinē habet speciē cum illo à quo
procedit. At similitudo non est simpliciter de ratione amoris, quāquam hoc amor, qui est spiritus
sanctus, quatenus est diuinus amor, conuenire dicitur. Licet ergo spiritus sanctus patri, ac filio si-
milis dicatur, non tamen dicitur imago. Damascenus autem, & alij ferē omnes Græcorum docto-
res, quum dicunt spiritum sanctum imaginem esse patris, ac filij, nomine imaginis perfectam inteli-
gunt similitudinem, ut diuus inquit Thomas Aquinas.

De imaginibus, quæ fiunt in ecclesijs, uel in domibus tenentur tam Christi, quàm
beatae uirginis, & aliorum sanctorum.

Cap. XVI.

Quoniam hac tempestate apud nonnullos hæreticos imagines tum Christi, tum beatae uirgi-
nis, ac aliorū sanctorū cōtemnuntur, & frāguntur, idcirco hoc in loco de ipsis, quid orthodoxi
sentiant

fentiāt doctores, dicendum est. Diuus igitur Gregorius lib. epistolarū 7. epistola 53. hoc pacto scri-
bit ad Secundinum seruum Dei inclusum: Imagines, quas tibi dirigēdas per Dulcidum diaconum
rogasti, misimus. Vnde ualde nobis tua postulatio placuit, quia illum toto corde, tota intentione di-
ligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Ab re nō facimus, si per uisibilia, inuisibilia de-
monstramus. Sic homo, qui alium ardentē uidere desiderat, aut sponsam amans uidere conatur, si
cōtigerit eam ad balneum, aut ad Ecclesiam ire, statim per uiam incedenti se præparat, ut de uisio-
ne eius hilaris recedat. Scio quidem, quod imaginē saluatoris nostri nō ideo petis, ut quasi Deum
colas, sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem uidere consyde-
ras. Et nos quidem nō quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quæ per
imaginem, aut natum, aut passum, sed & in throno sedentem recordamur: Et dum nobis ipsa pictu-
ra quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animū nostrum aut de resurrectione lætificat,
aut de passione demulcet. Ideo direximus tibi surtarias duas, imaginem Dei saluatoris, & sanctæ
Dei genitricis Mariæ, beatorumq; Apostolorum Petri, & Pauli cōtinentes, per supradictū filium
nostrum, & unam crucem, clauim etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolo
rum principis, ut per ipsum à maligno sis defensus, per cuius signum munitum te esse credis, & ex
eo te protegat, qui iuuenilia semper suggerit recordari, ut in bonis actibus perseueras, alios in eius
amore accendas, propter quem te fecisti haberi, ut uitæ huius mala quæq; inimicus suggerit retro
acta mentis prouentibus quasi facilius inardescas, pro cuius amore uitam etiam uelis finire. Et epi-
stola 109. ad Serenum Massiliensem episcopū de imaginibus in Ecclesijs nō confringendis: Quod
fraternitati uestræ (inquit) tam serō transmittimus, non hoc torpori, sed occupationi deputate. La-
torem uerō præsentium dilectissimum filium nostrum Cyriacum monasterij nostri patrem uca-
bis in omnibus cōmendamus, ut nulla hūc in Massiliensi ciuitate mora detineat, sed ad fratrem, &
cōepiscopum nostrum Syagriū cum sanctitatis uestræ solatio Deo protegente proficiscatur. Præ-
tere a iudico dudū ad nos peruenisse, quod fraternitas uestra quosdā imaginū adoratores aspiciēs,
easdem Ecclesiæ imagines cōfregit, atq; proiecit. Et quidem zelum uos, ne quid manufactū ado-
rari possit, habuisse laudauimus, sed frāgere easdem imagines nō debuisse iudicamus. Idcirco enim
pictura in Ecclesijs adhibetur, ut hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus uidendo legāt, quæ le-
gere in codicibus nō ualent. Tua ergo fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratione populū pro-
hibere debuit, quatenus & literarum nescij haberent unde sciētiam historiæ colligerent, & populus
in picturæ adoratione minimē peccaret. Et libro 9. epistola 9. ad eūdem Serenum episcopū Massa-
liensem: Sed quia monita (inquit) salubria p̄sare postponis, cōtigit ut iam nō solum actu, uerū etiam
esses interrogatione culpabilis. Perlatū siquidem ad nos fuerat, quod incōsiderato zelo successus,
sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, cōfregis. Et quidem, quia
eas adorari uetisses, omnino laudauimus, fregisse uerō reprehendimus. Et dic frater à quo factum
sacerdote aliquando auditum est quod fecisti: Si non aliud, uel illud te non debuit reuocare, ne de-
spectis alijs fratribus, solum te sanctum, & esse crederes sapiētē. Aliud est enim picturā adorare,
aliud per picturā historiā quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc
idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa etiam ignorantes uident, quod sequi debeant, in
ipsa legunt qui literas nesciunt. Vnde & præcipuē gentibus pro lectione pictura est. Quod mag-
noperē à te, qui inter gentes habitas, attendi debuerat, ne dum recto zelo incautē succenderis, fe-
rocibus animis scandalum generares. Frangi uerō non debuit, quod non ad adorandum in Ecclē-
sijs, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis uenerabi-
libus sanctorum depingi historias non sine ratione uetustas admisit, si zelum discretionē cōdixisses,
sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed po-
tius dispersum poteras congregare, ut pastoris in te meritum nomen excelleret, non culpa disper-
soris incumberet. Hinc autem dum in hoc animi tui incautē nimis motus exqueris, ita tuos scan-
dalizasse filios perhiberis, ut maxima eorum pars à tua se communionē suspenderit. Quando ue-
ro ad ouile dominicum errantes oues adducas, qui quas habes retinere nō præuales? Proinde hor-
tamur, ut uel nunc studeas esse sollicitus, atq; ab hac te præsumptione compescas, & eorum animos
quos à tua distictos unitate cognoscis, paterna ad te dulcedine, omni adnū, omniq; studio reuoca-
re festines. Cōuocandi enim sunt dispersi Ecclesiæ filij, eisq; scripturæ sanctæ est testimonij osten-
dendum, quia omne manufactum adorare non liceat, quoniam scriptum est: Dominum Deum
tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Ac deinde subiungendum est, quia picturas imaginum, quæ
ad ædificationem imperiti populi fuerant factæ, ut nescientes literas, ipsam historiā attendentes,
discerent quid actum sit, quia transisse in adorationem uideras, idcirco commotus es, ut eas ima-
gines frangi præciperes. Atque eis dicendum: Si hanc instructionem ad quam imagines antiqui-
tus factæ sunt, habere uultis in Ecclesia, eas modis omnibus, & fieri, & haberi permitto. Atq; indi-
ca, quod nō tibi ipsa uisio historiæ, quæ pictura teste pandebatur, displicuerit: sed illa adoratio, quæ
picturis

Gregorius.

Imago saluato-
ris non colitur
ut Deus, sed fit
ob filij Dei re-
cordationem.

Imago, siue pi-
ctura saluato-
ris cur fit.

Imago sanctæ
Mariæ, & Pe-
tri, & Pauli, &
crux.

Imagines in ec-
clesijs non sunt
confringendæ.

Imagines fregit
Serenus episco-
pus, & a Gre-
gorio reprehē-
sus est.

Imagines nullas
ante Gregoriū
sacerdos fregit.

Pictura hoc
idiotis præstat,
quod legentibus
scriptura.

Depinguntur hi
storie in locis
sanctorum non
sine ratione, ut
uetustas permio
sit.

Imagines frangi
gere præsum-
ptio est.

Lucæ 4. b.

Imagines anti-
quitas factæ.

Imagines facere
nō est prohiben-
dum.

3. par. q. 25. ar. 3
Thomas Aquinas
1141.

2. Thessal. 2. d.
Traditiones apo-
stolorum uerbo,
uel scripto tradi-
tae, tenenda.
Imaginem Chri-
sti pinxit Lucas
Romā. 1. c.

Imaginem uene-
rationis statuit
Gregorius con-
gregata synodo
nōgentorū epi-
scoporū, & ea-
rum uiolatores
excommunicauit.

Iob 38. c.
Imber, sermo
Dei.

2. Timot. 2. d.

Esa. 5. b.
Psal. 147. d.

Psal. 76. d.

picuris fuerat incompetenter exhibita. Atq; in his uerbis eorum mentes demulcens, eos ad cōcor-
diā tuā reuoca. Et si quis imagines facere uoluerit, minimè prohibet adorare uerò imagines, omni-
bus modis deuita. Sed hoc sollicitè fraternitas tua admoneat, ut ex uisione rei gestæ ardorem cōpun-
ctiōnis percipiant, & in adoratione solius omnipotentis sanctæ trinitatis humiliter prosternantur.
Cuncta uerò hæc amore sanctæ Ecclesiæ, & tuæ fraternitatis loquimur. Non ergo ex mea correa-
ptione frangatur à zelo rectitudinis, sed magis adiuuetur in studio piæ dispensationis. Est autem
adnotandum (ut diuus inquit Thomas) ex philosophi sententia in libro piæ dispensationis. Est autem
tia, duplicem esse motum animæ. Vnum quidem quatenus res quædā est, alterum uerò quatenus
alterius est imago. Et prior quidem motus, quo quispiam in imaginem, quatenus res est, mouetur,
alter est, à motu, qui est in rem ipsam. Alter uerò motus, qui est in imaginem, quatenus imago est,
unus, idemq; cum illo est, qui est in rem ipsam. Si igitur Christi imaginem cōsideremus, quatenus
res est, utputa lignum sculptum, uel pictum, siue aurum, aut argentum, nullus profectò cultus, nul-
lus honor illi exhibendus est. Siquidem honor siue reuerentiā rebus ratione, siue intellectu expe-
ctibus, non est exhibendus. At si illam expendamus, quatenus imago est, quā sit idem motus in ima-
ginem, quatenus imago est, & in rem ipsam, cuius est imago, profectò quemadmodum Christus
adoratione patriæ colitur, & adoratur, itidem & illius imago eodem cultu, eadem adoratione uene-
ratur. Vnde est annotandum, Apostolos instinctu spiritus sancti nōnulla Ecclesijs tradidisse seruan-
da, quæ in scriptis non reliquerunt, sed in Ecclesiarum duntaxat obseruatione per fidelium successi-
onem. Quamobrè in secūda ad Thessalonicenses epistola, cap. 2. Paulus scripsit Apostolus: State,
& tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam. Et in numero harū tra-
ditionum adoratio imaginis Christi est, eo quo supra diximus modo. Vnde & Lucas Euāgelista
Christi imaginē, quæ Romæ habetur in templo sanctæ Mariæ Maioris depinxisse dicitur. Vnde
quod ait Apostolus, Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis cornu-
pibilis hominis, intelligendum est de adoratione imaginum, quatenus res sunt, & rerum quarum
erant imagines. Siquidem imagines statuerat creaturis nōnullis, quas adoratione patriæ ueneraban-
tur, putantes illas ueros esse Deos. Quod Christi imagini nō usuuenit, quoniam Christus, qui est
res per imaginem representata, uerus est Deus. Idem dicendum est de cruce Christi, in qua Chri-
stus crucifixus est. Siquidem si illam expēdamus, quatenus Christi figuram nobis representat, qui
in illa fuit extensus, & cōtactum membrorum Christi, & illius sanguinem, quo fuit perfusa, eodem
cultu, eodem honore, eadē honoratione ueneratur qua Christus. At si crucis Christi effigiem con-
sideremus quauis in materia, puta auri, argenti, ligni, uel lapidis, hoc pacto illam ueneramur dūta-
xat ut Christi imaginem. Quamobrem & Damascenus lib. 4. scribit: Preciosum lignum ut sancti-
ficatum tactu sancti corporis, & sanguinis decenter adorandum. Scribit autem Petrus de Palude di-
stinctione 9. tertij sententiarum, citās Sigisbertū, quòd anno sextodecimo Leonis imperatoris ter-
tij Gregorius papa synodum nōgentorum trium episcoporum Romæ congregauit, & ueneratio-
nem sanctarum imaginum confirmauit, earumq; uiolatores generali sententiā anathematizauit.

De imbre, quid mysticè significet.

Cap. XXII.

Imber (ut diuus ait Gregorius) est sermo Dei, iuxta illud Iob: Quis dedit uehementissimo imbrī
cursum? Vbi idem Gregorius lib. 29. Moralium, cap. 15. hoc pacto scribit: Si uero (ut superius
diximus) diuisi æstus nomine illa in ludææ regionibus persecutio designatur, ut ipsa persecutionis
asperitas prædicatores sanctos superno munere adiutos, à prædicationis suæ ministerio nullo ti-
more compescuit, aptè subiūgit, Quis dedit uehementissimo imbrī cursum? Ac si diceret, nisi ego.
Diuiso enim æstu, cursum uehementissimo imbrī dedisse, est inter ipsas persecutionis angustias
prædicationis impetum roborasse, ut tãto magis uirtus prædicatium cresceret, quãtomagis perse-
quentium crudelitas obuiaret, quatenus amentia corda audientium pluuia guttis infunderent, & siccita-
tatem perfidiæ uberius irrigarent, ut quãuis cōtra eos sæuitiæ æstus cadesceret, per eos tamen uox
gratiæ nō taceret. Hunc persecutionis æstum Paulus & tolerabat, & irrigabat, quum diceret: La-
bore usq; ad uincula, quasi male operans, sed uerbum Dei nō est alligatum. De hoc imbre aliàs di-
citur: Mādabo nubibus, ne pluāt super eam imbrem. De hoc cursu imbris, qui in electorum cordi-
bus agitur, Psalmista testatur, dicens: Velociter currit sermo eius. Plerumq; uerò imber est, & cui-
sum nō habet, quia prædicationis ad aures uenit, sed cessante interna gratia, ad corda audientium non
pertrāsit. De cuius prædicationis uerbis propter electos dicitur: Etenim sagittæ tuæ pertransierunt.
Sagittæ quippe Dei pertrāsunt, quādo uerba prædicationis eius ab auribus ad corda descendunt.
Quod quia solo diuino munere agitur, imbrī cursum dominus se dedisse testatur. Sed notandum est
deo, quòd eūdem imbrem, nō uehementē, sed uehementissimū uocat. Imber uehemens, est uis ma-
gna. Imber uerò uehementissimus, uis immensa prædicationis. Vehemens namq; imber erat, quū
prædicatores sancti credere æterna gaudia suadebāt, Imber autem uehementissimus, quādo propter
spem

spem admonebāt rem deserere, cuncta uisibilia propter inuisibilia cōtemni, & propter audita gaudia,
præsentis sæculi pœnas, cruciatusq; tolerari. Sed quum fide cognita, sæuiente æstu persecutionis,
tot electi possessa reliquerunt, carnalis affectus obliui sunt, & præ gaudio spiritus, in cruciatibus
membra posuerūt, quid aliud dominus fecit, nisi etiam uehementissimo imbrī cursum præbuit, qui
usq; ad exequēda summa præcepta per uerba corporis, inuisibilia cordis irrigauit. Et lib. 27. Mo-
raliū, cap. 18. exponēs illud Iob, Et imbrī fortitudinis suæ: Imber (inquit) fortitudinis Dei, est præ-
dicatio diuinitatis. Nam imber infirmitatis, est prædicationis eius incarnationis, de qua per Paulum di-
citur: Quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Et rursus: Si crucifixus est ex infirmitate, sed
uiuuit ex uirtute Dei. Sic autē sancti uiri humanitatis eius infirma prædicāt, ut auditorū suorū cordi-
bus etiā diuinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruū nubis imbrē fortitudinis, In principio
erat uerbū, & uerbū erat apud Deū, & Deus erat uerbū. Audiamus etiā imbrē infirmitatis, Verbū
caro factū est. Audiamus imbrē fortitudinis, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni-
hil. Quod factū est ipso, uita erat. Audiamus etiā imbrē infirmitatis. In propria uenit, & sui ei nō re-
ceperūt. Imbrī ergo fortitudinis suæ præcipit, ut in terrā descēdat, quia sanctorū suorū uocibus
sic nobis humanitatis suæ infirma prædicat, ut nobis etiam mira, & fortia suæ diuinitatis innotescat.
Et libro decimosexto, capite uigesimoquarto, exponēs illud Iob, Quos imbres mōtium rigāt & c.
Imbres (inquit) mōtium, sunt uerba doctorum. De quibus mōtibus uoce sanctæ Ecclesiæ dicitur:
Leuaui oculos meos ad montes. Hos itaq; imbres mōtium rigant, quia sanctorum patrum fluentia
satiāt. Et libro uigesimo, capite secūdo, exponēs illud Iob, Expectabant me sicut pluuia, & os suum
aperiebant quasi ad imbrem serotinum: Verba (inquit) sanctæ prædicationis, sicut pluuiam sustine-
mus, quum uera humilitate ariditatem cordis nostri agnoscamus, ut potu sanctæ prædicationis irri-
gemur. Vnde Deo rectè per Psalmistam dicitur: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. His doctri-
næ fluentis infundī propheta nos admonet, dicens: Omnes sitientes uenite ad aquas. Qui dum in
extrema parte iam sæculi uerba sanctæ prædicationis accipimus, quasi ad imbrem serotinū os cor-
dis aperimus. Nam si os in corde nō esset, Psalmista nō diceret: Labia dolosa in corde, & corde lo-
cuti sunt. Os igitur cordis, quia uerbis intendimus ultimæ prædicationis, hoc uelut serotinis aperi-
mus fluentis. Quæ nimirum prædicationis ex eius ad nos sacrificio prodijt, qui per Psalmistam dicit:
Elevatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Quia enim redemptor noster iuxta mūdi fi-
nem uim persecutium pertulit, semetipsum pro nobis sacrificium uespertinum dedit. De hoc im-
bre serotino aliàs scriptum est: Dabo uobis pluuiam tēporaneam, & serotinā. Temporaneā quippe
pluuia dedit, quia electis suis priorī tempore legis intellectū cōtulit. Serotinā quoq; pluuia tribuit,
quia prædicari diebus ultimis incarnationis suæ mysteriū fecit. Imber quoq; est assidua tētatio. ut di-
ctum est in dictione, Hyems. Et diuus Hieronymus exponēs illud Esaia, Et quomodo descendit
imber, & nix de cœlo, & illuc ultra nō reuertitur & c. sic erit uerbū meum, hoc modo scribit: Iuxta
anagogē duplex intelligentia est, q; uerbū domini, uel ille sit, de quo scriptū est: In principio erat uer-
bum, & uerbū erat apud Deū, & Deus erat uerbū. Qui nō reuertetur ad eū uacuuus, nisi patris fece-
rit uolūtatem, & uniuersa compleuerit, propter quæ fuerat corporatus, & mūdum necōciliauerit
Deo. Qui de ore procedere dicitur, & de utero, ac uulua, nō quòd Deus hæc mēbra habeat, sed q;
nos naturā domini per nostra uerba discamus. Vel certè hoc dicendum, quòd Euāgelicæ sermo do-
ctrinæ, imber appelletur, & pluuia, quas fundūt super terrā bonā nubes spirituales, ad quas perue-
nit ueritas Dei. Quem imbrē, & quas pluuias Moyses in Deuteronomij cātico pollicetur, Audiat
terra uerba oris mei. Expectetur sicut pluuia eloquiū meū, & descendat sicut ros uerba mea. ut qui
seminauerint in lachrymis, in gaudio metāt. Et qui seminauerint in iustitia, & spiritu, metāt fructū
uitæ sempiternæ, accipiāt; panē doctrinæ Euāgelicæ, de quo in Prouerbijs, & in Ecclesiaste scri-
ptum est: Aperi oculos tuos, & implere panibus. Et iterū: Mitte panē tum super aquā, quia in mul-
titudine dierū tuorū inuenies eū. Neq; enim credendum est, quòd præcipiat uescētibus, ut ad come-
dendum hunc panem, quo corpora nutriūtur, oculos aperire debeāt, & sic saturari panibus, quos in
Abacac comedit pauper absconditè. Sed ad panē doctrinæ cohortatur Dei, quē, nisi aperuerimus
oculos cordis nostri, comedere nō possumus. De quo sæpe scribit & Paulus his qui fidei, & ueri-
tatis sermonibus nutriūtur. Præcipiturq; doctori, ut panē doctrinæ suæ mittat super omnē aquā, &
cūctis infundat gratiā spiritualem, sciat quòd si fecerit quæ præcepta sunt, in nouissimo tempore sit
præmia recepturus. Et exponēs illud Hieremiæ, Nūquid sunt in sculptilibus gētium qui pluāt, aut
cœli possunt dare imbres? Dicamus (inquit) hoc & cōtra hæreticos, qui pluuia doctrinarū tribuere
nō possunt. Et quū se cœlos esse promittāt, & de se scriptū gloriētur, Cœli enarrāt gloriā Dei, ta-
men imbres nō possunt dare doctrinæ. Solus est enim Deus, qui suum instruat populū, & diuersi-
tates gratiæ tribuat expectantibus se. Et exponēs illud Oseæ, quasi diluculū præparatus est egres-
sus eius, & ueniet nobis quasi imber temporaneus, & serotinus terræ. Quasi diluculū præparatus
est & c. De quo iuxta tropologiam in 18. Psalmo legimus, Et ipse tāquam sponsus progreditur de
M thalamo

Iob 37. b.

1. Cor. 1. d.
2. Cor. 13. b.

10an. 1. a.
Illic.
Illic.
Illic.

Iob 24. b.

Psal. 120. a.
Iob 29. d.

Psal. 142. b.
Esa. 55. a.

Psal. 11. a.

Psal. 140. d.

Hier. 5. f.

Imber, assidua
tētatio.
Esa. 55. c.

10an. 1. a.

Deuter. 32. d.

Psal. 125. d.

Prouer. 20. b.
Eccis 11. a.

Abac. 3. c.

2. Cor. 9. b.

Hier. 14. d.

Osc. 6. b.

Psal. 19. d.

thalamo suo. Qui nō solum mane uocatur, & aurora, & diluculū, sed ueniet nobis quasi imber temporaneus, & serotinus terrae. Nos Christū recepimus temporaneū, quādo fidei in nobis iacta sunt fundamenta, & suscipiemus eū imbrem serotinū, quādo maturis segetibus fruges capiemus aeternas, & in dñica horrea recodemur. Ergo Iudaei, qui temporaneas pluias non receperunt, & absq; pluiis iecere sementem, fructus in ultimo tempore nō recipiunt. Hæc est pluuia, quā dominus pollicetur, dicēs: Dabo uobis pluiā temporaneā, & serotinā. Iuxta allegoriam datur pluuia temporanea, quādo ex parte cognoscimus, datur pluuia serotina, quādo uenerit quod perfectum est. Semperq; dñs manē surgentibus paratus est, qui possunt dicere, Confurgam diluculo. Et, Deus deus serotinū in principio &c. hoc pacto scribit: Pluuia tēpestiua est, quādo primū doctrinā suscipimus, pluuia serotina, quādo laboris nostri fructus recipimus, & ad perfectā scripturarū sanctorum scientiam peruenimus. Potest pluuia temporanea, & serotina, uetus, & nouum accipi testamentum.

Quid impetigo, quid ue inauris mysticè significant.

Cap. XVIII.

Deuter. 11. b.

Psal. 56. b.
Psal. 62. a.
Ioel. 2. f.

Leuit. 21. d. &
22. c.
Impetigo, auaritia.

1. Timot. 6. b.
Iob 42. c.
Ouis, innocētia,
simplex animus
Inauris, obediētia.

Ioan. 10. d.

Obedientiæ uirtus qualis.
1. Reg. 15. e.

Obedientiæ uirtus animis præponitur.

Prouer. 21. d.

Ioan. 6. d.

Ioan. 1. e.

Impetigo, de qua scriptū est: Si impetiginem in corpore, auaritiā significat, ut diuus scribit Gregorius in prima parte Pastoralis, cap. 11. Impetiginem (inquit) habet in corpore, quisquis auaritiā uastatur in mente, quæ si in paruīs non cōpescitur, nimirū sine mensura dilatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absq; occupati tædio excrescēs, membrorum decorem fœdat, quia & auaritiā captiuā animā, dum quasi delectat, exulcerat, dum adipiscēda quæq; cogitationi obijcit, ad inimicitias accendit, & dolorem in uulnere non facit, quia æstuantī animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoq; uirtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quasi totum corpus exasperat, quia per uniuersa uitia animum supplantat, Paulo attestante, qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas.

De inoure autem scriptū est in Iob: Et dederūt ei unusquisq; ouem unā, & inouem aureā unam. Quæ uerba diuus enarrās Gregorius lib. Moral. 35. cap. 12. hoc pacto scribit: Quid per ouem, nisi innocentia, quid per inouem, nisi obediētia designatur? Per ouem quippe simplex animus, per inouem uerò ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur. Et cap. 14. Notādum uerò est, quod hoc loco cū inoure ouis, cū oue inauris offerit, quia nimirū innocuis mētibus ornamentū semper obediētiæ iungit, dño attestāte, qui ait: Oues meæ uocē meā audiūt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Beato igitur Iob nemo inouem sine oue, nemo ouē sine inoure obtulit, quia profectō redemptori suo nō obedit, qui innocens nō est, & innocēs esse nō potest, qui obedire cōtemnit. Quia uerò ipsa obediētia nō seruilī metu, sed charitatis affectu seruāda est, nō terrore pœnæ, sed amore iustitiæ, cuncti qui ad cōuiuuium ueniunt, aureā inouem obtulisse perhibētur, ut uidelicet in ea, quæ exhibetur obediētia, charitas fulgeat, quæ uirtutes omnes, quasi auri more, cœtera metalla transcendat. Sed quia nulla esse innocētia, nulla esse uera obediētia in multiplicibus hæreticorum diuisionibus potest, ad cognitionem fidei uenientes offerāt ouē, sed unā, offerāt inouem, sed unā, id est, tales ueniāt, qui in unitate sanctæ Ecclesiæ innocui, obediētesq; persistāt. Vnū quippe diuidi per numeros nō potest, quia & ipsum unū, quod dicimus, numerus nō est. Offerāt igitur ouem unā, & inouem unā, id est, sanctā Ecclesiā cum innocentia, atq; obediētia uenientes, eā mentē deserant, quam sectarū schismata nō diuidāt. Inauris ergo est obediētia, quæ sola uirtus est (ut illic Gregorius ait, cap. 12.) quæ uirtutes cœteras mēti inserit, insertasq; custodit. Hinc Samuel ait: Melior est obediētia, quā uictimæ, & auscultare magis, quā offerre adipem arietū, quoniā quasi peccatū ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Obediētia quippe uictimæ iure præponitur, quia per uictimas aliena caro, per obediētiā uerò uolūtas propria mactatur. Tāto igitur quisq; Deum citius placat, quāto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo cōtra ariolandi peccatum inobediētia dicitur, ut quāta sit uirtus obediētiæ demonstratur. Ex aduerso igitur melius ostēditur, quid de eius laude sentiat. Si enim quasi ariolandi peccatū est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sola est, quæ fidei meritū possidet, sine qua quisq; infidelis esse cōuincitur, etiā si fidelis esse uideatur. Hinc per Salomonē in ostensione obediētiæ dicitur: Vir obediens, loquetur uictorias. Vir quippe obediens uictorias loquit, quia, dū alienæ uoci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc in euāgelio ueritas dicit: Eū qui uenit ad me, nō eijciā foras, quia de cœlo descendit, nō ut faciā uolūtatē meā, sed uolūtatē eius, qui misit me. Qui enim, si suā faceret, eos qui ad se ueniūt, repulisset. Quis autem nesciat, quod uolūtas filij, à patris uolūtate nō discrepet? Sed quoniā primus homo, quia suā facere uolūtatē uoluit, à paradisi gaudio exiuit, secundus ad redēptionē hoim ueniēs, dū uolūtatē se patris, & nō suā facere ostendit, permanere nos intus docuit. Quū igitur nō suā, sed patris uolūtatē facit, eos qui ad se ueniūt, foras nō eijcit, quia dū exemplo suo nos obediētiæ subijcit, uia nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: Non possum à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico. Nobis quippe

quippe obediētia usq; ad mortem seruanda præcipitur. Ipse autē si sicut audit, iudicat, tunc quoq; obedit, quum iudex uenit. Ne igitur nobis usq; ad præsentis uitæ terminum obediētia laboriosa appareat, redemptor noster indicat, quia hæc etiā, quum iudex uenerit, seruat. Quid ergo mirum si homo peccator se obediētiæ in præsentis uitæ breuitate subijcit, quādo hæc mediator Dei, & hominum, & quum obediētes remunerat, nō relinquit? Et in Prouerbijs scriptū est: Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obediētem, quod exponens diuus Hieronymus, hoc pacto scribit: Rectē humilis auditor inauri comparatur aureæ, quia dum libenter increpanti, ac docenti aurem accommodat, iam sese ad recipiendum claritatem sapientiæ cœlestis præparat, iam supernæ lucis uisioni appropiat. Rectē magister eruditus margarito fulgenti assimilatur, quia dum emendationem morum, dum supernorum scientiam desiderantibus, ac piè quærentibus animis ostēdit, quasi aureo ornatui maiorē insuper, gratioremq; fulgorem gemæ ardētis annectit.

Prouer. 25. b.

Inauris, huiusmodi auditor.
Margaritū, magister eruditus.

Quid incensum mysticè significet.

Cap. XIX.

Incensum orationem significat, iuxta illud Dauidicum: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo &c. Incensum est odoriferi pigmenti suauis adustio, quæ carbonibus concremata, gratissimum fumum porrigit ad superna, & odorātes se delectabili iocunditate permulcet. Sic beatorum oratio igne charitatis incensa, diuinis cōspectibus ingeritur, quæ magis humilitatis, & compunctionis pōdere subleuatur. Virtutibus enim dñs nostris, tanq; bonis delectatur odoribus. Nam orationem sanctā, uelut odorem suauissimum suscipere dñm, & in Apocalypsi legitur, ubi dicitur est: Stetit Angelus super aram dñi, habens thuribulum aureum in manu sua, & ascendit fumus supplicationum (aliās incensurū) de manu Angeli, in cōspectu dñi, ut daret de orationibus sanctorum, quod est ante Deum. Sequitur: Eleuatio manuum mearum, sacrificium uespertinum. Eleuatio manuum, significat operā piā, quæ aut in elemosynis exercetur, aut in aliqua probabili cōuersatione peragitur. Sacrificium uerò uespertinum illā oblationem fortasse significat, quā in uitæ fine dño solet offerre religiosa deuotio, quum pœnitentiā gerimus, & humili nos supplicatione purgamus, sicut dicitur est: Sacrificium Deo, spiritus cōtribulatus. Vespera nostra est, quādo istā lucē, morte ueniēte, deserimus. Et Augustinus: Oratio purē directā de corde fideli, tanquā de ara sancta surgit incensum. Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Sacrificium uespertinū, est passio Christi, crux Christi, oblatio uictimæ salutaris, holocaustum acceptum Deo. Istud sacrificiū uespertinum fecit in resurrectione munus matutinum. De capite nostro dicitur: Eleuatio manuū &c. Declināte iam die in uesperum, dñs in cruce animā deposuit recepturus, nō amisit inuitus. Sed tamen & ibi nos figurati sumus. Quid enim illius pependit in ligno, nisi quod de nobis accepit? De incenso quoq; siue thure scriptum est: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Quæ uerba diuus enarrās Gregorius in cōmentarijs, hoc modo scribit: In deserto utiq; in hoc mundo Ecclesia, siue sancta quæq; anima uiuit, dum à regno exul, inter bestias, demones uidelicet degit. Hic enim & si nō omnino à sponso deseritur, tamen dum in carne est, nōdum ad certā eius uisionem admittitur, dum ab eo per exilia, & tentationes peregrinatur, quia, dum adhuc cum eo nō regnat, deserit ab eo sibi uidetur. Ob hoc semper laborat, ut ascendat, ut quæ ualde diligit, magis, ac magis sentiat, quatenus, quoniā perfectē eum in deserto non tenet, uel ipso eius desiderio se reficiat, ut sic in uia roborata, quandoq; ad hoc, quod diu cōcupiuit, perueniat. Sunt quippe nonnulli, qui dum omnia uisibilia fastidiunt, mentem in cœlestia erigunt, & quia in infimis nihil, quod eis dulcescat, cōspiciunt, totum cor ad superna amantibus cōtemnunt, spe ad inuisibilia tendunt, & quo ampliori desiderio illis inhærēt, eo magis, ac magis molestē corruptionē ferunt, quā habent. Hi nimirū per desertum ascendunt, quia dū in hoc mundo inter tentationes uiuūt, quo amplius, dum hic morātur, deserit metuunt, eo quidē fortius ista deserunt, & feruentius ad illa gradiuntur, in quibus, quum fuerint, nihil amplius, quod eos amoueat, iam timebunt. Bene autē sicut uirgula fumi ascendere dicuntur, quia & odorē bonæ famæ, & subtilitatem mentis habere dicuntur. Nō autē quarumlibet rerum fumus iste esse dicitur, sed ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij existere declaratur. Myrrha quippe mortuorum corpora cōdiuntur, ne putrescāt, thura uerò accēduntur, ut redoleāt. Per myrrhā ergo, carnis mortificatio designat, per thus uerò, orationum mundicia intelligitur. Sancta igitur anima, dum carnē suā à putredine uitiorum mortificat, dum omnes mundi uoluptates per continentiam abnegat, quasi myrrham mortuo corpori adhibet, ut post iudiciū à corruptione æterna sanum permaneat. Quum uerò se ad cœlestia maiori desiderio accendit, & à cordis cubiculo omnes superfluas cogitationes feruenter abijcit, quasi thuribulum cor suum corā Deo facit. In quo dum per dilectionem uirtutes cōgregat, quasi carbones in thuribulo coaptat, in quo seipsam mens in cōspectu Dei igne charitatis accendat, dumq; feruentes, & mundas orationes ad Deum emittit, quasi fumum aromatum

Psal. 140. a.
Cassiodorus.

Apocal. 9. a.

Psal. 140. a.

Psal. 50. d.
Augustinus.
Sacrificium uespertinum, Christi passio, crux Christi.

Cantic. 3. c.

Desertum, mundus.

Virgula, mētis subtilitas.

Myrrha, carnis mortificatio.

Thus, orationū mundicia.

Thuribulū, cor.

tum ex thuribulo educit, ut corā dilecto suauē redoleat, & proximos quoq; ad eius amorē per bona exempla cōcitare non desinat. Sed notandum, quod nō ait uniuersi pigmenti, sed uniuersi pulueris pigmentarij. Pigmenta quippe facimus, quando uirtutes in corde cōgregamus. Quando uerō ipsas nostras uirtutes per singula quæq; opera diligētius retractamus, ne quid in operibus nostris incultum remaneat, ne inter uirtutes uitium lateat, tunc proculdubio unguenta uirtutum quasi in puluerem tundimus, ut eō mundiora sint opera nostra, quō subtilius ea ab omni subreptione uitiorum discernere non cessamus. Et eodem lib. cap. 4. scriptum est: Vadam ad mōtem myrrhæ, & ad collem thuris, ubi diuus Gregorius sic scribit: Quid per montem myrrhæ, nisi fortem altitudinem mortificationis in opere, & quid per collem thuris intelligimus, nisi altam humilitatem in oratione. Ad montē ergo myrrhæ, & ad collē thuris spōsus uadit, quia eos familiariter uisit, quos per mortificationem uitiorum ad alta proficere, & per mundas, & humiles orationes suauiter redolere percipit. His quippe uirtutibus sancta ecclesia, uel unaquæq; anima mūda efficitur, quia dum per uoluptatum mortificationem uitij reluctatur, & per sanctas orationes frequēter lachrymis abluatur, sordes lauat, ut spōso placeat, cui pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectū spōsus per gratiam suam ducit, opusq; suum in spōsa benignē laudat, & dicit: Tota pulchra es amica mea, &c. Et exponens illud Euāgelicum, Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurū, thus, & myrrham, hoc pacto scribit: Aurum regi cōgruit, thus uerō in sacrificium Dei ponitur, myrrha autem mortuorum corpora condiuntur. Eum ergo Magi, quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regem, thure Deum, myrrha mortalem. Quamuis in auro, thure, & myrrha intelligi & aliud potest. Auro nanque sapientia designatur, Salomone attestante, qui ait: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Thure autem quod Deo incenditur, uirtus orationis exprimitur, Psalmista attestante, qui dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Per myrrham uerō carnis nostræ mortificatio figuratur. Vnde sancta Ecclesia de suis operarijs usq; ad mortem pro Deo certantibus, dicit: Manus meæ distillauerunt myrrham. Nato ergo regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate supernæ sapientiæ respondemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus, ut suauē aliquid Deo per cœlestē desiderium redolere ualeamus. Myrrham offerimus, si carnis uita per abstinentiam mortificamus. Per myrrham nanque (ut diximus) agitur, ne mortua caro putrefiat. Mortuā uerō carnē putrescere, est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire, sicut de quibusdam per prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere, est carnales homines in foetore luxuriæ uitā finire. Myrrham ergo Deo offerimus, quando hoc mortale corpus à luxuriæ putredine per cōdimentum cōtinentiæ custodimus. Et homilia 22. super Ezechielem, exponens illud Canticorum, Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris: Sancta (inquit) electorū Ecclesia, quā ab hoc mundo in sanctis precibus ardenti amore se erigit, per desertum, quod deserit, ascendit. Qualiter uerō ascendat, adiungit, Sicut uirgula fumi ex aromatibus. Fumus de incenso nascitur, sicut per Psalmistā dicitur: Dirigat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Fumus excutere lachrymas solet. Itaq; fumus est ex aromatibus, cōpunctio orationis concepta ex uirtutibus amoris. Quæ tamen oratio fumi uirgula dicitur, quia dum sola cœlestia postulat, secreta progreditur, ut ad terrena, atq; temporalia petenda minimē reflectatur. Et notandum, quod nō uirga, sed uirgula nūcupatur, quia interdū in cōpunctionis ardore tantæ subtilitatis est uis amoris, ut hanc nec ipse animus possit cōprehendere, qui illuminatus meruit habere. Bene autem dicitur, Myrrhæ, & thuris. Thus enim ex lege dño in sacrificium incenditur. Per myrrham uerō corpora mortuorū cōdiuntur, ne uermibus corrumpantur. Myrrhæ ergo & thuris sacrificium offerūt, qui & carnem afficiunt, ne eis corruptionis uitia dominantur, & redolentem in cōspectu dñi amoris sui hostiā incendunt, seq; ipsos Deo in sanctis uirtutibus exhibēt. Vnde & illic subditur, Et uniuersi pulueris pigmentarij. Puluis est pigmentarij, uirtus bene operantis. Et notandum, quod uirtutes bene operantiū nō pigmēta, sed pulueres dicuntur. Quum enim qualibet bona agimus, pigmēta offerimus. Quū uerō ipsa etiam bona quæ agimus, retractamus, & ne quid in his sinistrum sit, iudicio retractationis attendimus, quasi ex pigmentis puluerem facimus, ut orationem nostram domino per discretionem, & amorem subtilius incendamus.

Quid infernus, infirmitas, infirmusq; mysticē significant. Cap. XX.

Iob 26.d.
Heb. 4.d.
Infernus, Diabolus.
Iob 11.b.

Quid infernus mysticē significet, diuus ostēdit Greg. lib. Moral. 17. cap. 11. exponēs illud Iob, Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimētum perditioni: Quod Paulus (inquit) quoq; ait: Omnia em̄ nuda, & aperta sunt oculis eius. Inferni uerō, & perditionis nomine diaboli, omnesq; damnationis eius socios designauit. Et lib. 10. cap. 10. exponens illud Iob, Inferno profundior, quia (ait) transcendendo subuehit, quāuis possint & inferni uocabulo dæmonia signari. Profun-

dior igitur inferno est, quia malignorū spiritū astutias lōgē subtilius, quā ipsi putauerāt, iudicās damnat. Vel ipse homo infernus dicitur, quum tentationū suarū caligine perturbatus, in infimis iacet. Inferno profundior est Deus, quia nimirū plus indicat, quā ipse se humanus animus in tētationibus inuestigat. Inferno profundiora nouerat, q seipsum discutiēs, sed eius subtiliora iudicia pertimescēs, dicebat: Nihil mihi cōsciū sum, sed nō in hoc iustificatus sum: qui autē iudicat me, dñs est.

De infirmo autē scriptū est: Miserere mei dñe, quoniā infirmus sum. Infirmitatis cōfessio cœlestis medici misericordiam mouet, à quo facillē impetratur remedia, quum ostendūtur uulnera manifestata. Nō enim dixit, Quoniā mereor, sed quia iustitiā tuam sustinere nō ualeo. O clemētia magna creatoris. A iudice percipimus, quid rei dicere debeamus. Docemur pietatem petere, ne nos iustitia possit absumere. Quis iam dubitet eum uerba sua audire posse, si tamē talis sit precātis animus, qualem ipse est iubere dignatus? Sana me dñe, quoniam cōturbata sunt ossa mea. In deprecatione eadem perseuerat. Pio medico dicitur agritudinem tabidam usq; ad interiora uenisse, ne differret auxilium cui imminere cognoscebat exitium. Ossa hic per allegoriam, fortitudinem mentis debemus aduertere, quæ quū defecit, uigor omnis elabitur, sicut & ossibus quassis, corpus minimē continetur. Et anima mea turbata est ualde, sed tu dñe usquequo? Ne corpus intelligeres, quod ossa no minauit, animam suam dicit esse turbatam. Bene autem, Valde, additū est, ne clemens auditor pateatur diūtius differendū, si nimis eum nō cognosceret fuisse turbatum. Vsq; quo, subaudiendum est, differs, qui usq; ad finē preces supplicum non soles ullatenus obliuisci? Supplicatio quippe ista magnis cōmendatur angustijs, ut recepta sanitas, preciosior possit agnosci. Et intueri, quia iustitiā domini semper poenitēs iste refugit, & cōsuetudinem eius benignitatis exposcit. Cōuētere domine &c. Quum dño dicitur, Conuētere, uindictæ relaxatio postulatur, ut debitas de nobis iustitia ipsius nō exigat ultiones. Siue more nostro dicitur Deo, Cōuētere, sicut auersi solent rogari, quia aut respicere nolunt, aut subuenire contemnunt. Eripe animā meā, ab imminente scilicet supplicio, quod debet errātibus. Auertit enim à nobis debitas pœnas, quū eas relaxauerit benigna remissio. Saluum me fac &c. Quam pulcherrimē ista supplicatio proprijs, ac proficuis sermonibus explicatur. Saluū se petit fieri, nō secundum merita sua, sed propter diuinam misericordiā, in qua dum fixa spes ponitur, uenia facilius impetratur. Quoniā nō est in morte &c. Mouere potest quare dicat in morte nullum esse memorem Dei, dum uicina possit amplius ira iudicis cōtemischi. Sed bene perfidos dicimus immemores Dei, de quibus & Esaias dicit: Nō enim qui in inferno sunt laudabūt te, neq; qui mortui sunt benedicent te. Nam quum dicit Apostolus: In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū, & infernorū, hic de solis infidelibus, ac pertinacibus debet accipi dictū, qui nullam fiduciam confessionis suæ habere promerentur. Meritō ergo hic sibi festinat dimitti, quia post lucis occasum nō restat, nisi sola retributio meritorum. In inferno autem quis cōfitebitur tibi? Subaudiendum, ad ueniā, sicut & Salomon de impijs dixit, quia dicent inter se poenitentiā agētes, & præ angustia spiritus gementes. Nam & diues, qui Lazarum uidebat in requie constitutū, mala sua probatur esse confessus, sed non est ad uotum supplicationis auditus, quia in hoc mūdo pro priē confessio dicitur, ubi & ueniā reperitur. Et ut aliquā diuisionē in his uerbis intelligi debeamus, in morte significat trāsitum uitæ: In inferno uerō custodiā locorū, quam pro suis meritis animæ sustinere noscūtur. In utroq; tamen negatur absolutē confessio suscipienda. Et diuus Augustinus epistola 59. ad Paulinū, exponens illud Psalmistæ, Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelera uerunt: Infirmitates (inquit) posuit pro peccatis, sicut ad Romanos Apostolus dicit: Si enim Christus quū infirmi essemus, adhuc iuxta tempus pro impijs mortuus est, hos dixit infirmos, quos impios: Deinde paulopost eandem sententiā repetēs, Cōmendat (inquit) suam charitatē Deus in nobis, quoniā quum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Quos infirmos supra, eos hic peccatores appellauit. Itē in cōsequentibus hoc idem alijs uerbis uersans, Si enim, quū inimici essemus (inquit) recōciliati sumus Deo per mortē filij eius. Ac per hoc i eo, quod dictū est, Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, intelligūtur multiplicata peccata eorū. Lex enim subintrauit, ut abundaret delictum. Sed quoniā ubi abundauit delictū, superabundauit gratia, ideo postea accelera uerūt. Non enim uenit ille uocare iustos, sed peccatores, quia nō est opus sanis medicus, sed ægrotātibus, quorū scilicet multiplicatæ sunt infirmitates, ut eis sanādis esset necessaria tāta gratiæ medicina, & cui dimittūtur peccata multa, diligeret multū. Hoc cinis uaccæ, & aspersio sanguinis, & cruentarū multiplicatio uictimarū significabat, nō efficiebat. Ideo deinceps dicit: Nō congregabo cōuenticula eorū de sanguinibus, id est, illorum sacrificiorū, quæ immolabātur in figura sanguinis Christi. Nec memor ero nominū eorū per labia mea. Nomina quippe illorū erāt in multitudine infirmitatū. Et exponēs illud Psalmistæ, Dñs opē ferat illi super lectum doloris eius, totum stratum eius uertisti in infirmitate eius, hoc pacto scribit: Lectus (inquit) doloris, infirmitas est carnis. Ne dicas, Nō possum tenere, & portare, & frænare carnē meam, adiuuaris, ut possis. Portabat te lectus, nō tu portabas lectū, sed paralyticus intus eras. Adest qui dicat tibi: Tolle grabatū tuum, & uade in domum

Infernus, bōmō.
1. Cor. 4. a.
Psal. 6. a.
Cassiodorus.
Illic.
Ossa, mētis fortitudo.
Illic.
Illic.
Illic.
Esa. 38. d.
Philip. 2. b.
Psal. 6. a.
Sapient. 5. d.
Lucæ 16. c.
Augustinus.
Psal. 15. a.
Infirmitates, peccata.
Roman. 5. a.
Psal. 15. a.
Roman. 5. b.
Lucæ 5. f.
Lucæ 7. g.
Psal. 40. a.
Lectus doloris, carnis infirmitas.
Ioan. 5. b.

M iij domum

Psal. 40. d.
Stratum, aliquid
terrenum.

Heb. 12. d.
Gen. 3. d.
Psal. 40. d.
Rom. 7. d.

Gen. 2. d.

1. Petri 2. d.
Psal. 69. d.
Psal. 87. d.
Ioan. 8. d.
Matth. 26. d.
Ioan. 10. e.

Psal. 21. d.

Rom. 6. d.
Psal. 40. d.

Psal. 102. d.

1. Cor. 15. g.
Illic f.

domū tuam. Conuertit autem se ad Deū, & tāquam cōsiliū medicinā eius nobis exponēs, inquit Totū stratum eius uertisti in infirmitate eius. Per stratū, intelligitur aliquid terrenū. Omnis anima infirma in hac uita, quærit sibi aliquid terrenū, ubi requiescat. Quoniā intensionem laboris, & mētis extēntā in Deum difficile potest perpetuō tolerare, aliquid sibi in terra cōquirat, ubi requiescat, & quodāmodo pausatione quadā recumbat, ueluti sunt ista, quæ diligūt & innocētes. Innocēs acquiebit in domo sua, in familiā sua, in cōiuge, in filijs, in paupertate, in prædiolo suo, in noualibus manibus suis cōstitis, in ædificio aliquo suo studio fabricato. Sed tamē Deus uolēs eū amorē nō habere, nisi uitā æternā, & in istis, uelut innocētibus delectationibus miscet amaritudines, ut & in his patiatur tribulationes, & uniuersum stratū eius uertit in infirmitate illius. Nō ergo cōqueratur, quādo in his, quæ innocēter habet, pati aliquas tribulationes. Docet amare meliora, per amaritudinē infirmitate eius, quia flagellat omnē filium, quē recipit. Et quare hoc? Quia peccati homini dictum est. In labore uultus tuus edes panē tuū. Agnoscere ergo debet homo propter peccata se pati, & dicere quod sequit̄, Ego dixi dñe, miserere mei, sana animā meā, quia peccaui tibi. O dñe in tribulationibus meis me exerces, flagellādum iudicas omnē filium quem receptorus es, qui nec unico peperciisti. Ille quidem sine peccato flagellatus est, ego autem dixi, Miserere mei dñe &c. Si sectus est, qui putredinē nō habebat, si medicina ipsa nostra ignē medicinalē nō respuit, patienter ferre debemus urentem medicū, & secantem, id est, omnibus tribulationibus nos exercentem, & à peccato sanantem. Planē cōmittamus nos medicī manū. Nō enim errat, ut sanū pro putre secet. Nouit quod inspiciat, nouit uitium, quia ipse fecit naturā, quid ipse cōdidit, quid de nostra cupiditate accessit, discerit. Scit se sano homini præceptum dedisse, ne lāguorem incurreret, dixisse in paradiso, hoc mādūca, & hoc nolī. Non audiuit sanus medicī præceptum, ut nō caderet, audiat uel ægrotus, ut surgat. Ego dixi domine, miserere mei, sana animā meam, quia peccaui tibi. In factis meis, in peccatis meis non accuso fortunam, non dico, Hoc mihi facit fatum, non dico, Adulterum me fecit Venus, & latronem me fecit Mars, & auarum me fecit Saturnus. Ego dixi, domine miserere mei, sana animā meam, quia peccaui tibi. Nunquid hoc Christus? Nunquid hoc caput illud nostrum sine peccato? Nunquid ille qui ea, quæ non rapuit, exolvebat? Nunquid ille solus in mortuis liber? Liber enim in mortuis, quia sine peccato, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Nunquid ergo ipse, imō ipse ex membris suis, quia uox mēbrorum ipsius, uox ipsius, quia & uox capitis nostri, uox nostra. In illo enim eramus, quādo dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Nō enim timebat mori, qui uenerat mori, aut recusabat mori, qui potestatem habebat animā suam ponēdi, & potestatem habebat iterū sumendī eā: sed loquebant̄ membra in capite, & loquebatur caput in membris. In illo ergo uocem nostrā inuenimus, Sana animā meā, quoniā peccaui tibi. In illo enim eramus quū dixit: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? In ipso enim psalmo, ubi in capite, hic uersus est, cōsequenter dicit̄, Verba delictorū meorū. Quorum delictorum in illo, nisi quia uetus homo noster simul crucifixus est cum illo, ut euacuaretur corpus peccati, ut ultra nō seruiamus peccato? Ad illum, & in illo dicamus, Ego dixi, domine miserere mei &c.

De eodem infirmo, siue infirmitate.

Cap. XXI.

Idem quoq; diuus Augustinus, exponēs illud Psalmistæ, Qui propitiū sit oībus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes lāguores tuos &c. Post remissionē (inquit) peccatorū corpus infirmū geris, necesse est sint quædā desideria carnalia, quæ te titillēt, & quæ tibi suggerāt delectationes illicitas, sed de lāguore tuo ueniunt. Adhuc enim infirmā carnē geris, nōdum est absorpta mors in uictoriā, nōdum corruptibile hoc induit incorruptionē. Adhuc quibusdā perturbationibus etiā ipsa anima quatit̄ post remissionē peccatorū. Adhuc in periculis tentationū uersat̄, quibusdā suggestionibus delectatur, quibusdā nō delectat̄, & in eis quibus delectat̄, aliquādo quibusdā cōsentit, capit. Languor est. Et sanabunt̄ omnes lāguores tui, nolī timere. Magni sunt (inquit) sed maior est medicus. Omnipotēti medico, nullus lāguor insanabilis occurrit, tātum tu curari te sine, manus eius ne repellas, nouit quid agat. Nō tantū delecteris quum fouet, sed etiā toleres, quum fecat. Tolera medicinalē dolorem, futurā cogitās sanitatē. Videte fratres in istis lāguoribus corporis quāta homines tolerent, ut paucos dies uicturi moriātur, & hos paucos dies incertos. Multi enim post tolerantiam magnorū dolorū, quā à medicis secarent̄, aut inter manus medicorū mortui sunt, aut ita sani, irruente aliqua ægritudine, defuncti sunt. Si tā sibi propinquā mortē sperassent, illos immēsos dolores tolerādos nō suscepissent. Tu nō toleras ad incertū. Qui promissit sanitatē, nō potest falli. Fallitur medicus aliquādo, qui de corpore humano sanitatem promittit, quia hoc nō curat, quod fecit Deus. Fecit corpus tuū Deus, fecit animā tuam, nouit quod creauit, quēadmodum recreet, nouit quomodo reformet, quod ipse formauit. Tu tantum sub manibus medicī esto. Odit enim repellentem manus suas. Non fit hoc in medicī hominis manibus. Ligari se uolunt homines, & secari, daturī pro incerta sanitate certum dolorem, magnam mercedem. Deus te, quem fecit, & certus curat, & gratis

gratis. Ferto ergo manus eius o anima, quæ benedicis eum, non obliuiscens omnes retributiones eius. Sanat enim omnes languores tuos. Inde sanat omnes lāguores tuos, quia redimit de corruptione uitam tuā. Ecce corpus quod corrumpitur aggrauat animā. Vitam ergo habet anima in corpore corruptibili. Onera patitur, pōdera sustinet. Ad ipsum Deū cogitandū (sicut dignū est ab hoīe cogitari Deū) quāta impediūt, ueluti interpellātia de necessitate corruptionis humanæ, quanta reuocāt, quāta à sublimi intentione detorquet̄. Totū hoc in corde humano, tanq̄ de uermibus humani corruptionis, scetet. Exaggerauimus morbum, laudemus & medicū. Non ergo te sanabit, qui fecit talē, qualis nō ægrotares, si legē sanitatis acceptā seruare uoluisses? Nōne tibi & disposuit, & mādauit quid tangeres, & quid nō tangeres ad retinendā salutem? Noluisti audire ad retinendā, audi ad recipiendā. Lāguore tuo expertus es, quā uera ille iussisset. Iam tandē aliquando homo, quod nō tenuit monitus, audiat uel expertus, Sanabit te, opus est, ut sanari uelis. Sanat omnino ille quēlibet languidū, sed nō sanat inuitū. Quid autē te beatius, quā ut tanq̄ in manu tua uitā, sic habeas in uoluntate sanitatē tuā? Quis nō ægrotat in hac uita, quis nō longū languorē trahit? Nasci hic in corpore mortali, incipere ægrotare est. Aliquādo ægrotat homo in domo sua, anhelat febribus in lecto suo, si uelit forte cogitare de re familiarī aliquid, uel iubere in domo sua, uel fundo, aut disponere, statim cura suorum circūstrepente, & murmurāte, reuocatur à talibus curis, & dicitur illi: Dimitte ista, prius cogita de salute tua. Salus tua Christus est. Christū ergo cogita. Accipe calicem salutaris eius, qui sanat omnes lāguores tuos. Hanc salutem, si uolueris, obtinebis. Et diuus Gregorius in expositione 7. Psalmorum poenentialiū, exponens illud Psalmistæ, Miserere mei dñe, quoniā infirmus sum, sana me dñe, quoniā conturbata sunt ossa mea. hoc pacto scribit: In eo quod nomen uenerandum repetit, piæ precis affectum se habere ostendit. Quasi dicat: Tu domine, quā suaue uidetur mihi sapius inuocari, miserere mei, dum tēpus est misericordiæ. Hic me misericorditer corripe, hic per flagella contere, hic igne tribulationis exure. Et ne quid in me post huius uitæ terminum uindicandum inuenias, oro ut per ignē tui amoris, omnē in me uitiorum rubiginem consumas. Et hoc opus est, ut facias: Quoniā infirmus sum. Ex peccato primi parentis pœnā contraxi magnæ infirmitatis. Non enim quod uolo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Infirmus sum, quia ad malum pronus sum. Sed tu dñe animarum debiliū uelox medice, sana me, scilicet interius, omni uitiorum labe emunda. Quoniā cōturbata sunt omnia ossa mea, id est, uirtutes animæ obscuratæ sunt, & extenuatæ uirtutes, simul conturbatæ sunt. Caritas enim cōfunditur, humilitas impingitur, fortitudo deſicitur, castitas impugnatur. Per ossa uirtutes accipimus, per quas nimirum animā sustentamus. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum, ita in uirtutibus robur inuenitur animarū. Et planē debilis omnis comprehenditur anima, nisi quæ fuerit uirtutum fortitudinis sulca. Postquam enim in ordine culpam incurrit primus hamani generis parens, ab illa, in qua positus fuerat mentis celsitudine, decidit, claritatem uisionis diuinæ perdidit, suauissimas uerborū Dei epulas, quibus interius reficiebatur, amisit, oculos carnis ad obscœna, & turpia uidenda aperuit, qui prius aciem mentis, qua lucis summæ fulgor intuebatur, obscurauit. Et anima mea turbata est &c. Et quia me infirmum sentio, quia ossa mea cōturbata agnosco, Anima mea, scilicet, eo quod mea est, quod per me corrupta est, quod per me debilis, & ægra facta est, turbata est ad gemitum, cōmota est ad cōpunctionem, & lamenta ualde magna scilicet, & multimoda turbatione. Turbatur enim, quia peccauit, quia bonum dominum offendit, quia uitam perdidit, mortem incurrit. Sed tu domine usque quo turbaris contra me, quia peccaui, quia te ad iracundiam delinquendo prouocauit? Vel, Tu domine. Dæmones quidem inualescentes, non domini naturaliter, malunt meā perditionem, quā salutem. Sed tu dñe, qui nō uis mortem peccatoris, singulariter dñe, nō abusiue, sed proprie, usquequo, id est, quādiu differs sanare? Ecce in conspectu boni medicī, & curare ualētis afflito, uulnera detego, preces emitto, dolores augeo, lachrymas effundo. Cur ergo dissimulas, quum nō sit tibi minor potentia, q̄ uoluntas? Licet hoc celes in corde tuo, tamen scio, quia uniuersorū memineris. Omnis curatio quāto difficilīus acquiritur, tāto acquisita cautius custoditur. Cōuertere dñe &c. Ne magis turberis, supplico, ne ultra misereri differas, peto, imō conuertere dñe. Sicut anima mea cōuersa est ad te per turbationē poenitentiam, ita tu cōuertere ad eam per serenitatem miserationis. Et conuersus, eripe animam meam. Impediunt eam uepres carnalium delectationum, detinent illam sæcularium illecebræ cupiditatum. Sed tu qui potens es omnia facere superabundanter quā petimus, aut intelligimus, eam eripe, igne tui amoris terrenarum dumeta uoluptatum, quibus irretitur, adure, extra omnem peccati appetitum illam tuā manu fortitudinis trahere. Saluum me fac &c. Parum est, ut animam meam à mundi uoluptatibus liberares, nisi me ab hostium tentationibus uirtutis tuæ protectione cōserues. Boni medicī officium est, non solum salutem restituere, sed etiam restitutam custodiā sedulitate seruare. Sic ergo & tu, quum animam meam à carnalibus desiderijs eripueris, da mihi in bono perseverantiam, ne mihi demissos laqueos iterum tentationum incurram. Et hoc propter misericordiam tuam. Non

M iij de meis

Iacob. 1. c.
Mors; peccato
rum caligo.Proverb. 19. a.
Infernus; despe
ratio.Ecc. 15. b.
1. Pet. 2. b.

2. Cor. 6. c.

Noctes; tene
brose cogita
tiones.Lectus; conscien
tia.

2. Cor. 1. c.

Stratū; caro.

Psal. 40. a.

Psal. 96. a.
Cassiodorus.
Insula; eccle
sia.

Augustinus.

Hieronymus.

Insula; anime;
ecclesiarū.

de meis meritis confidens, ut me saluum facias, supplico, sed de sola misericordia tua praesumens impetrare, quod non de meis meritis spero. Quoniam non est in morte &c. Peccata consummata generant mortem. Nisi enim conuersus fueris, nisi animam meam eripueris, nisi me saluum feceris, in peccatorum me caligine, id est, in morte dimittis. Quod si in morte fuero, tui proculdubio memoriam perdo, & inde hoc scio, quod in morte penitus tui memor esse nequibo. Quomodo namque mihi conceditur, quod omnibus denegatur? In inferno autem &c. Sicut de morte ad infernum peccator peruenit, ita de peccatorum multitudine in desperationis foueam cadit. Vnde & scriptum est: Peccator quum uenerit in profundum malorum (alias peccatorum) continet. Fidelis anima non exaudiri metuens, miserias, quas per latura est, si non exauditur, enumerat, ut se maximo timore concutiat, & Deum citius ad misericordiam fleat. Ait ergo: In inferno autem &c. Quasi dicat: Dico, si non eripueris me, in morte non solum futuram me prauidere, sed etiam in inferno, id est, in desperatione me sepeliendam cognosco. Quod si in inferno fuero, tibi me confiteri non posse perpendo. Nullus enim in inferno confitebitur tibi. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Aliter: Quoniam non est in morte &c. Precor, ut animam meam liberares a carnalibus desideriis, quae militat aduersus eam. Si enim hoc non feceris, interficient me, quia a te, qui es uita mea, separabit me. Quum enim tu sis illud idem animae, quod est anima corpori, si tibi inseparabiliter non inhaerero, necessariam mortem incurro, & si in morte fuero, tui memor non ero. Quoniam non est in morte &c. Sicut nullius rei meminit caro mortua, ita nec te sentire praeualeat a te Deo anima diuisa. Nulla societas luci ad tenebras. Vbi autem tui ingreditur memoria, ibi est lux ueritatis immensa. Quod tamen intelligi & aliter potest. Quasi dicat: Immedicabile corpus est recidendum ense, & membri in corpore mortui abscissio potius est necessaria, quam medicina. Sed ego non sum, ut membrum mortuum, cui medicina non proficiat, sed uilitas nihil conferat. Nam sum memor tui, id est, misericordiae tuae. Te enim medicum scio, misericordem non ambigo, longanimum agnosco, quod non facerem, si in morte essem. Et hoc apparet a toto, quoniam non est in morte. Laboraui in gemitu meo &c. Dixerat superius, Saluum me fac, & tempus est, ut facias. Nam ego laboraui in gemitu meo. Adest miser, assistit & misericordia. Misericordiam meam ego cognosco, uulnus non dissimulo, peccatum non celo. Nisi enim miserum me agnoscerem, in gemendo non laborarem. Sed ego laboraui, id est, studiosè egi, ut essem in gemitu, scilicet ut quousque uiuerem, gemendum mihi putarem. Vel, laboraui in gemitu, id est, modo mihi proprio. Nemini enim, sicut mihi ingemiscendum estimo, quia praeter omnibus me peccasse perpèdo. Et quia non sufficit bene incipere, nisi studeat quis in bono opere perseverare, adiungit: Lauabo per singulas noctes &c. id est, per singulas tenebrosas cogitationes. Lectum meum, per lectum, conscientiam accipimus, quia sicut in lecto iacentes quiescimus, ita in ea uel legi Dei, uel legi peccati consentimus. Et sicut in laboribus pressi, in lecto quiescentes reficimur, ita dum mundi huius aduersitatibus premimur, in bona conscientia interius delectamur, Paulo attestante, qui ait: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Lectum ergo per singulas noctes lauat, qui conscientiam a cogitationibus tenebrosis lachrymis compunctionis emundat. Et non solum conscientiam purificabo, sed etiam lachrymis meis stratum meum rigabo. Quia uilis lectus est stratum, per ipsum carnem accipimus. Et quoniam sicut stratum facile concutitur, ita caro ab infirmitate eius. Rigat ergo lachrymis stratum suum, quia continuo luctu, & dolore carnis maculas diluit, & cordis duritiam imbre compunctionis emollit, ut sicut hortus, recepta suaui pluuia, euidenter germinat, ita caro lachrymarum fluentis rigata, bonorum operum, & iustitiae germen emittat.

Quid insula, & iris mysticè significant.

Cap. XXII.

Insularum nomine significantur Ecclesiae, iuxta illud Dauidicum, Dominus regnauit, exultet terra, latentur insulae multae, hoc est, regnate domino, per totum mundum dispositae latentur Ecclesiae, quae merito insulis comparantur, quia mundi fluctibus ambitae, circumlatantium persecutionum numerositate tunduntur. Sed sicut istae, saeuientibus fluctibus, nesciunt laedi, ita nec sanctae Ecclesiae per turbationibus aduersariorum probantur imminui, quin potius illos suis cautibus frangunt, qui in eas undosis culminibus irruerunt. Multae (inquit) non omnes, propter haereticas prauitates illorum, qui erroribus suis Ecclesiarum nomen imponunt. Et haec est diuina Augustini expositio, qui hoc pacto scribit: Possunt in figura rectè accipi insulae omnes Ecclesiae. Quare insulae? Quia circumlatantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo insula, undique circumstrepentibus fluctibus, tundi potest, fragi non potest, magis, magisque ipsa frangit fluctus uenientes, quam frangatur ab eis: sic & Ecclesiae Dei pullulantes per totum orbem terrarum passae sunt persecutiones undique frementium infidelium, & ecce stant insulae, & iam placatum est mare. Locudentur insulae multae. Et Hieronymus: Dominus regnauit &c. Dominus creator, qui nos fecit, ipse regnauit. O uos, qui ante subiecti eratis sub dominio diaboli, nunc subiecti estis sub domino creatore. Latentur insulae multae: Bene dixit de animabus nostris, quae uariis cogitationibus, quasi uariis hinc inde tunduntur fluctibus. Nos autem dicamus & insulas, Ecclesias.

Ecclesias. Denique dicitur & in alio loco: Couertentur ad me insulae multae. Vultis scire, quoniam insulae dicuntur Ecclesiae? Dicitur est in propheta ex persona domini: Loquere (inquit) habitatoribus insulae huius. Latentur insulae multae. Quomodo enim insulae in medio mari positae sunt, sic & Ecclesiae quasi in medio mari saeculi istius positae sunt, & ita persecutionibus, quasi diuersis tunduntur fluctibus. Verum istae insulae tunduntur quotidie, sed non subruuntur. In mari quidem sunt, sed habent fundamentum Christum, qui moueri non potest. Et exponens illud Esaiam, Taceant a me insulae &c. hoc pacto scribit: Taceant &c. Gentes, id est, insulae, quae falsis, amarisque huius saeculi tunduntur fluctibus, iubentur audire, & ora concudere, & illud nosse, quod ad Israel dictum est: Audi Israel, & tace, & muta fortitudinem, ne per imbecillitatem pristinam, Dei non possint audire sermonem, ut accedant prius ad dominum, & quod non sint propria salute contentae, sed quod didicerint, ceteros doceant, & cum domino disputent, utrum omnium Deus iusta seruauerit. Sic autem interrogat eas, & ad respondendum prouocat, ut interrogatione doceat, quod ignorat. Quis suscitauit ab oriente iustum, siue iustitiam? Neque enim Iudaeorum tantum Deus, sed & gentium, qui uocauit Christum dominum saluatore, qui factus est nobis sapientia a Deo, iustitia, & sanctitas, & redemptio. In quo, iuxta eundem Apostolum, Dei iustitia reuelatur. Vocauit autem eum, ut se in omnibus sequeretur, & opera patris faceret, & illud impletet, dicens: Deus ut facerem uoluntatem tuam uolui. In huius conspectu reges, & gentes colla submittent, & gladio illius, ac sagittis aduersariae potestates, quasi stipula subiciuntur, & puluis. Persequatur eos, reges uidelicet, & principes gentium singularum: Et pertransibit in pace, ad pacem cunctos uocans, ut reconcilientur Deo. Semita in pedibus illius non apparebit, id est, uiae laborum non sentiet, nec aliquam imbecillitatis humanae lassitudinem, sed de torrente bibet in uia, & propterea leuabit caput. Quis (inquit) haec operatus est, & fecit? Quis suscitauit iustum, siue iustitiam? Quis ei gentes, & reges tradidit? Quis gladio eius, & arcui uniuersa subiecit? Vtique ille, qui ab initio mundi haec futura praedixit, qui omnium conditor est. Et quia dixerat sciscitatus affectu, Quis suscitauit ab oriente iustum &c. cunctis tacentibus, sibi ipsi respondit: Ego sum dominus, primus, & nouissimus ego sum. Ipse est & qui in Apocalypsi Ioannis loquitur: Ego sum alpha & omega, principium, & finis. Viderunt insulae, id est, gentes, siue Ecclesiae de gentibus congregatae, quae mundi huius sustinent tempestates, & timerunt dominum. Principium enim sapientiae timor domini. Et exponens illud Esaiam, Audite insulae, & attendite populi de longe: Transiit (inquit) ad Ecclesias de gentibus congregatas, & eis sub insularum nomine loquitur, quae ita persecutorum insidijs, quasi maris fluctibus patent, & ex omni parte saeuiente naufragio, tunduntur potius, quam mouentur. Ac nequis putet uolentiam esse expositionem nostram, & non ad gentes pertinere quod dicitur, sed ad synagogas populi Iudaeorum, sequitur: Et attendite populi (siue gentes, ut lxx. de loge, hoc est, ab extremis finibus terrae. Vel (ut lxx. trastrulerunt) *διὰ τὸν πόντον πολλὰ σισεται*, id est, post tempus multum stabit, hoc est, non hoc tempore, quo dicuntur, sed post multa fient tempora. Et alio in loco inquit Esaias: Me enim insulae expectant, id est, Ecclesiae gentium, quae iuxta uaticinia prophetarum expectabant dominum, & naues maris in principio, id est, adducent filios Ecclesiae in principio fidei, aurum, argentumque portantes. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et alio in loco scriptum est: In doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini Dei Israel: In doctrinis (inquit) glorificate dominum, audientes illud quod scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Nequaquam in terra Iudaeae, sed in insulis, id est, in Ecclesijs huius maris, & saeculi, in quibus benedicuntur, atque laudatur nomen domini Dei quondam Israel, siue hominis uidentis Deum.

Iris, id est, arcus caelestis, quid mysticè significet, diuus insinuat Greg. homil. 8. super Ezechiellem, exponens illud Ezechielis, Velut aspectus arcus, quum fuerit in nube in die pluuiae: Arcum (inquit) omnipotens Deus inter se, atque homines in signo posuit, ut ultra mundum diluuium non dederet, dicens: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. Quumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor foederis mei uobiscum. Vnde & in arcu eodem color aquae, & ignis simul ostenditur, quia & ex parte est caeruleus, & ex parte rubicundus, ut utriusque iudicij testis sit, unius uidelicet faciendi, & alterius facti, sed iam non ulterius faciendi, quia mundus quidem iudicij igne cremabitur, sed aqua iam diluuij non deditur. Quid est autem, quod splendentem ignem a lumbis hominis throno praesidentis, sicut ait: Velut aspectus arcus, quum fuerit in nube in die pluuiae, propheta conspexit? Quia enim per ignem ardor sancti spiritus designatur, quae similitudo est arcus, & spiritus, ut ignis qui apparuit, quasi aspectus arcus apparuisse diceretur? Sed si ipsi, quam praediximus, uisioni arcus intendimus, quomodo arcus significet spiritum, uideamus. In arcu quippe (sicut praefatus sum) aqua, & ignis apparent. Et post mediatoris aduentum, eo uirtus spiritus sancti in humano genere claruit, quo electos Dei & aqua baptismatis lauit, & igne diuini amoris incedit. Quasi enim admixto colore aquae simul, & ignis quidam arcus in nube ad probationem ponit, quum ueritas dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Qui arcus in nube est in die pluuiae, quia in dominica

Esa. 41. a.

Esa. 20. b.

Esa. 41. a.

Ilic.

Rom. 3. d.

1. Cor. 1. d.

Psal. 39. b.

Psal. 109. a.

Apoc. 1. a.

Esa. 41. b.

Proverb. 9. c.

Esa. 49. a.

Esa. 60. b.

Rom. 10. b.

Esa. 24. c.

1. Cor. 1. d.

Gregorius.

Ezech. 1. g.

Gen. 9. b.

Arcus caelestis,

id est, iridis, quod

duo significant

colores.

Igne mundus cre-

mabitur.

Ezech. 1. g.

Ignis, ardor spiritus

sancti.

Ioan. 3. d.

Nubes, caro redemptoris.
Psal. 103. 4.

Apoc. 4. 4.

Arcus caelestis
signum clementiae.
Gen. 9. b.

dnica incarnatione, & in effusione praedicationis ostenditur, ut ad ueniam corda credentium domino parate reuocentur. Nubem enim redemptoris carnem non inconuenienter accipimus, de qua per Psalmistam dicitur, Qui ponit nubem ascensum suum. Nubem quippe ascensum suum posuit, quia is, qui diuinitate ubique est, carne ad caelestia ascendit. Et diuus Hieronymus in commentarijs eadem uerba enarrans, hoc modo exponit: A lumbis uero, & deorsum ignis erat resplendens in circuitu, ut ostenderet ea, quae supra lumbos sunt, ubi sensus uersatur, & ratio, non indigere igne, nec flammis, sed preciosissimo metallo, & purissimo. Ea uero quae a lumbis deorsum, ubi coitus, ubi generatio, ubi incertitudo uitiorum, purgatione indigere flammarum, ut quum purgata fuerint, habeant sicut arcus similitudinem, quae uulgo iris dicitur, quum fuerit in nube in die pluuiae. Iris enim quae in sancta scriptura uocatur arcus, & in Apocalypsi Ioannis eodem nomine iris dicitur, nisi in pluuia, & in aquosa nube non potest apparere, diuersorum colorum, & pulcherrimorum, & sensum in alios transeuntium. Vnde & Poeta: Mille rapit uarios aduersa luce colores. Sed & morem uulgi sequens idem Poeta: Quum bibit (inquit) arcus, Ex quo significat arcum nunquam apparere, nisi in nube, & in aquis. Hic arcus signum est clementiae, & testamenti Dei, quod fecit cum hominibus, ut quando apparuerit in nube, sciamus nos secundum antiquitatis exemplum nequaquam perituros esse diluuium. Ex quo ostenditur, post poenas, atque supplicia, & purgationem peccatorum, futuram misericordiam, duntaxat in his qui Deum meruerint uidere regnantem.

De eadem iride & de irriguo.

Cap. XXIII.

Apoc. 4. 4.

Rupertus.
Gen. 9. b.

Iris, misericordia.

1. Pet. 3. d.

Matth. 25. d.

Ioan. 12. e.

Ioan. 9. g.

1. Pet. 3. d.

Apoc. 4. 4.

Illic.

Smaragdus nimirum uiriditatis quid significet.

Apoc. 10. 4.

Angelus, Christus.

Esa. 9. b. secundum lxx.

Psal. 23. b.

Nubes, Christi caro.

Iris, misericordia.

Gen. 9. b.

Caput, principalis intentio.

Apoc. 1. b.

Hebr. 2. d.

Scriptum quoque est: Post haec statim fui in spiritu, & ecce sedes posita erat in caelo &c. & iris erat in circuitu sedis similis uisioni smaragdinae. Quae uerba enarrans Rupertus in commentarijs lib. 3. hoc pacto scribit: Iris quippe propitiationis est signum, dicente domino ad Noe: Ponam arcum meum in nubibus caeli, & recordabor foederis mei quod pepigi tecum. Iris ergo in circuitu sedis, misericordia est cunctis eam quaerentibus praeparata in aduentu redemptoris, quae usque per circuitum mundi cum magno Euangelicae praedicationis praeconio iudicium praecurrit. Verum tamen sicut nec illud iudicium per aquam sine misericordia fuit, quae octo animas in arca saluauit, nec illud iudicium per ignem sine misericordia erit illis, qui propter sex misericordiae opera quae fecerunt, statuentur a dextris, dicente rege: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare &c. ita nec iste, de quo nunc loquimur, aduentus misericordiae sine iudicio processit. Quum enim maxime aedificaretur misericordia per passionem Christi, nunc (inquit) iudicium est mundi. Sed & ante eiusdem passionis articulum, quodam loco dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, caeci fiant. Quum ergo & illic misericordia cum iudicio concurreret, octo animas saluauerit, unde reformaret orbem, & in futuro iudicio misericordia necessaria sit, ut quid nunc, quando in iudicium se uenisse dicit misericordia sic describitur, ut dicatur: Et iris erat in circuitu sedis, quod (ut iam dictum) signum est propitiationis. Videlicet propter magnitudinem, siue multitudinem misericordiae, in qua nunc aduenit, quia sic iudicauit, sic fecit iudicium mundi, ut in ipsa iudicatione tota intentione poenitentia, & remissione peccatorum per suum sanguinem conderet misericors ipse, & fidelis pontifex, nostramque naturam propter peccatum marcentem, & arefactam sicut foenum, ad immarcescibilem gloriae statum resurgendo reduceret. Vnde & quum dixisset, Et iris erat in circuitu sedis, addidit: Similis uisioni smaragdinae. Smaragdus quippe nimiae uiriditatis est, adeo ut haerbas uirides, frondesque, ac gemmas, & omnem circa se inficiat aere sua uiriditate repercussum. Iris ergo similis est uisioni smaragdinae, quia misericordia haec senium nostrum in solidam reformabit pulchritudinem uiriditatis aeternae. Et exponens illud Apocalypsis, Et uidi alium Angelum fortem descendente de caelo, amictum nube, & iris in capite eius: Quis est (inquit) ille Angelus alius, nisi Angelus magni consilij, Angelus testamenti Dei, saepe dictus, & saepe dicendus, uere alius, & longe dissimilis Angelis omnibus: Hunc Angelum fortem dicit. Nam uere est fortis, imo & princeps fortitudinis. Hinc & Psalmista inquit, Dominus fortis, & potens. Amictum nube. Nubes & hic, & in plerisque scripturarum locis mysticis, carnem illam significat, pulchra nimirum, & congrua considerata similitudine, quia uidelicet sicut sol, quum nube tegitur, & latet, tamen scitur, quia praesens est, dum suum orbem non ostendit, & tamen orbem uniuerso diem facit: sic in illa carne Deus & latuit, & praesens dignosci potuit, dum diuinitatem suam (ut semper erat) inuisibilem continuit, & tamen per opera uisibilia mundum uniuersum illuminauit. Et Iris (inquit) in capite eius. Iris, id est, arcus caelestis, misericordiam designat eiusdem fortissimi. Est enim signum, uel pro signo datus propitiationis, dicente domino ad Noe: Nequaquam interficietur omnis caro ultra aq̄ diluuij. Ac deinceps, Hoc signum foederis inter me, & uos. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum inter me, & inter terram. Igitur iris in capite eius, id est, misericordia in summa, & principalis intentione aduentus eius. Idcirco namque sic nube carnis amictus aduenit, ut praepararet nos, talesque efficeret, quos possimus stare in illo die iudicij, quum tuba illa nouissima cecinerit, quae praeparatio est peccatorum remissionem dare, quod fecit ille poenitentiam praedicans, & lauans nos a peccatis nostris, in sanguine suo. Vnde misericors &

fericors & fidelis dicitur pontifex, quia talis erat iris in capite eius. Et Aug. lib. 1. cap. 20. contra aduersarium legis, & prophetarum: Factus est (inquit) mutus latrator, caecus lector, surdus auditor. Obliuosus (inquit) Deus, & emortua memoria, arcum posuit in nubibus, qui iris dicitur, unde comoneatur, non amplius humanum genus delere diluuium, quid agat omnino nesciens, cui merito opus sit assiduus monitore. Iste uero non memoria, sed anima mortua, quid loquatur nesciens, si in rebus apertioribus caluniatur, quantomagis caligat in nubibus, & delirare compellitur. Cui tamen, ut cito respondeam, ita dico Deum admoneri uoluisse, quamuis non sit oblitus, sicut Christus doceri se uoluit, ubi Lazarus positus fuerit, quamuis non esset ignarus. Nolo enim dicere, quid arcus ille significet, resplendens in nubibus fulgore, & radijs luminis, quo roscida illustratur obscuritas, grata quodammodo confessione respondens, & quomodo Deus non perdat orbem diluuii spirituali, dum est eorum memor, quorum illuminatae nubes figuram gerunt. Horum enim nomina scripta sunt in caelis, ut memor sit eorum pater, qui in caelis est, quoniam non de suo lucere se sciunt, sed de sole iustitiae, sicut illae nubes de sole uisibili.

De irriguo autem quid mystice significet, diuus Gregorius libro Dialogorum tertio, cap. 34. hoc pacto scribit: In multas species compunctio diuiditur, quando singulae quaeque a poenitentibus culpae planguntur. Vnde ex uoce quoque poenitentium Hieremias ait, Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter uero compunctionis genera duo sunt, quia Deum sitiens anima, prius timore compungitur, post amore. Prius enim sese in lachrymis afficit, quia, dum malorum suorum recolit, pro his perpeti aeterna supplicia pertimescit. At uero, quum longa moeroris anxietate fuerit formido consumpta, quaedam iam de praesumptione ueniae securitas nascitur, & in amore caelestium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat ne duceretur ad supplicium, postmodum amarissime flere incipit, quia differtur a regno. Contemplatur etenim mens qui sint illi Angelorum chorii, quae ipsa societas beatorum spirituum, quae maiestas aeternae uisionis Dei, & amplius plangit, quia a bonis perennis deest, quam fleuit prius, quum mala aeterna metuebat. Sicque fit, ut perfecta compunctio formidinis tradat animum compunctioni dilectionis. Quod bene in sacra, ueracique historia figurata narratione describitur, quae ait, quod Axa filia Caleph sedes super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus, Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem, & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Deditque ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippe super asinum sedet, quum irrationalibus carnis suae motibus anima praesidet. Quae suspirans, a patre terram irriguam petit, quia a creatore nostro cum magno gemitu quaerenda est lachrymarum gratia. Sunt namque nonnulli, qui iam in dono perceperunt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere, sed adhuc lachrymarum gratiam non habent. Hi nimirum terram australem, & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni, atque feruentes sunt, oportet nimirum ut aut timore supplicij, aut amore regni caelestis mala etiam, quae antea perpetrauerunt, deplorent. Sed quia (ut dixi) duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguus quippe superius accipit anima, quum sese in lachrymis caelestis regni desiderio affligit. Irriguus uero inferius datur, sed quia compunctio amoris dignitate praeminet, necesse fuit, ut prius irriguum superius, & post irriguum inferius commemorari debuisset.

Quid Iubileus mystice significet.

Cap. XXIII.

Iubileus annus (ut diuus inquit Greg. lib. Mor. 1. cap. 11.) plenam requiem exprimit. Vnde septem hebdomadibus consummatur. Septenarius enim numerus perfectus est, quia ex primo pari constat, & primo impari, ex primo, qui diuidi potest, & primo, qui diuidi non potest. Certissime autem septenarium numerum scriptura sacra pro perfectione ponere consueuit. Vnde septimo die dominum requieuisse ab operibus asserit. Et lib. 35. cap. 6. Septenarius (inquit) numerus apud sapientes huius saeculi quadam sua habetur ratione perfectus, quod ex primo pari, & ex primo impari consummatur. Primus enim impar ternarius est, primusque par quaternarius. Ex quibus duobus septenarius constat, qui eisdem partibus suis multiplicatus, in duodenarium surgit. Nam siue tres per quatuor, seu quatuor per tres ducimus, ad duodenarium peruenimus. Sed nos quia a superno munere ueritatis praedicamenta percipimus, haec fixa scientiae altitudine despiciendo calcamus. Hoc proculdubio inconcussa fide retinentes, quia quos spiritus gratiae septiformis repleuerit, perficit, eisque non solum trinitatis noticiam, sed etiam uirtutum quatuor, id est, prudentiae, temperantiae, fortitudinis, atque iustitiae operationem praebet. Qui in ipsis quoque quos ingreditur, suis quodammodo partibus augetur, dum & per trinitatis noticiam, quatuor uirtutum actio accipitur, & per operationem uirtutum quatuor usque ad manifestam trinitatis speciem peruenitur. Et apud nos ergo septenarius, sed longe dissimiliter, quia plene, & non inaniter in duodenarium surgit, dum & per fidem opera, &

rursum

Augustinus.
Gen. 9. b.

Ioan. 11. e.

Luc. 10. d.

Gregorius.

Thr. 3. f.
Compunctionis
duo genera.

Iosue 15. d.

Irriguus, lachrymarum gratia.

Irriguus superius, & inferius
quid sint.

Iubileus annus
plenam exprimit
requiem.

Septenarius numerus
cur dicitur
perfectus.

Gen. 2. a.

Septenarius numerus
quibus coelestis
partibus,

quidue significet.

Leuit. 23. f.

Ulic.

Gal. 6. a.

1. Cor. 10. c.

Leuit. 23. f.

serui, & ego eduxi eos de terra Aegypti. Ac si dicat: Idcirco non opprimes (ut praedictum est) quia non tibi se subiecit, sed mihi, non tuo, sed meo timore confessus est quod fecit, & ego inspiratione occulta uocaui illum de peccatorum suorum tenebris, ut ueniret ad lucem consilij tui. Non uacnet conditio ne seruorum &c. Ac si dicat, Non agetur cum his, qui eiusdemmodi sunt, sicut cum his, qui in seruitute nequitia perseverantes, deprehensi, uel a iudicibus conuicti sunt: sed metuito (inquit) Deum tuum, uidelet cōsiderans, ne & tu ipse teneris: Nam qui se existimat stare, uideat (inquit) ne cadat. Metuito (inquam) Deum tuum, & temetipsum in alterius calamitate desle, quia fortasse in similibus aut lapsus es, aut labi potes, si non lapsus es. Seruus, & ancilla &c. Illos (ait) in fortitudine, & terrore opprimit, quos arguit seruilis conditio morum, qui nisi quasi cum armis quaesiti fuissent, ad modum belli, quo de nationibus, quae in circuitu sunt, laboriosa uictoria fit, & capiuntur, qui hostes, uel rebelles fuerunt, nunquam prodidissent reatum suum. In illos (inquit) seuerius uindicate, qui non uoluntaria confessione peccatum suum prodiderunt, sed per alios est cognitum.

Quid iugum mysticè significet.

Cap. XXVI.

Iob 39. a.

Onager, uita re ligiosorum.

Matth. 11. d.

Iugum asperum, ac durum quid sit.

Psal. 129. a.

Thr. 3. c.

Iugum, uerbum Dei.

Epb. 5. a.

Psal. 34. b.

Prouerb. 11. b.

Deut. 6. a.

Ezech. 2. a.

Psal. 1. a.

Psal. 94. b.

Thr. 3. c.

Quid iugum mysticè significet, diuus Greg. insinuat lib. 30. Moral. cap. 23. exponens illud Iob, Quis dimisit onagram liberum in solitudine? Onager (inquit) qui in solitudine comoratur, non incongrue uitam eorum significat, qui remoti a turbis saecularibus conuersantur. Qui apte etiam liber dicitur, quia magna est seruitus saecularium negotiorum, quibus mens uehementer atteritur, quauis in eis sponte defudet. Cuius seruitutis conditione carere, est in mundo iam nil concupiscere. Quasi enim quodam iugo seruitutis premunt prospera, dum appetuntur, premunt aduersa, dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporalium colla mentis excusserit, quadam iam etiam in haec uita libertate perfruitur, dum nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coartatur. Hoc graue seruitutis iugum dominus uidit saecularium ceruicibus impressum, quum diceret: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Asperum quippe iugum, & durum (sicut diximus) seruitutis pondus est, subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, uelle stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra uotum cuncta fugiunt, quae prius mentem ex desiderio adaptionis affligerant, post ex pauore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis desideriis, ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exoneratur. Et in explanatione septem Psalmorum poenitentialium exponens illud Psalmistae, Custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in domino: & citans illud Hieremiae, Bonum est uiro, quum portauerit iugum ab adolescentia sua: Sedebit solitarius, & tacebit: Iugum (inquit) est uerbum Dei mentis nostrae collo impositum, ut nec alta ceruice, aut nutibus procedamus oculorum, nec de accepta qualibet gratia inflemur, nec extollamus in altum cornu nostrum, nec aduersus Deum iniquitatem loquamur, sed in omnibus sicut Dei ministros nosmetipsos exhibentes, animas nostras humiliemus, & iuxta Apostolum, Imitatores Dei, sicut filij charissimi, existamus. Portandum autem hoc iugum ab adolescentia, ut iuuentutis annos congrua disciplinae correctione unusquisque praueuiat, ne si post decursam iuuentutis annos iugum tulerit, suorum stimuletur rememoratione peccatorum, & erroris usu, & peccandi consuetudine exagitetur, & nouis semper insurgentibus praelijs, eos in seipso sentiat impugnationum tumultus, per quos quotidie aut uictor existat, aut uictus. Nam si ab ipsis adolescentiae primordijs ceruicem uerbi iugo subdiderit, omnibus in seipso rite compositis, in pace sedebit. Sedebit quidem animae carne subiectis, & de tribunali rationis, quasi de iudiciaria sede, omnibus internis motibus, uelut quibusdam ciuibus, edicta proponens: sedebit (inquam) nullum metuens hostem, nullam sentiens impugnationem. Stare namque pugnantis est, sedere uero ferientis. Sedebit quoque solitarius, id est, ab omni carnalium desideriorum tumultu remotus. De hac solitudine Dauid dicit: Elongauit fugiens, & mansi in solitudine. Neque enim rex potentissimus, qui tot milibus populorum praerat, in solitudine habitabat. Habitabat autem in solitudine cordis sui, in qua nullos hostium spiritualium impetus, nullos peruerfarum cogitationum strepitus, nullos pateretur clamoris iniqui tumultus. Qui uero solitarius sedet, tacet, intelligens melius esse silere, quam loqui incaute. Hinc etiam scriptum est, Homo sapiens tacebit usque ad tempus. Prius namque oportet discere, quam docere. Ideo dictum est, Audi Israel. Neque enim prius dixit, Loquere, sed audi. Sed prophetae dictum est a domino: Sta super pedes tuos, & audi quaecumque loquor ad te. Qui audit, tacet. Tacet ergo, qui in lege domini meditatur die, ac nocte, & audit quid loquatur in eo dominus Deus, qui loquitur pacem in eos, qui conuertuntur ad cor. Et Ambrosius in oratione de obitu Valentianiani imperatoris: Bonum est (inquit) uiro, quum portauerit iugum graue in iuuentute sua. Sedebit singulariter, & silebit, quia tulit iugum graue. Et ille quidem se suarum uirtutum remuneratione solatur, eo quod in iuuentute sua labores absorbit, pericula multorum tolerauit. Iugum maluit graue emendationis propositi, quam molle illud, ac plenum delictorum inuid

rum inuidia mentis ceruice portare. Bene beatus plane, qui uel in senectute correxit errorem, beatus qui, uel sub ictu mortis animum conuertit ad uitium. Beati enim, quorum tecta sunt peccata, quia scriptum est: Desine a malo, & fac bonum, & inhabita in saecula saeculorum. Quicumque ergo deserit a peccatis, & fuerit ad meliora in quacumque conuersus aetate, habet superiorum indulgentiam peccatorum, quae fuerit uel patienti confessus affectu, uel corrigenti auerfatus ingenio, sed huic cum plurimis ueniae societas emerenda. Plurimi enim sunt, qui se a peccatis iuuentutis in senectute reuocare potuerunt. Rarus autem qui in iuuentute graue iugum seria sobrietate portauerit. Hoc est illud iugum, de quo dominus in Euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meum super uos. Si quis ergo antequam graui oneretur peccatorum sarcina tulerit iugum in iuuentute, singulariter sedebit, non cum plurimis conferendus, sed cum illo potest dicere, Quoniam tu singulariter in spe constituisti me. Sed forte dicas: Quomodo iugum graue dicit Hieremias, quum in Euangelio dominus dixerit, Iugum enim meum suauis, & onus meum leue est? Ac primum discite, quia Graecus iugum tantummodo posuit, non addidit graue. Tamen & illud aduerte, quia & si esset in Threnis, in Euangelio iugum suauis dixerit, & onus leue, non iugum leue. Potest enim graue iugum uerbi esse, sed suauis. Graue adolescenti, graue iuueni, cuius aetas est florulentior, ut nolit iugo uerbi subiicienda animi praebere ceruicem. Potest & graue uerbi iugum uideri praepondere disciplinae, austeritate correctionis, pondere abstinentiae, restrictioneque lasciuiae, suauis tamen esse fructu gratiae, spe remunerationis aeternae, purioris conscientiae suauitate. Tamen iugum uerbi suauis dixit, onus obedientiae leue, quoniam ei, qui iugum uerbi patienti ceruice susceperit, disciplinae onus graue esse non poterit. Qui ergo tulerit ad iuuentute iugum, singulariter sedebit, & silebit, reuelata sibi gaudens diuinae remunerationis aeterna mysteria. Aut certe silebit, non opus habens excusatione peccati, quod matura confessione praueuit, & propra correctione deposuit. Non enim dicitur huic, Quae in iuuentute non congregasti, quomodo inuenies in senectute? Potest autem & sic intelligi: Quoniam qui cito portauerit iugum uerbi, hoc est, ad iuuentute, non se miscebit cum iuuenibus, sedebit seorsum, & silebit, donec plena se perfectione uirtutis erudiat, & magnam induat animo patientiam, dabitque percutienti maxillam suam, etiam caedis contentus iniuria, ut madatis obsequatur caelestibus. Magnum est enim uel abstinere a uitijs iuuentutis, uel ea in ipso iuuentutis uestibulo derelinquere, atque ad saniora conuerti. Lubricae enim, & perplexae uiae sunt iuuentutis. Denique Salomon ait, Tria mihi impossibilia sunt intelligere, & quartum, quod non cognosco. Vestigia aquilae uolantis, & uias serpentis in petra, & semitas nauis nauigantis, & uias uiri in iuuentute. Dauid autem ait, Delicta iuuentutis meae, & ignorantias meas ne memineris. Iuuenis enim non solum fragilitate lubricae aetatis prolabitur, uerum etiam ignorantia caelestium mandatorum plerumque delinquit. Cito autem meretur ueniam, qui praetendit ignorantiam. Propheta itaque dicit, Delicta iuuentutis meae &c. Non dicit, Delicta senectutis meae, & scientiae meae ne memineris, sed quasi propheta, qui cito correxerit, & emendauerit uitia iuuentutis, aetatem, ignorantiamque praetendit.

De eodem iugo.

Cap. XXVII.

ET sermone secundo in Psalmum 118. exponens uersum illum, In quo corrigi iuuenior uiam suam? De Herode (inquit) dicitur, Ite dicite uulpi illi, quia deflexerat a uia recta, nec iter suum in iuuentute correxerat, dignus Hieremiae Threno, quo defletur peccatores, qui iugum uerbi in iuuentute suscipere recusarunt. Ideo captiui ducti sunt, ideo deplorantur tanquam mortui, quia uitae nescierunt semitas, & digna opera cadaverum busto non declinauerunt. Flens ergo mortem perpetuam Iudaeorum, dixit Hieremias: Bonum est uiro, quum tollit iugum in iuuentute. Sedebit singulariter, & silebit, quia tulit in se. Non solum tollere iugum uerbi, sed in iuuentute debemus tollere. Si enim sero tollamus, incipimus poenitentiam superiorum magis habere, quam tenere gratiam. Praueuiamus ergo iuuentutis annos correctione congrua. ut magis dicamus singuli, Deus qui pascit me ad iuuentute mea, quam recordationem habentes lapsuum, defleamus, dicentes: Delicta iuuentutis meae, & ignorantiae meae, ne memineris. Hoc debilitatis est remedium, illud robur salutis. Salutis medicina uulneri quaeritur, gratia sanitati, ideoque ait, Bonum est uiro, quum tollit iugum in iuuentute. Et autem, qui post decursam iuuentutis annos iugum tulerit, non est statim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata sua, exagitat conscientiam consuetudo peccandi, & usus erroris instabilem facit. Luctandum est diu huiusmodi uiro, ut abolere faciat inueterata, atque diuturna. Huic in periculo res est, illi in bono. Denique sedebit ille singulariter, quasi is, qui facile non inueniat aequalem, singularibus donatus praemijs, & silebit quietus, & feriat ab omni interpellatione mundanae sollicitudinis, & uoluptatis. & diuinis uacabit oraculis, quae solent singulariter sedentibus reuelari, sicut sancto Dauid, qui ait, Quoniam tu singulariter in spe constituisti me. Et hic quidem non in secreto solus sedebat, sed quum praesset populis, singulari tamen gratia praeminebat. Helias solus sedebat, quum ab Angelo, uel etiam coruis cibum deferentibus pasceretur. Solus, non solum secretus a turbis, ue-

N ij rumetiã

Psal. 31. a.
Psal. 33. b.
Psal. 36. c.
Matth. 11. d.
Psal. 4. b.
Matth. 11. d.
Iugum graue.
Iugum suauis.
Onus, obedientia.
Ecc. 25. a.
Prouerb. 30. c.
Psal. 24. b.
Psal. 118. b.
Luc. 13. g.
Thr. 3. c.
Psal. 24. b.
Thr. 3. b.
Psal. 4. b.
3. Reg. 17. d.

rumetiam segregatus à meritis plurimorum. Deniq; reuelationes illi diuinæ gratiæ refulgebant, cuius muneris fructum pro mercede adipisceretur, quia à iuuetute sua iugum uerbi suscipiendum putauit, nec trahenda longo diutius fune peccata. Potest iuuenior iste, qui fecit bonum, tollendo in iuuetute iugum uerbi, nondum perfectus, qui adhuc iunior segregans se à colloquijs æqualium, quæ plerunq; corrumpunt bonos mores, & contagia uolens fugere peccatum, ita intelligi singulariter sedere, & silere, ne rudis ætatis facilitate labatur, sed intendere seniorum præceptis, prophetarum oraculis, Apostolorum magisterijs, laudandus eo, quia prius uult loquedo cognoscere, quam proferre quæ sentiat, antequam loqui discat, timens ne multiloquio peccatū contrahat. Vnde puto & Pythagoram illum philosophum imitatore iuuenis huius prophetici instituisse sectam, ut discipuli sui quinquenio non loquentes, tanto silentio loqui discerent, quā præsertim & David superioris ætatis, quā Pythagoram fuisse non dubium sit, qui ait: Dixi custodiā uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā. Et quia forte aliquando aliquid locutus esset incautius, ideo postea poni ori suo custodiā postulauit. Esaiam quoq; Pythagoricis anteriorē fuisse quis nesciat? Qui quum audisset, Clama, non prius clamauerit, quā audiret quid clamare deberet. Respondit enim: Quid clamabo? Vnde dictum est ei: Omnis caro fœnum, uerbum autem domini manet in æternum. Et prophetica uoce clamauit. Vterq; igitur iuuenis prædicandus, ille tamen serius, hic cautus. Ille seipso contentus, & nūquam sibi solus. Iste pulchram ætati lubricæ disciplinam asciscens silentij, nec adhuc sibi abundans, sed alijs se timens credere, quærens tamen à iuuetute congregare, quæ in senectute & sibi, & proximis suis profint, ne dicatur ei: Quæ in iuuetute nō collegisti, quomodo inuenies in senectute? Ergo is, si in consilio seniorum sederit, manum adhibebit ori suo, ut audiens sententias colligat, quod sibi ad maturiorē seruet ætatem. Quæ admodum Maria, quum uerba Christi audiret, conferebat omnia hæc in corde suo. Quem admodum Ioannes quum caput suum supra pectus Iesu domini reclinaret, hauriebat profunda secreta sapiētiae. Et sermone decimonono in eundem Psalmū: Qui enim (inquit) à iuuetute iugū portauerit, & habens maturi moderaminis teneriora uolens colla subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellantium passionum, & quietus silebit, cui necesse est iam nō iurgari cum corpore, decertare cum uarijs cupiditatibus, quia tulit iugum uerbi anima, quæ quærit Deū, quæ captiua sibi fecit omnes delictas iuuetutis. Vnde fortasse & illud dominicum: Non clamabit, neq; contendet, neq; audiet quisquam in plateis uocem eius, non solum ad defensionis silentium, absolutio nisq; contemptum, & tolerantiam passionis, sed etiam ad compressiones omnium accipere possumus corporalium uoluptatū. Et diuus Hieronymus, Venite ad me omnes qui laboratis &c. Grauius onera esse peccati, & Zacharias propheta testatur, dicens iniquitatem sedere super talentum plumbi. Et Psalmista complorat: Iniquitates meæ grauatae sunt super me. Vel certe eos, qui grauissimo legis iugo premebantur, ad Euangelij inuitat gratiam. Iugum enim meū &c. Quomodo leuius lege Euangelium, quum in lege homicidiū, in Euangelio ira damnetur? Qua ratione Euangelij gratia facilius, quum in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia puniatur? In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri, plenissime docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, uiuet in eis. In Euangelio uoluntas quæritur, quæ etiam, si effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possumus, ne scilicet concupiscamus. Hoc in arbitrio nostro est. Lex quum uoluntatem non puniat, punit effectum, ne adulteriū facias. Finge in persecutione aliquam uirginem prostitutam. Hæc apud Euangelium, quia uoluntate non peccat, uirgo suscipitur, in lege quasi corrupta repudiatur. Et Theophylactus, Venite ad me omnes &c. Omnes uocat, non solum Iudæos, sed & gentiles. Per laborantes intellige Iudæos, ut facientes traditiones legis, & in operatione mandatorum legis fatigatos. Per oneratos autem gentiles, onere peccatorum oppressos. Hos igitur quiescere facit Christus. Credere enim, & confiteri, & baptizari quis labor? Quomodo autem non & quies, quandoquidem & hic nihil sollicitum esse oportet de ijs, quæ ante baptismū facta sunt, & alibi quies, te susceptura est? Tollite iugū meū &c. Iugū Christi, humilitas, & mititas. Qui igitur se humiliauerit omni homini, requiē inuenit, imperturbatus manens. Sicut uanæ gloriæ cupidus, & arrogans semper in curis est, nolēs quoquam minor haberi, sed cogitās quomodo magis glorificetur, & quomodo uincat inimicos. Iugum igitur Christi (humilitatem dico) leue est. Facilius est enim humili naturæ nostræ humiliari, quam sublimari. Dicuntur item & omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, tam & si ad breue tempus, grauiā uideantur.

De eodem iugo.

Cap. XXVIII.

Diuus quoq; Chrysostomus homil. 39. super Matthæum, antedicta uerba Euangelij, hoc pacto exponit: Venite ad me omnes &c. Non hic, aut ille, sed omnes, qui curis, qui peccatis laboratis, uenite ad me, non ut pœnas luatis, uerum ut dolores, peccataq; uestra resoluantur. Venite ad me, non quia glorificari me à uobis opus est mihi, sed quia salutem uestram maxime sitio. Ego (inquit) requiem uobis tribuā, non dixit, saluos faciam, sed quod maius est, in omni quiete constituam. Tollite iugum meū &c. Nolite igitur onus per timere. Suauitatis enim eximiam plenum est. Quomodo autem in superioribus dicebat angustam esse ianuam, & arduā tribulationis uiam, quando uidelicet desidia, quādo ignauia dissolutus es. Nam quādo, quæ dicta sunt, perfeceris, leue tunc erit onus. Quapropter magnitudine retributionis etiam nūc leue appellatur. Quomodo autē (inquit) quæ dicta sunt perficiā animo? Si humilitate sincera, si māsuetudine uera, si moderatione integra te cōmunies. Humilitas quippe uirtus est, & sublimioris philosophiæ mater. Et hoc in loco ab eo iterū exorsus, magnā pollicetur mercedē. Nō em̄ alijs (inquit) solū accommodus, atq; utilis fueris, sed tibi ipsi firmā, stabiliēq; requiē cōpræstabis. Inuenietis em̄ animabus uestris reatq; uictoriae præmium præbet, non solū, ut dictū est, uerētā quia seipsum exemplū nobis posuit, ut acceptior doctrina hæc sua, & gratior esset. Quid em̄ dubitas (inquit) ne minor, atq; despectior propter humilitatē uidearis? In me igitur respice, meaq; omnia hæc præcepta non ab alio, sed à memetipso discas. Ita enim & luce clarius patebit tibi, quā maximum bonum humilitas sit. Cōsidera quomodo his omnibus, ut humilitatem præcipuē colant, ipsis persuadet. Primò in his, quæ ipse peregit. Discite (inquit) à me, quoniam mitis sum. Deinde magnitudine retributionis. Inuenietis enim requiē animabus uestris. Præterea his, quæ ipse gratis offert. Ego enim (inquit) requiem uobis cōpræstabo. Ad hæc, quia facilem rem, atq; suauem esse approbavit. Suauem nanq; iugum est (inquit) & onus meū leue. Sic & Paulus persuadet, dicens: Quod enim momentaneum, & leue tribulationis nostræ est, per superabundantiam æternam grauedinem gloriæ operatur. Sed quomodo (inquit) leue hoc onus est, quum dicatur: Nisi quis odio habuerit patrem, ac matrem, & nisi quis tollat crucem suam, & sequatur me, nō est me dignus, & nisi quis omnibus rebus suis renunciauerit, non potest esse meus discipulus, quum iubeat ipsam quoq; animam esse tradendā, quomodo (inquam) leue est? Doceat te Paulus, dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, aut gladius? Et, Quoniam nō sunt condignæ passionis præsentis huius tēporis ad reuelandam in nobis gloriam. Doceant te illi, qui à synagogis Iudæorū post mille flagella, ac uerbera, summo gaudio affecti, ridebāt, quia uidelicet digni sunt inuenti, qui pro Christi nomine uerarentur. Quod si adhuc iugum, ac onus audiendo formidas nimium, atq; perhorrescis, non naturæ rerum huiusmodi timorem, sed ignauitæ totū attribuas. Nam si accinctus, & præparatus eris, & nulla desidia effeminatus, cūcta tibi facilia, leuissimaq; uidebuntur. Quapropter etiam Christus, ut quanta cura uigilandū esset, certiores nos redderet, non siluit onera, nec suauia tacuit, sed uerūq; complexus, & iugum dixit, & suauem appellauit, onus apposuit, & leue adiecit, & ne aut tanquam laboriosa nimium fugeres, aut tanquam nimium facilia contēpta prosequeris. Quod si post hæc omnia uehementer ardua, difficilisque tibi uirtus uidetur, ueniat in mentem tibi, quāto difficilior uirtus est, quod ipse occultius significat, quum antequam de iugo suo aliquid dixerit, Venite ad me omnes, exclamauerit, Qui laboratis, & onerati estis. Hinc enim ostendere uoluit, quāto laborem, quantum grauamen intolerabile peccatum hominibus afferat. Idcirco non qui laboratis solūmodo ait, sed etiam, qui onerati estis. Quod Psalmista significauit apertius, & naturam ipsius peccati descripsit, dicens: Sicut onus graue, grauatae sunt super me. Zacharias quoq; similiter plumbi talentum esse ait. Id etiam rerū experientia facile intelligimus. Nullo enim pondere grauius premitur anima, nihil tam uehemēter mētis restringit oculos, nihil magis deijcit, atq; prosternit, quā malè actæ uitæ, ac peccatorum conscientia, & recordatio. Nihil ecōtra sublimiorem, atq; altiore mētē hominis reddit, sicut iustitiæ, atq; uirtutis possessio. Quid enim intolerabilius esse uidetur, quā nihil penitus possidere? Quid grauius, quā mortē uolentia obire? Sed tamen hæc omnia, si rectē perpetiamur, leuia, & facilia, & honestæ uoluptatis affectiua constituuntur. Et in fine, Discite (inquit) à me, quia mitis sum &c. Omnium enim bonorum fons, atq; origo innocentia est. Non ergo pertimescas onus, nec ab eo iugo resillas, quo te Christus ab omnibus istis uēdicat, sed omni alacritate animi iugum hoc subeas, & tunc quā suauem sit, facillè cognosces. Nec enim terret crucem tuam, sed ornatus gratia imponitur, & ut discas ordine ad regiam uiam procedere, & præcipitia utrinq; uitare, ac facillè per angustam uiam lætus incedere. Quoniam ergo tot, tantaq; bona hoc iugum præbet, quoniam tāta securitate uallatum est, quoniam tanto gaudio replet, omni cura, studio, operaq; ipsa trahamus, ut & hic requiē animarū inueniamus, & futura beatitudine potiamur.

De eodem iugo.

Cap. XXIX.

Diuus quoq; Hilarius exponens illud Psalmistæ, In quo corrigit adolescens uiam suam, hoc pacto Hilarius. N iij pacto Psal. 119. b.

qui peccatis laboratis, uenite ad me, non ut pœnas luatis, uerum ut dolores, peccataq; uestra resoluantur. Venite ad me, non quia glorificari me à uobis opus est mihi, sed quia salutem uestram maxime sitio. Ego (inquit) requiem uobis tribuā, non dixit, saluos faciam, sed quod maius est, in omni quiete constituam. Tollite iugum meū &c. Nolite igitur onus per timere. Suauitatis enim eximiam plenum est. Quomodo autem in superioribus dicebat angustam esse ianuam, & arduā tribulationis uiam, quando uidelicet desidia, quādo ignauia dissolutus es. Nam quādo, quæ dicta sunt, perfeceris, leue tunc erit onus. Quapropter magnitudine retributionis etiam nūc leue appellatur. Quomodo autē (inquit) quæ dicta sunt perficiā animo? Si humilitate sincera, si māsuetudine uera, si moderatione integra te cōmunies. Humilitas quippe uirtus est, & sublimioris philosophiæ mater. Et hoc in loco ab eo iterū exorsus, magnā pollicetur mercedē. Nō em̄ alijs (inquit) solū accommodus, atq; utilis fueris, sed tibi ipsi firmā, stabiliēq; requiē cōpræstabis. Inuenietis em̄ animabus uestris reatq; uictoriae præmium præbet, non solū, ut dictū est, uerētā quia seipsum exemplū nobis posuit, ut acceptior doctrina hæc sua, & gratior esset. Quid em̄ dubitas (inquit) ne minor, atq; despectior propter humilitatē uidearis? In me igitur respice, meaq; omnia hæc præcepta non ab alio, sed à memetipso discas. Ita enim & luce clarius patebit tibi, quā maximum bonum humilitas sit. Cōsidera quomodo his omnibus, ut humilitatem præcipuē colant, ipsis persuadet. Primò in his, quæ ipse peregit. Discite (inquit) à me, quoniam mitis sum. Deinde magnitudine retributionis. Inuenietis enim requiē animabus uestris. Præterea his, quæ ipse gratis offert. Ego enim (inquit) requiem uobis cōpræstabo. Ad hæc, quia facilem rem, atq; suauem esse approbavit. Suauem nanq; iugum est (inquit) & onus meū leue. Sic & Paulus persuadet, dicens: Quod enim momentaneum, & leue tribulationis nostræ est, per superabundantiam æternam grauedinem gloriæ operatur. Sed quomodo (inquit) leue hoc onus est, quum dicatur: Nisi quis odio habuerit patrem, ac matrem, & nisi quis tollat crucem suam, & sequatur me, nō est me dignus, & nisi quis omnibus rebus suis renunciauerit, non potest esse meus discipulus, quum iubeat ipsam quoq; animam esse tradendā, quomodo (inquam) leue est? Doceat te Paulus, dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, aut gladius? Et, Quoniam nō sunt condignæ passionis præsentis huius tēporis ad reuelandam in nobis gloriam. Doceant te illi, qui à synagogis Iudæorū post mille flagella, ac uerbera, summo gaudio affecti, ridebāt, quia uidelicet digni sunt inuenti, qui pro Christi nomine uerarentur. Quod si adhuc iugum, ac onus audiendo formidas nimium, atq; perhorrescis, non naturæ rerum huiusmodi timorem, sed ignauitæ totū attribuas. Nam si accinctus, & præparatus eris, & nulla desidia effeminatus, cūcta tibi facilia, leuissimaq; uidebuntur. Quapropter etiam Christus, ut quanta cura uigilandū esset, certiores nos redderet, non siluit onera, nec suauia tacuit, sed uerūq; complexus, & iugum dixit, & suauem appellauit, onus apposuit, & leue adiecit, & ne aut tanquam laboriosa nimium fugeres, aut tanquam nimium facilia contēpta prosequeris. Quod si post hæc omnia uehementer ardua, difficilisque tibi uirtus uidetur, ueniat in mentem tibi, quāto difficilior uirtus est, quod ipse occultius significat, quum antequam de iugo suo aliquid dixerit, Venite ad me omnes, exclamauerit, Qui laboratis, & onerati estis. Hinc enim ostendere uoluit, quāto laborem, quantum grauamen intolerabile peccatum hominibus afferat. Idcirco non qui laboratis solūmodo ait, sed etiam, qui onerati estis. Quod Psalmista significauit apertius, & naturam ipsius peccati descripsit, dicens: Sicut onus graue, grauatae sunt super me. Zacharias quoq; similiter plumbi talentum esse ait. Id etiam rerū experientia facile intelligimus. Nullo enim pondere grauius premitur anima, nihil tam uehemēter mētis restringit oculos, nihil magis deijcit, atq; prosternit, quā malè actæ uitæ, ac peccatorum conscientia, & recordatio. Nihil ecōtra sublimiorem, atq; altiore mētē hominis reddit, sicut iustitiæ, atq; uirtutis possessio. Quid enim intolerabilius esse uidetur, quā nihil penitus possidere? Quid grauius, quā mortē uolentia obire? Sed tamen hæc omnia, si rectē perpetiamur, leuia, & facilia, & honestæ uoluptatis affectiua constituuntur. Et in fine, Discite (inquit) à me, quia mitis sum &c. Omnium enim bonorum fons, atq; origo innocentia est. Non ergo pertimescas onus, nec ab eo iugo resillas, quo te Christus ab omnibus istis uēdicat, sed omni alacritate animi iugum hoc subeas, & tunc quā suauem sit, facillè cognosces. Nec enim terret crucem tuam, sed ornatus gratia imponitur, & ut discas ordine ad regiam uiam procedere, & præcipitia utrinq; uitare, ac facillè per angustam uiam lætus incedere. Quoniam ergo tot, tantaq; bona hoc iugum præbet, quoniam tāta securitate uallatum est, quoniam tanto gaudio replet, omni cura, studio, operaq; ipsa trahamus, ut & hic requiē animarū inueniamus, & futura beatitudine potiamur.

1. Cor. 15. d.

Proverb. 10. c.

Pythagora discipuli quinquēnio silebant. Psal. 38. d.

Esa. 40. b.

Eccī 25. d.

Luc. 2. g. Ioan. 21. f. Ibr. 3. c.

Esa. 42. a.

Hieronymus. Matth. 11. d. Zacha. 5. c. Psal. 37. a. Iugū Euangelij quo pacto lege sit leuius. Act. 15. c. Deut. 4. a.

Præcipit Euangelij quæ possumus. Theophylactus

Iugum, humilitas, mititas.

Chrysostomus. Matth. 11. d.

Matth. 7. b.

Humilitas sublimioris philosophiæ mater. Matth. 5. a.

1. Cor. 4. d.

Iugum quomodo leue.

Luc. 14. f. Matth. 16. d. Luc. 14. g. Rom. 8. g. Rom. 8. d. A. 5. g.

Psal. 37. a. Zacha. 5. c.

Hilarius. Psal. 119. b.

paſto ſcribit: Omni quidem ætati optabile eſt ex his corporis ſui uitijs ad innocentie ſtadium transferri, quia & ſera ſcilicet emendatio utilis ſit obliuione uitiorum. Sed placitū Deo uirum propheta conformans, non expectat poſt longam, ac diuturnam criminum conſuetudinem, doctrine Dei, & præceptis timoris inſtitui, ſed rudes à peccatis annos, & ætatem adhuc criminum neſciam uult nō modo ſtudijs aliquando innocentie, ſed etiam ipſa adoleſcentie cōſuetudine imbui. Difficile eſt ab uſitatis deſinere, difficile eſt à familiaribus abſtrahi. Magnum in ſe cōſuetudo habet uinculum, & idcirco optimus ille fuerit cultor, quem nō modo delictorum remiſſio ſine crimine conſtituerit, ſed ipſa illa præſiterit uitiorum ignorantia. Nouit Hieremias propheta ætatis huius beatitudinem, dicens: Bonum (inquit) eſt iuueni uiro, quum fert iugum graue in iuuetute ſua. Sedebit ſingulariter, & tacebit. Non expectat frigefcentes ſenectutis annos, nec emortuam iam per ætatem uitiorum conſuetudinem, uult longi prælii militem, uult eum Chriſti ſeruū, quem ne ipſa quidem præteritorum criminum recordatio polluat. Nam in his, qui iam prouectioris ætatis crediderunt, ineſt quidem per donum gratie præteritorum indulgentia, ſed non abeſt per conſcientie naturam, geſtorum recordatio. Bonum (inquit) iuueni ferre iugū graue. Onus iſtud maturi ad obediendum anni ægreferunt. Cæterum ætas grauis oneris moleſtia per uirtutis incrementa nō ſentit. Sed ſuſcepto in iuuentute onere, quid faciet? Sedebit (inquit) ſingulariter, & tacebit. Rarus ipſe eſt, cum quo perfectio timoris Dei per annorum augmenta concreſcat, & idcirco ſingularis ſedebit, laſciuus adoleſcentie cœtus derelinquens, & ab ipſo ſenum nuper credentium cōſellu remotus, quia competit ſe non dicere, Delicta iuuentutis meæ domine, ne memineris. Silebit etiam congruam fidei, & iuuentuti exiſtimans taciturnitatem, non tumultibus negotiorum ſæcularium admixtus, ſed per moleſtiam (aliàs modeſtiam) tacens, ſola diuina ſacramentorum cognitione occupatus, & ſermones Dei tacita rerum, atq; operum obſeruatione cuſtodians. Et diuus Bernardus, in ſermone Petri, & Pauli Apoſtolorum primo, citans antedicta Hieremie uerba: Bonū eſt uiro, quum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. Illi (inquit) errauerūt, ſed iſte ſedebit ſemper. Illi enim errant corde, iſte autem non ſedet, ſed ſedebit ſolitarius, quum habuerit honorem ſingularitatis illius, uel delicta iudicarie poteſtatis inſigne, quod ſancti in terra poſſidebunt, quum lætitia ſempiterna erit eis. Quare? Quoniam leuauit ſe ſuper ſe, id eſt, quum adoleſcens eſſet, & ætatis lubricæ ſentiret ardores, ſenē induit, relinques quod erat, aſſumens quod non erat. Leuauit (inquit) ſe ſuper ſe, quia nō respicit ad ſe, ſed ad illum qui eſt ſuper ſe. Sedebit enim, & tacebit, etiam modo à ſtrepitu diabolice ſuggeſtionū, à ſtrepitu carnalium deſideriorum, à ſtrepitu mūdi. Felix anima quæ linguas iſtas non exaudīt, audiat licet illa multum felicior (ſi tamen aliqua eſt) cui penitus non loquuntur. Hæc eſt ſapientia quam Apoſtulus loquitur inter perfectos abſcondita in myſterio, quam nemo principū ſæculi huius cognouit. Sic me Apoſtoli & uiuere, & conſcendere docuerunt. Et Rupertus exponens illud Euāgelium, Venite ad me omnes qui laboratis &c. Quam uera ſint iſta, ille ſcit, qui experiri meruit, qui poſtquam laborauit, & oneratus fuit, uocem hanc audiuit inuitantis, & reſectus eſt. Exēpli gratiā Paulus Apoſtolus, qui dixit, quia ſcriptum eſt, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum, ſtatimq; ſubiunxit, Nobis autē reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, ipſe expertus eſt. Laborauerat enim in eo maxime quod adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos domini, perſequabatur eos uſq; ad mortem, alligans, & tradens in cuſtodias uiros, ac mulieres, & oneratus fuerat nō ſolum onere peccatorum, uerum etiam onere, quod portare contendebat ceremoniarum carnalium, quod neq; patres noſtri (ait Petrus Apoſtolus) neq; nos portare potuimus. Audiuit beatam inuitationē hanc, & uenit, & reſectus eſt. Non quidem iam tunc pleno conuiuio ſatiatus eſt, ſed paruo interim guſtu reſectus, donec ueniret quod perfectum eſt. Quid putas illa perfectio uel quantum habet ſuauitatis, quantum reſicit. Paruus iſte guſtus, uerè fateor, & non incertus (credo) quia nullo poteſt exprimi eloquio. Sentiri poteſt, edici non poteſt. Quātomagis illa perfectio? Et quotuſquiſq; eſt, qui illud quoq; quod ſequitur, digne poſſit apprehendere? Tollite (ait) iugū meū ſuper uos, & diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. O laborātes, o onerati, qui cum iugo peccati, & onere mortalitatis, quod commune eſt humano generi, regum quoq; uel dominorū dura imperia ſuſtinuiſtis, quales potius ferarum quam homines merētur dici, ſicut haſtenus apud Danielem præſignatum per quatuor facies ferarum, lænæ, & urſi, pardī, & illius ſine nomine beſtiæ terribilis, atq; mirabilis, dentes magnos, dētes ferreos habētis: o uos (inquā) deſeſſi, ac detriti iugo dominorū huiusmodi, uenite (ait) ad me, & ego reſiciā uos. Ecce facies mea facies eſt hominis, & ecce ego ſum ille filius hoīs, qui poſt illas feras ueni in nubibus cœli, & uſq; ad antiquū dierū perueni, antiquū dierū patrē meū, cui nunc conſitēs dico, quia abſcōdiſti hæc à ſapiētibus, & prudētibus, & reuelati ea paruulis. Nō ſum in feræ illæ, ſed homo ſum mitis, & humilis corde. Sub iugo illorū, nō hoīm, ſed ferarū laboraſtis, & onerati fuiſtis

Ibr. 3. c.

Pſal. 24. b.

Bernardus Ibr. 3. c.

Eſa. 61. c.

1. Cor. 2. b.

Rupertus. Mat. 11. c.

1. Cor. 2. c.

Ad. 9. a.

Ad. 15. b.

Dan. 7. a.

Dan. 7. b. Mat. 11. d.

rati fuiſtis, ſub iugo meo inuenietis requiem animabus ueſtris, quia iugū meum ſuaue eſt, & onus meum leue, ita ut ſcienter dicatis, quia noſſe me uiuere, & mihi ſeruire, regnare eſt.

Iumenta quid myſticè ſignificent.

Cap. XX.

Iumenta quid myſticè ſignificent, diuus Gregorius libro Moralium 11. capite ſecūdo, exponēs illud Iob, Interroga iumenta, & docebunt te, hoc paſto inſinuat: Quid per iumenta, niſi ſenſu pigriores, quid per cœli uolatilia, niſi ſumma, atq; ſublimia ſapientes, intelligere debemus? De iumentis quippe, id eſt, ſenſu pigrioribus ſcriptum eſt: Animalia tua habitabunt in ea. Et quia ſublimia ſapientes, in uerbis noſtri redemptoris euolant, ſcriptum eſt, Ita ut uolucres cœli ueniant, & habitent in ramis eius. Quid uerò per terram, niſi terrena ſapientes? Vnde & primo homini cœleſtia deſerenti, dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. Quid per piſces maris, niſi curiosos huius ſæculi debemus accipere? De quibus pſalmiſta ait: Volucres cœli, & piſces maris qui perambulāt ſemitas maris. Qui in magnis rerum inquisitionibus, quaſi in abditis fluctibus, latent. Dicit ergo: Interroga iumenta, & docebunt te, uolatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrant piſces maris. Ac ſi apertè dicat: Siue ſenſu tardiores, ſeu ſublimia ſapientes, ſiue terrenis actibus deditos, ſeu huius mundi occupatos inquisitionibus requirās, cuncta hæc creatorem omnium Deum fatentur, & de poteſtate eius concorditer ſentiunt, quamuis ſub ea nō concorditer uiuāt. Et libro 26. capite undecimo, expenens illud Iob, Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper uolucres cœli erudit nos, hoc paſto ſcribit: Iumenta terræ ſunt, qui uſu uitæ carnalis ima appetunt. Volucres uerò cœli ſunt, qui ſuperbæ curioſitatis ſtudio ſublimia perſcrutantur. Illi uiuendo ſe deponunt infra, quàm ſunt, iſti inquirendo ſe eleuant ultra, quàm poſſunt. Illos in infimis uoluptas deſcendit carnis, iſtos quaſi in ſuperioribus erigit libido curioſitatis. Illis per ſacra eloquia dicitur: Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Iſtorum ſuperbus labor increpatur, dum dicitur, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te, ne ſcrutatus fueris. Illis dicitur: Mortificate membra ueſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, cōcupiſcentiam malam. Iſtis dicitur: Nemo uos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciā. Docet igitur nos Deus ſuper iumenta terræ, & uolucres cœli, quia dū hoc quod ſumus, agnoſcimus, nec carnis nos infirmitas deſcendit, nec ſuperbiæ ſpiritus eleuat, nec deſluendo imis ſubiſcimus, nec ſuperbiendo de ſublimibus inflamur. Qui enim carne labitur, iumentorum appetitu proſternitur. Qui uerò extollitur mente, more uolucrum, quaſi leuitatis penna, ſubleuatur. Sed ſi uigilanter intēditur, ut & mētis humilitas, & carnis caſtimonia teneatur, cito cognoscimus, quia alterum cuſtoditur ex altero. Nam multis ſæpe ſuperbia luxuriæ ſeminarium fuit, quia dum eos ſpiritus quaſi in altum crexit, caro in infimis meſſit. Hi enim prius ſecreto eleuatur, ſed poſtmodum publice corruunt, quia dum occultis intumescunt motibus cordis, apertis cadunt lapſibus corporis. Sic ſic elati iuſta fuerant retributione feriendi, ut quia ſuperbiendo ſe hominibus præferunt, luxuriādo uſq; ad iumentorum ſimilitudinem deuoluantur. Homo quippe, quū in honore eſſet, nō intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quaſi ſcientiæ enim illos in altū penna ſubleuauerat, de quibus Paulus dicebat: Quia quū cognouiſſent Deum, nō ſicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerunt, ſed euauerūt in cogitationibus ſuis. Quomodo autē in iumentorum, aut pluſquā iumentorum uoluptatem deciderint, ſubdidit, dicens: Tradidit eos Deus in deſideria cordis ſui in immundiciā. Ecce caro meſſit, quos ſuperba ſcientia ſubleuauit, & à uolatu uolucrū, ultra appetitū lapſi ſunt iumentorum, atq; inde ſub ſe proſtrati ſunt, unde ſuper ſe ire uidebant. Curandū itaq; eſt, & omni cuſtodia mens à ſuperbiæ tumore ſeruāda. Nō enim ante oculos Dei uacuae trāſuolant cogitationes noſtræ, & nulla momenta temporis per animū trāſeunt ſine ſtatu retributionis. Intus ergo uidet Deus, quod mentē eleuat, & idcirco permittit foris inualeſcere, quod deponat. Hinc quippe per Oſee contra Iſraēlitas dicitur: Spiritus fornicationis in medio eorū, & dominū non cognouerūt. Qui ut oſtenderet, quod cauſa libidinis ex culpa prorūperet elationis, mox ſubdidit, dicens: Et reſpōdebit arrogantiā Iſraēl in faciem eius. Ac ſi diceret: Culpa, quæ per elationē mentis in occulto latuit, per carnis luxuriā in aperto reſpōdit. Proinde per humilitatis cuſtodia ſeruāda eſt mūdicia caſtitalis. Si enim piē ſpiritus ſub Deo premitur, caro illicitè ſuper ſpiritū non leuatur. Habet quippe ſpiritus cōmiſſum ſibi dominū carnis, ſi tamen ſub Deo recognoſcit iura legitime ſeruitutis. Nā ſi autorē ſuum ſuperbiendo cōtemnit, iure & à ſubiecta carne prælium ſuſcipit. Vnde & ille primus inobediens mox ut ſuperbiendo peccauit, pudenda contexit. Quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. Et qui autori ſuo eſſe ſubditus noluit, ius carnis ſubditæ, quam regebat, amiſſit, ut in ſeipſo uidelicet inobediētiæ ſuæ conſuſio redundaret, & ſuperatus diſceret, quid elatus amiſſet. Quia igitur mentis elatio ad pollutionem pertrahit carnis, reprobatorum cor à uolatu uolucrum, ad petulantiam mergitur iumentorum. Sancti autem uiri, ne appetitu beſtiali ad luxuriæ

Gregorius. Iob 12. b. Iumenta, ſenſu pigriores. Volatilia cœli, ſublimia ſapienter. Pſal. 67. b. Mat. 13. d. Terra, terram ſapientes. Gen. 3. d. Pſal. 8. b. Piſces maris, curiosi huius ſæculi. Iob 35. b. Iumenta terræ, appetentes ima. Volucres cœli, ſuperbè ſublimia perſcrutant. Pſal. 31. c. Ecc. 3. c. Colof. 3. a. Colof. 2. b.

Pſal. 49. c.

Rom. 1. c.

Ibidem.

Oſee 1. b.

Gen. 3. b.

uoraginem deuoluantur, sollicitè cogitationes mentis à superbâ uolatu custodiunt, ac ne in infima despiendo, corruant, omne quod sublimiter sapiunt, humiliter premunt. Rectè itaque dicitur: Qui docet nos super iumenta terræ &c. Quod quidem intelligi & aliter potest. Nam sicut uocamentorum uocabulo signatur uita hominum carnis adhuc motibus subditorū, ita appellatione uolucrum figuratur elatio spirituum superbiorum, ut per iumenta quidem terreni homines, per uolucres uerò dæmonia designentur. Vnde cum semina dominus iuxta uiam diceret cecidisse, subiungit: Venerunt uolucres cœli, & comederunt ea, nimirum per uolucres signans aëreas potestates. Sancti autem uiri, quia nec infima hominum exempla appetunt, nec rursum dæmoniacâ subtilitate falluntur, & super iumenta terræ, & super cœli uolucres, uirtute eruditionis excrescunt. Super iumenta enim terræ edocti sunt, quia quicquid in imis potest ambiri, despiciunt. Super uolucres quoque cœli eruditi sunt, quia potestates aëreas, quas adhuc per carnis infirmitatem tolerant, iam uitæ meritis calcant, quia omnes etiam immundorum spirituum insidias comprehendunt. Paulus iam super iumenta terræ edoctus fuerat, dicens: Multi enim ambulat, quos saepe dicebam uobis, & nunc flens dico, inimicos crucis Christi &c. quorum finis interitus, quorum Deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Et rursum super uolucres cœli eruditum se nouerat, quum dicebat: Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus? Sub se iumēta cernebat, quia uidelicet in terra adhuc positus, calcabat mores hominum, qui in infimis cōuersabatur. Et rursum uolatum uolucrum meritorum dignitate transcendērat, quia subiturus cœlestia, iudicaturū se Angelos nō ignorabat. In illis immundorū infima, in istis superbiorū summa calcabat. Illud autē Ioel. Cōputerunt iumēta in stercore suo, expositū est in dictione, Incēsum,

Iumēta, terreni homines.
Volucres, dæmonia.
Math. 13. 4.

Philip. 3. d.

1. Cor. 6. 4.

Ioel. 1. d.

De eisdem iumentis,

Cap. XXXI.

Psal. 35. b.
Rom. 1. 1. a.
Zachar. 2. b.

Psal. 86. a.
Psal. 47. a.
Psal. 51. b.
Psal. 22. a.
Homines, Iudæi
Iumēta, gētiles.

Homines, scripturarum scientia eruditos.
Iumenta, simplices credentium.
Psal. 35. b.
Ioan. 10. c.
Zachar. 8. b.
2. Cor. 6. d.
Homines, rationales.
Iumenta, simplices.
Psal. 35. b.
Ioan. 14. d.
Michæ 7. g.
Hier. 9. b.
1. Cor. 3. b.
Zachar. 14. c.

DE iumentis quoque scriptum est, Homines, & iumenta saluabis domine &c. hoc est, rationabiles, irrationabilesque personas (ut diuus inquit Hieronymus) iuxta illud Apostoli: Sapiētibus, & insipientibus debitor sum. Et diuus Hieronymus exponens illud Zachariæ, Absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius: Nos (inquit) iuxta spirituale sensum hæc omnia interpretamur in ecclesia, quæ absque muro, uel (sicut Lxx. translulerunt) κλειρωματός, id est, frugifera habitabitur, & habeat multitudinem hominum, ac iumentorum, & dominus ignis sit in circuitu eius, & ipse in medio illius uersetur in gloria. Ista est ciuitas, de qua alibi legitur: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Et rursum: Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. In hac quicumque habitat, dicere potest, Ego autem sicut oliua frugifera in domo Dei. Et, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquas refectiois educauit me. Et habitabitur (inquit) Hierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum absque muro (siue frugum omnium abundantia.) Quidam homines, & iumēta duos populos interpretantur, Iudæorum, ac gentilium, quod illi qui in lege uersati uenerunt ad fidem Christi, homines appellati sint, nos autem qui post idololatriam quasi in deserto legis, & solitudine fuimus prophetarum, & eius recepimus passionem, iumēta dici debeamus. Alij autem rationabiles quosque, & scripturarum eruditos scientia, homines intelligi uolunt: iumenta uerò simplices quosque credentium, & de his dici, Homines, & iumenta, saluos facies domine. Hæc iumēta, & hæc animantia audiunt boni pastoris uocem, & cognoscunt, & sequuntur eum. Et ego ero ei (ait dominus) murus ignis in circuitu, ut credentes, & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & possint spiritu esse feruentes. Et exponēs illud Zachariæ, Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, hoc modo scribit: Siquidem antequam domus Dei in nobis fundamenta iaciantur, & ædificemur templum Deo, & audiamus ab Apostolo, Vos estis templum Dei, & spiritus sanctus habitat in uobis, quicquid boni operis habere uideamur, siue rationales, qui appellantur homines, siue simplices, qui iumenta dicuntur: (homines enim, & iumenta (inquit) saluos facies domine) mercedem nō habet apud Deum, & sunt in nobis bella, atque discordiæ, & ubique tribulatio, & sine pace Christi, quam ad patrem uadens, Apostolus dereliquit, impleturque in nobis domini sententia, Inimici hominis domestici eius. Omnis enim fraus supplantatione supplantat, & omnis amicus fraudulenter incedit, ueritatem non loquitur. Didicit lingua eorum loqui mendacium. Quod si conuertamur ad Christum, & templum eius efficiamur, statim audiemus Apostolum proclamantem, Vnusquisque accipiet propriam mercedem iuxta laborem suū. Et in eodem propheta scriptū est: Et sic erit ruina equi, & muli, & camel, & asini, & omnium iumentorum, quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. ubi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Dicamus iuxta cœptam tropologiam, quod idcirco omnia mala corruant, quæ prius contra Ecclesiam dimicauerunt, ut bona repente consurgant. Denique qui prius equus fuerat, hinniens

hinniens ad uxorem proximi sui, & impatiēs ad libidinē ferebatur, & iacebat in turpitudine uoluptatum, quū sequi cœperit castitatē, dicitur ad eum: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Iuxta hūc sensum mulos accipiamus, qui steriles sunt, & nō procreant filios, sed uoluptate lasciuūt, de quibus Psalmista cōmemorat, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad libidinē equi appellatur, sic mulos iuste uocabimus, qui uirgines sunt carne, & nō spiritu, qui eunuchizantur nō propter regna cœlorū, sed propter hominū uoluptatē. Quū igitur isti muli, & isti eunuchi uersi fuerint in progeniē, & spirituales filios procreauerint, audiēt per Esaiā, Hæc enim dixit dominus eunuchis, qui custodierint sabbata mea &c. Cameli sunt omnes peccatores terræ, qui graui peccatorū sarcina deprimuntur, & uidētur sibi sanctas scripturas legere, sed unguā nō fundunt, ruminātes eloquia diuina, & ea quæ scripta sunt negligēt. Rectius autē camelus dici potest populus Iudæorum, qui & ipse legē dei meditatatur, & eam ruminat, & uoluit in pectore, sed nō diuidit unguā, ut credat in patrem, & filiū, & in eo immundus est, quod nequaquam separat literā à spiritu, umbrā à ueritate, & portat legis onera. Asinus fuit, qui quondam ferebatur infrānis, & immūsus erat, & multos habebat dominos, & per præcipitia labebatur, ut corruens repente cōsurgeret, & portaret dominū saluatorē, & ingrederetur in sanctā Hierusalem. Omnia quoque iumēta, & animantia, quæ uno nomine propheta cōprehendit, pro singulorū naturis interpretada sunt. Et in epistolā ad Galatas cap. 5. exponit illud Psalmistæ, Homines, & iumēta &c. Homines (inquit) rationabiles quosque, & spirituales uiros, animalia uerò eos, qui tardioris ingenij sunt, & à spiritualibus ad agenda domini sabbata erudiuntur. Et Origenes homilia tertia super Leuiticum, antedicta Psalmistæ exponens uerba, hoc pacto scribit: Hi, qui uerbi dei, & rationalis instituti studiū gerunt, homines appellantur: qui uerò absque huiusmodi studijs uiuūt, & scientiæ exercitia non requirunt, fideles tamen sunt, animalia quidem, sed munda dicuntur.

Ephef. 5. d.

Psal. 31. c.
Equi, proni ad libidinem.

Muli, uirgines carne, non spiritu.

Esa. 56. b.

Cameli, peccatores graui deopressi peccatorum sarcina.

Camelus, Iudæorum populus.

Asinus infrānis, gētilium populus.

Homines, rationales, & spirituales.

Iumenta, tardioris ingenij.

Quid iuniperus mysticè significet.

Cap. XXXII.

Quid iuniperus mysticè significet, Gregorius declarat lib. Moral. 20. cap. 9. & 10. exponens illud Iob, Et radix iuniperorū cibus eorū: Arbor (inquit) iuniperi pro filijs pūctiones habet. Sic quippe sunt hirsuta quæ profert, ut spinis similia contrectantem pūgere ualeant, Spina uerò est omne peccatū, quia dū trahit ad delectationem, quasi pūgendo lacerat mētem. Vnde iusti uoce, & pœnitētis dicit: Cōuersus sum in ærūna mea, dum cōfringitur spina, quia scilicet mens ad lamenta uertitur, ut peccati pūctio pœnitendo frangatur. In translatione uerò alia, non confringi, sed configi spina perhibetur, quod uidelicet ab eodem sensu nō dissonat, quia pœnitētis animus ad luctum ducitur, dum perpetrata culpa in memoria fixa retinetur. Quid ergo per radicem iuniperi, nisi auaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinae producuntur? De qua per Paulū dicitur: Radix omnium malorum est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed pūctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas uidelicet pūctiones ab hac radice surgentes, statim prædicator egregius insinuat, quum subdit: Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice pūctiones. In iuniperis ergo peccata, in radice uerò iuniperorum, quid aliud quàm auaritiam, id est, materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumque hæretici sola in uerbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant, quia peruersa astruunt, sed erroris prædicamenta non deferunt, dum sumptus percipere quasi doctorum uolunt, bene de eis sancti uiri nunc uoce dicitur: Et radix iuniperorum, erat cibus eorum, quia dum totis mentis suæ sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento uescuntur, de quo nasci proculdubio peccatorum sequentium pūctiones solēt. Qui si quando in sacro eloquio quædam quasi prudenter inueniunt, quæ, dum non intelligunt, pro suis esse assertionibus, suspicantur, mox miseris auditoribus suis, quorum non animas, sed substantias appetūt, hæc uociferantes aspergunt. Vnde congruè subinfertur: Qui de cōuallibus ista rapiunt, quum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. De conuallibus ista rapiunt, quia hæc de humilibus dictis patrum superbo spiritu colligunt. Quæ dum pro suis se partibus inuenisse gloriantur, ad eam clamoribus currunt, quia uidelicet omne quod sentiunt, appetitu laudis ad aures hominum diffamare conantur. Et in libro Regum scriptum est: Misitque Iezabel nunciū ad Heliam, dicens &c. Timuit ergo Helias, & surgens abiit quocumque eum ferebat uolūtas. Quumque uenisset, & sederet subter unam iuniperum, petiuit animæ suæ ut moreretur. Et infra: Et obdormiuit in umbra iuniperi &c. Quæ uerba enarrās Rupertus in commentarijs, hoc pacto scribit: Nunquid casu hæc gesta sunt? Nō utique, sed mysterijs prophetis plena sunt. Helias qui supra in spiritu fortitudinis agēdo, Dei, & dñi secundū nomē suum typū gerebat, ipse hoc loco in infirmitate sua, generis hominū figurā gestabat, ibi capitis, hūc mēbrorū mysteriū est. Iezabel, quæ mortē Heliae intentat, mors æterna est, quæ per peccatū in hūc mundum introierat. Hæc quicumque fugit, sedet subter iuniperum, id est, cōfugit ad sanctum & uiuificum crucis dominicæ lignum. Currit ad baptismum, poscit dominicæ passionis

Gregorius.

Iob 30. a.
Spina, omne peccatum.

Psal. 31. a.

Radix iuniperi, auaritia.

1. Timot. 6. a.

Iuniperi, peccata.

Iob 30. a.

3. Reg. 19. a.

Rupertus.
Helias, Christus.

Iezabel, mors æterna.

Iuniperus, uisus cū crucis ligno.

passionis sacramentum. Illic ambit mortem, illic festinat commori Christo, ne ab Iezabel occidatur, complantari similitudini mortis Christi, ne in aeterna morte detineatur. Projicit ergo se in umbra iuniperi, & obdormiscit, id est, subiicit se cruci Christi, & commoritur illi. Omnes (inquit Apostolus) quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Inde surgens inuitatur ab Angelo domini ad prandium, id est, percipit a sacerdote dominici corporis, & sanguinis sacramentum. Illud comedit, & bibit, & tamen rursus obdormiscit. Quamuis enim Christo comoratus, mortem aeternam euaserit Christianus, temporalis tamen morte corporis est moriturus. Sed rursus Angelus domini reuertitur, eumque iterato inuitat ad manducandum, & bibendum. Surgit enim omnis qui dormit, ueniente Christo in iussu, & in uoce Archangeli, & in tuba Dei, & manducabit deinceps semel tantum, & semper panem uerum, panem Angelorum, facie ad faciem uidentem Deum. In fortitudine illius cibi ambulauit ad montem Dei quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, id est, perseverabit in coaeternitate Dei cunctis diebus, imo sine fine cum Angelicis spiritibus. Et in Osee, ubi scriptum est: Ego ut abietem uirentem, ex me fructus tuus inuentus est, lxx. habent; Ego sicut iuniperus condensa, ex me &c. Vbi diuus Hieronymus hoc pacto scribit: Certè ego ero quasi iuniperus condensa, ut sub mea umbra requiescat. De iuniperis iuxta lxx. interpretes Salomoni ianuas templi fecisse memoratur, quia Christus, per quem ad patrem accedimus, hanc habet naturam, ut semper floreat, semper novos afferat fructus, & nunquam deponat uirorem suam. Hanc iuniperus sub umbra sua quiescentibus, ne mundi huius ardore feriantur, & percutiat aestus caput eorum, sicut quondam percussit & Ionas, dat fruges, & non solum dormientibus requiem, & sedentibus, sed & saturitatem uescientibus praebet. Et exponens illud Iob, Et radix iuniperorum erat cibus eorum; Radix iuniperorum nihilominus alitur, arborum scilicet longa aetate uiuentium, & in quarum lignis multo diutius ignis, quam in caeteris durat. Ista sunt ligna, quae arceuthina appellantur. Sub arborum harum uocabulo, magnos quoque nomine in populo Iudaico intelligere possumus, quorum praedicti doctores intima uiscerum depascuntur, furando eis praedicatione legis praeteritae, bonum gratiae Christi.

Galat. 3. d.

Osee 14. d. Hieronymus,

Iob 39. d.

INCIPIIT LIBER NONVS, AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSVS.

Labia Dei quid mystice significant.

Cap. I



Abia Dei, sunt eius iudicia, ut diuus inquit Gregorius lib. Moral. 10. cap. 4. exponens illud Iob, Vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi; Ipse (inquit) sibi homo loquitur, quum per hoc quod sentit, nequaquam diuinitatis spiritu a carnalis prudentiae intellectu separatur, quum caro sensum exerit, & mentem quasi ad intelligentiam prouocans, foras mittit. Vnde & adhuc Petro terrena sapienti, ueritas dicit: Non enim sapis quae Dei sunt, sed quae hominum. Cui tamen recta conscientia, dicitur: Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Quid autem Dei labia, nisi iudicia eius accipimus? Clausis namque labijs uox premitur, & sensus tacentis ignoratur, apertis autem, sermo, dum promittitur, animus loquentis innuitur. Labia itaque sua Deus aperit, quum uoluntatem suam hominibus per aperta iudicia ostendit. Quasi enim referato ore loquitur, quum remota obscuritate dispositionis intimae, renuit occultare quod uult. Nam uelut clausis labijs sensum nobis suum non indicat, quum per occulta iudicia cur quid faciat, celat. Dicit ergo, Vtinam Deus &c. Ac si patet dicat: Imperitia tua potius, quam poenae copator, quia sola carnis prudentia praeditur, a ueritatis te spiritu uacuum agnosco. Si enim Dei iudicia occulta cognosceres, tam procaces contra illum sententias non sonares. Labia autem ecclesiae sunt praedicatorum, iuxta illud: Sicut uitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Quae uerba diuus Greg. enarras, hoc pacto scribit: Iidem praedicatorum labia ecclesiae dicuntur, quia nimirum per eos populis praepcepta uitae loquitur. Qui bene sicut uitta dicuntur, quia dum fluxas cogitationes in cordibus hominum suis praedicationibus restringunt, quasi sparsos crines, ne immoderate diffluant, reprimunt. Sed quid est, quod non tantum uittae, sed coccineae comparantur, nisi quia per coccum flamma charitatis intelligitur, qua illi ardet, & per eos alij accenduntur? Per quos eloquium sanctae ecclesiae dulcoratur, quia, dum quae dicunt, faciunt praedicationes suas hominibus, quasi sapidas escas apponunt. Et eodem capite scriptum est: Fauus distillas labia tua sponsa. Quae uerba idem Greg. hoc pacto exponit: Praedicatorum ecclesiae bene labia sponsae dicuntur, quia per eos populis loquitur, & per eos ad fidem paruulique erudiuntur, dum per eos occulta scripturae, quasi cordis latentia, manifestantur. In fauo autem mel latet, & cera uidetur. Recte ergo labia sponsae fauus uocatur, quia dum in carnis fragilitate sapientia magna habetur, quasi mel in cera absconditur. Quando uero electus quisque praedicat, quando caelestia gaudia nescientibus reuelat, tunc fauus distillat, quia quanta dulcedo sapientiae in corde lateat, per oris fragilitatem audientibus manifestat. Vnde scriptum est: Habemus thesaurum istum in uasis

Iob 11. d. Labia Dei, iudicia Dei.

Matth. 16. d. Mar. 3. d. Matth. 16. c.

Cantic. 4. a. Labia, praedicatorum. Vitta, sermo praedicationis fluxas restringens cogitationes. Coccus charitatis flamma. Cantic. 4. c. Fauus, sapientia dulcedo.

2. Cor. 4. b.

uasis fictilibus. Et eodem lib. cap. 5. scriptum est: Labia illius lilia stillantia myrrham primam: Quid enim (inquit) labia sponsi, nisi ipsos, quos dicimus praedicatorum Christi, intelligimus? Qui dum mortis martyrum populis praedicant, quasi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum distillant. Quae myrrha bene prima esse dicitur, quia nullus sic mortificatur, quomodo ille, qui pro Christo martyrio finitur. Primam enim dixit, non pro tempore, sed pro dignitate. Quid est, quod labia sponsi lilia esse dicuntur, nisi quod illi, per quos Christus loquitur, necesse est, ut mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur? De quibus erat Apostolus Paulus, qui dicebat: Bonus odor sumus Deo in omni loco, & in his qui pereunt, & in his qui salui fiunt. Et eodem libro capite septimo, hoc modo scribitur: Dignum dilecto meo ad potandum, labijsque, & dentibus illius ad ruminandum. Tale est sponsae uinum, ut dignum sit dilecto ad potandum, quia, dum sancta ecclesia fidem ueram praedicat, dum auditores suos ad sancta opera excitat, dum solum Christum diligere, imitari, amplecti, bonum esse uerbis, & operibus demonstrat, quid aliud, quam uinum suum dignum facit, ut in ore sponsi dulce sapiat. Quod bene Christus potare dicitur, quia a corpore suo, id est, a populis fidelibus amabiliter potatur. De quo notandum est, quod omnes potant, sed labia sola, & soli dentes ruminant, quia, dum ecclesia per sanctos suos praedicat, omnes quidem audiunt, sed non omnes quanta sit uirtus sententiarum, quae dicuntur, discernunt. Labia uero, & dentes ruminant, quia, dum perfectiores quique post auditum uerba ad memoriam reuocant, dum audita quaeque exercitatione assidua cogitant, quasi ad os reuocantes quod sumpserunt, quanta sit uirtus cibi, quem comederunt, sentiunt. Idcirco in lege scribitur, quia animal quod non ruminat, immundum habetur, quia quisquis bona, quae audit, siue legit, non recogitat, uacans a sanctis cogitationibus, necessario immundas congregat. De labijs autem mensarum scribit diuus Greg. homilia prima super Ezechiel, exponens illud Ezechielis, Et labia eorum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum: Quid est hoc (inquit) quod mensarum labia palmo metiunt, nisi quod in palmo manus tenditur, & sancti patres, atque doctores ea praedicant, in quibus auditorum opera tenduntur. Quasi enim manum extendimus, quum opera nostra dilatamus. Loquatur ergo unusquisque doctor, cor audientis exercent, ocioforum torpori excutiat. Quos dum ad bona opera tetenderit, palmum se habere in labijs ostendit. Pensandum quoque, quia in palmo digitus maior, ac minimus tenditur. Quid uero in maiori, ac minimo digito, nisi magna, & extrema actio designatur? Palmum ergo mensae in labijs habeat, quatenus in doctorum suorum praedicatione auditor euigilet, & sic ex eorum admonitione magna opera faciat, ut agere & minima non omittat. Sic minimis intentus sit, ut piger in agendis maioribus non sit. Vnde per Euangelium ueritas dicit: Vae uobis scribae, & Pharisei hypocritae, quia decimatis mentem, & anetum, & cyminum, & relinquitis quae grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hanc oportuit facere, & illa non omittit. Per iudicium quippe & misericordiam, & fidem, maior digitus operationis ostenditur: per mentem uero, & anetum, & cyminum, digitus proculdubio minimus figuratur. Hanc ergo oportuit facere, & illa non omittit, quia si opus nostrum palmo metiri uolumus, sic necesse est, ut tendatur minimus, quatenus maior digitus non attrahatur. Bene autem, quum mensarum labia metiuntur, & mensura palmi dicitur, additur, unius, ut ex doctorum praedicatione sicut unitas tenetur in fide, ita quoque unitas mentium seruetur in opere, ne per opus bonum, quod alter agit, alter ad discordiam malum prorumpat. Ita etenim bona facere opera debemus, ut per haec quoque cum his, cum quibus uiuimus, unanimitatem recte (ut possumus) conseruemus, id est, non deserendo quod agimus, sed praueniendo bonis persuasionibus malum discordiae, quod timeamus. Sic in suis operibus unitatem palmi custodiens Paulus discordiam generari prohibebat, quum quendam lapsus, atque ab ecclesia abiectum iam uelle recipere Corinthios uideret, dicens: Si cui aliquid donastis, & ego. Nam & ego si quid donauim, propter uos in persona Christi, ut non circumueniamur a Sathana, qui uidelicet solet de bonis mala generare, & hoc, quod per charitatem agitur, ad discordiam trahit. Vnde & mox de ipso subiecit, dicens: Non enim ignoramus cogitationes eius. Pensandum uero est ualde quod dicitur, quia earundem mensarum labia interiorius sunt reflexa. Tunc enim mensarum labia intrinsecus reflectuntur, quando doctores ad conscientiam reuocant tacita cogitatione quod dicunt, quando semetipsos subtiliter perscrutantur, si faciant quod loquuntur. Recte autem additur, per circuitum, ut non in una qualibet se parte cōsiderent, atque ex alia semetipsos perpendere praetermittant, sed ubique semetipsos inspiciant, & inquam praualent, studeant singula opere implere quae docent, ne si praedicantes, facere bona dissimulant, sui uastatores sint, cultores alieni. Hinc scriptum est, Cuius messum famelicus comedit. Messum quippe doctoris, qui bona loquitur, sed non operatur, famelicus comedit, quia is, qui panem iustitiae esurit, operatur mandata, quae audit, & ipse fructum non habet, qui seminando laborauit. Hinc Salomoni ait: Abscondit piger manum suam sub axilla, nec ad os suum porriget eam. Nemo ita piger est, ut ad os manum comedendo reducere, laborem putet. Sed piger nec ad os manum suam porrigit, qui nec hoc uult operari, quod dicit. Hinc iterum de bene docentibus, & male operantibus, dicitur: Filij Esau intēdentes arcum, & mittētes sagittas, cōuersi sunt in

Cantic. 5. d.

Myrrha, mors martyrum.

2. Cor. 2. d. Cantic. 7. d.

Leuit. 11. d.

Gregorius. Ezech. 40. f. Palmus, opus excensum.

Digitus maior ac minor, actio magna, & extrema.

Matth. 23. c.

Unitas fidei, ac mentium in opere.

2. Cor. 2. c.

Ibidem. Ezech. 40. f.

Iob 5. a.

Prouer. 19. d.

Psalm. 77. b. sunt in

sunt in die belli. Intendunt arcum, atq; sagittas mittunt, qui scripturæ sacræ sententias proponunt, & uerbis rectis auditorum uitia feriunt. Sed conuertuntur in die belli, quia post semetipsos redeunt in tentatione uitiorum, & peccatis opponere non uolunt, quia in tentationum certamine non resistunt. Hinc iterum dicitur: Auertisti adiutorium gladij eius &c. cuius expositionem habes in dictione, Gladius.

Labrusca, & lac, quid mysticè significant.

Cap. II.

DE labrusca scriptum est: Et expectaui, ut faceret uuas, & fecit labruscas. ubi diuus Hieronymus hoc modo scribit: Pro labruscis, quas nos uertimus, in Hebræo scriptum est Beuscim, quod Aquila interpretatus est σάμπιας, id est, fructus pessimos, Symmachus βτελν, hoc est, imperfectos, Lxx. & Theodotio βεαυβας, id est, spinas, quibus Iudæi dominum coronauerunt. Illo enim expectate, ut uindemix tempore deferrent uuas ad torcularia, pro quibus octauus, & octogesimus, & octogesimus tertius psalmus habet titulos, isti se curis, & uitij saculi demergentes, quæ in Euangelio spinæ interpretant, blasphemiarum stimulos obtulerunt. Puto autem melius esse Beuscim labruscas, quam spinas intelligi, ut cœptæ translationis similitudo seruet. Vnde saluator dicit in Euangelio: Nūquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Et paulo inferius: An quod expectaui, ut faceret uuas, & fecit labruscas? Illis tacentibus, sibi ipse respondet, Nisi forte in hoc erraui, quod pro labore meo expectaui, ut faceret uuas, non labruscas, quas inculta, ac deserta uinea afferre consueuit. Nec uero τευτολογία est, ut plerique existimant, in eo quod ait, An quod expectaui &c. Supra enim apud se tacitus loquitur, hic autem quod cogitauerat, alios interrogat. Exponit autem ipsemet propheta quod dixerat: Et expectaui, ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Expectaui autem Deus, ut populus Iudæorum faceret iudicium, id est, uuas, & fecit iniquitatem, id est, labruscas. Et expectaui iustitiam, ut largitorem tantorum munerum a patre missum susciperet, & fecit clamorem, quo uociferatus est contra dominum, & clamauit, dicens: Tolle, tolle, crucifige eum. Vel certe, quoniam iusti sanguinem fuderat, & sanguis dominicæ passionis clamabat ad dominum, propterea clamorem pro iustitia reddiderunt, iuxta illud quod in Genesi legimus, Vox sanguinis Abel fratris tui clamat ad me. Et rursum scriptum est: Quia dereliquisti Deum saluatorem tuum, & domini auxiliatoris tui non es recordata, propterea plantabis &c. In die plantationis tuæ labrusca: Quia oblita es terra Iudæa Dei saluatoris tui, & eius qui semper tibi præbuit fortitudinem, non es recordata, propterea plantabis quidem plantationem fidelem, unum Deum prædicans, sed germen alienum seminabis, non recipies patrem, quia non recipis filium. Qui enim credit in patrem, credit & in filium. Et quia germen alienum blasphemix contra Iesum seminasti in synagogis Sathanæ, ideo non uindemiabis uuam, sed labruscam.

Quid lac mysticè significet, diuus Gregorius insinuat, exponens illud Canticorum, Mel, & lac sub lingua tua: Nimirum (inquit) falsi prædicatores mel in lingua portant, quod sub lingua non habent, quia cœlestia gaudia aliquando prædicant, tãquam ueri sint, quum ipsi terrestria bona totis desiderijs appetant. Sancta uero mens mel in lingua præterdit, quia sapientiæ dulcedinem loquendo ostendit, quam ueraciter prædicans, audientes tãquam mellis dulcedine reficit. Lac gerit, quia congruenti sibi doctrina paruulos quosq; in Ecclesia nutrit. Sub lingua autem hæc omnia sibi ipsi referuat, quia internam dulcedinem assidue secum portat. Dum enim terrena abiicit, dum uitiorum amaritudinem respuit, in interioribus sensibus sapientiæ dulcedine se pascit, qua robur colligit, ut ad æterna gradient, in labore uitæ lassescere non possit. Et alio in loco scriptum est: Comedi fauum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. Fauum cum melle comedit, quando desiderium sanctum in sanctis operibus latens perficit, & ad sanctorum cõuiuuium sanctam animam sua delectatione impinguantdam trãsgit. Vinum uero suum cum lacte bibit, quando & perfectione quorundam se reficit, & innocentiam aliorum cum pietate diligens, utrosq; ad æternum cõuiuuium ingerit. Et infra, Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residet iuxta fluentia plenissima: Oculi (inquit) sponsæ sicut columbæ sunt, quia prædicatores Christi, qui uiam nobis ostendunt, in simplicitate uiuunt. Super riuulos autem aquarum esse perhibentur, quia semper in refectione diuinarum scripturarum conuersantur. Lacte uero sunt lotæ, quia gratia creatricis sapientiæ, tãquam lacte matris à peccatis per baptismum sunt mundatæ. Quid autem per fluentia plenissima, iuxta quæ resident, intelligimus, nisi sacræ scripturæ profunda, & arcana dicta, quæ discernimus, quibus nos reficimus, dum ea legendo, uel audiendo haurimus? Ad hoc etiam columbæ iuxta fluentia residere solent, ut uolantium autum umbram in aqua uideant, super quam se projicientes, ungues rapacium sic effugiant. Sic sancti uiri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt, & ex descriptione, quam uident, quasi ex umbra, hostem cognoscunt. Dumq; se consilijs scripturæ ex toto addicunt, ut uidelicet nihil agant, nisi quod ex responso scripturarum audiunt, quasi in aquam se projicientes, hosti illudunt. Quæ fluentia plenissima dicuntur, quia de quibuscunq; scrupulis in scripturis consilium quæritur, sine minoratione de omnibus ad plenum inuenitur. Et diuus Hieronymus exponens illud

Psal. 98.
Esa. 5. a.
Hieronymus,
Mar. 4. b.
Luca 9. g.
Ioh. 19. c.
Gen. 4. b.
Esa. 17. c.
Cantic. 4. c.
Mel, cœlestis gaudium, sapientiæ dulcedo.
Lac, doctrina paruulos ecclesie nutriens.
Cantic. 5. a.
Ibidem d.
Oculi, prædicatores.
Riuulus aquarum, refectionis scripturarum.
Lac, gratia.
Fluenta, scriptura.

illud Threnorum, Cãdidiore Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapientiores: Mysticè (inquit Hieronymus) casus animarum quorundam fidelium à propheta deploratur. Quid enim Nazaræorum nomine, nisi abstinentium, & continentium uita signatur, quæ niue, & lacte nitidior dicitur? Nix enim ex aqua cõgelascit, quæ desuper uenit, lac autem ex carne exprimitur, quæ de inferioribus nutritur. Quid enim per niuem, nisi candor uitæ cœlestis? Quid per lac, nisi temporalis dispensationis administratio demonstratur? Et quia plerique continentes uiri in Ecclesia tam mira opera faciunt, ut multi, qui cœlestem uitam tenuerunt, multi, qui terrena bene dispensauerunt, superari uideantur, & cãdidiore niue, & nitidiores lacte referuntur, qui etiam, quia per fauorem spiritus, antiquorum, ac fortium patrum nonnunquam uincere uitam uideantur, recte adiungit, Rubicundiores ebore antiquo. Dum enim ruboris nomẽ imprimitur, sancti desiderij flamma signatur. Ebur esse os magnorum animalium non ignoramus. Ebore utiq; antiquo rubicundiores sunt, quia sæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus studij feruentioris existunt. De quibus, ut totum simul ostendatur, adiungitur, Sapphiro pulchriores. Aërei quippe coloris est Sapphirus. Et quia præcedentes multos, atq; ad superna tendentes, per cœlestem cõuersionem uidentur uincere, narratur sapphiro pulchriores extitisse. Et exponens illud Esaia, Venite, emite absq; argento, & absq; ulla commutatione uinum, & lac, hoc modo scribit: Spreto illo argento, & pecunijs, quibus aquas domini emere non possumus, pergamus ad eum, qui tenens calicem sacramenti, discipulis loquebatur: Accipite, & bibite. Hic est sanguis meus, qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Quod uinum miscuit & sapientia in crater suo, omnes stultos saculi, mundiq; sapientiam non habentes, prouocans ad bibendum, & ut non solum uinum emamus, sed & lac, quod significat innocentiam paruulorum, qui mos, ac typus in Occidentis Ecclesijs hodie usq; seruatur, ut renatis in Christo uinum, lacq; tribuatur. De quo lacte dicebat & Paulus: Lac uobis potum dedi, non solidum cibum. Et Petrus: Quasi modo nati paruuli, rationale lac desiderate. Vnde & Moyse uinum, & lac in Christi intelligens passionem, mystico sermone testatur: Gratijs oculi eius à uino, & cãdidi dentes eius à lacte. Et exponens illud Salomonis, Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad uictum ancillis tuis: Tãta (inquit) instãtia pecus tibi commissum pascet, ne tibi lac ætate nouum, ne frigore desit, sed tibi semper, tuisq; sufficiat, id est, tam sedulo doctrinæ insta, ut etiam quosdam poenitentes ad officium docendi prouehas, quatenus per illos, qui pridem pro peccatis uitiorum ad sinistram iudicis uidebantur esse ponendi, modo rationabiles, & sine dolo, lac uerbi paruulis sensu ministraret. Fit autem lac caprarum ad uictum ancillis, quando hi, qui nondum amore perfecto, sed adhuc timore seruili domino deferuunt per exemplum, uel uerba eorum, qui per poenitentiam salui facti sunt, uiuificis uerbi epulis reficiuntur, atq; ut ad maiora uirtutum proficiant incrementa, iuuantur. Et exponens illud Prouerbiorum, Qui autem premit fortiter ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: Vera (inquit) fortiter premimus, quum uerba sacri eloquij subtili intellectu pascamus. Qua pressione dum lac quærimus, butyrum inuenimus, quia dum nutriri uel tenui intellectu quærimus, ubertate internæ pinguedinis iugimur. Quod nec nimie, nec semper agendum est, ne dum lac quæritur ab uberibus, sanguis sequatur, quia dum uerba sacri eloquij plusquam debet discutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui uehementer emulget, quia carnale efficitur hoc, quod ex nimia spiritus discussione sentitur. Et rursum in Esaia scriptum est: Filij tui de luge ueniet, & filia tuæ lac fuget. Quem locum diuus Hieronymus sic enarrat: Nos (inquit) sumus filij, qui de luge uenimus ad dominum, peregrini quondam à testamento Dei, & repromissionibus eius, spem non habentes, & absq; Deo in mundo. Sed quid dicit Apostolus? Vos qui eratis aliquando luge, nunc facti estis propet. Quodq; sequitur: Et filia tuæ lac fuget illud significat, quod animæ in Christo lactentes, & in baptismo paruulorum, de quibus & Petrus Apostolus loquitur: Quasi modo nati paruuli, rationale, & absq; dolo lac desiderate, fugat lac Apostolorum. Quibus paruulis, atq; lactentibus loquebatur & Paulus: Filij mei, quos iterum parturio, donec Christus formet in uobis. Et in alio loco: Quasi nutrix fouens filios suos, sic desiderantes uos, cupimus impartire, non solum Euangelium Christi, sed & animas nostras. Et alio in loco scriptum est: Et erit in die illa, nutriet homo uaccam boui, & duas oues, & præ ubertate lactis comedet butyrum. Butyrum enim, & mel mäducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ: Hoc est, homo, id est, rationabiliter uiuens, nutriet uaccam bouem, id est, carnem suam, non luxuriandi gratia, sed ut in timore domino seruiat. Et duas oues, hoc est, intellectum sacræ scripturæ pabulo, & uoluntatem cœlestium suauitate nutriet. Et præ ubertate lactis, id est, diuinæ cõsolationis, comedet butyrum, id est, magnam cœlestium sentiet suauitatem. In Ioele quoq; scriptum est: Et erit in die illa stillabunt motes dulcedinẽ, & colles fluent lacte, & per oes riuos Iudæ ibunt aquæ: Habitare domino in Sio, & in monte sancto suo, quando nullus per Hierusalem sanctam pertransire tentauerit, quicumq; in ea mos fuerit, & ad uirtutum excelsa peruenerit, dulcedine, & melle sudabit, & stillabunt ex eo gratiæ spirituales, de quibus propheta loquitur: Quam dulcia guttura meo eloquia tua, super mel ori meo. Qui autem inferior montibus est, & necdum ad perfectionis culmen

Threnorũ 4. b.
Nazaræi, abstinentes, continentesq;
Nix, candor uitæ cœlestis.
Lac, temporalis dispensatio, nis administratio.
Rubor, desiderij flamma.
Ebur antiquũ, patres præcedentes.
Sapphirus, cœlestis uitæ homo.
Esa. 55. a.
Matth. 26. c.
Prouer. 9. a.
Lac, innocentia.
1. Cor. 3. a.
1. Petri 2. a.
Gen. 49. b.
Prouer. 27. d.
Prouer. 30. d.
Vbera, sacri eloquij uerba.
Lac, tenuis scripturæ sensus.
Butyrum, internæ pinguedinis ubertas.
Sanguis, carnalis scripturæ sensus.
Esa. 60. a.
Ephes. 2. c.
1. Petri 2. a.
Galat. 4. c.
1. Thessal. 2. c.
Esa. 7. d.
Ioele 3. d.
Hieronymus.
Psal. 118. n.

ascenderit

10an. 7.7.

ascenderit, uocabitur collis, & fluent de eo riuus lactis, quibus rudis in Christo nutritur infantia, & aquarum flumina, quæ de uentre suo dominus manare testatus est. Omnes enim riuus, siue emissio- nes Iuda, implebuntur aquis, & nihil in eis siccum erit, redundatibus cunctis gratia spiritali.

Quid læua, id est, sinistra, mysticè significet.

Cap. III.

Cantic. 2. d.
Læua, uita præ-
sens.
Dextera, uita
æterna.
Caput, mens.

Bernardus.

10an. 6. b.

Ingratitudinis
mala.

Exo. 3. d.
Psal. 146. d.

Læua, supplicij
comminatio.
Dextera, regni
promissio.

Cantic. 2. b.

Psal. 15. c.

Cantic. 2. b.

Læua quid mysticè significet, habes in dictione, Dextera. Diuus autem Gregorius exponēs illud Canticorum, Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me; Per læuam (inquit) sponsi uita præsens, per dexteram uero uita æterna designatur. Per caput autem sponsæ mēs, quæ animæ principatur, assumitur. Sed læua sponsi sub capite sponsæ esse dicitur, & dextera eius amplexatur eam, quia uitam temporalem sub mente sua semper ponit, uitam uero æternam, ut om- nímōdo amplexetur, concupiscit. Hæc quippe quæ uidet, magnanimiter mente sublimi cōculcat, officijs coelestibus se occupat. Hæc necessitate tolerat, ad illa summo desiderio, quasi brachio dexte- ro sponsi astricta, suspirat. In quæ, quum aliquantulum intrat, delectabiliter quiescit, cuius quietis dilectione mundanos tumultus omnino fastidit. Sic quiescentem utiq; spōsus amplius diligit, & ab eius excitatione improbos quosq; repellit, dicens: Aduro uos filiæ Hierusalem &c. Et diuus Ber- nardus, Læua eius sub capite meo &c. Liqueat (inquit) denuo adesse spōsum, credo ut sua præsen- tia languentem erigat. Quomodo enim non præsentia eius cōualesceret, quam absentia conserua- rat? Ergo nō sustinet dilectæ molestiam, adest, Neq; enim moram facere potest, tātis desiderijs euo- catus. Et quia illam compererat, donec absens fuit, fidelem ad opera, & sollicitam ad lucra, in eo ni- mirum quod flores sibi, & fructus præceperat adunari, etiam cum propensiori hac uice gratia re- muneratio est reuersus. Deniq; uno brachiorum suorum sustentat caput iacentis, alterum ad am- plexandum parans, ut in sinu foueat. Felix anima, quæ in Christi recumbit pectore, & inter uerbi brachia requiescit. Læua eius &c. Non ait amplexatur, sed amplexabitur me, ut noueris priori gra- tiæ adeo non ingratam, ut secundam gratiarum actione præuenerit. Disce in referendo gratiam non esse tardus, aut segnus, disce ad singula dona gratias agere. Diligenter (inquit) considera quæ tibi apponuntur, ut nulla uidelicet Dei dona, debita gratiarum actione frustrantur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Deniq; iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima benefi- cia obliuisci. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, uirtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo uentus urens, siccans sibi fon- tem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Propter hoc deniq; sponsa mox ut gratiā de læua sensit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quæ in dextera est. Neq; enim ubi memorata est læuam iam esse sub capite suo, etiam secuta est à dextera se similiter amplexatam, sed amplexabitur me (inquit). Coeterum quid putamus uerbo sponso læuam esse, siue dexteram? Num id quod dicitur hominis uerbum istiusmodi corporeas partes habet in se diuisas, & linamenta distincta, ac di- stinguentia inter sinistram, & dexteram? Quantomagis is qui Dei, & deus est sermo uarietatem prorsus aliquam non admittit, sed est qui est, in sua nimirum natura tam simplex, ut nō habeat par- tes, tam unus, ut nō habeat numeros. Est enim Dei sapientia, de qua scriptum est: Et sapientiæ eius non est numerus. At si quod inuariabile est, id incomprehensibile, ac per hoc etiam ineffabile esse, necesse est. Vbi quæso inuenias uerba, quibus illam maiestatem, uel dignè assignes, uel propriè pro- loquaris, uel competenter definias? Tamen utcunq; loquamur, quod utcunq; de ea spiritu sancto reuelante sentimus, docemur autoritate patrum, & consuetudine scripturarum, cōgruentes de re- bus notis licere similitudines usurpare, sed uerba non noua inuenire, sed nota mutuari, uel transfer- re, quibus dignè, & competentes eadem similitudines uestiatur. Alioquin ridiculè ignota per igno- ta docere conaberis. Ergo quia per dextrum, & sinistrum aduersa solent, atq; prospera designari, uidetur mihi hoc loco intelligi posse læuam quidem uerbi, cōminationem supplicij, dexteram uero regni promissionem. Est autem quum mens nostra formidine poenæ seruiliter premitur, & tūc ne- quaquam sub capite, sed super caput læua esse dicēda est, nec potest sic affecta anima omnino dice- re, quia læua eius sub capite meo. At uero si proficiens ex hoc spiritu seruitutis transferit in quen- dam spōtanei obsequij digniorem affectum, quatenus uidelicet præmijs potius prouocetur, quam artetur supplicij, magis autem si amore boni ipsius agatur, tūc indubitātè dicere poterit, quia læ- ua eius sub capite meo, quippe qui illum seruilem metum, qui in sinistra est meliori, atq; excellēti- ori habitudine superarit animi, & dignis desiderijs etiā ipsi appropriauerit dextera, in qua sunt om- nes promissiones, dicente propheta ad dominum: Delectationes in dextera tua usq; in finem. Vnde & certa spe concepta, cum fiducia loquitur, Et dextera eius, amplexabitur me. Et tractatu de di- ligēdo Deo hoc modo scribit: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sētiet quippe tunc, & probabit uniuersa dilectionis testimonia, quæ in priori aduentu, tāquam de sinistra dilecti, acceperat præ multitudīne dulcedinis amplexātis dexterae contemnenda, & omnino iam quasi

quasi subtus habenda. Sentiet quod audierat, Caro nō prodest quicquam, spiritus est qui uiuificat. Probabit quod legerat, Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & fauum. Et infra: Merito proinde iam nunc gloriatur, & dicit: Læua eius sub capite meo, & dextera illius am- plexabitur me, in læua reputans recordationem illius charitatis, qua nulla maior est, quod animam suam posuit pro amicis suis, in dextera uero beatam uisionē, quā promisit amicis suis, & gaudium de præsentia maiestatis. Merito illa Dei, & deifica uisio, illa diuinæ præsentia inestimabilis dele- ctatio in dextera deputatur, de qua & delectabiliter canitur: Delectationes in dextera tua usque in finem. Merito in læua admirabilis illa memorata, & semper memoranda dilectio collocatur, quod, donec transeat iniquitas, super eam sponsa recumbat, & requiescat. Merito ergo læua spōsi sub ca- pite sponsæ, super quam uidelicet caput suum reclinata sustentet, hoc est, mentis suæ intentionem, ne incuruetur, & inclinetur in carnalia, & sæcularia desideria, quia corpus, quod corrūpitur, aggra- uat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quid nanq; aliud faciat con- siderata tanta, & tam indebita miseratio, tam gratuita, & sic probata dilectio, tam inopinata digna- tio, tam inuicta mansuetudo, tam stupēda dulcedo? Quid (inquam) hæc omnia faciāt diligenter con- siderata, nisi ut considerantis animum ab omni penitus prauo uendicatum amore, ad se miserabi- liter rapiant, uehementer afficiant, faciātq; præ se contemnere quicquid nisi in contemptu horum appeti non potest? Et sermone quarto in aduentu domini: Læua (inquit) eius sub capite meo &c. Nam in sinistra quidem eius (sicut alibi legitur) diuitiæ, & gloria, in dextera longiturnitas uitæ. In sinistra terrens diuitijs, & gloria temporalis, quæ nec uera, nec uestra sunt? Aurum, & argētum nōne terra est rubra, & alba, quā solus hominū error facit, aut magis reputat preciosam? Deniq; si uestra sunt hæc, tollite ea uobiscum, Sed homo quū interierit, nō sumet omnia, neq; descēdet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ nō opes sunt, sed uirtutes, quas secū cōscientia portat, ut in per- petuum diues fiat. De gloria quoq; dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscien- tiæ nostræ. Hæc est utiq; uera gloria, quæ est à spiritu ueritatis. Ipse enim spiritus testimoniū perhi- bet spiritui nostro, quod filij Dei sumus. Gloria uero, quam ab inuicem accipiūt, qui gloriam, quæ est à solo Deo, non requirunt, uana est, quoniam uani filij hominum. Et sermone quarto in uigilia natalis domini: Gaudete (inquit) in domino semper, iterum dico gaudete. Gaudete (inquit) de exhi- bitione, iterum gaudete de promissione, quoniā & res plena gaudio, & spes plena gaudio est. Gau- dete, quia iam percepistis dona sinistræ, gaudete, quia expectatis præmia dexterae. Læua (inquit) eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua quidē leuat, dextera suscipit. Læua medetur, & iustificat, dextera amplectitur, & beatificat. In læua eius merita, in dextera uero præ- mia continētur. In dextera (inquam) delicia, in sinistra sunt medicina. Sed attende pium medicum, attēde medicum sapientem. Considera diligētius quā noua medicamina portet, uide quā non modo preciosas, sed & speciosas attulerit medicinas, non solum peritiles ad sanitatis fructum, sed & delectabiles ad aspectum, & suauis ad gustum. Deniq; primam eius medicinam, primum quod in sinistra portat, attēde, & conceptum inuenies sine semine. Intuere (obsecro) quale sit istud, quā nouum, quā admirabile, quā amabile, quā iocundum. Quid enim pulchrius, quā generatio casta? Quid gloriosius, quā sancta, & sincera conceptio, in qua nihil pudoris est, nihil sordis, ni- hil corruptionis? Et infra: Itaq; iam quidem tenemus sinistram, sed adhuc clamare necesse est, Ope- ri annum tuarum porriges dexteram. Nam delectationes in dextera tua usq; in finem. Domine ostēde nobis dexteram, & sufficit nobis. Gloria (inquit) & diuitiæ in domo eius, utiq; qui timet do- minum. Sed in domo tua domine, quid? Profecto gratiarum actio, & uox laudis. Beati qui habitāt in domo tua domine &c. Oculis enim non uidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascēdit, quæ præparauit Deus diligētibus se. Lux est enim inaccessibleis, pax est, quæ exuperat omnē sen- sum, fons est, qui ascensum nescit, sed descensum, non uidit oculus lucem inaccessibleem, non audi- uit auris pacem incomprehensibilem. Speciosi quidem pedes Euangelizantium pacem, sed licet in omnem terram exierit sonus eorum, pax tamē, quæ exuperat omnem sensum, nec ab ipsis quanta erat, potuit capi, nedum aliorum auribus tradi. Ait etiam Paulus ipse: Fratres ego me non arbitror comprehēdisse. Fides quidē ex auditu, auditus uero per uerbum Dei, sed fides, nō species, & pro- missio, non exhibitio pacis. Et quidē pax nunc est etiam in terris hominibus bonæ uoluntatis, sed quid est pax ista ad illius plenitudinē, & supereminētiam pacis? Vnde & ipse dominus ait: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Mea siquidem exuperat omnem sensum, & est pax super pacem. Necdum capaces estis, propterea do uobis patriam pacis, & relinquo interim uiam pacis. Et sermone quarto in festo omnīū sanctorū: Audi (inquit) spōsam in Cātico Canticorū fiducialiter loquētem, & spe quidem iam super altare locatam: Læua eius (inquit) sub capite meo, & dextera il- lius amplexabitur me. Transcēdit enim beata anima Christi incarnationē, & humanitatē, quæ nimi- rum læua eius iure uocatur, ut diuinitatem eius, & maiestatem eius, quam nō incōgruē dexteram

10an. 6. g.
Ecc. 24. c.
Cantic. 2. b.

10an. 15. b.
Dextera, beata
uisio.
Psal. 15. c.
Læua, charita-
tis christi recor-
datio.

Sapient. 9. d.

Cantic. 2. b.
Prover. 3. a.
Sinistra, diuitiæ
& gloria.

Psal. 48. d.
Diuitiæ ueræ,
uirtutes.
2. Cor. 1. c.
Romā. 8. c.
10an. 5. g.
Psal. 61. c.
Philip. 4. a.

Cantic. 2. b.

Iob 14. c.
Psal. 15. c.
Psal. 111. a.
Esa. 51. b.
Psal. 93. a.
1. Cor. 2. b.
Philip. 4. b.
Romā. 10. c.

Philip. 3. c.
Roman. 10. c.
Lucā 2. b.

10an. 14. d.
Philip. 4. b.

Cantic. 2. b.

Mustū, feruor spiritus sancti. uerò sancti spiritus feruor accipitur, de quo in Euangelio dominus dicit: Vinum nouum mittit in utres nouos, ex quo, dum repente replerentur Apostoli, dum linguis omnibus loquerentur, à Iudæis nescientibus, sed tamen uera attestantibus, dictum est: Hi musto pleni sunt. Lagunculas uerò, infirmas ipsa humanitate conscientias, uel certe hæc terrena corporum uascula, non incouenienter accipimus, de quibus Paulus Apostolus ait: Habemus thesaurum istū in uasis fictilibus. Heliu autem quia sic elationis inflatione extenditur, ac si ad loquendum per charitatis gratiam ardore spiritus sancti accēdatur, sensus sui spiritum in eo quod tacuit, quasi musto absq; spiraculo comparauit. Et bene ait, quod lagunculas nouas dirumpit, quia sancti spiritus feruor non solū ueteri, sed etiam noua uita uix capitur. Mustum ergo lagunculas nouas dirumpit, quia feruoris eius potētia etiam spiritalia corda transcendit.

Lamia, hæretici. Lamia autem hæreticos designat, ut diuus insinuat Gregorius libro Moralium 19. capite 15. exponens illud Hieremiæ: Sed & lamia nudauerunt māmam, lactauerunt catulos suos. Quid namq; lamias, nisi hæreticos appellat, humanam quidem faciem, sed beluina per impietatem corda gestantes. Qui tunc māmam nudant, quum errorem suum liberè prædicant. Tunc catulos lactant, quia male sequaces paruulorum animas, dum peruersa insinuant, ad impietatem nutriendo, cōfirmant. Significat & hypocritas, ut dictum est in dictione, Hericius. Et diuus Hieronymus, Sed & lamia &c. In lamia quippe duplicitas Iudæorū, & fictio hypocritarū exprimitur. Lamia enim humanam faciem habet, sed corpus bestiale, sic populus Iudæorū specietenus culturam Dei simulabat, sed feroci animo semper illi contrarius existerat. Quod bene per Esaiam ostenditur, quum dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Similiter omnes hypocritæ in prima facie quod ostendunt, quasi ex ratione sanctitatis est, bestiale est quod sequitur corpus, quia ualde iniqua sunt, quæ sub boni specie moluntur. Possunt & in lamia hæretici accipi, qui humanam quidem faciem, sed beluina per impietatem corda gestabant &c. ut supra in Gregorio, quæ hinc accepta sunt. Et Rupertus: Lamia monstrum animalis est, à laniando dictum, attamē naturalem erga fœtus suos habent affectum. Idcirco nunc ait: Sed & lamia &c. Et est sensus: Omnes naturæ animalium omnium iumentorum, & reptilium, & bestiarum terræ, sed & lamia, quæ nō tam bestia, quàm monstra sunt, naturalem erga fœtus suos habent affectum. At filia populi mei in tantum crudelis, ne saltem mammam nudauit infelicissimis catulis suis, quarum pro similitudine dictum est, sed non erat aliud monstrum, siue animal, quod totius crudelitatis eius similitudinem exhiberet.

Lampas, miraculorum claritas. Lampas miraculorum claritatem significat, ut dictum est in dictione, Genu. Diuus autem Gregorius homilia 5. super Ezechielem exponens illud Ezechielis, Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lapadarū, hoc modo scribit: Aspectus animalium carbonibus ignis ardentibus, atq; lampadibus comparatur. Quisquis enim carbonem tangit, incenditur, quia qui sancto uiro adhæret, ex eius assiduitate uisionis, usu locutionis, exemplo operis accipit, ut accendatur in amorem ueritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit, ut iam per uerum amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum mortuus, quantum frigidus iacebat. Lampades uerò lucem suam longius spargūt, & quum in alio sint, in alio resplendent. Qui enim spiritu prophetiæ, uerbo doctrinæ, miraculorum pollet gratia, huius opinio longè, lateq; ut lampas lucet, & quicq; bona eius audiūt, quia per hæc ad amorem celestium surgunt, in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti uiri quosdam iuxta se positos, quasi tangendo, ad amorem patriæ celestis accendunt, carbones sunt. Quia uerò quibusdam longè positis lucent, eorum itinera, ne in peccati sui tenebras corruant, lampades fiunt. Hoc uerò inter carbones, & lampades distat, quod carbones ardent quidem, sed eius loci in quo iacuerint, tenebras non expellunt: Lampades autem, quia magno flammæ lumine resplendent, diffusas circumquaq; tenebras effugant. Qua ex re notandum est, quia sunt pleriq; sanctorum ita simplices, & occulti, seseq; in locis minoribus sub magno silentio contentes, ut uix eorum uita ab alijs possit agnosci. Quid itaq; isti nisi carbones sunt? Qui & si per feruorem spiritus ardorem habent, tamen exempli flammam non habent, nec in alienis cordibus tenebras peccatorum uincit, quia uitam suam omnino sciri refugit. Sibi metipsis quidem accessi sunt, sed alijs in exemplo luminis non sunt. Hi autem, qui & exempla uirtutum prærogant, & lumen boni operis per uitam, & uerbum errantibus demonstrant, iure lampades appellātur, quia & per ardorem desiderij, & per flammam uerbi, à peccatorum cordibus erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene uiuit, sed alieno profectui minimè proficit, carbo est: qui uerò in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstratur, lampas est, quia & sibi ardet, & alijs lucet. Et in Iob scriptum est: Deridetur enim iusti simplicitas, lampas cōtempta apud cogitationes diuitū, parata ad tēpus statutū. Quæ uerba diuus Greg. enarrans lib. Moral. 10. cap. 29. hoc modo scribit: Bene iusti simplicitas, & lāpas esse dicit, & cōtempta. Lāpas, quia interius lucet, & cōtempta, quia exteriorius

exteriorius nō lucet. Intus ardet flāma charitatis, foris nulla gloria resplendet decoris. Lucet ergo, & despicitur, qui flagras uirtutibus, abiectus æstimatur. Mentis quippe carnalium pensare bona nō ualent, nisi quæ carnaliter uident. Hinc est quod Dauid sanctū pater ipse despexerat, quē propheta Samuelis oculis præsentare recusabat. Qui ad unctionis gratiā, dum septem filios deduxisset, à propheta requisitus, an numerū sobolis expleffet, cū magna despectione respōdit: Est adhuc puer paruulus, qui pascit oues. Quo deducto, & electo, p̄tinus audiuit: Homo uidet in facie, Deus autem intuetur cor. Lampas ergo Dauid per innocentiam fuerat, sed tamen ualde cōtempta, quia exteriora cernētibus non lucebat. Sciendū uero est, quod iustus quisq; aut temporalē gloriā non habet, aut hāc sub semetipso frāgit, si habet, ut honori suo liber emineat, ne ei uictus delectatione succumbat. Hinc enim est quod ille prædicator egregius ante humanos oculos Apostolatus sui gloriā humiliauerat, qui dicebat: Non usi sumus hac potestate, quōd possimus oneri esse, ut Christi Apostoli, sed facti sumus paruuli in medio uestro. Eius uero auditoribus nimirū tumor diuitū adfirmā, & sermo cōtemptibilis. Quē enim talia dicere posse cognouerāt, secū cōmuniter uiuere nō posse iudicabant. Quomq; eū & humilē uidēdo cernerēt, & altū sermone pensarēt, sua eos elatio cōpulsit, ut quē per scripta timuerant, per præsentia uerba despicerent. Quid igitur Paulus, nisi cōtempta lampas apud cogitationes diuitū fuit, quia unde magisteriū humilitatis exhibuit, inde à rudibus discipulis superbiæ cōtumelias recepit. An cōtempta lampas nō erat, qui tot uirtutibus emicans, tanta à persecutoribus aduersa tolerabat? Legatione in catena fungit, eiusq; uincula in omni prætorio manifestantur, uirgis cæditur, multisq; ex genere, ex gentibus periculis, urgetur lapidibus, Lystris tunditur, pedibus extra urbem trahitur, quia extinctus æstimatur. Sed usquequo lampas ista cōtēnuit, usquequo despiciabilis habetur? Parata (inquit) ad tempus statutū. Statutū quippe cōtemptæ lampadis tempus, est extremi iudicij prædestinatus dies, quo iustus quisq; qui nūc despicitur, quanta potestate fulgeat, demonstratur. Tunc enim cum Deo iudices ueniūt, qui nunc pro Deo iniuste iudicantur. Tunc eorum lux tantò latius emicat, quanto eos nunc manus perfequentium durius angustat. Tunc reproborum oculis patefcet, quod celestis potestate subnixi sunt, qui terrena omnia sponte reliquerunt. Vnde electis ueritas dicit: Vos qui secuti estis me in re generatione, quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Neq; enim plusquam duodecim iudices illa interni confessus curia non habebit, sed nimirum duodenario numero quantitas uniuersitatis exprimitur, quia quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, ut simul tūc iudex cū iudice ueniat, qui nūc cōsideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Libet inter hæc ad redēptoris uias mētis oculos tollere, sensimq; à membris ad caput peruenire. Ipse em nobis lampas ueraciter extitit, qui pro redēptione nostra in cruce moriēs, tenebrosis nostris mētibus lucē per lignū fudit. Hac nos lapade illuminari Ioānes cōspexerat, quū dicebat: Erat lux uera, quæ illuminat omnē hominē uententē in hūc mundū. Quam tamen apud cogitationes diuitū cōtemptam uidit, quū paulopost subdit: In ppria uenit, & sui eū nō receperunt. Huius lapadis flāmas Herodes explorare uoluit, quū eius miracula uidere cōcupiuit, sicut scriptū est: Herodes autē uiso Iesu, gauisus est ualde. Erat enim cupiēs ex multo tēpore uidere eū, eo q; audisset multa de eo, & sperabat signū aliquod uidere ab eo fieri. Sed lāpas hæc ante eius oculos nullo radio lucis emicuit, quia ei, qui se nō piē, sed curiosè quæsierat, nihil de se mirabile ostēdit. Inquisitus quippe redēptor tacuit, expectatus miracula exhibere contempsit, seseq; apud se in occultis retinēs, eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit, magis eligens aperitē à superbētibus despici, quàm à nō credētibus uacua uoce laudari. Vnde & protinus lāpas ista cōtempta est, sicut illic subditur. Spreuit autē illū Herodes cum exercitu suo, & illisit indutum ueste alba. Scriptū quoq; est, De ore eius lapades procedant sicut tēdæ ignis accensæ. Qui enim (inquit diuus Gregorius) prouidēt oculi, qui autē prædicāt, os uocantur. Sed de hoc ore lapades exeunt, quia mētes audientū ad amorē perfidiæ accendūt, & unde quasi per sapientiā lucēt, inde proculdubio per nequitiam cōcremāt. Sed qualis ipsa sapientia eorū lux sit, ostēditur, quum protinus subinfertur: Sicut tēdæ ignis accensæ. Ecce iam hypocritis eorū apertè describitur, quorū prædicatio tedarum lampadibus comparatur. Teda enim quum accenditur, odorem quidem suauem habet, sed lumen obscurum: ita isti prædicatores antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogat, sed tamen opera iniquitatis exercēt, quasi blandū quidē est quod redolēt, sed nigrum quod lucēt. Olen enim per simulationē iustitiæ, sed obscurū ardent per nequitia perpetrationē. Quorū simulationis malitiam Ioānes in Apocalypsi breui descriptione cōprehendit, dicēs: Vidi aliam bestiā ascendentem de terra, habentem duo cornua similia agni, & loquebatur ut draco. Priorem quippe bestiā, id est, antichristum, superiore iam descriptione narrauerat, post quem etiam hæc alia bestia ascendisse dicitur, quia post eum multitudo prædicatorum illius ex terrena potestate gloriatur. De ter-

1. Reg. 16. b.

Lāpas p immo centiam Dauid fuit.

Gloriam temporalem iustus aut non habet, aut si habet, contēnit.

1. Thessal. 2. b. 2. Cor. 10. c.

Lāpas, Paulus.

Eph. 6. d.

Philip. 1. b.

2. Cor. 11. c.

Ibidem f.

2. Timot. 3. c.

A. E. 14. b.

Iob 12. a.

Matth. 19. d.

Duodenario numero uniuersitas exprimitur.

Iudiciaria potestas dabitur sese spontanea paupertate castigantibus.

Lampas, Christus.

Ioan. 1. a.

Luc. 23. b.

Iob 41. b.

Os, prædicator

Lāpades in malum acceptæ.

Tēdæ, hypocritæ.

A. P. 13. c.

Bestia, anti christus, prædicator hypocrita.

Cornua, sapientia, uita.

ra quippe ascendere, est de terrena gloria superbire. Quae habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisis sanctitatis, eam, quam in se ueraciter dominus habuit singulari, sibi inesse & sapientiam mentitur, & uitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum uirus infundit, recte illic subditur: Et loquebatur ut draco. Ista ergo bestia, id est, praedicantium multitudo, si aperte, ut draco loqueretur, agno similis non appareret, sed assumit agni speciem, ut draconis exerceat operationem.

De eisdem lampadibus.

Cap. VI.

Cant. 3. b. Lampades inuidiae quae dicantur.

Esa. 26. b.

Matth. 25. a. Virgines decem quae dicantur.

Lampades, sensuum organa.

Matth. 5. b.

Oleum, doctrinae uerbum.

Psal. 118. c. Ambrosius.

Esa. 62. 4.

Scriptum quoque est: Dura, ut infernus, aemulatio, lampades eius, lampades ignis, atque flamma. Vt infernus (inquit Gregorius) aemulatio, id est, inuidia dura extitit, quia sicut infernus sine misericordia quos tenet, cruciat, sic Iudaica plebs Christum apprehensum, sine respectu pietatis, corde immiti inuidens, ad mortem trahebat. De qua bene subditur, Lampades eius &c. Sicut enim ignis, quae incedit, consumit, sic Iudaeos ab omni fidei uirtute inuidia sua destruxit, de quibus bene alibi dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si diceretur: Antequam ad aeternum ignem ueniant, in praesenti consumuntur, quia in se ipsi ignem inuidiae portant, qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis inuidiae flammam protulit, quando per exempla, in quibus accensus est, etiam in gentilibus usque ad Christianorum martyria per mundum uniuersum excreuit. Et Origenes homilia 32. in Matthaeum, exponens illud Euangelicum, Simile est regnum caelorum decem uirginibus, quae accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, & sponsae &c. In omnibus (inquit) qui didicerunt uerbum Dei, regnum caelorum assimilatur uirginibus decem. Et si quidem in eis sunt, qui recte & credunt, & uiuunt, & ideo iuste assimilantur quinque prudentibus; qui autem profitentur quidem fidem in Iesu, non autem praeparant se bonis operibus ad salutem, reliquis quinque assimilantur uirginibus fatuis, non irrationabiliter dicimus sensus omnium qui didicerunt diuina, quomodocumque uerbum domini receperunt, siue occasione, siue ueritate, quod uirgines sunt uirginificatae per uerbum Dei, cui crediderunt, aut credere uolunt. Et quoniam uerbum Dei causa est, ut rectus fiat sensuum usus, & non est possibile eum, quum sit in sensibus, ut in quibusdam quidem sensibus operetur, & diligenter tribuat quae prudentiae suae sunt, in alijs autem negligat, ideo si unum de sensibus fecerit sapientem, ut uirgo constituitur, necesse est, ut & in alijs sensibus sapientiam suam effundat. Propterea non est uidere de quinque sensibus in aliquo quosdam quidem fatuos, quosdam autem prudentes, sed necesse est, ut aut omnes quinque sint prudentes, aut omnes fatui. Omnes isti sensus lampades suas accipiunt, id est, organa sua naturalia, siue secundum uerbum Dei uti uolentes, siue & contra uoluntatem Dei, tamen accipiunt eas, quando recipiunt sponsum Ecclesiae uerbum Dei, & filium Dei, & egrediuntur de mundo, & de erroribus Deorum multorum, & ueniunt obuiam saluatori, qui semper paratus est uenire ad uirgines eas, ut simul ingrediatur cum dignis eorum ad beatam sponsam Ecclesiam. Sed quandiu quidem post uerbum receptum lucet lumen fidelium coram hominibus, ut uidentes opera eorum bona, glorificent patrem eorum, qui in caelis est, haec & prudentes sunt, & accipientes oleum nutrimentum luminis sui, quod semper infunditur actibus bonis, id est, uerbum doctrinae, & uasa animarum suarum ab hoc uerbo implentes a doctoribus, & traditoribus qui illud uenundant, quod satis sit eis, etiam tardante exitu, & remorante uerbo ueniente ad consummationem eorum, ut consummatae, & extra mundum factae, festinent illic. Et infra: Date nobis de oleo uestro, quoniam lampades nostrae extinguuntur. Nam & si factae erant, tamen hoc intelligebant, quoniam cum lumine debebant obuiam ire sponso, omnes lampades sensuum illuminatas habentes. Videbant autem & illud, quoniam ex eo quod minus habebant oleum rationabile, iam propinquantibus tenebris, lampades earum fuerant obscurandae. Sed sapientes transmittunt fatuas ad olei uenditores, uidentes, quoniam non tantum oleum, id est, uerbum doctrinae congregauerat, ut sufficeret & ipsis ad uitam, & illas doceret ornare lampades suas. Et infra: Ornantes autem lampades sensuum Euangelicis usibus, atque rectis, ut sit quidem oculorum ornamentum rectus usus uidendi, ut oculi uideant admirandum factorem, claudantur autem, ne uideant iniquitatem. Sic & de ornamento auditus, & gustus, & odoratiōis, & palpationis, quis dicere potest, quoniam qui male utitur sensibus suis, eorum nullum est ornamentum. Et diuus Ambrosius in libro de paradiso, cap. 2. Dominus (inquit) uirgines illas in Euangelio accensis facibus, uel extinctis, expectantes sponsi aduentum pro sensibus, uel integris sapientium, uel corruptis insipientium posuit. Nam si Eua, hoc est, sensus primae mulieris, accensas habuisset faces, nunquam praearicationis suae nos crinibus implicasset, neque ex illa uirtutis immortalitate cecidisset. De lampadibus autem Euangelicis, require in dictione, Virgines. In Esaia quoque scriptum est: Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor, iustus eius, & saluator eius, ut lampas, accendatur. Diebus (inquit Hieronymus) ac noctibus ora non claudam, nec mea unquam respucebit oratio, sed tandiu clamabo, & precibus iungam preces, donec ueniat qui promissus est, & splendore

& splendore suo cunctum illuminet orbem. Quis sit iste, quem quaerit, quem uenire desiderat, ponit manifestius: Donec egrediatur &c. Siue iuxta lxx. Donec exeat sicut lux iustitia eius, & salutare illius sicut lampas ardeat. Quae dicebat in Euangelio: Ego sum lux mundi. Quae, quum in Sion, & in Hierusalem fuerit accensa, nequaquam in sola splendebit Iudaea, sed dicitur ad eam: Lumen quod in te est, accensum est, quod egressum ex patre, in tuis coepit ardere finibus, omnes gentes illuminabit. Et in Zacharia scriptum est: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, cuius expositionem require in dictione, Candelabrum. Et in Apocalypsi scriptum est: Et de throno procedebant fulgura, & uoces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. Quae uerba Rupertus in commentarijs hoc pacto exponit: Postquam seniores (inquit) nostri, uel sedilia eorum disposita sunt circa thronum, fulgura, & uoces, & tonitrua procedunt, quia postquam Apostoli, iudices orbis constituti, officium praedicandi acceperunt, fulgura miraculorum, uoces praedicationum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio, atque gehennalibus malorum poenis dare non desierunt. Hoc est quod Marcus ait: Illi autem profecti, praedicauerunt ubique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Haec omnia, fulgura scilicet, uoces, ac tonitrua de throno procedunt ab eo, qui sedet super thronum. Neque enim haec a semetipsis habuerunt, sed de sursum acceperunt. Etenim omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Septem lampades &c. Ante thronum septem spiritus Dei sunt. Ipsi enim illuminant saepe dictum regnum Dei, Ecclesiam Dei. Illic quidem, id est, in illa gloria caelesti sic illuminant, ut facie ad faciem uideant claritatem Dei, hic autem, ubi ex parte peregrinatur adhuc in Ecclesia, sic eam illuminant, ut nondum quidem perfecte, sed quasi per speculum, & in aenigmate uideat, & quod satis sit ad declinandos errores, cognoscat ueritatem Dei iuxta promissum dicentis: Quum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Ex quo enim is, qui haec in passione sua loquebatur, resurrexit, & in caelum ascendit, ex eo lampadum istarum splendor mundo latius emicuit. Lucet autem septem lampades istae ex uno candelabro, septem spiritus isti ex uno, eodemque Christo, & lumine eorum quinquagesimo die post resurrectionem eius super discipulos eius in linguis igneis apparuit. Prima lampas spiritus sapientiae est. Secunda spiritus intellectus, & deinde per ordinem caeteri spiritus, sicut in propheta dispositi loquuntur, super unum florem requiescentes, hoc loco lampades dicuntur, iuxta prophetam alium super unum candelabrum lucentes,

Ioan. 3. b.

Zachar. 4. a. Apoc. 4. d.

Lampades septem, septem spiritus Dei.

Fulgura, miracula.

Voces, praedicationes.

Tonitrua, comminationes.

Marc. 16. d.

Iacob. 1. a.

1. Cor. 13. d.

Ioan. 16. c.

Act. 2. a.

Esa. 11. a.

Zachar. 4. c.

Quid lana, lancea, languor mystice significant.

Cap. VII.

Quid lana mystice significet, diuus ostendit Hieronymus, exponens illud Prouerbiorum, Quae sicut lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum: Possunt (inquit) mystice in lana, qui uinus est habitus, omnia pietatis, & simplicitatis opera, quae proximis impedimus accipere. Potest in lino, quod ex terra uirens oritur, sed longo, ac multiplici exercitio amittit humorem natium, atque ad gratiam noui caeteris peruenit, castigatio nostrae carnis intimari, cuius, dum ingenitas uitiorum sordes per continentiam excoquimus, dignam profecto eam, qua Christum induamus, efficimus, iuxta illud Apostoli: Quotquot ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quae ergo mulier fortis lanam, & linum &c. quum Ecclesia sancta sollicitè perquirat, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo a carnalibus emundet illecebris. Et hoc utrunque consilio prudentissimo, hoc est, supernae solummodo retributionis facit intuitu. Et diuus Augustinus exponens illud Dauidicum, Qui dat niuem sicut lanam: Lana (inquit) materies uestis est. Lana enim, quum uideatur, ueluti praeparatio est aliqua ad uestem. Ergo quia praedestinauit hos, qui ad tempus frigidum respuerunt in terra, & nondum feruent spiritu charitatis, ueluti lanam dedit hos Deus, & facturus est inde uestem. Merito in monte uestis Christi fulsit sicut nix, tanquam de illa lana iam facta erat tunica, id est, de niue, quam dedit sicut lanam. Quomodo enim dicitur Ecclesia corpus Christi, dicitur & uelutamentum Christi ipsa Ecclesia. Inde est illud quod ait Apostolus: Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Ergo faciat sibi uestem de illa lana, quam praedestinauit in niue. Ahuc in hominibus incredulis, & frigidis, & pigris, faciat uestem de hac lana, ut abluatur a maculis, mundetur fide, ut rugam non habeat, tendatur in cruce.

Prouerb. 31. b. Lana, pietatis opera, & simplicitatis.

Linum, carnis mortificatio.

Gal. 3. d.

Augustinus, Psal. 147. a.

Lana, ecclesia.

Ephef. 5. f. Nix, frigidus, incredulus.

Iob 16. c.

Lancea, tentatio.

Lancea uero, quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius lib. Moral. 13. cap. 9. exponens illud Iob, Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terram uiscera mea: Sancta (inquit) Ecclesia lanceis ab hoste suo circundatur, quando in membris suis ab impugnatore callido tentationum iaculis impetitur. Bene autem circundari lanceis dicimus, quia antiquus hostis tentationis suae uulnere ab omni parte nos impetit. Saepem enim, dum gula restringitur, ut libido subigat, inanis gloriae aculeus mentem pulsatur. Si autem corpus abstinentiae afflictione non atteritur, contra mentem libidinis flamma se excitat. Saepem, dum seruari parsimonia nitimur, ad tenaciam labimur, Et saepe,

Et saepe, dum possessa effuse tribuimus, ad auariciam ducimur, quia rursum colligere quaerimus, quod tribuamus. Et quia omne peccatum hostis quidem callidus suadet, si nos eius suasionibus consentiendo perpetramus, apte subiungitur, Conuulnerauit lumbos meos. In lumbis quippe luxuria est. Vnde & is qui cupiebat uoluptatem libidinis a corde extinguere, praedicauit, dicens: Succincti lumbos mentis uestrae. Quum ergo antiquus hostis fidelē populum ad luxuriā pertrahit, hunc proculdubio in lumbis ferit. Vbi notandum quoque est, quod non ait, uulnerauit, sed, conuulnerauit lumbos meos. Sicut enim loqui aliquando unius est, colloqui uero duorum, uel fortasse multorum, sic antiquus hostis, quia nos ad culpam sine nostra uoluntate non rapit, nequaquam lumbos nostros uulnerare, sed conuulnerare dicitur, quia hoc quod nobis ille male suggerit, nos sequentes ex uoluntate propria implemus, & quasi cum ipso nos pariter uulneramus, quia ad perpetrandum malum ex libero simul arbitrio ducimur. Non pepercit, id est, non destitit. Et effudit in terrā uiscera mea. Quid aliud sanctae Ecclesiae uiscera debemus accipere, nisi eorum mentes, qui eius quaedam in se mysteria continent, qui ad intima sacramenta deseruiūt? Sed antiquus aduersarius, quum fideles quosdam, qui interioribus sacramentis deseruire uidebatur, ad saecularia negotia pertrahit, eius proculdubio uiscera in terram fundit, quia illos in rebus infimis conculcat, qui prius in occultis, ac spiritualibus actibus latebant.

Quid languor mysticè significet, dictum est in dictione, Infirmus, siue Infirmitas.

Quid lapis mysticè significet.

Cap. VIII.

Lapidum nomine in sacra scriptura homines designantur, sicut sanctae Ecclesiae per Esaiam dicitur, Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, qui eisdem lapides quid dixisset, aperuit, quum subiungit, Vniuersos filios tuos doctos a domino. Et sicut admonente Petro Apostolo dicitur: Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini domus spirituales. Et in Iob scriptum est: Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. Quid enim (inquit Gregorius) radicum nomine, nisi latentes cogitationes accipimus, quae in occulto prodeunt, sed in ostensione operum per apertum surgunt? Lapidēs uero permixti positi sunt reprobī, & electi figurari. Et lib. Mor. 16. cap. 24. exponens illud Iob, Et non habentes uelamen, amplexantur lapides: Uelamen (inquit) boni operis tegmen accipimus, quo quisque tegitur, ut ante omnipotentis Dei oculos, prauitatis eius foeditas operiatur. Vnde scriptum est: Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Quos autem lapidū nomine, nisi fortes in sancta Ecclesia uiros accipimus? Quibus per primum pastorem dicitur: Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini. Hi itaque qui de nullo suo opere confidunt, & ad sanctorum martyrum protectionem currunt, atque ad sacra eorum corpora fletibus insistant, promereri se ueniā eis intercedentibus deprecantur. Quid ergo isti in hac humilitate faciunt, nisi quia bonae actionis uelamen non habent, lapides amplexantur? Et lib. Moral. 18. cap. 19. & 20. exponens illud Iob, Locus sapphiri lapides eius, & glebae illius aurum: Quid (inquit) hoc in loco per lapides, nisi sanctorum, ac fortium mentes accipimus? In scriptura etenim sacra aliquando lapides in malo, aliquando uero in bono accipi solent. Nam quum lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur, Vnde & per Ioannem dicitur: Potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham, qui uidelicet nomine lapidum corda gentilium designat, dura tūc, atque insensibilia. Et per prophetam dominus pollicetur, dicens: Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneū. Rursum per lapides, mentes fortium designari solent. Vnde & per Petrum sanctis dicitur: Et uos tanquam lapides uiui superaedificamini domus spirituales. Et per prophetam dominus uenienti Ecclesiae pollicetur, dicens: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, uniuersos filios tuos doctos a domino. Strauit namque in illa per ordinem lapides, quia in ea sanctas animas meritorum diuersitate distinxit. Fundauit eam in sapphiris, qui scilicet lapides coloris aerei in se similitudinem tenent, quia robur Ecclesiae in animabus coelestia appetentibus, solidatur. Et quoniam iaspis uiridis est coloris, iaspidem propugnacula eius posuit, quia illi contra aduersarios pro sanctae Ecclesiae defensione obiecti sunt, qui internis desiderijs uiuentes, nulla teporis reprobā ariditate marcescunt. Portas uero eius posuit in lapides sculptos. Hi quippe portae sunt Ecclesiae, per quorum uitam, atque doctrinam intrat in eam multitudo credentium. Qui pro eo etiam, quod magnis operibus pollent, & id quod loquētes asserunt, uiuentes ostendunt, non pariri, sed sculpti lapides esse memorantur. In quorum enim uita recta operatio cernitur, quasi in eis ipsis exprimitur, quod egerūt. Vbi omnē quoque sanctorum numerum generali collectione concludēs, subdidit: Omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Et tanquam, si audientes ista, peteremus, ut hos lapides, quos diceret, indicaret, adiūxit, dicens: Vniuersos filios tuos doctos a dño, Quia igitur de Iudaea

Lumbi, luxuria.

1. Pet. 1. c.

Libero peccamus arbitrio.

Viscera, mentes quaedam in se mysteria continentes

Esa. 54. c.

Lapides, homines.

1. Pet. 2. d.

Iob 5. c.

Gregorius lib. 9. Mor. cap. 35.

Radices, latentes cogitationes.

Lapides tamen reprobī quam electi.

Iob 24. b.

Uelamen, boni tegmen operis.

Psal. 31. a.

Lapides, fortes in ecclesia.

1. Pet. 2. d.

Precatio ad martyres.

Iob 28. a.

Lapides, sanctorum ac fortium mentes.

Lapides in bono, & in malo accipi solent.

Matth. 3. b.

Lapides, gentilium corda.

Ezech. 36. f.

Lapides, fortium mentes.

1. Pet. 2. a.

Esa. 54. c.

Lapides, sanctae animae.

Sapphiri, animae coelestia appetentes.

Iaspis, mens in terrenis desiderijs uiuens.

Portae, praedicatores ecclesiae.

Lapides sculpti, praedicatores sermone pollentes, & opere.

Iudaea nunquam sanctae animae, quae coelestē uitā ducerent, defuerūt, dicitur: Locus sapphiri lapides eius. Quia magna uitae, ac sapiētia claritate per fidem fulsit, adiungitur, Et glebae illius aurum. Quid per glebas, nisi collectiones singulorum ordinum, ac multitudines designantur? Glebae autē ex humore, & puluere costringuntur. Omnes ergo qui rore gratiae infusi, ex mortis debito se puluerē esse ueraci cognitione coefferi sunt, dum uitae uirtute clarescerent, quasi aureae in illa glebae iacuerūt. Glebas haec terra habuit in prophetis, glebas in doctoribus, glebas in patribus antiquis, qui magna se infusione gratiae in professionis, & operis unanimitate tenuerunt. Dicit ergo: Et glebae illius aurum, quia in ea multitudo spiritualium tanto maiori uirtute claruit, quanto se in Deum, ac proximum maiori unanimitate constrinxit. Sed hoc aurum, perfidiae est postmodum tenebris obscuratum. Cuius profecto nigredinē Hieremias propheta intus deplorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Aurum namque obscuratum est, quia in eis antiquus ille fidei, atque innocentiae splendor, irruente perfidia, malitiae se nocte fuscavit. Et lib. 6. cap. 21. exponens illud Iob, Cum lapidibus regionum pactum tuum: Quasi (inquit) distinctae in mundo regiones sunt Ecclesiae gentium, quae in una fide positae, morum linguarumque diuersitate diuiduntur. Quid ergo per regionum lapides, nisi Ecclesiarum electos accipimus? Qui igitur recte uiuit, pacto se cum lapidibus regionum iungit, quia in eo quod mundi desideria superat, uitam suam proculdubio ad sanctorum praecedentium imitationem ligat. Et lib. 29. cap. 21. exponens illud Iob, In similitudinem lapidis aquae durantur, hoc pacto scribit: Aquas populos accipi iam saepius edocuisse me memini. In lapide uero pro ipsa duritia aliquando gentiles populi designantur. Ipsi quippe lapides coluerunt. Et de his per prophetam dictum est: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vnde Ioannes Iudaeos aspiciens se de stemmate generationis extollere, & gentiles prauidens ad Abraham prolem fidei cognitione transire, ait: Ne uelitis dicere intra uos, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham, lapides utique duros perfidia gentiles uocans. Quia ergo primum Iudaea Deo credit, gentilitate omni in perfidiae suae obstinatione remanente, postmodum uero ad fidem gentiliū corda mollita sunt, & Iudaeorum infidelitas obdurata, bene dictum est, In similitudinem lapidis aquae duratur. Ac si diceret: Illa mollia, ac penetrabilia fidei corda Iudaeorum, in insensibilitatem uertuntur gentium. Quum enim misericors Deus gentes traxit, iratus Iudaeam reputat, actumque est, ut sicut dudum ad percipiendam fidem gentilitas fuerat obdurata, ita postmodum ad fidem gentilitate suscepta, Iudaeae populus perfidiae torpore duresceret. Vnde Paulus Apostolus eisdem gentibus dicit: Sicut aliquando uos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem: ita & isti non crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclussit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Et se occulta Dei iudicia comprehendere non posse consideras, exclamando subiunxit: O altitudo diuitiarum sapientiae &c. Vnde hic quoque quum de Iudaeorum perfidia dominus diceret: In similitudinem lapidis aquae durantur, ut de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demonstraret, apte subdidit: Et superficies abyssi constringitur, quia superieo quodam ignorantiae nostrae uelamine, incomprehensibilitatem diuini iudicij humanae mentis oculus nullatenus penetrat. Scriptum quippe est: Iudicia tua abyssus multa. Nemo ergo perscrutari appetat, cur quum alius repellitur, alius eligatur, uel cur, quum alius eligitur, alius repellatur, quia superficies abyssi constringitur, & attestante Paulo, Inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Vel per aquas populū, per lapidem uero eiusdem sathanae duritia designatur. Illo igitur ad ima ueniente, in similitudinem lapidis aquae durata sunt, quia eius malitiam imitari homines, mollia uiscera charitatis amiserunt. Cuius fraudulenta consilia, quia a feduētis hominibus deprehendi non possunt, recte subiungitur, Et superficies abyssi constringitur. Aliud quippe ei intrinsecus latet, atque aliud extrinsecus ostendit. Transfiguratur enim se uelut angelum lucis, & callida deceptionis arte plerumque proponit laudabilia, ut ad illicita pertrahat. Abyssus ergo superficies constringitur, quia, dum quasi bona persuasionis eius species, uelut solida desuper glacies ostenditur, in profundo latens eius malitia non uidetur.

Glebae, singulorum ordinum collectiones, ac multitudines spiritualium.

Aurum, fidei splendor, & innocentia.

Iob 5. d. Regiones, ecclesiae distinctae. Lapidēs, electi.

Iob 38. e. Aquae, populi. Lapis, gentilitas, siue gentilis.

Psal. 113. c. Sicut, est stirps.

Matth. 3. b. Iob 38. c.

Rom. 11. c.

Iob 38. e. Ibidem. Abyssus, dubium iudicium.

Psal. 35. b. Rom. 11. d. Lapis, sathanae duritia.

2. Cor. 11. c.

De eodem lapide quid mysticè significet.

Cap. IX.

ET eodem lib. cap. 26. hoc pacto scribit: Et quia plerumque humana corda, quoniam erumpere ad uirtutes, quas appetunt, non ualent, eo ipso quo ab intentionis suae perfectione resiliunt, tentationum stimulis fatigantur, sed tamen easdem tentationes cogitationum comprimunt, seque per exercitationis usum in quodam uiuendi rigore componunt, bene subditur: In similitudinem lapidis aquae durantur. Quia & si fluxae cogitationes interius lacessunt, nequaquam tamen usque ad consensum prauis operibus trahunt. Sed mens sub inolita bene uiuendi consuetudine, quasi sub quadam duritia exterius abscondit quicquid intus ex tentationis pulsatione mollescit. Vnde bene subiungitur: Et superficies abyssi constringitur, quia praua cogitatio, & si usque ad suggestionem uenit, usque ad consensum non proficit,

Iob 38. e. Ibidem.

nō p̄silit, quia fluctuantes motus animi sup̄ductus rigor sanctæ deliberationis premit. Et cap. 27. In similitudinē lapidis aquæ duratur. Mentēs enim, quæ per prospera molliter fluere, cōstrictæ ad uersitatibus durefcunt, & ad similitudinē lapidis aqua perducitur, quando infirmus quisq; per acceptam desuper tolerantiā, actiones sui redemptoris imitatur. In similitudinē quippe lapidis aqua duruerat, quum ille prius impatiēs persecutor, postmodum Paulus dicebat: Impleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. Et quia, quum deprimuntur aduersis, solertius interna dona custodiunt, rectē additur, Et superficies abyssi cōstringitur. Solet enim laticia arcana mentis aperire, atq; aperiendo amittere: aduersa uero, quum nos exterius deprimunt, interius cautiōres reddunt, & ad conseruanda profunda dona, quæ accepimus, muniūt. Abyssi enim suæ superficiem Esaias constrinxerat, quū dicebat: Secretū meū mihi, secretū meū mihi. Abyssi suæ superficiem Paulus constrinxerat, qui tot periculis, ac aduersitatibus insudās, sub prætextu cuiusdam de semetipso loquitur, dicens: Audiuit arcana uerba, quæ nō licet homini loqui. Et rursus: Parco autem, ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Qui igitur foris aduersa tolerans, ne fortasse in laudibus deflueret, arcana sua aperire metuebat, quid aliud, quàm secretorum suorum abyssum per cōstrictam superficiem presserat? Et lib. Moral. 18. cap. 16. exponēs illud Iob, Et lapis solutus calore in æs uertitur: Tunc (inquit) lapis calore soluitur, quum cor durum, atq; ad diuini amoris igne frigidū, eodē diuini autoris igne tangitur, & in feruore spiritus liquatur, ut ad sequentem uitā desideriorū æstu ardeat, quā prius audiēs, insensibilis manebat. Ex quo ardore scilicet & emollitur ad amorē, & roboratur ad operationē, ut sicut prius durus fuerat in amore sæculi, ita se post modū fortē exerat in amore Dei, & quod antē audire reuebat, iam & credere, & prædicare incipiat. Lapis ergo solutus calore in æs uertitur, quia dura mens sup̄ni amoris igne liquefacta, ad uerā fortitudinē cōmutatur, ut peccator, qui prius insensibilis extiterat, postmodū & per autoritatem fortis, & per prædicationē sonorus fiat. Quod bene per Esaiam dicitur: Qui cōfidunt in dño, mutabunt fortitudinem. Fortitudinem mutamus, quum cōuerſi, tāta uirtute præfens sæculum fugimus, quanta hoc antē quærebamus. De lapide autem caliginis, dictū est in dictione, Caligo. De lapide autem angulari scriptum est in Iob, Aut quis dimisit lapidem angularem eius? Quæ uerba diuus Gregorius enarrans lib. 28. Moral. cap. 9. hoc pacto scribit: Iam per diuinam gratiam omnibus liquet, quem scriptura sacra angularem lapidem uocet, illum profecto, qui, dum in se hinc Iudaicum, illinc gentilem populum suscipit, in una Ecclesiæ fabrica quasi duos parietes iungit, illum de quo scriptum est: Fecit utraq; unum. Qui angularem se lapidem non solum in inferioribus, sed & in supernis exhibuit, quia in terra plebi Israëliticæ nationes gentium, & utraq; simul Angelis in cœlo sociauit. Eo quippe nato clamauerūt Angeli, In terra pax hominibus bonæ uolūtatis. In ortu enim regis nequaquam pro magno offerrent hominibus pacis gaudia, si discordiam non haberēt. De hoc lapide per prophetam dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli. Huius lapidis typum Iechonias rex tenuit, quem Matthæus, dum quater denas generationes describeret, secundò numerauit. Quē enim finis secundæ, ipsum rursus initio tertie generationis inseruit. Ipse namq; in Babyloniā cum Israëlita plebe migravit, qui dum ab his ad alia ducitur, pro utriusq; parietis latere non immeritò secundò numeratur. Cuius migrationis flexu, angularem lapidem designat. Vbi enim ordo à rectitudine flectitur, ut eat in diuersum, tanquam angulum facit. Rectē ergo numerari bis potuit, quia per utriq; parietē, quasi duo in se latera, ostendit, unde & eius bene imaginem tenuit, qui in Iudæa ortus, gentilitatem colligens, quasi ab Hierosolymis Babyloniam uenit, atq; hanc in semetipso fidei fabricā, prius discordiæ studio scissam, arte charitatis intexuit. Et cap. 14. moraliter exponēs, hoc modo scribit: Lapis quippe angularis est ad sacra eloquia intellectus duplex. Qui tunc diuinitus dimittitur, quando nequaquam districto iudicio ignorantie suæ tenebris illigatur, sed quadam libertate perfruitur, dum in præceptis Dei sufficit, uel exequendo exteriora agere, uel contemplando interna sentire. Ad quod nunquam noster intellectus assurgeret, si ad suscipiendam naturam nostram ipse noster conditor non ueniret. Qui aliter angularis lapis dicitur, quia duos in se populos iūxit, atq; aliter, quia cōiunctæ utriusq; uitæ, actiue uidelicet, & contemplatiue in se exempla monstrauit. Ab actiua enim uita, longē contemplatiua distat, sed incarnatus redemptor noster ueniens, dum utraq; exhibuit, in se utraq; sociauit. Nam quum in urbe miracula faceret, in mōte uero orando continuē pernoctaret, exemplum suis fidelibus præbuit, ut nec contemplationis studio proximorum curam negligant, nec rursus sum cura proximorum immoderatus obligati, contemplationis studia derelinquant: sed sic in utriusq; mentem partiendo coniūgant, quatenus nec amorem Dei præpediat amor proximī, nec amorem proximī, quia transcendit, abijciat amor Dei. Rectē itaq; dicitur, Vel quis dimisit lapidem angularem eius? Ac si aperte dominus diceret, nisi ego, qui unicum, quem sine tempore genui, seruandis hominibus cum tempore ostendi, in cuius uita discerent etiam diuersa uiuendi studia non discrepare? Et notandum quod eum nō se emisisse, sed dimisisse asserit, quia profecto humanam naturam filius suscipit

Col. 1. d.

Esa. 24. c.

2. Cor. 12. d.

Iob 28. d.

Lapis, cor durum.

Aes, fortitudo.

Esa. 40. g.

Iob 38. d.

Lapis angularis, Christus.

Eph. 2. c.

Luc. 2. b.

Psal. 117. c.

Matth. 1. b.

Lapis angularis, uita actiua, & contemplatiua.

Luc. 6. b.

filii suscipiens, ad ima de sublimibus uenit. Quid autem lapides quadrati mysticè significēt, diuus Gregorius insinuat homilia 21. super Ezechielē, exponēs illud Ezechielis, Quatuor autem mēfæ ad holocaustū de lapidibus quadris extructæ: Quos (inquit) hoc loco lapides quadros accipimus, nisi quoslibet sanctos, quorū uita in prosperitate, atq; aduersitate nouit fortiter stare? Lapis etenim quadrus æquē stat in quocūq; latere fuerit uersus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur, in aduersitate non frangitur, suasionibus ad malum non trahitur, uituperationibus à bono opere non reuocatur, lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet, qui casum in qualibet permutatione non habet. Certē, quum Iudæorum populum propheta à fide perire cognosceret, & sanctos Apostolos surgere in Ecclesia præuideret, per quos multi sunt ex gentibus in fidei, & uitæ fortitudine solidati, in magna consolatione locutus est, dicens: Lapidēs ceciderūt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Videns quippe in sancta Ecclesia Apostolos, martyres, atq; doctores surgere, de lapidum casu, id est, de Iudæorū perditione minus doluit, quia omnipotentis Dei ædificium, id est, sanctam Ecclesiam de quadris lapidibus ædificari cōspexit. Mēfæ ergo quatuor de quadris lapidibus cōstruuntur, quia fides, & uita, patientia, & benignitas de uita sanctorū in exēplū data sunt sequētibus populis, ut iam uestibulū mēfas habeat, id est, uirtutes uitæ populus teneat, in quibus omnipotēti Deo orationis sacrificiū, in ara sui cordis incendat. Quicquid enim boni fideles sanctæ Ecclesiæ populi, uel fecerūt, uel faciunt, hoc in exēplo de prædicatorū suorū uita susceperūt. Vnde em mēfas hoc uestibulū haberet, nisi quadros lapides inuenisset? Vt enim unū de quadris lapidibus ad mediū deducamus, uultis fratres charissimi fidē uidere? Mihi (inquit Apostolus) uiuere Christus est, & mori lucrū. Vultis uitā cognoscere? Mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Vultis patientiam audire? Vsq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & bñdicimus, persecutionē patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Vultis benignitatem cognoscere? Ego autē libentissimē impendā, & superimpēdar ipse pro animabus uestris. Ac ne forsitan credamus, quia eorū, pro quibus impēdi desiderat, debitor fuerit, mox ad eosdē discipulos subiungit, dicens: Licet plus uos diligēs, minus diligar. Et infra: Holocaustū offerūt, q̄ siue in bono opere, seu in sancta cogitatione medullitus accēduntur. Mēfæ uero hæ, ex quadris lapidibus factæ sunt, quia, dum quotidie sacri eloquiū in suis cordibus uerba meditatur, ad offerendū dño orationis holocaustum quasi ex quadris lapidibus cōstruuntur. Verba etenim scripturæ sacræ, lapides quadrati sunt, qui ubiq; stant, quia ex nullo latere reprehensibilia inueniuntur. Nam in omne quod præteritum narrat, in omne quod uenturū annunciant, in omne quod moraliter prædicat, in omne quod spiritualiter sonant, quasi in diuerso latere statum habent, quia reprehensionem non habent. Corda itaq; sanctorum, mēfæ Dei sunt ad holocaustū ex quadris lapidibus constructæ, quia qui Dei uerba semper cogitant, semetipsos domino à carnali uita in cogitatione maçant. Vnde scriptum est: Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Et rursus dicitur: In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi.

Ezech. 40. f. Lapidēs quadrati, sancti in prosperis, & aduersis, fortiter stantes.

Esa. 9. b.

Philip. 1. c. Gal. 6. d. 1. Cor. 4. c. 2. Cor. 12. c.

Holocaustū offerre quid sit.

Lapides quadrati, uerba scripturæ sacræ.

Mēfæ Dei, sanctorum corda. Psal. 36. f. Psal. 118. b.

De nouem lapidum generibus in Ezechiele, quid mysticè significant. Cap. X.

Scribuntur autem in Ezechiele nouē lapidū nomina, quia profecto nouē sunt ordines Angelorum (ut diuus inquit Gregorius homil. 34. in Euangeliā, exponens illud Euangelicū, Aut quæ mulier habens drachmas decem): Nouem (inquit) Angelorum ordines sunt, quia uidelicet esse testante sacro eloquio scimus Angelos, Archangelos, uirtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, Cherubim, atq; Seraphim. Esse namq; Angelos, & Archangelos, penē omēs sacri eloquiū paginæ testantur. Cherubim uero, atq; Seraphim, sæpe (ut notum est) libri prophetarū loquuntur. Quatuor quoq; ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios enumerat, dicens: Super omnē principatū, & potestatē, & uirtutē, & dñationē. Qui rursus ad Colossenses scribēs, ait: Siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Dñationes uero, & principatus, ac potestates iā ad Ephesios loquēs descripserat, sed ea quoq; Colossensibus dicturus, præmisit thronos, de quibus necdū quicquā fuerat Ephesijs locutus. Dū ergo illis quatuor, quæ ad Ephesios dixit, coniunguntur throni, quæ sunt ordines qui specialiter exprimiuntur. Quibus dū Angeli, & Archangeli, Cherubim, atq; Seraphim adiūcti sunt, proculdubio nouē esse Angelorū ordines inueniunt. Vnde & ipsi Angelo, qui primus est cōditus, per prophetā dicitur: Tu signaculū similitudinis, plenus sapiētia, & perfectus decore, in delicijs Paradisi Dei fuisti. Vbi notādum est, q̄ nō ad similitudinē Dei factus, sed signaculū similitudinis dicitur, ut quod in eo subtilior est natura, eo in illo imago Dei similis insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur, Omnis lapis preciosus operimentū tuum Sardius, Topazius, & Iaspis, Chrysolithus, Onyx, & Beryllus, Sapphirus, Carbūculus, & Smaragdus. Ecce nouem dixit nomina lapidum, quia profecto nouem sunt ordines Angelorū. Quibus nimirum ordinibus ille primus Angelus ideo ornatus, & opertus extitit, quia dum cunctis

Luc. 15. b. Angelorū nouem ordines.

Eph. 1. d. Col. 1. c.

Ezech. 28. c.

Angelus primus, id est, Lucifer, cūctis angelorū agminibus fuit prælatu.

Angelorum ministeria, sive officia.

Angeli, nuncij. Archangeli, summi nuncij.

Angeli nomen, officij est, non naturae.

Psal. 103. a.

Luc. 1. c.

Michaël, qd ut Deus.

Raphaël, medicina Dei.

Esa. 14. d.

Luc. 1. c.

Psal. 23. b.

Ibidem.

Tob. 12. b.

Angelorum officia.

Virtutes, qui dicuntur spiritus.

Potestates, qui dicuntur.

Principatus, qui uocentur.

Dilationes, qui uocentur.

Throni, qui dicuntur.

Psal. 9. a.

Cherubim, qui dicuntur spiritus.

Seraphim, qui uocentur.

Dionysius Aeropagita.

Angeli qui mittuntur, et qui non mittuntur.

agminibus Angelorum praelatus est, ex eorum cōparatione clarior fuit. Sed cur istos per se ipsum angelorū choros enumerādo perstrinximus, si non eorū quoq; ministeria subtiliter exprimamus? Græca etenim lingua Angeli nuncij, Archangeli uero summi nūcij uocantur. Sciendū uero quōd Angelorum uocabulum nomen est officij, nō naturæ. Nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus, semper quidem sunt spiritus, sed semper uocari Angeli nequaquam possunt, quia tūc solum sunt Angeli, quum per eos aliqua nunciatur. Vnde & per Psalmistam dicitur: Qui facit Angelos suos spiritus. Ac si patenter dicat: Qui eos, quos semper habet spiritus, etiam quum uoluerit, Angelos facit. Hi autem qui minima nunciant, Angeli, qui uero summa annunciant, Archangeli uocantur. Hinc est enim, quōd ad Mariam uirginem non quilibet Angelus, sed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministeriū summum Angelum uenire dignū fuerat, qui summum omnium nunciabat. Qui idcirco etiam priuatis nominibus cēsentur, ut signetur per uocabula etiam in operatione quid ualeant. Neque enim in illa sancta ciuitate, quam de uisione omnipotentis Dei plena scientia perficit, idcirco propria nomina fortiuntur, ne eorum personæ sine nominibus sciri non possint, sed quum ad nos aliquid ministraturi ueniunt, apud nos etiā nomina à ministris trahunt, Michaël namq; quis ut Deus, Gabriël autem, fortitudo Dei. Raphaël uero dicitur medicina Dei. Et quoties miræ uirtutis aliquid agitur, Michaël mitti perhibetur, ut ex ipso actu, & nomine detur intelligi, quia nullus potest facere, quod facere praeuallet Deus. Vnde & ille antiquus hostis, qui Deo esse per superbiam similis concupiuit, dicens: In cœlum cōscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, sedebō in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinē nubium, similis ero altissimo, dum in fine mundi in sua uirtute relinquetur extremo supplicio perimendus, cum Michaële Archangelo, ut qui se ad Dei similitudinem superbus extulerat, per Michaëlem peremptus discat, quia ad Dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad Mariam quoq; Gabriël mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare ueniebat, qui ad debellandas aëreas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, dominus potens in praelio. Et rursus: Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui uirtutum dominus, & potēs in praelio contra potestates aëreas ad bella ueniebat. Raphaël quoq; interpretatur (ut diximus) medicina Dei, quia uidelicet dum Tobiae oculos, quali per officij curationis, tetigit, cæcitatē eius tenebras terisit. Qui ergo ad curādum mittitur, dignum uidelicet fuit, ut Dei medicina uocaretur. Sed quia Angelorum nomina interpretando perstrinximus, nūc superest, ut ipsa officiorum uocabula breuiter exequamur. Virtutes enim uocantur, illi nimirū spiritus, per quos signa, & miracula frequētius fiunt. Potestates etiam uocantur hi, qui hoc potentius cœteris, in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni uirtutes aduersæ subiectæ sint, quorum potestate refrænātur, ne corda hominū tantum tentare praeualeant, quantum uolunt. Principatus etiam uocantur, qui ipsis quoq; bonis Angelorum spiritibus præsunt, qui subiectis alijs, dum quæq; agenda sunt, disponunt, eis ad exempla diuina ministeria principantur. Dominationes autem uocantur, qui etiam potestates principatum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari, est inter aliquos priorem existere, dominari uero, est etiam subiectos quosq; possidere. Ea ergo Angelorum agmina, quæ mira potentia præminent, pro eo quōd eis cœtera ad obediendū subiecta sunt, dominationes uocantur. Throni quoq; illa agmina sunt uocata, quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotēs præsident. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus, throni Dei dicti sunt hi, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat. Vnde & per Psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas æquitatem. Cherubim quoq; plenitudo scientiæ dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco Cherubim uocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei uicinius contemplantur, ut secundū creaturæ modū, eō plenē omnia sciant, quōd uisioni conditoris sui per meritū dignitatis appropinquant. Seraphim etiam uocatur illa spirituum sanctorū agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardēt amore. Seraphim namq; ardentes, uel incendentes uocantur. Quæ quia ita Deo coniuncta sunt, ut inter hæc & Deū nulli alijs spiritus intersint, tantomagis ardent, quanto hunc uicinius uident. Quorū profecto flamma amor est, quia quo subtilius claritatem diuinitatis eius aspiciūt, eo ualidius in eius amore flammescunt.

De eisdem Angelis ex eodem Gregorio in eadem homilia. Cap. XI.

Fertur uero Dionysius Aeropagita, antiquus uidelicet, & uenerabilis pater, dicere, quōd ex minorum Angelorum agminibus foras ad explendum ministerium uel uisibiliter, uel inuisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia, aut Angeli, aut Archangeli ueniunt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt, quoniam ea quæ præminent, usum exterioris ministerij nequaquam

rijs nequaquam habent. Cui rei illud uidetur esse contrarium, quod Esaias dixit: Et uolauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meū. Sed in hac prophetæ sententia uult intelligi, quia ij spiritus, qui mittuntur, eorum uocabulum percipiūt, quorum officium gerunt. Qui enim, ut peccata locutionis incendat, de altari Angelus carbonem portat, Seraphim uocatur, quod incendium dicitur. Huic autem sensui & illud creditur non inconuenienter opitulari, quod per Danielem dicitur: Milia milium ministrabāt ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Aliud namq; est ministrare, aliud assistere, quia ij administrant Deo, qui ad nos nunciando exeunt: assistunt uero, qui sic contemplatione intima perfruuntur, ut ad explenda foras opera minimē mittantur. Sed quia in quibusdam scripturæ locis quædā per Cherubim, quædam uero per Seraphim agi didicimus, utrum per se hæc faciant, an per subiecta agmina agantur, quæ (sicut dicitur) in eo, quōd à maioribus ueniunt, maiorū uocabula fortiuntur, nos affirmare nolumus, quod apertis testimonijs non approbamus. Hoc tamen certissimē scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alij spiritus alios mittunt, Zacharia scilicet propheta testate, qui ait: Ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & ecce alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerū istum, dicens: Absq; muro habitabitur Hierusalem. Dum enim Angelus ad Angelū dicit, Curre, & loquere, dubiū nō est, quia alius aliū mittit. Minora uero sunt, quæ mittuntur, maiora, quæ mittūt. Sed hoc quoq; de ipsis agminibus, quæ mittuntur, certum tenemus, quia & quum ad nos ueniunt, sic exterius implent ministerium, ut tamen nunquam desint interius per contemplationem. Et mittuntur igitur, & assistūt, quia & si circumscriptus est Angelicus spiritus, summus tamē spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus nō est. Angeli itaq; & missi, & ante ipsum sunt, quia quolibet missi ueniant, intra ipsum currunt. Sciendū quoq; est, quia plerunq; ipsi beatorum spirituum ordines uiciorum sibi ordinum uocabula fortiuntur. Thronos etenim, scilicet sedes Dei, specialem beatorum spirituum ordinem diximus, & tamen per Psalmistam dicitur: Qui sedes super Cherubim, appare, quia uidelicet, dum in ipsis distinctionibus agminum Cherubim thronis iunguntur, sedere etiam super Cherubim dominus ex uicini agminis æqualitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ciuitate specialia quædam singulorum sunt, ut tamen sint communia omnium, & quod in se ex parte quisq; habet, hoc in alio ordine totum possidet. Sed idcirco uno, eodemq; uocabulo cōmuniter non censetur, ut ille ordo uocari priuato uniuscuiusq; rei nomine debeat, qui hāc in munere plenius accepit. Seraphim namq; incendium diximus, & tamen amore conditoris simul omnes ardent. Cherubim uero plenitudinē scientiæ dicimus, & tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi ipsum omnes simul fontem scientiæ Deū uident? Throni quoq; illa agmina, quibus conditor præsident, uocantur: sed beatus esse quis potest, nisi creator suus eius menti præsideat? Quæ ergo ex parte ab omnibus habentur, eis in priuato nomine data sunt, qui hæc in munere plenius acceperunt. Nam & si qua illic sic alijs habent, ut haberi ab alijs nequaquam possint, sicut speciali nomine dominationes, & principatus uocantur, cūcta ibi singulorum sunt, quia per charitatem spiritus, ab alio in alijs habentur. Et libro Moral. 32. cap. 24. & 25. Qui (inquit) idcirco peccans sine uenia damnatus est, quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hinc ei rursus per prophetam dicitur: Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti. Multa enim de eius magnitudine loquutus, primo uerbo cuncta complexus est. Quid namq; boni non habuit, si signaculū Dei similitudinis fuit? De sigillo quippe anulī, talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur. Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi aliquod maius tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculū Dei similitudinis dicit, ut quō subtilior est in natura, eō in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. Hinc est quōd primatus eius potentiam adhuc insinuans, idem propheta subiūgit: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sadius &c. Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouem sunt ordines Angelorum. Quibus tamen Behemóth iste opertus fuisse describitur, quia eos quasi uestem ad ornamentum suum habuit, quorum, dum claritatem transenderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc descriptione, subiūgit: Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt. Aurum opus decoris eius extitit, quia sapientiæ claritate canduit, quam bene creatus accepit. Foramina uero idcirco in lapidibus fiunt, ut uinculati auro in ornamenti compositione iungantur, & nequaquam à se dissideant, quos interfusum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt, quia uidelicet capax charitatis est conditus. Qua si repleti uoluisset, stantibus Angelis tanquam positis in regis ornamento lapidibus potuisset inhærere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem præbuisset, sanctis Angelis sociatus, in ornamento (ut diximus) regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iste foramina, sed per superbiam uitium, charitatis auro non sunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant, idcirco iste cecidit, quia etiam perforatus manu artificis, amoris uinculis ligari contempsit.

Esa. 6. a.

Daniel. 7. c. Ministrare, & assistere, quo pacto differat.

Zach. 2. a. Ibidem b.

Angeli minor res mittuntur à maioribus.

Angeli & mittuntur, & assistunt.

Angelus circumscriptus spiritus.

Angeli uiciorum ordinū fortiuntur uocabula.

Psal. 79. a.

Ezech. 28. c.

Nunc autem cæteri lapides, qui huic similiter fuerant perforati, penetranti se inuicem charitate ligati sunt, atq; hoc in munere, isto cadente, meruerunt, ut nequaquam iam de ornamento regio cadendo soluantur. Huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta intuens, adiungit: Tu Cherub extentus, & protegens in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti. Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur, & idcirco iste Cherub dicitur, quia transcendisse cunctos scientiæ, non dubitatur. Qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit, quia inter Angelorum corda charitatis igne succensa, clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim quod extenti protegimus, obumbramus. Et quia cõparatione claritatis suæ, cõterorum claritatem obumbrasse creditur, ipse extentus, & protegens fuisse perhibetur. Reliquos enim, quasi obumbrando, operuit, qui eorũ magnitudinẽ excellẽtia maiore transcendit.

Ezechielis uerba antedicta ab Origene declarantur, citatis uerbis Ezechielis iuxta lxx. quos Græci sequuntur, Cap. XII.

Origenes,

Origenes autẽ libro Periarchon primo, cap. 5. hoc pacto scribit: Inuenimus in Ezechiele propheta duas quasdam prophetias scriptas esse ad principem Tyri, quarum prima fortasse uidebitur alicui antequam audiat & secũdam, dici de homine aliquo, qui princeps fuerit Tyrionum. Et ideo nos interim nihil de prima illa sumemus. Secunda uero, quoniam euidentissimẽ talis est, ut nihil prorsus de homine, sed de uirtute aliqua superiori intelligi debeat, quæ delapsa fuerit à superioribus ad inferiores, & ad deteriora deiecta, ex ipsa deferemus exemplũ, ex quo manifestissimẽ demonstratur cõtrarias istas, magnasq; uirtutes, non natura tales esse conditas, uel creatas, sed de melioribus uenisse in peius, atq; in deterius esse conuersas. Beatas quoq; illas uirtutes, non esse talis naturæ, quæ contrarium recipere non possit, si uelit, ac negligat, & status sui beatitudinem non omni cautela custodiat. Si enim is, qui dicitur princeps Tyri, refertur, quia inter sanctos erat, & immaculatus erat, & in paradiso Dei constitutus, corona quoq; decoris, & plenitudinis exornatus, is qui talis erat, quomodo aliquo sanctorum inferior putandus est? Corona enim decoris, & pulchritudinis ipse fuisse, & in paradiso Dei ambulasse immaculatus describitur. Quomodo ab aliquo putari solet, quod iste talis non unus fuerit de illis sanctis, beatisq; uirtutibus, quas utiq; in beatitudine ne positas, non alio quàm tali honore præditas esse credendũ est? Sed uideamus tandem quid etiam ipsa prophetica uerba nos doceant. Et factus est (inquit) sermo domini ad me, dicens: Fili hominis assume lamentum super principem Tyri, & dic ei: Hæc dixit dominus Deus Tu signaculum similitudinis, & corona decoris, in delicijs paradisi fuisti. Omni lapide, uel gemma bona exornatus es, & indutus sardio, & topazio, & iaspide, argẽto, & auro insertus, & achate, amethysto, & chrysolitho, & beryllo, & onychio, auro quoq; replesti thesauros tuos, & prõptuarua tua in temetipso. Ex qua die creatus es cum Cherubim posui te, in monte Dei sancto fuisti, in medio lapidũ igneorum fuisti immaculatus tu in diebus tuis, ex qua die creatus es tu, donec cõminuendæ sunt iniquitates in te ex multitudine negociationis tuæ. Replesti iniquitate prõptuarua tua, & peccasti, & uulneratus es, & a mōte Dei eieci te Cherub de medio lapidum igneorum, & elatum est cor tuum in decore tuo, corrupta est disciplina tua cum plenitudine tua propter multitudinem peccatorũ tuorum, & iniquitatum tuarum, & negociatione tua polluisti sancta tua. Et educam ignem de medio, & comedet te, & dabo te in cinerem, ac fauillam super terram in conspectu omnium uidentũ te, & omnes qui sciebant in gentibus, mœrebũt te. Perditio effectus es, & non subsistes ultra in æternum tempus. Hæc quum ita dicta sint, quis est qui audiens, Signaculũ similitudinis, & corona decoris, in delicijs paradisi fuisti, uel audiens, quod ex quo creatus es tu cum Cherubim, posui te in monte sancto Dei, ultra sensum suum poterit relaxare, ut de aliquo hominum, uel sanctorum, non dicam Tyri principem, hæc dicta esse suspicetur? Aut quos lapides igneos putabit, in quorum medio ab eo aliquis conuersari poterit? Aut quis immaculatus ab ipsa die, qua creatus est, intelligi poterit, in quo postea aliquando iniustitiæ in ipso inuentæ sint, & tunc in terram proiectus esse dicatur? Quod utiq; significat, quia de eo dicitur, qui, quum non esset in terra, in terram proiectus est, cuius etiam sancta polluta esse dicuntur. Hæc quidem de principe Tyri ex propheta Ezechiele, quæ in aduersariam uirtutem referuntur, ostendimus, per quæ manifestissimẽ demonstratur, quod sancta uirtus hæc fuerit, & beata, de qua beatitudine, ex quo in ea inuenta est iniquitas, ruerit, in terramq; demersa sit, & non per naturam, conditionemq; talis extiterit. Arbitrantur ergo dici hoc de Angelo quodam, qui Tyrionum gentis dispensandæ sit fortitus officium, cui etiam animæ eorum procurandæ uidentur esse commissæ. Quam sanè Tyrum, uel quas Tyrionum animas sentire debeamus, utrum hanc, quæ in Phœnicis prouinciæ regionibus sita est, an aliam aliquam, cuius hæc, quam in terris nouimus, forma est, & animas Tyrionum utrum horum, an eorum, qui domesticũ sunt illius Tyri, quæ spiritualiter intelligitur, in hoc loco non uideatur requirendum, ne forte uelut in

Cave hoc dogma, quia hereticum est qd beatũ à beatitudine cadere possint. Argumentum prorsus non ualet, quia cuncta hæc dicta sunt, qd in gratia fuerit creatus, non beatus. Ezech. 28. d.

uelut in transitu de tantis, & tam absconditis rebus uideamur inquirere, quod utiq; proprium uel opus exigit, uel laborem. Rursum tamen etiã de alia uirtute cõtraria ab Esaia propheta talia quædam docemur. Ait enim: Quomodo descendit de cœlo lucifer, qui manẽ oriebatur? Confractus est, & collisus in terram, qui immittebat ad omnes gentes. Tu uero dixisti in corde tuo: Ascendam in cœlum, super stellas cœli ponam meum thronum, sedebõ in monte excelso, super omnes excelsos, qui sunt in Aquilone, ascendam super nubes, ero similis altissimo. Nunc autem in infernũ demergẽris, & in fundamenta terræ. Qui te uiderint, admirabuntur super te, & dicẽt: Hic est homo, qui exacerbabat totam terram, qui mouebat reges, qui fecit uniuersum orbem desertũ, qui urbes destruxit, nec eos, qui in uinculis sunt, resoluit. Omnes reges gentiũ dormierunt in honore, unusquisq; in domo sua, tu uero proieceris in montibus, sicut mortuus, & execrabilis cum multis mortuis, qui transfolli sunt gladijs, & descenderunt in infernum. Sicut uestimentum sanguine concretum, & infectum non erit mundũ, ita nec tu quidem eris mundus, pro eo quod terram meam perdidisti, & populum meum occidisti, non manebis in æternum tempus. Semen pessimum præparasti filios tuos ad interfecionem pro peccatis patris tui, ne resurgant, & terram hereditate possideant, & repleant terram bellis. Et insurgam in eos, dixit dominus Sabaoth, & deperire faciam nomen ipsorum, reliquias, & semen eorum. Manifestissimẽ ergo per hæc ostenditur, cecidisse de cœlo is utiq; qui prius erat lucifer, & qui manẽ oriebatur. Si enim (ut putant) aliqua natura tenebrarũ erat, quomodo antè fuisse lucifer dicitur? Vel quomodo poterat oriri manẽ, qui nihil in se habebat ex luce? Sed & saluator docet nos de diabolo, dicens: Ecce uideo sathanam cecidisse de cœlo sicut fulgur. Lux enim erat aliquando. Sed & dominus noster, qui ueritas est, gloriosi aduentus potẽtiam nihilominus fulguri comparauit, dicens: Sicut enim fulgur à summo cœlo fulget usq; ad summum eius, ita erit aduẽtus filij hominis. Et nihilominus hunc fulguri comparat, & dicit eum cecidisse de cœlo, ut ostenderet per hoc fuisse & ipsum aliquando in cœlo, & habuisse locum inter sanctos, & participasse de hac luce, de qua omnes sancti participant, ex qua Angeli lucis efficiuntur, & Apostoli mundi dicuntur à domino. Hoc ergo modo erat iste lux aliquando, antequam præuaricaretur, & caderet in hunc locum, & gloria eius conuerteretur in puluerem, quod est propriè impiorum, sicut & propheta dicit: Ex quo & princeps huius mudi, id est, terrenæ habitationis appellatus est. Principatum nanq; egit in eos, qui eius malitiæ obsequuti sunt. Quomodo quidem totus hic mundus, id est, terrenus locus in maligno positus est, & in hoc apostata. Quod autem apostata sit iste, id est, refuga, etiam dominus in Iob ita dicit: Educes autem draconem in hamo apostatam, id est, refugam. Certum est autem, quia draco ipse diabolus intelligitur. Si ergo contrariæ uirtutes refugæ nominantur, & immaculatæ fuisse aliquando dicuntur, immaculatum autẽ esse præter patrem, & filium, & spiritum sanctum nulli substantialiter inest, sed sanctitas in omni creatura accidens res est. Quod autem accidit, & decidere potest, & istæ uirtutes contrariæ immaculatæ aliquando fuerunt, & inter illas utiq; fuerunt, quæ adhuc immaculatæ permanent. Per hoc ostenditur, neq; substantialiter, neq; naturaliter esse aliquid immaculatum, neq; substantialiter pollutũ, & per hoc consequens est in nobis esse, atq; in nostris moribus, ut uel beati, & sancti simus, uel per desidiã, & negligẽtiam à beatitudine in malitiã, & perditionem uergamus, intantum, ut unus perfectæ (ut ita dixerim) malitiæ, si peccatum suum neglexerit, usq; ad eum statũ deueniat, ut ea, quæ dicitur contraria uirtus, efficiatur.

Diui Hieronymi enarratio in antedicta Ezechielis uerba.

Cap. XIII.

Diuus autem Hieronymus antedicta Ezechielis uerba, quo pacto exponantur suis in cõmentarijs, ita edisserit: Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum super regem Tyri, & dices ei: Hæc dicit dominus Deus: Tu signaculũ similitudinis &c. Pro signaculo resignaculum legitur, dum κακοζήλιος uerbum è uerbo exprimens, qui interpretatus est, iuxta lxx. translationem ἀποσφραγισμα, id est, resignaculum, posuit. Vnde quidam sic intelligunt, quod signaculum Dei, & figuram, quæ uelut in cæra mollissima expressa sit, rex Tyri resignauerit, atq; perdidit, ut pro signaculo fecerit resignaculum, nequaquam habens imaginem, & similitudinem Dei, iuxta quam & primus homo conditus est, dicẽte Deo: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et notandum, quod imago tunc facta sit tantum, similitudo in Christi baptismate compleatur. Et consequenter ei, cui dictum est, Tu signaculũ similitudinis, iungitur: Plenus sapientiã, & perfectus decore, (siue corona decoris ut lxx.) Vbi enim similitudo Dei est, ibi & plenitudo sapientiæ, & perfectus decor, siue quasi diuersis floribus ornata, atq; composita corona uirtutum, quam proprio studio auget diligens, dum naturæ bonum nutrit industria, & negligens minuit. In delicijs paradisi Dei fuisti, pro quo in Hebraico habetur in Heden, quod & Genesios

P iij narrat

narrat historia. Hæden autem uertitur in delicias. Et pulchrè ad distinctionem paradysum Dei nominat, ut ostendat esse & contrarium paradysum, non Dei apud eos, qui ueritatem mutant mēdacio, & paradysum habere se iactant. Quo sermone demonstrat, nequaquam hominem esse, de quo scribitur, sed contrariam fortitudinem, quæ quondam in Dei paradiso commorata sit, licet Iudæi hoc per *προπορ*, qui appellatur *υπερβολη*, de Hiram rege Tyri existiment prophetari. Cui autem dicitur: In delicijs paradisi Dei fuisti, siue factus es, quid habuerit, ostendit, quid ue perdidit. Porro, quod habitationi paradisi copulatur: Omnis lapis preciosus operimentum tuum, siue colligatio tua, & circūdatio, sardius, topazius &c. siue, ut in lxx. diuerso ordine, nominibusq; alijs, duodecim lapides continentur: (sic enim habent: Omni lapide bono circūdatus es, sardio, & topazio &c. ut in Origene citauimus). Hoc seruandum est, non omni lapide preciso regē Tyri fuisse circūdatum, siue opertum, & ut Symmachus transtulit, uinctum, atq; constrictum, sed omnem lapidem, quem habuit princeps Tyri, fuisse preciosum. Alioquin multi sunt preciosi lapides, quos in præsentilo- eo scriptura non nominat, Calcedonius, Sardonyx &c. Sed & Aquila, & Symmachus, ac Theodotio in præsentilo- eo multum inter se, & lxx. interpretes, non solum ordine, sed & numero discrepant, atq; nominibus. Porro Symmachi interpretatio istum principem Tyri, quasi preciosissimum monile, lapidibus scribit esse distinctum. Deniq; auri tympanum uocat, in quo infixi sint lapides. Vnde iuxta Hebraicum sequitur: Aurum opus decoris tui, foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt, pro quo posuere lxx. Auro replesti thesauros tuos, & apothecas tuas, ad sensum, mentemq; referentes, quod cogitatio eius diuinis patuerit sacramentis, & congregauerit sibi diuitias spirituales, de quibus dominus præcepit: Thesaurizate uobis thesauros in cælo. Post hæc dicitur iuxta Hebraicum: Tu Cherub extensus, & protegēs. Ex quo ostenditur ad hominem urbis Tyriæ principem pertinere non posse, sed ad sanctam quandam, & præcipuam fortitudinem. Et posui te (inquit) in monte sancto Dei, haud dubium quin paradysum significet. Ambulauit quoq; in medio ignitorum lapidum, de quibus scriptum est: Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Quodq; sequitur: Perfectus in uis tuis &c. Pro quo posuere lxx. Fuisti immaculatus in diebus tuis, à die qua conditus es &c. ostendit omnem creaturam bonam à Deo conditam, & perfectam habuisse uirtutem, & per hoc principem quoq; Tyri fuisse immaculatum, ut deinceps macula non naturæ sit, sed uoluntatis &c. Et diuus Augustinus libro de ciuitate Dei 11. cap. 15. exponēs illud Euangelicum, Ab initio diabolus peccat, hoc modo scribit: Illud etiam quod ait de diabolo Ioannes, Ab initio diabolus peccat, non intelligunt, qui inde uolunt asserere peccati naturam, quum naturale nullum sit omnino peccatum. Sed quid responderetur propheticis testimonijs, siue quod Esaias ait sub figurata persona principis Babylonix, diabolū notans: Quomodo cecidit lucifer, qui manè oriebatur, siue quod Ezechiel, In delicijs paradisi Dei fuisti, omni lapide decoratus: Vbi intelligitur fuisse aliquando sine peccato. Nam expressius ei paulopost dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine uitio. Quæ si aliter cōuenientius intelligi nequeunt, oportet etiam illud quod dictum est, In ueritate non stetit, sic accipiamus, quod in ueritate fuerit, sed non permanerit. Et illud, Ab initio diabolus peccat, non ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, quod ab ipsius superbia cōperit esse peccatū. Nec illud quod scriptū est in libro Iob, quum de diabolo sermo esset: Hoc est initium figmenti domini, quod fecit ad illudendum ab Angelis suis, cui consonare uidetur etiam Psalmus, ubi legitur: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei, sic intelligendum est, ut existimemus talem ab initio creatum, cui ab Angelis illuderetur, sed in hac pœna post peccatum ordinatum. Initium ergo eius, figmentum est domini. Non enim est ulla natura etiam in extremis, infimisq; bestiolis, quam nō ille constituit, à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo, sine quibus nihil rerū inueniri, uel cogitari potest, quam tomagis Angelica creatura, quæ omnia cœtera, quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcedit. Et cap. 17. Propter naturam igitur, non propter maliciam diaboli, dictum rectè intelligimus. Hoc est initium figmenti domini, quia sine dubio ubi esset uitium maliciæ, natura non uitata præcessit. Vitium autem ita contra naturam est, ut non possit nisi nocere naturæ. Non itaq; esset uitium, recedere à Deo, nisi naturæ, cuius id uitium est, potius competeret esse cum Deo. Quapropter etiam uoluntas mala, grāde testimonium est naturæ bonæ. Sed Deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum uoluntatum iustissimus ordinator, ut quum malè illæ utuntur naturis bonis, ipse bene utatur etiam uoluntatibus malis. Itaq; fecit, ut diabolus institutione illius bonus, uoluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab Angelis eius, id est, ut pro sint tētationes eius sanctis, quibus eas obesse desiderat. Et quoniā Deus, qui eū cōderet, futuræ malignitatis eius nō erat utiq; ignarus, & præuidebat quæ bona de malo eius esset ipse facturus, propterea Psal. ait: Draco hic, quē finxisti ad illudendū ei, ut in eo ipso, quod eū finxit, licet p suā bonitatem bonū, iam per suā præscientiam præparasse intelligatur, quomodo ille uteretur in malo.

De lapide

De lapide absciso, de monte sine manibus.

Cap. XIII.

Scriptum quoq; est in Daniele, Secundum quod uidisti, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ uetura sunt postea. quæ uerba diuus enarrās Hieronymus, hoc pacto scribit: In fine (inquit) horum omnium regnorum auri, argenti, æris, & ferri, abscisus est lapis dominus, atq; saluator, sine manibus, id est, absq; coitu, & humano semine de utero uirginali, & contritis omnibus regnis, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram, quod Iudæi, & impius Porphyrius malè ad populum referunt Israël, quem in fine sæculorum uolunt esse fortissimum, & omnia regna contere, & regnare in æternum. Et in epistola de custodia uirginitatis ad Eustochium: Christus lapis prædicatur abscisus de monte sine manibus, significante propheta, uirginem nasciturum esse de uirgine. Manus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum, ut ibi: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et Origenes homilia secunda in Cantica Cantorum: Lapis (inquit) præcisus è monte sine manibus, nostri in carne saluatoris erat aduentus. Neq; enim totus mons fuit, qui descendat ad terras, nec poterat humana fragilitas totius montis magnitudinem capere, sed lapis è monte, lapis offensionis, & petra scandali, descendit in mundum. Et diuus Augustinus in oratione contra Iudæos, & paganos &c. capite duodecimo: Ipse (nempe Christus) lapis est abscisus ille de monte sine manibus concidentium, id est, Christus natus de uirgine sine manibus completentium, qui tantum creuit, ut mōs magnus fieret, & impleret uniuersam faciem terræ. De quo monte dicit propheta: Venite, ascendamus ad montem domini. Et de quo Dauid dicit: Mons Dei, mons uberrimus, ut quid suspicamini montes in caseatos, mōtem in quo placuit Deo habitare in eo? Quum enim ipse dominus Christus discipulos suos interrogaret, quem dicerent esse homines filium hominis, responderunt: Alij Heliā, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis. Et ille: Vt quid suspicamini montes in caseatos, montem in quo placuit Deo habitare in ipso? Hunc cognouit Petrus, dicens: Tu es Christus filius Dei. Agnouit montem, & ascendit in montem. Testimonium dixit ueritati, & dilectus est à ueritate. Supra petram fundatus est Petrus, ut mortem susciperet illum amando, quem ter negauerat timendo. Et in enarratione psalmi 98. exponens illum uersum, Exaltate dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius &c. Post exaltationem (inquit) domini nostri Iesu Christi, ne quis illum præter montem eius exaltet, commēdauit & montem ipsius. Mons ipsius quis est? Legimus alibi de hoc mōte, quia lapis fuit præcisus de monte sine manibus, & cōfregit omnia regna terræ, & creuit lapis ipse. Danielis uisio est ista, quam narro. Creuit lapis iste, & factus est mōs magnus, ita ut impletet uniuersam faciem terræ. In ipso monte magno adoremus, si exaudiri uolumus. Hæretici non adorant in isto monte, hæserunt in parte, & totum amiserunt. Si agnoscant Ecclesiam catholicam, adorabunt in isto mōte nobiscum. Iam uideamus quantum creuerit lapis ille, & quantas regiones terræ occupauerit, & usq; ad quas gentes peruenerit. Mons unde præcisus est lapis sine manibus, regnum est Iudæorum. Primo, quod colebant unum Deum, inde præcisus est lapis dominus noster, lapis, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. Lapis iste confregit omnia regna terrarum, id est, regna idolorum, regna dæmoniorū fracta sunt. Regnabat Saturnus, regnabat Mercurius in multis hominibus. Vbi est regnum eorum? Fractum est. Redacti sunt illi in regnum Christi, in quibus illi regnabant. Regnū Veneris, quale erat Carthagini, ubi nūc est regnum cœlestē? Quid est præcisus de mōte sine manibus? Natus de gente Iudæorum sine opere hominum. Omnes enim qui nascuntur, de opere maritali nascuntur, ille de uirgine natus, sine manibus natus est. Per manus enim opus humanum significatur, quod manus humanæ nō accesserūt, ubi maritalis amplexus non fuit, foetus tamen fuit. Factus est autem mōs magnus, & impleuit uniuersam faciem terræ. Hæc est Ecclesia catholica. Et in expositione Euāgelij Ioānis, tractatu quarto: Daniel (inquit) propheta dicit se uidisse lapidem præcisum de monte sine manibus &c. Videat ergo Charitas nostra quod dico: Christus ante Iudæos iam præcisus erat de mōte, mōtem magnū uult intelligi Iudæorū. Sed regnū Iudæorum non impleuerat uniuersam faciem terræ. Inde præcisus est ille lapis, quia inde natus est in præsentia domini. Et quare sine manibus? Quia sine opere uirili, uirgo peperit Christum. Iam ergo erat lapis ille præcisus sine manibus ante oculos Iudæorum, sed humilis erat. Nō immeritò, quia nōdum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarum, quod ostendit in regno suo, quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ. Quia ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tanquam in lapidem, & factum est in eis quod scriptum est: Qui ceciderit super lapidem istum, conuassabitur, & super quos ceciderit lapis ille, contere eos. Primò super humilem ceciderunt, excelsus super illos uenturus est. Sed ut eos uenturus excelsus conterat, primò eos humilis quassauit. Offenderunt in eum, & quassati sunt, non contriti, sed quassati sunt, ueniet excelsus, & contere eos.

P iij Sed

Dan. 2. g.

Hieronymus.

Dan. 2. g.

Manus, nuptiarum opus.

Cantic. 2. b.

Dan. 2. g.

Esa. 8. c.

Dan. 2. g.

Esa. 2. a.

Psal. 67. c.

Matth. 16. c.

Illic.

Daniel. 2. g.

Ibidem.

Psal. 117. c.

Daniel. 2. g.

Lucæ 20. c.

Sed ignoscendum est Iudæis, qui offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum montem offendunt.

De lapide angulari, quid mysticè significet.

Cap. XV.

Psal. 117. c.
Augustinus.

DE lapide autem angulari scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Vt duos (inquit Augustinus) cōderet in se in unum nouum hominem faciēns pacem, & commutaret utrosq; in uno corpore Deo, circuncisionem scilicet, & præputium. A domino factū est ei, id est, capiti anguli à domino factus est. Quamuis enim hoc nō esset factus, nisi passus esset, non tamen hoc ab eis, à quibus passus est, factus est. Nam illi, qui ædificabāt, reprobauerunt, sed in eo quod dominus occultè ædificabat, fecit in caput anguli, quod illi reprobauerūt. Et est mirabilis in oculis nostris. In oculis interioris hominis, in oculis credentium, sperantium, diligētiū, non in oculis carnalibus eorum, qui quasi hominem contemnendo, reprobauerunt. Et in oratione aduersus Iudæos: Quomodo (inquit) iuxta eundem prophetam, Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, nisi quod ex circuncisione, & præputio populi tanquam parietes de diuerso ueniētes, in angulo sibimet, tanquam in pacis osculo, copulentur? Vnde dicit Apostolus: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Qui ergo ex domo Iacob, siue Israël uocantem secuti sunt, ipsi sunt lapidi angulari cohærentes, & in domini luce ambulantes: quos uerò ibi dimisit, ipsi sunt ruinam ædificantes, & angularem lapidem reprobantes. Et sermone decimoterio de uerbis Apostoli: Videbat (inquit Apostolus) lapidem angularem, quem reprobauerunt ædificantes, non sine causa angularem dictum, nisi quia in osculum recipit utrunq; parietem de diuerso ueniētem. Hinc circuncisio, inde præputium, tantum à se, & inter se longè, quantum ab angulo longè, quāntum autem ad angulum propè, & inter se utiq; propè, in angulo autem inter se iuncti. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ergo inde circūcisio, inde præputiū, parietum concordia, anguli gloria. Et Cassiodorus: Sub allusione fabricantiū exponitur inanis opera Iudæorū. Soli quippe hominum adhuc in mundo unum Deum colentes, ædificare uidebantur, dum ceteræ nationes idolorum se cultura destruerent. Aedificantes enim tendunt semper ad angulum, ut commissorum parietum soliditas impleatur. Iudæi uerò fidei suæ fabricā minimè perfecerunt, quoniam ipsum, qui erat lapis fortissimus angularis, more dementium putauerunt esse temnendum. Dominus autem Christus per tropologiam, sicut in innumeris locis constat expositum, ideo lapis dicitur angularis, quia duos ad se populos è diuerso ueniētes gentiliū, atq; Iudæorum, tanquam geminos parietes in unam soliditatis gratiam collocauit. De hoc lapide prophetæ, de hoc Apostoli, de hoc diuersi multa dixerunt. Angulus enim tractus est ex Græco sermone, id est, à γωνία, quod latine dicitur genu. Hoc inflexum, speciem anguli cōformi qualitate restituit. Nam apud Græcos originem sui nominis in deriuationibus omnino custodit, ut tetragonus, pētagonus, & his similia. A domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Ne lapidem istum faxeis mōtib; putares excisum, in salutem mūdi factum dicit à domino. Sed dum memorat factum, natura humanitatis ostenditur, quæ & creata esse mōstrantur. Sic & Apostolus ait: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et alibi: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Iste quippe lapis, qui est fabricæ decora copulatio, sibula parietum, in fundamentis perpetua fortitudo, mirabilis est in oculis fidelium, qui nō solum eum corporaliter uident, uerumetiam illuminata mente cōspiciunt. Viderūt enim & Iudæi sed nō mirabilem, quia solam intuebātur carnem, quam uidebāt esse cōmunem. Fidelium autem sensibus, qui eum filiū Dei esse professi sunt, mirabilis, & terribilis apparebat, sicut Petro Apostolo, qui dixit: Tu es Christus filius Dei uiui. Et Cyprianus sermone 6. de oratione dominica: Quia Christus (inquit) sol uerus, & dies uerus est, sole, ac die sæculi recedente, quando oramus, & petimus, ut super nos lux denuo ueniat, Christi precamur aduentum lucis æternæ gratiam præbiturum. Christum autem diem dictum in psalmis declarat spiritus sanctus. Lapis (inquit) quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli. A domino factus est, & est admirabilis in oculis nostris. Iste est dies, quem fecit dominus, ambulemus, & iocundemur in eo. Et diuus Gregorius epistola septima ex registro: Quod autem inquit, Hæc dies, quam fecit dominus, clamasse uos dicitis, de quo hoc dictum sit, pensare debuistis, Præmissum quippe est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Atque de hoc eodem lapide protinus subditur: Hæc dies, quam fecit dominus. Ipse enim qui pro fortitudine constructionis dicitur lapis, pro illuminationis gratia appellatus est dies, qui etiam factus est, quia incarnatus est. In quo exultare, & lætari præcipimur, quia erroris nostri tenebras, suæ in nobis uirtutis luce superauit. Et diuus Hieronymus in commētarijs, Lapidem &c. Dominus noster Iesus Christus lapis uerus inuētus in legis litera,

Psal. 117. c.

Ephes. 2. c.

Psal. 117. c.

Ephes. 2. c.
Cassiodorus.

Philip. 2. a.
Rom. 7. 1. a.

Matth. 16. c.
Cyprianus.

Psal. 117. c.

Gregorius.

Psal. 117. c.

Hieronymus.
Psal. 117. c.

litera, reprobatus est ab ædificantibus Iudæis, hoc est, literæ hærentibus. Hic factus est in caput anguli. In caput connectens duos parietes, unū de circuncisione, alium de præputio in uno nouo homine, hoc est, in semetipso: A domino factus est. A domino patre factus est mediator noster, & eius: Et est mirabilis in oculis nostris. non in illorum, qui eum reprobauerūt, sed in nostris, qui eum credendo suscepimus: Hæc noster dies &c. Hic lapis angularis ipse est dies salutis, in quo uel à morte surreximus, uel mœrore peccati deposito, in nouitate uitæ lætamur. Quod autem antedicta prophætæ uerba de Christo intelligantur, dominus ostendit, dicens in Euangelio: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris: Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istū, confringetur, super quem uerò ceciderit, conteret eum. Quæ uerba diuus enarrans Hieronymus, hoc modo scribit: Varijs parabolis, diuersisq; sermonibus res eadem cōtexuntur. Quos enim supra operarios, & uinitores, & agricolas appellat, nūc ædificatores, id est, cemētarios uocat. Vnde dicit Apostolus: Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Hi ergo cemētarij, quomodo & uinitores accipiūt uineam, sic acceperunt lapidem, quem uel in fundamentis ponant, iuxta architectum Paulum, uel in angulo, ut duos parietes, id est, populum utrūq; confociet, qui reprobatus ab eis, factus est in caput anguli. Et hoc à domino factum est, non humanis uiribus, sed Dei potentia. De hoc lapide adiutorij Petrus quoq; loquitur confidenter: Iste lapis qui reprobatus est à uobis ædificantibus, hic factus est in caput anguli. Et Esaias: Ecce (ait) immittam in fundamenta Sion lapidem electum, preciosum, angularem, & qui crediderit in eum, non confundetur. Ideo dico uobis &c. Aliquoties dixi regnum Dei scripturas sanctas intelligi, quas dominus abstulit à Iudæis, & nobis tradidit, ut faciamus fructus earū. Ista est uinea, quæ traditur agricolis, & uinitoribus, in qua, qui operati non fuerint, nomen tantum habētes scripturarum, fructus uineæ perdituri sunt. Et qui ceciderit &c. Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur. Reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem. Super quem uerò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic cōteret eum, ut nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. Et Theophylactus: Lapidem seipsum nominat, ædificātes autem magistros Iudæorum, qui illum quasi inutilem reprobauerūt, dicentes: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Ipse autem, quū surrexisset ex mortuis, positus est in caput anguli, hoc est, in caput Ecclesiæ factus est, coniungens Iudæos, & gentiles in unam fidem. Sicut enim lapis angulum in domo faciēns, cōtinet hanc, & illac murum, sic & Christus nos omnes in unam fidem colligauit. Angulus autem ille, admirabilis est, & à domino est factus. Ecclesia enim nos cohibens, & unita fide à domino facta est, & est magna admiratione digna, eo quod pulchrè ædificata sit. Est autem & alia ratione admirabilis, eo quod miraculis firmatus est, & cōfortatus sermo dñi, & ita Ecclesiæ quoq; cōstitutio admirabilis. Ablatū igitur est regnū Dei à Iudæis, hoc est, peculiaritas, qua dei proprij erant, & datū est his, qui crediderūt. Qui enim impingūt in lapidem, & offenduntur in Christo Iesu, confringentur quidem in secundo aduentu, uerūtamen & hic conterentur ab ipso, hoc est, dispergentur ubiq; terrarum, sicut uidemus nunc miseros Iudæos. Conteret, hoc est, ita conteret, ut dispergat eos. Et diuus Chrysostomus homilia 69. in Matthæum: Ita undiq; eijciendos Iudæos, quia non crederent, & gentes introducendas monstrauit. Id enim etiam per Chananæam, id per asnam, id per multas alias parabolās, id per ceterationem aperitius significauit, id etiam nunc designat, ac idem subiungit: A domino factum est &c. Credituras enim gentes, & Iudæos fideles, quamuis magno prius interuallo distarent, unum tamen fore confirmauit. Et ut uideant nihil horum Deo esse aduersum, sed ualde acceptum, atq; gratum, mirabile præterea, stuporisq; plenum à domino istud factum esse, subiūxit, Lapidem nō seipsum, sed doctores Iudæorum ædificatores uocare solet: sic & Ezechiel ædificantes murum, ac erigentes incompositè, ait: Quomodo autem reprobauerunt, dicentes uidelicet, non esse ipsum à Deo, quia turbas hic seducit. Et rursus: Samaritanus tu es, & dæmonium habes. Deinde ut intelligant non id solum imminere sibi detrimentum, quia eijcientur, punitiones quoq; adiecit, dicens: Qui ceciderit &c. Duas hic perditiones denotauit, alteram quia offenderunt, & scādalizati sunt. Hoc enim est, quod dicit: Qui ceciderit &c. Alteram, quia capti, calamitosi, & ærumnosi semper uiixerunt, & uiuent, quā apertissimè expressit, dicens: Conteret ipsum. Hinc & resurrectio sua occultius denotatur. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidē &c. hoc pacto scribit: Misericors, & miserator dominus, patiens, & multum misericors, nolentibus uobis in fundamenta Sion lapidem electum, & probatum, & preciosum, & angularem miserum se esse dicit. De quo & Apostolus loquitur: Quasi sapiens architectus fundamentum posui. Et iterum: Fundamētum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Iste lapis uerè, & secundò appellatur lapis, sicut & in Leuitico: Homo homo bis dicitur,

Matth. 21. d.
Psal. 117. c.

Hieronymus.

1. Cor. 3. b.

Ibidem.

1. Petri 2. a.

Esa. 28. d.
Regnum Dei, sacra scriptura.

Theophylactus
Ioan. 8. f.
Angulus, ecclesia.

Regnum Dei,
peculiaritas.

Chrysostomus.

Ezech. 13. b.

Ioan. 7. b.
Ioan. 8. f.

Esa. 28. d.

1. Cor. 3. b.

1. Cor. 3. b.

Ibidem c.

Leuit. 17. c.

Psal. 117. c.

Daniel. 2. g.

Col. 2. b.

1. Cor. 10. b.

Abac. 2. a.

Ionathan in

Targhum.

Zach. 3. c.

Hieronymus.

Zach. 6. c.

Malachie 4. a.

Numeri 24. c.

Luca 1. g.

Psal. 117. c.

Psal. 117. c.

Esa. 11. a.

περατοσ κος

προς, id est, pro

digiorum inter

pretes.

Ioan. 9. a.

Matth. 9. c.

Dan. 2. g.

Ionathan inter

pres Chaldeus.

R. Moses hadar

fan, id est, praedicator.

Esa. 11. c.

bis dicitur, & angularis lapis, quia circuncisionis, & gentium populos copulauit, de quo & in Psalmo dicitur: Lapidem quem reprobauerunt &c. Isti sunt autem aedificantes, & cementarii, qui nunc appellantur uiri illufores, & principes populi, qui est in Hierusalem. De hoc lapide & in Daniele legimus, quod excisus sit de monte sine manibus &c. eo quod diuini germinis dispensatio, huiusmodi corpus assumpserit, & habitauerit in eo plenitudo diuinitatis corporaliter. Super hunc lapidem, qui alio nomine appellatur petra, Christus aedificauit Ecclesiam, & firmo, iuxta Hebraicum, fundauit fundamine, in quo qui crediderit, non confundetur (iuxta lxx.) siue iuxta Hebraicum, non festinet, ne uidelicet tardus ei Christi uideatur aduentus. Si enim tardauerit iuxta Abacuc, nemo desperet, quia ueniens ueniet, & sua promissa complebit. Haec ille. Ionathā uerò in Targhum, hoc pacto uertit: Ecce ego constituo in Sijon regem Messiam, regem fortem, potentem, & robustum. Ex quo patet antedicta uerba secundum Hebraeos de Christo ad litteram intelligi. Et hoc pacto etiam R. Scelo de Christo exponit. Scribitur quoque in Zacharia: Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu, super lapidem unum septem oculi sunt. Quae uerba diuus Hieronymus hoc pacto enarrat: Ecce ego adducam seruum meum orientem, qui alio nomine lapis appellatur, & datus est coram Iesu, super hoc lapide septem sunt oculi. Quo in loco nostri artantur à ludæis, quod iuxta consequentiā, textumque sermonis magis debeant Iesum sacerdotem intelligere filium Iosedech, quam dominum saluatorem. Si enim ad dominum sermo est, & ad Christum dicitur, Audi Iesu sacerdos magne, quis est de quo infertur, Ecce ego adducam seruum meum &c. E contrario nostri nituntur asserere, & Iesum sacerdotem magnum, & orientem, & lapidem secundum diuersas intelligentias Christum appellari. Sed hoc quomodo de ipso dicatur ad eum, quasi de altero, exponere difficilimum est. Qui igitur Iesum uolunt esse filium Iosedech sacerdotem magnum, amicos eius, qui habitant, uel sedent coram eo, & qui uiri sunt portendentes, discipulos eius interpretantur, & prophetas. Prophetæ enim in signum sunt positi futurorum. Quid est igitur, quod Iesus, & amici eius coguntur audire? Adducā seruum meum &c. Suprà promiserat Deus Iesu filio Iosedech sacerdoti magno, quod si in uis eius ambulasset, & eius præcepta seruasset, ipse diiudicaret domum eius, & atria eius custodiret, & daret ei ministros Angelicæ dignitatis, nunc ei dicit, & amicis illius plenam felicitatem, & perfectam beatitudinem tunc futuram, quando uenerit oriens, de quo scriptum est: Ecce uir oriens nomen eius. Et in Malachia: Orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et in Numeris: Orietur stella ex Jacob, & homo ex Israël. In Euangelio quoque apertissime de Christo legimus: In quibus uisitauit nos oriens ex alto, illuminare eos, qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Qui oriens ipse dicitur, & lapis angularis quia populum utrumque coniungat, & duos parietes in unam domum consociet. Hic non credentibus lapis scandalum est, de quo & in psalmis dicitur: Lapidem quem reprobauerunt &c. Super hunc lapidem septem oculi sunt, de quibus loquitur Esaias: Exiet uirga de radice Iesse, &c. usque, Et implebit eum spiritus timoris Dei. Qui sacerdotem magnum, & amicos eius, dominum saluatorem, & discipulos illius intelligi uolunt, uiros περατοσ κος, & portendentes sic accipiunt, ut ad Apostolos referant, qui eius mystica signa perspexerint, & ex presentibus futura cognouerint, dum in eo, qui à natiuitate cæcus fuit, oculos restitutos super populo gentilium interpretantur. Et in muliere sanguine defluente Ecclesiam edisserunt sanguinis operibus liberatam. Hoc autem quod sequitur: Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu, amatores historiarum sic de Christo intelligunt, ut post Iesum filium Iosedech Christum dicant esse uenturum. Hoc enim esse coram Iesu, id est, in conspectu, & ante faciem, ut futura significet, & appellari eum lapidem pro fortitudine, & robore, quo omnia regna contriuerit, quem etiam in Daniele de monte sine manibus præcisum legimus. Haec ille. Est autem adnotandum, quod Ionathan hoc in loco manifestissime hunc locum de Christo intelligit. Sic enim habet: Ecce ego adduco seruum meum Messiam, & reuelabitur (siue sese reuelabit) quia ecce lapis, quem dedi coram Iehoscuha super lapidem unum septem oculi. Ecce ego reuelo uisiones eius, dixit dominus exercituum, & remouebo peccatum terræ ipsius in die una. Et R. Moses Hadarfan in Berescith rabba super illud Genesios: Et exiit Iacob de Berescabah, citat hunc locum: Quis tu mōs magne corā Zorobabel? Mōs magnus, iste est Messias, de quo Esaias ait: Iudicabit in iustitia pauperes &c.

Quid lectus, siue lectulus mysticè significet.

Cap. XVI.

Gregorius.

Iob 7. c.

Lectulus, secretum cordis.

Quid lectus, siue lectulus, aut cubiculum mysticè significant, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 8. capite 17. exponens illud Iob: Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens tecum in stratu meo &c. In sacro (inquit) eloquio lectulus, cubile, uel stratum, secretum solet cordis intelligi. Hinc est enim quod sub uniuersiusque animæ specie spōsa occultis sanctis

lis sancti amoris excitata, in Canticis Canticorum dicit: In lectulo meo per noctem quaesui quem diligit anima mea. In lectulo quippe & per noctem dilectus quaeritur, quia nimirum inuisibilis conditoris species, repressa omni corporeæ uisionis imagine, in cubili cordis inuenitur. Vnde & eisdem suis dilectoribus ueritas dicit: Regnum dei intra uos est. Et rursum: Si ego non abiero, paracletus non ueniet. Ac si aperte dicat: Si ab intentionis uestræ oculis corpus non subtrahatur, ad intellectum uos inuisibilem per consolatorem spiritum non perduco. Hinc de iustis per Psalmistam dicitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, quia scilicet, quum mala ab exterioribus fugiunt, securi intra mentium secreta gloriatur. Sed tunc læticia cordium perfecta erit, quum carnis ab exterioribus pugna non fuerit. Nam quousque caro illicit, quia quasi nostræ domus paries quatitur, etiam cubile turbatur. Vnde & rectè per eundem Psalmistam dicitur: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius, quia dum nos tentatio carnis concutit, tremefacta nostra infirmitas etiam mentis cubile confundit. Quid uerò hoc loco somnia, uel uisiones accipimus, nisi imaginationes ultimi, districtique examinis? Quod iam utcumque per timorem cernimus, sed tamen ut est, ueraciter non uidemus. Sancti itaque uiri (ut diximus) ad cordis secreta semper redeunt, quum ab hoc mundo uel ultra uotum prospera, uel ultra uires aduersa patiuntur, atque externis laboribus fessi, quasi stratum, uel lectulum cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdā imaginationibus cogitationum, quam sint subtilia diuina iudicia cōspiciunt, quasi in ipsa stratus sui requie, somnij uisione turbantur. Contemplantur enim quam districtus iudex ueniat, qui dum uim immanitatis magnitudinis cordium secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reducit. Pensant quanta illa sit uerecundia, in conspectu totius tunc humani generis, Angelorum omnium, Archangelorumque confundi. Perpendunt, qui post confusionem cruciatus maneat, quum & reatus animum immortaliter morientem, & indefinenter deficientē carnem gehenna consumat. Quum itaque tam pauca imaginatione mens patitur, quid aliud quam in stratu triste somnium uidetur? Dicat ergo, Si dixerō &c. Ac si aperte fateatur, dicens: Si exteriora fugiō, introrsum redeo, & utcumque requiescere in cordis cubiculo concupisco, ibi mihi dum districtiōis tuæ contemplationem obijcis, uehementer me per ipsas meæ prouidentia imaginationes terres. Bene autem dicitur: Et reuelabor &c. quia nimirum, quum ad mentis nostræ silentium fessi reuertimur, quasi in stratu colloquentes, occulta intra nos cogitationū uerba uersamus. Sed hæc ipsa nostra colloquutio in pauore uertitur, quia ex illa uehementius intellectus nobis, qui terrorem districti iudicis innotescat, in mente aperitur. Et libro uigesimalotertio, capite uigesimalotertio, exponens illud Iob, Increpat quoque per dolorē in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit, hoc pacto scribit: In scriptura sacra lectus, siue grabbatus, seu stratum, aliquando uoluptas carnis, aliquando repausatio in bonis operibus, aliquando requies temporalis accipitur. Quid est enim quod in Euangelio sanato cuidam dominus dicit: Surge, tolle grabbatum tuum, & uade in domum tuam, nisi quod per grabbatum uoluptas corporis designatur? Et iubetur utique ut hoc sanus portet, ubi infirmus iacuerat, quia nimirum omnis qui adhuc uitij delectatur, infirmus iacet in uoluptatibus carnis. Sed sanatus hoc portat, ubi infirmus iacuerat, quia diuino adiutorio ereptus, à uitij eiusdem carnis contumelias postmodum tolerat, in cuius prius desiderijs requiescebat. Rursum per lectum, uel stratum repausatio in bonis operibus designatur. Vnde in Apostolorum actibus Petrus Apostolus dicit: Aenea, sanet te dominus Iesus Christus, surge, & sterne tibi. Quid est dicere, Surge, nisi mala quæ perpetrasti, derelinque? Et quid est dicere, Sterne tibi, nisi mercedis causas, in quibus requiescere debeas, operare? Ut & deserat resurgendo quæ fecit, & inueniat sternendo quod fecerit. Quod utrumque propheta breuiter comprehendit, dicens: Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est ab eo, quo iacuit, surgere, bonum uerò facere, est mercedis opera, in quibus requiescere debeat, præparare. Qui enim declinat à malo, sed bona adhuc non facit, surrexit quidem ab eo quod iacuit, sed ubi requiescere debeat, nondum strauit. Et rursus lectus, uel stratum requies temporalis accipitur, sicut scriptum est: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Quum enim quisque curis sæcularibus fatigatus, desiderere per diuinam gratiam huius mundi itinera laboriosa, compugitur, cogitare solet quomodo præsentis uitæ desideria fugiat, & ab eius laboribus requiescat, sibique mox desideratæ quietis ordinem quaerit, & uelut quoddam stratum, sicut à cunctis laboribus cessationis locum, inuenire concupiscit. Sed quia in hac uita adhuc homo positus, in cuiuslibet ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu uiuere sine tentationibus nullatenus potest, plerumque in id quod ad requiem construitur, maior dolor tentationis inuenitur. Vnde rectè per prophetam dicitur: Vniuersum stratum &c. Ac si diceret: Omne quod hic sibi parauit ad requiem, hoc ei mutasti occulto iudicio ad perturbationem. Quod pio quidem Dei consilio agitur, ut huius peregrinationis tempore electorum uita turbetur. Via quippe est uita præsens, qua ad patriam tendimus, & idcirco hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne uiam pro patria diligamus. Solent etenim nonnulli uiatores, quum amœna fortasse in itinere prata conspiciunt, pergendi moras innectere, &

Cantic. 3. a.

Luc. 17. e.

Ioan. 16. b.

Psal. 149. b.

Psal. 40. a.

Somnia, imaginationes desiderij. Et iudicij.

Iob 33. c.

Ioan. 5. b. Grabbatum, corporis uoluptas.

Ab. 9. f.

Psal. 33. b.

Psal. 40. a. Stratum, requies temporalis.

Psal. 40. a.

re, & à coepto itineris rectitudine declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se perguntibus dominus huius mundi iter asperum facit, nedum quicquid uitae praesentis requie, quasi amoenitate uiae, pascitur, magis eum diu pergere, quam citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in uia, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo in hac uita omnis nostra, quam fortasse parauimus, requies turbatur, recte dicitur, Increpat quoque per dolorem in lectulo, id est, in praesentis uitae requie, uel tetationis nos stimulis, uel flagelli afflictione conuertat. Nam saepe humanus animus quamlibet breui tempore sine tentatione in bonis studiis fuerit, mox de eisdem studiis, in quibus quiescendo se exerit, de ipsis uirtutibus, quibus multiplicari nititur, dum proficere se sentit, eleuatur. Vnde pio rectoris nostri moderamine impulsu tentationis afficitur, ut in eo ipsa profectus sui elatio comprimatur.

De eodem lecto, siue lectulo,

Cap. XVII.

Scriptum quoque est in Catico Cantorum, Lectulus noster floridus, ubi diuus Gregorius hoc pacto scribit: Quid per lectulum sponsae, nisi ocij quietem intelligimus? Mens enim quae sponsum suum Christum singulariter amat, in quantum potest, ab omnibus sollicitudinibus mundi uacat, uirtutes, quibus sponso suo placeat, accumulatur. Quae, dum omnia, quae temporalia sunt, contemnit, lectulum sibi cum sponso in pace uictoriae facit, ubi quod quietius pausat, eo amplius flores inuenit, quibus se decoram sponso ostendat. Et diuus Bernardus sermone 46. super Cantica: Epithalamium canit, cubile, & thalamos pulchro sermone describens, sponsum inuitat ad requiem. Hoc enim melius, quiescere, & cum Christo esse. Necessarium autem exire ad lucra propter saluandos. Verum nunc opportunitate (ut putat) inuenta, ornatum nunciat thalamum, lectulumque uelut digito monstrans, dilectum (ut dixi) inuitat ad requiem, & cum euntibus in Emaus cordis ardorem non sustinens, ad mentis pertrahit hospitium, & secum pernoctare compellit, & cum Petro loquitur, Domine bonum est nos hic esse. Iam quid spiritualiter ista contineant, requiramus. Et in Ecclesia quidem lectum, in quo quiescitur, claustra existimo esse, & monasteria, in quibus quiete à curis uiuunt saeculi, & sollicitudinibus uitae. Atque is lectus floridus demonstratur, quum exemplis, & institutis patrum, tanquam quibusdam bene olentibus resperis floribus fratrum conuersatio, & uita refulget. Et infra: Ceterum tu qui has spiritus sancti uoces audis, uel legis, putas ne aliqua horum, quae dicuntur, ualeas applicare tibi, ac de felicitate sponsae, quae hoc amoris carmine ab ipso spiritu canitur, aliquid cognoscere in teipso, ne dicatur & tibi, quia uocem eius audis, & non scis unde ueniat, aut quo uadat? En forte appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantum ne obliuiscaris flores, quibus lectulum sponsae legis aspersum. Ergo cura & tu tuum similiter circumdare bonorum floribus operum, uirtutum exercitio, tanquam flore fructum, sanctum ocium praeuenire. Alioquin delicato satis ocio dormire uoles, si non exercitatus quiescere appetas, & Libae fecunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & praeposterus ordo est, ante meritum exigere praemium, & ante laborem sumere cibum, quum dicat Apostolus: Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi (inquit) ut scias nisi obedientiae mandatorum, contemplationis gustum penitus non debere. Non igitur putes de propriae amore quietis, sanctae obedientiae actibus, seniorum ut traditionibus prauidicium ullatenus faciendum. Alioquin non dormiet tecum sponsum in lecto uno, illo praesertim, quem tibi pro obedientiae floribus, cicutis, atque urticis inobedientiae aspersisti. Propter quod non audiet orationes tuas, uocatusque non ueniet. Neque enim dabit inobedientiae copiam sui tantus obedientiae amator, ut mori, quam non obedire, maluerit. Sed neque approbat tuae contemplationis inane ocium, qui dicit per prophetam: Laboraui sustinens, significans tempus, quo exul caelo, & patria summam quietis, operatus est salutem in medio terrae. Magis autem uereor, ne te quoque inuoluat formidolosa illa sententia, ita intonans in perfidiam Iudaeorum, Neomenias uestras, & sabbatum, & festiuitates alias, non feram, item: Calendas uestras, & solenitates uestras, odit anima mea, facta sunt mihi molesta. Et lugebit super te propheta, & dicet: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Cur enim quod dilectus repudiat, non irrideat inimicus? Miror ualde de impudentia aliquorum, qui inter nos sunt, qui, quum omnes nos sua singularitate turbauerint, sua impatientia irritauerint, sua contumacia, & rebellione contempserint, sua inobedientia coinquinauerint, audent nihilominus ad tam foedum concupiscentiae suae lectulum omni orationum instantia, totius puritatis dominum inuitare. At quum extenderitis (ait) manus uestras, auertam oculos meos, & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Quid enim? Lectulus non est floridus, magis autem & putidus est, & tu illum regem gloriae trahis? Ad pausandum hoc facis. Centurio uellet Israel, & tu ad te compellis intrare tantorum sordens spurcicia uitiorum? Clamat Apostolorum princeps: Exi à me domine, quia homo peccator sum, & tu dicis: Intra ad me domine, quonia sanctus sum? Omnes (inquit) unanimes in oratione estote, fraternitatem diligite. Et uas electionis: Leuantes

Leuantes puras manus (ait) sine ira, & disceptatione. Vides ne quomodo concordent sibi, & eodem spiritu de pace, & tranquillitate animi, quam habere debet ille qui oret? Et quid me uis facere? inquit. Profecto ut primo quidem emundes conscientiam ab omni inquinamento irae, & disceptationis, & murmuris, & liuoris, & quicquid omnino aduersari cognoscitur, aut paci fratrum, aut obedientiae seniorum, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiam circumdare tibi flores bonorum quorumque actus, & laudabilium studiorum, atque odoramenta uirtutum, id est, quaecumque sunt uera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua uirtus, si qua laus disciplinae. Haec cogitare, in his exerceri curato. Ad istiusmodi securè uocabis sponsum, quoniam quum introduxeris eum, ueraciter dicere poteris & tu, Quia lectulus noster floridus, redolente nimirum conscientia pietatem, pacem, mansuetudinem, iustitiam, obedientiam, hilaritatem, atque humilitatem. Et in tractatu de diligendo Deo: Quae lectulum (inquit) monstrat, satis quid desideret, aperit, & quum floridum nunciat, satis indicat, unde quod desiderat, obtinere praesumat. Non enim de suis meritis, sed de floribus agri, cui benedixit Deus. Delectatur floribus Christus, qui in Nazareth concipi uoluit, & nutrir. Gaudet sponsum coelestis talibus odoramentis, & cordis thalamum frequenter, libenterque ingreditur, quod istiusmodi refertum fructibus, floribusque respersum inuenit. Vbi suae uidelicet, aut passionis gratiam, aut resurrectionis gloriam sedula inspicit cogitatione uersari, ubi profectò adest sedulus, adest libens. Monimenta siquidem passionis fructus agnosce quasi anni praeteriti, omnium utique retro temporum sub peccati, mortisque imperio decurforum, tandem in plenitudine temporis apparentes. Porro autem resurrectionis insignia, nouos aduerte flores sequentis temporis, in nouam sub gratia reuiescentis aetatem, quorum fructum generalis futura resurrectio in fine parturiet sine fine mansurum. Horum ergo nouitate florum, ac fructuum, & plenitudine agri suauissimum spirantis odorè, ipse quoque pater in filio innouate omnia delectantur, ita ut dicat: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Bene pleni, de cuius plenitudine, omnes accepimus. Sponsa tamen familiaris ex eo sibi, quum uult, flores legit, & carpit poma, quibus propriae aspergat intima conscientiae, & intranti sponso, cordis lectulus suauè redoleat. Oportet enim nos, si crebrum uolumus habere hospitem Christum, corda nostra semper habere munita fidelibus testimonijs, tam de misericordia scilicet morientis, quam de potentia resurgentis.

De eodem lecto, siue lectulo.

Cap. XVIII.

DE eodem lectulo scriptum est in Catico Cantorum, In lectulo meo per noctes quae sui quem diligit anima mea, quae uerba diuus Gregorius hoc pacto exponit: Lectulum sibi sancta anima in nocte facit, dum omnes perturbationes mundi fugiens, secretum comparat, in quo quiescit. In hoc lectulo quem diligit, quaerit, quia, dum ab omnibus sollicitudinibus mundi uacat, in eius inquisitione quomodo ad illum perueniat, non quiescit. Notandum est autem, quia per noctes quaerit, qui modo in hoc mundo uiuit, & perfectae tenebras temporalitatis à se non excutit. Quas quod grauiore patitur, eo feruentius quaerit eum, quo inuenit, tenebras amplius non patitur. Sed quia quae quaerit, nunquam perfecte in hoc mundo inuenit, ideo subiugit: Quae sui illum, & non inueni. Et infra: Paululum quum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Paululum uigiles transiit, id est, Ecclesiae doctores, & dilectum inuenit, quia dum eos puros homines esse cogitat, ad diuinitatem mentem erigit, ibique sponsum suum supra homines patri aequalem cognoscit, quem tunc inuenisse se dicit, quum sanctis laboribus adiuta, in eius diuinitatis claritate oculum fidei, tanquam per speculum contemplanando, aliquantulum figit. Quod tantillum quanta aueritate mentis suscipiat, ostendit, dicens: Tenui illum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae. Mater Ecclesiae synagoga extitit, quia ex ipsa sanctos praedicatores habuit, à quibus uerbum ueritatis suscepit, per quod in fide regenerata fuit. Teneat ergo sponsum Ecclesia, donec in domum matris eum introducat, quia usque in finem mundi ab eius fide, & opere, & amore non recedit, donec ad fidem Iudaeos adducat. Non quod postea recedat. Quippe quae in exilio diligit, in patria uidet, amplius amabit, sed de illo tempore dici debuit, de quo à quibuslibet propter obstitentes tetationes, dubitari potuit. In domum ergo matris dilectum introducet, quando in fine mundi Ecclesia per praedicationem in plebem Iudaicam Christiana sacramenta immittet. In cubiculum autem quasi in secretiorem partem domus eum introducet, quia ex eadem plebe ita plurimos conuertet, ut omnes mundi farcinas abiciat, & in intimis cogitationibus soli deo placere concupiscant. Huiusmodi homines cubiculum facient sponso, quia dum à se omnes sordes cupiditatis abiciat, quasi secretum locum in mente, in quo delectetur componet. Illud autem quod eodem capite scribitur: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt &c. require in dictione, Gladius. Diuus autem Bernardus exponens illud Caticorum, In lectulo meo &c. sermone 75. super Cantica, hoc pacto exponit: Non est (inquit) reuersus sponsum ad uocem, & uotum reuocatis, ut desiderium crescat, ut probeatur affectus, ut exerceatur amoris negocium. Sanè ergo dissimulatio est, non indignatio. Sed superest, ut quaeratur,

ut quæretur, si forte reperitur quæsitus, qui uocatus non uenit, dicente domino: Omnis qui quærit, inuenit. Et primo quidem quærit illū in lectulo, sed minimè inuenit. Surgit inde, circuit ciuitatem, it, & repit per plateas, & uicos, & non occurrit, neque apparet. Interrogantur quisque forte occurrerint, nihil certi reportatur. Neque uicis unius, aut unius noctis quæsitio hæc, & hæc fraudatio, quæ diu non erubescat, percurrat ciuitatem, per cunctetur palam, & passim de dilecto, atque à uestigadis seminat, eius nulla ualeat ratione auerti, nulla præpediri difficultate, non tempestiuè retineri amore quietis, non sponsæ uerecundia, non uel timore nocturno. Et infra: Quid est, quod hic sponsus non inuenitur quæsitus, quum requiratur tam studiosè, & impigrè, nunc quidem in lectulo, nunc uerò in ciuitate, aut etià in plateis, uel uicis, ipse autem dicat: Quærite, & inuenietis, & qui quærit, inuenit: Propheta quoque loquitur ad eū, Bonus es domine animæ quærenti te: Et ite sanctus Esaias: Quærite dominum dum inueniri potest. Sed attendite tres esse causas, quæ interim occurrunt, & quærentes frustrari solent, quum aut uidelicet non in tempore quærent, aut non sicut oportet, aut non ubi oportet. Si enim omne tempus aptum est ad quærendum, cur ergo dicit propheta (quod iam memorauimus): Quærite dominum, dum inueniri potest. Erit absque dubio, quum inueniri non poterit, & ideo addidit: Inuocate eum dum propè est, quia futurum est, iam non propè futurum. A quo enim tunc non requiretur: Mihi (inquit) curuabitur omne genu &c. Nec tamè inuenietur ab impijs, quos ultores Angeli arcebunt, profecto, & tollent, ne uideant gloriam Dei. Frustra in clamabunt & fatuæ uirgines, minimè prorsus iam ad eas exiit, clausa ianua. Sibi proinde dictum putent illæ, Quæretis me, & non inuenietis. Coeterum nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis sunt, tempus planè & quærendi, & inuocandi, quando plerumque & antequam inuocetur, adesse sentitur. Audi denique quid polliceatur: Antequam me inuocetis (inquit) dicam: Ecce adsum. Nec latuit benignitas hæc, & facilitas temporis, quod nunc est, illum qui in Psalmo loquitur: Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Quod si per bona opera quæritur Deus, ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, præsertim quia dominus aperte prænūciat uenire noctem, quando nemo poterit operari. Tu ne aliud ad quærendum Deum, ad operandum, quod bonum est, reperturus es ibi tempus in sæculis uenturis, præter hoc, quod constituit tibi Deus, in quo recordetur tui? Et ideo dies salutis, quia in his ipse Deus rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ. Ergo tu & in medio gehænæ, expectato salutem, quæ iam facta in medio terræ. Quam tibi somnias prouenturam inter ardores sempiternos facultatem ueniam promerendi, quæ iam transijt tempus miserèditi. Non relinquitur tibi hostia pro peccatis, mortuo in peccatis sanguis, qui effusus est super terram, biberunt omnes peccatores terræ, non est quod tibi ex eo uendicent dæmones ad restinguendos focos suos, sed neque homines socij dæmonum. Sanguis aridam rigauit, sanguis infudit terræ, & inebriauit eam, sanguis quæ in terra, & quæ in caelis sunt, pacificauit, non autem & quæ apud inferos, nisi quod semel illò anima eius excucurrit, & fecit ex parte redemptionem, ne uel eo momèti uacaret opera charitatis, sed ultra non adjiciet. Et hæc una causa, quæ impedire potest, ne inueniatur spòsus à quærentibus se, quum non quærent in tempore opportuno. At non ea impedit spòsam, nempe inuocantè, & quærentem in tempore opportuno. Sed ne illa quidè eum tepidè, aut negligèter, seu perfunctoriè quærit. Nā corde ardèti, & omnino infatigabiliter quærit, planè ut decet. Restat ut de tertia uideamus, ne uidelicet ubi non decet, quærat. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. An forte non in lectulo quæredus erat, sed in lecto, cui orbis angustus est? Sed non horreo lectulum, qui noui paruulum. Paruulus denique nobis natus est. Exulta tu, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël. At isdem dominus in Sion magnus, apud nos paruulus, apud nos infirmus repertus est, ex uno iacere, ex altero & in lectulo iacere habens. An non lectulus tumulus? An non lectulus præsepium? An non lectulus uterus uirginis? Neque enim magni patris uterus lectulus est, sed lectus magnus, de quo ad filium: Ex utero (inquit) ante luciferum genui te. Quæquam nec lectus quidem forsitan dignè censendus sit uterus ille, qui regentis potius, quam iacentis est locus. Manens enim in patre, regit cum patre uersa. Denique non iacere, sed sedere ad dexteram patris filium fides indubitata habet, & ipse cœlum sibi sedem esse, non lectum perhibet, ut scias illum in suis, id est, in superis nequaquam solatia habere infirmitatis, sed potestatis insignia. Merito proinde sponsa ponens lectulum dicit suum, quia omne quod infirmum est Dei, non de proprio inesse illi manifestum est, sed de nostro. Ex nobis assumpsit, quæ pro nobis sustinuit, nasci, lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas paruuli, mea expiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. In lectulo meo quæsiui. Quo pacto autem exponatur, Lauabo per singulas noctes lectum meum &c. require in dictione, Infirmus, ubi etiam exponitur illud Psalmi: Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Et sic in eodem Psalmo: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.

Quid leo

Quid leo mysticè significet.

Cap. XIX.

Quid autem leo mysticè significet, diuus enarrat Gregorius, exponens illud Iob, Rugitus leonis, & uox leonæ, & dentes catulorum leonum cõruti sunt: Quid (inquit) rugitum leonis appellat, nisi seueritatem uiri? Quid uocè leonæ, nisi loquacitatem coniugis? Quid dentes catulorum leonum, nisi edacitatem prolis? Quia enim filij conuiuantes extinguit, dentium expressione signatur. Quæ cuncta, dum contrita Eliphaz rigidus exultat, quasi iure damnata denūciat. Et capite decimo sexto: Sed quia (inquit) amicos beati Iob tenere hæreticorum speciè dicimus, urget necessario, ut hæc eadem Eliphaz uerba, quomodo etiam typicè sentièda sint, intimemus. Rugitus (inquit) leonis &c. Quia natura uniuersiuersæ rei ex diuersitate componitur, in sacro eloquio per rem quilibet licitè diuersa figurantur. Habet quippe leo uirtutem, habet & sæuitiam. Virtute ergo dominum, sæuitia, diabolum signat. Hinc enim de domino dicitur: Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Hinc de diabolo scriptum est: Aduersarius uester sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Leonæ autem nomine, aliquando sancta Ecclesia, aliquando Babylonia designatur. Pro eo enim quod contra aduersa audax est, leonæ Ecclesia dicitur, sicut eiusdem beati Iob uocibus approbatur, qui de relictam ab ecclesia Iudæam indicans, ait: Non calcauerunt eam filij insitorum, nec pertransibit per eam leonæ. Aliquando uerò leonæ nomine huius mundi ciuitas, id est, Babylonia exprimitur, quæ contra uitam innocentium immanitatis crudelitatis effrænatur, quæ antiquo hosti, quasi sæuissimo leoni sociata, peruersæ persuasione eius semina concipit, & reprobos ex se filios ad similitudinem illius, quasi crudeles catulos gignit. Catuli autem leonum sunt quilibet reprobi, ad iniquam uitam malignorum spirituum errore generati, qui & simul omnes uniuersam mundi ciuitatem, quæ præ diximus, Babyloniæ faciunt, & tamen iidem singuli Babyloniæ filij, quasi non leonæ, sed leonæ catuli uocantur. Sicut enim Sion tota simul Ecclesia dicitur, filij autem Sion sanctorum quique singuli memorantur: ita & filij Babyloniæ singuli quique reprobos, & eadem Babylonia simul omnes reprobi uocantur. Sed sancti uiri, quandiu in hac uita sunt, semetipsos sollicita circumspectione custodiunt, ne leo circuiens insidiando subrepat, id est, antiquus hostis sub aliqua imagine uirtutis occidat, ne leonæ uox auribus obstrepat, id est, ne Babylonis gloria sensum ab amore patriæ cœlestis auertat, ne catulorum leonum dentes mordeant, ne reprobos persuasio in corde cõualescat. At contra hæretici iam quasi de sanctitate securi sunt, quia uitæ suæ meritis cuncta se superasse suspicantur. Vnde & nunc dicitur: Rugitus leonis &c. Ac si diceretur: Nos ideo nonnullis flagellis atterimur, quia & uirtutem antiqui hostis, & cupiditatem terrenæ gloriæ, & suasionem reprobos hominum, uitæ meritis superando calcamus. Illud autem Prouerbiorum, Leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum, expositum est in dictione, Gallus. Et homilia 18. super Ezechielem, exponens illud Naum: Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum Leonum? An (inquit) eius duces, ac principes leones non erant, qui per diuersas mundi prouincias discurrètes, prædam sæuendo, & interficiendo rapiabant? Hic leonum catuli inueniebant pascua, quia pueri, adolescentes, iuuenes, sæculares, & sæcularium filij, huc undique concurrerant, quum proficere in hoc mundo uoluissent. Et exponens illud Canticorum, Coronaberis de capite Amanæ, de uertice Sannir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum: Quid (inquit) per Amanâ, Sanir, & Hermon, nomina uidelicet montium, nisi potentes huius sæculi intelliguntur? Qui quanto ditiores, tanto excelsiores, & firmiores apud infirmos esse uidentur. Sed de his montibus sancta Ecclesia coronatur, quia, dum regnum prædicat æternum, dum exemplo suo omnia quæ mundi sunt, uilia esse demonstrat, ipsos etiam potentes ad poenitentiam inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coronam in cœlestibus parat. Sic quippe fit, ut humiles superbos prosternant, & infirmi excelsos inclinènt. Ideo scriptum est: Omnis uallis implebitur, & omnis mōs, & collis humiliabitur. Sed quid est, quod non solum de montibus, sed etiam de capitibus montium coronada esse dicitur, nisi quod impletum uidemus, quia iam ipsi excelsiores personæ in Christum credunt, & eius præceptis per Ecclesiæ prædicationem obediunt? Reges enim, & imperatores Christo seruiunt, coronas deponunt, & per poenitentiam in Ecclesia ueniam petunt. Si itaque per capita montium summas personas intelligimus, bene per cubilia leonum, & montes pardorum, principes quique, & ministri designantur, qui crudelitati inseruiunt, & dolositatibus suis quos uel non possunt lædere, decipiunt. Pardi quippe maculas in cute semper portat. Per quos qui alij quàm hypocritæ, uel discordes significantur? In illis quippe qui crudelitatem sectantur, dæmones tanquam leones cubant: in illis uerò quasi pardi, mōtes ædificat, quos dum uitij suis aliquas uirtutes admiscere cõsentiant, pro omnibus bonis suis laudis gloriam affectare compellunt. Hi itaque uerè pardorum uarietatem imitatur, quia dum cum uirtutibus etiam uitiis sectatur, quasi in uario corio coloris dissimilitudine diuiditur. Sed de cubilibus leonum, & de montibus pardorum Ecclesia coronatur, quia dum per eius prædicationem, & crudeles ad pietatè, & hypocritæ ad uitæ humilis unitatem conuertuntur, pro his omnibus præmium

Quod percipiet.

Gregorius lib. 5. ca. 15.

Iob 4. b. Leonis rugitus, seueritas uiri.

Leonæ uox, coniugis loquacitas. Catulorum dentes, prolis edacitas.

Natura cuiuslibet rei, diuersa figurare potest.

Leo, Christus. Apoc. 5. b.

1. Petri 5. b. Leo, diabolus.

Leonæ, ecclesia Iob 2. s. b.

Leonæ, Babylonia mundi ciuitas.

Leonum catuli, quilibet reprobi.

Prouer. 30. d.

Naum 2. c. Contra destruentem.

Et Ninuè propheta loquitur, & cõtra Romam.

Gregorius adducit.

Cantic. 4. c. Montes, huius sæculi potentes.

Esa. 40. a.

Montium capita, summe personæ.

Leonum cubilia, ministri principum.

Pardi, hypocritæ.

Origenes. percipiet, quod meretur. Et Origenes homilia undecima in Ezechielē, hoc pacto scribit: Quaedam nomina animalium in scriptura in utroq; genere, id est, in malo, ac bono ponuntur, utputa Leo, & in bonam accipitur, & in malam partem. In bonam sic: Catulus leonis Iuda, ex germinatione filii mi ascendisti, accumbēs dormiisti ut leo, & ut catulus leonis, quis suscitabit eum? In malam partem: Aduersarius uester diabolus, ut leo rugiēs, quārens deuorare circuit, cui expedit uos resistere firmos in fide. Sed & malignus supplantare cupiens, insidiatur in occulto, ut leo in spelunca sua insidiatur, ut rapiat pauperem,

De eodem leone.

Cap. XX.

Psal. 101. b.
Gen. 49. b.
Leo, Christus.
Apoc. 5. b.
Luce 11. c.
ET in explanatione psalmi poenitentialis quarti, exponens idem Gregorius illum uersum, Et factus sum sicut passer solitarius in tecto, citans illud Geneseos, Catulus leonis Iuda &c. Quis est iste (inquit) catulus leonis, nisi ille de quo in Apocalypsi ad Ioannem dicitur: Vicit leo de tribu Iuda? Qui ad praedā ascendit, quia fortem armatū fortior superueniēs, expugnauit. Arma eius abstulit, quia iure illo, quod in hominibus habere uidebat, eum priuauit. Ille enim, dū ambijt illicita, perdidit acquisita. Spolia quoq; eius distribuit, quia uasa irā fecit uasa misericordiae. Hinc ergo leo re- quiescens accubuit, quia mortē sponte subiuit. Sed nullus eū suscitauit, quia per diuinitatis suae potentiam, ipse à mortuis surrexit. Et Hilarius in enarratione psalmi 131. antedictum citat locum, & hoc pacto exponit: Catulus leonis Iuda, ex frutice filius meus, procidens dormisti ut leo, & sicut ca- tulus leonis. Quis suscitabit eum? Et superior, & cōsequens benedictio, nec aetati Iudae, nec gestis conuenit, sed ei qui ex Iudae frutice, sicut ex radice Iesse est, qui & catulus leonis est, & Iacob erit filius. Ex hac enim tribu Iudae Maria est, quae domini secundum carnem mater fuit. Hic ergo pro- cidens, dormiuit ut leo. Leo terrori est feris omnibus, & ueluti dominās est ceterarum bestiarum, & hic solus per confidentiam, & securitatem dormit intrepidus. Terror omnium uigilans est, ipse autem securus in somno est, & idcirco addidit: Quis suscitabit eum? Quia intrepidae, & prapoten- tis naturae securitatem nulla aeterni terroris timiditas inquietet. Ne ergo quicquā humile, atq; passi- bile impassibilem unigeniti Dei substantiā perpessam existimaremus, in ea morte, quam subiit, fe- rae huius intrepidae dormientis exemplum assequutae mortis intelligētiam est relatum, ut extra hu- mani timoris esse in somno illo inquietudinem doceretur, qui per generis sui, naturaeq; uirtutem dormiēs licet timere nō posset. Seruata autem diligentissimē ea ratio est, ut in unigenito Deo aeter- ni, & gignentis eum gloria nosceretur, quum dicitur: Sicut leo, & sicut catulus leonis. Ad id enim quod ex Deo ipse subsistit, catulus est leonis: ad id uerō quod leo est, paternae in eo maiestatis in- differens generositas praedicatur. Vt unū ambo sint, leo est, ne unus atq; ipse sit, catulus leonis est. Et Ambrosius in psalmū 118. sermone 5. exponēs uersum illum, Legem mihi cōstitue domine &c. Charitas (inquit) Christus est. Suscitā ut leo, & catulus leonis, ut Iudae ascendat ex germine. Re- suscitā: ut dormiēs, ut recubens, quia non humana, sed sua & patris maiestate est suscitatus à mor- tuis. Vnde ait scriptura: Quis suscitabit illum? Non enim poterat illum aut Angelus, aut potestas suscitare aliena, quū ipse alios resuscitaret. Et libro de institutione uirginis, capite duodecimo: De Christo (inquit) dictum liquet, quod ait Iacob de Iuda: Quis suscitabit eum? Non utiq; alter, quia ipse se suscitauit, sicut ipse ait: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Hoc autem dice- bat de templo corporis sui. Et diuus Augustinus libro de ciuitate Dei 16. capite 41. Israel (inquit) Iudam propheticē benexit: Iuda (inquit) te laudabūt fratres tui. Manus tuae super dorsum inimico- rum tuorum, te adorabunt filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ex germinatione filii mi ascendisti, recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis. Quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniant quae reposita sunt ei, & ipse erit expectatio gentium, alligans ad uitē pullum suum, & cilicio pullum asinae suae. Lauauit in uino stolam suam, & in san- guine uuae amictum suum. Fului oculi eius à uino, & dentes cādidiōres lacte. Exposui haec (inquit) aduersus Manichaeū Faustum disputans, & satis esse arbitror, quantū ueritas prophetiae huius elu- cet. Vbi & mors Christi praedicta est uerbo dormitionis, & non necessitas, sed potestas in mortem nomine leonis. Quam potestatem in Euangelio ipse praedicat, dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterū sumendi eam. Nemo eam tollit à me, sed ego eam pono à memetipso, & iterū sumo eam. Sic leo fremuit, sic quod dixit, impleuit. Ad eā nanq; pertinet po- testatem, quod de resurrectione eius adiunctum est: Quis suscitabit eum? Hoc est, quia nullus ho- minum nisi se ipse suscitauit, qui etiam de corpore suo dixit: Soluite templum hoc, & in triduo re- suscitabo illud. Ipsum autē genus mortis, hoc est, sublimitas crucis, in uno uerbo intelligitur, quod ait, Ascendisti. Quod uerō addidit, Recumbens dormisti, Euangelista exponit, ubi dicit: Et incli- nato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, & un- de illum nullus hominum, sicut prophetae aliquos, uel sicut ipse alios suscitauit, sed sicut à somno ipse surrexit.

Hilarius.
Gen. 49. b.
Esa. 11. d.

Leo, & catulus leonis, Christus cur dicitur.
Ambrosius.
Psal. 118. e.

Ioan. 49. b.

Ioan. 2. d.
Augustinus.
Gen. 49. b. sectio dum hoc.

Dormitio, Christi mors.
Ioan. 10. d.

Ioan. 2. d.

Ioan. 19. f.

ipse surrexit. Stola porro eius, quā lauauit in uino, id est, mundat à peccatis in sanguine suo, cuius san- guinis sacramentum baptizati sciūt, unde & adiungit: Et in sanguine uuae amictum suū. Amictus quid est, nisi Ecclesia? Et fului oculi eius à uino, spirituales eius, inebriati poculo eius, de quo canit psalmus: Et calix tuus inebrians, quā praeclarus est. Et dētes eius candidiores lacte, quod potant apud Apostolum paruuli, uerba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo. Ipse igitur est, in quo reposita erant promissa Iudae, quae donec uenirent, nūquam principes, hoc est, reges Israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse erit expectatio gentium, quod clarius est uidendo, quā sit exponen- do. Et libro decimo octauo capite quadragesimo quinto, hoc pacto scribit: Pompeius populi Ro- mani praeclarissimus princeps, Iudaeam cum exercitu ingressus, ciuitatem capit, templum referat, non deuotione supplicis, sed iure uictoris, ad sancta sanctorum, quō nisi summum sacerdotem nō licebat intrare, non ut uenerator, sed ut prophanator accedit, confirmatoq; Hircani pontificatu, & subiugatae genti imposito custode Antipatro, quos tunc procuratores uocabant, uinctum secum Aristobolum ducit. Et ex illo die Iudaei etiam tributarij Romanorū esse coeperunt. Postea Cassius etiam templum expoliāuit. Deinde post paucos annos etiam Herodem alienigenam regem habe- re meruerunt, quo regnante natus est Christus. Iam enim uenerat plenitudo temporis, significata prophético spiritu per os patriarchae Iacob, ubi ait: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fe- moribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Non ergo defuit lu- daeorum princeps ex Iudaeis usq; ad istum Herodem, quem primum acceperūt alienigenā regem. Tempus ergo iam erat, ut ueniret ille, cui repositum erat, quod nouo promissum est testamento, ut ipse esset expectatio gentium. Fieri autem non posset, ut expectarent gentes eum uenturum, sicut eum cernimus expectari, ut ueniat ad faciendum iudicium in claritate potentiae, nisi prius in eū crea- derent, quum uenit ad patiendum iudicium in humilitate patientiae. Et libro duodecimo cōtra Fau- stem Manichaeum, capite quadragesimosecūdo, hoc pacto scribit: Vellem scire, imò melius nescie- rim, qua caecitate animae legerit Faustus, ubi uocauit Iacob filios suos, & dixit: Congregamini, ut annunciem uobis, quae occurrura sunt uobis in nouissimis diebus. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem uestrum. Hic certē nemo dubitat prophetās personam esse dilucidatam. Audiamus ergo quid dicat filio suo Iudae, de cuius tribu Christus uenit ex semine David secun- dum carnem, sicut Apostolica doctrina testatur: Iuda (inquit) te laudabūt fratres tui &c. usq; candi- diores lacte. Falsa sint ista, obscura sint ista, si non in Christo euidentissima luce claruerunt, si non eum laudat fratres eius Apostoli, & omnes cohæredes eius, nō suam gloriam quæretes, sed ipsius, si nō sint manus eius super dorsa inimicorum eius, si nō deprimuntur, atq; curuātur ad terram, cre- scentibus populis Christianis, quicunq; illi adhuc aduersantur, si nō eum adorauerunt filij Iacob in reliquijs, quae per electionem gratiae, saluae factae sunt, si non ipse catulus est leonis, qui nascendo paruulus factus est, propter hoc additum: De germinatione filius meus (altās fili mi). Causa quippe reddita est, in cuius laude alibi scriptum est: Catulus leonis fortior iumentis, hoc est, paruulus etiam fortior maioribus. Si non ascendit in cruce, recumbens, quum inclinato capite reddidit spiritum. Si non dormiuit ut leo, quia & in ipsa morte non est uictus, sed uicit, & ut catulus leonis. Inde enim mortuus, unde & natus. Si non ille eum suscitauit à mortuis, quem nemo hominum uidit, nec uide- re potest. Eo enim quod dictum est, Quis suscitabit eum, satis expressa est tanquam ignoti significa- tio. Si defuit princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec uenirent opportuno tempore, quae promissa tāquam reposita fuerāt. Sunt enim literae certissimae historiae ipsorum quoq; Iudaeorum, quibus ostēditur primum alienigenam Herodem regem fuisse in gente Iudaeorū, quo tempore na- tus Christus est. Ita nō defuit rex de semine Iuda, donec uenirent quae reposita erant illi. Sed quia non solis Iudaeis fidelibus profuit quod promissum est, uide quid sequatur. Et ipse erit expectatio gentium. Ipse alligauit ad uineam pullum suum, id est, populum suum in cilicio praedicans, & cla- mans: Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Populum autem gentium illi subditum cognoscimus, pullo asinae comparatum, in quo etiam sedit ducēs eum in Hierusalem, id est, in uisionem pacis, docens mansuetos uias suas. Si nō lauauit in uino stolam suam. Ipsa est enim glo- riosa Ecclesia, quam sibi exhibet nō habentem maculam, aut rugam, cui dicitur etiam per Esaiam: Et si fuerint peccata uestra sicut phoenicium, tāquam niuem dealbabo. Vnde, nisi de dimissis pecca- tis? In quo ergo uino, nisi illo, de quo dicitur, quod pro multis effundetur in remissionem peccato- rum? Ipse est enim botrus ille, qui pependit in ligno. Propterea & hic uide quid adiungat, Et in san- guine uuae amictum suū. Iam uerō fulgere oculos eius à uino, illa in corpore eius membra cognos- cunt, quibus donatum est sancta quadam ebrietate alienatae mentis ab infra labentibus temporali- bus, aeternam lucem sapientiae contueri. Vnde quiddā paulo antē commemorauimus, dicēte Pau- lo: Siue enim mente excessimus Deo. Hi sunt fulgentes oculi à uino. Sed tamen quia sequitur: Si- ue temperantes sumus uobis, nec paruuli relinquantur adhuc lacte nutriendi, quia & hic sequitur: Et dentes candidiores lacte. Et libro uigesimosecundo contra eūdem Faustum, capite 84. & 85.

Stola, ecclesia.
Oculi, uiri spiri- tales.
Psal. 22. b.
Hebr. 5. d. & 1. Cor. 3. a.

Pompeius cepit Hierusalem.

Hircanus pon- tifex.

Antipater cu- stos, siue procu- rator.

Aristobolū uin- ctū Romā duxit Pompeius.

Cassius templū expoliāuit.

Herodes rex alienigena.

Gen. 49. b.

Gen. 49. d.

Christus de tri- bu Iuda.

Roma. 1. a.
Gen. 49. b.

Prouer. 30. d.

1. Timot. 6. c.

Christus natus sub Herode ma- iore rege alieni- gena.

Matth. 3. a.

Matth. 21. a.

Psal. 24. b.
Stola, Ecclesia.

Ephes. 5. f.
Esa. 1. e.

Matth. 26. c.
Numeri 13. e.

2. Cor. 5. c.
Ibidem.

Herodes maior alienigena. Eo sanè (inquit) tempore, quo iam Iudæa cœperat reges ex tribu Iuda non habere. Herodes maior alienigena erat, & tanquam extraneus dominabatur, quam potestatem à Romanis, & à Cæsare acceperat. Sic & eius filij Tetrarchæ, quorū erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione domini concordauit. Illo ergo tempore, quo iam de tribu Iudæ regnum defecerat, ueniendum erat Christo uero saluatori domino nostro, qui non obeffet, multumq; prodesset. Sic enim fuerat prophetatum: Non deficiet princeps ex Iuda, &c. Et in enarratione psalmi septuagesimi quinti: Non deficiet (inquit) princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec ueniat cui repromissum est. Considerentur priora tempora, & inuenitur quia Iudæi de tribu Iuda semper reges habuerunt, unde dicti sunt Iudæi, & non habuerunt regem prius alienigenam, nisi Herodem illum, qui fuit, quando dominus natus est. Vnde cœperunt reges alienigenæ? Ab Herode. Ante Herodem omnes de tribu Iuda, sed donec ueniret cui repromissum est. Ipso itaq; ueniente domino, euersum est regnum Iudæorum, & sublatum est ex Iudæis. Modo non habent regem, quia nolūt cognoscere uerum regem. Videte iam si Iudæi sint appellandi. Ipsa uoce sua abdicauerūt se ab isto nomine, ut Iudæi non sint digni appellari, nisi tantum carne. Dixerūt enim ad Pilatum: Nos regem non habemus, nisi Cæsarem. Si nō habetis regem, nisi Cæsarem, defecit iam princeps de Iuda. Venit ergo ille, cui repromissum est. Iudæa ergo uera, Christi Ecclesia est, credēs in illum regem, qui uenit ex tribu Iuda per uirginem Mariam, credēs in illum, de quo Apostolus dicebat: Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum. De Iuda enim Dauid, & ex Dauid dominus Iesus Christus,

Ioan. 19. c.
2. Timot. 2. b.

De eodem leone.

Cap. XXI.

Augustinus. *Psal. 103. c.* *Leonum catuli, demonia.* *1. Petri 5. b.* *Cassiodorus.* *Matth. 26. g.* *Psal. 21. c.* *Lucæ 23. c.* *Ibidem.* *Psal. 21. c.* *Apoc. 5. b.* *1. Petri 5. b.*
Diuus quoq; August. exponens illud Psalmistæ, Catuli leonum rugientes, ut rapiāt, quæretes à Deo escā sibi: Spiritualiter (inquit) catuli leonū sunt spiritalia nequitia, mala dæmonia, quæ pascuntur erroribus hominum, quæ seducere animas quærunt. Ipse leo maior princeps omnium talium leonum est, de quo scriptum est: Nescitis, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærēs quem deuoret: Ideo quærentes à Deo escam sibi, quia nec tētari quis potest à diabolo, nisi permittente Deo, nisi acciperet potestatem, quæ datur aut ad dānandos impios, aut ad probandos pios. Malis sunt, tāquam ignis fœno: bonis uerò, tāquam ignis auro. Māducatus est Iudas, ut fœnum, probatus est Iob, ut aurū. Et Cassiodorus: Posuisti tenebras, & facta est nox &c. Catuli leonum &c. Posuit (inquit) tenebras, quando tempore passionis sexta hora obscuritatē mundus accepit. Tunc reuera nox facta est discipulis, atq; credentibus, quādo Petrus anxio errore confusus negando tertio, fidei perdidit claritatē. Nox ergo & illis fuit, qui carnaliter intuendo in illa cruce Christum mori communiter aestimabāt. In hac itaq; nocte bestia syluarum, id est, dæmonia, & catuli leonum, quos diaboli corrupta uoluntate genuerunt, ad deuorationem quærētes aliquos exierunt, ut escam malitiæ, permittente tamē domino, reperirēt. Nihil enim à quoquam fieri potest, nisi quod ipse secreto iudicio, aut ad probationem, aut ad uindictam faciendū esse permiserit. Nec moueat, quod superius diximus, bestias syluarū multitudines accipi debere nationū, & hic uideatur significare diabolu cū ministris, quoniam iste in scripturis diuinis creberrimus usus est, ut una res personis sibi discrepantibus applicetur. Ortus (inquit) est sol &c. Quū in passione domini factæ fuissent tenebræ, dæmones ad escā sibi quærēdam, domino permittēte, proruperunt, quia inuenire poterant corda titubantium. Tunc autem quādo ortus est sol, id est, resurrectio sancta declarata est, maiestatem eius minimē sustinentes, in suis se trepidi cubilibus abdidērūt, id est, in pertinacium peccatoribus collocarunt, ut quia cunctis suadere non poterant, saltem quos deceperant, possiderent. Et exponens illud Psalmistæ, Aperuerunt in me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Metaphora (inquit) introducta est à consuetudine ferarum, quæ auidē os aperiuunt, quādo aliquid deglutire con tendunt. In me autem dixit, id est, contra me, cum detestabili adunatione dicebant: Crucifige, crucifige. Os suum. Reuera suum, quod non illis sapientia aperuit, sed cogitatio scelerata referauit. Sicut leo rapiens, & rugiens. Rapiens pertinet ad insanissimam seditionem, quando eum raptum traxerunt ad tribunal præsidis audiendum, rugiens uerò ad blasphemias uoces, quibus clamauerunt crucifige, crucifige. Et infra eodē psalmo scriptū est: Salua me de ore leonis, & à cornibus unicor nium humilitatē meam: De ore (inquit) leonis, id est, de potestate diaboli, qui bene cōparatur feris, quoniam humanis semper delestatur exitijs. Sed fortē aliquibus scrupulus inde nascatur, quare frequēter una res & optimis personis apta, & pessimis, dicendū est, qd ad similes partes debeat applicari. Vnāquāq; rē diuersas certū est habere qualitates, ut leo, de quo nūc sermo est, habet fortitudi nem, propter quā beluarū rex appellatur, habet & truculētā sauitiā, propter quod ferox dicitur. Quapropter fortitudo eius, & potestas Christo meritō cōparatur, ut est illud: Vicit leo de tribu Iuda. Ferocia uerò ipsius, diabolo competenter adiūgitur, sicut Petrus Apostolus dicit: Aduersarius uester

uester diabolus sicut leo rugiēs. Ita fit, ut unū animal cōsideratis eius qualitatibus, rebus à se discre pantibus rationabiliter cōparetur. Et exponēs illud Psalmistæ, Dñe quādo respicies &c. & à leonibus unicā meam, hoc pacto scribit: Quādo respicies pro cōsuetudine infirmitatis humanæ dicitur, cui morosum uideē quodcunq; futurū est: quæ mox, ut cupit aliquid, festinat implere. Restitue uero dixit, quasi ereptā redde, hoc est, præsta resurgere malefactis, quia iniuste probatur occasus. A leonibus enim, à potestatibus cruētis, atq; crudelibus significat. Vnicā, quidē carnē domini aduertere uoluerunt, quæ licet sit ista cōmunis, unica tamen facta est, quia de uirgine, quia sine peccato, quia sociata est uerbo, hoc est, Dei filio. Siue unicā, catholicam Ecclesiā intelligamus, quæ in toto mundo una est, & delectatione magna unica nuncupatur, à qua hæreticorum conuenticula omni modis excluduntur. Nam ut probes ipsam dici unicam, sequēs uersus ostendit, qui de Ecclesia lo cuturus est: Et respice rerū ordinem pulcherrimē fuisse seruatum. Prius pro resurrectione sua de precatus est, quæ re uera iam contigit, dehinc postulauit de Ecclesiæ liberatione, quæ tempore iudicij ab omni erit inquietudine munienda. Et diuus Hieronymus exponens illud Esaiæ, Et leo, & bos comedent paleas: Quando (inquit) uiri disertissimi, & quondam apud sæculum potentes, scripturarum se tradunt rusticitati, ut nequaquam sæculari pascantur eloquētia, quæ instar mellis stilat de labijs meretricis, sed uilitatem, & paleas sequantur historiæ, donec multo labore, atq; industria mereantur ad frumentum sensuum peruenire. De quibus paleis, & frumento, Hieremias lo quitur: Quid paleis ad triticum, dicit dominus: Et exponens illud Hieremiæ, Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit: Iste est (inquit) uerus Nabuchodonosor, de quo & beatus Petrus Apostolus loquitur: Aduersarius uester diabolus quasi leo rugiens &c. Ascendit autem uel de abyssis, in quas religandus est, & ne mittatur, exorat, & prædo, siue uastator gentium se eleua uit, de quo dictum est: Omnium inimicorum suorum dominabitur. Et qui gloriatur in conspectu domini, dicens: Circuiui terram, & conculcaui eam. Quis est enim quem diaboli uenena non tangant, nisi ille solus, qui potest dicere: Ecce uenit princeps mundi huius, & inuenit in me nihil: Iste crebrò ponit omnem terram Ecclesiæ in solitudinem, ut egressi de Ecclesia, pugnent contra Ecclesiam, de quibus loquitur Ioannes Euangelista: Ex nobis exierūt, sed nō erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permāssissent utiq; nobiscum. Ciuitates uastantur terræ Iudææ, & hæreticorum florent conciliabula. Si quis ergo fautor, & autor est peruersorum dogmatum, de hoc dici potest: Ascendit leo de cubili suo &c.

Psal. 34. c.

Esa. 65. d.
Palea, historia.
Fruentum, sensus mysticus.

Hierem. 23. f.
Hier. 4. b.
1. Pet. 5. b.
Luc. 8. e.
Psal. 9. c.
Iob 2. a.
Ioan. 14. d.

1. Ioan. 2. c.

Quid leæna mysticè significet.

Cap. XXII.

Quid leæna mysticè significet, dictum est partim in dictione, Leo. Et in Iob scriptū est, Non calcauerunt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna: Institores (inquit) propheta sancti uocati sunt, qui Synagogæ mores ad fidē instituere curauerunt prophetando. Quorum nimirum filij, sancti Apostoli nuncupantur, qui ut Deum hominem crederent, ad eandem fidem ex eorum sunt prædicatione generati. De quibus Ecclesiæ per Psalmistam dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Sed quia repulsi Apostoli, à synagogæ finibus sunt egressi, rectē nunc dicitur, Non calcauerunt eam filij institorum. Calcarent quippe eam institorū filij, si prædicatores sancti eiusdem synagogæ uitia calce uirtutis premerent. Si autem institores eosdem sanctæ Ecclesiæ prædicatores accipimus, institorum filios, pastores, & doctores, qui Apostolorum uitā secuti sunt, nihil obstat intelligi. Qui synagogam minimē calcauerunt, quia dum eorum patres, id est, Apostoli ab illa repulsi sunt, ipsi quoq; ab eius uocatione cessauerunt. Per quem uidelicet synagogam leæna non pertransiit, quia sancta Ecclesia collectioni gentium dedita, nequaquam sese ad illum Iudææ populum diutius occupauit. Rectē autem Ecclesia leæna nuncupatur, quia malē uiuentes in uitijs, ore sanctæ prædicationis interficit. Vnde & ipsi primo pastori quasi huius leænae ori dicitur: Macra, & manduca. Quod macratur quippe, à uita occiditur, id uero quod comeditur, in comedentis corpore commutatur. Macra ergo, & manduca dicitur, id est, à peccato eos, in quo uiuunt, interfice, & à seipsis illos in tua membra cōuerte. Et quia hæc Ecclesia corpus est domini, ipse etiam dominus Iacob uoce leo uocatur ex se, leæna uocatur ex corpore, dum ei sub Iudæ specie dicitur: Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubisti ut leo, & quasi leæna. Quis suscitabit eū? Hæc igitur leæna nequaquam dicitur, quia per Iudæā transiit, sed non pertransiit. Apostolis nanq; prædicatibus, prius ex illa tria milia, postmodum quinque milia crediderunt. Ecclesia itaq; per synagogam transiit, sed non pertransiit, quia ex illa ad fidem paucos rapuit, sed tamen illū infidelem populum à perfidia funditus non extinxit. Et exponens illud Iob, Et propter superbiam, quasi leænam capies me: Leæna (inquit) quum escam catulis exquirat, inhianter in foueam captionis ruit. Sicut enim ex quibusdam regionibus fertur, fit in eius itinere fouea, in quam pecus deponitur, ut illuc se eius appetitu proicere leæna prouocatur, quæ angusta simul, & alta præparatur, ut in eam ruere ambiendo ualeat, sed hanc salien-

Psal. 34. c.

Esa. 65. d.
Palea, historia.
Fruentum, sensus mysticus.

Hierem. 23. f.
Hier. 4. b.
1. Pet. 5. b.
Luc. 8. e.
Psal. 9. c.
Iob 2. a.
Ioan. 14. d.

1. Ioan. 2. c.

Iob 28. b.
Lib. Moral. 19.
cap. 21. & 22.
Institores, prophetae, Apostoli.
Psal. 44. d.

Leæna, synagoga, ecclesia.
Act. 10. b.

Gen. 49. b.

Act. 3. c.
Act. 4. a.
Iob 10. c.
Lib. Moral. 9.
cap. 41.
Leæna quo pacto capiatur.

Q liij do nul

do nullo modo euadat. Alia quoque fouea, quae priori cohaereat, effoditur, quae tamen ei, in qua pecus est, extremae partis apertione coniungitur, in qua nimirum cauea ponitur, ut leaena corruens, quia desuper terroribus urgetur, quum quasi in secretiorum parte foueae occultare se appetit, caueam uolens intret, cuius iam saeuitia nequaquam pertimescit, quia clausa in cauea leuatur. Quae enim sua sponte in foueam corruit, ad superiores partes circumspecta uentibus redit. Sic, sic nimirum humana mens capta est, quae in libertate arbitrii condita, dum nutrire desideria carnis appetiuit, quasi leaena catulis escam quaesiuit, atque in deceptionis suae foueam cecidit, quae suadente antea quo hoste, ad cibum prohibitum manum intendit, sed in fouea protinus caueam inuenit, quia sponte ad mortem ueniens, corruptionis suae mox carcerem pertulit. Sed quum multa agere conatur, & non ualet, eiusdem corruptionis suae obstaculis, quasi caueae uentibus, ligatur, atque ad auras liberas, gratia interueniente, reducitur. Iam quidem eam, in quam ceciderat damnationis foueam, euasit, quia securae mortis supplicium, manu redemptoris adiuta, ad ueniam redeundo superauit. Sed tamen coartata, caueam tolerat, quia supernae quoque disciplinae nexibus cingitur, ne per carnis desideria uagetur. Quae ergo sponte sua in foueam cecidit, ad auras liberas clausa redit, quia & per libertatem arbitrii in culpam corruit, & tamen hanc a suis motibus, conditoris gratia coactam, nolentemque constringit. Post foueam itaque caueam patitur, quae erepta ex aeterno supplicio, a prauae uoluntatis motibus, sub coelestis artificis dispensatione religatur. Recte igitur dicitur: Et propter superbiam &c. quia & liber homo per cibum sibi mortem intulit, & reductus ad ueniam, sub disciplina melius clausus uiuit. Quasi leaena ergo propter superbiam captus est, quia inde nunc eum disciplina suae corruptionis deprimit, unde transgressionem praeccepti non timens, audacter in foueam saltum dedit. Sed si parumper obtutus mentis a culpa primi parentis auertimus, nos adhuc quotidie, ut leaenam capi per uitium elationis inuenimus. Saepem nunc homo acceptis uirtutibus in audaciam suae praesumptionis erigitur, sed mira dispensatione pietatis, ante eius oculos res quaelibet, in quam corruat, ordinatur, dumque per culpam aliquid appetit, quid aliud, quam praedam in fouea concupiscit? Sua sponte inhians, cadit, sed suis surgere uiribus non ualet, qui quum se nihil ex se esse considerat, discit proculdubio, cuius adiutoriū requirat. Quem tamen superna miseria captum, quasi a fouea euehit, quia hinc infirmitate cognita ad ueniam reducit. Leaenae itaque more propter superbiam ad superiores partes in caueam remeat, qui, quum de uirtute extollitur, lapsus ad desideria, in humilitate religatur. Quia enim prius propria praesumptione perierat, mira pietate agitur, ut infirmitatis suae iam notitia clausus, uiuat. Quod quia sanctus uir crebro accidere hominibus conspicit, nostri in se periculi uocem sumit, ut quum eius fletus agnoscimus, quae in nobis sunt flenda, discamus. Et lib. 30. cap. 11. exponens illud Iob, Nūquid capies leaenae praedam, aut animam catulorum eius implebis? hoc modo scribit: Ista nimirum illa leaena est, de qua Iob dicebat: Non calcauerunt eam filii institorum, nec pertransiuit per eam leaena. Huic ergo leaenae dominus praedam capit, ut animam catulorum eius impleat, quia ad augmentum huius Ecclesiae innumeros de gentilitate diripuit, & per animarum lucrum esurientia Apostolorum uota satiauit. Ipsi quippe catuli pro mentis tenacitate, & formidinis infirmitate uocati sunt, qui passo domino clausis foribus residebant, sicut de illis scriptum est: Quum esset sero die illo, una sabbatorum, & fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudaeorum, uenit Iesus, & stetit in medio eorum, unde hic quoque de ipsorum catulis apte subiungitur: Quando cubant in antris, & in specubus insidiatur. Quum enim nequaquam sancti Apostoli contra membra diaboli in uoce liberae praedicationis exurgerent, & necdum post passionem domini sancti spiritus effusione solidati, redemptorem suum firma autoritate praedicarent, adhuc contra aduersarios suos quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus, quasi in quibusdam abditis specubus suis, catuli rapturi mundum, cubabant, ut animarum praedam, postmodum praesumentes, diriperent, de quibus certum est, quod mundi impetum, etiam sibi met ipsis latendo formidarent. Illis foribus clausis isti catuli mortem nostram insidiati quaesierunt, ut culpam nostram interficerent, omnemque in nobis peccati uitam necarent. Horum primo illi esurienti catulo, sed iam ualenti, ostensa per lintheum gentilitate, quasi monstrata praeda, dicitur: Macra, & manduca. His catulis uelut adhuc infirmis, ut cubare in antris debeant, iubetur, quum eis uoce dominica dicitur: Sedete hic in ciuitate, quoad usque induamini uirtute ex alto. An non recte leaenae catuli uocantur, qui in Ecclesia aediti, aduersantem mundum ore rapuerunt? Et haec quidem facta a sanctis Apostolis nouimus, haec nunc etiam fieri a perfectis doctoribus uidemus. Ipsi enim & si subsequentiū populorum patres sunt, tamen praecedentium filii, unde & non immerito catuli uocantur. Vel certe quia & si quorundam fidelium magistris sunt, unius talis tamen Ecclesiae discipulos se esse gloriatur. Leaenae itaque praedam dominus capit, quia uirtute suae inspirationis ab errore uitam delinquentium diripit, & animas catulorum illius replet, quia conuersione multorum patris doctorum desiderijs satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur: Quando cubant &c. Nec enim cuncta tempora doctrinae sunt congrua. Nam plerumque doctorum uirtus perditur, si in tempestiue proferantur. Saepem uero & quod lenius dicitur, conuentu temporis

Libertate arbitrii mens condita est.

Libertate arbitrii mens in culpam cadit.

Iob 38. d. Iob 29. b.

Leonis catuli cur dicti sunt Apostoli. Ioh. 1. 20. c.

Act. 10. b. Luc. 24. g.

temporis congruentis animatur. Ille ergo scit recte dicere, qui & ordinate nouit tacere. Quid enim prodest eo tempore irascentem corripere, quo alienata mente non solum aliena uerba percipere, sed semetipsum uix ualet tolerare? Furentem quippe, qui per inuentionem corripit, quasi ei, qui non sentiat plagas, ebrio imponit. Doctrina itaque ut peruenire ad cor audientis ualeat, quae sibi congrua sint temporum momenta perpendat. Bene ergo de his catulis dicitur: Quando cubant &c. Doctores enim sancti quando & arguenda conspiciunt, & tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, & uelut in antris se contegunt, quia in suis cordibus occultantur. Sed quum opportunum tempus inuenerint, repente profiliunt, nulla quae dicenda sunt, reticent, & ceruicem superbientium morsu asperae increpationis tenent.

Quid lepra, leprosusque mystice significant.

Cap. XXIII.

Species leprae (ut inquit Origenes homilia octaua super Leuiticum) sex propositas esse de hominum lepra inuenimus, quae hoc modo describuntur. Aut enim in cute corporis sit cicatrix, & signum exalbidum, & in cute corporis eius contagio leprae, aut efflorens effloret lepra, & contageat omnem cutem contagio a capite usque ad pedes eius. Tertia species, quum in cute carnis sit ulcus, & sanatur, & fit in loco ipso ulceris cicatrix alba. Aut in carnis cute fit adustio ignis, & post haec sanata adustio erit lucida, & alba, aut cum rubore candida. Quinta, species quum uiro, aut muliere sit in capite, aut in barba contagio leprae. Ultima uero scribitur species, quum sit in caluitio, uel in recaluatione contagio leprae rubicunda, quae est lepra efflorens in caluitio, uel in recaluatione. Haec ut compendio expositionis utamur (quoniam quidem nunc propositum nobis est breuiter audire ex his quae recitatae sunt admonere, nec est tempus ad liquidum singula quaeque discutere) referenda mihi uidentur ad unamquamque speciem peccatorum, & in his maculae animae, quae ex peccatis accidunt, intuendae. Dicendum igitur primo est, designari per haec, peccata quae in hac uita positi committimus, ex quibus aliqua curari nunc possunt, aliqua uero non possunt. Secundo uero & de illis ipsis, quae post hanc uitam nobiscum transeunt, significari intelligendum est, esse & in ipsis quaedam ita animabus infixae, ut nequeant aboleri. Alia uero esse quae purgationem possint recipere secundum inspectionem, & iudicium pontificis illius, quem occulta latere non possunt, quicquid dispensabit animas singulorum secundum quod in eis maculas leprae aut expiabiles, aut inexpiabiles uiderit. Cuius rei differentias de praesenti lectione colligere, & per singula secundum scripturam huius indicium, quae possunt nos mouere, rimari ex tempore iste sermo non patitur. Nos ergo pro uiribus nostris, quantum proferri in medium conuenit, exequemur, Apostolo nobis Paulo pudente intelligentiae uiam, qua dicit legem umbram habere futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, & secundum id quod ea, quae de bobus in lege uidentur scripta, non de bobus, quorum Deo cura non sit, sed de Apostolis aduertenda pronunciat, in quo consequenti utique ratione edocemur, quod & ea, quae de lepra scribuntur, umbra sit, in alijs habens imaginem ueritatis. Igitur adhibeamus primo (si uidetur) ipsam scripturae umbram, & tunc de eius ueritate requiramus. In uulneribus corporum, posteaquam curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signum, quod cicatrix appellatur. Vix enim est, qui ita curetur, ut nullum suscepti uulneris residere uideatur indicium. Transi nunc ab ista legis umbra ad ueritatem eius, & intueri quomodo anima, quae peccati uulnus acceperit, etiam si curetur, tamen habet in loco cicatricem uulneris residentem, quae cicatrix non solum a Deo uidetur, sed & ab ijs, qui acceperint ab eo gratiam, per quam uidere possint animae languores, & discernere quae sit anima ita curata, ut omni genere uestigium illati uulneris adiecerit, & quae curata sit quidem, sed ferat adhuc ueteris morbi ipso uestigio cicatricis uestigia. Quod autem sint quaedam animae uulnera, Esaia docet, dicens: A pedibus usque ad caput, non est in eo sanitas, sed uulnus, & liuor, & plaga. Cum feruore de delictis haec proculdubio loquens, populo insinuat, quia sint aliqui, quibus possit adhuc medicamentum malagmae imponi: alij uero, quod sint in tantum peccatores, ut eis nec cura possit adhiberi, hoc modo idem propheta designat: Non est (inquit) malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas. Quod autem contritio, & plaga doloris per correptionem, curae causa imponatur animae, Hieremias docet, dicens: Sic dicit dominus: Sufcitauit contritionem, plaga tua cum dolore, non est qui iudicet iudicium tuum, cum dolore curata es, non est utilitas in te. Omnes amici tui obliti sunt tui, nec iam interrogabunt de te, quia plaga inimici percussit te, correptione ualida pro omni iniquitate tua. Quomodo multiplicata sunt peccata tua? Quid uociferaris super contritione tua? Violentus est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatum tuarum, praualuerunt peccata tua, & fecerunt tibi haec. Propterea omnes qui deuorant, deuorabuntur, & omnes inimici tui carnes tuas deuorabunt. Et erunt qui te afflixerunt, in afflictione, & omnes qui deuastauerunt te, dabo in depraedationem, quoniam reuocabo sanitatem tuam, & uulneris tui dolorem reuocabo a te, dicit dominus. Memeto diligentijs, quae audieris a propheta de uulneribus, & cicatricibus,

Leuit. 13.

Lepra prima species.

Hebr. 10. a. 1. Cor. 9. d.

Cicatrix uulneris signum quid signet.

Esa. 1. b.

μαλαγμα. Malagma est fomentum.

Ibidem.

Hier. 30. b. secundum lxx.

cicatricibus, & de tumoribus dici. Hæc enim nobis necessaria sunt ad expositionem cicatricum, uel uulnerum, uel aliorum huiusmodi, quæ in lepræ inspectionibus memorantur. Addeamus tamen adhuc, quæ in alio loco idem Hieremias ad animæ uulnera, & curas, in quibus tamē uestigia uulnerum resideant post obductam cicatricem, his sermonibus memorat: Ecce ego adducam cicatricem eius, & simul curabo eos, & manifestabo eis pacem, & fidem, & conuertam captiuitatem Iuda, & captiuitatem Hierusalem. Si ergo sufficienter à propheta didicimus de uulneribus, & cicatricibus animarum, & curis, ac sanitatibus, quæ Deo medicante inferuntur, intuere nunc illam animam, de qua dicit Deus: Quia ego adduxi cicatricem eius. Post uulnera sine dubio cicatricem adducit ob sanitatem. Et curauit (inquit) eos, & manifestabo eis pacem, & fidem. Si ergo post cognitionem, & medicinam Dei, si post manifestationem pacis, & fidei, quam per Christum suscipimus, rursus in ista cicatrice ascendat aliquod peccati prioris indicium, aut signum aliquod erroris ueteris inno uetur, tunc fit in cute corporis nostri contagio lepræ inspicienda per pontificem, secundum ea, quæ legislator exposuit.

De alijs quinque speciebus lepræ.

Cap. XXIII.

Origenes ubi
supra.
Lepræ secunda
species.

Color uiuus, uis
et ratio.

Color uiuus, sen-
sus interioris
sanitas.
Lepræ tertia
species.

1. Ioan. 5. d.

Lepræ quarta
species.

Eph. 6. c.

1. Ioan. 5. c.

Lepræ quinta
species.

1. Cor. 11. d.

Secunda uero species est lepræ, si effloruerit (inquit) in cute, ita ut tegat omnem cutem corporis, à capite, usque ad pedes, per omnia quæcunque sacerdos inspexerit. Quum ergo omnem cutem corporis obtexerit, tunc mundum eum esse sacerdos à contagione pronunciat. Sed in quacunque die apparuerit in eo color uiuus, rursus iudicatur immundus, per hoc quod in eo color uiuus apparuerit, quem antè non habuit. De hoc quidam etiam ante me dixerunt, colorem uiuum indicare rationem uitæ, quæ in homine est. Quæuis enim in anima posita sit, quædiu tamē non habet usum, si quid peccatur, non reputatur, pro eo quod uideatur nondum rationis capax esse, is qui delinquit; quum autem ratio in eo locum, ac tempus inuenit, si quid iam contra rationem agat, uideri eum iure culpabilem. Nos autem diligentius, quæ scripta sunt contuentes, arbitramur magis hæc de illis accipienda, quibus uel phrenesi, uel furore, uel quocunque excessu occupatus, uel oppressus est sensus, & agunt contra rationem. Mundi ergo isti à lepra, id est, immunes, uocantur à peccato, quia actus sui, uel motus, non habent sensum. Quod si forte apparuerit in eo uiuus color corporis, hoc est, sensus sui reparata in eo fuerit sanitas, & post hæc aliquid contra rationem recti, iustique gerat, reputari ei peccatum dicitur ex ea parte, qua uiuus color, id est, sensus in eo uiuæ rationis apparuit. Tertia species de leprosis est, quum in cute corporis ulcus efficitur, & in loco ulceris cicatrix alba cum rubore inuenitur. Ulceris autem causa est, quum in corpore humor sordidus abundat, & noxius. Ita ergo & in anima ulcera intelliguntur ea, quæ ex immundis cupiditatibus, uel sordidis cogitationibus, effluunt. Quæ si forte per fidei gratiam, & remissionem curata sunt peccatorum, & sanata facta est anima, residet tamen cicatrix, & ipsa cicatrix non habet simile corporis colorem, sed est albius, lepra esse pronunciat. Ita enim lucide uidentibus est clara cupiditas, ut eam porro uidentibus peccati in se residentis ostendat indicia, & fortassis peccati talis, quod ad mortem sit. Et ideo non solum alba cicatrix esse, sed & rubicunda describitur. Quod uero humiliorem ipsam cicatricem dicit uideri, certum est, quia huiusmodi peccati macula humilem, & deiectam animam facit. Quarta erat species, ubi dicitur, quia si in cute fiat adustio ignis, & post hæc, quum sanata fuerit adustio, ipsa splendida fiat, & alba cum rubore, uel certe exalbida, & uisio eius humilior reliqua cute, & hoc dicit esse lepram, quæ in adustione effloruerit. Vide ergo si non adustio est in omni anima, quæcunque recipit iacula maligni ignita, aut si non igni aduritur, omnis quæ ardet amore carnali. Istæ ergo sunt adustiones, & succensionis ignis. Sed & ille adustionem patitur, qui gloriæ humanæ cupiditate succenditur, & qui iræ, uel furoris æstibus inflamatur. Quod si forte curetur ab his uulneribus anima per fidem, & post sanitatem receptam, contempto eo, qui dixit, Ecce iam sanus factus es, noli amplius peccare, ne quid tibi deterius contingat, incipiat ueteris uitæ fructus ex obducta cicatrice proferre, nec exæquetur cicatrix ad reliqui corporis cutem, sed sit humilior, & illam adhuc retineat colorem, quem habuit lepræ tempore, lepra eius in adustione refluuit, & ideo immundus à sacerdote iudicatur. Quinta species lepræ est, quum in capite contagio efficitur, aut in barba uiri, siue mulieris capite, ita ut uisio contagionis ipsius humilior sit cute corporis, & hæc est lepra capitis, uel barbæ. Vide ergo si potest fieri, ut lepra capitis putetur in eo, qui non habet caput Christum, sed alium aliquem, uerbi causa, Epicurum, uoluptatē summam bonum prædicantem, non tibi & caput, & barba talis hominis uidetur immunda? Sed & is, qui, quum debeat esse uir, & agere tanquam perfectus, si forte facile tanquam puer uincatur à peccato, etiam ipse lepram barbæ habere dicendus est, quia quum uincere deberet malignum, & sacerdotali honore (quæ in barba designatur) incedere, adulescentiæ uitijs impeditus, lepram barbæ perperat. Mulierem autem, animam in scripturis indicari eam, quæ non tam perfecte semen uerbi, quam suscipere potest, sæpe dictum est. Quæ lepram habere designat in capite, si uirum, quæ caput mulieris est, id est, doctorem

doctorem pollutum habeat. & immundum, ut Martionem, aut Valentinum, aut aliquem eiusmodi. Sequens sexta iam, & ultima species lepræ ponitur, quæ fit in caluitio, uel recaluatione, quæ res, quantum ex seipsis, mundæ sunt. Sic enim dicit lex: Si cuius (inquit) defluerint capilli capitis, caluus est, mundus est: si autem à fronte eius defluerint, recaluus est, mundus est. Conuenienter hæc referantur ad animam: ut cum ea, quæ sui natura emortua sunt, abiicit, ac deponit, munda esse dicatur. Sed post hoc, si ea, quæ prius purificata fuerant, repullulare sordidius, & humilius, quam dignitas puritatis expetit, & mundiciæ, uidebuntur, immundam, ac leprosam animam reddent.

De his quæ seruari mandantur à leproso.

Cap. XXV.

EX hoc iam generaliter de omni leproso, in quo fuerit contagio lepræ, & humilior uidebitur reliqua cute (humilior namque est omne animæ uitium reliquis eius uirtutibus) lex quæ spiritalis est, talia quædam decernens. Vestimenta (inquit) eius dissuta sint, & caput eius reuelatum, & os eius adopertum. Per quæ designat, eum qui in anima leprosus est, id est, qui peccatis confixus, non oportere assuere sibi tegumenta, & turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius uestimenta dissuta sunt, nudam, atque intectam gerit turpitudinem corporis, ita oportet eum qui peccatis aliquibus obseptus est, mala sua, & flagitia nullis uerborum assumptis, nullis excusationum uelaminibus operire, ut in eo fiat sepulchrum dealbatum, quod de foris quidem apparet hominibus speciosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & omni immundicia. Vult ergo lex diuina, peccator non solum uestimenta non assuere, sed & caput non contegere, ut si quod est capitis delictum, id est, si in Deum aliquid commissum est, si in fide peccatum est, ne hæc quidem habeantur obtecta, sed omnibus publicetur, ut interuentu, & correptione omnium emendetur, & ueniam mereatur. Verumtamen leprosus iste os tantummodo iubetur obtegere. Quid est hoc, quod omnes corporis partes nudas habere præcipitur, & os solum iubetur operire? Nonne palam est, & in aperto positum, quod ei qui in lepra peccati est, clauditur sermo, clauditur ei os, ut fiducia sermonis, & docendi autoritas excludatur? Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Clausum ergo habeat os peccator, quoniam qui seipsum non docuit, quomodo alium docere potest? Docere alium non potest, & ideo os suum iubetur operire, qui male agendo, loquendi perdidit libertatem. Immundus (inquit) erit, & separatus sedebit foris, extra castra erit conuersatio eius. Clarum est, quod omnis immundus abiiciatur à conuentu honorum, & segregetur à cœtu, castrisque sanctorum, & ideo dicitur, quia extra castra erit conuersatio eius. Quod si forte mundatus fuerit, sponte quidem, & à semetipso non uenit ad sacerdotem, sed offertur (inquit) ab alio, nec intrat in castra. Neque enim conueniens erat, ut eadem die, qua mundabatur, priusquam fierent pro eo, quæ competebant, introiret in castra. Propter quod sacerdos (inquit) exibat ad eum foras extra castra. Semper enim ad eum, qui nondum potest introire in castra, exit ille, qui potest exire extra castra, qui dicit: Ego à Deo exiui, & ueni in hunc mundum. Exit ergo ad eum sacerdos, & consyderat, si iam recepit sanitatem, si à lepræ contagione purgatus est. Quum autem uiderit eum sacerdos, præcipit, ut accipiantur gallinæ duæ uiuæ ei qui mundatur, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum. Videntur hic mihi etiam duæ istæ gallinæ habere similitudinem quandam duorum hircorum, ex quibus unus domino offertur, alius in eremum emittitur. Ita enim & hic ex duabus gallinis una immolatur, & alia in campum dimittitur. Dat ergo & hic qui purgatur à lepra aliquam partem, quæ abiiciatur in eremum, alia autem pars domino offertur pro eo. Nondum tamen hic qui purgatur à lepra, & offert gallinas, atque alia, quæ pro eo domino offeruntur, ad altare offertur, sicut turtures, aut columbæ. Nondum enim eadem die is qui purgatur à lepra, diuino altari dignus efficitur. Propter quod mandat legislator, ut eadem die qua purgatur, accipiatur duæ gallinæ ad purificationem eius. Puto autem, quod & hic illius gallinæ intellectus latenter habeatur, per quæ purificatio efficitur peccatoris, de qua scriptum est: Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluit. Indiget tamē ut per lignum cedrinum purificetur is, qui purificatur. Impossibile namque est sine ligno crucis peccati lepram posse purgari, nisi adhibeatur & lignum, in quo saluator (sicut Apo. Paulus dicit) exiit principatus, & potestates, triumphans eos in ligno. Iungitur tamē ad emundationem lepræ huius etiam coccum tortum, sociatur & hyssopus. Coccum tortum figuram sacri sanguinis continet, quæ de eius latere per læcæ uulnus exortus est. Et hyssopus. Hoc genus herbæ naturam habere medici ferunt, ut diluat, & expurget si quæ pectori hominis sordes ex corruptione noxij humoris infederint, unde & necessariū in expurgatione peccatorum, huiusmodi graminis figura suscepta est. Coccum uero, quod sæpe sumptum sit ad salutis subsidia in diuinis referri uoluminibus inuenimus. Sicut in partu Thamar, quum unus (inquit) prior protulit manum, accipiens obstetrix, coccum alligauit in manu eius, dicens: Hic exiit prior. Sed & Raab meretrix quum exploratores suscepisset, & pactum ab eis salutis acciperet, illi: Et pones (inquit) signum resticulæ coccinæ, & alligabis eam in fenestra ista per quæ deposuisti nos. Obserua tamē & illud, quod non ipse sacerdos immolare gallinam dicitur.

Lepra sexta
species.

Origenes.

Leprosus, peccatis confixus.
Vestimenta dissuta, peccatorum operata.
Matth. 23. c.
Caput tegere, peccatum in Deum commissum operire.

Os tectum, sermo clausus ac prohibitus.

Psal. 49. c.

1. Ioan. 16. f.
Leuit. 14. d. &
Num. 19. c.
Leuit. 16. b.

Gallinæ duæ, ad purificationem.
Matth. 23. d.

Lignum cedrinum, crucis lignum.
Col. 2. d.
Coccum tortum, Christi sanguis.
1. Ioan. 19. f.
Hyssopi natura peccatorum expurgationem signat.

Gen. 38. g.
1. Iosue 2. c.

dicitur. Nōdum em̄ dignus est hic, q̄ fuit leprosus, ut ipse sacerdos pro eo immolet, propter quod nec sanguis gallinæ offertur ad altare. Sed dicit quia occiditur gallina in uasculo fictili, in quod uas aqua uiua sit missa, ut aqua assumatur ad purificationē, & cōpleatur plenitudo mysterij in aqua, & sanguine, quod dicitur exiisse de latere saluatoris, & nihilominus, quod Ioannes in epistola sua ponit, & dicit purificationem fieri in aqua, & sanguine, & spiritu. Vnde & hic uideo omnia ista compleri. Spiritus enim est gallinæ istius, quæ occiditur, & aqua uiua, quæ in uase est, & sanguis qui super eum diffusus est. Non quò per hæc iterandam baptisimi gratiam sentiamus, sed quòd omnis purificatio peccatorum, etiam hæc quæ per pœnitentiam quæritur, illius ope indiget, de cuius latere aqua processit, & sanguis. Vide ergo quomodo & uiua gallina, & lignum cedrinum, & coccus tortus, & hyssopus tingitur in sanguine pulli, & aqua uiua, ut ex hoc aspsus, & purificatus ex aqua, & sanguine (in quo tincta est & illa gallina, quæ in campū emittitur) & septies coram domino resperus is qui purificatur, mundus efficiatur ab omni immūdicia, qua fuerat ex lepræ contagione possessus. Sed & illud aduerte, quomodo, quū superius dixerit, Hæc est lex leprosi, in qua die mundatus fuerit, nunc his omnibus addit, & dicit: Et mundus erit. Si enim semel abiecta lepra mundatus est, quomodo adhuc immundus erit? Sed uide quia etiam si mundetur quis à peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamen uestigia sceleris commissi purificatione indigent, & ea, quam exposuimus, & alijs nihilominus, quæ mandantur in consequentibus. Obseruabimus enim ad hoc, quod scriptum est de lepra: In qua die mūdatus fuerit, post hæc inter cœtera, quæ mandantur tertio dictum esse, Et mundus erit, & iterum ad ultimum scriptum esse: Et mundabitur. Vnde mihi uidetur esse quasdā & in ipsa purificatione differētias, & (ut ita dixerim) profectus quosdam purificationum. Potest enim & de illo, qui cessat à peccato, dici: Et mundus erit, sed non statim ita mundus uidebitur, ut ad summum puritatis accesserit.

Cap. XXVI.

Denicq̄ addit ijs, quæ dixerat: In quacuncq̄ die mundatus fuerit, emittetur (inquit) uiua gallina in campum, & lauabit uestimenta sua, is, qui purificatur. Post hæc autem: Omnem (inquit) pilum radet. Et addit: Et lauabitur in aqua, & post hæc addit: Et mundus erit. Neq̄ em̄ sufficit quod in principio dixerat: Mūdus erit, nisi adiecisset etiā hæc. Sordida ergo uestimēta habuit usq̄ adhuc iste qui purificatur à lepra, etiā post asperionē, & nūc lauare ea iubetur. Quæ tamē uestimēta non mihi per omnia malæ texturæ uideantur fuisse, alioquin abijci ea magis, q̄ lauari præciperet. In quo ostēditur, neq̄ per omnia alienā fuisse à Deo conuersationē eius, neq̄ purē in dño, & integrē custoditam. Nō enim lauaret uestimēta, nisi fuissent sordidata, nec iterū lotis eis uteretur, si fuissent extrini in omnibus alieni. Quòd autē radi iubetur omnē pilū, puto, quòd quicq̄d emortui operis animæ positæ in peccatis exortū est (hoc em̄ nūc pili nominantur) iubeat abijcere. Peccator em̄ omne quod ei siue in cōsilio natum est, siue in uerbo, siue in opere, expedit, si uerē purificari uult, ut eradat, & abijciat, nec residere aliquid apud se patiatur. Sanctus autem seruare debet omnē capillum, & si possibile est, nec ascēdere debet ferrum super caput eius, nec abscindere aliquid de cogitationibus eius sapiētibus, aut dictis, aut operibus possit. Inde deniq̄ est, quòd & Samueli ferrum dicitur non ascendisse super caput eius, sed & omnibus Nazaræis qui sunt iusti. Quia iusto (sicut scriptum est) omnia quæcuncq̄ faciet, prosperabuntur, & folia eius non decident. Hinc & discipulorū domini etiam capilli capitis dicuntur esse numerati, hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum seruantur apud dominū, quia iustæ, quia sanctæ sunt. Peccatorum uero omne opus, omnis sermo, omnis cogitatio debet abscindi, & hoc est quod dicitur, ut omnis pilus corporis eius radatur, & tunc erit mundus. Sed & hoc obserua, quòd non sufficit ei post purificationem uel uestimenta lauasse, uel omnem pilum rasisse, nisi & lotus fuerit in aqua. Oportet namq̄ eum abijcere omnes fordes, omnem immundiciam, non solum de uestimentis, sed & de proprio corpore, ut nulla in eo macula extinctæ lepræ resideat. Tertio ergo nunc purificatus, ita demum dignus efficitur ingredi castra domini, non tamen continuo permittitur ei introire domum suam, sed dicitur, ut extra domum suam maneat septem diebus, & radat omnem pilū capitis, & barbæ, & superciliorum, quasi nō suffecerit, quòd prius omnem pilum raserat, nunc additur, ut omnem pilum capitis, & barbæ, & superciliorum radat. Idem namq̄ uidetur dictum, in eo quòd dixerat omnem pilū radendum. Sed non mihi inanis uidetur esse ista repetitio. Vult enim peccatorem posteaquam fuerit mundatus, posteaquam remissionem peccatorum per pœnitentiā acceperit, de purgatione capitis admonere, & barbæ, & superciliorū, uelut si diceret ei: Ecce iam sanus factus es, uide ne ultra capitis contrahas culpam. Capitis enim peccatum est aliter quàm fides Ecclesiæ cōtinet, de diuinis sentire dogmatibus. In barba uero, ut meminerit se uirilī ætatis deposuisse peccata, & conuersus fiat sicut infans. In supercilijs autem arrogantiam deiicit, & malè elatum ad humilitatem Christi inclinat supercilium. Secundo ergo ad hunc modum omnis pilus corporis raditur. Et sicut hæc geminantur, ita

Ioan. 19. f.
1. Ioan. 5. b.

Ioan. 19. f.

Pili radere
quid sit.1. Reg. 1. b.
Psal. 1. a.

Matth. 10. d.

Ioan. 5. c.
Barba uirilī
ætas.
Matth. 18. a.
Supercilium, ar
rogantia, super
bia.

nantur, ita & uestimenta semel in prima purificatione lauasse non sufficit, sed secundo præcipitur, ut lauet uestimenta sua, & corpus suum aqua, & tunc quarto additur: Et mundus erit. Hæc autem fiunt intra castra quidem, posito eo adhuc tamē extra domum suam. Dicit enim: Post septem dies in die octaua, assumet sibi duos agnos. Iā nō alius assumit, sed ipse sibi assumit duos (inquit) agnos immaculatos, & ouem unam anniculam immaculatam, & tres decimas similaginīs conspergæ in oleo, & cyathum olei unum, ut post hæc quinta purificatione purificatus, consummetur. Ex his ergo duobus agnis unus quidem immolatur, & dicitur pro delicto: In loco (inquit) in quo iugulatur pro peccato, & ubi holocaustomata fiūt in loco sancto. Ecce iam dignus efficitur, ut offerat sacrificium, qui potuit ad quintam purificationem peruenire, & hostia eius sancta sanctorū fit. Alius autem agnus holocaustum efficitur, in quo propiciari pro ipso sacerdos dicitur, ut purgetur. Igitur primus agnus, qui pro delicto est, uidetur mihi uirtutis ipsius formam tenere, quam sumpsit is, qui erat in peccatis, per quam potuit propellere affectum peccandi, & malorum ueterum pœnitentiam gerere. Secundus uero agnus figuram tenere illius iam recuperatæ uirtutis, per quam abiectis, & procul fugatis omnibus uitijs, integrum se, & ex integro obtulit Deo, & dignus extitit diuinis altaribus. Quis autem quæ post agnos assumitur, fecunditatē puto quòd designet eius, qui cōuersus est à peccato, & totum se obtulit Deo, qua post omnia in bonorum operum foetibus utitur, & innocentia fructibus pollet. In tria ergo purificationis huius, id est, conuersionis à peccato, ratio diuiditur. Prima est hostia, qua peccata soluntur: secunda est, qua anima conuertitur ad dominum: tertia est fecunditatis, & fructuum, quos in operibus pietatis is qui dicitur cōuersus, ostēdit. Et quia tres istæ sunt hostiæ, idcirco subiungit, & tres mensuras decimæ similaginīs assumendas, ut ubiq̄ intelligamus purificationem fieri non posse sine mysterio trinitatis. Vide autem quòd hic in quinta purificatione non assumitur farina, sed iam simillam habet iste qui purificatur à peccatis. Simila ei ascribitur, unde babeat iam panem mundum, & hæc oleo conspergitur. Sed & oleum eius ad duos usus diuiditur. Vnum, quo similia conspergitur, alterum, quòd sacerdos accipit integram mensuram cyathi, ut ait. In quo (ut ego sentio) & panis eius pinguis efficitur per misericordiam, & oleum, quo lux uera, & scientiæ ignis accenditur, per manus sacerdotis capiti eius imponitur. Ita enim dicit: Et statuet eum sacerdos, qui mundat eum in conspectu domini ad ostiū tabernaculi testimonij. Vide, quia sacerdotis est statuere eum, qui conuertitur à peccato, ut stabilis esse possit, & ultra non fluctuare, nec moueri omni uento doctrinæ. Statuet ergo eum, non solum intra castra, sed ad ipsum ostium tabernaculi testimonij ante dominum. Et posteaquam secundū ea quæ superius dicta sunt, offeruntur hostiæ pro purificatione, adhibet (inquit) & cyathum olei, & separat illud ante dominum. Et accipiet (inquit) sacerdos de sanguine, & ponet super extremam auriculam eius, qui purificatur dexteram, & super extremam manū eius dexteram, & super extremum pedem eius dextrum. Et post hæc (inquit) accipiet sacerdos non ipsum cyathum olei, sed ex ipso, & diffundet (inquit) in manum suam sinistrā, & intinget digitum suum sacerdos in oleo, quod est in manu eius sinistra, & asperget septies ante dominum. Et iterū ex eo quod super est in manu eius sinistra, imponet super auriculam eius, qui purificatur, dextram, & super extremam manum eius dextram, & super extremum pedem eius dextrum. Et post hæc quod relictum fuerit ex oleo, imponet (inquit) sacerdos de manu sua super caput eius, qui purificatur. Vides quomodo ultimæ, & summæ purificationis est aurem purificari, ut purus, & mundus seruetur auditus, & manum dextram, ut munda sint opera nostra, ne aliquid immundum his admisceatur, & sordidum. Sed & pedes purificandi sunt, ut ad opus bonum tantummodo dirigantur, nec ultra lapsus iuuentutis incurrant. Septies autem respergit eum sacerdos ex oleo coram domino. Post omnia etenim, quæ pro purificatione celebrata sunt, postquam conuersus, & reconciliatus est Deo, post immolatas hostias, ordinis erat, ut & uirtutem super eum septemplex sancti spiritus inuitaret, secundum eum, qui dixerat: Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Vel certè quomodo peccatorum corda dominus in Euangelio testatur, à septem dæmonibus obsideri, competēt septies ante dominum sacerdos in purificatione respergit, ut expulsio septem spirituum malignorum de purificato corde, septies excusso digitis oleo declaretur. Hominibus ergo conuersis à peccato, purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superius diximus. Donum autem gratiæ spiritus per olei imaginem designatur, ut non solum purgationem consequi possit is qui cōuertitur à peccato, sed & spiritu sancto repleti, quo & recipere priorem stolam, & anulum possit, & per omnia reconciliatus patri, in locum filij reparari.

De altera prædictarum specierum lepræ mystica significatione. Cap. XXVII.

Rvperus autem prædictas enarrans lepræ species secundum diui Hieronymi translationem, hoc pacto scribit: Homo in cuius carne, uel cute ortus fuerit diuersus color &c. Primum (inquit) ad hæc Apostoli conuocemus imperium, dicentis hæreticum hominem post primam, & secundam

Leuit. 14. b.

Agni duo à peccatore oblati, quid significet.

Ouis, fecunditas bonorum operum.

Hostiæ tres à peccatore conuerso offeruntur.

Mensuræ tres, trinitatis mysterium.

Leuit. 14. b.

Simila mysticè quid notet.

Olei duplex usus quid significet.

Leuit. 14. b.

Eph. 4. c.

Leuit. 14. c.

Psal. 50. c.

Luc. 8. a.

Luc. 15. e.

Leuit. 13. a.

Tit. 3. c.

cundam admonitionem, deuita, sciēs quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, quū sit proprio iudicio condemnatus. Profecto sicut in hac sancta, & iusta, & bona lege est, quando debeat homo consideratus à sacerdote statim lepræ condēnari, & ad arbitrium eius separari, & est quando debeat semel, & iterum includi, ac die septimo considerari: sic in sancta Ecclesia est, quādo debeat homo statim, ut à fide exorbitauerit, hæreticus nūciari, & est quando debeat prijs admonitionibus prius semel, & iterum conueniri. Deniq; si is qui ex aduerso fidei, ueritatisq; confisit, talis est, ut eum non per ignorātiā, sed per malitiam errare in hypocrisis, fictis uerbis negociari, & loqui mendacium, nemini dubium sit, qualis erat Simon ille magus, quum primum se Apostolis ingessit, illic non debet sententia remorari, sed statim eijcienda, & separanda est lepra nequissima, ne corrumpantur ceteri. Ait ergo: Quū uiderit lepram in cute &c. Tunc etenim pilus in album mutatus est colorem, ipsa & species humilior est carne, & cute reliqua, quādo id agitur sub albedine, & humilitate hypocriseos, quatenus in errorem mutantur simplices fidei, quales Apostolus præmuniens, dicit: Nemo uos seducat uolens in humilitate, & religione Angelorū, quæ non uidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus connexum, & coniunctione subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei. Tunc (inquam) capillorum mutato aspectu, caro quoq; uiua apparet, quando id, quod prædictum est, agitur scienter, aut defenditur pertinaciter, quod & contra spiritum sanctum peccare est. Nempe quasi mortuæ carnis est lepra ignorantis hominis, dissonans à recta fide loquela, & hæc potest remitti. Quasi uiuæ autem carnis lepra est hominis ueritatem scientis blasphemia, & hæc non remittetur, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Lepra (inquit) uetustissima iudicabitur, atq; inolita cuti. Contaminabit eū sacerdos &c. Quod est dicere: Non adhibebit diligentiam, ut manifestum corrigat hæreticū, sed uidebit, & uitandum pronūciabit eum, quia subuersus est, quia incorrigibilis est. Sin autē lucens candor &c. Sensus hic est: Si nō per inanem gloriam in astutiā, uel hypocrisis blasphemiam struere, sed per ignorantia errare uisus fuerit, seorsum instruetur, sensu ueritatis à fidelissimo dispensatore uerbi totis septem diebus, id est, in omnibus scripturis diuinitus inspiratis. Et si quidem lepra ultra nō creuerit, neq; transferit priores terminos, id est, si non defendendo errorem, reatum suum auxerit, quod facere solēt omnes hæretici, quorum diabolus corda subuertit, rursus includet eum septem diebus alijs, & die septimo considerabit, id est, iterum bona spe illum in omnibus scripturis catholice ueritatis catechizabit, & bene confirmatū, sanctæ matri Ecclesiæ præsentabit, dicens, quia scabies fuit, & non lepra, id est, ignorantia deliquit, non malicia. Lauabitq; homo &c. Iuxta hunc sensum spiritualem in lauandis uestibus discretio qualis esse debeat, Ecclesiastica prudentia non ignorat. Nam qui ab hæretica lepra correctus, ad integritatem fidei reducitur, qualiscūq; illa extiterit, dummodo baptizatus fuerit in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, non illi repetitur lauacrum carnis, sed tantum confessione data, spiritum accipit reconciliationis, & remissionis peccatorum, quæ sufficienter lauentur uestimenta, ut homo huiusmodi mundus sit. Quod si postquam à sacerdote uisus est &c. Et hoc æquum est. Nam si denuo abalienatus fuerit peccator à uulua, & errauerit ab utero, & locutus fuerit falsa, quæ iam spes superesse poterit? Quomodo enim de ignorantia poterit excusari? Igitur & quemadmodum supradictus Apostolus ait: Hæreticum hominem post primam &c. uidelicet eo quod inexcusabilis, imò & incorrigibilis sit: ita nunc lex immūdum esse decernit eum, qui redditus mundiciæ, iterum lepram cōtraxerit. Hoc planè fecit aliquis, quū forte aliquo indigēs negocio, unde in catholica posset ei subueniri, fidem rectam professus est, eo quod diceretur ei: Non tibi subuenietur hīc, nisi cōmunicaueris, & rursus alio indigens, quo (uerbi gratia) apud Arrianos posset ei subueniri, rursus catholicam deseruit, eo quod dicerent Arriani: Non tibi subuenietur, nisi hīc comunicaueris. Sic palea leuiter, omni uento circumferēte, nunc ab area trāsuolat in sepe, nunc rursus à sepe refertur in areā. Igitur & iuxta hanc legē, immūdicæ cōdemnabitur, & iuxta Euāgelicum Apostoli præceptum, quia subuersus est, deuitabitur. Sin autē efflouerit, discurrēs lepra &c. huius loci mysterio legitime cōsonans Apostolus, dicit ad Corinthios: Scripsi uobis in Epistola, ne cōmiscemini fornicarijs &c. usq; Auferte malū ex uobis ipsi. Quid enim est, totum à capite, usq; ad pedes lepra opertū esse, nisi fornicarium, aut auarū esse, & omnino tam professione, quam opere foris esse? Quid enim est carnem uiuam aspergi lepra, nisi nominari fratrem, & fornicatorem esse, ceteraq; facere opera, fraterno nomini repugnantia? Igitur efflorente, ac discurrente lepra in cute, totam à capite, usq; ad pedes carnem opertam esse, quicquid sub aspectu oculorum cadit, idq; consideratum à sacerdote, lepram quidem, sed mundissimam lepram iudicari, eo quod omnis in candorem uersa sit, & idcirco hominem mundū decerni, id profecto est fornicarijs huius mundi, auaris, rapacibus, idolis seruientibus licenter commisceri, nihilq; iudicare de illis, eo quod foris sint, quos Deus iudicabit. Eiusmodi homo mūdus erit (inquit) id est, eiusmodi colloquium lege Ecclesiastica non te cōtaminabit, & hoc modo lepra eius tibi mundissima erit. Nam & dominus noster talibus cōmixtus est, unde & improperebatur illi, quod esset amicus peccatorum, & publicanorum. Alioquin si tales uitandi erant, debueramus & nos, & Apostoli de hoc mundo exisse, imò & dominus noster nunquam in hunc mūdum uenisse. E contrario carnem uiuam apparere in lepra, uel carnem uiuam lepra aspergi, quod à superiore modo longè diuersum, uel dissimile est, & idcirco immundum decerni, id planè est eum, qui nomen habet quod uiuat, qui frater nominatur, & intus est, iudicari, & cum eiusmodi nec cibum sumi, sed auferrī malum ex nobismetipsis. Quid si abundantiori tristitia frater absorptus fuerit? Nunquid omnino relinquetur, dum idcirco duntaxat tradi debeat Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini? Præmissis ergo: Caro enim uiua si lepra aspergatur, immunda est, continuo sequitur: Quod si rursus uersa fuerit in alborem &c. Quod id est, ac si dicat: Si abundantiori tristitia fuerit absorptus, imò & antequam penitus absorbeatur, intuebitur eum sacerdos, is scilicet, qui infirmarum curam se nouit accepisse animarum, & non super sanas tyrannidem, & proinde sacerdos legitimus est. Intuebitur (inquam) eum pio intuitu, & confirmabit in illum charitatem, mūdum eum esse decernēs, uidelicet ut eū, qui se illi in colloquio sociauerit, non iudicet æqualem debere fortiri excommunicationis uindictā, sed potius immittat sapientes, qui quasi occultè consolentur fratrem fluctuantem. Caro, & cutis, in qua ulcus natum est &c. Hactenus indistinctè de lepra qualiscūq; hæresis, sancta, & mystica lex locuta est, nunc distinctè loquitur, primum de lepra hæresiarchæ, id est, eius à quo hæresis orta est, & eius, qui nō proprio uitio, sed alieno inductus hæretica tabe pollutus est. Deniq; quod ulcus innatum, & combustio proprijs causis differūt, hoc reatus hæresiarchæ, & eius qui ab illo seducente in anima combustus est, differt. Nam ille proprio uitio ulceratus, mortiferum uirus concepit, iste imprudens fortè, dum diuiti hæretico adulando quodammodo ad prunas distēditur, & calescit crepitantis fornaculæ scintillis euolantibus, in crure adustus est. Vtriusq; lex, eadem est. Parum quippe differt in crimine decipere, & decipi posse. Quum (inquit) uiderit sacerdos &c. Quæ uidelicet lex, quia supra dicta est, iam cetera prosequamur. Hoc tamen non prætereundum, quia tūc in carne, uel cute, iam sanato ulcere, quod innatū fuerat, plaga lepræ orta est, quando homo uitiosus magnarum opū, magni, & ardētis ingenij, de proprio uitio correptus, ab Ecclesia deterior factus est, & unius (uerbi gratia) carnalis uitij, quasi ulcere sanato, uel constricto, in hæresim lapsus est, fecit schismata, turbauitq; catholicam pacem, propria inflammatus iracundia. Talis Nicolaus de actibus Apostolorum, septimus diaconus de zelo pulcherrimæ coniugis increpatus, respondisse fertur, ut quicūq; uellet, acciperet eam uxorem, & ob hoc infideles docuisse, quod Apostoli promiscua cunctis, communiaq; consortia foeminarum permitterent.

cus peccatorum, & publicanorum. Alioquin si tales uitandi erant, debueramus & nos, & Apostoli de hoc mundo exisse, imò & dominus noster nunquam in hunc mūdum uenisse. E contrario carnem uiuam apparere in lepra, uel carnem uiuam lepra aspergi, quod à superiore modo longè diuersum, uel dissimile est, & idcirco immundum decerni, id planè est eum, qui nomen habet quod uiuat, qui frater nominatur, & intus est, iudicari, & cum eiusmodi nec cibum sumi, sed auferrī malum ex nobismetipsis. Quid si abundantiori tristitia frater absorptus fuerit? Nunquid omnino relinquetur, dum idcirco duntaxat tradi debeat Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die domini? Præmissis ergo: Caro enim uiua si lepra aspergatur, immunda est, continuo sequitur: Quod si rursus uersa fuerit in alborem &c. Quod id est, ac si dicat: Si abundantiori tristitia fuerit absorptus, imò & antequam penitus absorbeatur, intuebitur eum sacerdos, is scilicet, qui infirmarum curam se nouit accepisse animarum, & non super sanas tyrannidem, & proinde sacerdos legitimus est. Intuebitur (inquam) eum pio intuitu, & confirmabit in illum charitatem, mūdum eum esse decernēs, uidelicet ut eū, qui se illi in colloquio sociauerit, non iudicet æqualem debere fortiri excommunicationis uindictā, sed potius immittat sapientes, qui quasi occultè consolentur fratrem fluctuantem. Caro, & cutis, in qua ulcus natum est &c. Hactenus indistinctè de lepra qualiscūq; hæresis, sancta, & mystica lex locuta est, nunc distinctè loquitur, primum de lepra hæresiarchæ, id est, eius à quo hæresis orta est, & eius, qui nō proprio uitio, sed alieno inductus hæretica tabe pollutus est. Deniq; quod ulcus innatum, & combustio proprijs causis differūt, hoc reatus hæresiarchæ, & eius qui ab illo seducente in anima combustus est, differt. Nam ille proprio uitio ulceratus, mortiferum uirus concepit, iste imprudens fortè, dum diuiti hæretico adulando quodammodo ad prunas distēditur, & calescit crepitantis fornaculæ scintillis euolantibus, in crure adustus est. Vtriusq; lex, eadem est. Parum quippe differt in crimine decipere, & decipi posse. Quum (inquit) uiderit sacerdos &c. Quæ uidelicet lex, quia supra dicta est, iam cetera prosequamur. Hoc tamen non prætereundum, quia tūc in carne, uel cute, iam sanato ulcere, quod innatū fuerat, plaga lepræ orta est, quando homo uitiosus magnarum opū, magni, & ardētis ingenij, de proprio uitio correptus, ab Ecclesia deterior factus est, & unius (uerbi gratia) carnalis uitij, quasi ulcere sanato, uel constricto, in hæresim lapsus est, fecit schismata, turbauitq; catholicam pacem, propria inflammatus iracundia. Talis Nicolaus de actibus Apostolorum, septimus diaconus de zelo pulcherrimæ coniugis increpatus, respondisse fertur, ut quicūq; uellet, acciperet eam uxorem, & ob hoc infideles docuisse, quod Apostoli promiscua cunctis, communiaq; consortia foeminarum permitterent.

De lepra capitis, uel barbæ, & leproso separato, & lepra uestium. Cap. XXVIII.

Vir siue mulier in cuius capite &c. Et ex hoc loco cognoscere licet, quoniā non temerè de consuetudine cuiusquā, præsertim quæ bono possit animo fieri, iudicium proferri debeat. Tunc enim in capite, uel barba, quæ uidelicet pars corporis non absconditur, nec adeò ueste cōtegatur, lepra germinauit, aut germinasse putatur, quando talem quis cōsuetudinem in publico Ecclesiæ tenet, quæ causam infidelitatis habet, uel habere creditur. De huiusmodi (inquam) non temerè iudicandū est. Potest enim euenire, ut quod tineā, uel lepra capitis esse putatur, eo quod capilli fluant, scabies, aut caluitiū sit, id est, ut quod à fideli, uel sana doctrina abhorre dicitur, bono proposito, & munda conscientia teneatur, ut (uerbi gratia) quum quis uirginitati impensius fauet, & exinde opinio nata est, quod coniugia damnet, uel quum fratri carnem intemperantius māducanti detrahit, & exinde occasio se præbuit, q̄ contra Apostolum bonam Dei creaturam reijciendam esse docere uelit. Adducetur (inquit) ad sacerdotem, & res eodem ordine, quo iam supra dictum est, diligenter examinabitur, atq; rei ueritate comperta, si lepra est, immundus homo adiudicabitur, si scabies, lotis prius uestibus mundabitur, si caluitiū, absq; ulla interpositione erit mundus. Quicūq; ergo maculatus fuerit lepra &c. Durus, & fortis hic occidentis literæ baculus est, maiori cōfusione, uel ignominia, miserī corporis morbos anathematizans, quā ipsa quæ Deus odit adulteria. Ceterum quod uiuificans spiritus in isto loco dicit Ecclesijs, iustum ualde, & rationabile est. Qui enim hæretica est lepra maculatus, reuera notandus, quia profecto deuitadus est. Habebit ergo uestimenta dissuta. Planè hæreticus uestimēta habet dissuta. Nam hoc ipso, quod hæreticus est, illud sibi scidit Christi uestimentū, cuius in typum milites tunicam eiusdem Christi domini scindere noluerunt, unde & schismaticus dicitur, & est, quia uidelicet unitatem fidei, uel unicam scripturarum ueritatem scindendo, ipse dissutus, & conscissus est. Habet & caput nudum. Perdidit enim coronam spei domini, imò & ipsum perdidit caput, cuius mēbra sumus, caput (inquam) Ecclesiæ Christi, ex quo totum corpus pernexum, & coniunctione subministratum est, & crescit in augmentum Dei, & assumpsit sibi caput inimicorum diabolum, caput ulcerosum, caput leprosum. Habet & os ueste contectum, id est, spiritu fictionis obturatum, bilingue, & dolosum, ueste (inquam) con-

R ij tectum,

Act. 8. b.

Albedo, hypocrisis.

Col. 2. d.

Hæreticus per ignorantia errans, instruendus est. Dies septem, uerba scripturae.

Leuit. 13. b.

Scabies, ignorantie delictum.

Lepra, malicie peccatum.

Titim 3. c.

Leuit. 13. b.

1. Cor. 5. c.

Luc. 7. c.

2. Cor. 2. b.

1. Cor. 5. b.

Leuit. 13. c.

Decipere, & decipi posse, parum differt.

Act. 6. b. Nicolaus diaconus, coniuges fecit communes.

1. Tim. 4. b.

10. an. 19. d.

Col. 2. b. & 1. c.

ximum, iuxta sensum supradictum. Duos quoque turtures &c. id est, duplicem habendo gemitum, uel quia dixit, & fecit quae catholicae puritatis non sunt, uel quia non dixit, & non fecit, quae ab haereticae leprae contagione aliena sunt. Coetera ex antedictis liquida sunt.

De lepra domorum, id est, haeresi quorumlibet in quouis ordine cohabitantium, Cap. XXX.

Leu. 14. c. 2. f.

SI fuerit (inquit) plaga lepra in aedibus &c. Hic domus eo sensu accipienda est, quo partes domus dicimus singulos homines. Si (inquit) fuerit plaga lepra in aedibus, id est, si orta fuerit haereticis in quibuslibet Ecclesiae conuentibus, coenobijsque, uel quibuscunque ordinibus communiter uiuentibus, ibi cuius domus est, nuncios sacerdoti eo scilicet quod plagam mortiferam per se metipsum sanare non possit. Tunc enim is, cuius est domus, qui domui Christi est praelatus, maioris, uel superioris quaerere debet praesidium, quum per semetipsum curare non poterit domesticum morbum. At ille praecipiet ut efferat &c. Ingressuro sacerdote in domum, ut uideat utrum lepra sit, quod annunciatum est, an non, prius efferri debent uniuersa, quae uidelicet efferri possunt, quia in conuentu, uel coetu cohabitantium orta dissentione de fide, uel dogmatibus, antequam res examinentur, qui non consentiunt, scandala facientibus ipsum suum declarare debent studium, quo ab alijs dissentiunt. Nam postquam lepram haeticam esse manifesta ratio conuicerit, non solum autoribus, sed & autorum consentaneis sententia pariter incumbet iudicialis. Quare enim praecipiet, ut efferant uniuersa? Ne immunda fiant omnia (inquit) quae in domo sunt, quando uidelicet prolatum fuerit conuictae immundiciae indicium. Intrabitque &c. postquam uidelicet schismatis partem utraque diuiderit, distinctamque utriusque habuerit notitiam. Et quum uiderit &c. Quod est dicere: Quum audierit capitula disceptantium omnino a pulchritudine, uel sanitate sanctarum scripturarum discrepare, egredietur tota auersus mente, & imponet silentium immundo spiritui, id est, lepra haereticae septem diebus, id est, uniuersae ueritatis obiecta autoritate ut uideant, uel intelligant recti, & laetentur, & omnis iniquitas oppilet os suum. Reuersusque die septimo &c. Septimo (inquit) die, id est, postquam omnem adhibuit sani sermonis diligentiam, reuersus, si lepram inuenerit creuisse haeticam, iubebit erui lapides, in quibus lepra est, id est, utetur ferro abscissionis, auferendo, & expellendo illos, qui sunt eiusdem impietatis autores, & proijciat eos extra ciuitatem Dei uiuentis, Hierusalem coelestem, extra pacem Ecclesiasticae communionis in loco immundo, in diaboli circo, uel theatro, uel in maligno malignorum collegio, cum mortuis, cum his, qui sunt in inferno. Domum autem ipsam radet intrinsecus per circuitum. Neque enim immunis esse poterit ab illorum colluione totus coetus cohabitantium, dicente scriptura: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Radet (inquam) per circuitum, id est, cunctos tam uocis professione, quam & manus subscriptione, anathematizare compellet dogma haeticum, & sparget puluerem rasurae &c. ut uidelicet nihil immundorum, nihil haeticorum sensuum resideat in tota Dei domo, sed & lapides alios reponi iubebit, pro his, qui ablati fuerint, ut scilicet malis male perditis, domus impleatur alijs domesticis, quae pro ueritate fidei, uel pacis catholicae statu, iure computentur in familia domini. Tandem luto alio liniet domum, id est, malis sensibus exclusis, sedula praedicatione, ac meliori doctrina totum reformabit fidei, uel catholicae pacis statum. Sin autem postquam eruti &c. Sicut uidelicet post primam, & secundam inspectionem homo leprosus immundiciae condemnatur, sic & domus post primam, & secundam considerationem, crescente lepra, iure destruitur, id est, sicut haeticus homo post primam, & secundam admonitionem deuitandus: sic & uniuersa domus, siue Ecclesia malignantium, conciliumque haeticorum post primam, & secundam orthodoxi sacerdotis uisitationem, anathematizandum est. Destruent ergo domum &c. Videlicet cum illo immundiciae principe diabolo, cui per prophetam sub nomine Babylonis regis dictum est: Omnes reges gentium uniuersi dormierunt in gloria, uir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio.

De eadem lepra,

Cap. XXXI.

Exodi 4. b. Leprosa manus, synagoga, Psal. 73. c.

SCRIPTUM quoque est in Exodo: Mitte manum tuam in sinum tuum quam, quum misisset in sinum, sprotulit leprosam albam instar niuis: Manus (inquit) Rupertus) protracta de sinu leprosa, synagoga est a gratia Dei proiecta. Ex quo latus saluatoris sui lancea rupit, retracta est manus illa de sinu eius, peccatorum suorum lepra candente perfusa. Quod loquitur propheta prauidens, gemebundus ait: Ut quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in sinum? Ecce uidemus populum illum a castris Dei segregatum, & ad arbitrium summi sacerdotis haud dubie, leprae condemnatum, habentem uestimenta dissuta, caput nudum, os ueste contactum, clamantem, id est, diffiteri non ualentem, contaminatum se, ac sordidum. Nuda est lepra, facies autem uelamine perfidiae cōtecta. Et in lib. Numerorum scriptum est: Locuta est Maria & Aaron contra Moysen &c. Et infra: Iratusque contra eos abiit, nubes quoque recessit, quae erat

Num. 12. c.

quae erat super tabernaculum. Et ecce Mariam operuit candida lepra quasi nix. quae uerba enarras idem Rupertus, hoc pacto scribit: Hoc loco Moyses uxorem habens Aethiopsam, mystice Christus dominus est, peccatricem quondam de gentibus non aspernatus Ecclesiam. Hoc nimirum aegrefuerunt Aarō, & Maria, id est, carnale Iudaeorum sacerdotium, & tota illorum uetus Synagoga, de hoc murmurant, magnumque habent inuidiae tormentum. Semper enim gentium salutem oderunt. Hoc ergo non ferentes, & hac inuidia tenebratum cordis oculum habentes, ad ipsius domini Christi odium prorumpunt, & propter condescensionem miserorum, contra ipsam misericordiam confligunt. Dicunt enim: Num per solum Moysen, id est, num per solum Christum nostrum Deus locutus est? Nonne & nobis, id est, prophetis nostris similiter locutus est? Habet namque lex nostra uiros uirtutis, qui de terra pariter, & de caelo signa fecerunt, mare rubrum, & Iordanem fluuium diuiserunt, manna de caelo deposuerunt, solem in caelo stare, uel etiam retrocedere fecerunt. Haec & his similia maligno liuore dicentibus, dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus superbae synagogae, & carnalis eius sacerdotio iratus est. Nam ecce leprosa facta est, lepra cadente tota cooperta est. Multum iratus pater, expuit in faciem eius, & proiecit super uultum eius stercus solennitatum eius. Quanto nequior blasphemia eius oblocutione Aarō, & Mariae, imo quanto amplioris gloriae iste praemoyse dignus habitus est, tanto plaga gentis illius, lepra synagogae illius deterior est. Nam Moyses quidem fidelis erat in tota domo Dei, quemadmodum dicit: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Fidelis (inquam) uel fidelissimus in domo Dei, non sua, tanquam famulus in testimonium eorum, quae dicenda erant, Christus uero tanquam filius in domo sua, quae domus sumus nos. Igitur leprosa illa quicquid tangit, quicquid atrectat, quicquid concelebrat, immundum est, & Deo odibile, & separatur ad arbitrium sacerdotis summi, qui penetrauit caelos Christi Iesu. Habet uestimenta dissuta &c. de quibus dictum est supra in lege leprosi. Omni tempore quo leprosa est, & in hac immundicia perfidiae suae perseverat, sola habitabit extra castra, sola (inquam) extra uera, & coelestia sancta, quasi mortua, imo uere mortua, & ut abortiuum quod projicitur de uulua matris suae. Abalienata est a uulua, errauit ab utero, locuta est falsa, quae non docuit eam mater sua fidelis patriarcharum, & prophetarum Ecclesia. Clamat autem Moyses &c. imo uero tota antiquitas, tota patrum antiquorum pro illa gente interuenit fides. Sed non sanabitur, non reuocabitur in castra, donec euoluantur septem dies, id est, donec plenitudo gentium subintreoret. Si pater eius (inquit) expuisset &c. Plane uera similitudo. Nam re uera si quis filius patrem, quem honorare, cui blandiri debet, ita exasperauerit, ita ad iracundiam prouocauerit, ut ille motus in faciem eius expuat, qui utique faciem filij natura duce, osculis delambere consueuerat, quomodo talis filius sic pro sua proteruita, sputo patris oblitus non saltem septem diebus inter compares suos erubescat? Cui enim preciosus esse potest, qui ut uilis a patre suo consputus est? Si ergo (inquit) pater eius &c. Ego autem (inquit) pater uester sum, qui dico ad Pharaonem: Filius meus primogenitus Israel. Dimitte filium meum, & ecce exasperatus quodammodo expui in faciem eius, dum lepra candidissima, lepra quasi niuea, id est, uerissima, totam operui carnem eius. Separatur igitur &c. Et in libro quarto Regum scriptum est: Dixitque Giezi puer uiri Dei &c. Sed & lepra Naaman adhaerebit tibi. Egressus est enim ab eo leprosus quasi nix: Hoc Giezi exemplum (inquit) Rupertus) gratiae Dei uenditoribus in hac scripturae arce propositum est. Omnis quippe qui gratis dat, quia gratis accepit, qui Euangelizando, non quae sua sunt, quaerit, sed quae Iesu Christi, ipse est Helisaeus. Qui autem lucrum ex Euangelio, imo quod pessimum est) ex impositione manuum quaerit, ipse est Giezi. Peccata quippe, quae emundare uidetur in se trasponit, lepra tantorum suscipit, quatis illo detestabili mercimonio talentum callidus emunxit. Scriptum quoque est de Naaman Syro uiro diuite, forti, ac leproso, quo pacto ab Helisaeo fuerit curatus, mundatusque a lepra. In quo quid mystice intelligere debeamus, dominus innuit in Euangelio, dicens: Multi leprosi erant in Israel sub Helisaeo propheta, & nemo illorum curatus est, nisi Naaman Syrus. Igitur sensum, atque intentionem domini sequentes, in Naaman, qui de illa patria non erat, gentes recte intelligamus, quae ab Israel secundum carnem, & a testamento Dei alienae erant, maxime autem Romanum imperium hic aduertimus. Princeps enim erat Naaman militiae regis Syriae, quae sublimitas interpretatur. Ergo rex Syriae princeps est mundi huius. Sublimis enim, & superbus erat hic mundus. Certum autem est, quia sub illo principe Romanum imperium mundo principabatur. Illud igitur in persona Naaman recte intelligimus. Quod uir fortis, & diues, sed leprosus erat ad hunc intellectum patenter operatur. Nam re uera magnum erat, forte, & ditissimum erat Romanum imperium, sed leprosum. Magnus leprosus, magna innumerabilium errorum lepra coopertus erat. Porro de Syria egressi fuerant latrocini &c. Puella ista sancta scriptura erat. Porro latrocini Pythagoras, Socrates, Plato, coeterique fuere Philosophi, qui re uera quasi latrocinando captiuam de terra Israel duxerant puellam hanc, furum lectitando, & ad suos erroneos sensus uolenter inflectendo, qualibet sanctae scripturae particulam, eaque uariae philosophiae quasi uxori Naama subseruire cogebant. Quae ait ad dominam suam &c. Bene

Aethiopsa uxor, eccles. 10. c. 4. d.

Malac. 2. d.

Heb. 3. d.

Psal. 57. d.

Rom. 11. c.

Exo. 4. f.

4. Reg. 5. g.

Matth. 10. a. Philip. 2. c.

4. Reg. 5. a.

Luce 4. c. Naaman gētes signat.

Syriae rex, diabolus.

Puella hebraea, scriptura sacra. Latrocini, philosophi.

R iij haec puella

hæc puella dixit, Si fuisset dñs meus ad prophetam. Sed rex Syriæ misit illū cū literis ad regē &c. Sic nimirum princeps mundi huius uolentes multos ingredi, uel tenere ueritatis uia, in prauitatem detorsit hæreticam, cuius typum gerebat rex Israël (ut supra diximus) scissus à domo Dauid, & a reis seruens uitalis. Tãdem uenit Naamán cum equis, & equitibus, & curribus, & stetit ad ostium domus Helisæi. Misitq; ad eum Helisæus nuncium &c. Notū est, quia ad leprosum istum, de quo loquimur, non per semetipsum uenit Helisæus, sed misit ad eum. Non enim gentibus prædicauit Christus per semetipsum, sed prædicatores suos misit eis, iam assumptus in cœlum. Vade (inquit) & lauare, id est, cõfiteri fidem Christi, & baptizare. Septies lauare, id est, nō solū aqua, sed & septiformi spiritu, renascere. Descendit, & lauit, id est, humiliatus est mundus sub potenti manu Dei, & baptismū in remissionem peccatorū suscepit. Restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli, id est, pristinam innocentiam recepit, cõcorporatus Christo paruulo, id est, humili, atq; innocēti. Omnes enim (inquit Apostolus) qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et diuus Ambrosius de his, qui initiātur mysterijs, hoc modo scribit: Naamán Syrus erat, & leprā habebat, nec ab ullo mūdari poterat. Tūc ait puella ex captiuis: Quoniā esset propheta in Israël, qui possit eum à lepræ contagione mundare. Sumpso (inquit) auro, & argento, perrexit ad regem Israël. Qui cognita aduentus eius causa, scidit uestimenta sua, dicens, quod tētaretur magis, quum de se ea, quæ nō essent potestatis regiæ, poscerētur. Helisæus autem regi intimauit, ut ad se dirigeret Syrū, quo cognosceret, quod esset Deus in Israël. Et quum uenisset, mandauit ei, ut septies mergeretur in Iordane fluuio. Tunc ille secum tractare cœpit, quod meliores aquas haberēt patriæ suæ, in quibus sæpe merisset, & nunquā à lepra esset mundatus, eoq; reuocatus, nō obediebat mādatis prophetæ, sed admonitu, & persuasione seruulorū, acque uic, ac merfit, mūdatusq; ilico intellexit, nō aquarum esse, quod unusquisq; mundatur, sed gratiæ. Recognosce nūc quæ sit illa puella ex captiuis, iunior scilicet ex gentibus congregatio, id est, Ecclesia domini depressa antè captiuitate peccati, quando libertatem adhuc gratiæ nō habebat, cuius consilio uanus ille populus nationū uerbum audiuit propheticum, de quo diu antè dubitauit, postea tamē ubi credidit exequendū, ablutus est ab omni contagio uitiorum. Et ille dubitauit antequā sanaretur, tu iam sanatus es, & ideo dubitare nō debes. Et libro secundo de sacramentis, capite quinto: Naamán (inquit) leprosus erat, puella quædam ait uxori illius: Dominus meus, si uult mundari, uadat in terram Israël, & ibi inueniet eum, qui possit ei lepram tollere. Dixit illa dominæ suæ, uxor marito, Naamán regi Syriæ, qui eum quasi acceptissimū sibi &c. Vidisti aquam, sed nō aqua omnis sanat, sed aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio, aliud opus, aliud operatio. Non sanat aqua, nisi spiritus sanctus descendit, & aquam illam consecrauerit. Sicut legitur, quod quum dominus noster Iesus Christus formam baptismatis daret, uenit ad Ioannem, & ait illi Ioannes: Ego à te debeo baptizari &c. Vide quia omnis iustitia in baptismate cõstituta est. Ergo quare Christus descendit, nisi ut caro ista mundaretur, caro quam suscepit de nostra conditione? Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit, sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus, obnoxij.

Gal. 3. d. 1. Reg. 5.

Puella captiua, congregatio ex gentibus.

Matth. 3. d.

Esa. 53. d. 1. Petri 2. d.

De eadem curatione Naamán leprosi, ex diuo Bernardo. Cap. XXXII.

Diuus autē Bernardus sermone tertio de resurrectione domini, hoc pacto scribit: Sicut in corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones, ut scilicet prius exinanatur corpus ab humoribus noxijs, dehinc cibis sanioribus foueatur: sic medicus animarū dominus Christus, cuius tota dispensatio. quam exhibuit in carne, medicina salutis est, ante passionem suam septem dedit purgationes, post resurrectionem suā totidem cibos salubres pariter, & suauis. Helisæus noster Naamán leprosum septies in Iordane mergi præcepit, qui interpretatur descendus. In descensu domini nostri Iesu Christi, id est, in humilitate conuersationis eius, quam exhibuit ante passionem, mundamur, & purgamur: in resurrectione uero, & uita, quam ostendit quadraginta diebus, reficimur, & delectabilibus pascimur alimētis. Septupliciter enim occupauit nos lepra, lepra superbiæ, in proprietate possessionū, in gloria uestiū, in uoluptate corporū, in ore quoq; dupliciter, similiter & in corde. Prima est lepra domus, qua diuites esse uolumus in hoc sæculo. Sed ab ista mūdatur, si immergimur in Iordane, id est, in Christi descensu. Inuenimus enim, quoniam ille, quū esset diues, propter nos pauper factus est. Descēdit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, & ueniens in mundum, nec istas qualescunq; diuitias habere uoluit, sed in tāta paupertate uenit, ut natus cõtinuò poneretur in præsepio, quia ei non erat locus in diuersorio. Deniq; quis nesciat quoniam filius hominis nō habebat ubi caput suum reclinaret? Qui bene mergitur hīc, quādo quæret diuitias huius mundi? Et uere magna abusus, & magna nimis, ut diues esse uelit uermiculus uilis, propter quem Deus maiestatis, & dominus sabaoth uoluit pauper fieri. Porro in lepra uestis, omne sæculi huius pomposam intellige uanitatē, Nam ab illa nihilominus in Iordanis merfione mundaberis, ubi inuenies

Lepra superbie septupliciter nos occupat. Lepra domus, qua diuites esse uolumus. 2. Cor. 8. b. Luca 2. a. Luca 9. g. Lepra uestis, pomposa uanitas.

ubi inuenies Christum domini uilibus pannis inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectionem plebis. A lepra quoq; corporis mundamur in ipso Iordane, si bene cogitantes dominicam passionem, erubescimus sequi corporis uoluptatē. At in ore (ut diximus) duplex est lepra. Quum enim aduersi quicquam contigerit, murmuramus, & impatientiæ uerbum, tanquam lepræ sanies effluit, sed ab hac mundamur, si illum attendimus, qui tanquā ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum, qui quum malediceretur, non maledicebat, quum pateretur, non comminabatur. In prosperis quoq; contra eum, qui dixit: Non qui seipsum commendat, ille probatus est, commendamus nosmetipsos, non in multa patientia, sed in arrogantia, & inquinat nos altera lepra uerbum iactantiæ. Vt ergo mundemur ab illa, mergamur in Iordane, & imitemur eum, qui non quærebat gloriā suam. Vnde & dæmonia, quæ clamabant, quia ipse esset Dei filius, præcipiebat obmutescere, & illuminatos cæcos dicere prohibebat. In corde duplex est lepra, propria uoluntas, & propriū consilium. Lepra utraq; nimis pessima, eoq; perniciosior, quò magis interior. Uoluntatē dico propriē, quæ non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantum, quando quod uolumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendētes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere proprijs motibus animorum. Huic contraria est recta fronte charitas, quæ Deus est. Hæc enim aduersus Deum inimicitias exercet, & bellum crudelissimum. Quid enim odit, aut punit Deus, præter propriā uoluntatem? Cesset uolūtas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille desæuiet, nisi in propriā uoluntatem? Etiā nunc, quum frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur, nisi propria uoluntas? Quod si uoluntariē sustinemus, ipsa iam uoluntas communis est, sed infirmitas quædam, & uelut pruritus uoluntatis adhuc de proprio est, & in illo omnes pœnas sustinemus, donec penitus consumatur. Nam uoluntas illa propriē dicitur, cui assentimus, & cui se liberum inclinatur arbitrium. Hæc autē desideria, & concupiscentiæ, quæ inuitos tenent, non uoluntas, sed corruptio uolūtatis est. Porro uoluntas propria, qui furore dominū maiestatis impugnet, audiant, & timeant serui propriæ uoluntatis. Prima nanq; seipsam subtrahit, & subducit eius dominatū, cui tanq; auri seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoq; quæ Dei sunt, tollit, & diripit. Quem enim modū sibi ponit humana cupiditas? Nōne qui per usurā acquirat pecuniā modicam, similiter mundum lucrari conaretur uniuersum, si non deesset possibilitas, si suppeteret uoluntati facultas? Dico fiducialiter, nemini, qui sit in propria uoluntate, posset uniuersus mūdus sufficere. Sed utinam uel rebus istis esset cõtenta, ne in ipsum (horribile dictū) desæuiet autorē. Nūc autē & ipsum (quātū in ipsa est) Deū perimit uolūtas ppria. Omnino enim uellet Deū peccata sua aut uindicare nō posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eū nō esse Deū, quæ (quantū in ipsa est) uult eū aut impotentē, aut iniustū esse, aut insipientē. Crudelis planē, & omnino execranda malitia, quæ Dei potentiā, iustitiā, sapientiā perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leæna sæuissima. Hæc est immūdissima lepra animi, ppter quā in Iordane mergi oportet, & imitari eū, qui nō uenit facere uolūtātē suā. Vnde in passione: Nō mea (inquit) uolūtas, sed tua fiat. Lepra uerò proprii cõsiliij eò perniciosior est, quò magis occulta. Hæc illorū est, qui zelū Dei habēt, sed nō secundū scientiam, sequētes errorē suū, & obstinati in eo, ita ut nullis uelint cõsilijs acquiescere. Hi sunt unitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, uanitate tumentes, placētes sibi, & magni in oculis suis, ignorātes Dei iustitiā, & suā cõstituētes. Et quæ maior superbia, quā ut unus homo toti cõgregationi iudiciū suū præferat, tanq; ipse solus habeat spiritū Dei? Idololatriæ scelus est nō acquiescere, & quasi peccatū ariolādī repugnare. Eāt nūc q se faciūt religiosiores alijs, qui nō sunt sicut cœteri hoīm. Ecce ariolā, & idololatræ facti sunt, si tamen uel ei, qui dixit hoc, plus quā sibi iudicāt esse credēdū. Neq; hinc dissonat ueritatis sermo, quē dixit: Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Sed ubi poterit hæc lepra mūdari, nisi in Iordane? Ibi mergere, quicunq; huiusmodi es, & attēde quid fecerit magni cõsiliij Angelus, quomodo cõsiliū suū postposuerit cõsilio, uel magis uoluntati mulieris unius, beatā uirginē loquor, & fabri pauperis, ipse est Ioseph. Inuentus enim in medio doctorum audies eos, & interrogās, quodāmodo increpatus à matre est: Fili, quid fecisti nobis sic? At ille: Quid est (inquit) quod me quærebatis? Nesciebatis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? At illi nō intellexerūt uerbum. Et quid fecit uerbum? Nō capiebatur in se, descendit, ita ut esset etiam subditus illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in cõsilio suo, quando suum sapientiā ipsa deseruit? Sic mutauit consiliū suum, ut quod iam tunc cœperat, extunc usq; ad tricesimum ætatis suæ annum prorsus dimiserit. Nihil enim ab hoc duodecimo anno de eius doctrina, uel operibus inuenis, usq; ad annum tricesimum. Sed fortē quærendum ab ipso est, quomodo uoluntatem suam, consilium ue reliquerit. O domine, uolūtas, de qua dixisti, ut non fieret, si bona non erat, quomodo tua erat? Si bona erat, quare derelicta est? Sic & consilium, si non bonum, quomodo tuum? Si bonum, quomodo relinquentium? Et bona erant, & eius erant, neque minus tamen relinquenda, ob hoc uidelicet, ut fierent meliora,

Luca 2. b. Psal. 21. b. Lepra corporis, carnis uoluptas. Lepra oris, impatiētiæ uerbu in aduersis. Esa. 53. c. 1. Petri 2. d. 2. Cor. 10. d. Lepra iactantiæ in prosperis. Ioan. 8. f. Luca 4. f. Lepra cordis, propria uoluntas, & propriū consilium. Voluntas propria cesset, & infernus nō erit. Voluntas in uita, corruptio est uoluntatis.

Voluntati proprie mūdus uniuersus nō sufficit. Voluntas propria, quātum in se est, Deum perimit. Ioan. 6. d. Luca 22. e. Romā. 10. a. Lepra proprii consiliij perniciofa. Ibidem. Superbia maxima, toti cõgregationi sui præferre iudiciū. 1. Reg. 15. c. Matth. 18. c. Esa. 9. b. secundum Ixx. Luca 2. g.

Matth. 26. d.
Esa. 53. b.

Ioan. 12. c.
Romani. 9. f.

Lucæ 2. g.
Ioan. 15. b.

Iacobi 3. d.

Matth. 28. d.
Lucæ 24. e.

Romani. 5. d.
Lucæ 24. d.
Ioan. 20. f.
Ioan. 21. b.
Lucæ 24. g.
Act. 1. b.

melliora. Neq; enim oportebat propria præiudicare cõmunibus. Erat ergo uolũtas Christi, & bona erat, qua dicebat: Si fieri potest, transeat à me calix iste, sed de ea, de qua dicebat: Fiat uoluntas tua, melior erat, quia communis, non solum patris, sed & Christi ipsius, (oblatus est enim, quia ipse uoluit) & nostra. Nisi enim granum frumenti cadens in terram mortuum esset, ipsum solum maneret, mortuum uerò multum fructũ attulit. Atq; hæc uoluntas patris erat, ut uidelicet haberet, quos adoptaret in filios. Christi erat, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nostra erat, quia pro nobis faciebat, ut redimeremur. De consilio idem dicimus. Christi enim erat, & bonum erat consilium, quod ait: Quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Sed quia illi non intellexerunt, mutauit illud consilium, ut nos mundaret ab ea lepra, quæ proprii consilij est. Exemplum enim dedit nobis, ut & nos ita faciamus. Nam ab initio nouerat quid esset factururus, sed uoluit formam nobis huius humilitatis exhibere, & ad lauandam pessimam hanc leprã diuinum in seipso parare Iordanem. Audiant igitur utriq; pariter, qui propriæ uoluntatis, & qui proprii consilij lepra sordent, audiant quid spiritus dicat Ecclesijs, breui uno uersiculo lepram utranq; condemnans: Sapientia (ait) quæ de sursum est, primum quidem pudica est, contra propriæ uoluntatis impuritatem, deinde pacifica, contra consilij proprii obstinatam rebellionem. Dum ab his septem purgatus fuerit æger, tanquam post septem sellas, quærat septem fercula, quæ sunt septem spiritus sancti dona. Porro sicut in uita domini ante passionẽ septem purgationes inuenimus, sic & in apparitionibus septem, quæ post resurrectionem factæ leguntur, septem illa dona spiritus sancti possumus inuenire. In prima spiritum timoris accipe, quando mulieribus sanctis uenientibus descendit Angelus de cœlo, & terræ motus factus est, ita ut ipsas timore perterritas oportuerit ab Angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni, quia magna, & omnino, & uerè domino Iesu digna pietatis dignatio, quod ei quasi singulariter, & ante cœteros dignatus est apparere, quem præ cœteris de negatione eius rea cõscientia cõfundebat, ut ubi abudauit delictũ, superabundaret & gratia. In spiritu scientiæ duobus pergentibus in Emaus scripturas exposuit, incipiẽs à Moysè, & omnibus prophetis. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intrauit, ostendens manus, & latus, sicut solent in signum uirtutis clypeorum foramina demõstrari. In spiritu consilij frustra in piscatione laborãtes mittere in dexteram rete consuluit. In spiritu intellectus, aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. In spiritu sapientiæ, die quadragesimo apparuit eis, quando uidentibus illis eleuatus est, & uiderunt filium hominis ascendentem, ubi erat prius. Vsq; ad illam enim diem quasi per stultitiã prædicationis saluos faciebat credentes, postquam uerò coram eis ascendit ad patrem, iam cœpit sapientiã declarari.

De cura lepræ eiusdem Naaman ex Augustino.

Cap. XXXIII.

DIuus autem Augustinus sermone 207. de tempore, hoc pacto scribit: Quum Naaman regis Syriæ princeps perfusus lepra fuisset, & sibi, uel cunctis horreret, dolebat rex Syriæ uirum, per quem plurima confecerat bella, gentes domuerat, & uictorias perpetrarat. Tũc audit Naaman apud Israël esse prophetam Helisæum mirandis uirtutibus præditum, & stupendis operibus nominatum, per quem posset & causã periculo liberari, & perniciofa uarietate tergi. Mox suum pergit ad regem, & commendatitijs literas ad Israëlitarum regem deposcit. Confestim rex ad regem literas mittit, dicẽs: Misi ad te Naaman seruum meum, ut cures eum à lepra ipsius. Quum rex à rege literas accepisset &c. O fides. Naaman princeps fideliter festinat ad Deũ, & rex perfidus suum dissipat uestimẽtum. Rex Syriæ credit posse fieri quod audierat, & rex Israël nõ credit fieri posse quod nouerat. Tunc ad Helisæum, quum regis commotio perferretur: Mitte (inquit) ad me Naaman Syrum &c. Tunc Naaman reuersus, & in Iordane septies baptizatus, ascendit inde mundatus. Tunc miratur Naaman, tunc stupet, tunc prophetam conspicit, tunc cœlum attendit, miratur uno iussu affuisse uirtutem, miratur opera domini, miratur detersum tanti temporis uitium, miratur se mutatum corpore, & mente perniciofa. Ab illo contagium pellitur, & optata sanitas reparatur &c. Et sermone 208. Naaman (inquit) princeps militiæ, qui leprosus erat, & suggerente ancilla ad beatum Helisæum sanandus aduenit, populum gentium figurauit. Puella illa, quæ captiua fuerat, prophetiæ imaginem gessit, quia licet tempore illo in sola Iudæa gratia prophetiæ floruerit, tamen non potuit fieri, nisi ut etiam ad uicinas gentes beata eius notitia perueniret. Audiuit ergo Naaman puellam, & uenit ad Helisæum, audiuit populus gentium prophetiam, & uenit ad Christum, & ab omni peccatorum lepra purgatus est. Quod autem audiens Naaman, ut lauaretur septies in Iordane, indignatus est, & nolebat annuere, & ab amicis suis consilio accepto, quicquid ut lauaretur, & purgatus est, hoc significauit, quia populus gentium antequam Christus crucifigeretur, ipsi per se Christo loquenti, non credidit, sed postea prædicantibus Apostolis ad sacramentum baptismi fideliter uenit. Naaman obtulit munera beato Helisæo, & ille accipere noluit, Christi in hoc gratiam figuratam intellige, quæ ideo gratia dicitur, quia gratis datur. Sic enim

Naaman populum gentium figurauit. Puella hebræa, prophetiæ gessit imaginem. Helisæus typũ Christi gessit.

enim dominus in Euangelio discipulis dixit: Infirmos curate, mortuos suscite, daemones expellite. Gratis accepistis, gratis date.

De leproso mundato à saluatore.

Cap. XXXIII.

DE curatione quoq; unius leprosi, scriptum est in Euangelio: Quum descendisset (inquit) Iesus de monte, secuta sunt eum turbæ multæ, & ecce leprosus ueniẽs, adorabat eum, dicens: Domine si uis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare, & confestim mundata est lepra eius. Quæ uerba Origenes homilia quinta in diuersos hoc pacto enarrans, scribit: Nunc descendente eo de monte, hoc est, inclinante se ad infirmitatem, & impotentiam cœterorum, misertus imperfectioni eorum, uel infirmitati, secuta sunt eum turbæ multæ. Et ecce homo leprosus, unus ex illis, qui curam quærebat, qui leuamen desiderabat, adorabat eum, dicens: Domine, si uis &c. Et infra: Consideremus & nos nunc dilectissimi fratres, ut nullus peccati lepras in sua habeat anima, aut contaminationes delictorum in suo detineat corde, sed & si habet, instanter adorans dominum, dicat ad eum: Domine si uis, potes me mundare. Tu illum prius multa delicta committentem mundasti Manassem, & innumerabilibus alijs misertus es. Tu ergo si uis, potes me mundare. Et dominus mox misericordiã porrigens manum, dicit: Volo. Mundare. Et Iesus ait illi mundato à lepra. Huic cui misertus est, credenti domino, qui cõfusus est in uirtute eius, dixit Iesus: Credidisti, saluus es, sperasti, mundus effectus es. Noli obliuisci qualis fueris, qualis factus sis. Non cesses gratias referre, non taceas cõfiteri. Vade ad sacerdotes, & offer munus tuum. Vade, ostende te sacerdoti, ut uidens cognoscat, quia non per legis consuetudinem mundatus es, sed per gratiæ operationem, nõ propter terrenorum sacerdotum imaginem, sed per cœlestẽ summĩ sacerdotis splendorem. Et alio in loco scriptum est: Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi &c. Quæ uerba diuus Augustinus enarrans libro secũdo quæstionum Euangeliorum, capite quadragesimo, hoc pacto scribit: In decem leprosis, quos dominus ita mundauit, quum ait: Ite, ostendite uos sacerdotibus, multa quæri possunt, quæ merito quærẽtes mouent, non solum de numero quid sibi uelit, quod decem sunt, sed quod unus ex illis solus gratias egit. Hæc enim liberè quæruntur, ut etiam non inuestigata, uel nihil, uel non multum impediãt intentionem legentis, sed illa potius, cur eos ad sacerdotes miserit, ut quum irent, mundarẽtur. Nullum enim eorum, quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosus. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, & ostende te sacerdotibus, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Deinde qualis mūdatio spiritalis possit intelligi eorum, quos ingratos extitisse redarguit. Secundum corpus enim facile est uidere posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse non boni. Secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Quærendum igitur est, quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium est, non ualitudinis, aut integritatis sensuum, atq; membrorum. Leprosi ergo non absurdè intelligi possunt, qui scientiam ueræ fidei non habentes, uarias doctrinas profitentur erroris. Non enim uel abscondunt imperitiã suã, sed pro summa peritiã proferunt in lucem, & iactantia sermonis ostentãt. Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua uera intermiscat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatione, uel narratione hominis, tanquam in unius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquam ueris, falsisq; colorum fucis humana corpora uariantem, atq; maculantem. Hi autem tam uitandi sunt Ecclesiæ, ut si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent, sicut isti decem steterunt à longè, & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Nam & quod præceptorem uocant, quo nomine nescio utrum quisquam dominum interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare, lepram falsam esse doctrinã, quam bonus præceptor absterget. Sacerdotium uerò Iudæorum nemo ferè fidelium dubitat figurã fuisse futuri sacerdotij regalis, quod est in Ecclesiã, quo consecratur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi, & ueri principis sacerdotum. Nam nunc & omnes unguuntur, quod tunc regibus tantum, & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribẽs: Regale sacerdotium, utranq; nomẽ illi populo cõuenire declarauit, quo illa unctio pertinebat. Cœtera itaq; uitia, taquam ualitudinis, & quasi mēbrorum animæ, atq; sensuũ, per seipsum interius & conscientia, & intellectu dominus sanat, & corrigit: doctrina uerò uel imbuendi per sacramenta, uel catechizandi per sermonem sonantem, atq; lectionem, ubi color quidam intelligitur uerus, atq; syncerus, quia in promptu est, & foris eminentissimus. Non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus hæc quæ aguntur, Ecclesiæ propriæ contributa sunt. Itaq; & Paulus uoce dñi audita, Quid me persequeris: Et, Ego sum Iesus, quem tu persequeris, ad Ananiã tamẽ missus est, ut illo sacerdotio, quod in Ecclesiã cõstitutũ est, sacramentum doctrinæ fidei perciperet, & uerus eius

Matth. 9. d.

Origenes.

Lucæ 17. c.
Augustinus.

Lucæ 5. c.

Leprosi sunt, qui scientiam fidei non habentes, uarias doctrinas profitentur erroris.

Lepra, falsa doctrina.

1. Petri 2. b.

Act. 9. d.

eius approbaretur color, nō quia non potest per seipsum dominus omnia facere, (nā quis alius hęc facit etiam in Ecclesia); Sed ut ipsa societas cōgregatorum fidelium approbādo inuicem, atq; comunicando ueræ fidei doctrinam in omnibus, quæ dicuntur, uerbis, uel signantur sacramentis, tanquam unam speciem ueri coloris obducatur. Ad hoc etiā pertinet quod idem dicit Apostolus: Dein de post annos quatuordecim ascendit Hierosolymā cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascēdi autem secundum reuelationem, & exposui cum eis Euāgelium, quod prædico gentibus. Seorsum autem his, qui uidebātur esse aliquid, ne fortē in uacuum currerem, aut cucurrissem, Et paulopost: Quum cognouissent (inquit) gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, Petrus, & Ioānes, qui uidebātur colum-næ esse, dexteræ dederūt mihi, & Barnabæ, societatis. Ipsa enim collatio unam doctrinæ speciem, exclusa omni uarietate, mōstrabat, quod salubriter etiam Corinthios monet, dicēs: Obsecro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes. Cornelius etiā, quum elemosynæ eius acceptæ, & preces eius audita, illi ab Angelo nunciarentur, propter doctrinæ tamen, sacramentorumq; unitatē ad Petrum iubetur mittere, tāquam illi, & suis diceretur: Ite, ostēdite uos sacerdotibus. Nam & quū irent, mundati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nōdum spiritaliter ad sacerdotes peruenerant, & tamen infusione spiritus sancti, & admiratione linguarum eorum mūdatio declarata est. Quæ, quum ita se habeāt, iam facile est etiam illud uidere fieri posse, ut quisquis in Ecclesiæ societate doctrinam integram, ueramq; assequatur, & omnia secundum catholicæ fidei regulam edisserat, distinguat à creatore creaturam, eorū manifestetur uarietate mendaciorum, tanquam lepra caruisse, & tamē ingratum sit domino Deo mūdatori suo, qui elatus superbia, gratiarum agēdarum pia humilitate non subditur, similisq; efficitur illis, de quibus dicit Apostolus: Qui quum cognouissent Deum, nō ut Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos Deum cognouisse, ostēdit quidem à lepra fuisse mūdatos, sed tamen statim accusat ingratos. Ideoq; tales ingrati in nouenario numero, tanq; imperfecti, remanebūt. Vnum enim, si addatur ad nouem, quædam effigies unitatis impletur, quo fit tāta completio, ut ultra iam nō progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur, & hæc per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaq; indigent uno, ut quadam unitatis forma coaguletur, ut decem sint. Vnum autem nō eis indiget, ut custodiat unitatem. Quā ob rem, ut illi nouem, qui gratias non egerunt, reprobi effecti, à cōsortio unitatis exclusi sunt: ita unus ille, qui gratias egit, unica Ecclesiæ significatione approbatus, atq; laudatus est. Et quia illi erāt Iudæi, amississe per superbiam declarati sunt regnū cœlorum, ubi maximè unitas custoditur. Iste uerò, qui erat Samaritanus, quod interpretatur custos, illi, à quo accepit, tribuens quod accepit, & quodammodo cantans illud è Psalmo: Fortitudinem meam ad te custodiam, per gratiarum actionem regi subiectus, humilitatem regni humili deuotione seruauit.

Quid liber mysticè significet.

Cap. XXXV.

Quid liber mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 22. capite 19, exponens illud Iob, Et librum scribat ipse qui iudicat. Quia (inquit) timentī adhuc populo lex est transmissa per seruum, diligentibus uerò filiis Euāgelij gratia est collata per dominū, qui ad redemptionē nostram ueniēs, nouum nobis testamentum cōdidit, sed de eiusdem nos testamenti mādato discutens, quandoq; etiam iudex uenit, necessarium non est, ut per expositionem clarescat, quia librum scribit ipse, qui iudicat. Ipsa enim per se ueritas dicit: Pater nō iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit filio. Erit autem tūc autor iudicij, qui nunc est cōditor libri, ut tunc districtius exigat, quod modo mansuetus iubet. Sic nanq; quotidie cōspicimus, quod magistri pueris elementa literarum blandientes imponunt, sed hæc ab eis sc̄uientes exigunt, & quæ dant cum mansuetudine cum uerberare requirūt. Blanda nanq; nunc sonāt eloquij diuini mādata, sed erunt aspera in exactio-ne sentiēda. Mansueta modo est admonitio uocantis, sed tunc districta uentura est iustitia iudicis, eo quod certum est, quia nihil, uel minimi mādati sine discussione prætereat. Quo uidelicet cōstat, quia librum scripsit ipse qui iudicat. Quem scilicet librum noui testamenti, quia ipse per se humani generis redemptor in extremo conderet, bene Ezechiel propheta denunciāt, dicēs: Ecce sex uiri ueniebāt de uia portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonē, & uniuscuiusq; uas interitus in manu eius. Vir quoq; unus in medio eorū uestitus lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Quid nanq; aliud in sex uiris ueniētibus, nisi sex ætates humani generis designātur? Qui de uia portæ superioris ueniunt, quia à conditione paradisi, sicut ab ingressu mūdi, à superioribus generationibus euoluūtur. Quæ porta ad Aquilonem respicit, quia uidelicet mēs humani generis uitij aperta, nisi calorem charitatis deserens, torporem mentis appeteret, ad hanc mortalitatis latitudinem non exisset. Et uniuscuiusq; uas interitus in manu eius, quia unaquæq; generatio singulis quibusq; ætatibus euoluta, ante redēptoris aduētum in sua operatione habuit, unde pœnam damnationis sumpsit. Vir quoq; unus in medio eorum uestitus lineis, quia redēptor noster etiā de sacerdotali tribu iuxta

AD MYSTICOS SACRÆ SCRIPTURÆ SENSUS.

iuxta carnem parentes habere dignatus, uestitus lineis uenire perhibetur. Vel certè quia linum de terra, non autem sicut lana, de corruptibili carne nascitur, quia indumentum sui corporis ex matre uirgine, non autem ex corruptione commixtionis sumpsit, profecto ad nos uestitus lineis uenit. Et atramentarium scriptoris ad renes eius. In renibus posterior corporis pars est. Et quia ipse dominus postquam pro nobis mortuus est, & resurrexit, & ascendit in cœlum, tunc testamentum nouum per Apostolos scripsit, uir iste atramentarium quasi à tergo portauit. Quod autem sequitur, Vt in humero meo portē illū &c. require in dictione, Humerus. Et Origenes homilia 14. in Ezechielē, hoc pacto scribit: In alio loco sensus scripturarū liber dicitur esse signatus. Et erūt sermones libri istius, quasi sermones libri signati, quē si dederint homini literas nesciēt, dicētes ei, Lege, dicit: Nescio literas &c. Manifestius autē uoluntatē huius exempli Apocalypsis Ioānis cōtinet, dicēs: Et uidi in dextera se dētis super thronū librū scriptū intus, & foris, signatū sigillis septem &c. Quādiu nō uenit Deus meus, clausa erat lex, clausus sermo propheticus, uelata lectio ueteris testamēti & usq; ad hęc diē, quādo legitur Moyses, uelamentū in corde Iudæorum est positum. Sunt autem quidā qui amant uelamentum, & oderunt eos, qui de uelamine interpretantur, sed nos conuertamur ad dominum, ut ablato uelamine dicamus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini specularantes, in eādē imaginem trāformamur à gloria in gloriā. Et diuus Gregorius libro dialogorū quarto, capite 42. Ioānes (inquit) quum signatum librum septem sigillis uidisset &c. Quo (inquit) uidelicet libro, quid aliud, quā sacra scriptura signatur? Quem solus redemptor noster aperuit, qui homo factus, moriendo, resurgendo, cuncta mysteria, quæ in eo fuerant clausa, patefecit. Et nullus in cœlo, quia neq; Angelus, nullus in terra, quia neq; homo uiuens in corpore, nullus subtus terrā, dignus inuentus est, quia neq; animæ corpore exuta aperire nobis præter dominum sacri eloquij secreta potuerunt. Et diuus Hilarius in prologo psalmorum: Sunt autē (inquit) omnes prophetiæ ad mundialem sensum, & prudentiam sæculi clausæ, atq; obsignatæ, secundum illud Esaia: Et erunt uobis omnia uerba hæc tanquam eloquia libri huius signati &c. Imperitia legendi, & intelligendi librum prophetiæ sub persona utriusq; hominis monstrata est, quum intelligentia docti ad legendū signaculum clausi mysterij non aduentus illius indocti ignorantioni per communem utriusq; intelligendi inopiam, comparatur. Sunt enim uniuersa allegoricis, & typicis cōtexta uirtutibus, per quæ omnia unigeniti Dei filij in corpore, & gignendi, & patiendi, & moriendi, & resurgendi, & in æternum conglorificatis sibi, qui in eum crediderunt, regnandi, & cœteros iudicandi sacramenta pāduntur. Et quia scribæ, & pharisæi Dei filium natum in corpore non recipientes, omnibus prophetiæ intelligentiæ aditum denegarent, sub denunciatione pœnæ ita à domino arguuntur: Væ uobis legisdoctores, qui abstulistis clauem scientiæ. Ipsi non introistis, & introeuntes non finitis introire. Negantes enim Christum, cuius aduentus opus est prophetarum, clauem scientiæ abstulerūt, quia cognitionem legis, quæ aduentum domini corporeum prædicauit, fides corporei aduētus abnegata, præcludit. Et hoc quidem ex omni scripturarum propheticarum genere dictum esse, intelligēdum est, ut nisi in aduentum domini ex uirgine in hominem procreandi intellectæ, & recognita fuerint, intelligentiarum uis obsignata habeatur, & clausa. Tamen nequaquam psalmorum librum, nisi per fidem aduētus eius posse intelligi, ita beati Ioannis Apocalypsi docemur. Et Angelo Philadiæ Ecclesiæ scribe. Hæc dixit sanctus, & uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudet. Clauē igitur Dauid habet, quia ipse per hæc uerba quædam signacula, quæ de corporalitate eius, & passione, & morte, & resurrectione, & gloria, & regno, & iudicio, Dauid Deo in psalmis pphetat, absoluit, aperiens quod nemo claudet, & claudens quod nemo aperiet, quia per hæc, quæ in illo expleta est prophetia, aperiet quod nemo præcludet, & contra expletæ in eo prophetiæ fide abnegata, claudet quod nemo possit aperire. Nullus enim nisi ille, in quo hæc prophetata, & expleta sunt, clauem intelligentiæ huius impartiret. Deniq; id ipsum consequenter docuit, dicens: Et uidi super dexterā sedentis in throno librum scriptū deintus, & deforis &c. usq; & soluere septem signacula eius. Liber iste & præterita, & futura in his quæ intus, & foris scripta erant, continens, à nemine dignus est aperiri, & Apostoli fletus ob desiderium intelligentiæ, & dolorem difficultatis exoritur. Sed uicit leo ex tribu Iuda, & radix Dauid librum, & signacula eius aperire, quia solus septem illa signacula, quibus liber clausus est, per sacramentum corporacionis suæ, & diuinitatis absoluit. Idipsum autem dominus post resurrectionem testatus est, dicens: Quoniā oportet omnia impleri, quæ scripta sunt in lege Moyse, & prophetis, & psalmis de me. Per hæc ergo omnis prophetiæ liber & signatus, & clausus est, quia creditis his, quæ impleta per eum sunt, cūcta illa quæ signata, & clausa sunt, & aperiri, & absoluuntur. Et in enarratione psalmi 2. Esse autem huius infernæ regionis, uastæq; abyssi incolæ plures, beati Ioannis Apocalypsi docemur, quum nullus neq; in cœlo, neq; super terram, neq; infra terram obsignatum librum dignus est repertus aperire. Non utiq; de mortuis, & in terrā sepultis significare intelligitur, quum ad tertij incolatus demonstrationem, non qui intra terrā, sed

S qui infra

Galat. 2. a.

1. Cor. 1. b.

Act. 10. a.

Romā. 1. c.

Nouenarius numerus imperfectus.

Psal. 38. b.

Iob 31. d. Liber nouum testamentum.

Ioan. 5. d.

Ezech. 9. a.

Viri sex, sex hominum ætates.

Aquilo, mentis corporis.

Linum, Christi corpus ex uirgine matre.

Origenes. Liber signatus, sensus scripturarum.

Esa. 29. d. Apocal. 5. a. & b.

2. Cor. 3. d. Ibidem.

Gregorius. Apoc. 5. a. Liber signatus, sacra scriptura.

Hilarius. Esa. 29. d.

Luca 11. g.

Apoc. 3. b.

Apocal. 5. b.

Luca 24. f.

Apocal. 5. b.

Ambrosius. qui infra terram, neque qui mortui sunt, sed qui uiuunt, illum in se resignandi libri habuerint autorem. Et diuus Ambrosius sermone octauo in Psalmum 118. exponens illum uersiculum, Misericordia domini plena est terra &c. Multa (inquit) obscuritas in scripturis prophetis, sed si manu quadam mentis tuae scripturarum ianuam pulses, & ea quae sunt occulta, diligenter examines, paulatim incipis rationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio, sed à Dei uerbo, de quo legisti in Apocalypsi, quod agnus librum signatum aperuit, quem nullus ante aperire poterat, quia solus dominus Iesus in Euangelio suo prophetarum aenigmata, & legis mysteria reuelauit, solus scientiae clauim detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt se Iudaei habere clauim scientiae, sed non habent. Nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerent penetralia scripturarum. Nunc autem uae uobis scribae, & pharisaei, qui abstulistis clauim scientiae, & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. Quomodo enim clauim potestis habere scientiae, qui scientiae negastis autorem?

De eodem Ioannis libro signato.

Cap. XXXVI.

Bernardus. Diuus autem Bernardus sermone primo de resurrectione domini: Vidi (inquit Ioannes) in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septem &c. Et uidi, & ecce in medio throni agnum stantem tanquam occisum &c. Leonē Ioannes audierat, & agnum uidit. Agnus occisus est, agnus accepit librum, agnus aperuit, & apparuit leo. Denique dignus est (ait senior) agnus, qui occisus est accipere fortitudinem, non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem, ut & agnus maneat, & leo sit. Plus dico (ut mihi uidetur) idem etiam liber est, qui non poterat aperiri. Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profitetur & ipse baptista Ioannes, quo inter natos mulierum maior nemo surrexit. Non sum (inquit) dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Venerat enim ad nos calciata maiestas, diuinitas incarnata. Venerat Dei sapientia in libro clauso utique, & signato. Quod ligabat corrigia calciamenti, hoc claudebat signacula libri. Sed quid dicimus super his septem? An forte triplex anima uirtus, ratio, memoria, & uoluntas, & quadrifaria corporis compositio, ex elementis uidelicet quatuor in his septem est intelligenda, ut nihil de ueritate humanitatis defuisse nouerimus saluatori? An magis humanitas eius ipse est liber, & quaerenda sunt signacula septem? Septem enim quaedam arbitror inueniri, quibus maxime celabatur in carne praesentia maiestatis, ut non posset aperiri liber, & sapientia, quae latebat, agnosci. Sunt autem quae occurrunt interim, matris desponsatio, qua partus uirginis, & conceptio nis puritas uelabatur, ita ut hominis fabri filius, fabricator hominis putaretur. Infirmitas etiam corporis, qua nimirum plorans, uagiens, lactens, & dormiens, & ceteris subiacens necessitatibus carnis, latebat inter haec uirtus diuinitatis. Sic & circumcisionis signum suscipiens peccati remedium, aegritudinis medicinam, qui morbum omnem tollere uenerat, & peccatum. Et item in Aegyptum fugiens a facie Herodis reguli, nec Dei filius agnosci poterat, nec rex caeli. Quid trina illa tentatio inimici in deserto, in pinnaculo, supra montem? Si filius Dei (inquit) es, dic ut lapides isti panes fiant. Et item: Mitte te deorsum. Neutrū Christus fecit, ut signaretur liber, ut falleretur astutus. Denique eousque seductus est, ut haberet iam pro constanti hominem esse purum, & in tantam uesaniam superbia caeca proruperat, ut non diceret ultra, si filius Dei es, sed haec omnia tibi dabo, si prociens adoraueris me. Sextum est signaculum crucis, ubi pependit inter latrones, & cum iniquis deputatus est dominus maiestatis. Clausit & sepultura librum hunc, nec ullum signaculum omnino sic obstruxit, sic occultauit magnum pietatis sacramentum. Sepulto nimirum domino sola restare desperatio uidebatur, adeo ut discipuli dicerent: Nos autē sperabamus. Quis non illo flet in tempore, clausum arctius librum, & non esse qui aperiret? Sed ne fleueris ultra Ioannes sancte, etiam tu noli flere Maria. Procul sit luctus, tristitiae nebula dissipetur. Exultate iusti in domino, & gloriamini omnes recti corde. Dignus est agnus, qui occisus est, leo qui surrexit, postremo liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirum a mortuis, resurgens autem uirtute propria, & post tres dies, sicut praedixerat, testimonium perhibentibus inimicis, & resurgens in tanta maiestate, & gloria, indicat manifeste quaecumque praediximus signacula, uel opera uoluntaria, nec conditionis fuisse, sed dignationis. Et sermone decimoquarto inter sermones paruos: Ecce (inquit) uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septē signacula eius: Septē signacula sunt, temporalis natiuitas, legalis circumcisio, matris purgatio, fuga in Aegyptum, carnis necessitudo, baptismus, passio. Haec siquidem sunt uerae quaedam humanitatis insignia, quibus se teneri, ac ligari uoluit incarnata Dei sapientia. Ipsa quidem est secunda in trinitate persona, & licet eandem incarnationem simul fecerint pater, & filius, & spiritus sanctus, non tamen pater, aut spiritus sanctus est incarnatus, sed solum filius. Impleuit quidem & pater, & spiritus sanctus carnem filij, à quo neuter eorum poterat separari, sed impleuit maiestate, non susceptione. Ideoque filius ostendit in carne potestatem patris per opera, exhibuit bonitatem spiritus sanctus, remittendo peccata, & quod ipse erat, id est,

id est, sapientia, occultauit per illa praedicta signacula. Facta est igitur res mira, & obstupenda. Infirmata est uirtus summa, & (ut ita dicam) si dici liceat, quod tamen reuerenter dico, quasi infatuata est sapientia. Nec erubescere dicere, quod non erubuit doctor gentium docere. Sic nempe credidit, sic docuit, sic scriptum reliquit. Nos (inquit) praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scan-
1. Cor. 1. d.
 dalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem uocatis Iudaeis, atque Graecis, Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Veruntamen haec uirtus abscondenda erat, & in humilitate perficienda, ut omnium implerentur oracula prophetarum. Passus est ergo in cruce impassibilis Deus, & in carne nostra mortali mortuus, ac sepultus immortalis Dei filius. Sed ecce tertia die resurrexit à mortuis, & qui agnus extiterat in passione, leo factus est in resurrectione. Surrexit, & uicit leo de tribu Iuda, quia mortem, quam ex infirmitate nostra pertulit, ex uirtute sua resurgendo calcauit.
2. Cor. 13. b.
Rom. 8. b.
 Resurgens enim à mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Resurgendo autem, & in caelum ascendendo, librum aperuit, quia nimirum ex autoritate sacrae scripturae, quod Deus esset, innotuit. Vnde scriptum est: Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria tua, Septem quoque eiusdem libri signacula soluit, quando eloquia sacra fidelium mentibus rescauit, & quicquid de mysterijs suis lex, & prophetae sub allegorijs praedixerant, de his scilicet, quae per hominem temporaliter gessit, de se praedicta, & in se, ac per se completa, luce clarius indicauit. Et sermone secundo in natali domini: Merito inquit flebat Ioannes non inueniri qui aperiret librum, & solueret signacula eius. Dum enim clausus stare, nemo ex nobis diuinam illam attingere sapientiam praualeret. Aperit tu librum agne Dei, uera mansuetudo. Fodiendas expone Iudaeo manus tuas, & pedes tuos, ut qui in eis latet, procedat thesaurus salutis, & copiosa redemptio. Frange denique esurientibus panem tuum. Solus enim frangere potes, qui solus, ut confracta solides, stare potes, & in ipsa confractione, solus potestatem habes ponendi animam, & quum uolueris, resurumendi &c. Et diuus Hieronymus in Esaiam, capite uigesimo nono, exponens illud Esaiam, Et erit uobis uisio omnium sicut uerba libri signati &c. Erit (inquit) uobis omnis scriptura sancta clausa, & signata, ut uos, qui legitis literas, & prophetarum uaticinia nosse uos existimatis, & diebus, ac noctibus uolumina scripturarum indefesso ore meditamini, non intelligatis quod legitis, sicut in Apocalypsi Ioannis scribitur: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? &c. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum, & soluat signacula eius. Leo autem de tribu Iuda, dominus Iesus Christus est, qui soluit signacula libri, non proprie unius (ut multi putant) psalmorum Dauid, sed omnium scripturarum, quae uno scriptae sunt spiritu sancto, & propterea unus liber appellatur. De quo Ezechiel mystico sermone testatur, quod scriptus fuerit intus, & foris, in sensu, & litera. De quo & saluator loquitur in psalmis: In capitulo libri scriptum est de me, non Hieremiae, non Esaiam, sed in omni scriptura sancta, quae unus liber appellatur. Magistris igitur Iudaeorum usque in praesentem diem nequeuntibus legere, & aperire signacula, & mysteria pandere scripturarum, si dederis eum librum indocto populo, qui à suis praceptoribus deuoratur, fatebuntur se nescire literas, & idcirco legere non posse. Atque è duobus malis leuius est legis imperitiam confiteri, quam iactare prudentiam, & non posse scire quod dicitur. Et exponens illud Ezechielis, Et uidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, & erat scriptus intus, & foris &c. Pro inuoluto (inquit) libro septuaginta, capitulum libri transfulerunt, in manu domini sedentis super thronum, quae missa est, & extenta. De quo & in psalmis dicitur: In capitulo libri scriptum est de me. Capitulum intelligamus exordium. Iste liber inuolutus, atque signatus, scriptusque intus, & foris, uel ante, & post, tantae difficultatis fuit, ut nullus potuerit neque in caelo, neque in terra, neque sub terra aperire illum, & legere, nisi solus leo de tribu Iuda, radix Dauid, & Iesse, quem Ioannes in Apocalypsi deuorasse se dixit, non totum, sed in capitulo, id est, in principio. Neque enim fieri potest, ut humana natura totos libri huius thesauros deuoret. Et expandit illum coram propheta, & legendum, cognoscendumque praebuit, qui in Esaiam populo non credenti dicitur esse signatus. Usque hodie enim uelamen Iudaeis in ueteri positum est testamento. Scriptusque erat ante, & retro, de futuris, & de praeteritis. Vel certe foris in historiae litera, intus intelligentia spirituali, de qua & Psalmista: Omnis (inquit) gloria filiae regis ab intus. Scriptaerant in eo tam intus, quam foris lamentationes, & carmen, & uae. Lamentationes, de his qui ad poenitentiam prouocantur, sicut Samuel, & Apostolus Paulus plangebant, atque lugebant Saul, & Corinthios, quos saluare cupiebant. Carmen, super his qui Dei digni sunt testimonio, & quibus Psalmista praecipit: Cantate domino canticum nouum. Porro uae, super illis, qui penitus desperantur, & quum uenerint in profundum peccatorum, contemnunt. Et dixit ad me: Filii hominis, quodcumque inueneris, comede. Comede uolumen istud. Nisi ante comederimus apertum uolumen, docere non possumus filios Israel. Denique & Dauid postquam ipse misericordiam consecutus est: Docebo
 S ij (inquit)

(inquit) iniquos vias tuas. Et aperui os &c. quia mihi dictum est: Aperi os tuum, & comede. Et aperto ore dominus largitus est cibos, ut initia uoluntatis in nobis sint, & perfectionem beatitudinis a domino consequamur. Non est enim uolentis, neque currens, sed miserentis Dei. Attamen & uelle, & currere, nostri arbitrij est. Vter tuus &c. Principia lectionis, & simplicis historiae, eius uoluminis est. Quando uero assidua meditatione in memoriae thesauro libri domini condiderimus, impletur spiritaliter ueter noster, & saturatur uiscera, ut habeamus cum Apostolo Paulo uiscera misericordiae.

De eodem libro scripto intus, & foris, & signato septem sigillis, ex Ruperto, Cap. XXXVII.

ET uidi (inquit Ioannes) in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus, & foris &c. Vnus iste liber, sancta scriptura est. Scriptura (inquam) omnis diuinitus inspirata, quae idcirco dicitur, & est unus liber, quia uno spiritu est conscripta, & unius uerbi Dei thesaurus, siue sacramentum est. Liber iste in Esaiam quoque & scienti literas, & nescienti, inreferabilis. Cuius tamen etiam illic ita praedicatur apertio. In die illa audient surdi uerba libri. De quo & Ezechiel: Et uidi (inquit) & ecce manus missa ad me, in qua erat liber inuolutus, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris. Vbi & hoc quod Ioannes tacuit, quid uidelicet in libro scriptum esset, adiunxit, dicens: Et scriptae erant in eo lamentationes, & carmen, & uae. Cuncta enim series & ueteris, & noui testamenti, poenitentiam pro peccatis agendam, regnum caeleste quaerendum, & fletus infernales praemonet esse fugiendos. Librum ergo, id est, omnem scripturam, librum magnam, & sacrum uidi (inquit) in dextera sedentis super thronum. Veraciter in dextera, iuxta illud in Deuteronomio: In dextera eius ignea lex. Sapientia uero dicit: In sinistra eius diuitiae, & gloria. Ignea lex, id ipsum quod hic liber scilicet, & omnis scriptura sancta est, ut iam dictum est. Verbum quippe, siue eloquium domini est de quo & Psalmista: Ignitum (ait) eloquium tuum uehementer. Attendamus ergo, quia sedens iste super thronum, multum potens, & ualde diues est, & distantes, atque diuersas a dextris, atque a sinistris facultates possidet, a dextris hunc librum, legem igneam, a sinistris diuitias, & gloriam. Quanto melior est dextera, quam sinistra, tanto felicius bonum est liber iste, siue ignea lex, quam diuitiae, & gloria. Scriptum (ait) intus, & foris. Intus, & foris scriptus est liber, quia nimirum sancta scriptura, & historialis, siue literalis tenore legenda, & spiritali sensu intelligenda est. Signatus est quoque sigillis septem, ita uidelicet, ut omnem in se contineat mysteriorum Christi plenitudinem, quae nisi ille ueniens adimplet, nemo intelligeret, & tanquam signacula firmissima soluere cupiens, frustra laboraret, quia conuenientia non essent quaecumque quasi exponendo dicere contenderet. Denique hi, quibus Christus non uenit, uel qui Christum non receperunt, nunc usque clausum, & signatum uersant librum, imo nec signatum esse uident, quia uelamen positum est super cor eorum, & quaecumque quasi exponendo fari gestiunt, conuenientia non sunt. Bene autem dictum est, signatum sigillis septem, quia uidelicet septem sunt Christi mysteria, circa quae uersatur sancta legalis, & prophetica scriptura, scilicet incarnatio, passio, resurrectio, ascensio, datio spiritus sancti paracliti, uocatio gentium, secundus aduentus Christi ad iudicandum. Ita quippe istis mysterijs sancta scriptura est signata, ut quicumque ista non recipit, nullatenus ueritatem eius intelligere prauealeat. Et uidi Angelum fortem &c. Angelus iste fortis ita praedicans uoce magna, sanctorum antiquorum anhelam expectationem, magnumque desiderium significat, de quibus in Euangelio dominus: Multi (inquit) prophetae uoluerunt uidere, quae uos uideris, & non uiderunt. Et Apostolus ad Hebraeos enumeratis patribus: iuxta fidem (inquit) defuncti sunt omnes isti &c. usque, ut non sine nobis consummarentur. Nimirum expectatio, & illa a longe illorum saluatio, atque confessio, magnus erat magni desiderij clamor, qualis hic in ista uisione significari decessit, magna uoce Angeli fortis fortiter praedicantis. Legebant de filij Dei incarnatione: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium &c. Et: Paruulus natus est nobis &c. Et de diuina eius natiuitate: Dominus dixit ad me, filius meus es tu &c. Item de eiusdem passione: Verere laqueos nostros ipse tulit &c. Et: Foderunt manus meas &c. Item de resurrectione: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos &c. Et in Psalmo: Ego dormiui, & soporatus sum &c. Et de ascensione: Quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos. Et iterum: Ascendit Deus in iubilatione &c. Item de datione spiritus sancti: Effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. Item de uocatione gentium: Vocabo non plebem meam, plebem meam &c. Item de iudicio: Dominus ad iudicium ueniet &c. Haec (inquam) legebant, & multa his similia, quia omnis ferere scripturarum plenitudo circa septem haec uersatur mysteria, & desiderantes, atque suspicantes uidere illorum adimplerionem, dicebant: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Id est, In quo, uel per quem implerentur tot, & tanta haec mysteria, hoc est, quod sequitur: Et nemo poterat. Erant in caelo Angeli, in terra erant uiuentes homines, iusti nonnulli, erant subius terram

Romani. 9. c.
Colos. 3. b.
Apo. 5. a.
Rupertus.
2. Timot. 3. d.
Esa. 29. d.
Illic f.
Ezech. 2. d.
Liber, omnis scriptura.
Deuter. 33. a.
Prouer. 3. c.
Psal. 119. 5.
Ezech. 2. d.
Apo. 5. a.
2. Cor. 3. c.
Signacula septem, mysteria Christi septem.
Matth. 13. c.
Heb. 11. c.
Esa. 7. c.
Esa. 9. a.
Psal. 2. b.
Esa. 53. b.
Psal. 21. d.
Osee 6. a.
Psal. 3. b.
Psal. 8. a.
Psal. 46. a.
Ioel. 2. g.
Osee 1. a.
Esa. 3. c.
Apo. 5. b.

terram scilicet apud inferos, in quadam tamen requie, patriarchae, & prophetae, reges quoque, & iusti plurimi mortui, nemo illorum poterat, aut potuerat aperire librum, id est, iam dicta adimplere mysteria scripturarum, neque respicere illum, id est, nec saltem sperare de semetipso, quod tantum, tamque diuinum posset exequi salutis mundi negocium. Et ego flebam multum &c. Haec talis dictio, unus de senioribus non solum flentem consolatur, uerumetiam uidentem, atque uisurum docilem reddit, ut rerum, siue imaginum, quas uidet, cognitor fieri melius possit, praemonitus, atque ad memoriam rerum gestarum adductus, in ipso excessu uerbis huiusmodi, Ecce uicit leo &c. usque, tanquam occisum. Cur hoc? Quia is, qui per mansuetudinem, & patientiam in sua passione dignus erat, & sicut agnus erat coram tondeute se obmutescens, non aperuit os suum, ipse consummata eadem passione, mox tanquam catulus leonis ad praedam ascendens, infernum spoliauerat, atque in sepulchro requiescens, & accubans ut leo, & quasi leaena, ipsam quoque mortem corporis, & in semetipso, & in nobis tertio die magno rugitu, magno cum terrae motu contriuerat. Sanè multo amplius iste leo tunc rugiet, quando ad iudicandum ueniens, tempestate ualida circumtonante, mortuos omnes, ac si dormientes, euigilare faciet. Ecce (inquit) uicit leo, uicit fortitudine sua principem aduersae fortitudinis, tantus, ac talis, ut dignus fuerit, ac sit aperire librum, & soluere septem signacula eius. Et uidi, & ecce in medio throni &c. Vnus idemque Christus, qui agnus est, innocenter moriendo, leo quoque factus est mortem fortiter euincendo. Vtrumque autem ueteris scripturae autoritate fundatum est. Nam quem leonem, siue catulum leonis Iacob patriarcha praedixit, eundem per agnum Moses in Aegypto figurauit. Quomodo autem in medio throni, & quatuor animalium, & seniorum, nisi quia rex regum est, & dominus dominantium? Nam potestatem eius, & sapientiam, qua dominatur, & imperat, exprimit, dicendo, Habentem cornua septem &c. Hic propter eminentiam potestatis, & fortitudinis septem cornibus, & propter illuminationem gratiae, uel sapientiae, septem oculis comparatur. Additur quoque, Tanquam occisum. Quid est tanquam occisum, nisi aliquando occisum, nunc autem uiuum? Nam ille quidem resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Et uenit, & accepit de &c. quia ueniens Christus in hunc mundum per incarnationis mysterium, nihil diuitiarum, aut gloriae de sinistra, sed tantummodo librum, siue igneam legem accepit de dextera, intendens aperire illum, & soluere septem signacula eius. Vniuersa hoc in loco sanctorum uerum, ac nouorum Ecclesia intelligitur per uiginti quatuor seniores, & quatuor animalia. Ecclesia namque una omnium electorum, praedicat scriptis, praedicat miraculis, in illo homine Iesu Christo, qui crucifixus est, completa esse omnia, & dicit: Dignus es domine accipere librum &c.

Ibidem.
Ibidem.
Esa. 53. c.
Gen. 49. b.
Agnus, Christus.
Leo, Christus.
Gen. 49. b.
Exo. 12. a.
Apo. 19. c.
Cornua, potestas.
Romani. 6. b.
Seniores uiginti quatuor, uniuersa sanctorum ecclesia.

Quo pacto intelligatur illud Exodi, Dele me de libro, quem scripsisti, & illud Psalmista, Deleantur de libro uiuentium &c. Cap. XXXVIII.

Quo pacto autem intelligendum sit illud Exodi, Dele me de libro quem scripsisti, diuus insinuat Ambrosius libro tertio de spiritu sancto, capite undecimo: Diuinum (inquit) non deletur oraculum, non deletur spiritus sanctus, sed auerfatur impias mentes, non deletur gratia, sed iniquitas. Quia scriptum est: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas. Denique Moyses pro populo petens, Dele (inquit) me de libro tuo, si non parces huic populo. Nec tamen deletus est, quia non habebat iniquitatem, sed gratiam profluebat. Et diuus Hieronymus ad Algotiam, quaestio nona: Quare (inquit) Apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistola: Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis &c. usque, in saecula Amen; Reuera ualida quaestio, quomodo Apostolus, qui supra, dixerat: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia &c. usque, quae est in Christo Iesu domino nostro, nunc sub iureiurando confirmet, & dicat: Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea &c. optabam anathema esse &c. Si enim in Deum tanta est charitatis, ut nec metu mortis, nec spe uitae, nec persecutione, nec fame, nec nuditate, nec periculo, nec gladio possit separari a charitate eius, & si Angeli quoque, & potestates, & uel praesentia, uel futura, & omnes caelorum fortitudines, & excelsa pariter, ac profunda, & uniuersa simul creatura ei ingruat (quod nequaquam potest fieri) tamen non separatur a charitate Dei, quam habet in Christum Iesum, quae est ista tanta mutatio, imò inaudita prudentia, ut pro charitate Christi nolit habere Christum; Et ne ei forsita non credamus, iurat, & confirmat in Christo, & conscientiae suae testem inuocat spiritum sanctum, se habere tristitiam, non leuem, ac fortuitam, sed magnam, & incredibilem, & habere dolorem in corde, non qui ad horam pungat, & transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. Quod tendit ista tristitia? Ad quid proficit incessabilis dolor? Optat anathema esse a Christo, & perire, ut alij salui fiant. Sed si consideremus Moyse uocem rogantis Deum pro populo Iudaeorum, atque dicentis: Si dimittis eis peccatum suum, dimitte; Si autem non dimittis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, per-

Exo. 32. g.
Ambrosius.
Esa. 43. d.
Exo. 32. g.
Hieronymus.
Romani. 9. d.
Romani. 8. g.
Romani. 9. d.
Exo. 32. g.

Matth. 23. spiciemus eundem, & Moyſi, & Pauli erga creditum ſibi gregem affectum. Paſtor enim bonus ponit animam ſuam pro ouibus. Mercenarius autem, quum uiderit lupum uenientem, fugit, quia non ſunt eius oues. Et hoc ipſum eſt dicere: Optabam anathema eſſe à Chriſto: Et, Dele me de libro, quem ſcripſiſti. Qui enim delentur de libro uiuentium, & cum iuſtis nō ſcribuntur, anathema ſiunt à domino. Simulq; cerne Apoſtolum quāta charitatis in Chriſtum ſit, ut pro illo cupiat mori, & ſolus perire, dūmodo omne in illū credat hominū genus. Perire autem, nō in perpetuum, ſed in præſentiarum. Qui enim perdiderit animam ſuam pro Chriſto, ſaluā eā facit. Vnde & de 43. Pſal. aſſumit exemplum: Quoniam propter te mortificamur tota die, reputati ſumus ut oues occiſionis. Vult ergo Apoſtolus perire in carne, ut alij ſaluentur in ſpiritu, ſuum ſanguinem fundere, ut multorum animæ conſeruentur. Quod autem anathema interdum occiſionem ſonet, multis ueteris inſtrumenti testimonijs probari poteſt. Et exponens illud Ionæ, Et ſurrexit Ionas ut fugeret &c. Legebat moyſen (inquit) rogantem dixiſſe pro populo ſuo: Si dimittis eis peccatum, dimitte: ſinautem nō dimittis, & me dele de libro tuo, quē ſcripſiſti, & ad preces eius ſaluatum Iſraël, & Moyſen de libro non fuiſſe deletum, quin potius dominum occaſionem accepit per ſeruum, ut ceteris conſeruis illius parceret. Dum enim dixit, Dimitte me, oſtendit ſe poſſe retineri. Tale quid & Apoſtolus loquitur: Optabam anathema eſſe &c. Non quod ipſe perire deſideret, cui uiuere Chriſtus, & mori lucrum, ſed magis meretur uitam, dum ſaluare uult ceteros. Et Origenes in epiſtola ad Romanos, eadem uerba exponens: Videns (inquit) Paulus, quod ſi ſecundum ea, in quibus ſupra expoſuit nulla in cœleſtibus, uel terreſtribus, præſentibus, uel futuris aduerſantibus ſibi, creatura poſſit à Chriſti charitate ſeparare, contrarium, & incredibile uideretur, quod nūc dicere proponebat, optare ſe à Chriſto, quē tam inſeparabiliter diligebat, anathema fieri, hoc eſt, alienum effici, & mendacij notam ſubire uideretur, ſatisfactionem præmittit, ut nequaquam de eius ſermone dubitaret, & dicit: Veritatem dico in Chriſto &c. Quid tibi prodeſt Paule illorum ſalus, ſi tu à ſalute ſepareris, ſi tu pereas? Sed ego didici à magiſtro, & domino meo, quoniam qui uult animam ſuam ſaluam facere, perdet eam, & qui perdiderit eam, inueniet eam. Quid ergo mirum, ſi Apoſtolus pro fratribus ſuis anathema fieri uelit, qui ſciat eum, qui in forma erat Dei, exinanit ſe de ea, ac ſuſcepit formam ſerui, & factum eſſe pro nobis maledictum? Quid ergo mirū, ſi quum dominus pro ſeruis maledictum ſit factū, ſeruis pro fratribus anathema fiat? Hæc autē arbitror, quod & Moyſes, quum peccaſſet populus, dicebat ad dominum: Et nunc ſi quidem remitte eis peccatum, remitte: ſinautem, dele me de libro uitæ, quem ſcripſiſti. Quid ergo? Inferiorem uis Moyſi Paulū uideri? Ille deleri ſe petit de libro uitæ pro fratribus ſuis, Paulus nō debet optare anathema eſſe pro fratribus ſuis? Sed fortasſe dicat aliquis, quod Moyſes hoc offerens, ſalutem populo meruit impetrare, Paulus uerō optat quidem, ſed non eſt auditus. Quid ſi oſtēdam tibi magis Paulum auditiū eſſe, quā Moyſen? Omnes enim illi, qui per Moyſen exierant, ceciderūt in deſerto. Poſteri uerō eorum, qui terram repromiſſionis acceperunt, etiam nunc iactantur ab ea, nunc exules, & extorres. Paulus uerō audi quid dicat de Iſraël: Nolo uos (inquit) fratres ignorare myſterium hoc, quia cæcitas ex parte Iſraël contigit, donec plenitudo gentiū ſubintraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. Vides ergo quia exauditus eſt Paulus, & quia ſe obtulit anathema, ſalutem meruit fratribus. Et ideo mihi uidetur illa omnia præmiſſiſſe, quod nulla uis poſſit eū à charitate Dei diuellere, ut quū ſe offerat anathema pro fratribus ſuis, non lapſum eius paſſibilem iudices, ſed ſicut ille, qui inſeparabilis eſt à patre per naturam, & immortalis in mortē uenit, & in infernum deſcendit: ita & iſte imitando magiſtrū, quum ſeparari à charitate Chriſti non poſſit, à Chriſto anathema fiat pro fratribus ſuis, deuotione utiq; nō præuaricatione. Et diuus Bernardus ſermone duodecimo ſuper Canticā: Quid de Moyſe dicam, quanto adipe, & pinguedine & ipſe repleuerat uiſcera ſua? Nec domus illa exaſperans, in qua pro tempore uerſabatur, potuit unquam in omni murmure, & furore ſuo unctiōnem ſpiritus, qua ſemel imbutus fuerat, exterminare, quominus inter aſſiduas lites, & quotidiana iurgia ipſe in ſua manſuetudine perduraret. Meritō teſtatus eſt ſpiritus ſanctus de eo, quod eſſet miſiſſimus omniū hominū, qui morabatur ſuper terrā. Siquidē cum his qui oderāt pacē, erat paciſſimus, in tantū, ut populo ingrato, & rebeli nō modo nō iraceret, ſed & iracerentē Deū ſuo interuentu leniret, ſicut ſcriptum eſt: Dixit ut diſperderet eos, ſi nō Moyſes electus eius ſtetiſſet in contraſtione in cōſpectu eius, ut auerteret irā eius, ne diſperderet eos. Deniq; ſi dimittis (ait) dimitte: ſinautē, dele me de libro, quē ſcripſiſti. O uerē hominē unctū unctiōne miſericordiæ. Loquitur planē patris affectu, quem nulla poſſit delectare felicitas exortibus quos parturiuit. Verbi gratia: Si diues quiſpiā mulieri pauperulæ dicat: Ingredere tu ad prandiū meū, ſed quē geſtas infantulū relinque foris, quoniā plorat, & moleſtus eſt nobis, nūquid faciet? Nōne magis eliget ieiunare, q̄ expoſito pignore caro ſola prædere cū diuite? Ita nec Moyſi ſedet ſolū ſe introduci i gaudiū dñi ſui, foris ſcilicet remanēte populo, cui licet inquieto, & ingrato, uice pariter, & affectiōe matris inhæret. Dolet uiſcera,

uiſcera, ſed tolerabiliore ſibi iudicat torſionē, q̄ euulſionē. Et Rupertus in cōmentarijs: Aut dimitte (inquit) eis hęc noxā &c. Quare? Quia & ego homo peccator ſum. Si non eſt apud te propiciatio, ſi iudiciū apud te eſt ſine miſericordiā, cōſequitur, ut me de libro tuo deleas. Nā ſi iniquitates obſeruaueris, quis ſuſtinebit? Ergo ſi tu peccata nō dimittis, ſi ſoli apud te ſcripti permanēt iuſti, cōſequens eſt, ut nec ego permanēam in libro tuo, quem ſcripſiſti. Scripſiſſe, & quod ſcripſerit delere dicitur Deus, non quod mutetur quaſi homo ſæpe mutans ſtilū ſuū, iterum quæ digna ſunt legi ſcripturus, ſed quod multos, qui ſcripti eſſe ſibi uidētur, eo quod conſiteantur ſe noſſe Deum, de memoria tollat per iudiciū factorum, quia factis negant. Multi enim ſunt uocati, pauci uero electi, id eſt, multi in præſenti Eccleſia nomina ſua dando in libro conſeſſionis conſcripti, ſed pauci (quod ualde pauendum eſt) iudicij diluuium euafuri ſunt. Vnde protinus reſpondens, dicit: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro uitæ. Et libro de proceſſione ſpiritus ſancti quinto, capite ſeptimo, hoc modo ſcribit: Rugiens Moyſes à gemitu cordis ſui, Aut dimitte (inquit) ei hanc noxam &c. id eſt, ſi non dimiſeris, ſi propter peccatum eorum promiſſionem tuam implere deſeris, ut delectis illis, non ueniat ſemen quod Abrahæ promiſiſti, unum eſt ac ſi deleas, & planē conſequitur, ut deleas me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Nullus enim, niſi ille uenerit, ſaluari poterit. Profunde ſi non tu ipſe præcedas, ne educaſ nos de loco iſto. Et Caſſiodorus, exponēs illud Pſalmiſtæ, Deleantur de libro uiuentium, & cum iuſtis non ſcribantur, hoc modo ſcribit: Verba talia per tropicam locutionem de Deo dici frequenti locutione, notiſſimum eſt. Nam delere, & ſcribere, & librum habere datum eſt homini cauſa memoriæ, ut quod mentis infirmitate retinere non poterat, adiumento ſcripturæ, quum res poſceret, potuiſſet agnoſcere. Sic enim & Moyſes dixit ad dominum: Si huic populo non parcis, dele me de libro uiuentium. Sed liber iſte notiæ domini eſt inuolabilis, firmaq; ſententia. Dicitur ergo de Iudæis: Deleantur de libro uiuentium, non quia ſcripti erant, ſed quia aſcriptos ſe eſſe iudicabant. Ibi enim quod ſcribitur, deleri non poteſt, quia totum in prædeſtinatione ſolidatum, & nullus euentus mutare poterit, quod illa prouidentia ſuperna decreuit. Et cum iuſtis non ſcribatur. Idem ipſe locutionis eſt modus, ut ſcribere dicat Deum, quod eſt in illa iudicatione facturum, ſicut in Euāgelio dicit: Sed potius in hoc gaudete, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et diuus Auguſtinus: Deleantur de libro uiuentium &c. Aliquando enim illic ſcripti erant errantes: Fratres, nō ſic accipere debemus, quod quenquam deus ſcribat in libro uitæ, & deleat illum. Si homo dixit, Quod ſcripſi ſcripſi, de titulo ubi ſcriptum erat: Rex Iudæorum, Deus quenquam ſcribit, & delet: Præſcius eſt. Prædeſtinauit omnes ante cōſtitutionē mundi, regnatos cum filio ſuo in uita æterna. Hos quos conſcripſit, ipſos continet liber uitæ. Deniq; in Apocalypſi quid ait ſpiritus Dei, quum de preſſuris ab Antichriſto futuris loqueretur eadem ſcriptura? Conſentient illi (inquit) omnes qui non ſunt ſcripti in libro uitæ. Proinde ſine dubitatione non erant cōſenſuri, qui ſcripti ſunt. Iſti ergo quomodo inde delentur, ubi nunquā ſcripti ſunt? Hoc dictum eſt ſecundum ſpem ipſorum, quia ibi ſe ſcriptos putabant. Quid eſt, Deleantur de libro uitæ? Et ipſis conſtet non illos ibi eſſe. Ex hac locutione dictum eſt in alio Pſalmo: Cadent à latere tuo mille, & dena milia à dextris tuis, id eſt, multi ſcandalizabuntur, & ex eo numero, qui ſe ſperabāt ſeſſuros tecum, & ex eo numero, qui ſe ſperabant ſturos ad dexteram tuam, ſeparati ab hœdis ſiniſtris. Non quia, quum ibi ſteterit aliquis, poſtea cadat, aut quum ſederit cum illo quiſquam, abiiciatur, ſed quia multi caſuri erant in ſcandalū, qui iam ibi ſe eſſe putabant, id eſt, multi, qui ſe ſperabant ſeſſuros tecum. Sic ergo & hic illi, qui ſe ſperabant, tanquā merito iuſtitæ ſuæ in libro ſcriptos Dei, quibus dicitur: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis uos uitam æternam habere, quum perducta fuerit damnatio eorum, etiam ad cognitionem eorum, delebuntur de libro uiuentium, id eſt, non ibi ſe eſſe cognoſcent. Nam uerſus qui ſequitur, exponit quod dictum eſt: Et cum iuſtis non ſcribatur. Dixit ergo: Deleantur ſecundum ſpem eorum, ſecundum autē æqualitatem tuam, non ſcribantur.

Diui Thomæ, & Hilarij, & Hieronymi in antedicta Pſalmiſtæ uerba,
expoſitio, Cap. XXXIX.

Diuus autem Thomas Aquinas antedicta Pſalmiſtæ uerba, Deleantur de libro uiuentium &c. Declarans, hoc pacto ſcribit: Liber uitæ metaphoricōs in Deo dici, hoc eſt, ſecūdam ſimilitudinem à rebus acceptam humanis, haud bubium eſt. Siquidem mos eſt apud homines, ut qui ad aliquod munus, ſiue officium deliguntur, in libro conſcribi, ut milites, ut cōſiliarij, qui olīm patres nūcupabātur cōſcripti. Et quia omnes, quos Deus prædeſtinauit, ut uitā habeāt æternam, ab ipſo Deo eliguntur, idcirco nihil aliud eſt liber uitæ, q̄ ipſa prædeſtinatorū cōſcriptio, ſiue Dei notiſſa, S tūj qua ſit

qua firmiter retinet ad uitam æternam, nonnullos prædestinasse. Nam quemadmodum libri scriptura signum quoddam est eorum, quæ fiēda sunt, itidem antedicta Dei notitia signum quoddam est apud illum, eorum, qui ad uitam perducendi sunt æternam, dicente Apostolo: Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Nouit dominus qui sunt eius. Est autem hic uitæ liber non eorum, quæ homini conueniunt suapte natura, sed respectu finis ultimi, qui facultatem excēdit humanam, ad quem quispiam eligi dicitur. Et quia diuina gratia ad uitam ordinatur æternam tanquam ad finem, idcirco liber uitæ ipsam non respicit gratiam ut finem, sed ut medium, à quo potest homo deficere. Propterea nō simpliciter, & absolute dicitur quispiam in libro uitæ scriptus secundum præsentem gratiam, sed qui ad uitam æternam penitus habendam ordinatur. Verè autem de libro uitæ deleri potest, sed duntaxat secundum hominum opinionem, quatenus homines ob præsentem, quam in nonnullis uident iustitiam, illos in libro uitæ conscriptos esse arbitrantur. Sed quum confiterit, uel in hoc sæculo, uel in futuro quempiam à gratia excidisse, & iustitia, tunc de libro uitæ deleri dicitur. Qui ergo conscripti sunt in libro uitæ secundum diuinam prædestinationem, quæ nunquam deficit, nunquam de ipso libro delebuntur. At qui fuerit illic cōscriptus ex præsentem duntaxat gratia, per quam homo dignus est uita æterna, quæ tamen deficere potest, deleri dicitur, quum ipsam amittit gratiam, non quòd deleatur de ipsa Dei notitia, tanquam Deus quippiam præciserit, & postea nescierit, sed quòd Deus nouerit quempiam prius in uitā æternam ordinatum per gratiam ab illo acceptam, & postea ad illam nō ordinari ob gratiæ defectum, quam amisit. Et eo pacto, quo quispiam de libro uitæ deleri dicitur, potest quoque dici & de nouo illic scribi, uel secundum hominum opinionem, uel quia de nouo ad uitam ordinatur æternam per gratiam, & hoc totum sub diuina comprehenditur notitia, quanquam non de nouo. Et diuus Hilarius in enarratione Psalmi 138, exponens illum uersum, Et in libro tuo omnes scribentur, hoc modo scribit: Ego (inquit saluator) pro his rogo, non pro sæculo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Pro his ergo orat, ut in libro Dei scribantur. Et si fortè ambigant cur non in libro uiuentium scripti sunt, mihi maioris dignitatis uidetur esse in libro Dei scribi, quia peccatores de libro uiuentium delentur, iusti autem in libro Dei scribuntur. Quod uti unquam sub his dictis significatur: Deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. Pro resurrectionis enim diuersitate, quia stella à stella differt in gloria, plures in libro uiuentium erunt. Iusti autem in libro Dei scribentur, quia peccatores non modo cum iustis non scribentur, sed ne in libro quidem uiuentium relinquentur. Et in enarratione Psalmi 68, hoc pacto scribit: Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt &c. Appone iniquitatem super iniquitatem &c. Deleantur de libro uiuentium. Percussus est dominus, peccata nostra suscipiens, & pro nobis dolens, ut in eo usque ad infirmitatem crucis, mortisque percusso, sanitas nobis per resurrectionem ex mortuis redderetur. Hūc igitur à Deo percussum persecuti sunt, super dolorem uulnerum, dolorem persecutionis huius addētes. Pro nobis enim secundum prophetam dolet, & idcirco esse in doloribus æstimandus est. Quod enim postea nominis sui odium susceperint, quatenus silentium resurrectionis pecunia emerint, quibus Apostolos terroribus, iniuriisque uexauerint, cognitum est. Et quia hæc super dolorem uulnerum addiderunt, apponitur super iniquitatem iniquitas. Appositæ autem iniquitatis pœna est, ne intrent in iustitiam Dei, id est, ne concorporales, & participes Christo fiant, qui nobis secundum Apostolum iustitia sanctificatio, & redemptio à Deo factus est. Exclusi uero à iustitiæ ingressu, necesse est à libro uiuentium deleantur. Scripti enim erant in Abrahamæ benedictionibus, cuius semen, sicut stellæ cœli, & sicut arena ad oram littoris abūdaret. A quo libro, quum omnem populum deleri Moyses metueret, se primum deleri deprecatus est, optans (ut opinor) secundum Apostolū anathema pro fratribus suis esse. Et quia super dolorem uulnerum dolorem persecutionis addentes, rursum poenitentiae locum perdidit, delati de uiuentium libro, ne postea quidē scribi cum iustis meruerunt, ut intelligi possit alius uiuentium, alius liber esse iustorum. Nec ambiguū est, eos in uiuentium libro esse, qui antea sine ulla Christi cognitione piē in lege uersati, omnia præscripta legis impleuerunt, de quibus secundum legē Apostolus Paulus ita docuit: Quia qui fecerit ea, uiuet in illis. Scribuntur autē in libro iustorum, quibus iustitia Christus est factus. Iustus enim ex fide uiuit. Quo de libro ad Apostolos dēs loquit, dicens: Gaudete, & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Et idcirco duplex significatiō delendorū de libro uiuentium, & nō scribendorū in libro iustorum fuit, quia post librum uiuentium liber esset reliquus iustorum. Apostolis autē hinc magnæ gratulationis causa suggeritur, quia plus sit in libro scriptos esse iustorum, quā de uiuentium libro nō esse deletos. Et Rupertus libro quarto, in Exodum capite trigésimosecundo, Deleantur de libro uiuentium &c. Delebit (inquam) id est, non scribet, & quòd scripti esse uidebantur, dicendo filios se esse Abrahamæ, & habendo templum, & altare, quasi calami uitium absterit, delendo cum eis templum ipsorum, & altare, itaque dum quamuis dicant se Iudæos esse, non sunt Iudæi, sed sunt synagoga Sathanæ, planè deleti sunt, Deo pro illis

pro illis aliorum confessorum nomina scribente, aliosque suscitante pro illis filios Abrahamæ. Et diuus Hieronymus in cōmentarijs duos hic libros indicat scriptos, uiuentium, ac iustorum. Vnde animaduertendum est, quod ille sit uiuentium, in quo ante aduentum Dei prophetæ, ac patriarchæ scripti sunt, de quo Moyses peccante populo, ait: Si non dimittis eis noxam, dele me de libro, quem scripsisti. Iustorum uero dicit illum, de quo dominus ad eos qui per fidem secuti sunt, ait: Gaudete, & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Persecutores ergo isti & à primo libro delati sunt, & in secundo non sunt scripti.

De eodem libro, qui scriptus est in Ezechiele secundum Gregorianam expositionem. Cap. XL.

Scriptum quoque est in Ezechiele, Et uidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber &c. Quæ uerba enarrans diuus Gregorius homilia nona, super Ezechielē, hoc pacto scribit: Sicut per prophetam prædicatorum ordo, sic per librum, quem accepit, scripturæ sacræ pagina designantur. Liber autē inuolutus, est scripturæ sacræ eloquium obscurū, quod profunditate sententiarum inuoluitur, ut non facile sensu omnium penetretur. Sed coram propheta liber expanditur, quia coram prædicatoribus sacri eloquij obscuritas aperitur. Inuolutum librum manus Dei porregerat, quum saluator dicebat: Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo &c. Sed librum, quem inuolutum ostēderat, expandit, cum hoc quod per ænigmata loquebatur, exposuit, dicens: Qui seminat bonum semen, est filius hominis &c. Hunc inuolutum librum ueritas expandit, quando aperuit discipulis sensum, ut intelligerent scripturas. Qui erat (inquit) scriptus intus, & foris. Liber enim sacri eloquij intus scriptus est per allegoriam, foris per historiam, intus per spiritalem intellectum, foris autem per sensum literæ simplicem, adhuc infirmantibus congruentem, intus, quia inuisibilia promittit, foris, quia uisibilia præceptorum suorum rectitudine disponit, intus, quia cœlestia pollicetur, foris autem, quia terrena contemptibilia qualiter sint, uel in usu habenda, uel ex desiderio fugiēda, præcepit. Alia namque de secretis cœlestibus loquitur, alia uero in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidē quæ foris præcepit, patent, sed illa quæ de internis narrat, plenè apprehendi nequeunt. Vnde scriptum est: Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius. Quid enim cœli nomine, nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis & sol sapientiæ, & luna scientiæ, & ex antiquis patribus stellæ exēplorum, atque uirtutum lucent. Quod sicut pellis extenditur, quia per scriptores suos carnis lingua formatum, ante oculos nostros, & per uerba doctorum exponendo explicatur. Quid uero aquarum nomine, nisi sanctissimi Angelorum signantur chori: De quibus scriptum est: Et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Huius ergo cœli superiora dominus aquis tegit, quia alta sacri eloquij, id est, ea quæ de natura diuinitatis, uel de æternis gaudijs narrat, nobis adhuc nescientibus, solis Angelis in secreto sunt cognita. Cœlum ergo hoc & coram nobis extenditur, & tamē aquis superiora eius cōteguntur, quia & quædam sacri eloquij iam nobis per apertionē spiritus patent, & quædam, quæ solis Angelis possunt esse manifesta, nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis iam partem per spiritalem intelligentiam sentimus, iam sancti spiritus pignus accepimus, qui hæc & plenè necdum cognouimus, & tamē medullitus amamus, & in multis spiritualibus sensibus, quos iam cognouimus, ueritatis pabulo pascimur. Dicat ergo: Qui erat scriptus intus, & foris. Quia in sacro eloquio & dictis occultioribus, atque sublimioribus fatiantur fortes, & præceptis apertioribus nos paruuli nutrimur. Vnde scriptum est: Montes excelsi ceruis, petra refugium herinacis. Habeant enim montes intelligentiæ, qui iam contemplationis saltus dare nouerunt. Sed petra sit refugium herinacis, quia nos paruuli, & peccatorum nostrorum spinis cooperiti, & si intelligere alta non possumus, in petrae nostræ refugium, id est, in Christi fide saluamur. Vnde & quibusdam dicitur: Nihil me iudicauit scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Ac si diceret: Quia uos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensauit, sola uobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur: Et scriptæ erant in eo lamentationes, carmen, & uerba: Carmen aliando in bono, aliquando uero in malo accipi, dubiū nō est, quia & lætū carmen, & lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripturæ sacræ usum sequentes, quæ penè semper carmen ponere in prosperis solet, hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam quum omnipotens Deus populum suum de mari rubro liberasset, scriptum est: Tunc Moyses, & filij Israël cecinerunt carmen domino. Et quum Dauid uictoriam de hostibus fecisset, scriptum est: Locutus est Dauid domino uerba carminis huius. Salomon quoque ait: Acetum in nitro, qui cantat carmina corde pessimo. Acetū quippe si mittatur in nitro, feruescit nitrum protinus, & ebullit. Et peruersa mens, quādo per increpationē corripitur, aut per prædicationis dulcedinē bona suadetur, de correptione fit deterior. Et inde in murmurationis iniquitate succeditur, unde debuit ab iniquitate cōpesci. Per Helium quoque

2. Tim. 2. c.

3. 1. c.

Hilarius

Psalm. 138. c.

10. an. 17. b.

Psalm. 68. f.

1. Cor. 15. c.

Psalm. 68. f.

Esa. 53. b.

1. Cor. 1. d.

Gen. 15. b.

26. d.

Rom. 9. d.

Heb. 12. c.

1. Cor. 1. d.

Rom. 1. c.

Luc. 10. c.

Rupertus

Psalm. 68. f.

Apoc. 2. c.

Hieronymus

Exo. 32. g.

Luc. 10. d.

Ezec. 2. d.

Gregorius.

Matth. 13. d.

Luc. 24. g.

Psalm. 103. d.

Cœlum, sacra

scriptura.

Psalm. 149. d.

Aque, Ange-

lorum chori.

Psalm. 103. c.

1. Cor. 2. a.

Carmen in bo-

no, & in malo ac-

cipitur, sed pe-

nè semper in bo-

no.

Exodi 15. a.

2. Reg. 22. d.

Prouerb. 25. c.

Iob 35. c.

2. Cor. 5. d.

litus in humilitate Deo, & proximo sternere, cōtra illatas cōtumelias patientiā seruare, & custodia patientiā, dolorē malitiā à corde repellere, egenis propria tribuere, aliena minime ambire, amici in Deo diligere, propter Deū, & eos qui inimici sunt, amare, de afflictione pximi lugere, de morte eius, qui inimicus est, nō exultare, hæc est noua creatura, quam idem magister gentium apud alios discipulos uigilanti oculo requirit, dicēs: Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transferūt, facta sunt omnia noua. Ad ueterem quippe hominem pertinet præsentem mundū quærere, transitoria ex concupiscentiā amare, mentem in superbiam erigere, patientiā non habere, ex dolore malitiā de proximi læsione cogitare, sua indigentibus nō dare, atq; ad multiplicandum aliena quærere, nullū purē propter Deū diligere, inimicitias inimicis reddere, de afflictione proximi gaudere. Cuncta hæc uetusti sunt hominis, quæ uidelicet de radice trahimus corruptionis. Sed qui iam ista exuperat, & ad præcepta dominica mētem in benignitatem commutat, de hoc rectē dicitur: Quia uetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Tunc ergo in nostris mentibus noua fiunt, quum à nobis uetusti hominis uitia transeunt, quando sacri uerbi præceptū uenter comedit, & uiscera mellis, atq; inter uerba dominica recognoscentes in quantis deliquerint, semetipsos in lachrymis maculare, mœrore cōtinuo affligi, in nullis huius mūdi prosperitatibus delectari, ita ut eis uita præsens oneri, & lux ipsa fastidio fieret, uix ad colloquēdū cōmunia admittere, atq; à rigore disciplinæ animū difficilē relaxare, per amorē cōditoris, luctu solūmodo, & silētio gaudere. Horū ueter sacrum uolumē comedit, & uiscera repleta sunt, quia præcepta uitæ, quæ sensus capere potuit, memoria non amisit, sed hæc collectus in Deo animus lugēdo semper, & recolēdo seruabit. Et sit plerūq; ut tales quicq; ex dono cœlestis gratiæ, etiā uerbū doctrinæ percipiāt, atq; de ueritatis pabulo, quod ipsi intrinsecus dulciter rumināt, proximos suauiter pascāt. De quorū profecto ore prædicatio audientibus dulcis est, quādo eorū actio cōtraria suis prædicationibus non est, quia de propria uita sumunt quod per linguā proximis cōferunt. Vnde rectē hīc quoq; propheta subiūgit: Et comedi illud, & factū est in ore meo sicut mel dulce. Liber quæ uiscera repleuit, dulcis in ore sicut mel factus est, quia ipsi de omnipotenti dño sciunt suauiter loqui, qui hūc didicerint in cordis sui uisceribus ueraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est, cuius uitæ uiscera mandatis eius replentur, quia ei suauis est ad loquendum, cui interius impressa ad uiuēdum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem uita reproba intra conscientiam remordet. Vnde necesse est, ut qui uerbum Dei loquitur, prius studeat qualiter uiuat, ut post ex uita colligat quæ, & qualiter dicat. Ad prædicandum namq; plus conscientia sancti amoris ædificat, quā exercitatio sermonis, quia amando cœlestia intra semetipsum prædicator legit quomodo persuadeat, ut despici debeant terrena. Qui enim uitam suam interius pensat, & exemplo suo foris admonendo alios ædificat, quasi in corde linguæ calamū tingit, in eo quod manu uerbi proximis exterius scribit. Inde admirabilis prædicator, quū multa discipulis exhortando dixit, quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietate per tulit, secutus adiunxit: Si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me. Hæc agite, & Deus pacis erit uobiscum. Scriptum quoq; in Daniele inuenimus: Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Nā de his quæ in libris testamenti sunt scripta, futurum est iudicium, & aperiendæ sunt conscientiæ singulorū. Et diuus Hieronymus in commentarijs hoc pacto scribit: Iudicium sedit, & libri aperti sunt, id est, cōscientiæ, & opera singulorum in utrāq; partem uel bona, uel mala, omnibus reuelantur. Bonus liber ille est, quem sape legimus, liber uiuentium. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu, qui est inimicus, & uindex, de quo & in Apocalypsi legimus: Proiectus est accusator fratrum nostrorū. Liber iste terrenus est, de quo & propheta dixit: In terra scribantur. Et in enarratione Psalmi 81. exponēs illum uersum, Deus stetit in synagoga Deorum; Quando (inquit) dominus quasi iudex inducitur, throni positi sunt, & libri aperti sunt, ut in Daniele scriptū est: Throni positi sunt, & libri aperti sunt, hoc est, dominus quasi iudex fessurus, & omnium opera relecturus. Libri qui modo cōpliciti sunt, tunc aperiētur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de ocioso uerbo reddituri sumus rationem. Scriptum est in libris Dei: Putat aliquis libros esse in cœlo, ubi scribuntur peccata nostra; Ego libros puto cōscientias nostras, quæ tunc aperiētur, & uidebit unusquisq; quod fecit. Nil occultum quod non reuelabitur. Propterea throni positi sunt, & libri aperti sunt. Quanta scripta sunt in libro meo, & ne fratri quidē meo, neq; amico meo audeo confiteri. Sciunt Angeli quid fecerim, sicut throni, sicut seraphim, scit pater, & filius, & spiritus sanctus.

Lignum quid mysticè significet.

Cap. XLII.

Iob 14. b.

Quid lignum mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moral. 12. cap. 4. exponens illud Iob, Lignum habet spem: Si præcisum fuerit, rursum uirescit, & rami eius pullulant. Si senuerit radix eius in terra, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, &

nabit, & faciet comam, quasi quum primū plātum est &c. In scriptura (inquit) etenim sacra ligni nomine aliquando crux, aliquando uir iustus, aut etiam iniustus, aliquando uero incarnata Dei sapientia figuratur. Crux enim ligno signatur, quū dicitur: Mittamus lignū in panem eius. Lignum quippe in panem mittere, est dominico corpori crucē adhibere. Rursum ligni nomine uir iustus, aut etiā iniustus exprimitur, sicut per prophetā dominus dicit: Ego dominus humiliāui lignū sublimē, & exaltaui lignum humile, quia iuxta eiusdem ueritatis uocem, Omnis qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Salomon quoq; ait: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. In die etenim mortis suæ, iustus ad austrum cadit, peccator ad aquilonem, quia & iustus per seruorem spiritus ad gaudia ducitur, & peccator cum apostata Angelo, qui dixit: Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, in frigido suo corde reprobat. Rursum per lignum, incarnata Dei sapientia figuratur, sicut de ea scriptum est: Lignum uitæ est his, qui apprehenderint eam. Et sicut ipsa ait: Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Hoc itaq; loco, quum lignū præfertur homini, quid homo, nisi carnalis quisq; accipitur? Et quid ligni nomine, nisi iusti uniuscuiusq; uita designat? Lignū etenim habet spem, si præcisum fuerit, rursum uirescit, quia, quum in morte passionis pro ueritate iustus afficitur, in æternæ uitæ uiriditate recuperatur. Et qui hic uirescit per fidem, illic uirescit per speciem. Et rami eius pullulāt, quia plerūq; ex passione iusti, fideles quicq; ad amorem cœlestis patriæ multiplicātur. & uiriditatem uitæ spiritualis accipiunt, dum hīc pro Deo fortiter egisse gratulantur. Si senuerit &c. Quid radix iusti, nisi sancta prædicatio, quia ab ipsa oritur, & in ipsa subsistit? Et quid terræ, uel pulueris nomine, nisi peccator accipitur, cui uoce conditoris dicitur: Terra es, & in terram ibis. Vel certe sicut habet nostra translatio, Puluis es, & in puluere reuertēris. Iusti igitur radix in terra senescit, & in puluere emoritur, quia apud corda prauorū eius prædicatio despecta, cūctisq; uiribus effœta creditur. Et in puluere truncus emoritur, quia inter manus persequentium corpus eius examinatur, iuxta sapientiæ uocem: Visi sint oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus eorū. Sed iste, cuius radix in terra senuit, & in puluere truncus mortuus est, ad odorem aquæ germinat, quia per afflatum sancti spiritus in electorum cordibus exemplo sui operis germen uirtutis facit. Aquæ etenim appellatione nōnunquam sancti spiritus irrigatio designari solet, sicut scriptum est: Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Et, Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternum. Et faciet comam, quasi quum primū plantatum est. Succiso trunco comam facere, est extincto corporaliter iusto, ipso suæ passionis exemplo, multorum corda suscitare, & ex fide recta uiriditatem ueritatis ostendere. Bene autem dicitur, Quasi quum primū plantatum est. Omne quod hīc à iustis agitur, secunda plantatio est, quia prima uidelicet plantatio nō in opere iustorum, sed in præscientia conditoris est. Et quia cuncta quæ agunt electi, sicut prius interius conspiciuntur, atq; disponuntur, ita postmodū exterius proficiunt (aliās perficiuntur) bene dicitur: Faciet comam &c. id est, uiriditatem suam ostendet in effectu operis, quam prius habuit in præscientia conditoris. Et cap. 4. Potest etiā radix iusti, ipsa natura humanitatis intelligi, ex qua subsistit. Quæ uidelicet radix, senescit in terra, quū natura carnis deficit in puluere redacta. Cuius in puluere truncus emoritur, quia extinctum corpus, à sua specie dissipatur. Sed ad odorem aquæ germinat, quia per aduentum sancti spiritus resurgit. Et faciet comam, quasi quum primū plātatum est, quia ad illam speciem redit, ad quam percipiendam creatus fuerat, si in paradiso positus, peccare nolisset. Quod fortasse etiam de domino ipso, scilicet bonorū omnīū capite, ualet intelligi, iuxta hoc utiq; quod prædiximus, quia de seipso ait: Quia si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Se enim lignum uiride, & nos lignum aridum dixit, quia ipse in se uim (aliās lumen) diuinitatis habuit, nos uerò, qui puri homines sumus, lignum aridum appellamur. Habet ergo lignum spem, si præcisum fuerit, quia rursum uirescit, quoniam & si occidi per passionem potuit, per resurrectionis gloriam rursum ad uitæ uiriditatem uenit. Huius rami pullulant, quia resurrectione illius multiplicati, longè lateq; fideles creuerunt. Huius radix in terra quasi senuit, quia eius prædicatio Iudæorum perfidiæ despecta fuit. Et in puluere truncus emortuus est, quia in corde persequentium, quod perfidiæ suæ uento leuabatur, cōtemptibilis, & despectus est habitus, quia carne potuit occidi. Sed ad odorem aquæ germinauit, quia per uirtutem Dei extincta caro illius ad uitam redijt, iuxta quod scriptum est: Quem Deus suscitauit à mortuis. Quia enim Deus trinitas est, extinctam carnē unigeniti filij sancta trinitas, id est, pater, & idem filius, & spiritus sanctus resuscitauit. Et fecit comam, quasi quum primū plantatum est, quia illa Apostolorum debilitas, quæ in morte illius expauit, & negauit, & negando aruit, per resurrectionis eius gloriam rursum ad fidem uenit. Et exponens illud Iob, Nō sit in recordatione, sed coneratur quasi lignum infructuosum, hoc modo scribit: In recordationem enim conditoris nō reducitur, quisquis usq; ad finem uitæ uitij subugatur. Nam si hūc superni respectus memoria tægeret, proculdubio ab iniquitate reuocaret. Eius quippe merita exigunt, ut funditus ab autoris recordatione deleatur. Sciendum uero est, quod recordari

Gregorius.

Lignum, Christo
sicut crux.

Hierem. 11. d.

Lignum uir iusti
& iniustus.

Ezec. 17. a.

Luc. 14. c.

Eccis 11. b.

Esa. 14. d.

Prouerb. 3. c.

Luc. 23. e.

Lignum, incarnata
sapientia.

Iob 14. b.

Rami fideles.

Radix, sancta
prædicatio.Terra, uel puluis,
peccator.

Gen. 3. d.

Truncus, corpus.

Sapient. 3. d.

Aqua, sancti
spiritus irrigatio.

Iob 7. f.

Iob 4. b.

Plantatio prima,
& secunda,
præscientia, &
opus.Radix, humani
tatis natura.

Luc. 23. e.

Lignum uiride,
Christus.Lignum aridū,
homo.

Actuum 2. d.

Resurrectione
Christi sancta
trinitas operata
est.

Iob 24. d.

T Deus

Recordatur Deus, quum dona tribuit. **Obluiscitur** Deus, qui i culpa pa relinquit. **Prouer. 15. 4.** **Pfal. 33. c.** **Matth. 25. b.**

Deus nequaquam proprie dicitur. Qui enim obliuisci non potest, quo pacto recordari potest? Sed quia eos nos, quorum recordamur, amplectimur, ab his autem, quorum obliuiscimur, eiongimur, humano usu & recordari Deus dicitur, quum dona tribuit, & obliuisci, quum in culpa derelinquit. Sed quia cuncta pensat, cuncta sine intermissionis alternatione considerat, & recordatur bonorum, quorum tamen nunquam obliuiscitur, & nullatenus recordatur malorum, quos tamen per iudicium semper intuetur. Hinc enim scriptum est: Oculi domini contemplantur bonos, & malos. Hinc per Psalmistam dicitur: Vultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Considerat igitur quos punit, sed eosdem ipsos ante non uidit, quos nescit. Nam quibusdam in fine dicitur: Nescio uos unde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Miro igitur modo prauorum uitam & intuetur, & obliuiscitur, quia quos per distinctionem sententiae iudicat, quantum est ad memoriam misericordiae, ignorat. Qui quoniam in eius recordationem non ueniunt, quasi infructuosum lignum ex eius iudicio coteruntur. Terra quippe eos temporali sumptu aluit, praedicationis desuper fluuia infudit. Sed quia eorum uita nequaquam fructum boni operis protulit, iratus hanc agricola abscondit, ut iuxta ueritatis sententiam locum non occupet, quem tenere alius ad fructum ualeat. De hoc infructuoso ligno per Ioannem dicitur: Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hoc autem loco, ut aeterna reprobis supplicia designentur, nequaquam lignum dicitur abscondi, sed conteri, quia uidelicet reprobos mors quidem carnis abscondit, sed poena subsequens conterit, quum perpetua damnatione cruciatur. Rursus per Psalmistam scriptum est, Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Decursus quippe aquarum, sunt quotidiani transitus deficientium populorum. Et de semetipsa ueritas dicit: Si in ligno uiridi haec faciunt, in arido quid fiet? Lignum ergo secus decursus aquarum est, qui fructum, & protectionem sui nobis umbraculi proferens, apparuit creator in carne, ut humanum genus per resurrectionem robustum figeret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. Et per Psalmistam rursus dicitur: Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum ante faciem domini, quoniam uenit: Ligna enim syluae, gentes uocatae sunt, quia in infidelitate sua tortae, & infructuosae semper fuerunt. Et exponens illud Canticorum, Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios: Ligna (inquit) syluestria esui hominum habiles fructus non gignunt, malus uero quod gignit, congrue, & salubriter homines edunt. Merito ergo per malum Christus, per syluestria uero ligna caeteri homines figurantur, quia in solo Christo cibum salutis quoties quaerimus, inuenimus, in eius uerbis, & exemplis animas nostras fructu suauis, & salubri reficimus. Ipse est quippe lignum uitae, quam nobis tribuit. Ipse est qui, dum nobis semetipsum inspirat, animam pacis, in caeteris uero, si quid refocillationis inuenimus, non quod illorum, sed quod Christi est, ab illis sumimus, quia quicquid in eis praeter Deum est, mortiferum nobis proculdubio inuenimus.

De eodem ligno.

Cap. XLIII.

Bernardus. **Cant. 2. a.** **Pfal. 8. b.** **Ioan. 1. g.** **1. Cor. 1. d.** **Pfal. 44. a.** **Heb. 2. c.** **Rom. 8. f.** **Ecci. 24. c.** **Prouer. 3. c.**

Diuus autem Bernardus sermone 48. super Cantica, exponens illud Canticorum, Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios: Vna (inquit) inter ligna sylvarum dominus Iesus arbor faciens fructum, secundum hominem sanum, & si praelatus hominibus, sed ab Angelis minoratus. Miro etenim modo & Angelis sese factus caro subiecit, & Angelos sibi manens Deus subiectos retinuit. Denique uidebitis (inquit) Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis, quod in uno, eodemque homine Christo Iesu & infirmitatem foueant, & stupeant maiestatem. Quia ergo sponsa id dulcius, quod se imminuit, sapit, libentius attollit gratiam, praefert misericordiam, stupet dignationem. Libuit proinde hominem inter homines admirari, non inter Angelos Deum, tanquam malus inter ligna excellit sylvarum, & non plane inter hortorum plantaria. Nec putat minus laudes, ubi de consideratione infirmitatis, pietatis bonitas exaltatur. Quod enim iuxta aliquid a laudibus temperat, eodem item iuxta aliquid magis laudat, minus prosequens gloriam dignitatis, ut gratia dignationis emineat. Sicut ergo Apostolus quod stultum, & infirmum est Dei, sapientius, fortiusque dicit esse hominibus, sed non Angelis: & sicut propheta speciosum praedicat forma praefilijs hominum, & non praefilijs Angelis: sic ista certe in eodem spiritu loquens sub typo fructiferae arboris, syluestriumque lignorum hoc loco efferre uoluit hominem Deum super omnem gratiam hominum, non autem super excellentiam Angelorum. Sicut malus &c. Et bene inter filios, quia quum esset unicus patris sui, multos illi, & absque inuidia filios acquirere studuit, quos non confunditur uocare fratres, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure autem praepositur uniuersis adoptatis per gratiam, is qui per naturam filius est. Merito sicut malus, qui instar fructiferae arboris & umbram refrigerij habet, & fert fructum optimum. An non uere fructiferum lignum, cuius flores fructus honoris, & honestatis? Denique lignum uitae est apprehendentibus eum. Non comparabuntur huic omnia ligna syluarum, quia si sint arbores pulchrae, & magna, quae opem ferre uideantur oratio, ministratio, docedo, exepulis uiuendo: solus tamen Dei sapientia Christus, lignum est uitae, solus panis uiuus, qui de caelo descendit, & dat uitam mundo. Coetera quidem sylvarum ligna, & si umbram solatij habent, sed non uitae refectioem, non fructus perpetuos salutis. Vnus est enim uitae actor, unus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dicit sponsae suae: Salus tua ego sum. Non Moyses (inquit) dedit uobis panem hunc de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uerum. Et rursus scriptum est: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani &c. Ligna Libani imputribilia esse asseruntur. Ferculum ergo fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, quia secundum praescientiae suae gratiam, Christus sanctam Ecclesiam de in aeternum permanens sanctis, construxit. Columnas eius fecit argenteas, quia eidem Ecclesiae praedicationes dedit, qui & ut eam exemplis sustentarent, magna iustitiae rectitudine roborauit, & ut praedicationibus erudiret, nitore eloquij, quasi splendore argenti, decorauit. Ferculum itaque regis nostri, sancta Ecclesia est, quae de fortibus patribus, id est, imputribilibus mentibus est constructa. Quae recte ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad aeternum conuiuium conditoris sui. Cui ferculo columnae argenteae factae sunt, quia praedicatorum Ecclesiae sanctae eloquij luce resplendent. Reclinatorium aureum fecit, quia dum in cordibus perfectorum resplendit, eis diuinitatis suae potentiam per contemplationem ostendit. In qua contemplatione, dum eis pulchritudinem caelestium gaudiorum monstrauit, quasi reclinatorium ex auro eis composuit, quia locum in quo se refocillantes requiescant, apposuit. Quod reclinatorium bene aureum esse dicitur, quia melior est sapientia cunctis opibus, & omnia quae desiderantur, ei non possunt comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus peruenitur, multis tribulationibus ascenditur, ita ut si necesse fuerit, etiam sanguis effundi permittatur. Ideo ascensus recte purpureus esse dicitur. Dum enim sancti quique martyres propter uitam aeternam corpora sua ad supplicia tradiderunt, dum flagella, aculeos, ignes, gladios, & alia innumerabilia tormenta patienter pertulerunt, nonne ad reclinatorium istud, ad beatam scilicet uitam, per ascensum purpureum ascenderunt? Vel reclinatorium aureum fecit, quia per hoc, quod a sanctis praedicatoribus lucide dicitur, mentes audientium fulgorem charitatis intimae, in qua reclinantur, inueniunt. Per hoc enim, quod luculentum, & aperte audiunt, in illud quod clarescit in corde, requiescunt. Columnae ergo argenteae, & reclinatorium aureum factum est, quia per lucem sermonis, inuenitur apud animum claritas quietis. De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est: Pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsum eius in specie auri. Quae enim hic spiritu mansuetudinis impleta, quasi columba pennas deargentatas habet, in posteriora dorsum eius speciem auri continet, quia hic praedicatorum suos sermone lucis induit, in posteriori autem saeculo, fulgorem in se claritatis ostendit. Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Quid enim per filias Hierusalem intelligimus, nisi nos debiles, qui in Ecclesia non uiri, sed foeminae sumus, quia contra uitia fortiter non reluctamur, uiriliter non resistimus, muliebriter subiacemus. Hierusalem enim uisio pacis interpretatur, per quam Ecclesia, quae est mater nostra, designatur, eo quod assidue pacem perpetuam contemplatur. Charitatem ergo, quae communis omnibus electis, quasi in medio posita est, teneamus. Propter filias Hierusalem, quia cum Ecclesiae membris ad eandem sponsi beatitudinem peruenimus, si charitatem indefessam obseruamus. Et diuus Hilarius in enarratione primi Psalmi, exponens illud Psalmistae, Et erit tanquam lignum quod plantatum est &c. Videamus (inquit) secundum prophetica doctrinam, quanta in his ipsis rebus, ac uerbis comparatae beatitudinis gloria condocetur. In libro Genesis, ubi plantatum a Deo paradysum legislator ostendit, omne quoque lignum specie pulchrum, & ad usum bonum productum esse monstrauit, esse quoque & in medio paradysi lignum uitae, & lignum sciendi boni, & mali exposuit, irrigari deinde paradysum flumine, quod postea in quatuor principia diuisum sit. Quod autem esset hoc lignum uitae, propheta Salomon docuit, dicens: Lignum uitae est omnibus, qui completuntur eam, & qui incumbunt in eam, sicut in domino. Lignum ergo hoc uiuus est, neque solum uiuens, sed etiam rationale. Rationale autem in tantum, ut fructus det, det uero non confusum, non importunum, sed tempore suo, & plantatum hoc lignum est secus decursus aquarum, in possessione scilicet regni Dei, id est, in paradiso, & unde flumen exiens in quatuor principia diuiditur. Non enim ait: Post decursus aquarum, sed secus decursus aquarum, unde primum decursus aquarum diuisio nes fortuantur. Illud enim plantatum hoc lignum est, quo latronem illum se domino confitentem dominus (qui sapientia est) introducit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et quia sapientiam, qui Christus est, lignum uitae cognominari, de sacramento futurae corporationis, & passionis prophetica autoritate docuimus, etiam ex Euangelij intelligentiae huius est proprietate asserenda. Dominus namque ipse se arbori comparauit, dicens: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoscitur, quia quum fructus esset optimus demonia eiicere, Beelzebub eum, cuius fructus pessimi sunt, esse dicebant. Huius quoque beati ligni non dedignatus est in se docere uirtutem, quum pergens ad crucem, ait:

Ioan. 6. c. **1. Tim. 2. d.** **Pfal. 34. a.** **Ioan. 6. d.** **Cant. 3. d.** **Gregorius i co men. & hom. 15. in Ezech.** **Ligna libani, si di permansuri. Columbae argenteae, praedicatorum.** **Ferculum, ecclesiae.** **Reclinatorium aureum ecclesiae quid sit.** **Prouer. 8. b.** **Ascensus martyrum purpureus.** **Reclinatorium aureum, claritas quietis.** **Pfal. 67. c.** **Filiae Hierusalem, anime in ecclesia debiles.** **Hierusalem, ecclesia.** **Hilarius.** **Pfal. 1. a.** **Gen. 2. b.** **Prouer. 3. c.** **Gen. 2. a.** **Luc. 23. f.** **Matth. 12. c.** **Luc. 12. c.**

comparabuntur huic omnia ligna syluarum, quia si sint arbores pulchrae, & magna, quae opem ferre uideantur oratio, ministratio, docedo, exepulis uiuendo: solus tamen Dei sapientia Christus, lignum est uitae, solus panis uiuus, qui de caelo descendit, & dat uitam mundo. Coetera quidem sylvarum ligna, & si umbram solatij habent, sed non uitae refectioem, non fructus perpetuos salutis. Vnus est enim uitae actor, unus mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dicit sponsae suae: Salus tua ego sum. Non Moyses (inquit) dedit uobis panem hunc de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uerum. Et rursus scriptum est: Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani &c. Ligna Libani imputribilia esse asseruntur. Ferculum ergo fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, quia secundum praescientiae suae gratiam, Christus sanctam Ecclesiam de in aeternum permanens sanctis, construxit. Columnas eius fecit argenteas, quia eidem Ecclesiae praedicationes dedit, qui & ut eam exemplis sustentarent, magna iustitiae rectitudine roborauit, & ut praedicationibus erudiret, nitore eloquij, quasi splendore argenti, decorauit. Ferculum itaque regis nostri, sancta Ecclesia est, quae de fortibus patribus, id est, imputribilibus mentibus est constructa. Quae recte ferculum dicitur, quia ipsa fert quotidie animas ad aeternum conuiuium conditoris sui. Cui ferculo columnae argenteae factae sunt, quia praedicatorum Ecclesiae sanctae eloquij luce resplendent. Reclinatorium aureum fecit, quia dum in cordibus perfectorum resplendit, eis diuinitatis suae potentiam per contemplationem ostendit. In qua contemplatione, dum eis pulchritudinem caelestium gaudiorum monstrauit, quasi reclinatorium ex auro eis composuit, quia locum in quo se refocillantes requiescant, apposuit. Quod reclinatorium bene aureum esse dicitur, quia melior est sapientia cunctis opibus, & omnia quae desiderantur, ei non possunt comparari. Ad hoc reclinatorium multis laboribus peruenitur, multis tribulationibus ascenditur, ita ut si necesse fuerit, etiam sanguis effundi permittatur. Ideo ascensus recte purpureus esse dicitur. Dum enim sancti quique martyres propter uitam aeternam corpora sua ad supplicia tradiderunt, dum flagella, aculeos, ignes, gladios, & alia innumerabilia tormenta patienter pertulerunt, nonne ad reclinatorium istud, ad beatam scilicet uitam, per ascensum purpureum ascenderunt? Vel reclinatorium aureum fecit, quia per hoc, quod a sanctis praedicatoribus lucide dicitur, mentes audientium fulgorem charitatis intimae, in qua reclinantur, inueniunt. Per hoc enim, quod luculentum, & aperte audiunt, in illud quod clarescit in corde, requiescunt. Columnae ergo argenteae, & reclinatorium aureum factum est, quia per lucem sermonis, inuenitur apud animum claritas quietis. De eadem quippe sancta Ecclesia scriptum est: Pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsum eius in specie auri. Quae enim hic spiritu mansuetudinis impleta, quasi columba pennas deargentatas habet, in posteriora dorsum eius speciem auri continet, quia hic praedicatorum suos sermone lucis induit, in posteriori autem saeculo, fulgorem in se claritatis ostendit. Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Quid enim per filias Hierusalem intelligimus, nisi nos debiles, qui in Ecclesia non uiri, sed foeminae sumus, quia contra uitia fortiter non reluctamur, uiriliter non resistimus, muliebriter subiacemus. Hierusalem enim uisio pacis interpretatur, per quam Ecclesia, quae est mater nostra, designatur, eo quod assidue pacem perpetuam contemplatur. Charitatem ergo, quae communis omnibus electis, quasi in medio posita est, teneamus. Propter filias Hierusalem, quia cum Ecclesiae membris ad eandem sponsi beatitudinem peruenimus, si charitatem indefessam obseruamus. Et diuus Hilarius in enarratione primi Psalmi, exponens illud Psalmistae, Et erit tanquam lignum quod plantatum est &c. Videamus (inquit) secundum prophetica doctrinam, quanta in his ipsis rebus, ac uerbis comparatae beatitudinis gloria condocetur. In libro Genesis, ubi plantatum a Deo paradysum legislator ostendit, omne quoque lignum specie pulchrum, & ad usum bonum productum esse monstrauit, esse quoque & in medio paradysi lignum uitae, & lignum sciendi boni, & mali exposuit, irrigari deinde paradysum flumine, quod postea in quatuor principia diuisum sit. Quod autem esset hoc lignum uitae, propheta Salomon docuit, dicens: Lignum uitae est omnibus, qui completuntur eam, & qui incumbunt in eam, sicut in domino. Lignum ergo hoc uiuus est, neque solum uiuens, sed etiam rationale. Rationale autem in tantum, ut fructus det, det uero non confusum, non importunum, sed tempore suo, & plantatum hoc lignum est secus decursus aquarum, in possessione scilicet regni Dei, id est, in paradiso, & unde flumen exiens in quatuor principia diuiditur. Non enim ait: Post decursus aquarum, sed secus decursus aquarum, unde primum decursus aquarum diuisio nes fortuantur. Illud enim plantatum hoc lignum est, quo latronem illum se domino confitentem dominus (qui sapientia est) introducit, dicens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Et quia sapientiam, qui Christus est, lignum uitae cognominari, de sacramento futurae corporationis, & passionis prophetica autoritate docuimus, etiam ex Euangelij intelligentiae huius est proprietate asserenda. Dominus namque ipse se arbori comparauit, dicens: Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos, aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoscitur, quia quum fructus esset optimus demonia eiicere, Beelzebub eum, cuius fructus pessimi sunt, esse dicebant. Huius quoque beati ligni non dedignatus est in se docere uirtutem, quum pergens ad crucem, ait:

Tunc ait:

Luc. 12. c. cem, ait: Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Per humidum ligni exemplum nihil in se ariditati mortis obnoxium esse significat. Huic itaq; ligno beatus ille uir similis fiet. quoniam translati latronis in paradysum, modo secundum decursus aquarum & ipse plantetur, & fiat beata illa, & non eradicanda nouella plantatio, quam in Euangelij dominus significat, quum de aliena plantatione conqueritur, dicens: Omnis plantatio, quam non plantauerit pater meus, eradicabitur. Hoc enim lignum dabit fructus suos. Vbi cunq; autem de fructibus arborum aliquid diuinus sermo significat, facere potius eas fructum, quam dare memorat, quum ait: Non potest arbor bona fructus malos facere. Et quum secundum Esaiam querela de uinea est, Expectaui (inquit) ut faceret uuas, fecit autem spinas. Lignum autem dabit fructus suos arbitrio dandi, & ratione moderatum. Nam in tempore suo dabit. Et quo tandem tempore? Nempe eo, de quo beatus Apostolus ait: Notum uobis facio sacramentum uoluntatis suae, secundum beneplacitum, quod proposuit in ipso in dispensationem plenitudinis temporum. Hoc ergo dispensationis est tempus, quo & accipiendi, & dandi opportunitas temperatur, quum suum erit tempus, ut accipiant quibus dabit. Temporis autem mora in plenitudine temporum pendet. Dispensatio enim dandi fructus plenitudini temporis seruat. Et qui tandem hic dispensandus erit fructus? Nempe ille, de quo idem Apostolus meminit, dicens: Et transformabit corpus humilitatis nostrae, conformatum corpori gloriae suae. Hos ergo nobis fructus suos dabit, quos iam in eo quem sibi assumpsit, & qui significatur in ligno, homine perfecit, quem in immortalitatis suae naturam, absorpta mortalitate, transfudit. Erit ergo ut hoc lignum beatus ille uir, tum quando ipse in gloriam Dei domino suo conformis extiterit. Folium autem ligni huius non defluet. Nec mirum, si folia eius non defluunt, cuius fructus dabuntur potius, quam decidant, non maturitate depulsi, non uiriditate decussi, sed rationalis officij dispensatione. Et quid in folijs significet ex comparatione rerum corporalium, absolutum est. Namque hanc esse naturam foliorum contuemur, ut ad custodiam fructuum fructibus ipsis circumiecta prorumpant, ut quodam uallo tenera pomorum initia communiunt. Doctrina ergo uerborum Dei, quae promissos nobis fructus conuestit, significatur in folio. His enim uerbis spes nostrae inuibrantur, horum inter has saeculi tempestates munimine conteguntur. Non defluunt igitur haec folia, id est, Dei uerba, quia per dominum dicta sunt: Caelum & terra praeteribunt, uerba autem mea non praeteribunt. Nihil enim ex his, quae a Deo dicta sunt, dilabatur, aut decidet. Quod autem haec folia ligni huius non inutilia sint, sed salutaria gentibus, dictum est in dictione, Flumen. Et omnia quaecumque faciet, bene dirigentur. Iam non sicut in Adam donum eius, & statuta perturbantur, quia ille constituta immortalitatis beatitudinem, peccato transgressae legis, amisit, sed per redemptionem ligni uitae, id est, dominica passione, quum ipsi ligno uitae similes erimus, iam quicquid in nobis fiet, aeternum erit. Aeternum autem cum beatitudinis sensu. Prosperabuntur enim omnia illa quae fient, non de mutatione incerta, non natura infirma, quum incorruptio, corruptionem, & aeternitas infirmitatem, & forma Dei formam terrenae carnis absorpserit.

De eodem ligno.

Cap. XLIII.

Gen. 6. c. *Origenes.* *Quadratum mulla ex parte uacillat.* *Ligna quadrata, doctores.* *Ezec. 31. d.* Scriptum quoque est in libro Geneseos secundum lxx. interpretes, Facies tibi arcam ex lignis quadratis. Quae uerba enarrans Origenes, hoc pacto scribit. Quadratum est, quod nulla uacillat ex parte, sed quocumque uerteris, fida, & solida stabilitate consistit. Ista sunt ligna, quae omne pondus uel animalium intrinsecus, uel fluctuum extrinsecus ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in Ecclesia, & magistros, atque aemulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos uerbo commotionis, & doctrinae gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, uel gentilibus, uel haereticis, & quaestionum fluctus, ac procillas certaminum commouentibus, uirtute uerbi, ac sapientia rationis obstitunt. Vis autem uidere, quod ligna rationalia nouit scriptura diuina? Recenseamus quid apud Ezechielem prophetam scriptum est: Ecce Assur cypressus in Libano, speciosus ramis, & condensus umbraculis, excelsus in altitudine, inter medias nubes factum est cacumen eius, aqua nutriuit eum, & abyssus exaltauit eum, & adduxit omnia flumina sua circa eum, & congregationes suas emisit ad omnia ligna campi. Propterea exaltata est altitudo eius super omnia ligna campi, & c. usque. Et zelata sunt eum omnia ligna paradisi deliciarum Dei, ubi euidenter ostendit secundum spiritualem intelligentiam rationalia dici ligna, quae in paradiso Dei sunt: Et infra. Quae ligna extrinsecus, & intrinsecus bitumine linuntur. Vult enim te architectus Ecclesiae Christus non esse talem, quales sunt illi, qui de foris quidem apparent hominibus iusti, deintus autem sunt sepulchra mortuorum. Sed uult te & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus purum, castum undique, & castitatis, atque innocentiae uirtute munitum. Non ergo haec arcam ex agrestibus, & impolitibus, sed ex quadratis, & secundum aequitatis lineam directis construit lignis, id est, non saecularium autorum, sed ex prophetis, atque Apostolicis uoluminibus. Ipsi enim sunt, qui diuersis temptationibus

tationibus edolati, refecatis omnibus uitis, & excisis, quadratam continent uitam, & ex omni parte liberatam. Nam autores saecularium librorum possunt quidem dici ligna excelsa, & ligna umbrosa. Sub omni enim ligno excelsa, & nemoroso accusatur fornicatus esse Israel, quia illi loquuntur quidem excelsa, & florida utuntur eloquentia, non tamen ita egerunt, ut locuti sunt, & ideo non possunt ligna quadrata nominari, quod in eis nequaquam uita, & sermo conlibret. Et homilia 12. in Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et cognoscet omnia ligna campi, quod ego dominus, qui humilium lignum altum, hoc modo scribit: Lignum altum populus Iudaeorum est, qui nunc humiliatus, sceleris sui poenas luit, quia in Deum nostrum Iesum Christum manus ausus est mittere. Et extollo lignum humile. Tu eras lignum humile, lignum deiectum, lignum terrae haerens, uerum sublimauit te Deus. Et arefacio lignum uiride. Lignum uiride, circuncisionis est populus, qui quondam pululans, & florens fuit, uerum nimia nunc siccitate contabuit. Vbi quippe nunc uiuidus sermo apud eos, ubi uirtutum chorus? Et reuifescere facio lignum aridum. Tu fuisti lignum aridum, & fecit te reuifescere Christi aduentus. Et diuus Hieronymus: Et scient (inquit) omnia ligna campi, quia ego dominus, qui humiliavi lignum sublime, & eleuavi lignum humile, & siccaui lignum uiride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus loquutus sum, & feci. Tropologicè de credentibus loquens, iste est, qui Israel quondam sublime lignum humiliavit, & exaltauit humilem gentium populum, qui excitauit lignum uiride Iudaeorum, florens, & germinans in lege, & prophetis, & frondere fecit lignum aridum nationum, ut quod semper locutus est, opere compleret. Hoc idem significat Simeonis in Euangelio uerba, dicentis: Ecce hic positus est in ruina, & resurrectionem multorum: Et granum sinapis quod quum minimum sit omnibus seminibus, postquam creuerit, autum habitaculum est. Quidam aliter interpretantur, lignum sublime humiliatum, & humile exaltatum, referentes ad passionem domini saluatoris. Qui, quum in forma Dei esset, non est rapinam arbitratus aequalem se esse Deo, sed exinaniuit se, formam serui accipiens, & post resurrectionem, ipsum lignum postea sublimatum est, quod prius uirens, morte siccatum est, & postea reuiuifcens, pristinum receperit uiriditatem. Alij Iudaicè utrunque referunt ad Israel, quod primo aduentu humiliatus sit, & arefactus, & secundo restitatur in pristinum statum, impleto illo quod dicit Apostolus Paulus: Quum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet.

Quid lignum uitae, & lignum scientiae boni, & mali, mysticè significet, ex Augustino & Cyrillo. Cap. XLV.

Diuus autem Augustinus libro secundo de Genesi contra Manichaeos, cap. 9. hoc pacto scribit: Intelligamus autem nostra gaudia spiritalia significare omne lignum formosum ad aspectum intelligentiae, & bonum ad escam, quae non corrumpitur, qua beatae animae pascuntur. Nam & dominus dixit: Operamini escam, quae non corrumpitur, ut est omnis ratio, quae cibus est animae. Ad orientem lucem sapientiae in Eden, id est, in delicijs immortalibus, & intelligibilibus. Productum autem ex terra omne illud lignum, accipimus omne illud gaudium spirituale supereminere terrae, & non inuolui, atque obrui terrenarum cupiditatum impedimentis. Lignum autem uitae plantatum in medio paradisi, sapientiam illam significat, qua oportet ut intelligat anima in meditullio quodam rerum se esse ordinatam, ut quamuis subiectam sibi habeat omnem naturam corpoream, supra se tamen esse intelligat naturam Dei, & neque in dexteram declinet sibi arrogando quod non est, neque ad sinistram, per negligentiam contemnendo quod est. Ligno autem scientiae boni, & mali ipsa item medietas animae, & ordinata integritas significatur. Nam & ipsum lignum in medio paradisi plantatum est, & ideo lignum dignoscitiae boni, & mali dicitur, quia si anima, quae debet in ea, quae anteriora sunt se extendere, id est, in Deum, & ea, quae posteriora sunt obliuisci, id est, corporeas uoluptates, ad seipsam deserto Deo conuersa fuerit, & sua potentia tanquam sine Deo frui uoluerit, intumescit superbia, quod est initium omnis peccati. Et quum hoc eius peccatum poena fuerit commiscuta, experiendo discit quid intersit inter bonum, quod deseruit, & malum, quo cecidit. Et hoc ei erit gustasse de fructu arboris dignoscitiae boni, & mali. Praecipitur ergo illi, ut de omni ligno paradisi edat, ex ligno autem, in quo est dignoscitiae boni, & mali, non edat, id est, non sic eo fruatur, ut ipsam ordinatam integritatem naturae suae, quasi manducado uiolet, atque corrumpat. Et libro de ciuitate Dei 3. cap. 20. loquens de statu eorum, qui erant in paradiso, hoc modo scribit: Qui status eis de ligno uitae, quod est in medio paradisi, cum arbore uetita simul erat, mirabili dei gratia praestabatur (nempe ne corpora eorum ueterascerent) tamen & alios sumebant cibos praeter unam arborem, quae fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum puram, & simplicis obedientiae bonum, quae magna uirtus est rationalis creaturae sub creatore domino constituta. Nam ubi nullum malum tangebatur, profecto si prohibitum tangeretur, sola inobedientia

T iij peccab

Ligna excelsa, & umbrosa, autem saecularium librorum.

Ezec. 6. d.

Ezec. 17. a.

Lignum altum, populus Iudaeorum.

Lignum humile, populus gentium.

Lignum uiride, circuncisionis populus.

Lignum aridum, gentium populus.

Luc. 2. c.

Matth. 13. d.

Philip. 2. d.

Rom. 11. c.

Lignum formosum, gaudium spirituale.

Ioan. 6. d.

Lignum uitae, sapientia.

Lignum scientiae boni & mali, ordinata animae integritas.

Lignum dignoscitiae boni & mali quid sit.

Obedientiae uirtus, magni bonum.

peccabatur. Alebantur ergo alijs quæ sumebant, ne animalia corpora molestia aliquid efuriendo, ac sitiendo sentiret. De ligno autem uitæ propterea gustabatur, ne mors eis undecumq; subreperet, uel senectute cōfecti decursis temporū spacijs interirent, tanq; cœtera essent alimēto, illud sacramēto, ut sic fuisse accipiatur lignū uitæ in paradiso corporali, sicut in spiritali, id est, intelligibili paradiso sapiētiae Dei, de qua scriptū est: Lignū uitæ est amplectētib; eā. Et cap. 21. Vnde nōnulli totum illū paradysum, ubi primi homines parētes generis humani sanctæ scripturæ ueritate fuisse narran- tur, ad intelligibilia referūt & c. ut supra lib. 4. cap. 2. Et lib. 8. de Genesi ad literā. cap. 4. hoc pacto scribit: Et lignū uitæ in medio paradisi, & lignum scientiæ dignoscēdi bonum, & malum, quid sit, diligentius consyderandum est, ne cogat in allegoriam, ut non ista ligna fuerint, sed aliud aliquid nomine ligni significant. Dicitur enim de sapiētia: Lignum uitæ est omnibus amplectentibus eam. Veruntamen quum sit Hierusalem aeterna in cœlis, etiam in terra ciuitas, qua illa significaretur, condita est, & Sara, & Agar, quamuis duo testamenta significarent, erant tamen etiam mulie- res duæ. Erat ergo & lignum uitæ, quemadmodum petra Christus, nec sine mysterijs rerum spiri- talium corporaliter præsentatis uoluit hominē Deus in paradiso uiuere. Erat ei ergo in lignis cœ- teris alimentum, in illo autem sacramētum, quid significans, nisi sapiētiam, de qua dictum est: Li- gnum uitæ est amplectentibus eam? Sequitur ut uideamus de ligno scientiæ dignoscēdi bonum, & malum: Prorsus & hoc lignum erat uisibile, ac corporale, sicut arbores cœtera. Quod ergo li- gnum esset, non est dubitandum, sed cur hoc nomen acceperit, requirendum. Mihi autem etiam, atq; etiam consyderanti dici non potest quantum placeat illa sententiā, non fuisse illam arborē cibo noxiam (neq; enim qui fecerat omnia bona ualde, in paradiso insituerat aliquid mali) sed malū fuisse homini transgressionem præcepti. Oportebat autem ut homo sub domino Deo positus alicun- de prohiberetur, ut ei promerendi dominum suum uirtus esset ipsa obedientia, quam possum ue- rissimè dicere solam esse uirtutem omni creaturæ rationali agentī sub Dei potestate, primūq; esse, & maximum uitium tumoris, ad ruinam sua potestate uelle uti, cuius uitij nomen est, inobediētia. Non esset ergo unde se homo dominū habere cogitaret, atq; sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Ar- bor itaq; illa non erat mala, sed appellata est scientiæ dignoscēdi bonum, & malum, quia nisi post prohibitionem ex illa homo ederet, nulla erat præcepti futura transgressio, in qua homo per expe- rimentum poenæ disceret, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobediētiae malum. Proin- de hoc non in figura dictum, sed quoddam uerè lignum accipiendum est, cui non de fructu, uel po- mo, quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositum est, quæ illo contra uetitum capto, fue- rat sequutura. Et Cyrillus libro tertio, contra Iulianum: Iulianus hoc pacto scripsit: Deum autem interdiceret cognitionē boni, & mali hominibus à se formati, quomodo non summā præfert ab- surditatem? & c. Cui Cyrillus respōdens, ait: Ignorasse quidem illum scripturarum uim declaraue- rit examen. Operæ precium autem existimo, ut pauca quædam illi loquamur, quod totius rei nego- cium manifestum fiat. Nam quid sit bonum, & contra, quid sit malum, nescire pecuinum esset, & lapide magis, ac ligno dignum, ab homine autem rationali prorsus alienum. At uis uerbi, cogno- scere bonum, & malum, designat apud sacras scripturas, non simpliciter recipi rerum scientiam nu- da, & simplici cognitione, sed uirtute, & experientia quadam. Vnde scriptum est: Cognouit autē Adam Euan uxorem suam. Et nondum dixerit de ea quis, quod simpliciter in mente eius cogni- ta fuerit. Ibi enim cognitionem sacra scriptura ipsum congressum appellat. Mos itaq; est scripturæ diuinitus inspiratæ, experientiae cognitionē, cognitionis nomine appellari eam, quæ nonnunquam in ipso opere est. Parentes igitur in paradiso non sunt conditi cum ignoratiā boni, & mali. Ratio- nales enim quum essent, humanam scientiam fortiti utiq; sunt, in omnibus, quæ necessaria illis, & substantialiter agnita, demonstrante Deo, liberam autem habentes mentem à carnis uoluptatibus, & absurdis concupiscentijs, sanctam, beatissimamq; uitam agebāt. Vbi autem corruptio intrauit, & motæ sunt in carne uoluptates ad impietatem ferentes, non habuerunt simplicem scientiam ma- li, sed per experientiam ipsam infirmitate laborarunt.

Quid liliū mysticè significet.

Cap. XLVI.

Gregorius.
Cant. 4. b.Hinnuli ca-
preæ, electi.

Quid liliū mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium uigesimo quarto, cap. decimo, exponēs illud Cantorum, Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ: Quæ enim (inquit) sunt duo ubera, nisi ex Iudæa, ac gentilitate ueniens uterq; populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per inten- tionem sapiētiae arcano est cordis infixus? Ex quo populo hi qui electi sunt, idcirco capræ hinnu- lis cōparantur, quia per humilitatē quidē paruos sese, ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatē currentibus, si qua obstacula de impedimēto temporalitatis obuiāt, transeunt, & datis contempla- tionis salt

tionis saltibus, ad superna transcendunt. Qui ut hæc agant, præcedentium sanctorum exempla con- spiciunt. Vnde & in lilijs pasci referuntur. Quid enim per lilia, nisi illorū uita declaratur, qui ueraci- ter dicunt: Christi bonus odor sumus Deo? Electi ergo, ut assequi summa præualeant, conspecta odorifera, & candida iustorum uita satiantur. Iam quidem uidere dominum sitiunt, iam de eius con- templatione satiari charitatis æstibus inardescunt. Sed quia in hac uita positi, necdum ualent, per præcedentium interim patrum exempla pascuntur. Vnde & aptè illic tempus de ipso liliorum pas- tu diffinitur, dum dicitur: Donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Tandiu quippe refici iusto- rum exemplis indigemus, donec præsentis mortalitatis umbras, æterno die aspirante, transeamus. Quum enim huius temporalitatis umbra, transacta hac mortalitate fuerit inclinata, quia ipsius diei internum lumen cernimus, nequaquam iam appetimus, ut ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem, quia necdum eum intueri possumus, ut ad amorem eius per aliorum exempla agilitas sequentium, & uideamus quàm turpis sit hebetudo pigrorum. Statim nanq; ut bene agen- tium gesta respicimus, nosmetipsos confusione intima ulciscēte iudicamus, mox uerecundia men- tem concutit, mox iuste sæuiens reatus addicit, & uehemēter hoc etiam displicet, quod adhuc for- tasse rursus libet. Hæc eadem uerba exposita sunt in dictione, Hinnulus. Et rursum scriptum est: Ego flos campi, & liliū conuallium, cuius expositiones uide in dictione, Flos. Deinde illic scribitur: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Quæ uerba diuus Gregorius hoc modo enar- rat: Bene sicut liliū inter spinas, sponsa inter filias esse perhibetur, quia quum multi sint in Ecclē- sia, qui solis uerbis Christum confitentur, operibus uerò nihil, nisi humanas sollicitudines sectan- tur, sola illa anima in liliij dignitate computatur, quæ dum à mortalitatis radice ad cœlestem pulchri- tudinem assurgit, & mundiciæ candorem corde, & corpore sibi ipsi custodit, & proximos quosq; bonæ opinionis odore reficit. Et infra eodem capite scriptum est: Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinetur umbræ. Ac si diceret: Dilecti mei amicitiam constanter teneo, quia eius constantem beneuolentiam erga me sentio. Quia dum eius familiarita- tem benignam habeo, durum mihi est quicquid ei aduersus inimicos latrantes audio. Et dū in eius assiduitate qualis sit uideo, si quid erroris proferunt aduersarij, à ueritate, quam in eius uisione co- gnoui, non recedo. Quid per lilia, nisi mundæ animæ designantur? Quæ dum castitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionem proximis quibusq; suauiter olent. Inter lilia ergo sponsus pas- scitur, quia proculdubio animarum castitate delectatur, quæ & in se mundiciam carnis conseruāt, & per nitidas cogitationes coram eo placent, & exempla proximis quasi odoris suauitatem donāt. Dies uerò tunc aspirabit, & umbræ inclinabuntur, quando uita æterna apparebit, & præsens uita finiret. Hic quippe nox est, ibi uerò dies erit, quia hic in uisione ueritatis caligamus, ibi Deus ipse tota ueritas mentibus elucebit. Ad hanc prorsus diem sanctæ animæ enituntur ut perueniant, pro- pter hanc iustitiam illibatam, in quantum possunt, conseruant, & quia sine Christo nihil possunt, eius auxilium inuocant, eius familiaritatem desiderāt. Illud autem Cantorum, Dilectus meus & c. ut pascatur in hortis, & lilia colligat, expositū est in dictione, Hortus. Et Bernardus sermone 48. super Cātica, exponēs illud Cantorum, Sicut liliū inter spinas & c. Non bonæ filia, quæ pun- gunt. Atiēde pessimum germen eius, cui maledictum est terræ nostræ: Quū (inquit) colueris eam, spinas, & tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne est anima, inter spinas profecto uersatur, & necesse est ut patiat iniquitatem, tribulationumq; aculeos. Quod si liliū est ipsa iuxta sponsi uerbum, uideat quàm uigilem, sollicitamq; esse oporteat super custodia sui, septa undiq; spinis, hincinde aculeos intendentibus. Nec enim uel leuissimam spinæ sustinet ulla tenus punctiōnem floris teneritudo, sed mox ut modicè premitur, perforatur. Sentis quàm meritò, ne- cessarieq; hortetur nos propheta seruire domino in timore, & item Apostolus, cum timore nihilo- minus, & tremore nostram ipsorum operari salutem? Tenebant nimirum proprio experimento huius sententiæ ueritatem, utpote amici sponsi, qui minime prorsus ambigerent, & ad suas animas pertinere quod dicitur: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Denique unus eorum: Conuersus sum (inquit) in ærumna mea, dum configitur spina. Bene confixus, qui conuersus ex- inde est. Bene pungeris, si compungeris: (multi quum sentiunt poenam, corrigunt culpam) & talis dicere potest, conuersus sum in ærumna mea, dum cōfigitur spina. Spina culpa est, spina poena est, spina falsus frater, spina uicinus est malus. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. O candens liliū, o tener, & delicate flos, increduli, & subuerfores sunt tecum, uide quo- modo cautè ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terra sunt, in aere sunt, in car- ne tua sunt. Versari in his, & minimè lædi, diuinæ potentiae est, non uirtutis tuæ. Sed confidi- te (inquit) quia ego uici mundum. Et si igitur undique tibi intendi prospicias tribulationum, tan- quam tribulorum aculeos, nō turbetur cor tuum, neque formidet, sciēs quia tribulatio operatur T iij patiētiam,

2. Cor. 2. d.

Cantic. 2. d.
Gregorius.Lilia, mundæ
anima.

Cantic. 6. d.

Cantic. 2. d.
Gen. 3. d.Psal. 2. c.
Philip. 2. b.Cantic. 2. d.
Psal. 31. d.Spina, culpa,
poena, falsus
frater, uicinus
malus.

Ioan. 16. g.

Esaia, iuxta lxx. interpretes, ipsumque Hebraicum, cui Theodotio, Aquila, Symmachusque consentiunt. Sic ergo de quatuor Euangelistis, solus Matthaeus posuit. Iesus autem sciens &c. Arundinem quassatam &c. Pro quo in Esaia iuxta lxx. interpretes, sic scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam eum. Israel electus meus, suscepit eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque dimittet, nec audietur foris uox eius. Arundinem confractam non conteret, & linum fumigans non extinguet &c. Nos autem ex Hebraeo ita uertimus: Ecce puer meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea &c. Ex quo apparet, Matthaeum Euangelistam, non ueteris interpretationis autoritate conscriptum, dimisisse Hebraicam ueritatem, sed quasi Hebraeum ex Hebraeis, & in lege domini doctissimum ea gentibus protulisse, quae in Hebraeo legerat. Si enim sic accipiendum est, ut lxx. interpretes addiderunt, Iacob puer meus &c. quomodo in Iesu intelligimus esse completum, quod de Iacob, & de Israel scriptum est? Quod beatus Matthaeum non solum in hoc testimonio, sed etiam in alio loco fecisse legimus: Ex Aegypto uocauit filium meum, pro quo lxx. trasterunt: Ex Aegypto uocauit filios suos, quod utique nisi sequamur Hebraicam ueritatem, ad dominum saluatorem non pertinere, manifestum est. Sequitur enim: Ipsi autem immolabant Baalim. Quod autem de assumpto testimonio in Euangelio minus est: Splendet, & non quassabitur, donec ponat super terram iudicium, uidetur mihi accidisse primi scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in uerbo iudicij esse finitam, putauit inferioris sententiae ultimum uerbum esse iudicium, & pauca uerba, quae in medio, hoc est, inter iudicium, & iudicium fuerant, praetermisit. Rursumque quod apud Hebraeos legitur: Et in lege eius sperabunt insulae (siue, Et legem eius insulae expectabunt) Matthaeus sensum potius quam uerba interpretas, pro lege, & insulae nomen posuit, & gentes, (hoc est, Et in nomine eius gentes sperabunt, sicut & lxx. trasterunt). Et hoc non solum in praesenti loco, sed ubicunque de ueteri instrumento Euangelistae, & Apostoli testimonia protulerunt, diligenter obseruandum est, non eos uerba secutos esse, sed sensum, & ubi lxx. ab Hebraico discrepant, Hebraeum sensum suis expressisse sermonibus. Et infra: Arundinem (inquit) quassatam &c. ut in dictione, Arundinetum.

Matth. 2. c.

Osce 11. d.

Gregorius, Iob 33. d.

A. 16. b.

A. 16. b.

Linea quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius libro Moralium 28. capite nono, exponens illud Iob, Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius, si nosti, uel quis terendit super eam lineam? Mensurarum (inquit) linea in terrarum partitione tenditur, ut dimensionis aequalitas ex ipsa linearum tensione teneatur. In carne autem dominus ad Ecclesiam ueniens, mensuras terrae lineis mensus est, quia fines Ecclesiae occulti iudicij subtilitate distinxit. Huius terrae occultae mensurae, uel lineae tendebantur, quando praedicatores sancti, agente spiritu, in alias partes mundi uocabantur, ut irent, ab alijs uero partibus arcebantur, ne accederent. Paulus namque Apostolus qui Macedoniae praedicare negligeret, per uisum illi apparuit uir Macedo, qui diceret: Transiens in Macedonia, adiuua nos. At contra, sicut scriptum est: Tentabant Apostoli ire in Asiam, & non permisit eos spiritus Iesu. Dum ergo praedicatores sancti, & uocantur ad Macedoniae, & ab Asia prohibentur, ista occultarum mensurarum linea illic ducta est, hinc reducta. Illic reditur, ut Macedonia intra sanctae Ecclesiae spacia colligatur, hinc attrahitur, ut extra fines fidei Asia relinquatur. Erant quippe tunc in ea, qui colligendi non erant, quibus iuxta meritum suum perditis, iam nunc Asia intra mensuras Ecclesiae Deo largiente suscepta est. Intra has ergo mensuras sunt omnes electi, extra has, omnes reprobi, etiam si intra fidei limitem esse uideantur.

Quid locus mystice significet.

Cap. XLIX.

Gregorius,

Iob 7. c.

Locus non localis, Deus,

Psal. 101. d.

Quid locus mystice significet, diuus enarrat Gregorius libro Moralium octauo, capite quinto decimo, exponens illud Iob, Neque cognoscet eum amplius locus eius: Locus quippe hominis (inquit) sed non localis, ipse scilicet conditor extitit, qui hunc, ut in semetipso consisteret, creauit. Quem nimirum locum tunc homo deseruit, quum seductoris uerba audiens, a conditoris amore discessit. Sed quum omnipotens Deus redimendo, se homini etiam corporaliter ostendit, ipse (ut ita dixerim) fugitiui sui uestigia subsequens, ad retinendum, quem amiserit hominem, locus uenit. Si enim appellari locus nequaquam conditor possit, Deum laudans Psalmista, non diceret: Filij seruorum tuorum habitabant ibi. Ibi enim non dicimus, nisi quum locum specialiter designamus. Sed sunt plerique, qui etiam post perceptum redemptoris auxilium, ad desperationis tebras deuoluuntur, & tanto nequius pereunt, quanto & oblata remedia misericordiae contemnant. Recte ergo de damnato homine dicitur: Neque cognoscet eum amplius locus eius, quia a conditore suo tanto tunc districtus in iudicio non cognoscitur, quanto nunc ad reparationis gratiam, nec per dona reuocatur. Vnde & notandum summopere est, quod non ait: Neque cognoscet amplius locum suum, sed ait: Neque cognoscet eum amplius locus eius. Dum enim cognitio non homini, sed loco tribuit, patenter ipse conditor, loci nomine designat, qui districtus ad examinem ultimum ueniens, in iniquitate duratibus, dicit: Nescio

Nescio uos unde sitis. Et lib. 15. cap. 3. exponens illud Iob, Oculus, qui eum uiderat, non uidebit, neque ultra intuebitur eum locus suus, hoc pacto scribit: Quis est oculus hypocritae, nisi cor adulantium? Ibi quippe requiescit, ubi fauores inuenit. Oculus ergo qui eum uiderat, non uidebit, quia subtractus morte, stultis amatoribus suis absconditur, qui eum conuenerant admirando conspiceret. Nec ultra eum locus suus intuebitur, quia linguae adulantium hunc ad iudicium fauoribus non sequuntur: Et exponens illud Iob, Et auro locus est, in quo conflatur, hoc modo exponit: Ac si aperte dicat: Vera fidelium sapientia, cui uniuersalis Ecclesia locus est, tribulationem uobis persequentibus patitur, sed a cunctis peccatorum sordibus persecutionis uestrae igne purgatur. Vnde scriptum est: In igne probatur aurum, & argenti, homines uero receptibiles, in camino humilitationis. Quo in loco potest hoc quoque conuenienter intelligi, ut de sua haeretici increpari stulta passione uideatur. Nam saepe pro Iesu Christi domini, ac redemptoris nostri nomine multa patiuntur, seseque eiusdem passionibus eius fieri martyres sperant. Quibus sancti uiri uoce nunc dicitur: Auro locus est, in quo conflatur. Nam iuxta hoc, quod iam & ante nos dictum est, quisquis extra unitatem Ecclesiae patitur, poenas pati potest, martyr fieri non potest, quia auro locus est, in quo conflatur. Quid itaque ad haec haeretici dicitis? Conflari per afflictionem carnis, uel etiam per martyrium uultis, sed locum, in quo de beatis conflari, nescitis. Vna est Ecclesia, in qua qui conflari uoluerit, ab omni etiam poterit peccatorum sordibus purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, si quid tribulationis extra hanc positi sustinetis, incendi potestis tantummodo, non purgari. Dicit Hieremias: Frustra conflatuit conflatore. Malitia enim eorum non sunt consumptae. Ecce ignis exterius conflans, & durae passionis admouet poenam, & tamen erroris non excoquit culpam, & tormenta crudelium dat poenarum, & bonorum non facit incrementa meritorum. Et Paulus Apostolus inquit: Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et capite 15. Alij quippe praua de Deo sentiunt, alij recta de autore tenent, sed unitatem cum fratribus non tenent. Illi errore fidei, isti uero schismatis perpetratione diuisi sunt. Vnde & in ipsa prima parte decalogi utrarumque partium culpae reprimuntur, quum diuina uoce dicitur: Diliges dominum Deum tuum &c. & proximum tuum sicut teipsum. Qui enim de Deo peruersa sentit, liquet profecto, quia Deum non diligit. Qui uero de Deo recta sentiens, a sanctae Ecclesiae unitate diuisus est, constat, quia proximum non amat, quem habere socium refusat. Quisquis ergo ab hac unitate ueritatis Ecclesiae, siue per haeresim peruersa sentiendo, seu errore schismatis proximum non diligendo diuiditur, charitatis huius gratia priuatur, de qua (ut praemisimus) Paulus dicit: Si tradidero &c. Ac si aperta uoce diceret: Extra locum suum, consolationis mihi ignis adhibitus, tormento me cruciat, mundatione non purgat. Hunc omnes sanctae pacis amatores, summo studio locum quaerunt, hunc quaerentes inueniunt, hunc inuenientes tenent, scientes, peccatorum remissio, uel ubi, uel quando, uel qualibus detur. Vbi quippe, nisi in Ecclesiae matris sinu? Quando nisi ante uenturum exitum diei? Quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et, Quae sit dominum, dum inueniri potest, inuocate eum dum propere est. Qualibus nisi conuersis, qui ad paruulorum imitationem, magistra humilitate formatur, quibus dicitur: Sinite paruulos uenire ad me: Talius est enim regnum caelorum? Et, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quia ergo non nisi in catholica Ecclesia ueri martyres fiunt, dicitur recte: Auro locus est in quo conflatur, quia non clarescet anima in fulgore aeternae pulchritudinis, nisi (ut ita dicam) prius hic arserit in officina charitatis. Et alio in loco scriptum est: Super hoc expauit cor meum, & motum est de loco suo, ubi diuus Greg. hoc pacto scribit: Quia pavor dum mentem percutit, hanc a semetipso alienam reddit, nonnunquam latini interpretes eccliam pauorem uocant, sicut per Psalmistam dicitur: Ego dixi in pauore meo, proiectus sum a uultu oculorum tuorum, ubi uidelicet non pavor, sed excessus dici poterat. Sed pavor illic pro excessu ponitur, quia sicut in excessu, ita in pauore alienatur animus. Vnde hic dicitur: Super hoc expauit cor meum. Ac si dicat: Considerata luce aeternae patriae in admirationis excessu se trahit. Et quia nouae spei spiritu mens afflata est, semetipsam qualis in uetusta cogitatione fuerat, reliquit. Et motum est de loco suo. Locus quippe humani cordis, est delectatio uitae praesentis. Sed quum diuina aspiratione tangitur locus nostri cordis, fit amor aeternitatis. Consideratione igitur aeternae patriae de loco suo animus mouetur, quia derelictis infimis, in supernis cogitationibus ponitur. Locus autem aurorae est perfecta claritas uisionis aeternae, ut dictum est in dictione, Aurora. Et exponens illud Iob, Quasi impios percussit eos in loco uidentium: In scriptura sacra (inquit) quasi, aliquando pro similitudine, aliquando pro ueritate poni consueuit. Pro similitudine enim quasi ponit, sicut Apostolus dicit: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Pro ueritate autem ponitur, sicut Ioannes ait: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Hoc autem loco nihil differt utrum pro similitudine, an pro ueritate sit positum, quia quolibet dicatur ordine, aperte praua malorum uita signatur, impios uero scriptura sacra proprie infideles appellat. Hac namque distantia peccatores ab impijs discernuntur, quia quum omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam, qui in fide pius est, potest. Vnde Ioannes ait: Si dixerimus

Luc. 13. e.

Iob 20. b.

Oculus hypocritae, cor adulantium.

Libro Moralium

18. cap. 14.

Aurum, sapientia.

Locus, ecclesia.

Ecc. 2. d.

Hier. 6. g.

1. Cor. 13. b.

Deuter. 6. d.

1. Cor. 13. b.

2. Cor. 6. d.

Esa. 55. b.

Matth. 19. a.

Matth. 18. a.

Martyres ueri in sola ecclesia sunt.

Iob 37. d.

Libro 27. Moralium cap. 12.

Psal. 30. g.

Locus praesentis uitae delectatio.

Iob 34. c.

Quasi similitudinem eius ueritatem signat.

2. Cor. 6. b.

Ioan. 1. b.

Impij, proprie infideles.

dixerimus

1. Ioan. 1. d. dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Impius uero proprie dicitur, qui a religionis pietate separatur. De talibus enim propheta ait: Ideo non resurgunt impij in iudicio. Locus autem uidetium, sancta Ecclesia uocatur. In ipsa enim recte consistitur, ut lumē uerū, quod Deus est, uideatur. Vnde ad Moysen dicitur: Est locus penes me, & stabis supra petram, quum transierit mea maiestas. Et post paululum: Auferam manum meā, & uidebis posteriora mea. Per locum quippe Ecclesia, per petram dominus, per Moysen uerō multitudo plebis Israeliticæ figuratur, quæ domino in terra prædicante, non credidit. Ipsa ergo in petra stetit, terga domini transeuntis aspiciens, quia uidelicet post passionem, ascensionemq; dominicā, intra sanctam Ecclesiam deducta, fidē Christi percipere meruit, & cuius præsentiam nō uidit, eius posteriora cognouit. Dicitur ergo: Quasi impios &c. Ibi quippe stabant, ubi Deum uidere uidebantur. Ibi tenbras dilexerunt, ubi lumen ueritatis aspicitur. Et quamuis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere. Vnde bene & de Iudæis dicitur: Speculatores eius cæci, quia uidelicet non uidebant opere, quod professione cernebant. Vnde etiam de Balaam scriptum est: Qui cadens apertos habet oculos. Cadens quippe in opere, apertos tenuit oculos in cōtemplatione. De quibus aliās bene scriptum est: Vidi impios sepultos, qui quum adhuc uiuerēt, in loco sancto erāt, & laudabātur in ciuitate quasi iustorum operū. Et libro 33. Moralium, capite 5. In euāgelio (inquit) dominus dicit, quod spiritus exiens, qui in locis aridis, & inaquosis requiem non inuenit, quia domum, quam reliquerat, uacuam, scopisq; mundatam reperit, hanc multiplicior intrauit. Quia enim fluxa fit terra, quæ infunditur, loca arenosa, atq; inaquosa, sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur. Vnde hic quoq; adhuc ubi Behemoth iste dormiat, necessariō demonstratur, quū subditur: In locis humentibus. Loca enim humentia, sunt terrenorum hominum mentes, quas humo carnalis concupiscentiæ, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suæ uestigia tantō altius imprimit, quantō in eisdem mentibus pertransitus illius, quasi influxa terra descendit. Loca quippe humentia, sunt opera uoluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus uerō in lubrica, uix tenetur. In locis ergo humentibus iter uitæ præsentis faciunt, qui in hac ad iustitiam recti stare nō possunt. Et diuus Hieronymus exponēs illud Ezechielis, Benedicta gloria domini de loco suo: Locus (inquit) domini est omnis, in quibus hospitium inuenit. Aut certē filius locus est patris, sicut & pater locus est filij, dicente domino saluatore: Ego in patre, & pater in me. Hoc idem significat & Micheas: Ecce dominus egredietur de loco suo, & descēdet super excelsa terra, & commouebuntur montes subter eum, & ualles tabescent sicut cera à facie ignis, & sicut aqua quæ defertur in præceps. Descendēte enim domino saluatore, & proficiscente de patre, excelsa terræ, mōtesq; commoti sunt, & inferiora uallium liquefacta. Potest locus esse gloria domini, & lux inaccessibilis, de qua & Apostolus loquitur: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et exponēs illud Osee, Vades reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratīs faciē meam: Locum (inquit) Dei magnificētiam, & maiestatem eius debemus accipere, ut nequaquam pro dispensatione descēdat ad homines, irascatur, miseretur, obliuiscatur, fiat quasi Panther, uertatur in leonē, mutetur in bestias, sed res spernat humanas, & permittat eos, quos antea protegebat, hostibus subiaceret, ut tabescant, & deficiant. & intereant, & postea quærant faciē domini, & dicant: Illumina faciē tuam, & salui erimus. Et Ostendit nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Hæreticis quoq; & Ecclesiæ negligenti, Deus in pantherā uertitur, & leonem, & tollet ab his prædam, quam Ecclesiæ antè rapuerunt, ut capti saluentur, qui liberi perierant, & nequaquam habitabit in conciliabulis peruersorum, sed reuertetur ad locū suū, de quo dicit: Ego in patre, & pater in me, & eos spernet, atq; despiciet, donec deficiant in impietate, & quærant eum per poenitentiam, à quo fuerant derelicti. Alij locum Dei cœlum putant, quo offensus Deus ab his, qui in terra habitant, reuertatur, & eos faciat disperire, qui clemētissimum dominū magnitudine peccatorum in ferarum sibi rabiē conuerterunt. Et diuus August. exponens illud Psalmistæ, Dominus in loco sancto suo: Quis enim (inquit) sit locus eius, aperuit, quū dixit: Deus qui inhabitare facit unius modi in domo. Vnanimis, unū sentientes, iste est locus sanctus dñi. Quū enim dixisset: Dominus in loco sancto suo, tāquam requireremus in quo loco, quum ille ubiq; sit totus, & nullus eum contineat corporalium spaciōrū locus, ilico subiecit, ne quæramus eum absq; nobis, sed potius unius modi habitantes in domo mereamur, ut habitare etiam ipse dignetur in nobis. Iste est enim locus sanctus domini, quod pleriq; homines quærent, ut habeant ubi orantes exaudiantur. Sint ergo ipsi quod quærent, & quæ dicunt in cordibus suis, id est, in talibus cubilibus suis compungantur, habitantes unius modi in domo, ut à domino magnæ domus inhabitentur, & apud se in seipsis exaudiantur. Est enim domus magna, in qua nō solū aurea uasa sunt, & argētea, sed lignea, & fictilia. Et alia quidē sunt in honorē, alia in contumeliā. Si qui autem mundauerint semetipsos à uasis contumeliæ, erunt unius modi in domo, & locus sanctus domini. Nam sicut in magna hominis domo, nō in qualicunq; loco eius requiescit dominus eius, sed in aliquo

aliquo utiq; secretiore, & honoratiore loco, sic Deus non in omnibus qui in domo eius sunt, habitat. (Non enim habitat in uasis contumeliæ, sed locus sanctus eius sunt, quos habitare facit unius modi, uel unius moris in domo. Qui enim τῶν τοῦ Γρηγορίου Grecè dicitur, & modi, & mores Latine interpretari possunt. Nec habet Græcus: Qui inhabitare facit, sed tantum, Habitare facit. Dominus ergo in loco sancto suo. Quis est locus iste? Ipse Deus, qui eum sibi facit. Deus enim habitare facit unius moris in domo. Hic est locus sanctus eius. Et libro 83. quæstionum, quæstione uigesima: Deus (inquit) non alicubi est. Quod enim alicubi est, cōtinetur loco. Quod cōtinetur loco, corpus est. Deus autem non est corpus. Non igitur alicubi est, & tamen quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia, quàm ipse alicubi, nec tamen ita in illo, ut ipse sit locus. Locus enim in spacio est, quod longitudine, & latitudine, & altitudine corporis occupatur, nec Deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus non est. Locus tamen Dei abusiue dicitur templum dei, non quod eo contineatur, sed quod ei præsens sit. Id autem nihil melius, quàm anima munda intelligitur.

Locus Dei abusiue dicitur templū, id est, anima munda.

Quo pacto Deus sit in omnibus, & ubiq;.

Cap. L.

Quo pacto autem, & quare cunctis Deus sit in rebus, diuus Thomas hoc modo declarat: Deus (inquit) cunctis in rebus est, non quidem ut pars essentialis, ut materia, ut forma, quibus totum aliquod compositum est, nec uelut accidens quoddam, sed tāquam primum agēs, quod cunctis adest rebus, in quibus operatur. Nam omne agens cōiungi rebus, in quas citra mediū agit, & suapte uirtute illas attingere, operæprecium est. Quāobrem & Aristoteles septimo de physico auditu libro, mouens, & motum pariter esse subtiliter probat. Deus autem esse habet per suā essentiam, & idcirco quicquid habet esse, ab illo habet, & nō modo quum primū esse incipiunt, uerum etiam quandiu in esse permanent, quēadmodum sol suapte præsentia aërem illuminat. Et aër quam diu præsens est sol, illuminatus permanet. Deus igitur dans unicuiq; esse, adest illi, quoad esse illud permanerit. Et quia qualibet in re esse magis est intimum, & profundius inhæret, idcirco & Deus intimè, ac profundè cunctis est in rebus, ut creans illarum esse, ac conseruans, quāquam naturæ suæ excellentia super omnia esse dicatur. Deus quoq; cunctis in rebus est, non modo ut illis esse conferens, uerū etiam & uirtutem, & operationem præbens, & idcirco quolibet in loco, quatenus locus res quædam est, quoniam unicuiq; loco & esse tribuit, & uirtutem locatiuam. Dicitur quoq; Deus omnem replere locum, iuxta illud propheticum: Cœlum, & terram ego impleo, non utiq; perinde ac corpus, quod locum replere dicitur, quatenus aliud corpus secum esse non sinit, sed replere omnia dicitur loca, quatenus omnibus corporibus locatis, quæ uniuersa complent loca, & esse tribuit, & uirtutem, & operationem. Est etiam adnotandum, Deum multifariam esse in rebus. Nam quibusdam in rebus est ut causa agens, & hoc pacto in rebus ab ipso conditis esse dicitur, deinde dicitur esse quibusdam in rebus ut res cognita in cognoscente, & res desiderata in ipso desiderante, & hoc pacto dicitur esse peculiariter in rationali creatura, quæ ipsum cognoscit, & actū, uel habitū diligat, recepta ab illo gratia. Et hoc pacto dicitur esse in sanctis. Alijs autem in rebus ab ipso conditis dicitur esse communiter per essentiam, præsentiam, ac potētiam, quemadmodum rex quispiam per essentiam, siue substantiam suam dicitur esse in loco, in quo illius habetur substantia: per præsentiam uerō dicitur esse in omnibus quæ sunt in conspectu illius, quāquam in illis non est secundum suam substantiam, demum per potētiam dicitur esse toto in regno, quamuis illius præsentia, & illius substantia, nō sit in toto regno. Itidem Deus dicitur esse in omnibus per essentia, quatenus ut causa essendi prima omnibus adest, & per præsentiam, quatenus omnia sunt nuda, & aperta oculis eius, & per potētiam, quatenus eius ditioni, ac potestati, omnia subduntur. Primum est contra Platonicos, qui putauerunt nō omnia esse condita immediatè à Deo, sed quod primum creauerit unam creaturam, & illa aliam &c. Secundum est contra illos, qui diuinam negabant prouidentia circa ista inferiora, dicētes: Circa cardines cœli perambulat, & nostra nō considerat. Tertium est contra Manichæos, qui putauerunt sola spiritalia, & incorporea diuinæ subesse potestati, uisibilia uerō & corporea, dæmoni subiecta esse, & ab illo condita.

Thomas Aquinas.

Hier. 23. d.

Iob 22. b.

Locusta quid mysticè significet.

Cap. LI.

Quid locusta mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Iob, Nūquid suscitabis eum quasi locustas? Locustarum nomine (inquit) aliquādo Iudaicus populus, aliquādo cōuerſa gentilitas, aliquādo adulantium lingua, aliquādo uerō per comparisonem resurrectio dominica, uel prædicatorum uita signatur. Quia enim Iudæorum populum locustæ expriment, uita Ioānis signat, de quo scriptum est: Locustas, & mel syluestre edebat. Ioānes quippe eum, quē prophetiæ autoritate pronūciat, etiam specie ciborum clamat. In semetipso enim designauit dominum, quem præuenit. Qui nimirū in redemptionem nostram ueniēs, quia infructuosæ gentilitatis dulcedinem

Iob 39. c.

Libro Moralium 31. cap. 19. & 20. & 21.

Math. 3. a.

V dinem

dinem sumpsit, mel syluestre edit. Quia uero Iudaeorum plebem in suo corpore ex parte conuertit, in cibo locustas accepit. Ipsos namque locustae significant subitos saltus dantes, sed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabant, quum praecpta domini se implere promitterent, sed citius ad terram cadebant, quum per praua opera haec se audisse denegarēt. Videamus in eum quasi quendam locustarum saltum: Omnia uerba, quae locutus est dominus, & faciemus, & audiemus. Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac uasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam. Locustae ergo erāt, quia habebant saltum per uocem, & casum per actionem. Locustarū quoque nomine, gentilitas designatur, Salomone attestate, qui ait: Florebit amygdalū, impinguabitur locusta, dissipabitur capparitis: Amygdalum quippe florem prius cunctis arboribus ostēdit. Et quid in flore amygdali, nisi sanctae Ecclesiae primordia designantur? Quae in praedicatoribus suis primitiuos uirtutum flores aperuit, & ad inferenda poma bonorum operum, uenturos sanctos, quasi arbuta sequentia praeruenit. In qua mox locusta impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas, pinguedine est gratiae coelestis infusa. Capparitis dissipatur, quia quum gratiam fidei uocata gentilitas attigit, Iudaea in sua sterilitate remanens, bene uiuendi ordinem amisit. Hinc rursus per eundem Salomonem dicitur: Regem locusta non habet, & egreditur uniuersa per turmas suas, quia uidelicet derelicta gentilitas, aliena dudum à diuino regimine extitit, sed tamen ordinata postmodum contra aduersantes spiritus adfidei bellum processit. Locustae uocabulo lingua adulantis exprimitur, quod exhibitae coelitus Aegyptiae plagae testantur, quae exigentibus meritis, corporaliter semel illatae sunt, sed quae mala prauas mentes quotidie feriant, spiritualiter signauerunt. Scriptum namque est: Ventus urens leuabat locustas, quae ascenderunt super uniuersam terram Aegypti, operueruntque uniuersam faciem terrae uastantes omnia. Deuorata est igitur haerba terrae, & quicquid pomorū in arboribus fuit. His enim Aegyptus plagis affecta est, in quibus exteriori percussione commota, dolensque perpenderet quae deualtationis damna interius negligens toleraret, ut dum foris perire minima, sed amplius dilecta cerneret per eorum speciem, quae intus pertulerat, grauiora sentiret. Quid autem per significationem locustae portendunt, quae plusquam coetera minima quaeque animantia humanis frugibus nocent, nisi linguas adulantium, quae terrenorum hominum mentes, si quando bona aliqua proferre conspiciunt, haec immoderatus laudando corrumpunt? Fluctus quippe Aegyptiorum, est operatio cenodoxorum (id est inanis gloriae cupidorum) quam locustae exterminant, dum adulantes linguarum ad appetendas laudes transitorias, cor operantis inclinant. Haerbam uero locustae comedunt, quando adulescentes quicque uerba loquentium fauoribus extollunt. Poma quoque arborum deuorant, quando uanis laudibus quorūdam iam quasi fortium & opera eneruāt. Locustae nomine per comparisonem redemptoris nostri resurrectio designatur. Vnde & uoce eius per prophetam dicitur: Excussus sum sicut locusta. Teneri enim à persecutoribus usque ad mortem pertulit, sed sicut locusta excussus est, quia ab eorum manibus saltu subitae resurrectionis euolauit. Quod refertur quoque ad praedicatorum numerū potest. In ipsis quippe sicut locusta excussus est, quia Iudaea in sua persecutione saeuiente, dum per diuersa fugiunt, quasi quosdam recessionis suae saltus dederunt. Quia uero ille praedicator ad perfectionis culmen erigitur, qui non actiua solummodo, sed etiam cōtemplatiua uita solidatur, recte ipsa praedicatorum perfectio locustis exprimitur, quae quoties se in aëra attollere conatur, primū se cruribus impellentes, subleuant, & postmodum alis uolant. Ita nimirū sunt sancti uiri, qui dū superna appetunt, primū quidem actiuae uitae bonis operibus innituntur, & tunc demum se ad sublimia per cōtemplationis saltum uolando suspendunt. Crura figunt, & alas exerunt, quia recte agendo stabiliuntur, & alta uidendo subleuantur. Qui in hac uita positi, diuina cōtemplatione manere non possunt, sed quasi locustarum more à saltu, quem dederāt, in pedibus suis se excipiunt, dum post cōtemplationum sublimia, ad necessaria actiuae uitae opera reuertuntur, nec tamen in eadem uita actiua remanere contenti sunt. Sed dum ad cōtemplationem desideranter exiliunt, quasi rursus aëra uolantes petunt, uitamque suam quasi locustae ascendentes, descendentesque peragunt, dum sine cessatione semper, & summa uiderere appetūt, & ad semetipsos naturae corruptibilis pondere reuoluuntur. Est adhuc aliud, quod locustae simile sanctis praedicatoribus gerunt. Matutinis namque horis, id est, teporis tempore, uix à terra se subleuant, quum uero aestus exarserit, tanto altius, quanto alacrius uolant. Sanctus autem quisque praedicator, dum quieti fidei tempora conspiciat, humilis, ac despectus aspicitur, & locustae more quasi uix à terra subleuantur. Si autem persecutionis ardor incandeat, corde coelestibus inherēs, mox quātae sit sublimitatis ostēdit, & pulsatus alis, in altū rapitur, qui quietus in imis, torpuisse uidebatur. De hoc ergo equo, id est, praedicatoris suo, beato Iob dominus dicit: Nūquid suscitabis eum quasi locustas? Subaudis, ut ego, qui eō illum ad altiora excitando subleuo, quod grauiori persecutionis aestu extrucari permitto, ut tunc in illo robustior uirtus euigilet, quum se ei ardētor infidelium crudelitas illidit. Per locustam quoque, quae salubus euolat, inanis gloria exprimitur, quae se uanis praesumptionibus exultat, ut dictum

Exo. 24. b.
Numeri 14. d.

Eccis 12. b.
Amygdali flores, Ecclesiae primordia.
Locusta, gentilitas.
Capparitis, leuanda.
Prouer. 30. d.

Locusta, adulantis lingua.
Exo. 10. d.

Psal. 109. d.

ut dictum est in dictione, Eruca.

De eisdem Locustis.

Cap. LII.

ET in Apocalypsi scriptum est: Et quintus Angelus tuba cecinit, & uidi stellam de caelo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi &c. & de fumo putei exierunt locustae in terram, & data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terrae. Quae uerba Rupertus enarrās, hoc pacto scribit: Hoc unū uae magnū, & prolixū, magna, & multa breuiter, & mirabiliter replicat, mala uariae seruitutis filiorum Abrahāe ludibria, quod scilicet post mortē Iosue peccauerunt dño, seruiētes Baalim, & Astaroth, & ob hoc tradidit eos in manus Chusamrataim regis Mesopotamiae, & Eglon regis Moab, & Iabin regis Chanaan, & Madian, & Philistim, & filiorū Amō. Et eō processit iniquitas ipsorū, ut scinderetur decem tribus à domo Dauid, & tēplo domini, uirtulos aureos sibi fabricātes, primi haeretici, & uniuersae exemplum haereticae prauitatis. Nunc iam literae ordinem prosequamur. Et quintus (inquit) Angelus tuba cecinit &c. quando impleta est ueritas Dei, quae dixerat Moysi: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste conuersus fornicabitur post Deos alienos in terra ad quam ingredietur, ut habitet in ea. Ibi derelinquet me, & irritum faciet foedus quod pepigi cum eo. Item: Ego enim (inquit Moyses) scio cōtentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam &c. Ac deinceps: Noui enim, quod post mortem meā iniquē agetis, & declinabitis cito à uia quam praecēpi uobis. Tūc (inquam) quintus Angelus tuba cecinit, quando nunciatum est, omnia scienti Deo, quod post Deos alienos fornicaretur Israël. Et uidi (inquam) stellam de caelo cecidisse in terram. Stella ista quae de caelo cecidit, diabolus est, cui propheta dicit: Quomodo de caelo cecidisti lucifer, qui manē oriebaris? Et notandū quod huiusmodi stellam nō dixit, uidi cadere, sed uidi cecidisse. Iam dudum quippe ceciderat, & per terram repebat, quādo haec fieri cōeperunt, quae praesenti loco ista uisio mystica replicat. Quando ille cecidit, nullus hominum erat, qui uideret praeter illum, qui in Euāgelio suo loquitur, dicens: Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem. Qui enim haec dicit homo Christus, prius erat Deus, quā homo fieret, prius quā Angelus ille, stella illa, siue lucifer ille caderet, imō priusquam Angelus, uel creatura aliqua fieret. Bene ergo non ait, uidi cadere, sed uidi cecidisse. Et data est ei clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi. Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnae. Summam breuiter mystica significatione tangit causae, uel originis, quae idololatriae, uel omnis haereseos initū fuerit. Nam data est illi clauis putei abyssi, id est, permissa est potestas, siue facultas Angelo illi, qui in ueritate non stetit, omnis mendacii fundamentum nullum habentis, nec enim alicui rei innititur existenti. Idcirco bene mendacium quod loquitur ex proprijs, & cuius pater est, puteus dicitur abyssi, uidelicet infinitae profunditatis, quia (sicut iam dictū est) rerum existentium fundamentum non habet, nihilque ei subest. Loquitur enim quod non est. Hunc talem puteum abyssi aperuit miseris loquēs hominibus, & dicens se Deum esse, suadensque sese in simulacris pro Deo colendum. Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnae. Ascendit (inquam) uidelicet etiam usque ad sapientes saeculi, quos obscurauit. De quibus & Apostolus dicit: Sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt &c. Et tunc fumus huiusmodi sicut fumus dicitur fornacis magnae, quia uidelicet sicut fumus non nisi ex subiacente igne fit: sic non nisi ex praecedente causa cupiditatis, siue concupiscentiae nascitur caecitas mentis, siue obscuratio cordis insipientis. Et obscuratus est sol, & aër de fumo putei. Ad id peruertum est, propter quod & casum stellae, & apertionem praemiserauit putei abyssi fumantis. Sol namque, & aër ille (ut supradictum est) erat Israël, sol, propter patres, uel patrum fidem, ex quibus Christus sol iustitiae secundum carnem, aër uero propter susceptā exinde eiusdem fidei illuminationē. Hic post mortem Iosue ita obscuratus est, ut dimitteret dominum Deū patrum suorū, & sequeretur Deos alienos, Deosque populorum, qui in circuitu habitabant. Suscitauit illis iudices dominus, qui liberarent eos de uastantium manibus. Sed nec illos audire uoluerunt, fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Sol ergo, & aër de fumo putei obscuratus est. Quid deinde? Et de fumo exierunt locustae in terram. Locustae de fumo exierunt, quia uidelicet propter fumū erroris, & stultitiae, qua obscurati sunt, hostes illis suscitati iudicio diuino emerferunt Mesopotamij, & Moabitae, Chanaanæi, & Madianitae, simulque Amalechitae, Philistim, & filij Amō. Dicit enim de illis quodam loco scriptura sic: Ipsi enim, & uniuersi greges eorum ueniebant cū tabernaculis suis, & instar locustarum uniuersa complebant, innumera multitudo hominū, & camelorum, quicquid tetigerant deuastrantes. Non utique uanē, aut sine pondere instar locustarum dixit, sed quia re uera multitudines eiusmodi ad malum exultantes, leuitate animi, & corporis, tanquam totidem locustas salientes intuetur, & irridet is, qui habitat in caelis, prouidens illis cito futurum, quod per quendam sapientem eius dicit: Florebit amygdalus, & impinguabitur locusta. Quod idem est, ac si dicat: Qui nunc uiridis, & rectus incedit, & tanquam locusta salit, canescet, & curuus uix incedere incipiet, habensque crura

Apoc. 9. d.

Rupertus.

Iudicium 2. b.

Deuter. 31. d.

Angelus quintus tuba cecidit.

Stella, diabolus.
Esa. 14. d.

Luca 10. c.

Clauis, potestas, facultas.
Ioan. 8. f.
Puteus abyssi, mendacium.
Ibidem.

Romā. 1. c.
Fumus, error, stulticia.

Fornax, cupiditas, concupiscentia.

Sol, Israël propter patrum fidem.

Aër, Israël propter susceptā illuminationem.

Iudic. 2. b.
Locustae, hostes Israël.

Iudic. 6. a.

Eccis 12. b.

Vij tumentia

tumentia, nequaquam ut nunc leuis, & gesticulosus in saltu sese excutiet, locusta namque impingua-
tur, dum transacta leui iuuentute, crura tumescunt, ut fieri solet senibus. Locustae ergo exierunt,
id est, hostes Israelii propter peccata multiplicati sunt. Et data est illis potestas, sicut habent potesta-
tem scorpiones terrae. Scorpio uermis potius, quam animal, aut serpens armatus aculeo, & ex eo
Graece uocatur, quod cauda figat, & arcuato uulnere, uenena diffundat. Idcirco dixit, scorpiones
terrae, quia scorpio uermis terrenus est, ore, uel capite innoxio praeblandiens, & tunc demum cau-
da conuersa incautum feriens. Huiusmodi potestas locustis illis data est, ut uidelicet quum filios
Israel ad illecebras lege Dei prohibitas per mulierum lenocinia prouocassent, & transgressores fa-
ctos auxilio Dei nudassent, tunc demum aduersus eos armis confurgerent. Hoc primus Balach fi-
lius Sefhor, rex Moab facere didicit, per Balaam ariolum, dicentem sibi: Verumtamen pergens ad
populum meum, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat. Illo namque eius consilio fa-
ctum est, ut fornicaretur populus cum filiabus Moab, quae uocauerunt eos ad sacrificia sua. Vnde
postmodum facta ultione, iratus Moses principibus, ait: Cur foeminas seruastis? Nonne istae sunt,
quae peccato filios Israel ad suggestionem Balaam, & prauaricari uos fecerunt in domino, su-
per peccato Phegor, unde & percussus est populus? Hoc ergo primum per Balaam facere didice-
runt, scorpiones Madianitae, siue Moabitae, & post haec etiam gentes aliae. Sic enim scriptum est,
post mortem Iosue: Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chanaan, & Ethaei, & Amorraei, & Phe-
rezai, & Iebusaei, & duxerunt uxores filias eorum &c. In hoc facto nimirum scorpiones, quasi bladium
caput porrexerunt, sed continuo cauda percusserunt. Consequenter enim uictores illorum, quibus
Deus iratus erat, effecti, uehementer illos afflixerunt. Et praecipuum est illis, ne laederent foenum
terrae, neque omne uiride, neque omnem arborem, nisi tantum homines, qui non habent signum Dei
in frontibus suis. Perspicue ostendit, quia non per proprietatem, sed per similitudinem locustas de
fumo illo exisse dixit, dum quod locustarum est facere, hoc illis interdictum esse scribit. Locusta-
rum enim est laedere foenum terrae, & omne uiride, omnemque arborem, quemadmodum & inter pla-
gas Aegypti scriptum est: Deuorata est igitur haerba terrae, & quicquid pomorum in arboribus
fuit, quae grando dimiserat, nihilque omnino uirens relictum est in lignis, & haerbis terrae in cuncta
Aegypto. Istitis autem ne quid talium, sed tantum homines laederent, quia uidelicet & ipsi homines
erant, qui hic locustae dicti sunt. Attamen futurum erat, ut hostes eiusdem populi peccatis exigen-
tibus non solum homines, sed & foenum, & omne uiride, & omnem arborem, imo uniuersam ter-
ram eorum laederent, & ciuitates igni succenderent, sed nondum erat tempus. Postmodum ubi tu-
ba cecinit sextus Angelus, hoc factum esse memorabimus. Nam ubi quintus iste Angelus tuba ce-
cinit, ita plaga temperata est, ut laederentur, & in seruitutem redigerentur tantum homines. Et qui-
dem tunc temporis quum saeuisset Israel, ait scriptura: Ascendebat Madian, & Amalech, & coete-
ri Orientalium nationum instar locustarum uniuersa complentes, sicut erant in haerbis cuncta ua-
stabant, nihilque omnino ad uitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boues, non alinos,
sed illa laesio comparatione eius, de qua post haec dicendum est, ubi Babylonio igne cuncta cremata
sunt, nec laesio reputanda est. Quod tandem ait de hominibus, qui laedendi essent distinctionem fa-
ciens, qui non habent signum Dei in frontibus suis, idem est, ac si diceretur: Qui dereliquerunt le-
gem Dei sui, qui a fide patris sui Abraham sunt alienati. Nam quod modo signum Dei, signum cru-
cis Iesu Christi pingimus Christiani in frontibus nostris, hoc suo more secundum tempus facere
fuerant iussi, ut uidelicet in carne sua circumcisi, postes, & superliminaria domorum suarum signa-
rent sanguine agni. At illi hoc facere contemnebant, seruietes dijs alienis. Erant igitur homines
non habentes signum Dei in frontibus suis, non habentes fidem in cordibus suis. Et datum est il-
lis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Et hoc futurum erat, ut occiderentur,
siue caderent in ore gladii, sed nondum tempus erat, nondum hoc datum est illis locustis. Sed quid?
Ut cruciarentur (inquit) mensibus quinque. Menses quinque quibus cruciati sunt, mutationes seruitu-
tis fuerunt quinque, quibus hostibus suis sunt traditi, & seruiert illis, quas hoc ordine scriptura di-
gessit. Primo tradidit eos dominus in manu Chusanrafataim, secundo in manu Egion regis Moab,
tertio in manu Iabin, quarto in manu Madian, quinto in manu Philistim. Quinque ergo mensibus
cruciati sunt, quia quinque in seruitute traditi sunt. Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpionis, quum
percutit hominem. Nam sicut scorpium prius capite bladitur, & post cauda feriens, mortifera uenena
diffundit: sic illi prius ad illecebras sacrificiorum, & ad connubia prouocabat eos filiarum suarum, ut
Deus offenderetur, & tunc demum aduersus inermes, & quasi nudos armati consurgebant, quum au-
xilium deesset Deus, quo ueluti armis & scuto protegebantur. Et in diebus illis quae erant &c. tan-
quam dicat: Vae istud tantum erit, ut quaerant homines mortem, & non inueniet eam, ut cupiat mori, &
fugiat mors ab eis, id est, ut mors illis uita carior sit, ut miseriam longam compendio finire uelint. Dixe-
runt enim: Vtinam mortui essemus in Aegypto &c. Et similitudines locustarum, similes equis paratis
in praellum. Quid magis dissimile secundum rem, uel naturam, quam equi, & locustae? Quid tam impar,
& inaequale?

Numeri 24. c.
Numeri 25. d.

Numeri 31. c.

Iudic. 3. d.

Exo. 10. d.

Iudic. 6. d.

Exo. 12. b.

Numeri 14. d.

& inaequale? Ergo aut locustae in equorum magnitudinem creuerunt, aut (quod mirabilius est) isti
homines ita minuti sunt, ut locustae comparatione ipsorum, magnitudinem habere uiderentur equo-
rum. Nimirum hoc quod posterius dixi factum esse constat iudicio Dei, non decremento, uel dimi-
nutione corporum, sed defectu animarum. Qui enim pro uita contemptibili locustae erant in oculo
domini, locustae, ut erant, permanserunt, scilicet lasciuientes Chanaanorum populi: qui autem
homines esse debuerant, minuti sunt merito, & quodommodo locustae locustarum effecti, timen-
tes eos, quibus debuissent esse timori. Addidit autem, Paratis in praellum, quod magnam exprimit
illarum confidentiam locustarum, magnam uim animorum hostilium, ut ultro ueniant ad praellum,
& eos armis quaerant, quos prius fugerunt. Quod euenisse patenter historiae referunt. Et super ca-
pita &c. Reges, uel principes gentium illarum, qui per capita recte intelliguntur, tanquam corona-
ti, & non uere coronati uictoribus fuerunt, quia uidelicet non sua uirtute illi uicerunt, sed pro pecca-
tis suis isti homines uicti sunt. Ipsae quoque coronae non ueraciter aureae, sed similes auro dicuntur,
quia nimirum falsum erat quicquid de uictoria tanquam sapientes, & fortes gloriabantur. Non enim
uirtutis eorum aurum erat quod prauelebant, sed diuinae dispensationis examen, quo Israel exer-
cebatur ad suimet experientiam. Nam & hoc praemonstrat scriptura. Haec sunt gentes quas domi-
nus dereliquit, ut erudiret in illis Israel &c. Et facies earum &c. Distincte in facie humana simu-
lacio rationis, in capillis mulierum fluxi, & effoeminati mores, in dentibus leonum, qui & lanare, &
naturalem solent afferre putorem, mentis ferocitas, in loriceis ferreis, omnis armatura bellica recte
intelligitur, quae tanta illis erat, ut falcatis quoque curribus abundarent. Et uox alarum &c. id est, ex-
altatio superbiae locustarum talium. Et habebant caudas &c. id est, in facie ueluti innocui, sed in po-
sterioribus uenena seruantes. Potestas eorum &c. id est, seruituti eos subiecere per uices quinque.
Et habebant super se regem &c.

Iudic. 3. d.

Iudic. 4. d.

De locutione Dei, & Sathan, siue Diaboli.

Cap. LIII.

DE locutione Dei, & sathan, hoc pacto diuus scribit Gregorius libro Moralium secundo, capi-
te quinto: Hoc nobis est (inquit) solerter intuendum, quid sit, quod uel ad Sathan loqui do-
minus dicitur, uel quod sathan domino respondere perhibetur. Neque enim uel a domino (qui sum-
mus, atque incircumscriptus est spiritus) uel a sathan (qui nulla est carnea natura uestitus) humano mo-
do aereus flatus folle uentris attrahitur, ut per organum gutturis uocis expressione reddatur. Sed
dum naturae inuisibili natura incomprehensibilis loquitur, dignum est, ut mens nostra qualitate cor-
porae locutionis excedens, ad sublimes, atque incognitos modos locutionis intimae suspēdatur. Nos
namque, ut ea quae sentimus intrinsecus, extrinsecus exprimamus, haec per organum gutturis per sonum
uocis eijcimus. Alienis quippe oculis intra secretum mentis, quasi post parietem corporis stamus, sed
quum manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguam ianuam egredimur, ut quales sumus intrin-
secus, ostendamus. Spiritus autem natura non ita est, quae ex mente, & corpore composita dupliciter
non est. Sed rursus sciendum est, quia ipsa etiam natura incorporea, quum loqui dicitur, eius locutio
nequaquam una, atque eadem qualitate formatur. Aliter enim loquitur Deus ad Angelos, aliter An-
geli ad Deum, aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum animae ad Deum, aliter Deus ad dia-
bolum, aliter diabolus ad deum. Nam quia spiritali naturae ex corporea appositione nihil obstat, lo-
quitur Deus ad Angelos sanctos, eo ipso, quo eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit, ut
quicquid agere debeant, in ipsa contemplatione ueritatis legant, ut uelut quaedam praecipua uocis,
sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur, quod uidentibus inspiratur. Vnde
quum eorum cordibus, Deus contra humanam superbiam animaduersionem ultionis infunderet,
dixit: Venite descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Dicitur eis qui aderant: Venite, quia
nimirum hoc ipsum nunquam a diuina contemplatione decrescere, in diuina contemplatione semper ac-
crescere est, & nunquam corde recedere, quasi quodam stabili motu est semper uenire. Quibus & di-
xit: Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum. Ascendunt Angeli, in eo quod creatorē conspi-
ciunt, descendunt Angeli, in eo quod creaturam sese in illicitis erigentem, examine distractionis premunt.
Dicere ergo Dei est: Descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, in seipso eis hoc quod recte
agatur ostendere, & per uim internae uisionis eorum mentibus exhibenda iudicia occultis motibus
inspirare. Aliter loquitur Angeli ad Deum, sicut & per Ioannis Apocalypsim dicunt: Dignus est
agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam. Vox namque Angelorum, est in lau-
de conditoris ipsa admiratio intimae contemplationis. Virtutis diuinae miracula obstupuisse, dixisse
est, quia excitatus cum reuerentia motus cordis, magnus est ad aures incircumscripti spiritus clamor uo-
cis. Quae uox se quasi per distincta uerba explicat, dum sese per innumeros modos admirationis for-
mat. Deus ergo Angelis loquitur, quum eis uoluntas eius intima uidebatur manifestatur. Angeli autem
loquitur domino, quum per hoc, quod super semetipsos respiciunt, in motu admirationis surgunt. Aliter
Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum animae loquitur ad Deum, Vnde & in Ioannis Apocalypsi
V iij rursum

Gregorius.

Loqui Deum ad
Angelos quid
sit.

Gen. 11. b.

Ibidem.

Angeli quomo-
do ascendunt, &
descendunt.Angeli quomo-
do ad deum lo-
quantur.

Apoc. 5. c.

Apoc. 5. c.
Anima sancto-
rum quo pacto
ad deum loquuntur.

Psal. 9. g.

Loqui Deū ad
diabolum quid
sit.

Loqui Diabolū
ad deum, quid
sit.

Iob 1. b.

Loquitur Deus
ad Diabolū qua-
tuor modis.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem c.

Loquitur Dia-
bolus ad Deum
tribus modis.

Ibidem b.

Ibidem.

Iob 13. a.

Loqui homines
cum Deo quid
sit.

Disputare cum
Deo quid sit.

Matth. 19. d.

Esa. 1. e.

2. Cor. 2. d.

Loqui ex deo,
& coram Deo
quid sit.

Adulterari

uermum Dei

quid sit.

Iob 39. a.

Gregorius.

rursum dicitur: Vidi sub altare Dei animas interfectoꝝ propter uerbum Dei, & propter testimo-
nium quod habebat, & clamabat uoce magna, dicentes: Vsq̄quo domine sanctus, & uerus nō iu-
dicas, & uindicas sanguinē nostrum, de his qui habitāt in terra? Vbi ilico adiūgitur: Data sunt illis
singulae stolae albae, & dictū est illis, ut requiescerent tēpus adhuc modicum, donec impleatur nume-
rus conseruorū, & cōfratrum eorū. Quid est enim animas uindictae petitionē dicere, nisi diem ex-
tremū iudicij, & resurrectionē extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe earū clamor,
magnū est desiderium. Tanto enim quisq; minus clamat, quanto minus desiderat, & tāto maiorem
uocem in aures incircumscripti spiritus exprimit, quāto se in eius desiderium plenius fundit. Ani-
marū igit̄ uerba, ipsa sunt desideria. Nā si desiderū sermo nō esset, propheta nō diceret: Desideriū
cordis eorū, audiuit auris tua. Sed quā aliter moueri solet mēs, quā petit, aliter quā petitur, & san-
ctorum animae ita in interni secreti sinu Deo inhæreāt, ut inhærendo requiescāt, quomodo dicuntur
petere, quas ab interna uoluntate constat nullatenus discrepare? Quomodo dicuntur uindictā desi-
derare, quas & uoluntatem Dei certum est, & ea quae futura sunt, non ignorare? Sed in ipso postu-
lata, ab ipso aliquid petere dicuntur, non quod quicquam desideret, quod ab eius uoluntate, quem
cernūt, discordet, sed quod Deo mente ardentius inhærent, eō etiā de ipso accipiunt. ut ab ipso pe-
tant, quod eum facere uelle nouerunt. De ipso ergo bibunt, quod ab ipso sitiūt, & modo nobis ad-
huc incomprehensibili, in hoc quod petendo esuriunt, praesciendo satiantur. Discordarent ergo a
uoluntate conditoris, si quae eum uident uelle, non peterent, eiq; minus inhærent, si uolentem da-
re, desiderio pigriori pulsarent. Quibus responsum diuinitus dicitur: Requiescite &c. Desideran-
tibus animabus, Requiescite tempus adhuc modicū dicere, est inter ardorē desiderij ex ipsa pra-
scientia solatium consolationis aspirare, ut & animarum uox sit, hoc quod amantes desiderāt, & re-
spōdentis Dei sermo sit, hoc quod eas retributionis certitudine inter desideria confirmat. Respon-
dere ergo eis est, ut collectionem fratrum expectare debeant. eorum mentibus libenter expectandi
moras infundere, ut quum carnis resurrectionem appetunt. etiam ex colligēdorum fratru augmen-
to gratulentur. Aliter Deus loquitur ad diabolum, aliter diabolus ad Deum. Loqui enim Dei ad
diabolū, est uias eius, ac negocia animaduersione occultae distractionis increpare, sicut hic dicitur:
Vnde uenis? Diaboli autem ei respondere, est omnipotentī maiestati eius posse nihil celare. Vnde
hic ait: Circuui terram, & perambulauī eam. Quasi enim dicere eius est quid egerit, scire q̄ actus
suos oculis illius occultare non possit. Sciēdum uerō est, quia sicut hoc loco discimus, quatuor mo-
dis loquitur Deus ad diabolum, quia & iniustas uias eius arguit, sicut iam dictū est: Vnde uenis?
& electorum suorum contra illum iustitiam proponit, ut quum ait: Nunquid considerasti seruum
meum Iob, quod non sit ei similis super terram? & tentandam eorum innocentiam ei concedendo
permittit, sicut ait: Ecce uniuersa quae habet in manu tua sunt, & aliquando eum ne tentare audeat,
prohibet, ut quum dicit: Tantum in eum ne extendas manum tuam. Tribus autem modis loquitur
diabolus ad Deum, quum uel uias suas insinuat, ut quum ait: Circuui terrā, & perambulauī eam,
uel electorum innocentiam fictis criminibus accusat, ut quum dicit: Nūquid frustra Iob timet Deū?
uel tentandam eandem innocentiam postulat, ut quum dicit: Extende manum tuam &c. Quo pa-
cto autem nos loquamur cum Deo, libro undecimo, capite 14. hic uerbis insinuat, exponēs illud
Iob, Sed tamen ad omnipotentem loquar &c. Cum omnipotente loquimur, dū eius misericordiam
deprecamur, cum eo uerō disputamus, dum nos illius iustitiae coniungentes, facta nostra sub illi in-
dagatione discutimus. Vel certē cum eo disputare, est eum qui hic eius praecceptis paruit, cum illo
postmodum ad iudicādos populos iudicem uenire, sicut cuncta relinquentibus praedicatoribus di-
citur: Vos qui secuti estis me &c. Vnde & per Esaiam dominus dicit: Eripite iniuriā accipientem,
iudicate pupillo, & iustificare uiduam, & uenite, disputemus. Rectum quippe est, ut cū Deo de po-
pulis in iudicio disputent, qui ad uerba Dei praesens saeculum perfecte derelinquunt. Quid autem
sit loqui coram Deo, insinuat libro 22. cap. 17. exponēs illud Apostolicum: Non enim sumus sicut
plurimi adulterantes uerbum dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur.
Adulterari namq; uerbum Dei, est aut aliter de illo sentire, quā est, aut ex eo non spiritales fructus,
sed adulterinos foetus quærere laudis humanae. Ex sinceritate uerō loqui, est nil in eloquio extrā
quā oporteat, quærere. Sicut ex Deo autē loquitur, qui scit non se à se habere, sed ex Deo acce-
pisse quod dicit. Coram Deo uerō loquitur, qui in omni quod dicit, non humanos fauores appetit,
sed omnipotentis Dei praesentiae intendit, non suam, sed autoris gloriam requirit.

Quibus modis hominibus loquatur Deus.

Cap. LIII.

Q Vibus autē modis hominibus Deus loquatur, diuinus insinuat Gregorius libro Moralium
28. capite secundo, exponēs illud Iob, Respondens autē dominus Iob de turbine, dixit &c.
Aliter (inquit) dominus seruis suis loquitur, quum eos intrinsecus per cōpunctionem prouehit, ali-
ter quū per distractionē, ne extollatur, premit. Per blandā enim locutionē dñi, amāda dulcedo eius
ostenditur,

ostenditur, per terribilem uero, potestas eius metuenda monstratur. In illa persuadetur animae, ut
proficiat, in ista reprimatur, quae proficit. In illa discit quod appetat, in ista quod metuat. Per illam
dicit: Gaude & laetare filia Sion, quia ecce uenio, & habitabo in medio tui. Per istā dicitur: Domi-
nus in tempestate ueniet, & in turbine uia eius. Blandus quippe est, qui ut in medio habitet, uenit.
Quum uero se per tempestatem, & turbine insinuat, nimirum quae tangit corda, perturbat, atq;
ad edomandam elationem se exerit, quando potens, & terribilis innotescit. Sciendū praeterea est,
quia duobus modis locutio diuina distinguitur. Aut per semetipsum namq; dominus loquitur, aut
per creaturam Angelicam eius ad nos uerba formantur. Sed quum per semetipsum loquitur, sola
nobis uis internae inspirationis aperitur, & de uerbo eius sine uerbis, ac syllabis cor docetur, quia
uirtus eius intima quadam subleuatione cognoscitur. Quum uero per Angelum uoluntatem suam
dominus indicat, aliquando eam uerbis, aliquando rebus demonstrat, aliquando simul uerbis, & re-
bus, aliquando imaginibus cordis oculis ostensis, aliquando imaginibus, & ante corporeos oculo-
los ad tempus ex aere assumptis, aliquando coelestibus substantijs, aliquando terrenis, aliquando
simul terrenis, & coelestibus, nonnunquam uero etiam per Angelum humanis cordibus ita loqui-
tur Deus, ut ipse quoq; Angelus mentis obtutibus praesentetur. Verbis namq; per Angelum lo-
quitur Deus, quum nil in imagine ostenditur, sed supernae uerba locutionis audiuntur, sicut dicen-
te dño: Pater clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te, protinus respōdetur: Clarificaui, &
iterum clarificabo. Neq; enim Deus, qui sine tempore uel impulsione intimae clamat, in tempore
per suam substantiam illam uocem aedit, quam circūscriptam tempore per humana uerba distin-
xit, sed nimirum de coelestibus loquens, uerba sua, quae ab hominibus audiri uoluit, rationali crea-
tura administrante, formauit. Aliquando rebus per Angelos loquitur Deus, quum nil uerbo dici-
tur, sed ea quae futura sunt, assumpta de elementis imagine, nunciantur, sicut Ezechiel nil uerbo-
rum audiens, electri speciem in medio ignis uidit, ut uidelicet dum solam speciem aspiceret, quae
esset in nouissimis uentura sentiret. Electrum quippe ex auri argentiq; metallo miscetur, in qua
permixtione argentum quidem clari redditur, sed tamen fulgor auri temperatur. Quid ergo in
electro, nisi mediator Dei & hominum demonstratur? Qui dum semetipsum nobis ex diuina, atq;
humana natura composuit, & humanam per deitatem clariorem reddidit, & diuinam per humani-
tatem nostris aspectibus temperauit. Quia enim uirtute diuinitatis eius tot miraculis humanitas
fulsit, ex auro creuit argentum, & quod per carnem Deus cognosci potuit, quodq; per carnē tot
aduersa tolerauit, quasi ex argento temperatum est aurum. Quod bene & in medio ignis ostendi-
tur, quia incarnationis eius mysterium subsequens iudicij flamma comitatur. Scriptū quippe est:
Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Aliquādo per Angelos uerbis simul
& rebus loquitur Deus, quum quibusdam motibus insinuat hoc, quod sermonibus narrat. Neq;
enim Adam post culpam in diuinitatis substantia uidere dominū potuit, sed increpationis uerba
per Angelum audiuit, de quo scriptum est: Quum audisset uocem domini Dei ambulantis in pa-
radiso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradisi. Quid est enim quod post pecca-
tum hominis in paradiso dominus iam non stat, sed deambulat, nisi quod irruente culpa se à corde
hominis motum demonstrat? Quid est quod ad auram post meridiem, nisi quod lux feruentior ue-
ritatis abscesserat, & peccatricem animam culpae suae frigora constringebant? Increpauit ergo
Adam deambulans, ut caecis mentibus nequitiam suam, non solum sermonibus, sed etiam rebus
aperiret, quatenus peccator homo & per uerba quod fecerat audiret, & per deambulationē, amif-
so aeternitatis statu, mutabilitatis suae inconstantiam cerneret, & per auram, feruore charitatis ex-
pulsio, torporem suum animaduerneret, & per declinationem solis, cognosceret, quod ad tenebras
propinquaret. Aliquando imaginibus cordis oculis extensis per Angelos loquitur Deus, sicut
Iacob subnixam caelo scalam dormiens uidit, sicut Petrus linteum reptilibus, ac quadrupedibus
plenum, in ecstasi raptus, aspexit, qui nisi incorporeis oculis haec cerneret, in ecstasi non fuisset, sicut
Paulo in uisione noctis uir Macedo apparuit, qui transire eum in Macedoniam rogauit. Ali-
quando imaginibus, & ante corporeos oculos ad tempus ex aere assumptis per Angelos loqui-
tur Deus, sicut Abraham non solum tres uiros uidere potuit, sed etiam habitaculo terreno susci-
pere, & non solum suscipere, sed eorum uisibus etiam cibos adhibere. Nisi enim Angeli quaedam
nobis interna nunciantes ad tempus ex aere corpora fumerent, exterioribus profectio nostris ob-
tutibus non apparerent, nec cibos cum Abraham caperent, nisi propter nos solidum aliquid ex
coelesti elemento gestarent. Nec mirum quod illic ipsi qui suscepti sunt, modo Angeli, modo do-
minus uocantur, quia Angelorum uocabulo exprimuntur, qui exterius ministrabant, & appella-
tione domini ostenditur, qui eis interius praerat, ut per hoc praesidentis imperium, & per il-
lud claresceret officium ministrantium. Aliquando coelestibus substantijs per Angelos loquitur
Deus, sicut baptizato domino scriptum est, quia de nube uox sonuit, dicens: Hic est filius meus
dilectus, in quo mihi bene complacui. Aliquando terrenis substantijs per Angelos loquitur Deus,

Zach. 2. c.
Esa. 66. e.

Loquitur Deus
hominibus aut
p semetipsum,
aut p Angelū.

Loquitur Deus
p Angelū multo-
tis modis.

Ioan. 17. a.

Ezech. 1. b.

Electrum, Chri-
stus.

Ioan. 5. d.

Ioan. 5. d.

Gen. 3. d.

Gen. 28. c.

Act. 10. b.

Act. 16. b.

Gen. 18. a.

Matth. 3. d.

V iij sicut

Num. 22. c.

Exod. 3. d.

Ezech. 3. c.

Zach. 3. c.

Zach. 2. d.

Iob 38. d.

sicut quum Balaam corripuit, in ore asinae humana uerba formauit. Aliquando simul & terrenis, & caelestibus substantiis, per Angelos loquitur Deus, sicut ad Moysen in monte, quum iussionis suae uerba adidit, ignem, rubumque sociauit, atque aliud superius, aliud inferius iunxit. Quod tamen tunc solum agitur, quum ex ipsa aliquo conuentione signatur. Nam per succensum rubum Moysen alloquens, quid aliud ostenditur, nisi quod eius populi ductor fieret, qui & legis flammam perciperet, & tamen peccati spinam nequaquam uitaret, uel quod ex illo populo exiret, qui in igne delatatis carnis nostrae dolores, quasi rubi spinas, susciperet, & incolumitatem humanitatis nostrae substantiam, etiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret. Nonnunquam uero humanis cordibus etiam per Angelos Deus secreta eorum praesentia uirtutem suae aspirationis infundit. Vnde & Zacharias ait: Et dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me. Dum ad se quidem, sed in se tamen loqui Angelum dicit, liquidum ostendit, quod is, qui ad ipsum uerba faceret, per corpoream speciem extra non esset. Vnde & paulopost subdidit: Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur. Saepem enim non exterius apparent, sed sicut sunt Angelici spiritus, uoluntatem Dei prophetarum mentibus innotescunt, atque eos ita ad sublimia subleuant, & quaeque in rebus futura sunt, in causis originalibus praesentia demonstrant. Humanum namque cor ipso carnis corruptibilis pondere grauatum, hanc ipsam corpulentiam suam quasi obicem sustinens, interna non penetrat, & graue exterius facit, quia leuantem manum interius non habet. Vnde fit (sicut dictum est) ut prophetarum sensibus ipsa, ut est subtilitas Angelicae uirtutis appareat, eorumque mens, quo subtili spiritu tangitur, leuetur, & non iam pigra, torpensque in imis iaceat, sed repleta intimis afflatibus, ad superna conscendat, atque inde quasi de quodam rerum uertice, quae infra se uentura sunt, uideat. Sed ne quis in praedictis Zachariae uerbis Angeli designatum nomine uel patrem, uel filium, uel spiritum sanctum putet, si textum scripturae sacrae considerat, quod sentit uelociter emendat, quae nunquam patrem, nunquam spiritum sanctum, & non nisi per incarnationis suae praedicationem filium Angelum uocat. Vnde & eiusdem Zachariae uerbis aperte ostenditur, quod in illo uere Angelus, id est, creatura loqueretur, quum diceretur, Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur. Statimque subiungitur, Et alius Angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. Non est itaque Deus Angelus qui mittitur, cui uerba ab Angelo, quae dicere debeat, iubentur. Sed quia in conspectu conditoris Angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, ut & pro communi felicitate beatitudinis opificem suum simul uidentes gaudeant, & tamen pro dispositione dignitatis alij alijs subministrant, ad prophetam Angelum Angelus mittit, & quem secum de Deo gaudere communiter conspiciat, & docet, & dirigit, quia eum & per superiorem scientia uirtute cognitionis, & per praestantiorum gratiam culmine potestatis excedit. Haec igitur dicta sunt, ut quibus modis loquatur Deus hominibus, demonstraretur. Quum uero beato Iob respondisset dominus de turbine dicitur, utrum per semetipsum, an ei per Angelum sit locutus, ambigitur. Potuerunt quippe per Angelum commotiones aeris fieri, & haec ei quae subiuncta sunt per eum uerba mandari. Rursumque potuit & exterius Angelus in turbine aerem excutere, & tamen interius per semetipsum dominus uim suae sententiae cordi eius sine uerbis insonare, ut credatur, quod dicta dominica, quae sequuntur, ipse iam per uerba protulit, qui repletus Deo, haec sine uerbis audiuit.

Lucerna quid mystice significet.

Cap. LV.

Iob 29. d.

Lucerna, lumen
sacrae scripturae.

2. Pet. 1. d.

Psal. 118. o.

Psal. 22. b.

Caput, mens.

Oleum, charitas.

Iob 31. c.

Lib. Moral. 22. ca. 6.

Matth. 5. b.

Luc. 12. c.

Sol, opus bonum.

Lucerna quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro Moral. 19. cap. 9. exponens illud Iob, Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris: Lucernae (inquit) nomine, lumen signatur sacrae scripturae, de qua ipse Ecclesiae pastor dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernae lucet in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Et Psalmista ait: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Quia autem principale nostrum mens est, appellatione capit mens uocatur. Vnde per Psalmistam dicitur: Impinguasti in oleo caput meum. Ac si aperte dicitur: Charitatis pinguedine replesti mentem meam. Nunc ergo lucerna super caput Ecclesiae splendet, quia sacra eloquia tenebras nostrae mentis irradiant, ut in hoc caliginoso uitae praesentis loco, dum uerborum Dei lucem percipimus, quae sunt agenda, uideamus. Nunc ad lumen in tenebris ambulat, quoniam sancta uniuersalis Ecclesia & si alienae occulta cogitationis non penetrat, quia quasi faciem non cognoscit in nocte, tamen ponit gressus boni operis directa lumine supernae locutionis, Et exponens illud Iob, Si uidi solem, quum fulgeret: Sol (inquit) in fulgore, est bonum opus in manifestatione. Scriptum namque est: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideat opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Et rursum: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus uestris. Quod enim hoc in loco fulgete sole, id in Euangeli-

lio lucer

lio lucernis ardentibus designatur. Bonum quippe opus, quum in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte: quum uero in Ecclesia resplendet, sol fulget in die. Bonum opus, si adhuc tale est, quod soli mali mirantur, lucerna uidelicet in nocte est: si autem ita proficit, ut mirari a bonis, ac perfectioribus possit, nimirum sol est in die. Bonum opus, quum per actiuam uitam in corporibus lucet, quasi lucernae more, lumen ex testa resplendet. Quum uero per solam uirtutem mentis in contemplatione attollitur, quasi more solis de caelo ueniens, lux uidetur. Quia igitur multa beatus Iob hospitalitatis, ac misericordiae de se bona narrauerat, quae profecto tanto adhuc minima, quanto & corporaliter nouerat gesta, ad uirtutum spiritualium culmen mentis oculum reuocans, perfectionis suae meminit, & lucem exemplorum, quam de se alijs tribuit, solem uocauit. Sunt uero nonnulli, qui quum bona aliqua faciunt, iniquitatum suarum protinus obliuiscuntur, & cordis oculum in consideratione bonorum operum, quae exhibent, figunt, atque eum se iam sanctos existimant, quod inter bona, quae agunt, malorum suorum, in quibus & fortasse adhuc implicati sunt, memoriam declinant. Qui scilicet si distractionem iudicis uigilanter attenderent, plus de malis suis metuerent, quam de imperfectis bonis exultarent, plus inspicerent, quod de his, quae adhuc eis agenda sunt, debitores tenentur, quam quod operantes quaedam, iam debiti partem soluunt. Neque enim absolutus est debitor, qui multa reddit, sed qui omnia: nec ad brauium uictoriae peruenit, qui in magna parte spectaculi uelociter currit, si iuxta metas ueniens, in hoc, quod est reliquum, desinit. Nec ad quaelibet destinata loca pergentibus inchoando prodesse longum iter carpere, si non etiam totum ualere consummare. Qui ergo aeternam uitam quaerimus, quid aliud, quam quaedam itinera agimus, per quae ad patriam festinamus? Sed quid prodest, quod carpimus multa, si ea quae ad perueniendum restant, negligimus reliqua? More itaque uiatorum nequaquam debemus aspiciere quantum iam iter egimus, sed quantum superest, ut pergamus, ut paulisper fiat praeteritum, quod indefinenter, & timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere, quae bona necdum fecimus, quam ea, quae iam nos fecisse gaudemus. Habent itaque proprium sancti uiri, ut bona quidem, quae agunt, uideant, & tamen, quum peregerint, ab eorum memoria oculos auertant. Vnde recte per beatum Iob dicitur: Si uidi solem, quum fulgeret. Ac si aperte diceret: Opus meum etiam cum alijs exemplorum lucem tribueret, ad praesumptionis gratiam non attendit, quia dum de eo extolli timuit, ab intuendo eo oculos auertit. Et libro Moral. 14. cap. quarto, exponens illud Iob, Et lucerna, quae super eum est, extinguetur: Vt enim (inquit) de usu multorum loquar, lucerna lumen in testa est, lumen uero in testa, est gaudium in carne. Lucerna ergo, quae super eum est, extinguitur, quia, quum malorum suorum retributio impium sequitur, in eius mente gaudium carnale dissipatur. Bene autem de lucerna hac non dicitur, quae apud eum est, sed quae super eum est, quia iniquorum mentem terrena gaudia possident, sicque eam in uoluptatibus absorbent, ut super ipsam sint, non apud ipsam. Iusti autem, etiam quum prosperitatem uitae praesentis habent, eam sub semetipsis premere nouerunt, ut hoc quod apud se in bonis hilarescent, grauitatis consilio transieant, & uirtutis regimine excedant. Lucerna ergo impij, quae super eum est, extinguitur, quia ciuitas eius gaudium deficit, quod eum totum in hac uita possedit. Et libro Moralium 15. cap. 21. exponens illud Iob, Quoties lucerna eorum extinguetur: Saepem (inquit) impius lucernam suam, filiorum uitam aestimat, sed quum filius, qui nimis amat, subtrahitur, lucerna impij, quae uidebatur, extincta est. Saepem impius praesentis honoris gloriam lucernam putat, sed dum, sublata dignitate, desinitur, lucerna extincta est, quae ei iuxta desiderium lucebat. Saepem impius opes terrenae substantiae adesse sibi, quasi magnam luminis lucernam, putat, sed quum irruente dano, diuitias, quas plus se amabat, perdiderit, quid iste aliud, quam lucernam, in cuius lumine gaudebat, amisit? Qui ergo gaudere de aeternis non appetit, neque hic, ubi solidari uult, potest continue laetari. Et libro 30. c. 34. exponens illud, Euangelicum Neque accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum: In modio (inquit) commodum temporale, in lucerna autem lux praedicationis accipitur. Lucernam ergo sub modio ponere, est propter temporale commodum gratiam praedicationis abscondere, quod nemo utique electorum facit. Et bene illic additur, Super candelabrum. In candelabro enim status corporis designatur, cui lucerna superponitur, dum eidem corpori cura praedicationis antefertur. Et homilia decimatercia in Euangelia, exponens illud Euangelicum, Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus uestris: Lumbos (inquit) praecingimus, quum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia minus est, mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare, protinus additur: Et lucernae ardentes in manibus uestris. Lucernae quippe ardentes in manibus tenemus, quum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus, dominus dicit: Luceat lux uestra coram hominibus &c. Duo autem sunt quae iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere, ut & mundicia sit castitatis in corpore, & lumen ueritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is, qui bona agit, adhuc luxuriae ingnameta non deserit, aut is, qui castitate praeminet, necdum

Iob 18. b.

Lucerna, carnale
gaudium.

Iob 21. b.

Lucerna, filiorum
uita, praesens
gloria, opes
terrenae.

Matth. 5. b.

Modium, commodum
temporale.Lucerna, lux
praedicationis.Candelabrum, corporis
status.

Luc. 12. c.

Lumbi, carnis luxuria.

Lucerna, lucis
exemplum.

Matth. 5. b.

Iom. 5. f.

Prouerb. 13. b.
Lux, spes futu-
rorum.Lucerna, sectu-
li felicitas.

Prouerb. 20. d.

Lucerna, spira-
culum hominis,
diuini afflatus,
gratia Dei.

Venter, mens.

Hier. 4. e.

Prouerb. 31. c.

Luc. 9. b.

Lucerna, praer-
cordia.

Nox, quies.

Lucerna, supna
contemplatio.Lucerna, man-
datu, peccatu.

Prouerb. 6. c.

Prouerb. 21. d.

necdū se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec opus bonū est aliquid sine castitate. Et homi. 11. super Ezechielē, exponēs illud Euangelicū, quod de Ioāne dicitur, Ille erat lucerna ardēs, & lucēs: Ardens (inquit) per cōleste desideriu: lucens, per uerbum. Et diuus Hieronymus exponēs illud Prouerbiorum, Lux iustorum laetificat, lucerna autem impiorum, quae repente extinguitur: Lux (inquit) iustorum quae perpetuō laetificat, spes est futurorū. Lucerna impiorum, quae repente extinguitur, felicitas est saeculi labentis. Et exponens illud Prouerbiorum, Lucerna domini spiraculum hominis, quae inuestigat omnia secreta uentris: Diuini (inquit) afflatus illuminatio, quum in mentem hominis uenerit, eam sibi metipsi illuminans, ostendit, quae ante spiritus sancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat, & pensare nesciebat. Et Gregorius libro Moral. 12. cap. 28. Lucerna domini spiraculum &c. Lux (inquit) gratiae, quae desuper uenit, spiraculum homini praestat ad uitam. Quae uidelicet lux omnia secreta uentris inuestigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, ut ea quae de ipsa latebant animam, ante eius oculos fienda reducat. Hinc Hieremias ait, Ventrem meum doleo, uentrem meum doleo. Qui ut uentrem suum, quid dixisset, ostenderet, adiunxit: Sensus cordis mei turbati sunt. Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerbiorum, Gustauit, & uidit quia bona est negociatio eius, nō extinguitur in nocte lucerna eius: Gustauit (inquit) Ecclesia sancta, gustauit quaeq; anima perfecta, id est, intimo mentis desiderio cognouit, quia bona est negociatio uitae immarcescibilis, qua relictis illecebris temporalibus, aeternam mercedem in caelis. Gustauit autem, id est, aperte didicit, quia bonum est per instantiam praedicandi quoscunq; ualet ad uiam ueritatis adducere, atq; ideo nullis tribulationū tenebris, nec ipsa morte potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum namq; lucerna nocte extinguitur, quāuis in die uideatur ardere, qui sicut dominus ait: Ad tempus credūt, & in tempore tentationis recedunt. Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui ueniente iudice, oleū charitatis in uasis praecordiorum suorum non habuisse probantur, dum per dīto falsarum rumore uirtutum, uera tenebrosorum luunt tormenta factorum. Quod si noctem hoc loco pro quiete uolumus accipere, iuxta hoc, quod supra dicitur: Et de nocte surrexit, id est, ad operandum se post quietem praeparauit, apte dicitur, quod lucerna sanctae Ecclesiae non extinguitur in nocte, quia & quum a negotio quiescit actionis, uacat liberius luci supernae contemplationis. Quumq; a publicis cessat operibus, curat se ardentius, uel auditui sanctae lectionis, uel laudibus mācipare diuinis, iuxta exemplum uidelicet mulieris industriae, quae non solum interdū necessarijs solet instare laboribus, sed & nocte saepius accēso lumine lucernae, parilem rei familiaris agere curam. Quid etiam sit lucerna, scribitur in Prouerbis, Quia mādatum lucerna est, & lex lux. Et rursus: Lucerna impiorū, peccatū,

De eadem Lucerna.

Cap. LVI.

Psal. 17. d.

Augustinus.

Cassiodorus.

Iom. 5. f.

Lucerna, Ioan-
nes baptista,
apostoli.

Matth. 5. b.

Tenebrae, i car-
nis obscuritate
uersantes, pec-
cata.Lucerna, illumi-
nationis uerbū.

Psal. 117. d.

Ezec. 39. g.

Psal. 118. o.

Iom. 1. a.

Iom. 5. f.

Iom. 1. a.

DE eadem quoq; lucerna scriptum est, Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Quoniam (inquit Augustinus) nō est lumen nostrum ex nobis, sed tu illuminabis lucernā meam, domine Deus meus illumina tenebras meas. Nos enim peccatis nostris tenebrae sumus, sed Deus meus illuminabit tenebras meas. Et Cassiodorus: Loquitur adhuc sicut Ecclesia, siue populus ille beatorum mirabili decore uerborum. Lucerna enim Ecclesiae baptista Ioannes est, de quo dominus in Euangelio dicit: Ille erat lucerna ardens, & uos uoluistis exultare in lumine eius. Idem ipse ait: Nemo accēdit lucernā, & ponit eam sub modio. Sensus ergo talis est: Patri domino dixit, quoniam tu lucernam meam illuminas, id est, Ioannem baptistam, & cōteros Apostolos, uel eos, qui cōlesti lumine radiare noscuntur. Illumina tenebras meas, id est, per eos reliqua membra credentium, quae adhuc in carnis obscuritate uersantur. Lucerna enim, noctis est lumen, quae meritō delinquentibus datur, ut per uerbum illuminationis fugiant tenebrosa peccata. Quapropter memento quod hic dicitur, illuminare patrem. Illuminat & filius, sicut in alio Psalmo legitur: Deus dominus, & illuxit nobis. Illuminat etiam spiritus sanctus, sicut propheta dicit: Non abscondam ultra faciem meam ab eis, pro eo quod illuxit spiritus meus super uniuersam domū Israël. Quis ergo ita nubilo corde obscurus est, ut sanctae trinitatis unam naturam, unam coaeternitatem, unam non intelligat esse potentiam? Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistae, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis: Quod est (inquit) lucerna, hoc repetitum est lumen, quod pedibus meis, hoc semitis meis. Quid est ergo uerbū tuum? Nunquid nam illud, quod in principio erat Deus apud Deum, uerbum scilicet, per quod facta sunt omnia? Non est ita. Nam illud uerbum lumen est, sed lucerna non est. Lucerna quippe creatura est, non creator, quae participatione incommutabilis lucis accenditur, hoc erat Ioannes, de quo dicit uerbum Deus: Ille erat lucerna ardens, & lucens, Sed lumen est, & lucerna, & tamen in comparatione uerbi, de quo dictum est: Deus erat uerbum, non erat ille lumen, sed missus est, ut testimonium perhiberet de lumine. Erat enim lumen uerum, non quod illuminatur ut homo, sed quod illuminat omnem hominem.

Nisi autem

Nisi autem & lucerna, & lumen effet, nō diceret Apostolis: Vos estis lumen mundi. Quo audito, ne id se putarent esse quod ille, qui hoc dixerat (nam & de seipso quodam loco dixit, Ego sum lux mundi) ait ille de illis: Non potest ciuitas abscondi supra montem cōstituta, neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut sciret se tanquam lucernas de illo lumine, quod immutabiliter lucet, accensas. Nulla quippe creatura, quamuis rationalis, & intellectualis, à seipsa illuminatur, sed participatione sempiternae ueritatis accēditur, etiam si aliquando dies uocatur, non dies dominus, sed quem fecit dominus. Et ideo adhu c subdidit, Accedite ad eū, & illuminamini. Propter quam participationem, in quantum homo est, ipse mediator lucerna in Apocalypsi nuncupatur. Lucerna (inquit) eius est agnus. Sed singularis est ista susceptio. De nullo enim sanctorum dici diuinitus potuit, aut dici ullo modo fas est: Verbum caro factum est, nisi de uno mediatore Dei, & hominū. Quū igitur lumē dicatur unigenitū uerbū æquale gignēti, lumē dicat, & homo ab illo uerbo illuminatus, qui dicitur & lucerna, sicut Ioannes, sicut Apostoli, nec ullus eorū homo sit uerbū, & illud uerbū à quo illuminati sunt, lucerna nō sit, quid est hoc uerbū, quod ita lumē dicitur, ut lucerna sit (Ait enim: Lucerna pedibus meis &c.) nisi uerbū intelligamus, quod factū est ad prophetas, uel quod praedicatū est per Apostolos, nō uerbū Christū, sed uerbū Christi? De quo scriptum est: Fides ex auditu, auditus autē per uerbū Christi. Nā & uerbū propheticū lucernae comparans Apostolus Petrus: Habemus (inquit) certiorē propheticū sermonē, cui benefactis intendētes, uelut lucernae lucenti in obscuro loco. Quod itaq; hic ait: Lucerna pedibus meis &c. uerbū est, quod scripturis sanctis omnibus cōtinetur. Et Cassiodorus eadē uerba enarrans, hoc pacto scribit: Post tertiamdecimam literam ad quartamdecimā cohors beata peruenit, in qua pedibus suis dominici uerbi lumen radiare congaudet, animam suam humilima satisfactione commendans, expetens retributiones domini praemiorum desiderio, nō terrore uindictae. Sciens ergo huius saeculi noctem diuersis offensionibus irretitam, ut alibi laqueos, alibi scopulos, alibi cōtineat profundissimas uastitates, pedibus suis uerbum domini lucere testatur, ne absentia ueri luminis incidat in ruinā, quam per suam prouidentia uitare nō poterat. Sed hoc uerbum, illud debet intelligi, quod per scripturas sanctas prophetarum ore seminatum est. Quod bene appellauit lucernā, quae humanis uisibus data est ad debellandae noctis profundissimam caecitatem, sicut Petrus Apostolus dicit: Habemus firmiorem propheticum sermonem &c. Sic & ipse dominus Apostolis dicit: Sint lumbi uestri praecincti &c. Bene autem addidit ardentem, propter uirgines fatuas, quibus, quum oleum defecit, aduentum sponsi nō potuerunt praestolari. Verbum autem illud cōsubstantiale patri à natura deitatis suae lucerna dici nō potest, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mūdum, sicut & ipse de se ait: Ego sum lux mūdi. Nam ista discretio & in Euangelio facta est, ubi de Ioanne dictum est: Ille erat lucerna &c. Et iterum: Nō enim erat ille lux, sed utiq; missus est, ut testimonium perhiberet de lumine: Et lumē (inquit) semitis meis. In eadem trāslatione permāsit, ut uerbum domini, id est, dicta prophetarum lumē dicat suis semitis praestitisse. Per ipsas siquidem, dum ad uitae bonae cursum instruimur, clarificati corde, directis gressibus, ambulamus. Et diuus Augustinus sermone octauo de uerbis domini: Tu illuminabis (inquit) lucernā meam domine, lumine tuo domine illuminabis tenebras meas: Meae enim nihil, nisi tenebrae, tu autem lumen fugans tenebras, illuminans me, nō mihi lumen existens, sed lumen nō participans nisi in te. Sic Ioannes, & amicus sponsi Christus putabatur, lumen putabatur. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen, erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem. Si uerum lumen, ergo & Ioannem rectē dicentem, rectē confitentem, Nos autem de plenitudine eius omnes accepimus. Vide si aliud dixit quā, Tu illuminabis lucernam meam domine. Denique iam illuminatur, testimonium perhibebat. Propter caecos, lucerna dici testimoniū perhibebat. Vide quia lucerna est: Vos (inquit) misistis ad Ioannem, & uoluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardēs, & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accēsa ut luceret. Quae accēdi potest, potest extingui. Sed ut nō extinguitur, uentū supbiae nō patitur. Et tractatu 23. expositionis in Ioannem: Nullum (inquit) ne testimonium perhibuit Ioannes? Perhibuit planē, sed tanquam lucerna, non ad fatiandum amicos, sed ad confundendos inimicos. Iam enim antea praedictum erat à persona patris: Parauit lucernam Christo meo. Inimicos eius indui cōfusione, super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea. Esto tanquam in nocte positus. Attendisti in lucernam, & miratus es lucernam, & exultasti ad lumen lucernae. Sed illa lucerna dicit esse solem, in quo exultare debeas, & quamuis ardeat in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonium non erat opus. Nam ut quid mitteretur, si non erat opus? Sed ne in lucerna remaneat homo, & lumen lucernae sufficere sibi arbitretur, ideo dominus nec lucernam illam superfluum dicit fuisse, nec tamen te dicit in lucerna debere remanere. Et infra: Rursus eosdem ipse conuincit, tanquam de alia lucerna, Omnes enim homines lucernae, quia accēdi possunt, & extingui. Et lucernae quidem,

Matth. 5. b.

Iom. 5. b.

Matth. 5. b.

Psal. 33. a.

Lucerna dicitur
Christus,
quatenus homo
est.

Apoc. 21. g.

Iom. 1. b.

Rom. 10. c.

2. Pet. 1. d.

Psal. 118. o.

Cassiodorus.

2. Pet. 1. d.

Luc. 12. e.

Iom. 1. a.

Iom. 8. b.

Iom. 5. f.

Iom. 1. a.

Augustinus.

Psal. 17. d.

Iom. 1. a.

Iom. 1. b.

Iom. 5. f.

Psal. 131. c.

Lucernae, homi-
nes.

quidem, quum sapiunt, lucent, & spiritu feruent. Nam & si ardebant, & extinctæ sunt, etiam putent. Peranserunt enim serui Dei lucernæ bonæ, ex oleo misericordiæ illius, non ex uiribus suis. Gratia quippe Dei gratuita, illa oleum lucernarum est. Plus enim illis omnibus laboraui, ait quædam lucerna. Et ne uiribus suis ardere uideretur, adiūxit: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Omnis ergo prophetia ante domini aduentum, lucerna est. De qua dicit Petrus Apostolus: Habentes certiore prophetiam sermonem, cui benefacitis intendentes, quemadmodum lucernæ lucenti in obscuro loco &c. Lucernæ itaq; prophetæ, & omnis prophetia una magna lucerna. Quid Apostoli? Num lucernæ etiā ipsi? Planè lucernæ. Solus enim ille nō lucerna. Non enim accenditur, & extinguitur, quia sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit filio uitam habere in semetipso. Lucernæ ergo & Apostoli, & gratias agūt, quia & accensæ lumine ueritatis sunt, & feruent spiritu charitatis, & suppetit illis oleum gratiæ Dei. Si non essent lucernæ, non diceret illis dominus: Vos estis lumen mundi. Et ne sibi aliquid tributum putarent, quod de solo Christo intelligendum esset, & ita lucernæ uento superbix extinguerentur, continuo subiūxit: Nō potest ciuitas abscondi supra montem constituta, neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Audi quia eos non solum accensores lucernæ, sed & lucernam dixit: Sic luceat (inquit) lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes bona opera uestra, glorificent non uos, sed patrem uestrum, qui in cœlis est.

De eadem lucerna.

Cap. LVII.

Ambrosius. **D**iuus autem Ambrosius sermone 14. in Psalmum 118. exponens illud Dauidicum, Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. hoc pacto scribit: Pascitur os nostrum uerbo, quum loquimur mandata Dei uerbi. Pascitur & oculus noster interior lucernæ spiritualis lumine, quæ nobis in hac mundi nocte præluceat, ne sicut in tenebris ambulantes, incertis titubemus uestigijs, & uiam ueram inuenire nequeamus. Intelligibilis enim pedū gressus, intelligibilis & lucerna, quia uerbum Dei lucerna est. Nōne hoc in principio erat uerbum apud Deū? Quomodo ergo lucerna est? Nōne hoc erat uerbum lumē, quod illuminat omnē hominē ueniētē in hūc mundū? Quomodo ergo lucerna dicitur? Esaias clamat, Populus qui se debat in tenebris, uidit lucē magnā. Quomodo hūc dicitur lucerna? Sed uideamus ne fortē idē uerbum Dei alijs magna lux sit, alijs lucerna. Mihi lucerna, Angelis lux est. Petro lux erat, quādo assistit ei Angelus in carcere, & lumen refulsit ei. Paulo lux erat, quādo eūtem ad persequendū populū Christianum circūfulsit eū lux de cœlo, & audiuit dicentē sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Et magna quidem lux. Deniq; lucernæ Pauli lumen euauit, ubi diuinæ splendor lucis emicuit. Et uerū lucerna est mihi Christus, quādo is nostro ore recēditur. Luceat in limo, fulget in uase fictili thesaurus ille, quem habemus in uasis fictilibus. Lumen lucernæ est, mitte oleum, ne deficiat tibi lumen lucernæ. Et oleum nō oleæ terrestris, sed illud oleum misericordiæ cœlestis gratiæ, quo ungebantur prophetæ. Oleum tuum, humilitas est, quo ceruicis nostræ dura mollescunt. Oleum tuum misericordiā tua est, quo etiam collisa scopulis peccatorum fouentur corpora. Hoc oleum uulnerato illi à latronibus descendenti ex Hierusalem, Euangelicus ille Samaritanus infudit, qui uidens eum misericordiā motus est, & alligauit uulnera eius, infundēs oleum, & uinum. Hoc oleum curat ægrotos. Misericordiā enim à peccato liberat. Hoc oleū lucent in tenebris, si opera nostra luceāt coram hominibus. Hoc oleum lucent in Ecclesiæ solennitatibus. Deniq; quibus oleum nō defuit, nec lumen fidei defecit, sed cum lampadibus in locum nuptiarum introire meruerunt. Quæ autem in uasis suis oleum nō tulerunt, hoc est, nō habuerunt fidem, non prudentiam, nō misericordiam, animæ in hoc cōstitutæ corpore, merito infidelitatis exclusæ sunt. Ideo & tu habeto semper lucernā ardentē, uel lucentē facē. Si em̄ neq; lucerna, neq; lampas tua luceat, stulta uirgo diceris, nec introibis in thalamū spōsi tui superioris, sed remanebis in tenebris cæcitatis, quasi qui oderis lucē, ne opera tua flagitiosa prodātur. Omnis em̄ qui malē agit, odit lucem. Habeto fidē, habeto prudentiā, ut semper habeas in uasis tuis oleū misericordiæ, deuotionis gratiā, quia prudentes acceperūt oleū in uasis suis cū lampadibus suis. Vngite o homines lampades uestras, quæ ieiunatis, ungit caput uestrū. Infundamus mētibus nostris oleū, ut corpus nostrū lucidum sit. Luceat tibi semper lucerna uerbi Dei, luceat & lucerna corporis tui oculus tuus. Conscientia tua lucent bene in hoc corpore lucernæ lux est, ipsa est oculus tuus. Si purus oculus tuus, si conscientia tua mūda sit, mūda est caro tua. Si autē in te est tenebrosa conscientia tua, etiā corpus tuū conscientia tuæ nocte tenebrosus erit. Lucernæ ergo & nos sumus toto operi corpore, uix aliqd exigū habentes unde lucere possimus. Deniq; & Ioānes lucerna erat, sicut dixit dominus de eo: Ille erat lucerna ardēs, & illuminās. Bona lucerna, quæ lumē accipiebat à Christo, ut lucere posset in hoc sæculo, Merito ardēs, merito illuminās, qui erat nūcius Christi, illuminās prædicatione fidei pectora singulorum. Sed & istis lucernis dedit, ut lux mūdi essent, dicēs ad Apostolos: Vos estis lux mundi. Ergo si gloria sanctorum nūc sicut lucerna, nūc sicut lux mundi fulget in hoc sæculo, quid dicimus de

mus de uerbo Dei quod & lucerna est pedibus meis? Et fortasse ubi non sunt tenebræ, non est lucerna uerbum Dei, sed supra lucernam, quia lux est. Tenebræ his nō sunt qui uident lucem. Deniq; tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Et fortasse secundū legem lucerna est uerbum Dei, secundum Euangelium, lux magna est, Iudæis lucerna est. & lucerna sub modio. Luceat lux, sed non uidetur, quia opera eorum doctrina est. & cogitatione uitiorum, & cæcitate perfidiæ, populo autem nationum, lux est. Deniq; populo qui sedebat in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Aperi igitur fenestras tuas, ut splendor tibi magnæ lucis introeat. Paratū fac candelabū tuum, ut lux tua non operiatur integumento corporis tui, & mēsurā terrenæ huius fragilitatis, sed supra mensuram corporeæ infirmitatis animæ tuæ uirtute præfulgeas. Aut si ad mensuram teneris, uide ne superefficiant ipsæ mensuræ, ne supereffluant, sed bonis seminibus sint contentæ. Non sit otiosus sermo tuus, non ferietur, & uacet uerbum tuum, ne fiat lucerna sub modio. Potens est Deus qui supra candelabrum constituat lucernam tuam, ut luceat omnibus, qui in domo sunt, & qui ingrediuntur, ut lumen uideāt. Candelabrum, principale nostrum est. Pone sermonem in principali tuo, & omnibus luceat, qui ingrediuntur in Ecclesiam. Accipe & aliud candelabrum. Considera os tuum, considera & sermonem tuum. Nōne os tuum candelabrum est, & uerbum tuum lucerna est, quum de ore tuo profertur? Hæc lucerna semper tibi luceat, hoc est, uerbum tuū luceat, & nunquam extinguatur. Quæris, ut doceam quomodo non possit extinguī? Scriptum est: Lumen iusti semper inextinguibile est, lumen autem impiorum extinguetur. Hoc lumen erat lucernæ, quæ lucebat in tabernaculo testimonij, & hodie, quæ luceat in Ecclesia. uir sapiens. Hic est oculus Ecclesiæ, qui non dicit manibus, hoc est, operantibus (quū sit quidem angustiss operatus, sed nō angustus ad intelligendum), Non estis mihi necessarij. Ergo super candelabrum lucebat, qui dicebat: Nostra autē conuersatio in cœlis est. Nam & Dauid tota mente iam conuersabatur in cœlo, & adhuc tamen dicebat, Lucerna pedibus meis uerbum tuū. Aut fortasse quasi bonus magister mihi prædicare cupiebat, ut lumen sequi discerem, & illius pedibus ambularem. Ostendit ergo mihi lucernam, hanc sequar in istius ignorantia operimento, in istius corporis tenebris constitutus, ut Christum sequens, nullū lapidem offensionis incurram. Errabat Petrus in tenebris ignorantia, negabat Christum esse moriturum, & resurrecturum esse pro nobis. Conuersus ad eum dominus, ait: Vade retro post me. Ostendit illi lucernam, quam deberet sequi. Post me, dicens. Secutus uerbum Dei, confirmatus est, postea cœpit inhærere Christo, timens ne iterum aliquo laberetur errore. Nōne & ipse qui dicebat, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, ad hanc lucernam festinauit, quum diceret in mari: Domine, iube me uenire ad te super aquam? Sed quia non sequebatur lucernā, motus est, atq; titubauit naturæ uehementioris mole turbatus. Sequamur ergo lucernā hanc sicut lucernam, & sicut in nocte ambulemus ad lumen. Multa foueā, multi scopuli in istius sæculi caligine non uidentur. Præfer tibi lucernam, quam propheta monstrauit. uide quò debeas transferre uestigiū, contere ubi pedem ponere mentis internæ, per singulos cura sit gressus, nulli credas tuū, nisi præeunte lucernæ istius luce processum, & ubi putas, quòd luceat, ibi gurges est, uideat lucere, sed polluit, & ubi putas solidum esse, uel siccum, ibi lubricum est. Sed & si lucerna tibi longius sit, sit ergo fides tibi itineris tui præuia, sit tibi iter scriptura diuina. Bonus est cœlestis ductus eloquij. Ex hac lucerna accende & tu lucernam, ut luceat interior oculus tuus, qui lucerna est tui corporis. Multas habens lucernas, accende omnes, quia dictum est tibi: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes. Quia multæ sunt tenebræ, multæ sunt lucernæ necessariæ, ut meritorum nostrorū in tantis tenebris lumen eluceat. Istas lucernas lex significauit semper lucere debere in tabernaculo testimonij, non illas, quas Iudæi accēdunt quotidie. Illæ sub umbra lucent, & extinguitur quotidie, quia quod faciunt non uident, quod legunt nesciunt, accipientes secundum literam, quod præcipitur secundum spiritum. Tabernaculum enim testimonij corpus hoc nostrum est, in quo Christus aduenit, per amplius, & perfectius tabernaculum, sicut scriptum est, ut per sanguinem suum intraret in sancta, & cōscientiam nostram ab omni opere mortuorum, & labe mundaret, quo in corporibus nostris, quæ suorū testimonio, & qualitate factorū, cogitationū nostrarū abscondita, & occulta reseratur, lucernarū modo luceat, nostrarū lux clara uirtutū. Istæ sunt lucernæ ardentes, quæ die, ac nocte in tēplo Dei lucēt. Si templū Dei in corpore tuo seruas, si mēbra tua, mēbra sunt Christi, lucēt uirtutes tuæ, quas nullus extinguit, nisi eas tuū crimen extinxerit. Hoc lumine castæ mentes, & piæ deuotionis solēnitates nostræ festa resplēdeant. Luceat ergo semper lucerna tua. Arguit Christus etiā eos, quæ utitur lucerna si nō semper utatur, dicēs: Sint lumbi uestri &c. Nō ad horā exultemus in lumine. Ad horā exultat, qui audit uerbum in Ecclesia, & gaudet, egressus autē obliuiscit quod audiuit, & negligit. Ille est qui sine lucerna in domo sua ambulat, ideoq; in tenebris ambulat, quia opera tenebrarū facit, in comestationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicijs, in contentationibus, & æmulationibus, indutus uestimēta diaboli, nō Christi. Hæc fiūt, quādo uerbi lucerna nō luceat. Nūquam ergo negligamus uerbum domini, ex quo nobis omnium origo uirtutum est, uniuersorumq;

forumq; operum quidam processus. Si membra corporis nostri sine luce operari rectè non queunt (nam pedes uacillant sine lumine, & manus errant) quantomagis ad uerbi lumen dirigenda sunt animæ nostræ uestigia, atq; mentis incessus? Sunt & manus animæ, quæ bene tangunt, ut testigit Thomas dominicæ resurrectionis indicia, si uerbi præsentis nobis lumen luceat. Hæc lucerna acensa sit in omni uerbo, in omni opere. Ad hanc lucernam gressus noster forensis, internusq; moueatur. Sed iam progrediamur ad cœtera: Et fiat pedibus meis lucerna uerbū Dei, & semitis meis lux. Pedibus lucerna satis ad ambulandum, semitis nō est satis ad illuminandum, idem uerbū tamen & lucerna pedibus est, & semitis lux est, quia idem unigenitus Dei filius & delinquentibus aduocatus, & remunerator est fortibus, peccatorum remissor, præmiorū largitor. Itaq; cui lucerna fuerit uerbum Dei, huic quocūq; pergit, lucent semitæ, sicut lucebant sancto Dauid, & ideo quasi in lumine ambulans dicit, Iurauī, & statui custodire &c.

Quid lucifer mysticè significet.

Cap. LVIII.

Iob 39. g.
Gal. 4. a.
Lucifer, Christus.
Apoc. 22. d.
Stellam matutinam, Christus.
Vesper, Antichristus.
Iob 5. g.
2. Thess. 2. c.
Moraliter.
Lucifer, & uesper, est sermo diuinus.
2. Cor. 2. d.
Ibidem.
Iob 11. d.
Lucifer, iusti uita, siue innocentiā.
2. Cor. 4. a.

Quid lucifer mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Iob, Nūquid productis luciferum in tempore suo, & uesperum super filios terræ cōsurgere facis? Pater (inquit) in tempore suo luciferum produxit, quia scriptum est: Quum uenit plenitudo tēporis, misit Deus suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Qui natus ex uirgine, uelut lucifer inter tenebras nostræ noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, æternū nobis mane nunciāuit. Luciferū uerō se innotuit, quia diluculo ex morte surrexit, & fulgore sui luminis mortalitatis nostræ tetram caliginem pressit. Cui bene per Ioānem dicitur: Stella splendida, & matutina, Viuus quippe apparēs post mortem, matutina nobis stella factus est, quia dum in semet ipso exemplum nobis resurrectionis præbuit, quæ lux sequatur, indicauit. Vesperum uerō super terræ filios dominus cōsurgere facit, quia infidelibus Iudæorū cordibus dominari antichristum, eorum merito exigente, permittit. Qui idcirco à domino huic uesperī iustè subditur, quia ipsi spōte sua, filij terræ esse uoluerunt. Terrena quippe, & nō cœlestia requirentes, à perspicuā luciferi nostri claritate excæcati sunt, & dum præesse sibi uesperum expetūt, subsequētis dānationis æternæ morte mergūtur. Hinc enim in Euāgelio dominus dicit: Ego ueni in nomine patris mei, & nō accepistis me, alius ueniet in nomine suo, & ipsum recipietis. Hinc Paulus ait: Eō quod charitatē ueritatis nō receperūt ut salui fierēt, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credāt mendacium, ut iudicentur omnes qui nō crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati. Nequaquam ergo super eos uesper cōsurgeret, si cœli filij esse uoluissent. Sed dum uisibilia appetūt, amisso cordis lumine, sub noctis duce tenebescunt. Quod tamē, si moraliter discutimus, quomodo quotidie agatur, inuenimus, quia nimirum & electis lucifer oritur, & reprobis, Deo permittente, uesper dominatur. Vnus enim atq; idem sermo Dei est in ore prædicantis. Quem, dum isti gaudēdo, illi uero inuidendo audiūt, claritatē sibi luciferi in uesperī tenebras uertunt. Dum isti humiliter uocem sanctæ prædicationis accipiūt, quasi ad stellæ lucem oculos cordis aperiunt, dum uero illi bene dicēt inuident, & nō salutis causam, sed elationis gloriam quærūt, prorumpēte iniquitatis suæ uespere, in somnum mortis oculos claudūt. Per occultum ergo iudicium is qui electis est lucifer, reprobis auditoribus sit uesper, quia exhortatione sancta, qua boni ad uitam redeunt, prauī deterius in culpa moriūtur. Vnde bene per Paulū dicitur: Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui sunt, & in his qui pereunt, alijs quidē odor mortis in mortem, alijs autem odor uitæ in uitam. Verbum itaq; suum auditoribus esse luciferum simul & uesperum uidit, per quod & alios ab iniquitate suscitari, & contrā alios sopiri in iniquitate conspexit. Quod quia occultis Dei iudicijs agitur, quæ in hac uita ab hominibus cōprehendi nō possunt, rectè illic subdidit, Et ad hæc quis tam idoneus? Ac si diceret: Idonei quidē sumus ad hæc cōsideranda, quæ sūt, sed idonei nō sumus ad hæc inuestiganda, cur sūt. Et lib. Mor. 10. cap. 21. exponēs illud Iob, Et quū te cōsumptum putaueris, orieris ut lucifer: Rectè (inquit) lucifero iusti uita cōparatur. Solem quippe præcurrens lucifer nūciat. Et quid nobis sanctorū innocētia, nisi sequētis iudicis claritatē clamat? In eorū namq; admiratione cōspicimus, quid de maiestate ueri luminis æstimemus. Necdū redēptoris nostri potentia uidemus, sed tamē uirtutē in electorū suorū moribus admiramur. Quia igitur bonorū uita in cōsideratione sua oculis nostris uim ueritatis obijcit, clarus ad nos lucifer ante solem uenit. Iustus ergo, quū se cōsumptum putauerit, ut lucifer oritur, quia mox ut tenebescere tentationū caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in seipso monstrat diem iustitiæ, qui casurus paulo ante timuit noctem culpæ. Vt lucifer oritur, quia foris cadēs, intus innouatur, & quo magis exterius aduersa tolerat, eo uerius uirtutum lumine interius coruscat, Paulo attestante, qui ait: Sed licet is, qui foris est nocifer homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et notandum est, quod nequaquam, quum consumptus fueris, sed quum te consumptum putaris, dicit, quia & quod uidemus, in

demus, in dubietate est, & quod speramus, in certitudine. Vnde & idē Paulus nō se consumptum nouerat, sed putabat. Qui & in aduersa tribulationū corrūes, ut lucifer respēdebat, dicens: Quasi morientes, & ecce uiuimus, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes. Et Cyrillus libro secundo dialogorum de trinitate: Diuinæ (inquit) generationis modus omni mēte superior existimatur. Porro audiēdus est manifestè clamans Deus, ac pater ad uerbum, quod ex ipso secundum naturam natum est. Ex utero ante luciferum genui te. Etenim quod quasi germana natiuitate nobis ex ipsa substantia patris enatum esse filium bene ostenderet, rectè hoc dictum: Ex utero, quasi ab exemplo, sicut nos habemus, utilissimè assumptum est. Porro ante luciferi natiuitatem dixisse, significat forsitan, quod in obscuritate, & incōprehensibilitate & quasi in tenebris profundis generationis modus uocatus sit. Nam lucifero quidē ex orientalibus iam finibus oriente, & ad superna transcendente, tenues radij disperguntur in aere. & lux dubia, ac impotens cum prænunciante solis splendore simul ascendit. & noctis tenebræ abeunt, nondū autem, illa abeunte, nocturna præualent, quando & crassæ tenebræ offunduntur oculis æqualiter cæcis, ac uidentibus. Alioqui diceres ipse nobis, quid miraculum Deo dignū in eo quod natus est filius, etiam si intelligatur ante luciferum? Sed cur non potius dictum est natū esse ante solem, & lunam, imò cœlum, ac terram? Antiquiora enim hæc sunt astris, ac lucifero, atq; adeo ante cœlum, ac terram, & simpliciter ante omnem creaturam esse dicit filium, existimari ego paruū, & uile. Natus enim est ex patre, qui principio caret, modo generationis ineffabili, & inexcogitabili omnibus modis. Eapropter & ipse noster celebris Esaias inquit: Generationē eius quis enarrabit? Vitam autem, existentiam bene uocans, quam ab omni terra sublatam esse, hoc est, alleuari, & excedere omnem terrenum sensum, inaccessamq;, & inuestigabilē humanitatis mensuris. Et diuus Augustinus in enarratione Psalmi 102. citans illud Psalmi, In splendore sanctorum ex utero: In splendore (inquit) sanctorum, id est, ut illuminentur sancti, ut uideāt Deum in carne, & purgetur cor. unde uideatur in diuinitate, & ne fortè ex utero inde incipere putares esse Christum, Ante luciferū (inquit) genui te, ne putares Christum à tempore esse cœpisse, ex quo natus est, sicut cœpit Adā, sicut Abraham, sicut Dauid. Ante luciferum (inquit) genui te, ante omne quod illuminatur. Per luciferum enim, aut stellas omnes significat, & per stellas tēpora, quia fecit Deus stellas in signo temporum, ut ante tempora inuenias natum esse Christum, & utiq; qui natus est ante tempora. nō potest uideri natus ex tempore, quia & tempora creatura Dei sunt, & utiq; si omnia per ipsum facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt, aut certè ante omnes spiritus, qui illuminantur de sapientia dixit, Ante luciferum genui te. Quomodo ergo, quum dixisset, Ex utero, ueluti præcauit fidei nostræ, ne inde putarem cœpisse Christū, ex quo ex utero uirginis natus est. subiecit statim: Ante luciferum genui te: Sic & hic, quum dixisset: Parata est sedes tua Deus ex illo, id est, ex quodam tempore, ex die ante sabbatum, ex illa sexta ætate mundi, quando uenit dominus Christus, & in carne natus est. Et in enarratione Psalmi 109. Ex utero (inquit) ante luciferum genui te: Si Deus (inquit) filium habet, nunquid & uterum? Sed sicut carnis corpora non habet, quia nec sinum, dictum est tamen: Unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Qui est autem sinus, ipse est uterus, & sinus, & uterus, pro secreto positus est. Ex utero, id est, ex secreto, ex occulto, de meipso, de substantia mea. Accipiamus ergo patrem dicentem ad filium: Ex utero ante luciferum genui te. Lucifer pro syderibus positus est, tanquam à parte totū significante scriptura, & ex eminenti stella, omnia sydera. Sed ista sydera facta sunt, ut sint in signis, & temporibus, & diebus, & annis. Ante luciferum ergo, est ante sydera, & quod est ante sydera, est ante tempora. Si ergo ante tempora, ab æternitate, noli quærere quādo: æternitas nō habet quādo. Quādo, & aliquando ad uerba sunt temporū. De patre non est natus in tempore, per quæ facta sunt tēpora. Et diuus Ambrosius libro de fide 4. cap. 4. Didicimus (inquit) potestatis esse, quod nos filios Dei fecit, proprietatis autē generationes esse oracula diuina declarant. Dicit enim sapientia Dei: Ego ex ore altissimi produi, hoc est, non coacta, sed libera, nō potestati obnoxia, sed nata generationis arcano. priuilegio dominationis, & iure potestatis. Deniq; de eadem sapientia, hoc est, de domino Iesu, alibi pater dicit: Ex utero ante luciferū genui te. Quod utiq; ideo dixit, nō ut corporalem aluum declararet, sed ut proprietatem ueræ generationis ostenderet. Est quidam uterus paternæ arcanū substantiæ, interiusq; secretum, quod nō Angeli, nō archangeli, non potestates, non dominationes, nō aliqua creaturarū potuit penetrare natura. Cū patre enim semper, & in patre semper est filius. Cum patre per distinctionem indissociabilem trinitatis æternæ, in patre per diuinam unitatem naturæ.

2. Cor. 6. b.
Cyrillus.
Psal. 109. a.
Esa. 53. c.
Augustinus.
Psal. 109. a.
Lucifer, stellas significat oēs, hoc est, tempora, à pte totū.
Gen. 1. b.
Tempus, creatura Dei.
Psal. 92. a.
Psal. 109. d.
Ioan. 1. b.
Sinus, occultū.
Uterus, secretū, substantia.
Lucifer, sydera oia, à parte totum.
Gen. 1. b.
Æternitas nō habet quādo.
Eccē 24. a.
Psal. 109. a.
Uterus, arcanū paternæ substantiæ.

Quid lumbi & lumbare, mysticè significant. Cap. LIX.

Quid lumbi mysticè significet, dictū est in dictione, Læcea, & in dictione, Lucerna. Et diuus Gregorius libro Moralium uigesimo octauo capite septimo, exponens illud Iob, Accinge X ij sicut

Iob 39. a.
Vir, q uias dñi
fortibus gressi-
bus sequitur.
Psal. 26. d.
Hebra. 12. d.
Prouerb. 8. a.
Lumbos accin-
gere quid sit.
Luc. 12. d.
Lumbi, luxuria.
Lucerna, bono-
rum operū cla-
ritas.

Deut. 10. d.

1. Pet. 1. c.

Apoc. 1. c.
Zona aurea qd
sit.

Psal. 37. b.

Lumbi, anima.

Gen. 15. c.
Aues, maligni
spiritus.

Prouerb. 31. b.

Esa. 1. e.
Luc. 12. d.

Ezech. 15. b.

Ephes. 6. c.
Luc. 12. d.
Naam 2. a.
1. Cor. 9. g.
Ephes. 6. c.

Veritas, Chris-
tus.
Hierem. 13. a.

sicut uir lumbos tuos, hoc modo scribit: Scriptura sacra uiros uocare consuevit, qui nimirum uias domini fortibus, & non dissolutis gressibus sequuntur. Vnde per Psalmistam dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor uestrum. Vnde Paulus ait: Remissas manus, & genua dissoluta erigite. Vnde & sapientia in Prouerbijs dicit: O uiri ad uos clamito. Ac si aperte diceret: Ego non foeminis, sed uiris loquor, quia hi, qui fluxa mente sunt, mea uerba percipere nequaquam possunt. Lumbos uero accingere, est, uel in opere luxuriam, uel in cogitatione laudis appetitum refranare. Delectatio namq; carnis, in lumbis est. Vnde & sanctis praedicatoribus dicitur: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Per lumbos enim luxuria, per lucernas autem bonorum operum claritas designatur. Iubentur ergo lumbos accingere, & lucernas tenere. Ac si aperte audiant: Prius in uobismetipsis luxuriam restringite, & tunc de uobis alijs bonorum operum exempla monstrate. Sed quum beatum Iob tanta praeditum castitate nouerimus, cur ei post tot flagella dicitur: Accinge sicut uir lumbos tuos, id est, sicut fortis restringe luxuriam, nisi quia alia est luxuria carnis, qua castitatem corrumpimus, alia uero luxuria cordis est, qua de castitate gloriamur: Dicitur ergo et: Accinge sicut uir lumbos tuos, ut qui prius luxuriam corruptionis uicerat, nunc luxuriam restringat elationis, ne de patientia, uel castitate superbiens, tanto peius intus ante Dei oculos luxuriosus existeret, quantomagis ante oculos hominum & patiens, & castus appareret. Vnde bene per Moysen dicitur: Circūcidite praeputia cordis uestri, id est, postquam luxuriam à carne extinguistis, etiam superflua cogitationum refecate. Et libro Moralium uigesimo primo, capite secundo, exponens illud Apostolorum principis, Propter quod succincti lumbos mentis uestrae, sobrijs perfecte sperate in eam, quae offertur uobis gratiam: Lumbos enim carnis succingere, est luxuriam ab effectu refranare: Lumbos autem mentis succingere, est hanc etiam à cogitatione restringere. Hinc est quod Angelus, qui Ioannem alloquitur, zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur. Quia enim testamenti noui mundicia etiam cordis luxuriam frangat, angelus qui in eo apparuit, in pectore cinctus uenit. Quem bene zona aurea stringit, quia quisquis supernae patriae ciuis est, non iam timore supplicij, sed amore charitatis immundiciam deserit. Et in explanatione Psalmorum poenitentium exponens illud Psalmistae, Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, hoc pacto scribit: In lumbis carnalis delectatio continetur, & inde nimirum humana generatio propagatur. Possumus ergo per lumbos animam accipere, quia sicut ex lumbis carnales delectationes prodeunt, ita ex anima omnes cogitationes procedunt. Deinde quum illiciti operis tentatio subrepat, per uanarum cogitationum phantasmata spiritus malignus illudit. Saepè namq; sanctorum etiam uirorum mentes cogitationes illicitae polluunt, & eas iam ad summa tendentes, terrenarum rerum delectationibus tangunt. Saepè etiam in ipso orationis tempore importunè se illis ingerunt, ut hoc ipsum sacrificium aliquo modo commaculare ualeant, quod in odore suauitatis Deo acceptum, contrito corde, & contribulato spiritu maceratur. Quod nobis aperte illud, quod de Abraham scriptum est, innuit, quia circa solis occasum sacrificium offerens, insistentes aues perculit, quas ne oblatum raperent sacrificium, sollicitè abigere curauit. Nos ergo si quando in ara cordis sacrificium Deo offerimus, à malignis hoc spiritibus sollicitè custodiamus, ne tenebrarum importunitates cogitationum, hoc aliquando ualeant diripere, quod de eo speramus utiliter offerre. Et diuus Hieronymus exponens illud Salomonis, Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum: Accinxit (inquit) Ecclesia lumbos suos fortitudine, quum superiorum desiderijs intenta, carnalibus illecebris succumbere despexit. Roborauit brachium suum, quum se ad agenda uirtutum opera praeparauit. Et bene primo lumbos fortitudine accingere, ac postmodum roborare brachium dicitur, quia nimirum actio boni operis acceptabilis esse domino minimè ualet, si non fluxa luxuriae quis prius à carne simul & mente restringat. Vnde propheta: Quiescite (inquit) agere peruersè, discite bene facere. Et dominus ipse: Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Lumbi uidelicet praecincti, ne luxuriae subdamini, lucernae uero ardentes, ut bonis fulgeatis operibus. Et diuus Hieronymus exponens illud Ezechielis, Cinxit te bysso, hoc pacto scribit: Bysso accinguntur renes, quoties pinguis libidinis incentiua tenuanda sunt, nihilq; in eis crassi humoris relinquatur, & implemus praecceptum Apostoli, dicentis: State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, quasi alijs uerbis diceret, bysso. Et dominus ad Apostolos loquitur: Sint lumbi uestri praecincti &c. Et exponens illud Naam, Conforta lumbos, roborata uirtutem ualde: Dicitur ei (inquit) confortata lumbum, ut post electionem uiae mortificet corpus suum, & seruituti subijciat, ne quasi rex, & magister alijs praedicans, ipse reprobis inueniatur. Et Apostolus ad Ephesios: State ergo accincti lumbos uestros in ueritate. Licet enim *δοκίμοις* (id est, exercitium) plurimum praestet, & uitae continentia super mortificatione lumborum: tamen nihil eos ita mortificat, ut cognitio ueritatis. Vnde dicitur: In ueritate. Si enim ueritas est Christus, qui tota in Christo mente credidit, lumbos suos mortificauit in ueritate.

Lumbare autè quid mysticè significet, diuus Hieronymus insinuat, exponens illud Hieremiae, Hæc dixit

Hæc dixit dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos &c. Lumbare (inquit) siue cinctorium, quod Dei renibus iungitur, populus Israël est, qui in lini similitudinem assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinem habuit, nec candorem, & tamen per illius misericordiam adhæsit Deo. Quumq; peccasset (rationale quippe est huiusmodi linum, atq; lumbare) ductus est trans Euphratem, id est, in Assyrios, & ibi absconditur, hoc est, magnitudine magnarum, & innumerabilium gentium quodammodo absorptus, & nihili reputatus. Post multum autem tempus, ipse propheta in typum Dei liberat populum de captiuitate, qui nihilominus & post reditum Dei præcepta non fecit, sed secutus Deos alienos, ad extremum etiam in Dei filium misit manus, & æterna perditione cõtabit. Omnis quoq; uir sanctus lumbare Dei est, qui assumptus de terra, & de terræ limo, Dei consortio copulatur, & quodammodo quæ in Ecclesia eius uidentur obscœna, maiori diligentia operit, atq; circumdat, ne gentiliū, & hæreticorum moribus pateant. Quod lumbare, si aquam tetigerit, & Euphratis fluuenta transierit, ita ut Assyriæ regionis humoribus imbuatur, perdit pristinam pulchritudinem, & computrescit, atq; dissoluitur. Et quam uis in usum Dei redeat, tamen pristinam pulchritudinem habere non potest, non duritia Dei, sed suo uitio, quia noluit audire uerba eius, & ambulat in prauitate cordis sui, siue quod sibi rectum esse uideatur, hoc facit. Sed & ipse sermo diuinus cur hanc posuerit similitudinem, exponit, dicens: Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos hominis, sic agglutinaui, & adhærere mihi feci omnem domum Israël, & omnem domum Iuda &c. Caueat ergo qui potest dicere: Mihi autem adhærere Deo, bonum est, ne forte per negligentiam ab illius renibus separetur, & transeat Euphratem, & detur in potestatem regis Assyrii, & nequaquam in solidissima petra, sed in foramine petrae corruptæ, atq; uitiatæ, hoc est, hæreticorum sordibus, & uitijs occupetur, & in tantam ueniat putredinem, ut in usum, & in cinctorium domini ultra redire non possit.

Lumbare, po-
pulus Israël, uir
sanctus.

Psal. 72. d.

Quid lux, & lumen, mysticè significant.

Cap. LX.

Quid lux mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium quinto, capite primo, exponens illud Iob, Quare data est misero lux: In scriptura (inquit) sacra nonnunquam lucis appellatione prosperitas, noctis autem nomine, huius mundi aduersitas designatur. Vnde bene per Psalmistam dicitur: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quia enim sancti uiri ita prosperitatem sæculi despicientes calcant, sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinem mundi sibi & aduersa, & prospera substernentes, dicunt: Sicut tenebræ eius &c. Ac si aperte dicant: Sicut intentionis nostræ fortitudinem eius tristitia non premunt, ita hanc nec blanda corumpunt. Sed quia hæc (ut diximus) bonorum mentem etiam quum non subleuant, perturbant, sancti uiri, qui se in huius exilij ærumna miseros cognoscunt, clarescere in eius prosperitate refugunt. Vnde bene nunc dicitur: Quare data est misero lux? Lux enim miseris datur, quædo hi, qui sublimia contemplant, esse se in hac peregrinatione miseros, agnoscunt, claritatem transitoriae prosperitatis accipiunt. Et quum ualde desinant, quia tardè ad patriam redeunt, tolerare insuper honoris onera compelluntur, Amor eos æternorum cõterit, & gloria de temporalibus arridet. Et libro decimotertio, capite uigesimo, exponens illud Iob, Et rursum post tenebras spero lucem: Lux (inquit) post tenebras speratur, quia uel post noctem uitæ presentis æternum lumem percipitur, uel ita hic aduersitas, atq; prosperitas alternant, ut sibi succedere uicissim non desinant. Vnde fit ut in luce nox in suspitione sit, & in nocte lux in præsumptione, sicut scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum, ne immemor sis bonorum. Et libro decimosexto, capite uigesimonono, exponens illud Iob, Et sic in tenebris, quasi in luce ambulant: Peruersa (inquit) mente gaudent in facinoribus, per culpam suam quotidie ad supplicium trahuntur, & securi sunt. Vnde & per Salomonem dicitur: Sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. De quibus rursum scriptum est: Qui latantur quum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sic itaq; in tenebris, quasi in luce ambulant, quia ita gaudent in nocte peccati, ac si eos lux iustitiæ circumfundat. Vel certè quia tenebræ uitam præsentem non inconuenienter exprimunt, in qua alienæ conscientia non uidentur: lux uero nostra, patria æterna est, in qua dum uultus aspiciamus, corda in nobis nostra uicissim uidemus: Iniquis autem, quia uitam præsentem ita diligunt, atq; hæc exilij tempora complectuntur, ac si iam in patria regnent, rectè dicitur: Sic in tenebris &c. quia sic in præsentem cæcitate læti sunt, ac si iam æternæ patriæ luce perfuantur. Et exponens illud Iob, Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce uiuentium: Lux (inquit) morientium est, quam corporeis oculis cernimus. Qui autem adhuc huic mudo uiuunt, luce morientium tenebrescunt. Illuminantur autem luce uiuentium, qui despecto temporali lumine, ad splendorem internæ claritatis recurrunt, ut ibi uiuant, ubi uerum lumen sentiendo uideant, ubi non aliud lumen, atq; aliud uita, sed ubi ipsa lux uita sit, ubi sic nos lux exterius circumscribat, ut interius impleat, sic interius

Gregorius.

Iob 3. b.

Lux, prosperitas.

Tenebræ, aduersitas.

Psal. 138. d.

Iob 3. b.

Iob 17. c.

Tenebræ, uita
præfens, aduersitas, lux, æternum lumen, prosperitas.

Ecc. 11. c.

Iob 24. c.

Ecc. 8. c.

Prouerb. 2. c.

Lux, iustitia.

Nox, peccatium.

Tenebræ, uita
præfens.

Lux, patria
æterna.

Iob 33. c.

Lux morientium,
quæ corporeis
cernitur oculis.

Lux uiuentium,
splendor internæ
claritatis.

Job 36. d.
Legendum est in
manibus, sive uo-
lis. Hoc ei He-
braice signifi-
cat bal cap-
pam.

Lux, ueritas,
gratia.
Esa. 10. e.

Hæc est uera
lectio, ut supe-
rius est adno-
tatum.

Amicus, recte
amator actiōis.
Ioan. 15. b.
Amicus, animæ
custos dicitur.
Ibidem.

Job 36. d.

Psal. 8. b.
Job 38. b.

Lux, gloria uo-
ta presentis.

Psal. 129. a.

Lumen, Dei co-
gnitio.

Psal. 33. a.
Job 22. c.

Job 25. a.
Lumen, gratia
præueniens.

impleat, ut incircumscrip̄ta exterius circumscribat. Illuminatur ergo hac luce uiuentiū, quam tan-
to tunc subtilius conspiciunt, quanto nunc ad illam purius uiuunt. Et libro uigesimoseptimo, capi-
te undecimo, exponens illud Job, Immanibus abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursus adueniat:
Quia (inquit) æternæ lucis quanta sit claritas nesciunt, qui transitorijs occupationibus obcæcatur,
& dum de terrenis rebus superbiunt, cœlestis sibi luminis aditum claudunt. Vnde recte dicitur:
Immanibus abscondit lucem. Sed tamen aliquando hos immanes superna gratia respicit, atq; ipsis
rerum abundantium occupationibus affligit, eorumq; prosperitatibus, aduersas quidem, sed utiles
tribulationes interferit, ut contristati ad cor redeant, atq; in perituris rebus, quam inaniter occu-
pentur, agnoscant. Vnde aptè subiungitur: Et præcipit &c. quia ueritatis lumen, quod elatis, oc-
cupatisq; mentibus absconditur, afflictis, humiliatisq; reuelatur. Lux quippe aduenit, quum afflictis
mens ipsas, quas de perituris rebus tribulationum tenebras tolerat, agnoscit, quia nisi aliquid exclu-
mine interno perciperet, nec hoc ipsum, quia lumen perdidit, uideret. Quod intelligi specialiter
etiam de Iudæis potest, qui idcirco redemptori nostro in carne uenienti cōtradiceret ausi sunt, quia
apud semetipsos immanes extiterunt. Sed his immanibus lux absconsa est, quia superbi lumen ue-
ritatis, dum persequuntur, amiserunt. Sed quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt, recte subiun-
gitur: Et præcipit &c. Vnde etiam per Esaiam dicitur: Si fuerit numerus filiorum Israël quasi are-
na maris, reliquæ saluæ fient. Tunc quippe ad eos lux reuertitur, quum ipsi ad confitendam re-
demptoris nostri potentiam reuertuntur. Si autem in manibus, nequaquam per datiuū casum unum
nomen, sed duas partes orationis accipimus, potest intelligi, quia in manibus lux absconditur, quū
apud rectum iudicem iniqui quicq; in suis operibus cæcantur. Cui tamen præcipitur, ut rursus ad-
ueniat, quia dum peccatores se suis uiribus saluari non posse cognouerint, gratiæ lumen accipiunt,
& protectionis intimæ radijs illustrantur, ut maiore ardore postmodū cœlestem patriam diligant,
quam prius in terrena delectatione flagrabant. Sequitur: Annunciat de ea amico suo, quod posses-
sio eius sit, & ad eam possit ascendere: Amicus ueritatis est rectæ amator actionis. Vnde & ipsa
ueritas discipulis dicit: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Amicus quippe
animæ custos dicitur. Vnde nō immeritō qui custodire uoluntatem Dei in præceptis illius nititur,
eius amicus uocatur. Hinc est quod rursus eisdem discipulis ueritas dicit: Vos autem dixi ami-
cos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. De hac igitur luce æternæ patriæ
amico suo Deus annunciat, quod possessio eius sit, ut nequaquam infirmitatis suæ fragilitate de-
speret, nequaquam hoc, quod creatus, sed quod recreatus est, penset, sed tanto certius sciat, quia il-
lius lucis claritatem possideat, quanto nunc uitiorum pulsantium tenebras uerius calcet. Bene au-
tem in promissione subiungitur: Et ad eam possit ascendere. Quid enim difficilius quam homini in
terra ædito, terrena, & fragilia membra gestanti cœlorum alta conscendere, supernorū spirituum
arcana penetrare? Sed eorundem spirituum ad nos conditor uenit, seq; hominem etiam sub ipsis
exhibuit, sicut de illo patri per prophetam dicitur: Minuisti eum paulominus ab Angelis. Et libro
uigesimonono, capite quinto, exponens illud Job, Auferetur ab impijs lux sua, & brachium excel-
sum confringetur: Mors (inquit) carnis, quæ electos luci suæ restituit, lucem suam reprobis tollit.
Lux nanq; superbientis, est gloria uitæ præsentis. Quæ ei lux tunc subtrahitur, quum per carnis
interitum ad retributionum suarum tenebras uocatur. Ibi tunc excelsum brachium confringitur,
quia celsitudo cordis ultra naturæ ordinem uolenter arrepta, opprimentis se diuinæ iustitiæ mole
dissipatur, ut quia se peruersè in breui exerarat, per pondus iudicij in æternum fracta cognoscat.
Et diuus Gregorius in explanatione Psalmorum pœnitentialium, exponens illum uersum, A cu-
stodia matutina usq; ad noctem, speret Israël in domino, hoc pacto scribit: Quasi (inquit) matutinā
lucem recipit anima, quum tenebris infidelitatis expulsis, & uitiorum deterfa caligine, & emunda-
tis peccatorum maculis per lauacrum regenerationis, paulatim incipit Deum agnoscere, & in lu-
mine iocundari cognitionis diuinæ. Est enim lumen cognitio Dei, de qua scriptum est: Illuminate
uobis lumen cognitionis. Magnum lumen, quod tenebras cordis euacuat, mentis oculos purgat,
animas erigit, corda accendit, edocet semitas iustitiæ, desiderium uirtutis adauget. Magnū lumen,
per quod uitamus offendicula, præcipit præcauemus, euadimus pericula, pertrāsimus laqueos,
non timemus prospera, sustinemus aduersa, respuimus errorem, sequimur ueritatem. Quis nō de-
sideret hoc illuminari lumine? Quis nō hoc fulgore illustrari exoptet? Hinc est quod ppheta nos
admonet, dicēs: Accedite ad eū, & illuminamini. Qui accedit per fidē, illuminatur per cognitioē.
Et lib. Mor. 16. cap. 11. exponēs illud Job, Et in uijs tuis splendet lumen: In uijs (inquit) iustorum
lumē splēdere, est per mira opera uirtutum, signa suæ claritatis aspergere, ut quocunq; per intena-
tionem pergunt, ab intuentium cordibus peccati noctem excutiant, & exemplo sui operis in eis su-
stitiæ lumen fundant. Et libro decimoseptimo, capite octauo, exponens illud Job, Et super quē non
surget lumen illius? Lumen (inquit) Dei, est gratia præueniēs. Quæ si in nostro corde nequaquam
gratuita conurgeret, profectō mēs nostra in peccatorum suorum tenebris obscura remaneret. Et
libro

libro uigesimoseptimo, capite uigesimosecūdo, exponens illud Job, Et nubes spargūt lumen suum: Iob 37. b.
Nubes (inquit) lumen spargere, est prædicatores sanctos exempla uitæ & loquendo, & agendo di- Nubes, prædica-
tores.
latare. Sed quamuis annunciationis intimæ lumen spargant, non tamen ad conuertenda omnium,
quæ appetunt corda, perueniunt. Nam sequitur: Quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunq; eas
uoluntas gubernantis duxerit. Sæpe enim prædicatores sancti exhortari quosdam uolunt, sed ne-
queunt. Sæpe quosdam declinare appetunt, sed tamen internæ instigationis impulsu exhortari eos
instantissimè compelluntur. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Accedite ad eum, &
illuminamini: Dicit enim (inquit) quod ipse probauit. Spiritalis enim quidā in corpore Christi, uel
etiam ipse dominus noster Iesus Christus secundum carnem caput, exhortans membra cœtera, di-
cit: Accedite ad eū &c. aut potius Christianus aliquis spiritalis ad ipsum dñm nostrū Iesum Chri-
stum inuitat, ut accedamus ad eū, ut illuminemur, nō quomodo ad eum accesserunt Iudæi, ut tene-
brarentur. Accesserūt enim illi, ut crucifigerēt, nos ad eū accedamus, ut corpus, & sanguinē eius
accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos māducando crucifixū, & bibēdo illuminamur. Ac-
cedite &c. Ecce ad gētes dicitur crucifixus Christus inter Iudæos erat, sauiētes, & uidētes, gētes
absentes erāt. Ecce illi accesserūt, qui in tenebris erāt, illuminati sunt. Vnde accedūt gētes? Fidem
secūdo, corde inhādo, charitate currendo.

De eadem luce, & eodem lumine.

Cap. LXI.

ORigenes autem exponens illud Euangelicum, Vita erat lux hominum, homilia secunda in Ioan. 1. a.
diuersos: Dei filium (inquit) quem o beate theologe prius uocasti uerbum, nunc uitam no- Origenes.
minas, & lucem, nec immeritō mutasti appellationes, ut distantes nobis insinuare significaciones. Verbū cur Dei
filius dicitur.
Psal. 148. a.
Lux, Christus.
Verbum siquidem Dei filium nominasti, quia per ipsum locutus est pater omnia, quoniam ipse di-
xit, & facta sunt, lucem uerō, & uitam, quoniam idem filius lux est, & uita omnium, quæ per ipsum
facta sunt. Et quid illuminat? Non aliud, nisi seipsum, & patrem suum. Lux itaque est, & seipsum
illuminat, seipsum mundo declarat, seipsum se ignoratibus manifestat. Lux diuinæ cognitionis de
mundo recessit, quum homo Deum deseruit. Dupliciter ergo lux æterna seipsam mūdo declarat,
per scripturam uidelicet, & creaturam. Nō enim aliter in nobis diuina cognitio renouatur, nisi per
diuinæ scripturæ apices, & creaturæ species. Eloquia disce diuina, & in animo tuo eorum cōcipe
intellectum, in quo cognosces uerbum sensu corporeo. Formas, ac pulchritudines perspice sen-
sibilem, & in eis intelliges Dei uerbum. Et in his omnibus nil aliud tibi ueritas declarabit, præter
ipsum, qui cuncta fecit, extra quem nihil contemplaturus es, quia ipse est omnia in omnibus quæ
uel substantia. Et uita erat lux hominum. Quasi specialiter, ac propriè lux hominum dicitur, quia in
homine nō solum hominibus, uerū etiam Angelis, omniq; creaturæ diuinæ cognitioni participem
fieri ualēti, seipsum declarauit. Nō enim per Angelum Angelis, neq; per Angelū hominibus, sed
per hominē hominibus, & Angelis, nō in phāstia, sed in ipsa uera humanitate, quam totam sibi in
unitatem substantiæ suscepit, apparuit, suamq; cognitionem omnibus cognoscentibus se præstitit.
Lux itaque hominum est dominus noster Iesus Christus, qui in humana natura omni rationali, &
intellectuali creaturæ seipsum manifestauit, suæq; diuinitatis, qua patri est æqualis, abdita reserauit
mysteria. Et lux in tenebris lucet. Audi Apostolum: Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in
domino. Audi Esaiā: Sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Lux in tenebris lucet.
Totum genus humanum meritō originalis peccati, in tenebris erat, non exteriorum oculorum,
quibus sensibilem formæ, coloresq; sciuntur, sed interiorum, quibus intelligibilem species, & pul-
chritudines discernuntur, non in tenebris huius caliginosi aëris, sed in tenebris ignorantie uerita-
tis, non in absentia lucis, quæ mundum corporeum illuminat. Post cuius ortum ex uirgine, lux in
tenebris lucet, in cordibus scilicet se cognoscentium. Quoniam uerō totum genus humanum in
duas ueluti partes diuiditur, in eos uidelicet, quorum corda cognitione ueritatis illuminata sunt, &
in eos, qui adhuc in obscurissimis impietatis, atque perfidiæ tenebris permanent, Euangelista sub-
iūxit: Et tenebræ eam nō cōprehenderunt. Ac si euidēter diceret: Lux in tenebris fidelium anima-
rum lucet, & magis, ac magis lucet, à fide inchoans, à spe trahens. Imperitorum uerō cordium per-
fidia, & ignorantia lucem uerbi Dei in carne fulgentis non comprehenderunt. Obscuratum est Lux hominum
specialiter chri-
stus.
enim (ut ait Apostolus) insipiens cor eorum, & sapientes se esse dicentes, stulti facti sunt. Sed iste
sensus moralis est. Physica uerō horum uerborum theoria, talis est. Lux humana & si non pecca-
ret, suis proprijs uiribus lucere non posset. Non enim naturaliter lux est, sed particeps lucis. Ca-
pax siquidem sapientiæ est, nō ipsa sapientia, cuius participatione sapiens fieri potest. Sicut ergo
aër iste per semetipsum nō lucet, sed tenebrarum uocabulo nūcupatur, capax tamē solaris luminis
est, ita nostra natura, dum per seipsam cōsideratur, quædam uerè tenebrosa substantia est, capax,
ac particeps lucis sapientiæ. Et quemadmodum præfatus aër, dum solares radios participat,
X iij non dicitur

Ioan. 1. a.
Origenes.

Verbū cur Dei
filius dicitur.
Psal. 148. a.
Lux, Christus.

Lux æterna p
scripturam, &
creaturam sese
declarat.

Lux hominum
specialiter chri-
stus.

Ephes. 5. b.
Esa. 9. a.

Romā. 1. c.

non dicitur per se lucere, sed solis splendor dicitur in eo apparere, ita ut naturalem suam obscuritatem non perdat, & lucem superuenientem in se recipiat, ita rationalis nostræ naturæ pars, dum præsentiam Dei uerbi possidet, non per se res intelligibiles, & Deum suum, sed per insitum sibi diuinum lumen cognoscit. Non uos (inquit) estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Hac una sententia uoluit nos docere id ipsum in cæteris intelligere, ac semper in aure cordis nostri ineffabili modo sonare: Nō uos estis, qui lucetis, sed spiritus patris uestri, qui lucet in uobis. Hoc enim meū in uobis lucere, uobis manifestat, quod ego sum lux intelligibilis mundi, hoc est, rationalis, & intellectualis naturæ. Non uos estis, qui intelligitis me, sed ego ipse in uobis per spiritum meū meipsum intelligo, quia uos non estis substantialis lux, sed participatio per se subsistētis luminis, Lux itaque in tenebris lucet, quia Dei uerbum uita, & lux hominum in nostra natura, quæ per se inuestigata, & cōsiderata, informis quædam tenebrositas reperit, lucere nō desinit, nec eam, quamuis delinquentem, deserere uoluit, nec unquam deseruit, formans eam per naturam continendo, reformansq; per gratiam deificando. Et quoniā ipsa lux est omni creaturæ incomprehensibilis, tenebræ eam non comprehenderunt. Superat itaque Deus omnem sensum, & intellectum, & solus habet immortalitatem, cuius lux per excellentiam, tenebræ nominatur, quoniā à nulla creatura quid, uel quale sit, comprehenditur. Fuit homo missus à Deo &c. Ecce aquilam de sublimissimo uertice montis theologiæ leui uolatu descendentem in profundissimam uallem historiæ. Fuit (inquit) homo &c. non dicit simpliciter, Fuit missus à Deo, sed, Fuit homo, ut discerneret hominē solius humanitatis participē, qui præcurrit, ab homine diuinitate, & humanitate coadunato, & compacto, ut segregaret uocem transeuntem à uerbo semper, & incommutabiliter manente, ut insinuaret matutinam stellam in ortu regis cœlorum apparentem, & declararet solem iustitiæ permanentem. Testem ab eo discernit, de quo testimoniū perhibet, missum, ab eo qui mittit, lucernam lucubrantem, à luce clarissima mundum implente, totius generis humani tenebras moris, & delictorū demoliente. Præcurfor itaque domini fuit homo, nō Deus. Dominus autem cuius præcurfor erat, similiter & deus fuit. Præcurfor homo fuit trāsiturus in deum per gratiam, quam præcurrit. Deus erat per naturā, accepturus hominem per humilitatem, & nostræ salutis, & redemptionis uoluntatem. Hic uenit, ut testimoniū perhiberet de lumine, id est, Christo. Audi testimoniū: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et iterum: Qui post me uenit, ante me factus est. Quod euidentius in Græco legitur *ἐμπροσθεν μου γενόμενος*, hoc est, coram me, ante conspectum meum factus est. Ac si apertè diceret: Qui in ordine temporum post natiuitatem meam natus est in carne, ante conspectum meum, dum adhuc essem in uisceribus meæ matris sterilis, prophético uisu uidi illum coram me conceptum, & hominem factum in utero uirginis. Non erat ille lux &c, id est præcurfor luminis, non erat ille lux. Quare ergo lucerna ardens, astrumq; uocitatur matutinum? Lucerna ardens erat, sed non proprio igne ardebat succensus, non propria luce lucebat. Stella erat matutina, sed non à seipso proprium lumen accepit, gratia ipsius, quem præcurrebat in eo ardebat, & splendebat. Non erat ille lux, sed ut particeps luminis, suum non erat, quod in se, & per se fulgebat. Vt enim superius diximus, nulla rationalis, & intellectualis creatura per se ipsam substantialiter lux est, sed participatio unius, ac ueri luminis substantialis, quod ubicunq; in omnibusq; intelligibiliter lucet. Propterea subditur: Erat autem lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Veram lucem dicit Dei filium per se subsistētem ante omnia sæcula genitum. Veram lucem dicit eundem filium hominem ex hominibus propter homines factum. Ipse est lux uera, qui de seipso ait: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ æternæ. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et quid est uenientem in hunc mundum? Et quis est omnis homo ueniens in hunc mundum, & in quem mundum uenit? Si de his, quæ de occultis naturæ sinibus in hunc mundum per generationem locis, temporibusq; ueniunt, acceperis qualis illuminatio est in hac uita nascentibus, ut moriantur, crescentibus, ut corrumpantur, compositis, ut soluantur, de quietudine silentis naturæ, in inquietudinem tumultuātis miseræ cadētibus, dic (quæso) qualis lux est spiritualis, & uera procreatis in uita transitoria, & falsa? Nunquid mundus iste alienatus à uero lumine conueniens habitationi? Nunquid non regio umbræ mortis, & lachrymarum uallis, & ignorantia profundum, & terrena habitatio humanum animum grauans, & ex ueri luminis contuitu, interiores oculos eliminans non immeritò dicitur? Non ergo de his, qui de occultis seminum causis in species corporeas procedunt, debemus intelligere: Qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, sed de his, qui spiritualiter per generationem gratiæ, quæ datur in baptisate, in mundum ueniunt inuisibilem, qui natiuitatem, quæ secundum corruptibile corpus est, spernentes natiuitatem, quæ est secundum spiritum, eligunt mundum, qui deorsum est, calcantes, umbras ignorantia, & mortis, deserentes lucem sapientiæ, & uitæ appetentes, filij hominum esse desinentes, filij Dei fieri inchoantes, mundum

tes, mundum uitiorum postponentes, & in semetipsis destruentes, mundum uirtutum ante oculos mentis cōstituentes, & in eum totis uiribus ascendere inhiantes. Eos itaque uera lux illuminat, qui in mundum uirtutum ueniunt, non eos qui in mundum uitiorum ruunt. De luce, & eius triplici genere, dictum est, quum exponeremus illud Geneseos, Fiat lux, Et facta est lux.

Quid luminaria mysticè significant.

Cap. LXII.

Quid luminaria mysticè significant, diuus insinuat Augustinus in enarratione psalmi 93, exponens eiusdem psalmi titulum, qui sic habet, Psalmus ipsi Dauid quarta sabbati: Recolamus (inquit) scripturam sanctam in Genesi, primo die quid sit factum, inuenimus lucem, secundo die firmamentum, tertio die speciem terræ, & maris, & segregationem, quarto die, luminaria fecit Deus in cœlo, solem in potestatem diei, lunam, & stellas, in potestate noctis. In hoc psalmo de quarto die accepit titulum, in quo docetur patientia aduersus aduersitates malorum, & labores bonorum. Habes Paulum Apostolum dicentem sanctis fidelibus roboratis in Christo: Omnia facite sine murmuratione, & disceptatione, ut sitis irreprehensibiles, & synceri immaculati filij Dei in medio nationis tortuosæ, & peruersæ, in quibus apparetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ habentes. Similitudo de luminariis data est ad sanctos, ut sine murmuratione sint in natione tortuosa, & peruersa, id est, inter iniquos, in quibus apparetis, sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ habentes. Tales enim sancti, in quibus est uerbum uitæ de conuersatione, quam habent in cœlo, despiciunt omnia iniqua, quæ sunt in terra. Et quomodo luminaria in cœlo per diem, & noctem procedunt, sua peragunt itinera, cursus habent certos, & tanta committuntur mala, nec deuiant desuper stellæ fixæ in cœlo, agentes per tractus cœlestes, quæ illis præstituit, & cōstituit creator ipsorum: sic debent sancti, sed si in cœlo figantur corda eorum, si non frustra audiant, & respondeant sursum se habere cor, si imitentur eum, qui ait: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Qui ergo sunt in supernis, & de supernis cogitant (sicut dictum est): Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt, & quicquid in terra committitur, sic non curant, donec peragant itinera sua, quemadmodum non curant luminaria cœli, nisi quomodo exercent dies, & noctes, quamuis tanta mala uideant fieri super terrā, sed facile est fortè, ut ferant iusti iniquitates malorum, quæ non in ipsos fiunt. Sed sicut ferunt quæ in alios fiunt, sic ferant & quæ in ipsos fiunt. Nō enim propterea debent ferre, & tolerare, quia in alios fiunt. Et si in se fiant, non debent perdere tolerantiam. Nam qui perdidit tolerantiam, cecidit de cœlo, qui autem fixum habet cor in cœlo, terra ipsius laborat in terra. Quanta & de ipsis luminariis fingunt homines, & patienter ferunt, quomodo iusti patienter debent ferre omnes etiam de se falsas criminationes? Hoc ipsum quod iandudum dixi, quia illa stella Mercurij est, & illa stella Saturni est, & illa stella iouis est, conuicia fiunt stellis. Quid illæ, quum audiunt tanta conuicia? Nunquid mouentur, aut nō exercent cursus suos? Sic & homo, qui in natione peruersa, & tortuosa habens uerbum Dei, sicut luminare est fulgens in sæculo. Quanta falsa de ipsis luminariis quidam dicunt, & ferunt, & tolerant, & non mouentur. Quare? Quia in cœlo sunt, in firmamento cœli sunt. Cuius ergo cor in firmamento libri Dei est, illa non curat. Nam cœlum, id est, firmamentum, intelligitur per figuram liber legis. Ideo quodam loco dicitur: Extendens cœlum sicut pellem. Si extenditur sicut pellis, tanquam liber est extensus, ut legitur. Modo lectio necessaria est, quandiu ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus (sicut dicit Apostolus) quum autem uenerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Non enim liber necessarius erit, neque legemus in illa ciuitate Hierusalem, ubi Angeli uiuunt, & uerbo Dei pascuntur. Qui ergo sursum habet cor, ipsum cor ipsius, luminare est, in cœlo fulget, nec uincitur tenebris. Infra enim sunt tenebræ, id est, iniquitates. Et Origenes exponens illud Geneseos, Et fecit duo luminaria magna &c. Sicut (inquit) in firmamento cœli, iubet Deus fieri luminaria, ita & in uobis fieri potest, si tamen studeamus & nos uocari, & effici cœlum, luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, Christum, & Ecclesiam eius. Ipse enim est lux mundi, qui & Ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim luna de sole dicitur percipere lumen, ut per ipsam etiam nox possit illuminari, ita & Ecclesia, suscepto lumine Christi, illuminat omnes, qui in ignorantia nocte uersantur. Si uerò quis in hoc proficiat, ut iam filius Dei efficiatur, sic ut in die honestè ambulet, quasi filius Dei, & filius lucis, ita ab ipso Christo illuminatur, sicut dies à sole. Et sicut luminaria ista cœli, quæ uidemus, posita sunt in signa &c. hoc modo etiam Christus illuminans Ecclesiam suam, signa dat per præcepta sua, ut sciat quomodo quis, accepto signo, fugiat ab ira superuentura, ne dies illa sicut fur eum comprehendat, sed ut magis peruenire possit in annum domini acceptabilem. Christus ergo est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, ex cuius lumine illuminata Ecclesia, etiam ipsa lux mundi efficitur, illuminans eos, qui in tenebris sunt, sicut & ipse Christus contestatur discipulis suis, dicens: Vos estis lux mundi.

Quid

Matth. 19. 6.

1. Thot. 6. c.

Apoc. 22. c.

Joan. 1. c.
Ibidem d.

Joan. 5. f.

Lux uera, Dei
filius.
Joan. 8. b.

Augustinus.

Psal. 135. b.

Philip. 2. b.

Luminaria, factio
Eti.

Philip. 3. d.
Matth. 6. c.

Psal. 103. a.

1. Cor. 13. c.

Luminare, cor;
Origenes.
Gen. 1. b.

Sol, Christus.
Luna, ecclesia.

Matth. 5. b.

Gregorius.

Iob 25. b.

Luna, cuncta sibi

nisi Ecclesia.

Stellæ, singulæ

anima.

Philip. 2. b.

Abacuc 3. c.

Stellæ, electi.

1. Cor. 13. c.

Psal. 9. a.

Malac. 4. a.

Sapient. 5. a.

Iob 31. c.

Lucæ 18. g.

Luna, carnis

defectus.

Quid luna mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium decimosextimo, capite octauo, & nono, exponens illud Iob, Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: Quid (inquit) per lunam, nisi cuncta simul Ecclesia, quid per stellæ, nisi singulorum bene uiuentium animæ designantur, qui inter prauorum hominum cõuersationes, dum magnis uirtutibus eminent, quasi in tenebris noctis lucent: Vnde per Paulum quoque discipulis dicitur: Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Quia enim sancta Ecclesia lunæ appellatione exprimitur, propheta testatur, dicēs: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Eleuato enim sole in suo ordine, luna statuitur, quia ascendente ad cœlos domino, sancta protinus Ecclesia in prædicationis autoritate roboratur. Et quia stellarum nomine electi signantur, rursum Paulus insinuat, dicens: Stella enim à stella differt in claritate. Luna ergo non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quia nec sancta Ecclesia uirtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene uiuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt, si remota pietate iudicentur, quia apud districti iudicis oculos, sua unumquodque corruptibilitas inquinat, nisi hunc quotidie gratia parcentis tergat. Electorum quippe animus prodire ad libertatem iustitiæ nititur, sed adhuc compede infirmitatis tenetur, & culpas quidem subigere perfectè desiderat, sed quousque corruptione carnis astringitur, eius uinculis, etiam quum non uult, ligatur. Et homilia decimatertia super Ezechielem, citans illud Dauidicum, Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam, & stellæ, quæ tu fundasti, hoc pacto scribit: Ecce exteriori descriptione stat sermo rationis, quia & cœli opera Dei sunt, & luna, & stellæ ab eo creatæ, atque fundatæ sunt. Sed si hoc psalmista iuxta sola exteriora opera, & non etiam secundum intellectum mysticum asserit, quia cœlos opera Dei esse professus est, diciturus lunam, & stellæ, cur non etiam solem, quem scimus, quia eius opus est, pariter enumerauit? Si enim solum iuxta litteram loquebatur, diciturus luminare minus, prius luminare maius dicere debuit, ut ante solē, & post lunam, atque stellæ fundatas esse perhiberet. Sed quia iuxta intellectum mysticū loquebatur, ut lunam sanctam Ecclesiam, & stellæ homines sanctos accipere deberemus, solem nominare noluit, quia uidelicet ipsi æterno soli loquebatur, de quo scriptum est: Vobis autem qui timetis dominum, oriatur sol iustitiæ, de quo reprobi in fine dicturi sunt: Sol iustitiæ non ortus est nobis. Dicendo ergo, lunam, & stellæ, quas tu fundasti, & tamen tacendo solem, qui factus est, indicauit, quia illi soli locutus est, qui non solum solem, & lunam, atque stellæ corporaliter, sed etiam lunam Ecclesiam, atque stellæ homines sanctos spiritualiter fecit. Et libro uigesimosecundo, capite septimo, exponens illud Iob, Et lunam incedentem clarè. Post præmissum, (inquit) solem, aptè quoque incedentem clarè, lunam subdidit, quia uidelicet post opus bonum fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac præsentis uitæ nocte possidetur. Si enim uerum est, quod quidam putat, illustrationem lunam per occultū circulū à radio solis accipere, ut possit lucē nocturnis cursibus exhibere, ab huius significationis ordine hæc quoque suspitio non abhorret. Fama quippe à bono opere uires accipit, & fauoris (aliis splendoris) gratiam, quasi claritatem luminis, aspergit. Est & aliud in luna, quod per similitudinem bonam spargenti famæ cõueniat. Lux namque eius etiam in tenebrarum tempore iter ambulanti bus ostendit, quia & dum de aliena uita lux laudis emicat, alios ad exercenda bona opera illustrat. Cuius illius opinio clara cognoscitur, huic quasi pergenti in itinere, exempli lumen præbetur. Sed nonnumquam opus quod ab aliena opinione sumitur, minus mundo desiderio in animo formatur. Nam infirmæ mentes, quum bona de alijs audiunt, aliquando se ad operationem rectam non amore uirtutis, sed delectatione laudis accendunt. Et profecto liquet, quia sicut naturæ solis est, ut quæque attigerit, accēdat, & siccat: ita lunaris ignis est propriū, ut quicquid cõtingerit, exurat quidē, sed exurēdo humidum reddat. Ad uitam igitur bonam alios pro amore Dei affectus recti operis, alios uerò amor laudis inflammat. Sed quum recti operis affectu accendimur, quasi per ignē solis, à uitiorū humore siccamur. Eū uerò quem ad opus bonum laudis amor prouocat, cõcupita fama, quasi luna, attingit, quia uidelicet eius animum & accendit, & resoluit. Accendit, scilicet ad exercitium operis, resoluit uerò ad concupiscentiam fauoris. Plerumque tamen ad exercenda bona opera, aliena nos utiliter exempla persuadent. Et quum mente humili opinionis alienæ bona suscipimus, nostra uel ad melius bona producimus, uel ad bonum mala permutamus. Quumque nos de uita proximi, famæ splendor irradiat, mens nostra, quæ ad obtinendum uirtutis iter, se dirigit, quasi in lunæ lumine, gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficimus, sic plerumque, si famæ nostræ laudibus inhiamus, à uirtute uacuamur, quia quū delectatur animus in hoc quod de se extrinsecus haberi cõsiderat, illud obliuiscitur ad quod introrsus anhelabat. Et homilia secunda in Euāgelia, exponens illud Euāgelicum, Factum est autem quum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans: Notandum (inquit) est, quod quum Iesus Hiericho appropinquare dicitur, cæcus ille luminatur, Hiericho quippe luna interpretatur, luna autem in sacro eloquio pro defectu

ponitur

ponitur, quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostræ mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat Hiericho, cæcus ad lumen redit, quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit, humanum genus lumen quod amiserat, recepit. Vnde enim Deus humana patitur, inde homo ad diuina subleuatur. Qui uidelicet cæcus rectè & iuxta uiam sedere, & mendicans esse describitur. Ipsa enim ueritas dicit: Ego sum uia. Qui ergo æternæ lucis claritatem nescit, cæcus est, sed si iam in redemptorem credit, iuxta uiam sedet: si autem iam credit, sed ut æternam lucem recipiat, rogare dissimulat, atque à precibus cessat, cæcus quidem iuxta uiam sedet, sed minime mendicat. Si uerò & crediderit, & cæcitatem cordis sui cognouerit, sed ut lumen ueritatis recipiat, postulat, iuxta uiam cæcus sedet, & mendicat. Et Origenes homilia quarta in Matthæum, exponēs illud Euāgelicum, Miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur &c. Videamus (inquit) moraliter quem esse lunaticū hunc dicere possumus, deinde quem æstimemus patrem eius orantem pro eo, tertio quid est cadere patientem, non semper, sed frequenter, aliquotiens quidem in ignem, aliquotiens autem in aquam, & quid est quod minime potuit à discipulis Christi sanari, sed ab ipso domino Iesu. Nam & ista est ratio. Siquidem omnis languor, & omnis infirmitas, quam sanauit saluator tunc in populo, referuntur ad infirmitates spirituales animarum secundum differentias passionum, ut solutos quidem animo, & iacentem habentes animam super corpus, paralyticos animo æstimemus, cæcos autem animo esse, qui mente sua non cõsiderant quod iustum est, uel iniustum, surdos autem animo, qui non sunt ad susceptionem salutarium uerborum parati. Secundum ea conueniens est, ut de lunatico requiramus. Est ergo passio hæc, mutatio à melioribus ad deteriora, quia nihil differt à sanis qui patitur hoc in tempore, quando non operatur in illo ipsa mutatio. Tabet autem iuuenis infirmitas animæ in quibusdam hominibus, qui frequenter æstimantur sani esse in castitate, uel misericordia, & uiuere secundum iustitiæ uoluntatem. Aliquando autem quasi quadam correptione spiritus à passionibus cõprehenduntur, & cadunt ab eo statu boni, in quo stare putabantur, & transuertuntur ad seductionem sæculi huius, & ad cœteras cõcupiscentias carnales. Forsitan non peccabis, si huiusmodi homines dixeris (ut ita dicam) spiritualiter lunaticos esse, qui deijciuntur à spiritualibus nequitijs in cœlestibus, & malè habent frequenter in tēpore quo comprehensi fuerint à passionibus animæ eorum, & cadunt in ignem incendi, quando adulterantes (sicut ait Osee) sicut sicut clibanus ignis ardēs. Huiusmodi autem homines interdū cadunt in aquam, quando rex omnium, qui sunt in aquis draco, deijcit eos à ueritate animæ in profundum fluctuum maris, id est, in mala pessima uitæ istius humanæ, quæ mari assimilatur. Commendat autem hanc nostram de lunatico interpretationem, quod dicit sapientia de cõstantia quidem iusti, Sapientis sicut sol permanet, de inconstantia autem peccatoris ita, Inspiciens autem sicut luna mutatur. Et est uidere in talibus impetus quosdam quasi operum bonorum subripere, ita ut subripere possint ab hominibus laudes, ab eis tamen hominibus, qui nesciunt occultam inconstantiam cordis eorum. Vides autem eos minui iterum, & quod uidebatur in eis lumen, inuenitur non esse lumen diurnum, sed nocturnum, & lunare, & tã diu minui, ut nec uideatur lumen esse omnino, quod æstimabatur lumen. Forsitan ergo Angelus, qui sortitus est lunaticum illum talem (si tamen dicendum est omnem animam hominis sub aliquo Angelo constitutam, quasi sub aliquo patre) pater huiusmodi lunatici appellatur, deprecans quasi pro filio medicum animarum, ut liberet eum, qui non potest sanari à passione per uerbum humile discipulorū Christi. Sed quoniam oportet & ipsa uerba interpretari, primum quæramus quare lunaticus appellatur, qui à spiritu immundo uexatur, & quare passio ipsa lumen accepit à luna, quæ post solem magnū luminare uocatur. Medici ergo loquantur sibi quæ uolunt, qui nec immundum spiritum arbitrantur, sed corporalem aliquam passionem, & dicunt humida moueri in capite secundum aliquam comparisonem ad lumen lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui Euāgelio credimus, dicimus hanc passionem immundum spiritum in hominibus operari. Obseruat enim quædam schismata lunæ, & sic operatur, ut ab obseruatione quorundam schismatum lunæ pati hominem mentiat, & per hoc culpabilem Dei creaturam ostendat, ut omnes iniquitatem in excelsu loquantur, qui æstimant ex efficientia stellarum consistere causam omnium infirmitatum, siue generalium, siue specialium criminantes opera Dei, & quædam quidem stellæ dicentes maleficas, quædam autem beneficas, quum nulla stella à Deo sit facta, ut malè faciat. Secundum Hieremiam enim in lamentationibus: De ore domini non procedent mala, & bona. Forsitan autē sicut iste immundus spiritus obseruat quædam lunæ schismata, ut operetur in eo, qui propter aliquas causas traditus est, sic & alij dæmones secundum aliqua stellarum schismata insidiantur eis, qui non præbuerunt se dignos custodia Angelorum sanctorum, ut non sol, a luna, sed etiam stellæ cœteræ blasphementur ab hominibus, qui in excelsu iniquitatem loqui non dubitant, & ponere in cœlo os suum. Post hæc uideamus quod loquens ad patrem lunatici, dominus dixit: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero uobiscum? Viquequo patiar uos? Nam quoniam non potuerunt eum sanare, neque ipsi discipuli Iesu,

Cæcus, humanū genus.

Ioan. 14. a.

Origenes. Matth. 17. c.

Paralyticus, solutus animo.

Cæcus, qui non cõsiderat quod iustum est, uel iniustum.

Surdus, qui salutaria non suscipit uerba.

Lunaticus est, qui à melioribus ad deteriora mutatur.

Osee 7. a.

Ecc. 27. b.

Lunaticus, qui à spiritu immundo uexatur.

Stella nulla malefica.

Thren. 3. e.

Psal. 72. b.

Iesu, quasi adhuc modicæ fidei constituti, propterea dixit, O generatio incredula. Et si illis dixit: O generatio incredula, nobis quid dicit? Et quod ait, Peruersa, ostendit, quoniam ex peruersitate materiæ est introducta, extra naturam facta. Puto autem propter peruersitatem totius humani generis, quasi grauatus malitia eorum, & conuersatione cum eis, dixit: Usquequo &c. Videamus etiam illud quod dicit: Hoc genus &c. & si aliquando oportuerit nos circa curationem tale aliquid patientium permanere, non adiuremus, neque interrogemus, neque loquamur quasi audienti spiritui immundo, sed permanentes in orationibus, & ieiunijs, impetremus patienti salutem à Deo, & abigamus ieiunijs, & orationibus nostris spiritus malignos.

De eadem luna.

Cap. LXIII.

Hieronymus,
Amos 4. b.

Luna, eccles. 1. a.

Abac. 3. c.

Esa. 30. f.
Romani. 8. d.

Malach. 4. a.

Philip. 2. b.

Exo. 34. a. &
Deuter. 5. d.
Ioel. 2. g.

Ioan. 21. g.

Matth. 27. c.
Dies magnus,
& horribilis,
dies resurrectionis,
aut iudicij.
Romani. 10. c.Matth. 17. c.
Lunaticus quis
dicatur.
Osee 7. a.
Cantic. 5. c.
Psal. 89. f.
Matth. 13. f.Luna, mortalitas
caro.

ET diuus Hieronymus exponens illud Amos, Ego quoque prohibui à uobis imbrem, quum adhuc tres menses superessent, usque ad messem: Prohibet (inquit) siue reprimat ab hæreticis dominus pluuias spirituales, & omnem rorem diuinæ sapientiæ, & mandat nubibus suis, ne pluant super eos imbrem ante tres menses messis (siue uindictæ, ut lxx.) ut ad fructus mysterij trinitatis peruenire non possint. Et quomodo sol iste, quem cernimus, annum cursum, donec ad pristinam metam redeat, duodecim explet mensibus, qui singuli tricenis uoluuntur diebus, & luna, quæ Hebræcè dicitur Iaræch, Græcè *μήνη* dicitur, iuxta utranque linguam ex suo nomine mensibus nomē dedit, & solis illustratur radijs ab ea parte, qua ei uicina est, uel plus, uel minus pro uarietate temporū lumē accipiens: sic & Ecclesia ueri solis splendore decorata, duodecim implet Apostolorum numerum, Et exponens illud Abacuc, Sol, & luna steterunt in habitaculo suo, pro quo lxx. habent: Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo, hoc pacto scribit. Si simpliciter interpretationem sequimur, ex præsentibus uerbis profectus solis demonstratur, & lunæ, quod iuxta Esaiam in futuro sæculo septuplum sol luceat, & luna solis fulgeat claritate. Quia enim creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, quæ nunc uanitati subiecta est, propter eum qui subiecit eam in spem libertatis. Quum in consummatione mundi omnis creatura fuerit liberata, liberabitur & sol, & luna, & in suo stabunt ordine. Quod si uoluerimus, solem iustitiæ Christū accipere, in cuius penis sanitas est, & lunam, quæ huius solis splendore illuminatur, Ecclesiam, non difficile est dicere, quod lux uera, & lux hominum, & splendor gloriæ Dei, & splendor lucis æternæ eam illuminet, quæ nunc in isto sæculo iuxta prospera, atque pressuras crescat, atque decreseat. Quum autem sol fuerit eleuatus, & iuxta Apostolum exaltauerit eum Deus, & donauerit ei nomē super omne nomen, tunc etiam Ecclesia, quæ in præsentis sæculo tenere suum ordinem non potest, ad ordinem debitum reuertetur, & nequaquam mutabitur, sed fixo stabit gradu, & audiet cū Moyse: Tu autem hinc ita mecum. Et exponens illud Ioelis, Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinem antequam ueniat dies domini magnus, & horribilis: Sol (inquit) est uersus in tenebras, quando pendentem dominum suum uidere non ausus est, & luna in sanguinem. Quod autem iuxta historiam factum esse credamus, & ab Euangelistis silentio prætermisum. Neque enim omnia quæ fecit Iesus scripta referuntur, quæ si scriberentur per singula, ne ipsum quidem arbitror mundū capere eos, qui scribendi sunt, libros. Aut certe quomodo sol uersus in tenebras est, non quod ipse sit mutatus in tenebras, sed tenebras mundo induerit: Sic & luna non est uersa in sanguinem, sed Iudæos blasphemiarū, & negationum in Christum horrore coopertos, æterno testimonij sui sanguine cōdemnauit, dicentes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Hæc omnia priusquam dies domini ueniat magnus, & horribilis futura describit. Dies autem domini magnus & horribilis, aut resurrectionis esse credendus est, aut certe multa post tempora dies iudicij, qui uerè magnus est, & horribilis. Sed quia sequitur: Et erit, omnis qui inuocauerit nomē domini saluus erit, & hoc Apostolus Paulus refert, ad tempus dominicæ passionis, magis de resurrectionis die intelligendum. Ait enim scribens ad Romanos: Non est distinctio Iudæi, & Græci. Idē enim ipse dominus omnium, diues in omnes qui inuocāt illū. Omnis enim quicumque inuocauerit nomē domini, saluus erit. Quomodo enim inuocabūt in quem non crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem non audierūt? Quomodo autem audierūt sine prædicante? Quomodo autem prædicabūt, nisi mittātur? Et exponens illud Euāgelicum, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est &c. Mihi (inquit) uidetur iuxta tropologiam lunaticus esse, qui per horarum momēta mutatur ad uitia, nec p̄sistit in incepto, sed crescit, atque decrescit, & nūc in ignē fertur, quo adulteratium corda succensa sunt, nūc in aquas, quæ non ualēt extinguere charitatem &c. Et diuus August. exponens illud Dauidicū, Et sedes eius sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: Sedes (inquit) eius, id est, omnes in quibus regnat Deus. Sicut sol, quia iusti fulgebūt in regno patris mei sicut sol. In cōspectu meo, non in cōspectu hominū, non in cōspectu carnis. Et sicut luna perfecta. Per lunam solent significare scripturæ mortalitatem carnis huius propter augmenta, & detrimenta, propter transitoriam speciem. Denique & Hiericho luna interpretatur.

Et utiq;

Et utiq; quidam qui descēdebat ab Hierusalem in Hiericho, incidit in latrones. Descendebat enim ab immortalitate ad mortalitatem. Similis est ergo caro ista lunæ, quæ omni tempore, & omni mense patitur augmenta, & detrimenta, sed erit caro ista nostra in resurrectione perfecta. Itaque si in solo animo perficeremur, tantummodo soli nos compararet. Rursus si in solo corpore perficeremur, tantummodo lunæ nos compararet. Sed quia perficiet nos Deus & in animo, & in corpore, secundum animum dictum est: Sicut sol in conspectu meo, quia animum non uidet nisi Deus, & sicut luna iam caro perfecta in æternū, in resurrectione mortuorum. In nulla re sic cōtradicitur fidei Christianæ, quàm in resurrectione carnis. Denique ille qui natus est in signum, cui contradicitur, & ipse carnem suam resuscitauit, ut obuiam iret contradicitori, & qui posset membra sua sic sanare, ut ea uulnerata fuisse non appareret, cicatrices seruauit in corpore, ut uulnus dubitationis sanaret in corde. In nulla ergo re tam uehementer, tam pertinaciter, tam obnoxie, & contentiosè contradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectione. Nam de animi immortalitate multi etiam philosophi gentium multa disputauerunt, & immortalem esse animum humanum pluribus, & multiplicibus libris conscriptum memoriæ reliquerunt. Quum uentum fuerit ad resurrectionem carnis, non titubant, sed apertissime contradicunt, & contradictio eorum talis est, ut dicant fieri non posse, ut caro ista terrena possit in cœlum ascendere. Ideo luna ista perfecta in æternum, & aduersus omnes contradictores: Testis in cœlo fidelis, Hæc de Christo promissa sunt, quàm certa, quàm firma, quàm aperta, quàm indubitata. Nam & si quædam sunt tecta mysterijs, quædam tamen sic manifesta, ut ex ipsis facillimè aperiantur obscura. Et Cassiodorus: Et thronus eius sicut sol &c. Thronus Dei hic intelligendus est anima fidelis, in qua re uera insidet, quando eam maiestatis suæ illuminatione compleuerit. Sic enim scriptum est: Sedes sapientiæ anima iusti. Sicut sol &c. Comparationem rerum uisibilem facit. Nam si magnum est de creatura clarescere, multo melius de creatore lucere. Et sicut luna &c. Luna, humano corpori cōuenienter aptatur, quia per uarias ætates attenuatur, & proficit. Sed ideo addidit, Perfecta, ut in illo spirituali corpore iam non temporale aliquid intelligeres, sed de sola plenissima æternitate sentires. Nam & ipsum corpus nostrum in æternum sic claritate complebitur, ut luna perfecta. Quæ luna perfecta, testis erit fidelis, utiq; in qua commissa completur. Sed uide quid posuit: In cœlo, id est, in sancto uiro. Ipsorum enim corpora sic lucebūt, quorum & animæ diuina illuminatione resplēdent, sicut Salomon ait: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundinetis discurrent. Frequenter enim luna Ecclesiæ comparatur. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscura luna rectos corde, hoc pacto scribit: Ecce (inquiunt) peccatores intenderunt arcum, credo scripturas, quas illi carnaliter interpretando, uenenatas inde sententias emittunt. Parauerunt &c. eadem uerba scilicet, quæ scripturarum autoritate iaculaturi sunt, in cordis occulto parauerunt. Ut sagittent in obscura luna rectos corde, ut quum senserint Ecclesiæ lumine propter multitudinem imperitorum, & carnalium obscurato, non se posse conuinci, corrum p̄t bonos mores colloquijs malis. Sed cōtra omnes istos terrores dicendum est: In domino cōfido. Luna uerò quàm congruenter significet Ecclesiam, meminisse me promississe in hoc psalmo consideraturum. Duæ sunt de luna opiniones probabiles. Harum autem quæ uera sit, aut non omnino, aut difficillimè arbitror posse hominem scire. Quæ ergo quæritur, unde lumē habeat, alij dicunt suū habere, sed globū eius dimidiū lucere, dimidiū autem obscurū esse. Dum autem mouetur in circulo suo, eadem partē, qua lucet, paulatim ad terras cōuertit, ut uideri à nobis possit, & ideo prius quasi cornutam apparere. Nam & si facias pilam ex dimidia parte candidam, & ex dimidia obscuram, si eam partem, quæ obscura est, ante oculos habeas, nihil candoris uides. Et quum cœperis illam candidam partem ante oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris uidebis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscuræ alterius partis uideatur. Quod si perseueres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere, & candor minuitur, donec iterum ad cornua redeat, & postremo totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit uideri. Quod fieri dicunt, quum lumen lunæ uidetur crescere usque ad quintadecimam lunam. Et rursus usque ad tricesimam minuit, & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. Secundum hanc opinionem luna in allegoria significat Ecclesiam, quod ex parte spirituali lucet Ecclesia, ex parte autem carnali obscura est. Et aliquando spiritualis pars in bonis operibus apparet hominibus, aliquando autem in conscientia latet, ac deo tantummodo nota est, quum solo corpore apparet hominibus, sicut contingit quum oramus in corde, & quasi nihil agere uidemur, dum non ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad dominum. Alij autem dicunt non habere lunam lumen proprium, sed à sole illustrari. Sed quando cum illo est, eam partē ad nos habere, quam non illustratur, & ideo nihil in ea lucis uideri. Quum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte, quam habet ad terram, & necessariò incipere à cornibus, donec fiat quintadecima contra solem. Tunc enim sole occidente oritur, ut quisquis occidētem solem obseruauerit, quum eum

Luca 10. e.

Psal. 89. f.

Resurrectioni
carnis uehementer
contradicitur.Cassiodorus.
Thronus, anima
fidelis.

Sapient. 7. d.

Luna, humani
corpus.Cœlum, sanctus
uir.

Sapient. 3. b.

Psal. 10. a.

Luna obscura,
Ecclesia.

Psal. 10. a.

Luna, unde lumen
habet, à se,
uel à sole.

Luna, Ecclesia.

Y cœperit

coeperit non uidere, conuersus ad orientem lunam surgere uideat. Atque inde ex alia parte, quum ei coeperit propinquare, illam partem ad nos conuertere, qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atque inde omnino non appareat, quia tunc pars illa, qua illustratur, sursum est ad coelum, ad terram autem illa quam radiare sol non potest. Ergo & secundum hanc opinionem luna intelligitur Ecclesia, quod suum lumen non habeat, sed ab unigenito Dei filio, qui multis locis in sanctis scripturis allegoricè sol appellatus est, illustratur. Quem nescientes, & cernere non ualentes haeretici quidam, ad istum solem corporeum, & uisibilem, quod commune lumen est carnis hominum, atque muscarum, sensus simplicium conantur auertere, & nonnullorum auertunt. Qui quandiu non possunt interiorum lucem ueritatis mente conuerti, simplici fide catholica contenti esse nolunt, quæ una paruulis salus est, quo uno lacte ad firmitatem solidioris cibi certo robore peruenitur. Quælibet ergo duarum istarum opinionum uera sit, congruenter accipitur allegoricè luna, Ecclesia. Aut si in istis obscuritatibus magis negociosis, quam fructuosis, exercere animum, aut non libet, aut non uacat, aut animus ipse non ualet, satis est lunam popularibus oculis intueri, & non quaerere obscuras causas, sed cum omnibus & incrementa eius, & complementa, & detrimenta sentire. Quæ si propterea deficit, ut renouetur, etiã ipsi imperitæ multitudini demonstrat Ecclesiæ figuram, in qua creditur resurrectio mortuorum. Deinde quaerendum est, quid in hoc psalmo accipiatur obscura luna, in qua peccatores parauerunt sagittare rectos corde. Non enim uno modo dici obscura luna potest. Nam & quum finitur mēstruis cursibus, & quum eius fulgor nubilo interpolatur, & quum plena deficit, dici potest obscura luna. Potest ergo & de persecutoribus martyrum intelligi, quod sagittare uoluerint in obscura luna rectos corde. Siue adhuc in Ecclesiæ nouitate, quia nondum terris maior effulserat, & gentilium superstitionum tenebras uicerat, siue linguis blasphemorum, & Christianorum nomen male diffamantium, quasi nebulis cum terra obtegeretur, uideri per specula lunæ non poterat, id est, Ecclesia. Siue ipsorum martyrum cædibus, & tanta effusione sanguinis, tanquam illo defectu, & obscuratone, qua cruentam faciem luna uidetur ostendere, à nomine Christiano deterrebantur infirmi. In quo terrore uerba dolosa, & sacrilega iaculabantur peccatores, ut etiam rectos corde peruerteret. Potest & de his peccatoribus intelligi, quos Ecclesia continet, quod tunc inuenta occasione huius lunæ obscuræ, multa commiserint, quæ nobis opprobria nunc obijciuntur ab hæreticis, quum eorum autores ea fecisse dicantur. Sed quoquomodo se habeat quod in obscura luna factum est, nunc catholico nomine toto orbe diffuso, atque celebrato, quid mihi est incognitis perturbari? In domino enim confido, nec audio dicentes animæ meæ, transmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, ut sagittent in obscura luna rectos corde. Aut si & illis nunc luna uidetur obscura, quia incertum uolunt efficere quæ sit catholica, & eam peccatis carnalium hominum, quos multos continet, conantur arguere, quid ad eum pertinet, qui uerè dicit: In domino confido.

De eadem luna.

Cap. LXV.

Augustinus.

Hier. 9. g.

Diuus quoque Augustinus in epistola ad Ianuarium de ritibus Ecclesiæ, capite quarto, hoc pacto scribit: Est illic & aliud sacramentum, quod si tibi obscurum fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, non contristeris. Nec ideo me putes meliorem, quia hæc in studijs puerilibus didici. Qui enim gloriatur, in eo gloriatur (inquit) scire, & intelligere, quoniam ego sum doctus minus. Nonnulli ergo studiosi talium rerum quæsiuerunt multa de muneribus, & motibus syderum. Et qui subtilius ista scrutati sunt incrementa, & decrementa lunaria, ex conuersione globi eius coniecerunt, non quod aliquid substantiæ, uel accedat ei, quum augetur, uel decedat, quum minuitur, quod deliramentum imperitæ Manichæi opinantes, repleti eam dixerunt, sicut repletur nauis, ex fugitiua diei parte, quam cōmixtam principibus tenebrarum, & eorum sordibus inquinatam, corde, ac ore sacrilego, & credere, & loqui non dubitant. Hinc ergo impleri lunam dicunt, quum magna pars diei magnis laboribus ab inquinamento purgata de toto mundo, atque omnibus cloacis fugiens redditur Deo lugenti, dum redeat. Repleti uerò per mensem dimidium, & alio dimidio in solem refundi, uelut in aliam nauem. Nec tamen inter istas anathematizandas blasphemias aliquid unquam fingere potuerunt, cur uel incipiens lucere, uel desinens corniculato lumine fulgeat, aut cur à dimidio mense incipiat minui, & non ad refundendum plena perueniat. Illi autem qui hoc certis numeris indagarunt, ita ut defectus solis, & lunæ non solum cur fierent, sed etiam quando futuri erant longè ante prædicerent, & eos determinatis interuallis temporum canonica supputatione præfigerent, literisq; mandarent, quas modo qui legunt, atque intelligunt, nihilominus eos prædicunt, nec aliter, aut aliàs accidunt, quam prædicunt. Tales ergo, quibus non est ignoscendum, sicut sancta scriptura dicit, quia quum tantum ualere, ut possent æstimare sæculum, quomodo dominum eius supplici pietate non facilius inuenerunt, ex ipsis cornibus lunæ, quæ à sole auersa sunt, siue crescentis,

siue crescentis, siue decrecentis, coniecerunt eam uel à sole illustrari, & quanto magis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte, quæ terris apparet, radios eius excipere, quāto autem ad eum magis post dimidium mensem ex alio semicirculo propinquaret, tātō magis à superiori parte illustrata ab ea parte, quam terris aduerteret, non posse excipere radios, & propterea uideri decrefcere, uel si haberet suum lumen, illud haberet ex una parte in hemisphærio, quam partem, quum recedens à sole paulatim terris ostenderet, donec coram ostenderet quasi augmenta monstrare, dum non addatur, quod deerat, sed perdatur, quod inerat, ac rursus paulatim abscondere, quod patebat, & ideo uideri decrefcere. Sed quodlibet horum sit duorum, illud certum, atque manifestum est, & cuius aduerterenti facile cognitu, quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi à sole recedendo, neque minuatur, nisi ad solem ex parte alia propinquando. Attende nunc quod in prouerbis legitur: Sapiens sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur. Et quis est sapiens, qui permanet, nisi ille iustitiæ, de quo dicitur: Ortus est mihi sol iustitiæ, & quem sibi non fuisse ortum in die nouissima plangentes impij dicituri sunt: Et iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis? Nā istum carnalis oculis uisibilem solem oriri facit super bonos, & malos Deus, qui etiam pluit super iustos, & iniustos. Ducuntur autem semper ex rebus uisibilibus, inuisibilium congruæ similitudines. Quis est ergo ille stultus, qui tanquam luna mutatur, nisi Adā, in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana recedens à sole iustitiæ, ab illa scilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis, omnes uires suas in terrena conuertit, & eo magis, magisque obscuratur in interioribus, ac superioribus suis, sed quum redire coeperit ad illam incommutabilem sapientiam, quātomagis ei appropinquat affectu pietatis, tātō magis exterior homo corrūpitur, sed interior renouatur de die in diem, omnisque lux illa ingenij, quæ ad inferiora uergebat, ad superiora cōuertitur, & à terrenis quodammodo aufertur, ut magis, magisque huic sæculo moriatur, & uita eius abscondatur cum Christo in Deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in uita sua projiciens intima sua, & hoc terræ, id est, eis, qui terrena sapiunt, melius uidetur, quum laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & qui iniquè gerit, benedicuntur. Mutatur autem in melius, quum intentionem suā, & gloriam à terrenis, quæ in hoc sæculo apparēt, paulatim auertit, & ad superiora ab inferioribus cōuertit, & hoc terræ, id est, eis, qui terrena sapiunt, deterius uidetur. Vnde illi impij postremam infructuosam agentes penitentiam, etiam hoc inter multa dicituri sunt: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, uitam illorū æstimabamus insaniam. Ac per hoc spiritus sanctus de uisibilibus ad inuisibilia, & de corporalibus ad spiritalia sacramenta similitudinem ducens, transitum illum de alia uita in aliam uitam, quod pascha nominatur, à quartadecima luna uoluit obseruari, ut non solum propter tempus tertium, quod supra commemorauimus, quia inde incipit hebdomada tertia, sed etiam propter ipsam tertiam conuersionem ab exterioribus ad interiora de luna similitudo assumeretur, usque ad uicesimam uerò, & primam, propter ipsum numerum septenarium, quo uniuersitatis signatio sæpe figuratur, qui etiã ipsi Ecclesiæ tribuitur propter instar uniuersitatis. Ideo Ioannes Apostolus in Apocalypsi, ad septem scribit Ecclesias. Ecclesia uerò adhuc in ista mortalitate carnis constituta, propter ipsam mutabilitatē lunæ nomine in scripturis signatur. Vnde est illud: Parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscura luna rectos corde. Prius enim quàm fiat illud quod dicit Apostolus: Quum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria, obscura uidetur Ecclesia in tempore peregrinationis suæ inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timēdæ fallaciæ seductorum, quas nomine sagittarum intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos ueritatis, quos ubiq; parit Ecclesia, dicitur: Luna testis in cœlo fidelis. Et quum de regno domini psalmus cantaret: Orietur (inquit) in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec interficiatur luna, id est, abundantia pacis in tantum crescet, donec omnē mutabilitatē mortalitatis absumat. Tūc nouissima inimica destruetur mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nōdum est, cōsumetur omnino, quū corruptibile hoc induet incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri, quæ Hiericho appellatur, quod in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu testamēti arcæ corruet. Quid enim nūc aliud agit annūciatio regni cœlorū, quàm circuitio arcæ significauit, nisi ut omnia munimēta mortalis uitæ, id est, omnis spes huius sæculi, quæ resistit spei futuri sæculi, in dono septenario spiritus sancti per liberū arbitrium destruat? Ob hoc enim circūeunte arca, nō impulsu uiolento illi muri ceciderūt, sed sponte. Sūt & alia testimonia scripturarū, quæ nobis ingerūt per cōmemorationē lunæ Ecclesiæ significationē, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues Angeli sunt, in ærumnis, & laboribus peregrinatur. Nō ideo tamen putare debēt stulti, qui nolūt in melius cōmutari, adoranda esse illa luminaria, quia ducitur ex eis aliquando similitudo ad diuina mysteria figuranda, Ex omni enim creatura ducitur. Nec ideo debemus in sententiam damnationis irruere, quæ ore Apostolico de quibusdam profer-

Y ij tur,

Ecc 27. b.
Sapient. 5. a.

Matth. 5. g.

Col. 3. a.

Ecc 10. b.
Psal. 9. d.

Sapient. 5. a.

Exo. 12. a.

Apoc. 1. a.

Psal. 10. a.

Colof. 3. a.

Sagittæ, seductorum fallaciæ.
Psal. 98. f.
Psal. 71. a.

1. Cor. 15. c.

Ibidem g.
Iosue 6. b.

Rom. 1. c.
Apoc. 5. d.
1. Cor. 10. b.

tur, qui coluerunt, & seruiuerunt creaturae potius, quam creatori, qui est benedictus in saecula. Sicut enim non adoramus pecora, quibus dicitur sit Christus & agnus, & uitelus, nec feram, quia dicitur est leo de tribu Iuda, nec lapidem, quia petra erat Christus, nec montem Sion, quia in ipso figuratur Ecclesia: sic nec solem, nec lunam, quamuis ex ea caelesti creatura, sicut ex multis terrestribus sacramentorum figurae ad informationes mysticas assumantur.

Quid lupus mystice significet.

Cap. LXVI.

Ioan. 10. d.

Lupus iniustus, raptor.

Ezech. 13. d.

Lupus, malignus spiritus.

Hieronymus.

Isa. 65. d.

Act. 9. c.

Act. 28. b.

Act. 9. c.

Gen. 49. d.

Lupus, Paulus.

Agni, qui Christi sequuntur.

Apoc. 14. d.

Ioan. 21. d.

Ioan. 10. d.

Philip. 2. c.

Mercenarius qui dicitur.

Matth. 6. a.

Lupus, diabolus.

2. Cor. 11. g.

Philip. 1. d.

Matth. 10. c.

Philip. 2. c.

Quid lupus mystice significet, diuus insinuat Gregorius homilia decimaquarta in Euagelia, exponens illud Euangelicum, Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, uidet lupum uenientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves: Transquillitatis (inquit) tempore plerumque ad gregis custodiam, sicut uerus pastor, sic etiam mercenarius stat, sed lupus ueniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Lupus etenim super oves uenit, quum quilibet iniustus, & raptor, fideles quosque, atque humiles opprimit. Sed is qui pastor esse uidebatur, & non erat, relinquit oves, & fugit, quia dum sibi ab eo periculum ingeri metuit, resistere eius iniustitiae non praesumit. Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniustitiam uidit, & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per prophetam dicitur: Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere, est quibuslibet potestatibus praeuagantibus, rationis libera uoce contraire. Et in die domini pro domo Israel in praelio stamus, ac murum opponimus, si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiae autoritate uindicamus. Quod quia mercenarius non facit, quum uenientem lupum uiderit, fugit. Sed est alius lupus, qui sine cessatione quotidie non corpora, sed mentes dilaniat, malignus uidelicet spiritus, qui caulas fidelium insidians circuit, & mortes animarum quaerit. De quo lupo mox subditur: Et lupus rapit, & dispergit oves. Lupus uenit, & mercenarius fugit, quia malignus spiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, & is qui locum pastoris tenet, curam sollicitudinis non habet. Animae pereunt, & ipse de terrenis commodis latatur. Lupus rapit, & dispergit oves, quum alium ad luxuriam pertrahit, alium ad auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit, hunc inuidia stimulat, illum fallacia supplarat. Quasi ergo lupus gregem dissipat, quum fidelium populum diabolus per tentationem necat. Sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur, nullo seruore dilectionis excitatur, quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur. Et diuus Hieronymus exponens illud Esatae, Lupus, & agnus pasceatur simul: Loquentibus (inquit) & clamantibus Apostolis, & Apostolicis uiribus, dominus signorum magnitudine respondere, ut Dorcas ad preces Petri surgeret, ut Publij pater in insula Meleta febribus, & dysenteria, qui morbi inter se contrarii sunt, Pauli precibus sanaretur, & ut eos totus orbis deos inter homines diceret ambulare, tunc lupus, & agnus pascebantur simul, persecutor Paulus, & Ananias discipulus. Ille lupus, de quo scriptum est: Benjamin lupus rapax, mane comedit praedam, & ad uesperam dabit escas, siue (ut in Hebraico dicitur) diuidet spolia. Cuius doctrina cibus fuit creditum, & qui in toto orbe de superatis aduersariis triumphauit. Agni autem credendi sunt omnes, qui in uestibus candidis sequuntur agnum quocumque uadit, quos dominus Petro tradidit ad pasendum, dicens: Pasce agnos meos. Et diuus Augustinus tractatu 46. in Ioannem, enarrans illud Euangelicum, Mercenarius, & qui non est pastor &c. Non hic (inquit) bonam personam mercenarius gerit, & tamen in aliquo utilis est, nec mercenarius diceretur, nisi acciperet a conducente mercedem. Quis est ergo iste mercenarius, & culpabilis, & necessarius? Sunt quidam Ecclesiae praepositi, quibus Paulus Apostolus dicit: Sua quaerentes, non quae Iesu Christi, id est, non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quaerentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Haec quando amantur a praeposito, & propter hoc seruitur Deo, quilibet est talis, mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus enim & dominus dicit: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Vidimus quid sit mercenarius. Quis est lupus, nisi diabolus? Et quid dicitur est de mercenario? Quum uiderit lupum uenientem, fugit. Si Apostoli erant pastores, non mercenarii, quare fugiebant, quando persecutionem patiebantur? Expone nobis o domine. Vidi in epistola fugientem Paulum, per murum in sporta submissus est, ut manus praefugientis euaderet. Non ergo illi cura fuit de ouibus, quas lupo ueniente deserebat? Fugit plane, sed eas pastori in caelo sedenti orationibus commendabat, se autem utilitati earum fugiendo seruabat, sicut quodam loco ait: Manere in carne necessarium duxi propter uos. Ab ipso namque pastore omnes audierant: Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Hanc nobis quaestionem dominus dignetur exponere. Quis est mercenarius? Qui uidit lupum, & fugit, qui sua quaerit, non quae Iesu Christi

Iesu Christi, peccantem non liberè audeat redarguere. Ecce nescio quis peccauit, grauius peccauit, increpandus est, excommunicandus est, sed excommunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit, quum potuerit, iam ille qui sua quaerit, non quae Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanae amicitiae commoditatem, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit, ecce lupus ouem guttur apprehendit, diabolus fidelem adulterium persuasit, tu taces, non increpas? O meretricie lupum uenientem uidisti, & fugisti. Respondebit forte, & dicit: Ecce hic sum, non fugi. Fugisti, quia tacuisti, tacuisti, quia timuisti. Fuga animi, timor est. Corpore stetit, spiritu fugisti, quod ille non faciebat, qui dicebat: Si corpore absens sum, spiritu uobiscum sum. Quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens, fornicatores literis arguebat? Affectiones nostrae, motus animorum sunt, laetitia, animi diffusio, tristitia, animi contractio, cupiditas, animi progressio, timor, animi fuga est. Diffunderis enim animo, quum delectaris, contraheris animo, quum molestaris, progredieris animo, quum appetis, fugis animo, quum metuis. Et Rupertus in commentariis: Videt (inquit) lupum uenientem, & dimittit oves, & fugit. Non arguitur mercenarius quod furatus sit, maclauerit, aut perdiderit, quia uidelicet, quum non educat oves in saltus alios, quam quos probauerunt pastores magni, & probati, neque perdat oues uenenatis falsae doctrinae pascuus, non satis legitime fur dici potest, & proinde nec occasio est cur maclat. Nam interim oves non fugiunt ab eo, quippe quia non habent causam legitimam, cur non audiant uocem, uel cur necessario deuiant eius communionem, cur illi lac suum ad edendum, suamque lanam denegent ad operiendum. Sed unde arguitur? Videt (inquit) lupum uenientem, id est, diabolum animabus insidiantem, easque ad mortem aeternam per diuersa scelera protrahentem. Videt (inquit) & fugit, id est, sub silentio se abscondit. Fugit, id est, uerbum exhortationis subtrahit, ne si lupo resistat, temporale commodum (quod amat) amittat. Amant plerumque oves suam perniciem, amant (inquam) & suis exitiis delectantur, suis periculis male blandis in praesenti demulcentur, nec recogitant, dulcedine uitiorum fallente, quantus eas interitus consequatur. Et nisi perire permittantur, eiusmodi oves sunt, ut neque ad mulctram pastoris uenire, neque tonsorem eundem iam uelint subire, insuper & ipsum pastorem tumultuando, quantum possunt, cornibus, & lateribus audet impingere. Fugit ergo mercenarius taciturnus, ne pugnando pro ouibus, temporalis lucri detrimentum patiat. Et lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa fugiendi est, quia mercenarius est, quia mercedibus transitorijs inhiat, & dum illis contentus est, lupus rapit, & dispergit oves. Nec solummodo lupo ueniente fugit, sed & quando, iuxta Ezechiel, colliduntur arietes, & hirci, dum lateribus, & humeris impingunt, & cornibus suis uentilat omnia infirma pecora, donec dispergantur foras, fugit idem mercenarius abscondendo se, non iudicans inter pecus, & pecus, aut certe nequius quod crassum est assumit, & quod debile est, proicit, uidelicet iustificans impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferens ab eo. Sanè quum alibi dicit: Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam, tunc irreprehensibiliter pastor fugit, quando aperta persecucione furis haeretici, siue lupi diaboli, per gentilem potestatem malitiam suam exercentis, pastor ipse quaerit, ut oues eius praesidio destituantur. Quod Paulus Apostolus non solum irreprehensibiliter, ueruetiam laudabiliter fecisse legitur, quando Damasci praeposito gentis Arethae regis custodiente ciuitatem, ut eum comprehenderent, a fratribus per murum summissus est in sporta, & sic effugit manus eius. Non enim fugit, ut oues destitueret, sed ut ouium saluti seipsum reseruaret. Coeterum omnes qui absque eiusmodi causa fugiunt, qui oues dimittunt, hic pastor, & episcopus animarum nostrarum merito excludit a numero pastorum. Quibus expolis iterum dicit: Ego sum pastor bonus &c.

Quid lutum mystice significet.

Cap. LXVII.

Quid lutum mystice significet, diuus ostendit Gregorius libro Moralium 29. capite secundo, exponens illud Iob, Restituetur ut lutum signaculum: Quid aliud (inquit dominus) plebem Israeliticam, nisi lutum reperit, quam obsequium gentium deditam, in Aegypto seruientem lateribus inuenit? Quam dum tot miraculis ad terram repromissionis duxit, dum perductam cognitionis suae scientiam impleuit, dum tot arcana secretorum ei per prophetiam contulit, quid eam aliud quam seruandam mysterium signaculum fecit? Ipsa quippe diu in prophetia clausum conuinit, quicquid de se ueritas in fine reuelauit. Sed dum post tot diuina secreta, post tot percepta miracula in redemptoris sui aduentu, plus terram, quam ueritatem dilexit, per sacerdotes dicens: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem, quasi ad eos, quos in Aegypto reliquerat, lateres redit, & quae facta iam Dei signaculum fuerat, ad hoc se iterum quod deseruerat, inflexit, lutumque se post signaculum in oculis ueritatis exhibuit, quum per impietatis malitiam accepti uerbi mysteria perdidit, & sola terrena sapere, quae inquinant, elegit. Et infra: Hi qui nunc uidentur in Ecclesiae sinu signaculum, tunc ante oculos omnium restituentur, ut lutum, id est, nequaquam

Signaculum, si des. iudicia hominū de professione religionis fallūt, sed quōd terrena sapiant, demōstrantur. Solet enim scriptura sacra pro fide appellare signaculum, pro iniquitate lutum. Nam filius iunior, qui consumpta substantia ad patrem rediit, in munere anulum accepit. Gentilis enim populus, qui immortalitate perditā, ad Deum pōnitēdo reuertitur, per fidei signaculum munitur. Vnde & a spōso suo Ecclesiae dicitur: Pone me ut signaculum super cor tuum. Idcirco nanq; signaculum rebus ponitur, ne qua diripientium præsumpione tenerentur. Sponsus ergo in corde signaculum ponitur, quando fidei eius mysterium in custodiam nostrae cogitationis imprimitur, ut ille infidelis seruus, nimirum noster aduersarius, quum signata fide corda considerat, tentando ea irrumpere nō præsumat. Per lutum uerō, quia terrena contagia demonstrantur, attestatur Psalmista, qui ait: Eduxisti me de lacu miseriae, & de luto facis. Quia igitur multi in terrenis contagijs inuenti, perducti ad Ecclesiam, coelestis fidei sacramento signantur, & tamen ab iniquis operibus nō recedunt, sed nunc fidei uelamine contegunt, sed quum tempus inuenerint, quid sint, ueraciter ostendūt, recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculū. Quos enim nūc fideles credimus, ipsos tunc fidei hostes inueniemus, & quamuis appareant non tentati signaculum, erunt proculdubio tentati lutum. Vnde & recte dicitur: Restituetur, quia qualis eorum conscientia esse ante fidem potuit, tales eos postmodū reproba uita conuincit. Et capite quinto: Restituetur ut lutum signaculū &c. Hominem quippe dominus, quem ad suam similitudinem cōdidit, quasi quoddam suae potentiae signaculum fecit, quod tamen, ut lutum restituetur, quia licet aeterna supplicia per cōuersionem fugiat, in ultione tamen perpetratae superbiae carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus, & mentis accepta ratione, similitudine diuinā imaginis decoratus, elatione cordis intumescēs, quōd de infimis formatus esset, oblitus est. Vnde mira conditoris iustitia actum est, ut quia per sensum intumuit, quem rationabilem accepit, rursus terra per mortem fieret, quam esse se cōsiderare humiliter noluit, & quia peccando Dei similitudinem perdidit, moriendo uerō ad limi sui materiā rediit, recte dicitur: Restituetur ut lutum signaculū. Et quia de corpore, dum spiritus uocatur, quodam quasi inuolucro suae carnis exiit, apertē de eodem luto subiungitur: Et stabit sicut uestimentum. Et libro trigesimoquarto Moralium, capite octauo: Luti quoq; nomine in sacro eloquio aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidū sapiens iniqua doctrina, aliquando desiderij carnalis illecebrae designantur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas figuratur, sicut per Abacuc prophetam dicitur: Vae ei qui multiplicat non sua. Vsq; uero aggrauat cōtra se densum lutū. Denso enim se luto aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicās, peccati sui se oppressionē coangustat. Rursum luti nomine, doctrina sordidum sapiens designatur, sicut per eundem prophetam domino dicitur: Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarū multarum. Ac si diceret: Aperuisti iter praedicatoribus tuis, inter doctrinas huius saeculi sordida, & terrena sapientes. Per lutum quoq; desiderium sordidae uoluptatis exprimitur, sicut Psalmista deprecans, ait: Eripe me de luto, ut non inhæream. Luto quippe inhærere, est sordidis desiderijs concupiscentiae carnalis inquinari. Hoc ergo loco aurum claritas sanctitatis accipitur, lutum uerō uel terrenarum rerum auaritiam, uel prauarum cōtagia doctrinarum, uel sordes carnalium uoluptatū nil obstat intelligi. Quia enim multos Leuiathan iste, qui intra sanctam Ecclesiam fulgore iustitiae resplendere uidebatur, tunc uel terrenarum rerum concupiscentia, uel errantis doctrinae contagio, uel carnalibus sibi uoluptatibus subiicit, aurum sibi proculdubio, quasi lutum sternit. Aurum enim quasi lutum sternere, est in quibusdam uitae mūdiciam per illicita desideria conculcare, ut hi etiam sordidis eius uestigijs seruiant, qui contra illum prius uirtutum splendore rutilabant. Antiquus itaq; hostis alios tunc sub specie sanctitatis illudit, alios autem per foeda uitia uitae carnalis intercipit. Sed tūc per haec apertē grassabitur, nūc autem multorum cordibus occultē dominatur, sicut Paulus Apostolus dicit: Vt reueletur in suo tempore, nam mysterium iam operatur iniquitatis. Toties igitur etiam nūc aurum sibi quasi lutū subiicit, quoties castitatem fidelium per carnis uitia sternit. Toties aurum uelut lutum calcatur, quoties sensum continentium per immunda desideria dissipat. Quod tunc tanto uehementius peragitur, quanto suae perditae libertati commissus, hoc quod appetit, effrenatius perpetrat. Et fortasse quempiam moueat, cur misericors Deus fieri ista permittat, ut Leuiathan iste seu nunc per suggestiones callidas, siue tūc per damnatū illū, quem replet hominem, uel solis sibi radios, id est, doctos quosq; sapientesq; subiiciat, uel aurum, hoc est, uirtus sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi uitijs coinquinando substernat. Sed citius respondemus, quia aurum, quod prauis eius persuasionibus, quasi lutum sterni potuerit, aurū ante Dei oculos nūquam fuit. Qui enim seduci quādoq; nō reuersuri possunt, quasi habitā sanctitatis ante oculos hominū uidentur amittere, sed eā ante oculos Dei nūcq; habuerūt. Saepe nanq; homo multis occultē peccatis inuoluit, & in una aliqua uirtute magnus uidet. Quae ipsa quoq; uirtus inanescēs deficit, quia dū innotescit hoibus, proculdubio laudatur, eiusq; laus inhāter appetit. Vnde fit, ut & ipsa uirtus ante Dei oculos uirtus nō sit, dū abscondit, quod displicet, prodit, quod placet. Quae itaq; esse merita apud Deum possunt, quādo & mala occulta sunt, & bona publica.

blica? Plerūq; enim, sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescit, atq; ideo ostensa diu castitas circa uitae finē perditur, quia cooperta superbia, usq; ad finē incorrecta retinetur. Alius elemosynis uacat, propria distribuit, sed tamen multis iniustitijs seruit, uel fortasse linguā in detractionibus exercet. Et fit plerūq; ut is, qui misericors fuerat, iuxta uitae suae terminū, rapacitatis, & crudelitatis stimulis inardescat. Quod ualde iusto iudicio agitur, ut & perdat ante homines, unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo displicuit, corrigere nunquam curauit. Alius patientiae studet, sed dum inuidere alijs, & seruare in corde malitiam non cauet, fit quandoq; impatiens, qui diu latuit dolens. Qui itaq; & per aliquid aurum sunt, & per aliquid lutum sunt. Atq; hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigētib; etiā uirtus, quae publicē claruerat, dissipatur.

INCIPIT LIBER DECIMVS, AD MYSTICOS

SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Quid maceria mysticē significet.

Cap. I.



Vid maceria mysticē significet, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Cantorum, Surge amica mea, soror mea, & ueni, columba mea in foraminibus petrae in cauerna maceriae: Surgit (inquit) anima, quū a peccati perpetratoe se erigit. Venit, quū per bona opera desiderij sancti passibus ad caelestia tendit. Sancta etenim mens, quum praeteritae uitae turpitudines conspiciat, quum peccata sua enumerat, quae fecit, mox secum in cōscientia erubescit, & quaecunq; in mundo dilexerat, ad odium sibi transferens, fleibus se punit, & ipsa pōnitētia facta robustior, ab omni iniquatione etiam cogitationis exilit, & ab omni torpore negligentiae se excutit, ut iam in infimis cogitationibus nō iaceat, sed ad appetenda inuisibilia per sancta desideria se extendat. Hae itaq; mens surgit, & uenit, quia & a torporis infirmitate per compunctionem se erigit, & in sanctis studijs se exercens, ad aeterna pedibus amoris currit. Per foramina autem petrae, uulnera manuum, & pedum Christi in cruce pendētis libenter intellexerim. Cauernam uerō maceriae, uulnus lateris, quod lācea factum est, eodem sensu dixerim. Et bene colūba in foraminibus petrae, & in cauerna maceriae esse dicitur, quia dum in crucis recordatione patientiam Christi imitatur, dum ipsa uulnera propter exemplum ad memoriā reducit, quasi columba in foraminibus, sic simplex anima in uulneribus nutrimentum, quo cōualescat, inuenit. Possunt tamen per foramina petrae, incarnationis Christi sacramenta signari, & per cauernam maceriae ipsa protectio Angelicae custodiae figurari. In qua custodia, quum anima ponitur, bene ei a sponso dicitur: Ostende mihi faciem tuam &c. Et diuus Augustinus enarrans Psalmum 79, & exponens illum uersiculum, Vt quid destruxisti maceriam eius? Maceria (inquit) eius, est munitio eius. Exstitit enim superba aduersus plantatorem suum, sed seruos ad se missos, & petentes mercedem coloni flagellauerunt, ceciderunt, & occiderunt. Venit & unicus filius, & dixerunt: Hic est haeres, uenite occidamus eum, & nostra erit haereditas. Occiderunt, & extra uineam proiecerunt. Proiectus magis possidet, unde proiectus est. Sic enim ei minatur per Esaiam: Destruam maceriam eius. Expectaui enim, ut faceret uia, fecit autē spinas. Expectaui inde fructū, & inueni peccatum. Expectaui, ut faceret iudicium, & fecit iniquitatem. Non erat destruenda maceria eius? Et uenerunt gentes, destructa maceria, inuasa est uinea, ac deletum regnum Iudaeorum. Et Cassiodorus: Istius uineae, quae a Iudaico populo ducit originem, miratur cur fuerit euerfa munitio, hoc est, domini subtracta defensio, Maceria est enim de solis lapidibus constructa custodia, quae solet uineas defensabiliter circuire. Et merito tali uerbo in superiore translatione permansit. Et uindemiant eam &c. Vindemiant dicit, diripiunt, atq; conculcant, quod a transeuntibus fieri solet, qui praedicaudi studio labores auferre nituntur alienos. Vnde & per Esaiam dicitur: Destruam maceriam eius, & erit in diruptionem, & destruam parietem eius, & erit in conculcationem. Scriptum quoq; est in libro Geneleos, Dixitq; mulier: Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam uocauit nomen eius Phares &c. Tempus, uel dies partus, hoc tempus acceptabile, & hic dies salutis est, ab hora passionis Christi, cuius amaritudo, id est, mors, omnem hominem, tam Iudaeum, quam Graecum ad aeternam uitam parturiuit. Nam isti sunt duo gemini, qui in utero Thamar reperti sunt discordantes, & quasi de priuilegio nascendi contententes, quos Apostolus exaquare, & ad pacis concordiam formare cupiens exterret minis, mulcet promissis: Ira (inquit) & indignatio, tribulatio, & angustia in omnē animā hominis operantis malū, Iudaei primum, & Graeci, Gloria autē, & honor. Et post: Omni operati bonū, Iudaeo primū, & Graeco. Nō est enim personarum acceptio apud Deū &c. In ipsa (inquit) effusione infantium, unus protulit manū, Vnus ille,

Y iij qui pri

Gregorius.
Cant. 2. d.Foramina pe-
trae, Christi uul-
nera, incarna-
tionis mysteria.
Cauerna mace-
riae, lateris Chri-
sti uulnus, uel an-
gelicae custodiae
protectio.Psal. 79. b.
Maceria, munitio.
Matth. 21. d.
Esa. 5. d.Cassiodorus.
Maceria, domi-
ni protectio.Esa. 5. d.
Gen. 39. g.2. Cor. 6.
Rupertus.

Rom. 2. b.

qui primò manum protulit, Iudæus est, qui primus legem accepit, & cui primum oportebat loqui uerbum dei. At ille repulit illud, & indignum se iudicauit aeternæ uitæ. Manum ergo cocchino liga tam cito retraxit, id est, conscientiam Christi sanguine pollutâ auertit: Alter protinus egressus est, Græcus, id est, gentilis populus ad lucē uenit, & Deo natus est. Quare (inquit) diuisa est propter te maceria: Hoc profecto à semetipso non dixit, sed uerum prophetauit, quod nunc palam factum est, quia uidelicet cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gētium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Hæc interruptio Israël, diuisio maceriæ est, quam & significat nomen Phares, interpretatur enim diuisio. Alterum appellauit Zara. Quo nomine pellenda designatur cæcitas, quæ contigit in Israël, ut post præsentem infidelitatis noctem, ueram uideat lucem, respiciens ad orientem, Zara namq; interpretatur oriens.

Quid malleus, malusq; arbor, mysticè significant.

Cap. II.

Gregorius.
Iob 41. d.
Malleus. Diabo-
lus, percussio cœ-
lestis.

Hierem. 50. d.

1. Reg. 6. d.

Hieronymus.
Hierem. 23. f.
Malleus, sermo
Dei.
Ezech. 11. d.

Matth. 3. c.
Nabû 1. b.
3. Reg. 6. d.
Iob 41. c.
Gregorius
Malleator,

Quid malleus mysticè significet, diuus ostēdit Gregorius libro Moral. 34. cap. 6. exponens illud Iob, Quasi stipulam æstimabit malleū: In scriptura sacra mallei nomine aliquando diabolus designatur, per quem nunc delinquentium culpæ feriuntur. Aliquando uero percussio cœlestis accipitur, qua uel electi supernos ictus sentiunt, ut à prauis itineribus corrigantur, uel iusta ira reprobos percutit, ut iam supplicia aeterna præueniens, quid etiam in posterum mereantur, ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, testatur propheta, quum super eum uim extremi iudicij contemplatur, dicens: Quomodo contractus est, & contritus malleus uniuersæ terræ? Ac si diceret: Eum per quem uascula sua dominus in ministerij usum formâda percutit, quis perpendat quo turbine ueniente extremo iudicio in aeterna damnatione confringit? Rursus per malleum percussio cœlestis exprimitur, quod Salomone templum ædificante signatur, quum dicitur: Domus autem, quâ ædificaretur, lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, quum ædificaretur. Quid enim domus illa, nisi sanctam Ecclesiam, quam in cœlestibus dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides, deferuntur. Qui quum ædificatur in cœlestibus, nullus illic iam disciplinæ malleus resonat, quia dolati, atq; perfecti, illuc lapides ducimur, ut locis iuxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris tundimur, ut illuc sine reprehensione ueniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tunctionum resonant ferramenta. In domo autem Dei nulli ictus audiuntur, quia in aeterna patria omnis iam percussio strepitus conticescit. Nequaquam sibi malleus percutit, quia nulla animaduersione affligit. Nequaquam securis incidit, quia receptos interius nulla foras seueritatis sententia proijcit. Nequaquam ferramenta perstreperunt, quia nec quælibet minima ultra iam flagella sentiuntur. Quia ergo per malleum desuper uenientē cœlestis pondus percussio exprimitur, quid est quod Leuiathan iste malleum despicit, nisi quod supernæ animaduersionis ictus formidare contemnit? Et quasi stipulam malleum deputat, quia ad iustæ iræ se pondera uelut contra terrores leuissimos parat. Et Diuus Hieronymus exponens illud Hierem. Meus (inquit) sermo nunciat futura supplicia, ut deterreat homines à peccâdo, & paleis peccatorum comminatur incendium, ut hæreticorum corda dura, instar silicis indomabilia, sermonis sui malleo conterantur, auferēs cor lapideum, ut ponat pro eo cor carneum, molle uidelicet, & quod possit dei suscipere & sentire præcepta. Pro malleo lxx. securim interpretati sunt, illa uidelicet, de qua Baptista Ioannes loquitur: Iam securis ad radices arborum posita est. Hæc securis instructuosa succidit arbores, & hic malleus conterit durissimos lapides. Vnde & Nahum Propheta loquitur: Furor eius consumet principatus, & petrae conterentur ab eo. Hoc contra hæreticos. Ceterum de Ecclesiasticis uiris scriptum est, quod malleus & securis non sint audita in domo domini. Et diuus Gregorius exponens illud Iob, Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus: Cor (inquit) antiqui hostis, ut lapis indurabitur, quia nulla unquam conuersionis poenitentia mollietur. Qui, quia solis ictibus aeternæ ultionis aptabitur, rectè protinus subinfertur. Et stringetur & c. Incudem quippe malleator solis aptam percussioibus figit. Ad hoc namq; incus statuitur, ut crebris ictibus feriatur. Leuiathan ergo ut malleatoris incus stringitur, quia inferni uinculis coartabitur, ut aeterni supplicij cōtinua percussione tundatur. Qui modo quoq; percutitur, dum iusti quicq; illo in insidijs uigilante, sed doloribus tabescente saluantur. In incude autem alia uasa formantur, ipsa uerò tot percussioibus in uas aliud nō trāssertur. Rectè ergo Leuiathan iste incudi comparatus est, quia nos illo persequente componimur, ipse autem, & semper percutitur, & in uas utile nunquam mutatur.

Quid autem malus arbor, significet, require in dictione, Lignū, cap. 42. & 43. Illud autem Cantorum,

torum, Fulcite me floribus, stipate me malis, expositū est in dictione, Flos. Et Diuus Greg. exponens illud Cantorum, Et odor oris tui sicut malorum. Mala (inquit) punica de quibus superius dictum est, hic rememorat, quorum odori odor oris sponsæ bene satis assimilatur. Per mala autem punica, martyres designari superius diximus. Per os autem sponsæ hic debere intelligi eius prædicationem putamus. Quæ dum uirtutes martyrum prædicat, dum ad eorum similitudinem animos audientium instigat, dum in unius prædicatione fidei, multas uirtutes esse manifestat, quid aliud, quàm malorum odorem in ore portat? Quia & ruborem corticis in martyrio ostendit, quod prædicat, & in uirtutibus multitudinem granorum sub eadem fide, quasi sub eodem cortice, demonstrat. Et infra capite octauo. Sub arbore malo suscitauit te: Quid per arborem malū, nisi sancta crux designatur? Quæ malum illud sustinuit, de quo eadem sponsa in superioribus dicit: Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sed spōsam suam Christus sub arbore malo suscitauit, quia in cruce positus, subditam sibi Ecclesiam ad uitam uocauit, ut à somno mortis resurgeret, & cum illo se crucifigēs, ad nouam resurrectionem properaret. Vnde & Apostolus cuius animæ mortuæ dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et quibusdam, qui iam surrexerant alibi dicit: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, querite. Sed quia infidelitas Synagogæ Christum crucifixit, ideo sequitur: Ibi corrupta est mater tua.

Quid malumpunicum, & malumgranatum mysticè significant.

Cap. III.

Quid malumpunicum mysticè significet, dictum est in dictione, Fragmentum. Illud autē Canticorum, Emissiones tuæ paradus malorum punicorum cum pomorum fructibus, diuus Gregorius hoc modo exponit: Quid emittit sancta Ecclesia, nisi cum sanctis operibus sancta uerba, quibus filios gignit, & nutrit? Quorum dum alios usq; ad martyrium perducit, alios in sancta conuersatione erudit, hos sanguine martyrij rubentes ad aeternam patriam trāsmittit, illos uero in sanctis operibus uiuentes, proximis in exemplum sanctitatis tradit, quid aliud, quàm malapunica, & pomorum fructus emittit? Malapunica enim sub rubeo cortice multitudinem granorum continent. Fructus uero pomorum in se refectionis dulcedinem habent. Sic sic martyres dum sub igne tribulationis laborant, dum pro Christo exterius sanguinem fundere non dubitant, multitudinē uirtutum interius sibi congregant in mente. Sancti etiam quicq; qui in pace Ecclesiae uiuunt, fructus pomorum gerunt, quia dum sancta opera faciunt, proximis exempla tribuunt, quorum exhibitione se qui uolunt, reficiunt. Quotquot enim sunt in Ecclesia sancti, siue igne passionis ardeant, siue in pace Ecclesiae quiescant, succrescant, sanctarum uirtutum odorem, tanquam paradisum suauitatis, & deliciarum construere in se, dum uiuunt, nō cessant. Illud autem Canticorum, Sicut cortex malipunicum & c. require in dictione, Cortex. Et rursus scriptū est: Et inspicerem, si florissent uinæ, & germinassent malapunica: Vinea (inquit) florent, quādo in Ecclesia filij recenter in fide generantur, & ad sanctam conuersationem, quasi ad fructus soliditatem præparantur. Malapunica germinant, quando perfecti quicq; per exempla sua proximos ædificant, & in nouitatem sanctæ conuersationis per prædicationem, & bonorum operum ostensionem inuitant. Illud quippe malumpunicū, uidelicet Apostolus Paulus, germinauerat, qui dicebat: Filioli mei quos iterū parturio, donec formetur Christus in uobis. Sic etenim in sancta Ecclesia agitur, ut per bonos mali conuertantur, per perfectos imperfecti nutriantur, donec & ipsi ad perfectionem ueniant, & infirmos quosq; sicut ipsi perducti sunt, ad meliora perducant. Hoc Christus Ecclesiae sponsus uisitando perficit, respiciendo corpus sanctum coniungit, quia ideo corpus infirmitatis assumpsisse cognoscitur, ut in corpus suæ claritatis, tota simul Ecclesia transformetur. Vnde beatus Paulus ait: Qui reformabit corpus humilitatis nostræ figuratū corpori claritatis suæ. Hæc omnia in fine mundi synagoga tandem excitata percipiet, & se tandiu hæc ignorasse reprehendet. Illud autem Canticorum, Si floruerunt malapunica, require in dictione, Flos. Et rursus scriptum est: Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino conditum, & mustum malogranatorum meorum: Apprehensum in domum matris suæ ducit, quia Synagogæ in fine mundi Christum in quē credit, prædicabit, dūq; per prædicationem Ecclesiae susceptus fuerit, ibi Ecclesiam docebit, quia se doceri gaudebit, quando synagogam iam idem corpus factam erudiri secum uidebit. Poculum ex uino conditū Ecclesia dabit, quia ipsi Synagogæ nouum testamentum cum ueteri prædicabit, & quasi uino poculum condiet, quia dulcedinē Euangelij testimonijs legis, quæ aspera est, ut robustius teneatur, cinget. Mustum uero malogranatorum suorum tribuet, quia fortium uirorum, qui unitatem Ecclesiae etiam in martyrio tenuerunt, exempla apponet, ut ad eorum similitudinē synagoga inardescat, & antichristi persecutionibus, martyrum præcedentiū exēplis roborata, nō succubat. Quā enim fortium pugnantium uictorias audierit, ad eorum imitationē pugna subire nō dubitabit. Et Amb. lib. 3. Hexameron, cap. 13.

Plerunq;

Cant. 2. f.
Cant. 7. c.
Malapunica,
martyres.
Os, prædicatione.

Cant. 8. b.
Malus arbor,
sancta crux.
Cant. 2. d.

Ephes. 5. d.
Col. 3. d.

Cant. 4. d.
Gregorius.

Mala punica,
martyres.
Fructus pomorum,
sanctorum opera.

Cant. 6. b.
Cant. 6. b.
Vinea florentes,
filij Ecclesie recenter geniti.
Malapunica, p
fructi in Ecclesie.
Gal. 4. c.

Philip. 3. d.

Cant. 7. d.
Cant. 8. a.
Mater Ecclesie,
Synagoga.

Poculum ex uino conditū,
nouum testamentum cum ueteri.
Mustum malorum granatorum quid sit.

Ambrosius.

Plerunq; (inquit) cito florent malagranata, & fructum afferre non possunt, nisi congruis peritorum remedijs excolatur, plerunq; succus uanescit interior, & foris species eius pulchra praetenditur. Quae non immerito comparatur Ecclesiae, ut habes in Canticis ad Ecclesiam dictum: Ut cortex malipunici genae tuae. Et infra: Si floret uitis, floruerunt malagranata. Ecclesia enim boni fidei fulgorem confessionis, quae praetendit, tot martyrum sanguine speciosa, & (quod est amplius) Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus usu istius pomi sub una munitione conseruans, & uirtutum negocia multa complectens. Sapiens enim spiritu, celat negocia. Et in oratione funebri de obitu Valentiniani imperatoris, exponens illud Canticorum, Ut corium malorum granatorum genae tuae: Iste sunt (inquit) genae, in quibus solet nitere uerecundia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuentae, aut perfectae aetatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorum quidam si dei pudor, quaedam Ecclesiae uerecundia est, & in tam immatura morte piorum principum, omnis Ecclesiae moestior pulchritudo est. Plorat Ecclesia in sapientibus suis, quae uelut caput Ecclesiae sunt. Oculi enim sapientis in capite eius. Plorat in oculis, hoc est, in suis fidelibus, quia scriptum est: Oculi tui sicut columbae extra taciturnitatem tuam, eo quod & uideant spiritualiter, & nouerint ea quae uiderint tacere mysteria. Plorat in sacerdotibus suis, qui sunt sicut genae Ecclesiae, in quibus est barba Aaron, hoc est, barba sacerdotalis, in quam de capite descendit unguentum. Isti sunt in quibus est pulchritudo Ecclesiae, in quibus flos eius gratior, in quibus aetas perfectior, qui uelut cortices malorum punicorum decorem floris praefertant, abstinentia corporali, intus autem commissam sibi plebem diuersae aetatis, & sexus, foueant sapientia spirituali. Obiecti quidem saeculo ad inturias, sed interna mysteria diuidentes. Plorat in uirginibus suis, quae sunt sicut lilia myrrha plena, candorem integritatis, & mortificatae corporalis illecebrae gloriam praefertentes. In his ergo flet sicut scriptum est: Viae Sion lugent, sacerdotes eius ingemiscunt, uirgines eius abductae, & ipsa indignatur intra se. Et intra se quidem indignatur. Ad Valentinianum autem dicit: Assumam te, & ducam te in domum matris meae, & in secretum eius, quae concepit me. Potum tibi dabo à ulno operosi unguenti, hoc est, multi operis, multi odoris unguenti, à fluxu malorum granatorum meorum, ut bibat uinum, quod laetificat cor hominis, & defluit in eum malorum granatorum fluxus, in quibus multus, & diuersus est fructus. Sermo enim multorum sensuum, & de diuersis scripturis abundans, sermo Angelorum, sermo Apostolorum, ac prophetarum, quos uno uelut corio Ecclesia sancta complectitur, malorum fluxus est granatorum. De malo granato quid Aggeus propheta scribat, require in dictione. Ficus. Diuus autem Gregorius in secunda parte Pastoralis, capite quarto, hoc pacto scribit: Quum rector se ad loquendum praeparat, sub quanto cautela studio eloquatur, attendat, ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris uulnere audientium corda feriantur. Et quum fortasse sapiens uideri desiderat, unitatis compagem insipienter abscondat. Hinc namque ueritas dicit: Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos. Per sal quippe uerbi sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis ueste iuxta diuinam uocem tintinabulis malapunica coniunguntur. Quid enim per malapunica, nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malopunico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctae Ecclesiae populos unitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc quod iam praemisimus per semetipsam ueritas discipulis clamat: Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos. Ac si figuratè per habitum sacerdotis dicat: Malapunica tintinabulis iugite, ut per omne quod dicitis, unitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Et diuus Hieronymus in Zachariam, exponens illud Zachariae, In die illa magnus erit plangens in Hierusalem, sicut plangens Adadrimon in campo Magaddon &c. pro quo lxx. *פואו* appellatur, non una arbor malorum granatorum, id est, malipunici, sed locus his arboribus consistit, de quo iuxta intelligentiam spiritualem sponsus dicit in Cantico Canticorum: Descendi ut uiderem in genimine torrentis, si florisset uinea, si florissent malipunici. Descendit enim saluator ad torrentem huius saeculi, & turbidas aquas, de quibus & in typo eius Hellas bibisse describitur, ut post flores uineae, & malipunici fructum utrunque susciperet, & inebrians Ecclesiam suam, audiret ab ea: Potabis me de uino unguentarij, de uino malorum granatorum meorum. Huiusmodi potio non solum aetatis stomachi fugat, sed & corruptum uentrem sanare dicitur, & reliquis prodesse uisceribus. Nihil hoc pomo pulchrius, in rubore Ecclesiae significat uerecundiam, in granorum ordine gradus, & membra totius corporis per singula officia distributa.

Quid mamma, siue mamilla mysticè significet.

Cap. III.

Gregorius, Cant. 4. c. **Q**uid mamma, siue mamilla mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorum, Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea sponsa: Quid per mammam conuenientius in hoc loco

hoc loco, quam ipsa dilectio Dei, & proximi (de qua superius diximus) intelligit? Per quas mens sancta omnes sensus suos suauis dilectione nutrit, dum Deo suo charitatis tenacitate conglutinatur, & proximis si quid utilitatis habet, quomodo libenter (alias quando licet) impendit. Et Gilbertus sermone 31. super Cantica, hoc pacto scribit: Quam pulchrae sunt (inquit) mammae tuae soror mea sponsa: Non est simpliciter, & sine expressione laus tanta profusa, sed ipse pronuntiationis modus admirationem, & oblectationem proferentis demonstrat. Quae tamen est huius ordinis ratio? Cur post oculum, & crinem statim ad mammam sermonem defleat? Aut cur in illis unitas commendatur, in his commendatur pluralitas? Mihi quidem in capitulo superiori, mentis quidem, & cogitationum excessus ad Deum uidetur innui. sobrietas uero, & temperantia ad paruulos in isto. Ibi unum necessarium est, hic sollicitudo, & sermo doctrinae partiendus in plura. Ibi intemperantia feruidi amoris collecta in unum, & constricta, & penetrans ipsum dilecti peccus fauciat, hic temperata doctrina, & sermo sobrius, lacteo quodam potu paruulos fatiat. Vides quomodo nihil medium relinquit in laude sponsae, sed cum Paulo, aut mente excedit Deo, aut condescendit nobis. Charitas enim (inquit) urget nos. Ad quid urget nos? Numquid ad excessum? Non utique ad excessum, sed utique ad condescensum. Res illa est uoti, haec obsequij. Illic intemperantis affectus sumus, hic temperantis. Bonus ordo planè haurire ibi, & hic exhauriri. Primo ibi infundi, postea hic infundere, inebriari ibi, & hic inebriare. Bona uicissitudo talis, si tamè modo talis. Ordinatione tua domine haec uicissitudo perseverat, uicissitudo contemplationis, & consolationis. An non beatus cui omnia uitae momenta in hoc decurrunt, ut uel Christo uulnera charitatis infigat, uel pietatis ubera porrigat subditis? Ego si quando, si tamen aliquando inebriatus ab ubertate domus tuae domine distenta ubera inde reportare uideor, tot uarijs, & tam molestis exiccantur negocijs incurrentibus, ut mox ardentia reddatur, quae prius eruditionis, & gratiarum ubertim lacte roabant. Felix quidem qui sancti interpellatione aliqua talia in se continet studia, ut uel ipsum (ac si ita dicam) sapientiae cor, & secretarium penetret, aut ubera inde referat uoluptatis illius ubertate referta. Sponsa planè est, quae nouit huiusmodi uariare uices. Ideo in laude ipsius post contemplationis excessum, de consolationis, & doctrinae uberibus sermo statim contextitur. Quam pulchrae sunt mammae tuae, purus oculus, & pulchrae mammae. Ille sponso, & filijs sponsi. Ille ideo unus dicitur, hic plures, quia uaria debet esse uberum temperatura, pro suorum gentium qualitate diuersa. Vide quomodo Paulus iudaeis factus est iudaeus, & his qui sine lege erant, quasi & ipse sine lege esset, infirmus infirmis. Nonne uelut tot applicat discipulis ubera, qui in se tot transformatur genera? Quid aliud molitus est temperatura tam multiplici, nisi ut leniter, & lactis more teneris auditorum eius doctrina influeret animis? Tot uidetur abundare mammis, quot modis arte ingeniosa capacitati se infirmorum coaptabat. Factus sum (inquit) in medio uestri tanquam paruulus in medio paruulorum, quomodo si nutrix foueat filios. Et si uultis duas uobis mamas maternae pietatis assigno, imò idem ipse Paulus assignat, quum dicit, quia pietas ad omnia utilis est, promissionem habens uitae, quae nunc est, & futurae. His uberibus geminis erga subditos abundare debet, qui doctoris, & patris in ecclesia locum occupat, his muniri mammis à dextris, & à sinistris, ut qui ei commissi sunt, poterunt à lacte, & satiètur ab uberibus consolationis eius. Haurim alteram reputat sinistram, alteram dexteram. Sinistram in temporalibus subsidijs, dexteram in spirituali consolatione. Qui miseretur, in hilaritate, qui tribuit in simplicitate, qui iuxta apostolorum principem gregi commisso prouidet, non coactè, sed spontaneè, mammam hic sinistram exhibet, & Ecclesiae promittitur in prophetia Esaiae, quod regum mamilla lactabitur. Mamilla (inquit) non mamillis, eo quod regum est temporalibus praecipue bonis Ecclesiam fouere, haec enim sinistra eius est, in qua sunt diuitiae, & gloria. Qua dextera quidem mamilla sic nos Paulus informat: Consolamini (inquit) pusillanimes, & consolamini eum, qui huiusmodi est, ne abundantiore tristitia absorbeat. Item: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (ut ita dicam) sunt qui sinistram tantum mammam ex officio habent, sicut hi, (quos supra diximus) reges, & principes. Et sunt quibus ex officij sui iure pendet dexteram maximè praebere mamillam, sicut sacerdotes domini, & doctores, quorum labia custodiunt scientiam, & lex domini requirenda est ab eis. Hi enim magis à subditis plebibus carnalia metunt, quibus spiritualia seminant. Qui uerò possessionibus cunctis renunciant, qui rebus temporalibus uale dicunt, se, suaeque omnia monasterio tradentes, & ex toto in ius abbatis transeunt, nullam sibi sui curam relinquentes, de coetero tales utique gemino consolationis lactandi sunt ubere. Ideo neutro hoc carere debent qui talibus praesent, ne mutilum, & uelut detruncatum uideantur peccus gestare, una deformiter mamilla contentum. Qui uerò utroque destituuntur, locum hunc in Ecclesia, & sibi damnosum tenent, & quantum ad alios periculosè, ne forte lingua lactentis adhæreat palato, dum ardentia sunt ubera matris. Peregrina est planè haec laus ab illis, in praesentia facta ad sponsam. Et Rupertus in commentarijs: Quam pulchrae sunt mammae tuae soror mea sponsa: Amici auscultant haec, & intelligunt me hoc dicere,

Mammae, Dei & proximi dilectio. Gilbertus. Cant. 4. c.

2. Cor. 5. c. Ibidem.

Cant. 4. c.

1. Cor. 9. d.

1. Thef. 2. b.

1. Tim. 4. c.

Rom. 12. b.

1. Pet. 5. d.

Esa. 60. c.

Prouerb. 3. d.

1. Thef. 5. c.

2. Cor. 2. b.

Gal. 6. b.

Malac. 2. b.

Trct. 4. d.

Ruptus de uirgi

ne gloriosa ex

ponit.

dicere, hoc admirari, quia mater, & uirgo es, & hunc esse fructum unius oculorum tuorum, & unius crinis colli tui, quod quum te reputares indignam uiro, facta es digna Deo, quum te indignam iudicares facere semen in Israël, facta es digna facere salutem in Israël, quum indignam te reputares lactare filium hominem, digna habita es mammis pulchris, uberibus pulcherrimis, māmīs uirginis, uberibus intactis, lactare filium Deum, & hominē. Hæc auscultātes, toties de māmīs, & uberibus tuis, & de cœteris instrumētis tuæ pulchritudinis, de oculis, de capillis, de dentibus, & labijs, tot uoces dilecti gratulātis nō fastidiūt, quoniā amici sunt, imō gaudio gaudent propter uocem spōsi lætantis, iuxta illud: Lætabitur dominus in operibus suis. Voces istæ, uoces lætitiæ nostræ sunt, lætitiæ patris, & filij, & spiritus sancti in istis operibus nostris, in māmīs, siue uberibus tuis, semel duo ubera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli, quod iam supradictū est, & nunc iterum: Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, ac tertio, Pulchriora sunt ubera tua uiuo. Hæc enim egregia sunt opera trinitatis, hæc gratiora, ualdeq; pulchriora primis operibus illius dicentis: Faciamus hominē ad imaginem, & similitudinem nostrā, plasmantis de terra Adam, & fabricantis de costa eius Euam. Nunquid enim non ualde pulchrius est, sicut nūc, de utero mulieris absq; uiro uirum facere, quam tunc de costa uiri mulierem fecisse? Illic namq; de uiro mulier facta est, quæ perdat, hîc de muliere uir factus est, qui per dita saluet, ppter quod & factus est. Pulchritudo eius operis iucundius spectatur in māmīs, siue uberibus tuis, quando iam peracta est species tæ pulchritudinis, quādo iam natus lactator māmīs tuis, māmīs fœmineis, uberibus uirginis,

Quid manna mysticè significet.

Cap. V.

Quid manna mysticè significet, insinuat Origenes homilia septima super Exodū, Dixit dominus ad Moysen: Ecce ego pluā uobis panes de cœlo, & exhibet populus, & colliget unius diei in diem, ut tentem illos, si ambulent in lege, an nō. Et erit, In die sexto parabūt quicumq; intulerint, & erit duplū quodcūq; intulerint quotidianū in die: Ego quidē sup hac scriptura uelut prius cum Iudæis habere sermonē, quibus credita dicūtur eloquia Dei, qd illis uideatur de eo quod dixit: Sex diebus cōtinuis colligetis, die autē sexto duplū colligetis. Apparet autē sexta die nominari illā, quæ ante sabbatū ponit, quæ apud nos pasche appellatur. Sabbatū autē, septima dies est. Quæro ergo qua die cœperit māna cœlitus dari, & uolo comparare dñicam nostram cum sabbato Iudæorum. Ex diuinis nāq; scripturis apparet, quod in die dominica primo in terris datum est manna. Si enim (ut scriptura dicit) sex diebus cōtinuis collectum est, septima autem die, quæ est sabbati, cessatum est, sine dubio initium eius à die prima, quæ est dies dominica, fuit. Quod si ex diuinis scripturis hoc constat, quod die dominica Deus pluit manna de cœlo, & in sabbato nō pluit, intelligant Iudæi iam tunc prælatam esse dominicam nostram Iudaico sabbato, iam tūc indicatum, quod in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos de cœlo nulla descēderit, panis cœlestis, qui est sermo Dei, ad eos nullus uenerit. Dicit enim & alibi propheta: Diebus multis sedebūt filij Israël sine rege, & sine principe, sine propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra em̄ dominica die semper dominus pluit manna de cœlo. Sed & hodie ego dico, quia pluit dominus manna de cœlo. Cœlestia namq; sunt eloquia ista, quæ nobis lecta sunt, & à Deo descēderunt uerba, quæ nobis recitata sunt, & ideo nos felices, qui tale manna suscepimus. Semper māna nobis datur de cœlo. Illi infelices dolent, & suspirant, & se miseros dicunt, quia manna, sicut acceperunt patres ipsorum, ipsi non merentur accipere. Illi nunquam manna manducant, Non enim possunt illud māducare, quod est minutum sicut semen coriādri, & candidum sicut pruina. Nihil enim in uerbo Dei minutum, nihil subtile, nihil sentiunt spirituale, sed totum pingue, totum crassum. In crassum est enim cor populi illius. Sed & interpretatio nominis hoc idem sonat. Manna enim interpretatur. Quid est hoc? Vide si non ipsa nominis uirtus ad discendum te prouocat, & quum audis legem Dei recitari, inquiras semper, & interroges, & dicas doctoribus: Quid est hoc? Hoc em̄ est quod indicat manna. Tu ergo si uis māducare manna, id est, si cupis suscipere uerbum Dei, scito illud minutū esse, & ualde subtile, sicut semen coriādri. Habet enim aliquid in se holeris, quo nutrire, & recreare possit infirmos, quia qui infirmus est, holera māducatur, habet aliquid rigoris, & ideo ut pruina est. Candoris autem, & dulcedinis habet plurimum. Quid enim candidius? Quid splendidius eruditione diuina? Quid dulcius, quid ue suauius eloquijs dñi, quæ sunt super mel, & tanum? Sed quid est quod dicit, ut in die sexto duplum colligatur in repromissione, quantum sufficit etiam sabbato? Hoc secundum nostram intelligentiam nō ociosi, nec securi præterire, uel transire debemus. Sextus dies, est hæc in qua nunc sumus uita. In sex enim diebus dominus fecit hunc mundū. Hac ergo die tantum reponere, & recondere debemus, quantum sufficiat & in futuro die. Si quid enim hîc boni operis acquiras, si quid iustitiæ, misericordiæ, & pietatis recōdas, hoc tibi in futuro sæculo erit cibus. Nunquid non ita in Euangelio legimus, quia qui acquisiuit hîc decem talenta, ibi accepit decem ciuitates, & qui acquisiuit quatuor, accepit quatuor ciuitates? Hoc est & quod per allam

Psa. 103. d.

Cant. 4. b.

Cant. 4. c.

Illic.

Gen. 1. d.

Exod. 16. a.

Māna, die data est dominica.

Panis cœlestis, sermo Dei. Osee 3. b.

Exod. 16. c.

Esa. 6. c.

Exo. 16. d.

Rom. 14. a.

Psa. 118. c.

Exod. 20. b.

Alas, mmas. Luca 9. c.

per aliam figuram Apostolus dicit: Quod enim seminauerit homo, hoc & metet. Quid ergo agimus nos, qui amamus illud recondere, quod corrupatur, non quod permaneat, & perduret in crastinum? Diuites huius sæculi ea recondunt, quæ in hoc sæculo, imō cum sæculo corrumpuntur. Si qua autem bona opera recondunt, illa permanent usq; in crastinum. Deniq; sic scriptū est, quod qui infideles fuerunt, seruauerunt (inquit) de manna, & ebullierūt ex eo uermes, & computruit. Illud autem quod pro die sabbati reponeretur, non est corruptum, neq; uermes ebullierunt in eo, sed permanet integrum. Et tu ergo si propter præsentem uitam tantummodo, & propter amorem sæculi thesaurizes, continuo uermes ebulliunt. Quomodo uermes ebulliunt? Audi de peccatoribus, & ijs qui præfens sæculum diligunt, quæ sit prophetæ sententiā: Vermis enim (inquit) eorum non morietur, & ignis eorū non extinguetur. Isti sunt uermes, quos generat auaritia. Isti sunt uermes, quos generat diuitiarum cæca cupiditas his, qui habent pecunias, & uidentes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis uiscera sua. Propterea & Apostolus dicit: Diuitibus autem huius sæculi præcipe non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, & thesaurizent sibi ueram uitam. Sed dicit aliquis: Si manna uerbum Dei esse dicis, quomodo uermes facit? Nec aliunde fiunt uermes in nobis, nisi ex uerbo Dei. Sic enim dicit ipse: Nisi uenisset, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Post susceptum ergo uerbum Dei si quis peccet, efficitur ei ipsum uerbum uermis, qui eius semper conscientiam fodiat, & arcana pectoris eius rodatur. Et diuus Gregorius lib. Moral. 6. cap. 7. Per doctrinam (inquit) sacri eloqui, dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia præbetur, luxuriosus per castitatis studium ab immundicia tergitur, auarus per continentiam ab ambitionis æstu temperatur, remissus zeli rectitudine erigitur, iracundus à præcipitationis suæ excitatione refrænatur, uersa Deus aquis irrigatur, quia uim sui sermonis in singulis iuxta morum diuersitatem format, ut hoc in eius eloquio quisq; inueniat, per quod uirtutis necessariæ germen ferat. Vnde per quendā sapientem de mānæ dulcedine dicitur: Paratū panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, atq; omnis saporis suauitatem. Manna quippe omne delectamentū, atq; omnis saporis suauitatem in se habuit, quod uidelicet in ore spiritalium iuxta uoluntatē edentium saporem dedit, quia diuinus sermo, & omnibus congruens, & à semetipso non discrepens, qualitati audientium condescēdit quem dum electus quisq; utiliter, iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in uolūtarium saporem uertit. Et libro 20. cap. 16. Cessationem (inquit) dominus à mundi laboribus imperat, sanctæ quietis dulcedinem persuadet, & tamen uasana iniquorum mens plus se assequi aspera carnaliter, quam tenere blanda spiritaliter gaudet, plus acerbitate fatigationis, quam getis dulcedine pascitur. Quod apertè in semetipso nobis Israëliticus populus ostendit, qui dum refectionem mannae desuper perciperet, ab Aegypto ollas carniū, pepones, porros, cæpasq; concupiuit. Quid enim signatur in manna, nisi esca gratiæ suauē sapiens, ad refectionem interioris uitæ, bene uacantibus desuper data? Et quid per ollas carniū, nisi carnalia opera uitæ, in tribulationem laboribus, quasi ignibus excoquenda? Quid per pepones, nisi terrenæ dulcedines? Quid per porros, ac cæpas exprimitur, quæ plerunq; qui comedūt, lachrymas emittunt, nisi difficultas uitæ præsentis, quæ à dilectoribus suis, & non sine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur? Manna igitur deserentes, cum peponibus, ac carnibus, porros, cæpasq; quæstierunt, quia uidelicet peruersæ mentes dulcia per gratiam quietis dona despiciunt, & pro carnalibus uoluptatibus laboriosa huius uitæ itinera etiam lachrymis plena concupiscunt, contenti habere ubi spiritaliter gaudeāt, desideratē appetūt, ubi & carnaliter gemāt. Et lib. 27. cap. 17. Dulcis (inquit) cibus, qui de supernis accipitur. Manhū uocatur. Manhū enim dicitur, qd est hoc? Et quid est hoc dicimus, quando hoc, quod cernimus, nesciētes admiramur. Supernū igitur manna anima percipit, quum per uocem compunctionis eleuata, nouam speciem internæ refectionis obstupescit, ut diuina dulcedine repleta, iure respondeat, quid est hoc? quia dum ab infima cogitatione suspenditur, ea quæ de supernis conspicit, insolitè miratur.

Gal. 6. b.

Exod. 16. e.

Esa. 65. e.

1. Tim. 6. d.

1. Ion. 15. d.

Gregorius.

Sap. 16. c. Manna quomodo habebat omnem delectamentum.

Exod. 16. a.

Num. 11. a.

Māna, esca gratiæ.

Olla carniū, carnalia opera.

Pepones, terrenæ.

Porri, ac cæpe præsentis uitæ difficultates.

Manhū, qd sit.

De eodem manna, ex Ambrosio.

Cap. VI.

Diuus autem Ambrosius in epistola ad Irenæum: Quæris (inquit) à me cur dominus Deus manna pluerit populo patrū, & nunc non pluat. Si cognoscis, pluit, & quotidie pluit de cœlo manna seruientibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie pleriq; in locis inuenitur, sed nunc non est tanti res miraculi, quia uenit quod perfectum est. Perfectum autē panis de cœlo, corpus ex uirgine, de quo satis Euangelium te docet. Quanto præstantiora hæc superioribus? Illud enim manna, hoc est, panem illum, qui māducauerunt, mortui sunt: hunc autem panem qui māducauerit, uiuēt in æternum. Sed est spirituale manna, hoc est, pluuia spiritalis sapientiæ, quæ ingeniosis, & quærentibus de cœlo infunditur, & irrorat mētes piorum, & obdulcat fauces eorum.

1. Ion. 6. e.

Māna spirituale, spiritalis sapientiæ.

Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ, delectatur, nec alium cibum requirit, nec in solo pane uiuit, sed in omni uerbo Dei. Qui curiosior fuerit, quærit quid sit istud, quod melle dulcius sit. Respondet illi minister Dei: Hic est panis, quem dedit tibi Deus manducare. Qui sit iste panis, audi: Sermo (inquit) quem ordinauit Deus. Hæc ergo ordinatio Dei, hæc alimonia alit animam sapientis, & illuminat, atq; obdulcat, resplendens ueritatis corusco, & mulcens, tanquam fauo quodam, diuersarum uirtutum suauitate, & sermone sapientiæ. Faut enim mellis, sermones sunt boni, sicut scriptum est in Prouerbijs. Cur autem minutum sit, causam accipe. Quia & granum sinapis minutum est, quod comparatur regno cœlorum, & fides, quæ sicut granum est sinapis, potest montes tollere, & iactare in mare. Et fermento simile est regnum cœlorum, quod abscondit mulier in farinae mensuris tribus, donec fermentetur totum. Et Moyses caput uituli aurei comminuit sicut puluerem, & misit in aquam, & dedit populo bibere. Incrassatum enim erat cor eorum perfidia immanitate, ut emolliretur, & fidei fumeret subtilitatem. Deniq; illa mulier, quæ bene emoluerit, assumetur, ea autem, quæ male emoluerit, derelinquetur. Emole ergo & tu fidem tuam, ut sis sicut illa anima, quæ Christi in se charitatem excitat, quam mirantur ascendentes uirtutes cœlorum, quod sine offensione ascendat, & ex hoc mundo ascendat cum lætitia, & iocunditate, sicut uitis propago, & sicut fumus se ad superna subrigat fragrans odorem resurrectionis piæ, & suauitatem fidei, sicut habes scriptum: Quæ est hæc, quæ ascendit à deserto, sicut uitis propago, fumo incensa, odorificata myrrha, & thure ab omnibus pulueribus unguenti? Pulchrè subtilitatem eius expressit pulueris comparatione, & unguenti commemoratione, quia in Exodo subtile legimus, & ex multis compositum thymiamata, illud esse incensum propheticum, quod est sanctorum oratio, ut dirigatur in conspectu domini, sicut & David dicit: Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Deniq; Græcus κατεβουβήτω η προσευχη με ως θυμίαμα ενωπιου σου, dixit. Et in Apocalypsi Ioannis legimus: Quia stetit Angelus ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorum omnium. Et ascendit (inquit) fumus thymiamatum orationum sanctorum de manu Angeli in conspectu Dei. Et umbilicus animæ, ac uenter subtilis est illius, quæ ascendit ad Christum. Ideoq; laudatur uoce sponsæ dicentis: Umbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens musto, uenter tuus acruus tritici minuti inter lila. Est enim in omni doctrina tornatus, & potus spiritalis non deficiens plenitudine, & cœlestium secretorum cognitione. Venter quoq; animæ mysticus, sicut umbilicus, quo uentre non solum fortem cibum sumit, quo corda firmantur, sed etiam suauem, ac florulentum, quo delectantur. Et fortasse hoc docuit Moyses multis orationibus, & pijs illud mitigandum sacrilegium. In libro quoq; regnorum, quum se dominus sancto reuelaret Helia, uox auræ tenuis præcessit, & statim se ei dominus reuelauit, ut cognoscamus ea, quæ corporea sunt, crassa esse, & pingua, & quæ spiritalia, mollia, & subtilia, ut non possint comprehendî oculis. Deniq; & spiritus sapientiæ subtilis, & mobilis legitur in libro sapientiæ, quia est in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, & mobilis, qui sermones suos molat prius, ne quid offendat uel in sensu, uel in eloquio. Deniq; illi Babyloni, quum destrueretur, dicitur, Et uox molæ non audietur in te amplius. Hoc igitur manna subtile erat, & ad diem colligebatur, in diem alterum non seruabatur, eo quod inuenta sapientiæ in tempore sint gratiosa, nec tam miranda, quæ spacio temporis reperiuntur, quam illa, quæ præsentis funduntur ingenij uiuacitate, siue quia futura reuelantur mysteria, eo quod seruatû manna usq; ad solis exortum, eius iam esse non posset, id est, usq; ad Christi aduentum habere gratiam. Oriente autem iustitiæ sole, & splendentioribus Christi corporis, & sanguinis sacramentis refulgentibus, cessarent inferiora, perfecta illa sumenda populo forent.

De eodem manna, quod figura est Christi, & spiritalium eius gratiarum. Cap. VII.

Diuus autem Cyrillus libro tertio in Ioannem, cap. 34. exponens illud Euangelicum, Amen, Damen dico uobis, non Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim uerus, est qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Non solum à falsa opinione, qua non ministrum, sed autorem miraculorum Moysen fuisse putabant, illos remouet: uerum etiam miraculum illud Mosaicum paruum, ac uerè nullum cōparatione fuisse affirmat, uocetq; ita quasi clamitat magna. In paruis illis, ac tenuissimis, o uos maiora latere non cogitantes, liberalitatem, largitatemq; domini parua nimium mensura desinitis. Panem enim cœlestem, manna ex imperitia nuncupatis, quo (quamuis innumeræ penè gentes in orbe sint) solum tamē Iudæorum genus, & breui tempore fuit enutritum, sic contractam misericordiam Dei, ac exilem esse putatis, ut uni solummodo Iudæorum populo cœlestem panem largitus sit. Manna uero figura quædam erat universalis Dei liberalitatis, loco aræ hominibus concessa. Nunc uero quum figurarum iam exactum sit tempus, & ueritas in ianuis adsit, pater meus cœlestem uobis panem largitur, qui per manna

per manna præcis temporibus obumbrabatur. Neminem enim uirum (aliàs uestrum) errare uolo, non erat panis ille cœlestis, sed hic est, qui uniuersum terrarum orbem potest nutrire, & toti mundo uitam dono præbere. Accusat ergo ualde Iudæos, quia ueritatem spernentes, figuris affixi sunt. Non enim illud uerum manna, & uerum cœlestis panis fuit, sed ipse unigenitus filius, uerus panis est, qui quum sit ex substantia patris, naturaliter uita est cuncta uiuificans. Ut enim panis hic terris facit, imbecillitatem carnis nostræ sustinens, atq; conseruans, ita & ipse per spiritum sanctum, spiritum nostrum uiuificat, & corpus ipsum à corruptione liberat. Verum quoniam mentionem de manna fecimus, non erit ab re, si locum de ipso scripturæ hic transcribamus, ac pauca & breuiter ad perfectam huius loci expositionem altius explicemus. Sic enim planè uidebitur, quod uerum manna Christus est, qui per figuram manæ præcis illis à deo patre dabatur. Quintodecimo (inquit) die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti, murmurauit omnis cōgregatio filiorum Israël contra Moysen, & Aaron in solitudine, dixeruntq; ad eos filij Israël: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinē famē? Hæc historicè ita patent, ut nulla explicatione indigeant, quare spiritalē sensum rimemur. Quum in Egipto Hebræi habitarent, iussu dei solennitatem Christi celebrarunt. Cibo enim agni, duram tyrānidem, intolerabileq; seruitutis illius iugum excusserāt. Rubrum deinde mare miraculosè transierunt, fameq; in deserto oppressi querebantur de Mose, & Dei munere obliti, carnes Aegyptias, aliosq; cibos miro modo cupiebant. Aegyptus igitur, tenebrosa quædam regio interpretatur, & pro conditione præsentis sæculi, atq; statu, in quo magna profectio premimur seruitute) spiritaliter capitur. Non enim Deo dediti sumus, sed immani tyranno, principi huius sæculi seruimus, & quasi foetulentum lutum uoluptates carnis peruoluimus. Vnde nulla merces labori, sed supplicia, & labores retribuuntur. Sed si quando Dei præceptorum nobis in mentem recordatio uenerit, & huius seruitutis amaritudinē intellexerimus, tunc exitus cupiditate capti, ad Christum libertatis inīitum, atq; ianuam uenimus. Huius sanguine atq; gratia tuti, turbationes huius sæculi, quasi fluctus maris, effugimus, & integram uiuendi amplexi disciplinam, in deserto inanium cogitationum summa tranquillitate quiescimus, quam tamen nonnunquam tentationes perturbant, & memoria uoluptatis exagitat, & sic cupiditate uicti, non iure conquerimur, nec parta libertate contenti sumus. Nam quum in fame quadam primarum deliciarum, & uoluptatum uerseremur, & labores cōtinentiæ horrescamus, priorem uitam rursum cōcupiscimus. Magnas enim profectio uires huius carnis uoluptas possidet, quibus facillè ab omni probitate mentes hominum deicit. Dixit autem dominus ad Moysen: Ecce ego pluam uobis panem de cœlo. Hoc est etiā quod in Psalmissa canitur: Panem de cœlo dedit eis, panem Angelorum māducauit homo. Sed perspicuū esse arbitror, non alium panem, neq; aliud alimētum, præter filium Dei, rationalibus, intellectualibusq; substantijs propositum esse. Ipse igitur est manna uerū, ipse (inquam) est panis de cœlo, qui omni rationali creaturæ à Deo patre præbetur. Ita gratia, & misericordia Dei, uel à cupiditate caducarū rerum, uarijs, multisq; modis humanam solet reuocare naturam. Nam quum ut magni ponderis lapis ad hæc instabilia carnis premat appetitus, & tyrannicè ad imperium suum redigat, quasi fræno ad desiderium rerum meliorum Christus nos circumducit, & sanitate mentis donatos, in habitu uirtutis confirmat. Vides enim etiam illos nunc corporali cibo, & ociosa captos uita, ad desiderium cœlestis panis, ad spiritale manna, ad spiritus sancti consolationem, Christi doctrina reuocari. Propterea omni nos patientia muniamur, ne imbecillitate animi, quæ non licet appetamus, ut intellectuale manna Christus dominus noster in sua nos pietate confirmet. Verum quoniam non ab re aliquantulum à proposito exisse uidemur, totum hunc locum (perutilis enim est) non grauabimur latius tractare. Quæret igitur quispiam, cuius rei gratia misericors Deus non priusquam peterent, illis prouidit, sed quum famelicentes uideret, tardus ad patrociniū fuit? Aut quare sic conuestos non puniuit, quos tamen postea, quando similiter ægrotantes panes, carnes, aliosq; cibos desiderabant, Aegyptios supplicio persecutus est? Vnde, ut in Numeris scribitur: Monumentum cupiditatis, locus ille fuit appellatus ubi hac cupiditate superatos sepelierunt. Ad primum igitur dicimus, cōuenienter petitionem, clamoremq; illorum expectatum fuisse. Tunc enim gratissimum solet uideri beneficium, quando magno ardore petitur, & imminente periculo, necessariò expectatur, aliter animus hominis beneficii magnitudinem non cognoscit. Sed non petitionem illam, clamorem potius, murmurationemq; ac iurgia fuisse cōtendens. Verum modesta per orationem petitio, perfectiorum est, cui exequatur imbecillium, ac infirmorum obiurgatio, & murmuratio. Nec molesse ullo modo saluator tulit. Nam quemadmodum ploratu necessaria sibi alimenta infantes flagitant, & hoc modo mater ad fouēdos filios suos prouocatur: sic cōquestuosus, obiurgationisq; plenus clamor ad Deum, petitionis (si ab infirmis adhuc, & infantibus in habitu uirtutis sit) locum retinet. Quod autem, quamuis terrenis uiderit cupiditatibus superatos, non puniuit: tamen statim in

initio, hæc (ut mihi quidem uidetur) causa est, Nam quoniam nuper ab Aegypto effugerint, pa-
nemq; cœlestem, qui cor hominis corroborat, adhuc nō receperint, facilius poterāt in cupiditates
carnis incidere, propterea & uenia digni uisi sunt. Postea uerò quàm domino fruebantur, ut scri-
bitur, tunc iure, quoniam corporalia spiritualibus præposuerunt, acerbâ dederunt supplicia, & ad
supplicia insignem calamitatis memoriâ reliquerunt. Egre diatur populus, & colligat quæ suffi-
ciunt per singulos dies. Sensibile illud mâna, intelligibile hoc figurabat. Est autem intelligibile mâ-
na ipse Christus, sensibile uerò, rudior legis disciplina. Ad dies autem singulos colligebant, & in
crastinum referuare uetabantur, quia saluatoris aduentu, figuræ legis cessarunt, & in
alimenta non possumus, ipsa ueritate nobis, & pane cœlesti ad fruitionem proposito. Die autem
sexto parent quod inferant, & sit duplum, quàm colligere solebant per singulos dies. Die autem
diligēter, quia septima die sensibile mâna colligi noluit, sed pridie collecto uti iussit. Septima enim
dies, saluatoris tempora significat, in quibus sanctificati, sabbatissimum peccatorū agere debemus,
alimenta fidei ab antè collecta quoq; legis cognitione accipientes, non tamen necessario modo col-
ligimus, qui uerum cibum habemus, & panem de cœlo retinemus, duplici autem mensura ante
septimam manna colligitur, quia tempore legis exacto, & septima, id est, Christi aduentu incipien-
te, duplici quadam gratia, legali scilicet, & Euangelica, in fide homines roborantur, quod per pa-
rabolam dominus docuit. Omnis scriba (inquit) in regno cœlorum discipulus effectus, diuini homi-
ni similis est, qui ex thesauro suo noua, & uetera p̄ducit. Vetera em̄ legalia sunt, noua uero Chri-
sti. Dixerūtq; Moses, & Aaron ad omnes filios Israël: Vespere scietis, quòd dominus eduxit uos
de terra Aegypti, & manè uidebitis gloriam domini, Dabit enim dominus uobis uespere carnes
edere, & manè panes in saturitate. Attende, distingueq; diligentius singula. Nam coturnix legem
quodammodo denotabat, nūquam enim effertur uolatu, sed prope terram semper hæc auis uolat.
Nam & disciplina legis, terrestris quodammodo est, animalium oblationes, & purificationes Iu-
daicas cōtinens, quibus illi nō multū è terra leuabatur. Vespere autē traditur, uel quia magna ob-
scuritate figuræ legis inuoluuntur, uel quia mūdus tenebrarum effusione tenebatur, luce uera ca-
rens, quæ est Christus. Ego (inquit) lux in hunc mundum ueni. Cognituros autem ait, quòd domi-
nus eduxit eos ab Aegypto, quia uniuersalis quædam, atq; confusior in Mosaicis libris salutis co-
gnitio solummodo est. Nondum enim aderat gratia, quod ipse significauit, dicens: Manè uidebi-
tis gloriam domini, dum det uobis panes in saturitate. Solutis enim nocturnis legis iam tenebris,
& sole nobis intelligibili orto, præsentis domini gloriam intuentes, copiosissimè panem cœlestem
& ipsum rursus Christum assequimur. Factum est ergo uespere, & ascendens coturnix, operuit ca-
stra, manè quoq; ros iacuit per circuitum castrorum, quumq; operuisset superficiem terræ, appa-
ruit in solitudine album, ac minutum, quasi coriandrū. Consydera rursus spiritualium ordinem sen-
suum. Nam de coturnice quidē dicitur, quòd castra operuerit, de mâna uerò, quia cessante rore,
manè de cœlo descendit per circuitum castrorum in facie deserti. Legalis enim disciplina, quâ per
coturnicem intelleximus, figuris, atq; umbris Iudæorum populum contegit. Latet enim (ut Pau-
lus ait) uelum in corde ipsorum, & cæcitas ex parte, sed posteaquam manè factum est, oriente iam
sole uero, Euangelica doctrina fulgente, quum etiam ros, id est, rudis, & pruinosa mādatorum le-
gis obseruatio faceat, atq; desinat (finis enim legis, & prophetarum Christus) tūc uerum de cœlo
descendit manna, tunc Euangelica doctrina rutilauit, non in Hebræorum congregatione, atq; sy-
nagoga, sed per circuitum castrorum in facie deserti, ac solitudinis, in omnibus uidelicet gentibus,
in Ecclesia gentium, de qua dictum est: Quia multo plures sunt filij desertæ, quàm eius quæ habet
uirum. In omnem enim terram intellectualis mannæ gratia fusa est, quæ coriandro comparatur, &
minuta dicitur, quia tenuis profecto est, & frigidior diuini sermonis uirtus, passionum ardores fra-
gilitate sua extinguēs, frigidissima enim dicitur esse uis coriandri. Quod quū uidissent filij Israël,
dixerunt ad inuicem: Quid est hoc? quum huius rei nullum haberent periculum, nouitate rei per-
culsi, alter ab altero quid illud esset, petebat, & hinc nomen rei factum est. Manna enim Syrorum
lingua, quid est hoc, significat. Vnde iudicio meo denotabatur, ut re ipsa modo uidemus, non co-
gnituros Christum Iudæos. Dixitq; Moses ad eos: Nullus relinquat ex eo in manè. Qui non
audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usq; manè, & scaterere cœpit uermibus, & compu-
truit, & iratus est contra eos Moses. Manè rursus in his splendidissima saluatoris aduentus tem-
pora significat, quando umbra legis depulsa, & tenebris gentium illuminatis, unigenita lux spiri-
tuale nobis diluculum eluxit. Iussit autem Moses manna illud nullo modo ad manè usq; relinque-
re, quia orto sole, umbracula legis euanescent, & ueritas præsentia, figuræ omnino desinūt. Quare
Paulus quoq; iustitiam legis, rutilante Christo, inutilem ostendit, dicens de seipso: Per quæ omniū
iacturam feci, omnium (inquit) quibus lex plurimū iactabat. Duco enim (ait) omnia esse stercorea,
dummodo Christum lucrer, & inueniar in eo non habens iustitiam legis, sed eam, quæ est per fi-
dem Iesu Christi, Nihil igitur Paulus ut sapiens, ad manè usq; conseruauit, qui autem tunc sensi-
bile illud

bile illud manna conseruauerunt, hi Iudæorum incredulitatem figurabant, quibus non opportuna
legis conseruatio putredinem sanè, ac uermes pariet, unde mœrore quoq; affectum, & ira concia-
tatum Mosen legimus. Dixitq; Moses ad Aaron: Sume aureum uas unū, mitte ibi manna, quan-
tum potest capere gomor, & reponere coram domino ad seruandum illud. Ex admiratione iam ex-
clamauerim: O profunditatem diuitiarum sapientiæ, ac cognitionis Dei. Incomprehensibilis nẽ-
pe in scripturis sapientia latet, & magna profunditatis altitudo inuenitur. Consydera (oro) diligen-
tius, quid in hac ultima particula reconditum est. Nam quoniam uerum manna illo sensibili figura-
tus est Christus, necessario nūc docet, qua gloria, & uirtute plenus est, qui Christum in seipso re-
cōdit, qui Iesum in corde per ueritatem, ac fidē rectam fixum firmiter gerit. Audis enim quomo-
do uas aureum per Aaron impletur manna, & coram Deo ad perpetuam conseruationem reponi-
tur, Pia enim, sanctaq; anima, quæ Christi fidē concepit, quæ totum in seipsa cœlestem thesaurum
cōdidit, preciosum, atq; aureum uas est, & à pontifice omnium Deo patri offeretur, seruabiturq;
in conspectu eius in æternum. Meritò igitur inflatos Mosis doctrina Iudæos, putantesq; ab eo
manna datum præcis fuisse, nec aliquid ultra figuram intelligētes, Christus redarguit, dicens: Amē
dico uobis, non Moses dedit uobis manna. Oportebat enim omnino illos ministrum solummodo
fuisse Mosen nō ignorare, Res enim ipsa non potuit hominis opus esse. Dei ergo fuerat munus,
quo cœlestis panis non unius gentis, sed totius mundi uita significabatur.

De eodem manna, siue pane cœlesti.

Cap. VIII.

Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Denudatur (inquit idem Cy-
drillus) iam penitus (quamuis latere studuisset) animus Iudæorum, patet etiā non posse Chri-
stum mentiri, Non enim quia signa uiderunt, sequuntur, sed quia usq; ad saturitatem comederunt,
de quorum ignoratiâ opportunè dixerim: Ecce populus fatuus, atq; uecors, oculi sunt ipsis, & nō
uident, aures sunt ipsis, & non audiunt. Nam & si multis uerbis à carnali eos sensu saluator remo-
ueret, & si ad spiritalem mirabili sua doctrina contemplationem illos reuocaret, nihil tamen pro-
ficiunt, neq; à carnalibus ullo modo recedunt, quippe panē audientes, quo uita mundo datur, ter-
restrem intelligebant. Ventrī ergo quasi Deo seruiētes, meritò audient, Quorum gloria in con-
fusione ipsorū. Similes enim sunt Samaritanæ illi mulieri, quæ quū longā de intelligibili aqua Chri-
sti orationē audisset, apertè dicētis: Qui bibit ex aqua hac, iterū sitiet: quicumq; autem bibit ex hac
aqua, quā ego dabo, fiet in ipso fons salientis in uitā æternā, nihil tamē intelligens, ad sensibilitū me-
moriā aquarū labebatur, dicens: Da mihi dñe hanc aquā, ne sitiā, & ne ueniam huc haurire. Sed illa
& Samaritana, & mulier, quare nō mirū si tardior fuit: isti uerò, & Iudæi, & uiri, nihil uiriliter prudē-
tiæ habēt, sed uentris effœminatur cupiditate, uerè de se dictū esse ostendētes: Stultus stultè loque-
tur, & cor eius uana intelliget. Dixit autē eis Iesus: Ego sum panis uitæ. Quamquam solitus fuerit
Christus ænigmaticè quodāmodo, nec apertè nimium mysteria exponere, ne res diuinæ scelestis
etiā hominibus in derisionē paterēt, nōnunquam tamē propter audiētium imperitiā, quum nihil
eos intelligere uideat, omni ambiguitate sermonis remota, dilucidè, ac breuiter totā mysterij uim
explicat, ut nulla excusatio non credentibus relinquatur. Quòd autē obumbrato quodam, ac sub-
obsuro plerunq; sermone uteretur, ipse docet in Psalmis, dicēs: Aperiam in parabolis os meum,
Esaias quoq; hoc psalm demonstrat, clamās: Ecce rex tuus iustus regnabit, & principes cū iudicio
principabuntur, & erit homo occultans sermones suos. Illum enim regnaturum prænūciabat, qui
dicit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præce-
ptum domini. Iudicio autem, id est, rectitudine, principes, id est, sancti discipuli omnia gubernatu-
ri fuisse scribuntur, qui ad saluatorem sermones suos celantem, accedebant sapius, atq; dicebant:
Expone nobis parabolā hanc. Ipse quoq; causam adieciisse inuenitur, Vt uidentes non uideant, &
audientes nō audiant, neq; intelligant. Non enim erant digni, ac ideo iusta dei sentētia eieci sunt.
Multis igitur uerbis ultro, citroq; habitis, postquam illos nihil intelligere uidebat, apertissimè iam,
Ego (inquit) sum panis uitæ. O sola imperitiā excellētes homines, quum de cœlo daturū se Deus
panem uobis dixerit, & tantam hanc rem pollicitus sit, non erubescitis de sensibili manna ita hoc
intelligere, ut ulterius progredi nolitis? Non sentitis, quia breue illud, & paruum tam uobis erat
qui accepistis, quàm deo qui largitus est? Nolite igitur credere illū fuisse panē de cœlo: Ego enim
sum panis uitæ, qui olim uobis figura solummodo datus, nunc adsum omnē adimplens figuram.
Sum autem panis uitæ, nō corporalis, qui fami solum corporeæ remedium præstat, sed qui totum
animal ad uitam æternam reformem, & morte superius efficiam. His autem uerbis subolēdit san-
tissimi sui corporis uitam & gratiam, qua in nobis unigeniti proprietatis, id est, uita, & ingreditur,
& permanet. Illud etiam scire oportet, quòd quadraginta integris annis (Mose adhuc uiuente)
manna illud sensibile Iudæis largiebatur à deo. Sed postquam Moses diem suum obiit, & ductor
Z ij populū

Exod. 16. g.

Vas aureū, anti-
ma fidelis.

Ioan. 6. d.

Hierem. 5. e.

Phil. 4. d.

Ioan. 4. b.

Ibidem.

Esa. 32. b.

Psal. 77. d.

Esa. 32. d.

Psal. 2. b.

Luc. 8. b.

Matth. 13. e.

Marci 4. b.

Exod. 16. g.

Iosue 5. b.
illic d.
Matth. 1. d.Zach. 9. d.
Coh. 2. b.

Ioan. 6. e.

Psal. 63. f.

Exod. 16.

Ioan. 6. e.

Esa. 63. d.

Manna, umbra,
ac figura Christi.
Psal. 77. c.

populi Iosue factus est, Iordaneq; traiecto, lapideis circuncisi gladijs, pane nutriti sunt, nō amplius manna plente deo. Hinc significatur, quia quum Moses naturæ concesserit, id est, quando legalis cultus figuræ ad exitū uenerint, Christus uerus Iesus, atq; saluator, nobis apparuit, qui saluum fecit populum suum de peccatis eorum. Et tuuc nos Iordanem transgressi, spiritalem circuncisionem doctrina duodecim lapidum, id est, discipulorū Christi, accepimus. De quibus scriptum est, quod lapides sancti uoluuntur in terra. Omnem enim orbem terrarum peragrarunt illi, qui nos circuncisione, non manufacta, sed spiritali per spiritum sanctum circunciderunt. Quando igitur ad regnum cœlorum per Christum uocati sumus (non enim aliud significat Iudæorum in repromissionis terram ingressus) tunc & manna sensibile desijt. Non enim literali amplius legis sensu, sed cœlesti pane, id est, Christo, ad uitam æternam nutritur, & morte destructa, Dei participes, gratia sancti spiritus, & communicatione corporis domini efficimur. Et infra: Murmurabāt ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis, qui de cœlo descēdi, & dicebāt &c. Molestē ferunt rursus nihil intelligentes. Solet enim quodammodo animus imperitorum in istis certius cognosci. Quum enim rem nō intelligat, qua posset ad melius cōuerti, ex impotētia in molestiā deducitur, quod illis accidisse uidemus. Qua enim alia ratione ad murmuraciones depulsi sunt? Oportebat certē magis, si quicquā intellexissent, ab ipsis rebus, & à signis ab eo patratīs rimari, utrū mentiretur Christus, quū se panē appellet, qui de cœlo descēdit, an uerē id diceret, sic enim recto iudicio ad inuentionem ueritatis deduci potuissent. Nunc uerō nihil quærentes, frustra solummodo murmurāt, præfertim quum panem se uitæ, & quidem uerum Christus modo demonstrauerit. Qui enim uenit ad me (inquit) non esuriet unquam. Nam qui fide ad illum ueniunt, non similiter ut illi, qui sensibile manna comederunt, breuem, corporalemq; habebūt refecionem, sed perpetuos uitæ fructus adipiscuntur. Falluntur ergo ualde Iudæi, terrena tantummodo respiciētes, & hoc erat quod de ipsis canebatur, & canitur: Obscurentur oculi eorum ne uideant, & dorsum eorum semper incurua, ut propter arrogantiam, ac inobedientiam suam, nullo modo ad cognitionē mysteriorū Dei animi erigentes, mali malē perdantur. Ego uero quæ apud Moysen scripta sunt, mente sæpe reuoluens, quasi paternam hæreditatem, murmuracionem de rebus bonis ad Iudæos descendisse comperio, quam semper in perniciosum exitum deuenisse re ipsa cognoscere licet. Murmurabant illi aduersus Deum ex ingratitude in deserto, murmurant & isti de Christo, & saluatorem suum inobedientia sua uituperant, sed draco uenenosus eos mordebit, semper enim in perniciem inobedientia solet exire. Et infra ait dominus: Ego sum panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, nō moriatur. Liquidō in istis uidere licet, quod ab Esaia prædictum est: Apparui non quærentibus me, inuentus sum à non inuestigantibus me. Dixi: Ecce ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum, expādi manus meas tota die ad populum incredulū, & contradicentē. Omnibus enim orationis uelaminibus remotis, apertē seipsum ostēdit, dicens: Ego sum panis uitæ, ut discerent, si mortem effugere uellent, necesse est illo pane participare, qui mortem solus & interitum potest destruere. Id enim opus proprium uitæ est. Verum quoniam manna de cœlo patribus suis pluisset contententes, panem uerū qui de cœlo descendit, id est, filium Dei non suscipiebant, necessariō figuræ ad ueritatem collationem subiecit, ut hinc discant nō illum, sed eum esse panem de cœlo, quem periculo rerum ita iure & esse, & appellari percepimus. Nam uestri maiores (ait) quamuis manna comedissent, naturæ tamen concesserunt, breue, corporaleq; alimentum inde consequentes, quod nil aliud fiebat, nisi ne fame morentur, quod certum argumentum est, nequaquam in immortalitatem transformatos fuisse, qui manna comederunt: contra uerō id ipsum uestigium est, quod panis uitæ uerē filius est, quia qui eo participant, à uinculis mortis omnino liberātur. Imaginē autem, atq; umbram panis ueri manna fuisse, & nobis in superioribus dictū est latius. Et Psalmista in spiritu clamat: Panem de cœlo dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. Videtur enim hæc de maioribus suis dixisse, uerē autem non de illis, sed de nobis potius dicit: furoris enim penitus plenum est, Angelos (qui natura incorporei sunt) rudiore uti alimento putare, patrociniōq; indigere cibi, quemadmodum animata hæc & terrestria corpora. Patet enim, quia spiritus sunt, naturaq; intellectus, spiritali quoq; illos, ac intellectuali frui alimento. Quomodo igitur maiores Iudæorum panem hunc Angelorum spirituales comederunt? Conspicuum igitur est, quoniam Christi, qui uniuersa continet, atq; nutrit, figura quædam erat manna sensibile. Idcirco quod umbra ueritatis erat, ueritatis nomine in spiritu appellauit, & eo quod Angeli terrestri participare cibo nequeunt, uel nolētes ad ueritatem à figura impellit auditores, & ad Christum, qui etiam ipsorum Angelorum panis est, ænigmatica oratione reducit. Mortui ergo sunt (inquit) qui manna manducauerunt, quia nullam inde uitæ perpetuæ uirtutem acceperunt. Non enim uiuificabat, sed famem solummodo corporalem remouebat, & figura erat ueritatis: qui uerō panem uitæ suscipiunt, immortalitatem consequentur, & omnia interitus mala effugient, cum Christo æternaliter uiuentes

uiuentes. Nihil autem uerbis nostris officit, nec idcirco mentiri uidebimur, quia fideles, qui Christo participarunt, corpore moriuntur. Nam & si hac communi omnium morte cadere uideantur, uiuunt tamen Deo, ut Paulus ait: Ego sum (inquit) panis uiuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Eadem ad uos dicere, Paulus ait, & uobis tutū, & mihi nō molestum, ab ipsis, ut puto, Christi uerbis ita perdoctus. Nā quemadmodū cruditati uulnerū, non unū, sed uaria uicissim remedia cōferuntur, neq; semel, sed frequēter appositis remedijs molliūtur: sic duro animo uaria quædam, & frequens accomodanda doctrina est, ut si prima parum profecerit, secunda saltem, aut tertia, uel eisdem uerbis allata, permulcere, atq; attrahere possit. Quapropter saluator uaria oratione, modō ænigmaticē, atq; obscurē, modō dilucidē, atq; apertē eandem rem Iudæis proposuit, ut excusari nequeant, si resilierint, sed mali malē perdantur, tanquam manu propria in animam suam gladium immittentes. Iterum igitur planē clamat: Ego sum panis, qui de cœlo descendi. Ille figura, imago, umbraq; solummodo fuit. Audiatis hoc dilucidē dictum: Ego sum panis uiuus, si quis māducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū. Non obdurecamus igitur, totiens à Christo ueritatem audientes. Non est enim ambigēdum, quin summa supplicia subituri sint, qui sapius hæc à Christo iterata nō capiunt, propterea etiam de Iudæis dicit: Si non uenisset, locutusq; ipsis esset, peccatum nō haberent, nūc autem nō habent excusationem de peccato eorum. Nā qui nihil audierunt, mitiorem forsā inuenient iudicem, nihil se audisse contendētes, quamuis quoniam non quæsiuerūt, relaturi rationem sint, qui autem sapius eadem doctrina monentur, qui seipos sponte obdurant, maiore cruciatu uexabuntur, nihil habentes quo iudex placari possit.

Romā. 8. c.
Ioan. 6. e.
Philip. 3. d.

Matth. 21. e.

Ioan. 15. d.

De eodem manna, siue pane.

Cap. IX.

ET panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Morior (inquit) pro omnibus, ut per meipsum omnes uiuificē, & caro mea omnium redemptio fiat, Morietur enim mors morte mea, & simul mecum natura hominum resurget. Factus enim homo sum ex semine Abraham, ut in omnibus fratribus similis sim. Quod quum rectē intellexerit beatus ille Paulus, ait: Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini, & similiter ille participauit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolū. Non enim poterat mors aliter destrui, & mortis princeps deponi, nisi Christus se ipsum in redemptionē pro nobis tradidisset. Propterea in psalmis, immaculatā quasi hostiā patri se offerens, ait: Sacrificium, & oblationem non luisti, aures autē perfecisti mihi, holocausta & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi: Ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuā Deus meus, uolui. Nā quoniam taurorū, hircorumq; sanguis, & iuencarū cinis ad peccatorū abluionem non sufficiebat, nec brutorum unquā animalium cædes potuit mortē deicere, ipse Christus, ipse (inquā) unus poenas pro omnibus luit. Liuore nanq; ipsius sanati sumus, & delicta nostra ipse corpore suo in lignū tulit, crucifixus autem pro omnibus, ut morte unius in ipso omnes uiuamus. Nō enim fuit amplius possibile à morte, atq; interitu uitā nostram detineri. Quod autem pro uita mundi carnem suā obtulit, uerbis suis cognoscemus. Pater (inquit) sancte cōserua eos. Et rursus: Pro eis ego sanctifico meipsum. Sanctificare autem seipsum dicit, non quia mundior ipse animo fieret, ut nos, nec quia spiritu sancto participaret, quippe in quo spiritus naturaliter est, atque ideo sanctus semper est, sed quia se offert quasi hostiam immaculatam in odorem suauitatis, sanctificare seipsum dicit. Sanctificabatur enim, id est, sanctū secundū legem appellabatur, quod ad altare adducebatur. Dedit igitur pro uita omnium corpus suū dominus, & per illud rursus uitā in nobis immittit, & quomodo, dicā breuiter pro uiribus meis. Nam quum uiuificās Dei filius in carne habitauerit, ad suum bonum eam, id est, ad uitā reformauit, & totus (ut ita dicā) toti, ineffabili modo unionis coniunctus, uiuificantē ipsam effecit, quia natura uiuificās est, ppter ea participātes hæc caro uiuificat, eijcit enim mortē ab eis, & interitū penitus expellit. Sed obijciat fortasse quispiā, ad dormientiū excitationē mentis oculū dirigēs: Nōne qui Christi etiā fidem nō susceperunt, ac ipsius corporis participes facti non sunt, resurrectionis tēpore reuiuiscēt? Nōne uniuersum humanū genus, quod in mortē cecidit, ad uitā recurrēt? Omnino ita futurū respōdebimus: Resurgēt enim mortui, propheta dixit, & ad omnē naturā humanā resurrectionis Christi mysteriū peruenire credimus, & in ipso primo totū humanum genus ab interitu liberatum dicimus. Omnes enim resurgent propter eū, qui primus resurrexit, & omnes, ut homo, in seipso continebat, & sicut in primo homine omnes mortui sumus, sic rursus in eo, qui primogenitus propter nos, & mortuus est, omnes reuiuiscēt. Sed qui bona fecerūt, in resurrectionē uitæ, ut scribitur: qui uerō mala egerūt, in resurrectionē iudicij, morte autē ipsa ego puto acerbius, ad cruciatu æternos resurgere. Vitā igitur propriē illam, quæ in Christo est, intelligere debemus, quæ beatitudine continetur æterna, quam Euāgelista rectē cognouit, dicens: Qui credit in filiū, habet uitā æternam, qui autē incredulus est filio, non uidebit uitā, sed ira Dei manebit super

Ioan. 6. e.
Cyrillus.

Heb. 2. d.

Psal. 39. b.

Esa. 53. b.
1. Petri 2. d.Ioan. 17. b.
Ioan. 17. c.

Esa. 26. d.

1. Cor. 15. c.

Ioan. 5. e.

Ioan. 3. d.

Z iij ipsum

ipsum. Ecce enim, ecce (inquā) nō uifuros uitā incredulos affirmat, quāuis per resurrectionē omnes reuiuemus, quare patet sanctis præparatam gloriosissimam uitam, sic à saluatore appellatam fuisse, ad quam per participationem uiuificantis carnis certè perueniemus. Verū quoniam sapius se Christus panem appellauit, consyderemus si hoc uocabulo uspiam à scriptura nominetur. Scriptum est *Numeri 15. c.* ergo in Numeris: Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Quum ueneritis in terram, quam ego dabo uobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias domino de pīnsendis panibus uestris, sicut de area primitias separabitis, ita & de pulmentis dabit primitiua domino. Aenigmaticè, atque obscurè nimium per figuram ista fiebat, quibus uelut de cœlo panis, id est, Christus obumbrabatur. Recordari enim oportet, quod homo propter nos factus, & ad similitudinem nostram, quasi primitiæ quædā, ac separatio nostræ massæ (ut scribitur) Deo patri oblatu est, primogenitus ex mortuis factus, & primitiæ resurrectionis hominum, ad cœlum usque ascendentes. Cepit enim à nobis hominem, ut scribitur, quia semen Abraham apprehendit, oblatuq; est unus ex omnibus, ut omnes uiuificaret, sicut ex area primus manipulus Deo patri offerri solebat, & quemadmodum, quum ipse sit uera lux, hanc rem discipulis quoque gratia attribuit: Vos enim (inquit) estis lux mundi: sic quum ipse sit panis uiuus, qui omnia uiuificat, continetq; ut sint, similitudine, atque umbra legali per duodecim panes sacrum Apostolorum præfigurauit consortiū. Legitur enim in *Leuitico*: Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israël, ut offerant tibi oleum de oliuis, purum, ac lucidum, ad concinnendas lucernas iugiter extra uelum testimoniū in tabernaculo fœderis. Accipietis etiam similia, & coquetis ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos altrīsecus super mensam purissimam coram Deo statuetis, & ponetis super eos thus lucidissimum, & salem, ut sint panes in monumentum oblationis domini. Lucernam igitur, quæ in sancto tabernaculo, & extra uelum posita, locum illuminabat, beatum esse Baptistam, in superioribus diximus. Oleo autem purissimo ardere dicitur, illuminatione scilicet spiritus sancti. Extra uelum autem lucebat, quoniam doctrina eius præparabat, non perficiebat. Præparate (inquit) uiam domini, & rectas facite semitas Dei nostri. Non enim quæ intra uelū erant, id est, reconditū Christi mysteriū, apertè denudauit. Ego (inquit) baptizo uos ad poenitentiam in aqua, qui uerò post me uenit, fortior quam ego est, cuius ego calceamenta nequeo portare, ipse uos baptizabit in spiritu, & igne. Vides quomodo simpliciore doctrina uocet, ad poenitentiam uocans, & interiora uelaminis denudanda illi relinquēs, qui spiritu, & igne baptizat. Sed hæc latius tunc diximus, quando illi præpositus locus erat: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Nunc uerò tetigimus, ut ordine à Ioanne, ad Apostolos descenderemus. Hæc enim (ut ego arbitrator) de causa, quum de lucerna scriptura dixerit, duodecim nobis contemplationes panum tradidit: Facietis (inquit) panes duodecim, qui singuli habebunt duas decimas. Solet scriptura denarium numerum, quasi plenum semper accipere, Numerorum enim omnium deinceps ordo, anfractum quendam, & reuolutionem denarij numeri continet. Duabus igitur decimis unumquęque panum constare iubet, ut perfectionem duabus rebus eorum consyderes, in actiua scilicet uirtute, atque contemplatiua. Altrīsecus autem ponere bipartitos iussit, ut stationem ipsam ostenderet, consueuisse namque discipulos credendum est in medio sui semper Christum habere, & quasi ad doctorem semper circumfundi. Vt autē discamus Christi eos odorem factos, ac Deo patri oblatos, ut Paulus ait, thus imponi super panes imperauit, sale autem spargi, quia ipsi sunt sal terræ. Die quoque sabbati hæc offerri lex uoluit, quia ultimis sæculis apparuerūt. Vltimus enim dies hebdomadæ, sabbatum est. Neque id solum, uerū etiam quia saluatoris aduentu spiritaliter sabbatizamus, ocium peccandi agentes, quo tempore sancti ad nos Apostoli missi sunt, quorum diuina scriptura ad uitam, & sanctificationem nos alunt: idcirco die sabbati duodecim illos panes in altari, id est, in Ecclesia Christi ponere lex iubebat. Significatur enim sæpe à parte totum: ut panis igitur in lege saluator figurabatur, panes autem rursus etiā discipuli similitudine ipsius dicuntur. Panis enim uerus Christus est, similitudine autem ipsius, per gratiam etiam in discipulos, ac in discipulorum successores appellatio ista transit.

De eodem manna, siue pane.

Cap. X.

Ioan. 6. f. **L**itigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandū? Dixit ergo eis Iesus &c. Omnia plana, & recta illis sunt, qui cognitione (ut scribitur) inuenerunt: fatuis uerò etiam facilima obscura uidentur. Probus enim auditor, ac sapiēs, quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea thesauro statim commendauit: si qua uerò ardua uidentur, sæpe, ac multum inuestigans, atque interrogans, tandem assequitur, uenatrices apprimē canes imitatus, quæ huc, atque illuc percurrunt feras quærentes. Sic affectum esse sapientem, propheticus quoque sermo denotat, dicens: Conquirens quære, & apud me habita. Quærendum enim ita semper est, ut apud eum habitemus, & ad alienas sententias non deferamur. Sed non ita facit

ita facit animus malignus. Nam quæcunque non intelligit, statim tanquam friuola, falsaq; per arrogantiam deijcit, nulli cedens, nec aliquid supra ipsum esse existimans, quales Iudæos fuisse comperiemus. Nam quum oporteret eos, qui diuinam uirtutem saluatoris, ac potestatem, signorum miraculo perceperunt, sermonem eius libenter suscipere: & si qua difficilia uidebantur, eorum solutionem quære: contra omnino faciunt: Et quomodo potest hic carnem suam dare? De Deo non sine magna impietate conclamant, nec in mentem uenit nihil esse impossibile apud Deum. Nam quum animales essent (ut ait Paulus) spiritalia intelligere non poterant. Sed fatuitas quædam tam magnum sibi uidetur mysterium: sed nos magnum (quæso) à peccatis aliorū profectum faciamus, & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus, aut proferamus. Iudaicum enim hoc uerbum est, & extremi supplicij causa. Ideo Nicodemus etiam quum diceret: Quomodo hæc fieri possunt? merito audiuit: Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Aliorum igitur (ut diximus) culpa perdocti, quum Deus operetur, non quæramus quomodo, sed operis sui uiam, atque scientiam illi soli cōcedamus. Nā quemadmodum, quāuis nullus nouit quidnam secundum naturā Deus sit, iustificatur tamen per fidem, quum credat præmia illum redditurum quærentibus eum: sic & si operum eius rationem ignorat, quum tamen fide omnia illum posse non dubitet, non contemnenda probitatis huius præmia consequetur. Ita profectò nos affici per prophetam Esaiam dominus ipse hortatur: Non enim sunt consilia mea (inquit) ut consilia uestra, nec sicut uia uestra, uia meæ sunt, dicit dominus: sed sicut exaltatur cœlum à terra, sic exaltata sunt uia meæ à uis uestris, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris. Qui autem sapientia à uirtute & Deo excellit, quomodo non operabitur ita miraculosè, ut operum suorum ratio mentem nostrā effugiat? Nōne uides quid sapenumero mechanici faciunt? Incredibilia uidentur nobis nonnunquam enarrare: sed tamen quia similia ipsos fecisse uidemus, posse peragi ab ipsis facillè credimus. Quomodo igitur summis cruciatibus digni nō erunt, qui rerum omnium opificem Deū ita contemnunt, ut quomodo in operibus suis dicere audeant, quem totius sapientiæ largitorē esse non ignorant: quem omnia posse scriptura nos docuit? Si uerò tu o Iudæe, quomodo etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego quoque secutus, libenter quomodo ex Aegypto exiisti rogabo, quomodo in serpentem Mofaica fuit uirga conuersa, quomodo lepra manus affecta, uno momento temporis in pristinum statum restituta iterū fuit, quomodo in naturam sanguinis aquæ transferunt, quomodo patres tui per media maria, ut per aridam effugerunt, quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem recidit, quomodo è lapide fontes aquarum fluebāt, quomodo stetit Iordanis, quomodo solo clamore inexpugnabilis Hiericho cecidit. Innumerabilia sunt, in quibus si quomodo quæris, uniuersam euertere tibi scripturam necesse erit, prophetarum doctrinam, & ipsius Moysi scripta contemnere. Quare credidisse Christo potius uos oportuit, & si quid arduum uidebatur, ab eo humiliter petere, quàm ueluti temulentos exclamare: Quomodo potest hic nobis suam carnem dare? Nōne uidetis, quia quum hæc dicatis, statim cum ista uoce arrogantia magna significatur? Amen, amen, dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Misericos certè, ac mitis Christus est, ut à rebus ipsis uidere licet. Non enim asperè ad crudelitatem eorum respondit, nec ullo modo contendit: sed uiuificantem huius mysterij cognitionem iterum, atque iterum in mentibus eorum imprimere studet: & quomodo quidem carnem suam dabit ad manducandū, non docet: quia intelligere illi non potuerunt: quàm magna uerò bona, si cum fide manducantur, adipiscētur: id iterum atque iterū aperit, ut æternæ desiderio uitæ ad fidem cōpellatur, per quā etiā doceri facilius poterunt. Sic enim Esaias dixit: Si enim (inquit) nō credideritis, nec intelligetis. Oportebat igitur fidei primò radices in animo iacere, deinde illa quære quæ homini quærenda sunt. Illi uerò, antequam crederent, importunè quærebant. Hæc igitur de causa dominus, quomodo id fieri possit non enodauit, sed fide id quærendum hortatur: lic credentibus discipulis fragmenta panis dedit, dicens: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum. Calicem etiam similiter circumtulit, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est calix sanguinis mei, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Per spicis, quia sine fide quærentibus, mysterij modum nequaquam explanauit, credentibus autem, etiam non quærentibus exposuit. Audiant hæc, qui ex arrogantia nondum Christi fidem suscipere uolunt: Nisi manducaueritis (inquit) carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Non enim possunt cum sanctificatione beatæ uitæ fidei participes esse, qui per mysticam benedictionem Iesum non susceperunt. Vita enim secundū naturam ille est, qui ex uiuo patre genitus est, sed non minus corpus quoque suum uiuificat. Coniunctum enim ineffabiliter est filio Dei, à quo uniuersa uiuificantur. Idcirco corpus suum dicitur, & unus cum eo est. Nempe post incarnationem unus est, & unus manet absque diuisione ulla, præterquam quod Dei patris uerbum, & templum à uirgine sumptum, idem natura non sunt. Non

Caro Christi
uiuifica.

Matth. 9. c.

Luc. 7. c.

Exo. 12. d.

Gen. 3. d.

Ioa. 1. b.

Ioa. 6. f.

Ibidem.

sunt. Non enim est eiusdem substantiæ uerbo Dei homo assumptus, unus tamen cum illo est, con-
iunctione ineffabili. Quoniam igitur saluatoris caro uerbo Dei, quod naturaliter uita est, coniun-
cta, uiuifica effecta est: quando eam comedimus, tunc uitam habemus in nobis, illi coniuncti, quæ
uita effecta est. Hac de causa in exuscitatis mortuis non solummodo uerbo, atq; imperio, ut Deus
utebatur: uerum etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhibebat, ut re ipsa osten-
deret, carnem quoq; suam, quoniam sibi cõiuncta est, uiuificam esse, atq; fideles doceret suum, non
alterius corpus esse. Nam quando synagogæ principis filiolum suscitabat, manum eius apprehen-
dit, ut scribitur, & erexit, dicens: Puella, surge: ita ut Deus, & uerbo, & carnis suæ tactu eam exci-
tauit, unam ab uno se Christo, Deo uidelicet, atq; homine operationem producens. Quando etiam
in ciuitatem Nain uocatâ, ingrediebatur, & efferebatur unigenitus matris filius iam mortuus, te-
tiguit corpus eius, dicens: Adolecens, tibi dico, surge. Non ergo uerbo solum semper (ut diximus)
uerum etiam tactu mortuos excitabat, ut ostenderet corpus quoq; suum uiuificare posse. Quod si
solo tactu suo, corrupta redintegrantur: quomodo non uiuemus, qui carnem illam & gustamus, &
manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui. Nec uelis Iudæi-
cè quomodo quærere, sed recordare, quamuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentu tamen ignis,
frigiditatis suæ oblita æstuat. Hoc sanè modo etiam nos, quamuis propter naturam carnis corrupti-
biles simus, participatione tamen uitæ ab imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatem illius ad ui-
tam reformamur. Oportuit enim certè, ut non solum anima per spiritum sanctum in beatam uitam
ascenderet: uerum etiam ut rude, atq; terrestre hoc corpus cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad im-
mortalitatem reduceretur. Nec putet ex tarditate mētis suæ Iudæus inaudita nobis excogitata esse
mysteria: Videbit enim, si attentius quærat, hoc ipsum à Moysi temporibus per figuram semper fa-
ctitatum fuisse. Quid enim maiores eorum ab ira Aegyptio um liberauit, quando mors in primo-
genita Aegypti sæuiebat? Nonne omnibus palā est, quia diuina institutione perdocti, agni carnes
manducarunt, & postes, atq; superliminaria sanguine perunxerūt, propterea ab eis mortem diuer-
tisse? Pernicies nanq; id est, carnis usus mors, aduersus genus humanum propter primi hominis
trāsgressionem furebat. Terra enim es, & in terram reuertēris, propter peccatum audiuius. Ve-
rū quoniam per carnem suam Christus atrocem hunc euerfurus erat tyrannū, propterea id my-
sterium apud priscos obumbrabatur, & ouinis carnibus, atq; sanguine sanctificati (Deo ita uolente)
perniciem effugiebant. Cur igitur o Iudæe turbaris, præfiguratam ueritatem iam uidens? Cur (in-
quam) turbaris, si Christus dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem
eius, non habebitis uitam in uobis, quum oporteret te Moisaicis legibus institutum, & priscis um-
bris ad credendum perdoctum, ad intelligenda hæc mysteria paratissimum esse?

De eodem manna, siue pane, seu carne.

Cap. XI.

Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resu-
scitabo eum in nouissimo die. Mirè statim incipiens Euangelista clamabit: Et uerbum caro
factum est. Non enim in carnem ipsum uenisse, sed ut mirabilem unionem ostenderet, carnem fa-
ctum esse dicere non dubitauit. Nec tamen quoniam ita dictum est, aut uerbum Dei in naturā car-
nis mutatum, aut hominem in naturam uerbi transformatum esse credimus. Manet enim inuoluta
utraq; natura, & unus ex utrisq; Christus est. Sed ineffabiliter, & ultra quàm possit mens humana
intelligere, uerbum humanitati coniunctum, totam in seipsum ita reduxit, ut indigentia uitæ possit
uiuificare: sic interitū ab humana natura expulit, & mortē, quæ peccato plurimū poterat, destruxit.
Quare qui carnem Christi manducat, uitam habet æternam. Habet enim hæc caro Dei uerbum,
quod naturaliter uita est, propterea dicit: Quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ego enim
(dixit id est corpus meū quod comedetur) resuscitabo eū. Non enim alius ipse est, quàm caro sua,
non id dico, quia natura non sit alius, sed quia post incarnationem in duos se diuidi filios minime
patitur. Ego igitur (inquit) qui homo factus sum, per meam carnem, in nouissimo die comedentes
resuscitabo. Nempe impossibile omnino est, ne interitus, & mors ab eo qui naturaliter uita est, su-
peretur, propterea quamuis mors, quæ propter peccatum nostrum naturam nostram insilijit, cor-
pus humanum ad corruptionem impellat: tamen quia filius Dei homo factus est, omnes profectō
resurgemus. Non enim potest natura nostra uitæ coniuncta non uiuificari. Et quemadmodū si
quis scintillam ignis in fœno, aut palea occultauerit, totum inde ignitum necessariò fiet: sic uer-
bum dei tanquam scintilla in naturam nostram immissum, totam inde inflammauit, atque ad ui-
tam, interitus penitus destructo, reduxit. Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus ue-
rè est potus. Distinguit rursus inter mysticam benedictionem, & manna, & aquarum fluena-
ta ex lapide, & calicis sancti communicationem, Ita iterum eadem repetit, ne magis mannae
miraculum

miraculum admirentur, sed ipsum potius suscipiant qui coelestis panis est, & æternæ uitæ lar-
gitor. Patres enim (inquit) uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est pa-
nis qui de cœlo descendit, ut aliquis ex ipso comedat, & non moriatur. Manna nanque alimentum
non æternam uitam, sed breue famis remedium afferebat. Non ergo erat cibus uerus, id est,
panis de cœlo. Sanctum uerò Christi corpus, ad immortalitatem & uitam æternam nutriens ci-
bus est, ita inquit, Sed aquam ex petra biberunt. Quid igitur inde lucrati sunt, qui mortui fue-
runt? Non erat igitur potus ille uerus, sed uerus potus est sanguis Christi, quo radicitus mors
euertitur, atq; destruitur. Non enim hominis simpliciter sanguis est, sed eius qui naturali uitæ con-
iunctus, uita effectus est. Propterea corpus, & membra Christi sumus, quia per hanc benedictio-
nem mysterij, ipsum filium Dei suscipimus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sangui-
nem, in me manet, & ego in illo. Quoniam res ardua est, & fide magis, quàm alio modo recipitur,
ideo multis, atq; uarijs modis mirabilē eius utilitatē exponit, fundamentū, & basim fidem esse con-
firmans. Qui manducat (inquit) carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in il-
lo. Sicut enim, si quis liquefactæ cæræ aliam cæram infuderit, alteram cum altera per totum com-
miscet, necesse est, si quis carnem, & sanguinem domini recipit, cum ipso ita coniungatur, ut Chri-
stus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quod ommodo apud Matthaum comperies: Simi-
le est (inquit) regnum cœlorum fermento, quod acceptum abscondit mulier in farinae satis tribus.
Quid igitur fœmina sit, & quæ satorum trinitas, aut omnino satum quid sit, loco suo dicitur, nunc
autem de fermento solum dicamus. Sicut parum (ut Paulus ait) fermenti totam massam fermentat,
sic paruula benedictio totum hominem in seipsum attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo in
nobis Christus manet, & nos in Christo. Verè enim totum fermentum in totam massam pertrāsit.
Sed sensus quidem loci huius hic est: Nos uerò, si uitam æternam consequi uolumus, si largiorem
immortalitatis in nobis habere desideramus, ad recipiendam benedictionem libenter concurramus,
caueamusq; ne loco laquei, damnosam religionem diabolus nobis prætentat. Rectè (inquit) dicitis,
scriptum tamen esse non ignoramus, iudiciū sibi comedere, atq; bibere illū, qui de pane comedit,
& de calice bibit indignè. Ego igitur probō me ipsum, & indignum inuenio, quando igitur, qui-
cunq; tu es, qui ista dicitis, dignus eris? quando Christo te ipsum offeres? Nam si peccādo indignus
es, & peccare non desinis, (Quis enim delicta intelligit secundum Psalmistam) expers omnino eris
uiuificæ huius sanctificationis. Quare pijs quæso cogitationes suscipias, studiosè, sancte q; uiuas,
& benedictione participes, quæ (mihi crede) non mortem solum, uerū etiam morbos omnes depel-
lit. Sedat enim, quum in nobis maneat Christus, sæuicentem membrorum nostrorum legem, pieta-
tem corroborat, perturbationes animi extinguit: nec in quibus sumus peccatis cõsyderat: sed ægro-
tos curat, collisos redintegrat: & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni
nos erigit casu. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, &
ipse uiuet propter me. Latet sensus horum uerborum, nec ita facillè quærētibus apparet: qui tamen
cum fide quærunt, facillè ipsum inuenient. Quum igitur missum se esse filius dicit, tunc incarnatum
se esse, & nihil aliud præter hoc denotat. Incarnatum autem uerbum Dei, quum dicimus, totum se
hominem assumpsisse intelligimus. Quemadmodum igitur (inquit) homo factus sum uoluntate pa-
tris, qui è naturali uita emanauit, & homo factus uiuo, corpusq; meū uita repleui, non aliter qui car-
nem meam manducat, propter me uiuet. Mortalem enim carnem assumpsi, sed quia naturaliter ui-
ta existens, habito in ipsa, totam ad uitam meam reformauit: Non enim sum uictus interitu carnis,
sed ut Deus, omnem interitum, & mortem ipse superauit. Ut igitur (non enim grauabor iterum di-
cere) quamuis me pater misit, id est, homo factus sum, uiuo tamen propter patrem, id est, genitoris
naturam ad unguem conferuo: sic qui manducatione carnis meæ me recipiet, uiuet profectō totus
ad me reformatus, qui uiuificare possum, quoniam ex uiuo patre sum, à patre autem se carnem fa-
ctum esse affirmat, quum scriptum sit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obum-
brabit tibi. Ut rursus intelligas, quia una patris, & filij, & spiritus sancti natura sit, ideo non esse di-
uisas operationes, sed quod ab una persona factū dicitur, id opus trinitatis totius est. Quum enim
consubstantialitate unum sit trinitas, una profectō est uirtus eius, atq; potentia: Omnia enim ex pa-
tre per filium in spiritu sunt. Sed dicamus rursus, quod sæpius diximus (Nā & si aures auditorum
eadem dicentes obtundimus, tutius tamen esse non sumus nescij) consueuit Christus, quæ uim hu-
manā excedūt, ea patri tribuere. Humiliauit enim seipsum factus homo, & ideo conuenientē ho-
mini mēsurā nō recusat. Pater (inquit) qui in me manet, ipse facit opera. Patri ergo etiā incarnatio-
nis operationē, quoniam uirtutē excedit humanā, ut solet, accommodat. Sed clamabūt rursus aduersa-
rij Christi, ac dicēt: Et quomodo aliter naturā suā filius, aut quomodo magis aperte maiorē esse pa-
trē posset ostēdere, quàm si diceret, propter patrem se uiuere? Nā si pater filio uitā largit: quæ adeo mēte
captus est, ut nō uideat nō esse idē natura uitā, & quod uita participat? Hæc illi. Nos autē stulta dici
à stultis dicimus, & cor eorū inania intelligere, & seductionē, ac errorē in uerbis suis habitare, non
ambigimus.

Ibidem.

Matth. 13. c.

1. Cor. 5. b.

1. Cor. 11. g.

Psal. 18. d.

Ioa. 10. b.

Ioa. 6. f.

Luc. 1. d.

Philip. 2. a.

Ioa. 14. b.

Esa. 32. b.

ambigimus. Quomodo enim hæc ultima seductio nõ est, qua à uiuificãte Christo alienare multos nõ erubescunt, uitæ participes ipsum prædicãtes, sicut & creaturas? An etiã animal dicent esse filiũ, quoniã omne animal nõ ipsum uita, sed uitæ particeps est? Aliud enim animal est, aliud uita, quæ in ipso est. Nam si idem esset animal, & uita: omne animal profectõ uita diceretur, quod nemo mentis compos unquã cogitauit. Vnigenitus ergo animal non est, sed uita secundũ naturam: aliter uerum illud non esset: Ego sum resurrectio, & uita. Vita porrõ illud est, quod uiuificat, nõ quod ab alio uiuificatur, sicut & sapientia, quod sapientem facit, non quod sapiens fit: uita autem Christus est. Ego (inquit) sum uita. Et Psal. mista de ipso ad patrẽ dicit: Quia fons uitæ apud te. Et Ioãnes in epistolis: Quod erat ab initio, quod audiuius, quod uidimus oculis nostris, & manus nostræ palpauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, & testimoniũ perhibemus, & annũcio uobis uitã æternam, quæ apud patrẽ erat, & manifestata est. Vides latius hĩc illud Psal. mista exponi, Quoniã apud te fons uitæ. Erat enim, & est fons uitæ filius apud patrẽ. Sed ipsum Ioãnem rursus audiamus: Et scimus, ait, quia filius Dei uenit, & dedit nobis mentẽ, ut cognoscamus uerũ, & simus in uero filio eius Iesu Christo: hic est uerus Deus, & uita æterna. Quis igitur patiet has uagas? Quis meritõ istos impios nõ appellabit, qui quũ scriptura clamat, uerũ Deum, & fontẽ uitæ, & uitã æternam filiũ esse, uitæ Christi participem audeant dicere? Quomodo autem erit uerus Deus, aut fons uitæ, qui uita indigens, ab alio eam consequitur? Sed uitam (inquit) dicimus filiũ, quia quũ patrẽ, qui uita est, in se habeat, ipse quoq; uiuificare potest. Maligni animi hæc oratio est: Quũ enim dicere uita appellari filiũ dicitis, quoniam quũ in se patrem habeat, potest indigentia uitæ uiuificare, quomodo non immensam hĩc sermo parturit malitiam? An ignoratis quid secundum naturam sit, quid ex eo quod sit secundum naturam, & quasi compositũ? Veluti calidũ natura ignem putamus, calida uerõ etiã alia sunt, ex igne ita facta, ut puta ferrum, aut lignum, non tamen quia ignita sunt, propterea ignis erũt: Alienam enim, non naturalem caliditatẽ retinẽt. Et Grammatica, uel Geometria, scientia quædam est, qui uerõ scit, non est grammatica, sed ab ea Grammaticus, uel Geometricus denominatur. Eodem modo & uita secundũ naturã aliud profectõ est, quã ea, quæ ad ipsam transformantur. Quum igitur in filio patrem, qui naturaliter uita est, esse asseratis, atq; ideo uiuificare filium posse contendatis: non rectẽ affirmatis, filium esse uitam, quũ uitæ magis particeps sit: si quidem in eo uita, ut in materia, secundum uos est, & sic habitudine quadam, non substantialiter ad dignitatem uiuificantis patris ascendit, & quemadmodum nullus rectẽ, quamuis ab ignito ferro caleseat, ab igne se calefcere dicet: nemoq; non insanus, quia geometras docendo quispiam facit, geometriam eum appellabit. Eodem certẽ pacto, si filius naturaliter uita non sit, sed propter inhabitantem patrẽ, non rectẽ, quoniã alios uiuificat, uita poterit appellari. Propterea quid prohibebit unum de hominũ numero, corruptibilisq; filiũ naturæ opinari, si propter patrem uiuit, id est, ab eo uita donatur, ut isti sentiũt? Corrupteretur enim, nisi uiuentem patrem in ipso haberet. Et si uerax ipse est, sicuti certẽ est, sicut ipse in se patrẽ habet, qui naturaliter uita est: sic ipse quoq; in patre est, qui substantialiter secundum uos uita non est: Ego enim (inquit) in patre, & pater in me est, & tacebo impietatem quæ sequitur, imò dicam in redargutionem ipsius impietatis. Erit enim pater uita priuatus, quum in se habeat naturam corruptibilem. Hæc nos & cogitare, & scribere per uicacia uestra cogimur, Impellimur enim exquisitius ad utilitatem legentũ ista scribere. Nam si uitam secundum naturam patrem esse conceditis, probẽ id quidem: sed uita etiã secundum naturam filius est. Id enim ex uerbis etiã uestris sequitur. Quid enim in filio, quũ in ipso sit, pater operabitur? An suam uitã tanquã indigentĩ, nec à se habenti ei donabit? Et quomodo non erit absq; uita naturaliter filius? Quod autem à seipso uitam non habet, quomodo corruptibile non erit? Sed nõ largitur uitam filio pater: Vita enim genuit, atq; ideo ipse filius uita per seipsum est. Quomodo igitur ideo uita erit, quia patrem in seipso habet? Nam si absq; patre uiuere intelligitur, non uiuit propter patrem, id est, nõ habet uitam participatione. Quod si propter patrem ita uiuit, ut ipsi intelligunt: non habebit ipse propriam uitam, sed mutuõ ab alio accipit, & ut dicebamus, corruptibilis potius est naturæ, & animal magis quã uita. Quomodo igitur seipsum uitam appellat? An tibi quoq; licebit dicere: Ego sum uita? Quod si non licebit, sicuti certẽ creaturæ non licet, filius ceĩ tẽ, qui hoc de se uerẽ dicit, nouit se uitã naturaliter esse, aliter quomodo erit character hypostaseos genitoris? Quomodo imago, figura, & similitudo exquisita? Quomodo nõ rectẽ dicebat Philippus: Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis? Sicuti enim uos dicitis, poterit aliquis uidisse filium, qui patrem non uidit. Si quidẽ pater secundũ uos substantialiter uita est, filius autem uitæ particeps. Nemo enim unquam in uiuificato uiuificantem conspiciet, nec per indigentem, non indigentem rectẽ intelligit: ita falso illud dixerit, necesse est: Qui me uidet, uidet & patrem. Qui ergo immaculata Ecclesiæ dogmata sequitur, fugiat ab istis, & ad simplicem ueritatis pulchritudinem uias dirigat suas, & sicuti patrem uitam esse naturaliter credit, sic filium quoq; uitam esse substantialiter non dubitet. Ut enim lumen de lumine est, sic & uita de uita, Et quemadmodum quæ luce indigent, per filium pater illuminat, & sapientes per eum facit,

eum facit, sic qui uita egent, per filiũ ut per uitam suam, quæ ex ipso emanat, uiuificat. Quando igitur ipse dicit: Uiuo propter patrem, noli cogitare ideo ipsum uiuere, quoniã à patre uitam recipiat, sed quoniã ex uiuo naturaliter patre natus est. Propterea se quoq; uiuere, naturaliter uidelicet confirmat. Non enim potest non uiuere, qui ex uiuo uerẽ natus est patre, ut si quidã diceret rationalem se hominem esse, quia ex rationali natus est. Sic & unigenitus Dei filius: Uiuo (inquit) propter patrem. Nam quoniã uita secundum naturã genitor meus est, & quia ego naturaliter eius filius sum, hanc naturæ suæ proprietatem, id est, uitam naturaliter mecum habeo. Quum igitur unus ex uno intelligatur (ex patre enim filius est) uerẽ, ac propriẽ perfectionibus patris glorificatur.

De eodem manna, siue pane.

Cap. XII.

Hic est panis qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Magna certẽ sunt, quæ à magnis aguntur, ideo quæ à Deo nobis præbentur, digna profectõ diuina magnificẽtia sunt. Si enim credis de cœlo panem descendisse, quod quidem quam maximum est: quur non credis æternam ab eo uitam creditibus immitti? Hic enim effectus profectõ demonstrabit, de cœlo, id est, ex Deo esse hũc panem, Decet enim æterna esse, quæ ab æterno donatur. Non enim prudenter, quæ ad breue tempus sufficiunt, hoc nomine appellabuntur. Nec panis erat ex Deo, quem maiores Iudæorum comederunt, & mortui sunt. Nam si de cœlo, & ex Deo fuisset, liberasset à morte participantes. Cõtrã uerõ corpus Christi, panis de cœlo est, quia æternam comedẽtibus uitam largitur. Magnum certẽ signum, deitatis in hoc corpore naturam habitare, quoniam illa hinc donantur, quæ certam omnem naturam excedunt, atq; ideo à rudioribus minus creduntur, sed ditissima illa natura, summas largitur diuitias, quas Paulus quoq; admiratus clamat: Non uidit oculus, non audiuit auris, non ascenderunt in cor hominis, quæ Deus diligentibus se præparauit. Sed lex ista ut magna in paruĩs figurabat, Vmbram enim, atque imaginem futurorum bonorum, non ipsarum rerum ueritatem habebat, ita in alimẽto mannae benedictio hæc Christi figurabatur, & futura denotabatur. Et infrã: Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Fatuus sanẽ consuetudo hæc est, Semper enim sublimiori doctrinã, quam ipsi non intelligunt, detrahare solẽt. Quumq; attendere magis deberent, & subtilitate rerum eleuari, contrã dericiuntur, & durum appellant sermonem, quem admirari debebant. Non aliter igitur faciunt, quã edentuli soleant, Molliora enim eligunt alimenta, etiã si peiora sint, solidiora uerõ, ac meliora edulia magnopere uisitant, ægrotationem celare studentes. Mentis quoque acumine priuati scientiam abhorreere solent, quæ magno studio, multaq; opera esset conquirenda. Sed spiritualis quidem uir, ut in delicijs, in doctrina domini uersatus, iugiter canit: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Animalis uerõ Iudæus, spiritale hoc mysterium fatuitatis plenum arbitratur, quumq; domini uerbis ad sublimiorẽ intelligentiã rerũ concitetur, tamen ad insitam sibi dementiã omnino delabitur, & quod prauũ est, bonũ appellat, proba uerõ improba ducit, ut scribitur. Ita maiores suos penitus imitatur, qui manna cum benedictione recipientes, diuinũ Dei donũ aspernati, Aegypti carnes desiderabant: hi uerõ quum uiuificãtis spiritus gratiam, & panem uerum, qui ex patre ad homines uenit, accipere rogentur, uoluptatis se potius, quã Dei amicos ostendentes, in errorem deferuntur consuetum, & quemadmodum illi ipsum manna etiam aspernabantur, dicentes: Exaruit anima nostra in hoc manna: sic isti uerum panem non erubescunt abijcere, dicentes: Durus est hic sermo. Demus igitur operam, qui Dei mysteria discere gliscimus, ut quasi optimi nummularij nummum cognoscamus, aut in fide accipiẽda ratione doceri uelimus, aut quæ ratione probari possunt, temeraria credulitate approbemus: sed alterutris, ut decet, attendẽtes, ac per iter regium, in neutram partem declinantes, ambulemus. Regia certẽ uia omnibus faciẽda est, qui rectitudinem fidei Christi sequi desiderant. Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendẽtem ubi erat prius. Ex im- peritiã multi qui Christum sequebantur, uerba ipsius non capientes, perturbabãtur. Nã quum audissent: Amen, amẽ dico uobis: Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, ad immanes ferarum mores uocari se à Christo arbitrabantur, incitariq; ut uellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere, quæ uel auditu horribilia sunt. Nondum enim mysterij huius formam, & dispensationem pulcherrimam cognouerant. Illud etiam ad hæc cogitabat, quomodo caro huius hominis æternam nobis uitam largietur? Aut quomodo ad immortalitatem adducere poterit? Quæ quũ intelligeret is, cuius oculis omnia nuda sunt, atque aperta, alia eos re mirabili ad fidem impellit. Frustra (inquit) õ uos propter uerba mea conturbamini. Quod si credere non uultis, uitã uobis à meo corpore dari, quid facietis, quando in cœlum uolare me conspicietis? Nõ enim ascensurum me solummodo in cœlum profiteor, ne rursus quomodo id fieri possit, quærat: sed oculis etiã id fieri uestris cernetis. Quid igitur hoc uidentes, dicetis?

a a cetis?

Ioan. 11. e.

Ioan. 14. d.

Psal. 35. c.

1. Ioan. 1. d.

Psal. 35. c.

1. Ioan. 5. d.

Ioan. 14. b.

Ioan. 14. b.

Ioan. 14. b.

1. Cor. 2. c.

Heb. 10. d.

Ioan. 6. f.

Psal. 118. 11.

Esa. 5. f.

Numeri 11. a.

Numeri 21. b.

11. b.

Ioan. 6. g.

Heb. 4. d.

cetis? An non erit hoc magnum dementiæ uestræ argumentū? Si enim putatis carnem meā uitam uobis afferre non posse, quomodo tanquam uolucris in cœlum ascēdet? Quomodo per aëra uolabit? Hoc enim similiter generi humano impossibile est. Quod si præter naturā caro mea in cœlum conscendet: quid prohibet, ne similiter præter naturam uiuificet? Nā qui terrestre hoc corpus, cœlestē confecit, is etiā uiuificum reddidit, quamuis natura sui corruptibile fuerit. Sed animaduerte rursus unum esse Christum, non duos, ut nonnulli temere asserūt. Animaduerte, in quā, quia ubiq; bitis, ubi prius erat. Et certē corpus Christi in cœlo prius non fuit, quod non fuit quidem ante incarnationem. Verbum autem Dei æternaliter cū patre est. Probè igitur Paulus: Vnus (inquit) dominus Iesus Christus: Vnus enim & ante incarnationem, & post incarnationē, filius est, Nō est ergo alienum à uerbo corpus suum: idcirco filium hominis appellat uerbum Dei, quod de cœlo descendit, quodq; secundum Euangelistam caro factum est, nō in carnem mutatū, Immutabilis enim natura est. Sed quia re uera homo factus, in templo, quod à uirgine assumpsit, habitare uoluit. Dicit autem se ascensurum illō, ubi prius erat: ut audientes intelligant, de cœlo quoq; ipsum descendisse, & sic non ut hominī, sed ut Deo attendentes, uiuificam carnem suam esse, facilius credatur. Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Non imperitē (inquit) omnino uiuificā carnē esse negatis. Nā si sola intelligitur, nihil prorsus uiuificare potest (quippe quæ uiuificante indigeat) quum uerō incarnationis mysterium laudabili cura scrutati fueritis, & habitantem in carne cognoueritis: quamuis nihil penitus caro per seipsam possit, uiuificam tamen esse factam credetis, nisi etiam spiritum sanctum non posse uiuificare contendatis. Nam quoniam cum uiuificante uerbo caro cōiuncta est, tota est effecta uiuifica. Non enim ad corruptibilem suam naturam iunctum Dei uerbū detraxit, sed ipsa ad melioris uirtutem eleuata est: Quamuis ergo natura carnis, ut caro est, uiuificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam uerbi operationem suscepit. Corpus enim est, nō cuiusuis hominis, cuius caro prodesse quicquam potest (non enim Pauli, aut Petri, aut cœterorum) sed ipsius uitæ, & saluatoris nostri Iesu Christi corpus, in quo deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere non potest. Nam si mel, quū naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur, nōne stultum erit uiuificam uerbi naturam putare non dedisse hominī, in quo habitat, uiuificādī uirtutem? Quas ob res caro quidem cœterorū omnium quicquā uerē non prodest, caro autem Christi, quia in ipsa unigenitus Dei filius habitat, sola uiuificare potest. Spiritum uerō seipsum appellat, quoniam Deus spiritus est, & (ut ait Paulus) Dominus spiritus est. Nec ista dicimus, quia spiritum sanctū in propria persona subsistere non putemus, sed quia sicut factus homo filium se hominis appellat, sic se à proprio spiritu spiritum nominat. Non est enim alienus ab eo spiritus suus.

De manna, siue pane cœlesti ex Chrysofomo, antedicta saluatoris uerba exponente. Cap. XIII.

Chrysofomus autem antedicta saluatoris uerba exponēs, hoc pacto scribit, Patres nostri manducauerunt manna in deserto: Nihil his stultius, nihil insipientius, quum signū in manibus haberent, tanquam nullum fecerit, rogant: Quod signum facis? Neq; in eius potestate signum relinquunt, sed necessariō ei præscribūt, ut nullum aliud faciat, quā quod maiorum suorum temporibus factum est. Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Hoc exemplo moueri Christū arbitrati, ut idem faceret, quo carnaliter pascerentur. Sed quidnam nullum aliud ex prioribus signis meminerunt, quū plurima tunc temporis in Aegypto, ut mari, in deserto facta essent, sed hoc duntaxat? Quia hoc maximē impulsu uentris desiderabāt. Quid autem qui prophetā eum appellatis, & regem facere uoluistis, post uisum signū, ac si nil fecerit, ingrati, & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorum, & famelicorum more loquentes? Nunc uobis manna admirationi est, non adhuc anima uestra debilitata est? Et aduerte irrisionem. Non dixerūt: Moses signū fecit, tu quid facis? Perturbare eum arbitrabantur, sed adhuc honorificè loquuntur, cibi expectatione, neq; dixerunt, Deus hoc fecit, ne huic æqualem, illo humiliorem facere uiderētur, sed medium quoddam tenuerunt: Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Et profectō ad hæc Christus dicere potuisset, se maius fecisse miraculum, non uirga, non precibus eguisse, sed propria omnia fecisse uirtute, quod si māna meministis, ecce panem uobis præbui. Verum non erat nunc his uerbis locus, sed unum curabat, ut ad spiritalem cibum eos adduceret. Et consydera Christi immensam prudentiam, quo pacto respondeat: Non Moses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Sed quid non dixit, non Moses dedit, sed, ego: sed pro Mose Deū, pro manna seipsum posuit. Quā magna erat auditorum imbecillitas, ut ex sequentibus constat. Etenim ita dicendo, non tamen cohibuit. Atqui primū dixit: Quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, non tamen illi reprehensī destiterunt. Verum quum Samaritanæ

Samaritanæ se aquam daturum pollicitus est, patris nō meminit, sed: Si scires (inquit) donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Et iterum: Aquam quam ego dabo, & non refert ad patrē, hoc autem in loco patris meminit, ut quanta fuerit Samaritanæ fides, quanta Iudæorum imbecillitas, intelligeres. Non de cœlo erat manna, quomodo ergo de cœlo dicitur? Quemadmodum: Volucres cœli, & Tonuit de cœlo Deus. Panem autem simpliciter, & non uerum illum appellat, non quod falsum esset in manna miraculum, sed quod figura esset, non ueritas. Et quum Mosi meminisset, se illi non contulit, neq; se adhuc illi præponit, quum maiorem adhuc de illo haberent opinionem. Ideo inquit: Non Moses dedit, non se, sed patrem dedisse testatus est. Tum illi: Da nobis panem hūc. Adhuc enim sensibile quiddam suspicabantur, adhuc uentrem implere expectabant, ideo quamprimum obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciens eos paulatim, inquit: Panis Dei est, qui descendit de cœlo, & dat uitam mundo, non Iudæis tantum, sed uniuerso orbī, neq; simpliciter cibum, sed alteram quādam uitam, & legem diuersam. Vitam autem dicit, quoniam omnes mortui erant, illi humi incumbentes. Da nobis (inquunt) hunc panem. Quum autem intelligeret Christus, quod donec sensu perceptibilem mēsam arbitrarētur, cōcurrerent, quā spiritalē, discederēt: Ego (inquit) sum panis uitæ: qui uenit ad me, nō esuriat: & qui credit in me, non sitiet unq;. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & nō creditistis. Hoc & Iōānes superius prædixit: Quod nouit loquit, & quod uidit testat, & testimoniū eius nemo accipit. Et ipse iterū: Quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & non creditis mihi. Quod facit, præoccupās eos, & ostēdens nō propterea perturbari, neq; gloriā desiderare, neq; cordis arcana ignorare, neque præsentia, neq; futura. Ego sum panis uitæ. Iam in mysteriorum traditione de ueritate est, & primum de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis uitæ. Neq; enim de corpore hoc dictum est, de quo circa finē inquit: Panis quem ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deum uerbum panis est, quemadmodum hic panis propter aduenientem ei spiritum, panis cœlestis efficitur: hic autem non utitur testibus, quemadmodum in prioribus disputatione. Habebat enim ipsum panem opus in testimoniū, quamuis credere dissimularent, illic contradicebant, & arguebant, ideo hoc in loco suam decernit sententiam: illi uerō quum corporis cibum sperarent, non sunt perturbati, quoad spe deciderunt, neq; tamen tacuit, sed arguit uehementer. Qui enim quum panem comederent, prophetam appellabant, & regem facere uolebant, hoc loco indignati, fabri fillum dicunt: & quidem uidebantur indignari, quod de cœlis descendisse diceret, non tamen hæc erat causa, sed quod corpus non pasceret: quod si uerē indignabantur, rogare eos oportebat, quomodo panis uitæ esset, quomodo de cœlo descendisset. Nunc autem minime hoc rogant, sed murmurant, & quod hoc eos non turbasset, inde perspicuū est. Dicite enim Iesu: Pater meus dat uobis panem: non dixerunt, roga ut det, sed: Da nobis panem. Atqui non dixerat, Ego do: sed, Pater meus dat. Ea enim erat cupiditas cibi, ut inde se saturari posse arbitrarentur. Quo dato, quomodo postmodum scandalizari debebant, & maximè quum patrem dare intellexerent? Quam ergo postquam audirent non amplius edendum, incredulitatis prætextum inuenerunt, quod altius loqueretur. Propterea dixit: Et uidistis me, & non creditis. Quum signa, tum scripturarum testimonia significant: Illæ enim sunt (inquit) quæ testimoniū perhibent de me, & quod ueni in nomine patris mei, & non accipitis me, & quomodo potestis credere, qui ab hominibus gloriā accipitis? Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eū qui uenit ad me, nō eijciam foras. Vide quomodo omnia ad hominum salutem conatur? Propterea enim hoc addidit, ne curioso esse, & frustra hæc dicere uideretur. Sed quid hoc significat, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & Resuscitem illud in nouissimo die? Quia gratia communis resurrectionis, cuius & impij participes sunt, ut præcipui credentium in se muneris meminit? Quoniam non simpliciter resurrectionis, sed talis meminit. Nam quum dixisset: Non eijciam, & nō perdam ex eo, mox subdidit resurrectionem. In resurrectione enim alij eijciuntur, ut inquit: Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Alij perduntur: Timete (inquit) magis eum, qui potest animam, & corpus in gehēnam perdere. Et illud: Vitam æternam do, hoc significat. Ibi enim qui mala egerūt in resurrectionem iudicij: qui uerō bona, in resurrectionem uitæ. Hanc hoc in loco resurrectionem ostendit, quæ est bonorum. Sed quid sibi uult ea particula: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet? Eorum tangit incredulitatē, ostendēs quod qui nō credunt, non se tantū, sed & patrē offendunt, & eius transgrediūt uoluntatē, nō tamē tā apertè id dicit, ut semper facit, quod si hæc eius uolūtas est, & propterea uenit, ut saluū hominē faceret, qui non credūt, eū oppugnāt. Quū enim pater (inquit) aliq; dirigit, nihil prohibet eum ad me uenire. Et infra: Murmurabāt ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descēdi, & dicebant: Nōne hic est Iesus filius Ioseph? &c. Quorū Deus uenter, & gloria in ignominia eorum (inquit Paulus de Iudæis): quod ex prædictis constat, & ex sermone quem ad Christum accedentes habuerunt. Nam quum pane saturati sunt, prophetam appellabant, & regem facere cogitabāt: quum uerō spiritalem cibum, & uitam æternam edocti, &

à sensu abducti, resurrectionem, & altiora acceperunt, quumq; maximè eos admirari oportuerat, tunc murmurabant, & resilièbāt. Atqui, si hic est propheta, ut dicebatis: Hic est, de quo inquit Moses: Prophetā uobis suscitabit dominus Dens de fratribus uestris, tāquam meipsum audite. Oportet eum uerebatur, propter nouum panis signum, ideo nō manifestè cōtradixerūt, sed murmurādo indignationem prae se tulerunt, quòd cibum nō accepissent, quem cupiebāt. Murmurādo indicebant: Nōne hic est filius Ioseph? Ex quo perspicuum est, quòd nōdum admirabant ergo, & rant generationem, idcirco adhuc Ioseph eum filium dicunt. Neq; negat Christus, quòd esset, sed nōdum illi tantam rem audire poterant, neq; secūdam carnem quidem. Quòd si nō hanc, lōgè minus supernam illam, & ineffabilem generationem. Si rem humiliorē nō aperuit, multo minus illam. Atqui hoc eos maximè perturbabat, quòd uili patre, & fabro natus esset. Nō tamen Christus rem ipsam subicit, ne alio sublato, aliud scādalum excitasset. Sed quid murmurantibus illis Christus? Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eū. Hic insurgunt Manichaei nihil nos ex nobisipsis posse, huius particulā testimonio contententes. Sed planè nos posse quae uolumus per hoc ostēditur. Inquiunt enim: Si quis uenit ad eum, quid opus est ut trahatur? Verum hoc nostrum non tollit arbitrium, sed diuino egere auxilio ostendit, & non inuitum, sed omni conatu contendentem uenire. Inde quo pacto trahat, ne quid sensibile de eo suspicaretur, his uerbis profectur: Non quia patrem uidit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic uidit patrem.

Deuter. 18. c.

Ioan. 6. c.

Ibidem. Liberman arbitrium negabant Manichaei.

De eodem pane.

Cap. XIII.

Chrysostomus.

PANEM autem uitae seipsum appellat, quoniam uitam nostram, & hanc, & futuram corroborat. Et inquit: Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Panem uero, siue doctrinam hoc in loco, & salutem, & fidem in se, siue corpus suum dicit. Vtrunq; enim animā fortiorē reddidit. Atqui alibi dixit: Si quis sermonem meum audierit, mortem non gustabit, & perturbati sunt, hic non itidem, quia iam ob panis miraculum eum reuerentur. Animaduerte autem quam faciat huius panis, & mannae differentiam, ab utriusq; scilicet sine. Quòd enim māna nihil magnum praebere, addidit: Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Inde subdit maximā persuasionem, quòd longè pluris, maioribus illis patribus Mose, & claris illorum temporum uiris ipsi habiti sint. Quum enim dixisset mortuos qui manna comedisent, profectus est: Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uitae, qui de caelo descendit: qui māducat ex hoc pane, uiuet in aeternum. Illa praeterea particula: In deserto, manna non diu durasse, neq; in terram promissionis uenisse significat. Hic autem panis non est eiusmodi: Et panis quē ego dabo, caro mea est, pro mundi uita. Meritò hoc in loco dubitare quispiā possit, cur hanc nunc Christus loqueretur, quum nihil proficeret, nihil aedificaret, imò esset aedificatis nocumento? Ex hoc enim (inquit) multi ex discipulis suis retro abierunt, &: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Erant igitur haec solis discipulis communicanda, ut Matthaeus priuatim cum ipsis loqui testatur. Quid ad hoc dicemus? Quānam horum uerborum utilitas? Magna quidem, & necessaria. Quum enim in petendo cibo instarent, & patribus suis datum memorarent, & māna tanquam magnum quiddam laudarent, omnia illa figuram, & umbram fuisse, rerum autem ueritatem praesentem ostendit. Ideo spiritalis cibi meminit. Sed erat (inquit) dicendum: Patres uestri manducauerunt manna in deserto, ego autem uobis panē praebui. Sed magna certè differentia. Minus enim hoc, quā illud uisum esset. Mannae miraculū extulisset, suū de panibus depressisset. Quum ergo de caelo cibum quærerent, ideo frequenter de caelo se descendisse testatur. Quòd si quis percontaretur, cur mysteriorum sermonem adduxerit, respondebimus, quòd horum nunc maximè tempus erat. Obscurius enim dictū semper auditorē erigit, & attentiorē reddit. Non ergo perturbari debebant, sed interrogare, & quærere. Sed abierunt. Quòd si prophetam eum arbitrabantur, credere eius uerbis oportebat. Itaque stultitia sua, non sermonis Christi perturbabantur, tu autem considera, quomodo eos ad se paulatim trahit. Nam se, non patrem dicit, &: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Sed aliena quaedam doctrina erat (inquit) & diuersa. Atqui Ioannes superius hoc significauit, agnum ipsum appellans, sed non intellexerunt. Non me laet, non tamen discipuli diffidebant. Nam si de resurrectione nondum quicquam norant, & propterea ignorabant quid sibi uellet: Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud: multo magis quae hic dicuntur, quae obscuriora sunt. Quòd enim prophetae suscitassent, norant, quamuis nō tam manifestè locutae sint scripturae: quod autem carnem quis comederit, nunquam quisquam illorum dixerat. Veruntamen persuasi sunt, & sequebantur, & habere eum uerba uitae constitebantur. Hoc discipuli est, quae magister asserit, non curiosus inuestigare, sed audire, & credere, & idoneum solutionis tempus expectare. Quid igitur aiunt contrarium accidisse? Abierunt retro, hoc propter eorum

Ioan. 3. f.

Ioan. 6. c.

Ibidem.

Ioan. 6. g. Ibidem f.

Ioan. 1. d.

Ioan. 2. d.

Ioan. 6. g.

Ibidem.

eorum stultitiam. Quādo enim subit quæstio quomodo aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est, inquit: Quomodo potest homo in uentrem matris suae iteratō introire? Itidem & hi nūc: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad māducandum? Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinque panum miraculo dixisti? Quomodo eos in tantū auxit? Quia tunc tantum saturari curabant, nō considerare miraculum. Sed res ipsa tūc docuit (inquit). Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei faciliā factū esse. Propterea id prius fecit miraculum, ut per illud non essent amplius increduli his, quae postmodum diceret. Illi quidem tunc temporis nihil ex his dictis, nos ipsius beneficii utilitatem cepimus. Quare necessariò dicendum, quānam admiraanda mysticaria, & cur data sint, & quānam eorum utilitas. Vnum corpus sumus, & membra ex carne, & ossibus eius. Quare initiati eius praecipis parere debent. Vt autem non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Quum enim suum in nos amore indicare uellet, per corpus suum se nobis commisit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uiretur. Hoc enim amantium maximè est. Hoc Iob significabat de seruis, à quibus maximè amabatur, qui suum amorem prae se ferentes, dicebant: Quis daret nobis, ut eius carnibus implemur? Quod Christus fecit, ut maiori nos charitate adstringeret, & ut suū in nos ostenderet desiderium, nō se tantum uideri permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & dentes carni suae insigi, & desiderio sui omnes impleri. Ab illa igitur mensa tanquā leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi, & caput nostrum intelligamus, & quam in nos praetulit charitatem. Parentes saepenumero liberos suos alijs alendos dederunt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimam de futuris spem praebeco. Qui in hac uita ita se nobis exhibet, multo magis in futura. Vester ergo frater esse uolui, & communicauit carnem propter uos, & sanguinem, & per quae uobis coniunctus sum, ea rursus uobis exhibui. Hic sanguis facit, ut imago in nobis regia floreat, hic sanguis pulchritudinem, atq; nobilitatem animae, quam semper irrigat, & nutrit, languescere non sinit. Sanguis enim à cibo non sit repētē, sed prius aliud quiddam, hic quamprimum irrigat animam, eamq; ut quadam magna imbuit. Hic mysticus sanguis daemones procul pellit, Angelos, & Angelorum dominum ad nos allicit. Daemones enim quum dominicum sanguinem in nobis uident, in fugam uertuntur, Angeli autem procurunt. Hic sanguis effusus, uniuersum abluit orbem terrarum, de quo multa Paulus ad Hebraeos profectus est. Hic sanguis abdita, & sancta sanctorum purgabat. Quòd si eius figura tantam habuit uim in templo Hebraeorum, in media Aegypto liminibus aspersus, longè magis ueritas. Hic sanguis aureum altare significauit. Sine hoc princeps sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat. Hic sanguis in figura peccata purgabat, in qua si tantā habuit uim, si umbram ita mors horruit, quātopere (quæso) ipsam formidabit ueritatem? Hic nostrarum animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic igne clariorem nostram mentem reddidit, & auro splendidiorem. Huius sanguinis effusio cælum peruium fecit. Admiranda sanè Ecclesiae mysteria, admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturit, à quo sensibiles fluij emanarent. A mensa hac prodijt fons, qui fluios spiritales diffundit. Iuxta hunc fontem nō steriles salices germinant, sed quercus cælum ipsum attingentes, quae fructus tempestiuos, & solidos semper producunt, si quis aestuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. Mūdat squalorem, & sordes, aestus mitigat, non solares, sed quos ignitae sagittae imprimunt. Etenim ortum suum superne habet, inde radicem unde irrigatur. Multi huius fontis riuū, quos paraclerus diffundit, & filius arbiter est, neque bidente, aut litgone usam facit, sed animos nostros aperit. Hic fons lucis diffundens radios ueritatis, huic supernae adstiterunt uirtutes fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius quā nos illae propositorum uirtutem, & fulgorem inaccessibilem intuentur. Quemadmodum enim si quis liquefacto auro manum, uel linguam injiciat, quamprimum deauratur: ita hæc nobis proposita, animam auream reddunt. Refurgit enim uehementius igne fluuius, neque incendit, sed abluit tantum quicquid comprehenderit. Hic sanguis praefiguratus est semper in altaribus, in iustorum cadibus: hic orbis terrarum decus est, hic est quo Christus emit, quo uniuersam ornatu Ecclesiam. Vt enim homo seruos auro emit, & ornat: ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes, cum Angelis, & Archangelis, & supernis uirtutibus commoratur, ipsam regiam Christi stolā induti, spiritalibus armis muniti. Sed nihil dixi, imò ipsum induti sunt regem. Sed sicut magnum est, & admirabile, ita si purè accesseris, ad salutem accessisti: sin praua conscientia, ad poenam, & supplicium. Qui enim manducat, & bibit indignè sanguinem domini, iudicium sibi manducat, & bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus quā qui scindunt, puniuntur, quid mirum si qui immunda conscientia Christi corpus accipiūt, idem supplicium subeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quā formidandam poenam his minetur Paulus: Irritam quis faciēs legem Mosi, sine ulla miseratione duobus, uel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamēti

Ioan. 3. d. Ioan. 6. f.

Iob 31. d.

Carnem suā cur Christus nobis praebuit.

Sanguinis Christi mirabiles effectus.

Heb. 9. b. c. e. & f. Exo. 12. b. & d.

1. Cor. 11. g. Corpus Christi indignè sumentes, supplicium crucis gentium subeunt.

Heb. 10. e.

pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Consyderemus igitur rem nostram dilectissimi, quum tatis fruamur bonis, & quum turpe aliquod animum subit, cum ira, uel re, uel uerbis rapimur, quum mereamur, quem spiritum acceperimus nobiscum reputemus, & irrationabiles nostros cohibeamus affectus. Hæc cogitatio nostra sit. Quousq; rebus præsentibus incumbemus? Quousq; non excitabimur? Quousque nullam salutem nostræ curam adhibebimus? Intelligamus quot in nos beneficia contulit Christus.

De eodem pane, siue carne filij hominis.

Cap. XV.

Ioan. 6. f. **D**ixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico uobis, nisi mādūcaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis &c. Quum de rebus spiritualibus disputamus, nihil sæculare sit in animis nostris, nihil terrenum, sed omnia eiusmodi abeat, omnia relegentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si adueniente rege omnis sedatur tumultus, multo magis spiritu nos alloquente, multo nobis silētio, multa admiratione opus est. Admiratione nāq; digna sunt, quæ hodie exponuntur. Amen (inquit) amen dico uobis, nisi mādūcaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Etenim quum id fieri posse negarent, non solum non impossibile, sed & necessarium asserit. Qui manducat meam carnem, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Nā quum dixisset: Si quis manducauerit ex hoc pane, non morietur in æternum, & credibile esset eos dicētes quemadmodum superius. Abraham mortuus est, & prophetae mortui sunt, & quomodo tu dicis, nō gustabit mortem? Resurrectionem ponit, per quam soluit quæstionem, quod nō morietur in sine. Frequenter autem in mysterijs uersatur, & omnino id fieri oportere demonstrat. Quid autem signat: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus? Aut quod is est uerus cibus, qui saluat animam, aut ut eos in prædictis confirmet, ne obscure locutum in parabolis arbitrarētur, inde inquit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, quod dicit, ut cum ipso se admisceri ostendat. Quod autem sequitur, non bene superioribus iungi uidetur. Quæramus igitur quænam hæc sit consequentia. Quum dixisset: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, non absurdè prosequitur: Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. Hæc comparatio est, & similitudo, hoc est, uiuo ego, & pater. Et ne ingenium arbitrareris, addidit, propter patrem, non quod operationis alicuius necessitatem ad uitam habeat. Superius enim eam amouit suspicionem: Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Quod si operatione indigeret, inuenietur aut pater non ita dedisse, & falsa esset oratio: aut si ita dedit, nullo alio indigebat auxilio. Quid ergo signat, propter patrem? Causam tantum. Sicut uiuit pater, ita & ego. Et qui mādūcat me, & ille uiuit propter me. Vitam autem in hoc loco nō qualemcumq; sed probatam dicit, quod inde cōstat, quod & infideles omnes, & nō initiati, & qui eius carnem nō manducant, uiuunt tamen. Quare minimè dubium est, quin illam intelligat. Dicit ergo: Qui mādūcat carnem meam, in morte nō peribit, neq; damnabitur. Sed nō de communi dicit resurrectione (siquidē omnes resurgēt) sed de clara illa, & gloriosa, quæ præmium meretur. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt, qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Frequenter idem repetit, ut auditorum animis imprimatur. Vltima enim hæc erat doctrina, ut resurrectionis, & æternæ uitæ fidem confirmaret. Quocirca post uitæ æternæ promissionem, resurrectionem proponit, postquam illam futuram ostēdit. Et unde hoc cōstat? A scripturis ad quas eos semper relegat, ut inde erudiantur. Quam autem dare uitam mundo dicit, in æmulationem eos adducit, ut si aliorum bono mouētur, nolint ipsi excludi. Frequenter autem mannae meminit, & differentiam conferendo, ad fidem allicit. Nam si possibile fuit, ut quadraginta annos sine messibus, & frumento, & alijs ad uictum necessarijs uiuerent, longè magis nūc, quum ad maiora uenerint. Nam si in illis figuris sine labore expositum colligebant, nunc profectō magis, ubi nulla mors, & ueræ uitæ fructio. Vitæ autem ubique meminit, nā eius trahimur cupiditate, & nihil suauius quàm non mori. Etenim in ueteri testamento lōga uita, & multi dies promittebantur, nunc uerò non simpliciter uitæ lōgitudine, sed uita sine fine promittitur. Simul & ostēdere uult, quod ex peccato supplicium, nunc reuocat & sententiam illam mortis soluendo, & uitæ sempiternæ inducendo, contra superiorum temporum institutionem. Hoc dicit in Synagoga docēs in Capernaum, ubi multa miracula fecerat, quare maximè audiendus erat. Quam autem gratia in synagoga docuit, & in templo? Quum, ut multitudinem traheret, tamen me patri contrarium se esse ostēderet. Multi ergo ex discipulis eius audiētes, dixerūt: Durus est sermo hic, hoc est, asper, difficilis intellectu. Atqui nihil tale dicebat. Neque enim de uita, sed de doctrina differebat. ut in sui fidem traheret. Quid ergo, durus est sermo? Num quod uitam annunciat, & resurrectionem? Quod ex cœlo se dixerit descendisse, an quod saluus fieri nemo posset, qui eius carnem non manducaret? Num & hæc dura sunt? Et quis dixerit? Quid ergo est, durus? Difficilis intellectu, &

tu, & quem capere non posset eorum imbecillitas, plenus formidinis. Putabant enim eum supra uires suas loqui, & dicebant: Quis potest eum audire? Pro se respōdentes, quū essent discessuri. Sciens autē Iesus apud semetipsum, quia murmurabāt de hoc discipuli eius, (Hoc enim erat eius diuinitatis argumentū, quod cordis secreta reuelaret) dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filiū hominis ascendentē ubi erat prius. Idem & ad Nathanaël: Quia dixi tibi (inquit) uidi te sub ficu, credis? Maius his uidebis. Et ad Nicodemū: Nemo ascendit in cœlū, nisi filius hominis qui est in cœlis. Quid dubitationes dubitationibus annectis? Minimè, absit hoc, sed doctrinae magnitudine, & copia eos allicere conatur. Si enim simpliciter dixisset, De cœlo descendit, neq; aliud addidisset, magis perturbasset auditores, quū autē addidit suum corpus, mundi uitā esse, &c: Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, omnem soluit dubitationē. Nam qui magnum aliquod de se prædicat, & fingendi suspicio subeat, tollitur tamen, si plura ad eius cōfirmationem colligantur. Omnia autem & facit, & dicit, ne Ioseph filius existimetur, nō ut scādalum augeat, sed ut tollat. Nam si Ioseph filius putassent, nullā eius uerbis fidē adhibuissent. Si de cœlo descendisse, & illuc ascensurū, audissent attentius. Inde aliam adducit solutionē: Spiritus (inquit) est qui uiuificat, caro nō prodest quicquam, hoc est, secundū spiritū uerba mea audiēda sunt. Qui secundū carnem audit, nihil lucratur, nihil utilitatis accipit. Carnale est dubitare, quomodo de cœlo descendit, & Ioseph filius arbitrari, & quomodo possit nobis dare carnem suā ad mādūcandum. Hæc (inquā) omnia carnalia, quæ mysticè, & spiritualiter intelligenda sunt. Et quomodo potuerunt intelligere, quid esset carnē mādūcare? Expectare igitur eos oportuit, non discedere, interrogare, nō desperare. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus, & uita sunt. Spiritus, hoc est, spiritualia, nihil carnale, nullā naturalē consequentiā habentia, sed omni hac terrena necessitate, & huius uitæ legibus libera. Est & alius sensus: Sicut in hoc loco spiritus pro spiritualibus posuit, ita quū carnē dicit, non pro carnalibus, sed pro carnaliter audire, eos significans, qui semper carnalia desiderabant, quum spiritualia desiderari oporteat. Nā si carnaliter ea quis acciperet, nihil sanè lucraretur. Quid igitur, caro nō prodest quicquam? Nō de ipsa carne dicit, Absit: sed de his, qui carnaliter accipiunt, quæ dicuntur. Quid autē est, carnaliter intelligere? Simpliciter ut res dicuntur, neq; aliud quippiā excogitare. Nō enim ita iudicāda sunt quæ uidentur, sed mysteria omnia interioribus oculis cōsyderāda, hoc est, spiritualiter. Qui nō mādūcat carnem meā, & bibit meū sanguinem, nō habet uitam in semetipso. Quomodo nihil prodest caro, sine qua nemo potest uiuere? Vide quod ea particula, Caro non prodest quicquam, non de ipsa carne, sed de carnali auditione dictum est.

De eodem manna, ex Augustino.

Cap. XVI.

Diuus autem Augustinus tractatu 25, in Ioannem, hoc pacto scribit: Patres enim nostri (inquit) manna mādūcauerunt in deserto &c. Sed quid est manna? Fortè cōtemnitis. Sicut scriptum est: Dedit illis manna manducare. Per Moysen patres nostri panem de cœlo acceperunt, & nō dictum est eis à Moysē, operamini cibum, qui nō perit. Tu promittis cibū, qui nō perit, sed qui permanet in uitam æternā, & nō talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit, sed panes de cœlo. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico uobis, nō Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dedit uobis panē de cœlo. Verus enim panis est, qui de cœlo descendit, & dat uitam mūdo. Verus ergo ille panis qui dat uitam mūdo, & ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam. Ergo & illud manna hunc significabat, & illa omnia, signa mea erant. Signa mea dilexistis, qui significabatur cōtemnitis. Nō ergo Moyses dedit panem de cœlo, Deus dat panē. Sed quem panem? Fortè māna: Nō, sed panē, quē significabat māna, ipsum scilicet dñm Iesum. Pater meus dat uobis panē uerū. Panis em̄ Dei est qui descendit de cœlo, & dat uitā mūdo. Dixerūt ergo ad eū: Dñe da nobis semper panē hūc. Quomodo mulier illa Samaritana, cui dictū est: Qui biberit ex hac aqua, nō sitiet unquā, cōtinuo illa secundū corpus accipiēs, sed tamē carere indigētia uolēs, da mihi (inquit) dñe de hac aqua. Sic & isti, Dñe, da nobis panē hūc, q nos reficiat, nec deficiat. Dixit autē eis Iesus: Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, nō esuriet, & q credit in me, nō sitiet unq;. Qui uenit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me, & quod dixit, Nō esuriet, hoc intelligendū est, & non sitiet unq;. Vtroq; illa significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. Panem de cœlo desideratis, ante uos habetis, & nō mādūcatis, sed dixi uobis, quia uidistis me, & nō credidistis. Sed non ideo ego populū pdidi. Nunq; em̄ infidelitas uestra fidē Dei euacuauit? Vide em̄ quod sequitur: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eū q uenit ad me, nō eijciā foras. Quale est intus illud, unde nō exiit foras? Magnū penetrale, & dulce secretū. O secretū sine tadio, sine amaritudine malarū cogitationū, sine interpellatione tentationū, & dolorū. Nōne illud secretū est, quo intrauit ille, cui dicturus est dñs seruo bene merito: Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudiū dñi tui? Et: Eū qui uenit ad me, nō eijciā foras. Et tractatu 26. Ego sum (inquit) panis uitæ. Et unde illi superbiebāt? Patres uestri (inquit) mādūcauerunt in deserto māna, & mortui sunt. Quid est unde supbitis? Mādūca-

a a iij uerunt

Ibidem g.
Ioan. 1. g.
Ioan. 3. b.

Ioan. 6. f.

Ibidem g.

Augustinus.

Ioan. 6. d.

Psal. 77. c.

Ibidem.

Exod. 16.

Deus. 9. a.

Ioan. 6. d.

Ioan. 6. e.

Panis de cœlo,

dominus Iesus.

Ioan. 4. d.

Ioan. 6. d.

Matth. 25. b.

Ioan. 6. e.

Sacramētū, & uirtus sacramēti differunt. 1. Cor. 11. g. 10. an. 13. c.

Matth. 6. d.

1. Cor. 10. d.

Ibidem.

Num. 20. b.

1. Cor. 10. d.

10. an. 6. f.

1. Cor. 10. d.

uerunt manna, & mortui sunt. Quare māducauerunt, & mortui sunt? Quia quod uidebāt, credebant, quod nō uidebāt, nō intelligebāt, ideo patres uestri, quia similes estis illorum, Nam quātum pertinet fratres mei ad mortē istam uisibilem, & corporalem, nūquid nos nō morimur, qui māducamus panem de caelo descendētē? Sic sunt mortui & illi, quemadmodum & nos sumus morituri, quātū attinet (ut dixi) ad mortē huius corporis uisibilem, atq; carnalem. Quātū autē pertinet ad illam mortem, de qua terret dominus, quia mortui sunt patres istorū. Māducauit manna & Moy ses, māducauit manna & Aaron, māducauit manna & Phinees, māducauerunt ibi multi, qui dño placuerunt, & mortui nō sunt. Quare? Quia uisibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerūt, ut spiritaliter satiarētur. Nam & nos hodie accepimus uisibilem cibum, sed aliud est sacramētū, & aliud uirtus sacramēti. Quām multi de altari accipiunt, & moriūtur, & accipiendo moriunt, unde dicit Apostolus: Iudiciū sibi māducat, & bibit. Nōne buccella dñica uenenū fuit Iudæ? Et tamen accepit, & quū accepit, in eū inimicus intrauit, nō quia malū accepit, sed quia bonū malē malus accepit. Videte ergo fratres, panem cōlestē spiritaliter manducate, innocentia ad altare apportate. Peccata & si sunt quotidiana, uel nō sint mortifera, antequām ad altare accedatis, attendite quod dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi, securus accede, panis nō uenenum est. Sed uide si dimittis. Nam si nō dimittis, mētiris, & ei mentiris, quem nō fallis, mētiri Deo potes, Deū fallere nō potes. Nouit ille qd agas, intus te uidet, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus autem damnat, aut coronat. Patres ergo istorū, id est, mali patres malorū, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorū. Nā de nulla re magis dominū offendisse ille populus dictus est, quam contra Deum murmurando. Ideo & dñs uolens ostendere eos taliū filios, hinc ad eos coepit: Quid murmuratis in inuicem murmuratores, filij murmuratorum? Patres uestri manna māducauerunt, & mortui sunt, nō quia malum erat manna, sed quia malē māducauerunt. Hic est panis, qui de caelo descendit. Hūc panē significauit manna, hunc panem significauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, sed in re, quæ significatur, paria sunt. Apostolum audi: Nolo enim uos (inquit) ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerūt, & omnes mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sub nube, & in mari, & omnes eandē escam spiritalem manducauerunt. Spiritalem utiq; eandē, nam corporālē alteram, quia illi manna, nos aliud, spiritalē uerō quam nos, sed patres nostri, non patres illorū, quibus nos similes sumus, nō quibus illi similes fuerūt. Et adiūgit: Et omnes eundē potū spiritalē biberūt. Aliud illi, aliud nos, sed specie uisibili quidē, tamen hoc idē significāte uirtute spiritali. Quomodo enim eundē potum? Bibebāt (inquit) de spiritali, sequēte petra, petra autē erat, Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, uerus Christus in uerbo, & in carne. Et quomodo biberūt? Percussa est petra de uirga bis. Gemina percussio, duo ligna crucis significat. Hic est ergo panis, qui de caelo descendit, ut si quis manducauerit ex ipso, nō moriatur. Sed qui pertinet ad uirtutem sacramenti, nō qui pertinet ad uisibile sacramētū. Qui manducat intus, nō foris, qui manducat in corde, nō qui premit dente. Ego sum panis uiuus, qui de caelo descēdi. De caelo descēdit & māna, sed māna umbra erat, iste ueritas est. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aternū. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Hoc quando aperet caro, quod dixit panem, carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. Et ideo magis nō capit caro, quia uocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum esse dixerunt, Hoc enim nō posse fieri putauerunt. Caro mea est (inquit) pro mundi uita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi nō negligant esse. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi nō uiuit, nisi sit corpus Christi. Intelligite fratres mei qd dixerim. Homo es, & spiritū habes, & corpus habes. Spiritū dico, quæ anima uocatur, qua cōstat quod homo est, cōstat enim ex anima, & corpore. Habes itaq; spiritum inuisibilem, corpus uisibile. Dic mihi quid ex quo uiuat? Spiritus tuus uiuit ex corpore tuo, an corpus tuū ex spiritu tuo? Respondet omnis, qui uiuit, qui autem hoc non potest respondere, nescio si uiuit. Quid respondet omnis qui uiuit? Corpus utiq; meū uiuit de spiritu meo. Vis ergo & tu uiuere de spiritu Christi? Esto & in corpore Christi. Nūquid enim corpus meū uiuit de spiritu tuo? Meū uiuit de spiritu meo, & tuū de spiritu tuo. Nō potest uiuere corpus Christi, nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponēs nobis Apostolus Paulus hunc panem: Vnus panis (inquit) unum corpus multi sumus. O sacramētū pietatis, o signum unitatis, o uinculum charitatis. Qui uult uiuere, habet ubi uiuat, habet unde uiuat, accedat, credat, incorporetur, ut uiuificetur. Non abhorreat à compage membrorum quod refecari mereatur, non sit distortum, de quo erubescatur, sit pulchrum, sit aptum, sit sanum, hzreat corpori, uiuat Deo de Deo, nunc laboret in terra, ut postea regnet in caelo. Litigabant ergo ad inuicem Iudæi, dicentes: Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandū? Litigabant utiq; ad inuicem, quoniam panem concordia non intelligebant, nec sumere uolebant. Nam qui manducant talem, non litigant ad inuicem, quoniam unus panis, unum corpus multi sumus. Et per

AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

361

Et per hunc facit Deus unius moris habitare in domo. Quod autem ad inuicē litigabant, & quæ Psa. 67. d. runt quomodo possit dominus carnem suam dare ad manducandū, non statim audiunt, sed adhuc eis dicitur: Amen, amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quomodo quidem detur, & quisnam modus sit manducandi istum panem, ignoratis. Verūtamen, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Hæc nō utiq; cadaueribus, sed uiuentibus loquebatur. Vnde ne istam uitā intelligentes, & de hac re litigarēt, secutus adiunxit: Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Hanc ergo non habet, qui istum panem non māducat, nec istum sanguinē bibit. Nā temporalem uitam sine illo habere homines possunt, æternam uero omnino nō possunt. Qui ergo nō māducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, nō habet in se uitam: & qui māducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet uitam æternam. Ad utroq; autem respōdit quod dixit æternam. Non ita est in hac esca, quam sustentādæ huius corporis uitæ causa sumimus, nam qui eam nō sumpserit, nō uiuet, nec tamen qui eam sumpserit, uiuet. Fieri enim potest, ut senio, uel morbo, uel aliquo casu, plurimi & qui eā sumpserint, moriantur, in hoc uero cibo, & potu, id est, corpore, & sanguine domini non ita est, nam & qui eam non sumit, nō habet uitam, & qui eam sumit, habet uitam, & hæc utiq; æternam. Hunc itaq; cibum, & potum, societatem uult intelligi corporis, & membrorū suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est, prædestinatio, secundum, & tertium, & factum est, & fit, & fiet, id est, uocatio, & iustificatio: quartum uero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, gloria. Huius rei sacramentum, id est, unitatis corporis, & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interualis dierum in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium. Res uero ipsa cuius & sacramentum est, omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quicumq; eius particeps fuerit. Ne autem putarent sic in isto cibo, & potu promitti uitā æternam, ut qui eam sumerent, iam nec corpore morerentur, huc cogitationi dignatus est occurrere. Nam quum dixisset: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, cōtinuo subiicit, & dicit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Vt habeat interim secundum spiritum uitam æternam in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit, quod autem ad corpus attinet, nec caro eius uita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die: Caro enim mea (inquit) uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Quum enim cibo, & potu id appetant homines, ut neq; esuriant, neq; sitiāt, hoc ueraciter nō præstat, nisi iste cibus, & potus, qui eos, à quibus sumitur, immortales, & incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sanctorum ubi pax erit, & unitas plena, atq; perfecta. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus noster Iesus Christus corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Namq; aliud in unum ex multis granis conficitur, & constat, aliud in unum ex multis acinis confluit. Deniq; iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem eius bibere: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo nō manet Christus, proculdubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter, & uisibiliter premat dentibus sacramētū corporis, & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliquis nō dignè sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur: Beati mūdo corde, quoniam ipsi Deū uidebāt: Sicut (inquit) misit me uiuēs pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me: Non ait, Sicut māduco patrem, & ego uiuo propter patrem, & qui māducat me, & ipse uiuet propter me. Nō enim filij participatione patris sit melior, qui est natus æqualis, sicut participatione filij per unitatem corporis eius, & sanguinis, quod illa manducatio, potatioq; significat, nos efficiunt meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, māducantes eū, id est, ipsum accipiētes æternā uitā, quā non habebamus ex nobis, uiuit autē ipse ppter patrē, missus ab eo, quia semetipsum exinaniuit, factus obedēs, usq; mortem crucis. Si em̄ secundū id accipimus, uiuo propter patrē, quod alibi ait: Pater maior me est, sicut & nos uiuimus ppter ipsum, qui maior est nobis, hoc ex eo quod missus est, factū est. Missio quippe eius, exinaniuitio sui ipsius est, & formæ seruilis acceptio, quod rectè intelligit, seruata etiā filij cum patre æqualitate naturæ. Maior est enim pater homine filio, sed æqualē habet Deū filiū, quū idem sit & Deus, & homo, Dei filius, & hois filius unus Christus. In qua sententia, si rectè accipiuntur hæc uerba, ita dicit: Sicut me misit uiuēs pater, & ego uiuo ppter patrē. Et q manducat me, & ipse uiuet ppter me. Ac si diceret: Vt ego uiuā propter patrē, id est, ad illum tanq; ad maiorē referā uitam meam, exinaniuitio mea fecit, in qua me misit. Vt autem quisquam uiuat propter me, participatio facit,

Matth. 5. d.

10. an. 14. d. Philip. 2. d.

10. an. 6. f.

tio facit, qua māducat me. Ego itaq; humiliatus uiuo propter patrem, ille erectus uiuit propter me. Si autem ita dictum est, Viuo propter patrem, quia ipse de illo, nō ille de ipso est, sine detrimento æqualitatis dictum est. Nec tamen dicendo, Et qui manducat me, ipse uiuet propter me, eandem suam, & nostram æqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostendit. Hic est panis, qui de cœlo descendit, ut illum manducando uiuamus, quia æternam uitam ex nobis habere non possumus. Non sicut (inquit) manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Quod ergo illi mortui sunt, ita uult intelligi, ut non uiuant in æternum. Nam temporaliter & hi profecto moriuntur qui Christum manducant, sed uiuunt in æternum, quia Christus est uita æterna.

De eodem manna, siue pane cœlesti, ex Ruperto. Cap. XVII.

Rupertus autem abbas in cōmentarijs, hoc pacto scribit: Amen, amen dico uobis, nō Moy- ses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Non (inquit) patres uestri, non Moyse patrum uestrorum illorum omnium, qui manna manducauerunt maximus, dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus, nō dico dedit, sed præfenti tempore dat uobis panem de cœlo uerum, panem (inquam) uerum, id est, nō pereūtem, sed permanentem in uitam æternam, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit illis māducare. Verè dico uobis: non (sicut hæc scriptura prophetica dicit) tunc factum est, quādo māna māducauerunt patres uestri, sed sicut futurum erat, ut aperirentur ianua cœli, quæ propter peccatum antiquum clausæ fuerant humano generi, & ut panem Angelorum manducaret homo, tunc præfiguratum est, quando illo pane patres uestri alti sunt in deserto. Nam sicut aqua illa, quæ tunc de petra percussa profluxit, ut biberent patres uestri, romphæam, quæ ante paradysum posita est, non extinxit: sic illud manna nec cibus Angelorum extitit, nec uitam Angelicam patribus uestris dedit. Hoc loco silendū nō est, malè quosdam ignotos, & absconditi nominis homines opinari, suis quoq; defendere dictis, & scriptis, panem uerum, & potum, quem in sancto altari sumimus, nihilominus patres illos manducasse tunc temporis, & bibisse, & nihilomāgis hoc esse uerum corpus, & sanguinem Christi, quā fuit illud māna quod ille populus comedit, & illa aqua, quā de petra productā nō solus populus, sed iumēta biberunt. Huic errori suo pro maximo argumento adhibent auctoritatem Apostoli, dicentis: Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebāt autem de spiritali consequēte eos petra, Petra autem erat Christus. Itaq; cum præfenti ueritatis auctoritate dicentis: Amen, amen dico uobis, non Moyse dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panē de cœlo uerū, aduersus hanc detestabilem præsumptionē, quālibet paucis respondendū est. Primò dicendū, Apostolū non eo sensu dixisse, quo isti accipiūt, & omnes eandē escā spiritalē māducauerunt, & omnes eundē potū spiritalē biberūt, neq; dictum culam relatiuā, scilicet eandē escā, uel eūdem potū ita posuisse, ut referri uelit ad illā escam, illumq; potum, de quo ipse dominus: Hoc est (inquit) corpus meum, hic est sanguis meus: Sed eandē (inquit) escam manducauerunt, & eundem potum biberunt Dathan, & Abyron, quam Moyse, & Aaron, eandem utiq; Chore, quam Caleph, aut Iosue. Hoc enim intendit Apostolus ea lectione, ut sollicitum reddat omnem hominem, ne se arbitretur iam comprehendisse, quia consequens est sacramenta fidei Christianæ. Nam hæc omnia (inquit) in figura facta sunt nostri, uidelicet ut antiquis sciamus experimentis, quod licet omnia baptizati simus in eodem nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & omnes māducemus idem corpus, & sanguinem Christi, non tamen arbitrandū nobis sit, quod æquè omnibus nobis beneplacitum sit Deo, quomodocunq; uiuamus, qualiacunq; post baptismum operemur. Quia quemadmodum quum omnes illi eisdem signis, eisdem (inquā) malis quibus & boni fuerint glorificati, in pluribus tamen eorum, non beneplacitum est Deo, ut introduceret eos in terram repromissionis, sic nimirum nō complacebit ei, ut introducat nos in regnum Dei, si fuerimus concupiscentes malorum, quemadmodum & illi concupierunt, si fornicati fuerimus, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, si tentauerimus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, si murmurauerimus, sicut quidam ex ipsis murmurauerunt. Igitur textus Apostolicæ literæ nemini succurrit, uolenti accipere sic eandem escam, uel eundem potum esse dictum, ut referat ad identitatem cibi, & potus uiuifici, quem sumimus in commemorationem domini nostri Iesu Christi. Sed neq; illud, quod escam, & potum spiritualem idem Apost. dicit. Nā si aliter uelis accipere escam, & potū spirituale, q̄ in figuram spiritalis cōtingentē, & idcirco nō naturali rerum ordine, sed spiritali uirtute prodeuntē, ipse Apostolus in eisdē literis te cōstringit, quantūuis recalcitrantē. Dicit enim paulò post: Hæc autē omnia, in figura cōtingebant illis. Si omnia, utiq; & illa esca, & ille potus in figura cōtingebāt. Proinde nō magis illud māna, panis iste uerus erat, nec magis ille potus idē erat, quod iste uitalis potus, quē uerè Christi sanguinē credimus, & cōstemur, q̄ illa petra Christus erat, petra utiq; inanimata, & insensibilis, quā Moyse uirga percussit. Nā uersa (ut

Ioan. 6. d.
Psal. 77. c.
Exo. 16. d. & c.
Psal. 77. c.
Gen. 3. d.
1. Cor. 10.
Panē uerū, & potū, quē in altari sumimus, nō manducauerunt patres antiqui.
1. Cor. 10. d.
Ioan. 6. d.
Matth. 26. c.
1. Cor. 10. c.
1. Cor. 10. d.
1. Cor. 10. b.
1. Cor. 10. d.
1. Cor. 10. c.
1. Cor. 10. b.
1. Cor. 10. b.
Num. 20. b.

uersa (ut ita dictū est) cōtingebant in figura, quæ profecto nūquam ualet idem quod ipsa res, quā figurat, sicut umbra non est idē quod ipsa rei, uel corporis substantia. Sed dicit aduersarius: Nimirū & iste panis, quē in altari cōsecramus, figura est panis uiui, qui de cœlo descēdit, nō ipse panis uiuus. Cuius (quæso) auctoritate canonica fretus, catholicis hoc infers auribus: Nunqd ubi dixit ipse panis uiuus de pane, quem tenebat in manibus: Hoc est corpus meum, dictū est aliquid tale, quale dixit Paulus, ubi quum dixisset: Petra autem erat Christus, & c. hæc autem (inquit) omnia in figura contingebant illis: Nempe si ipse Christus, aut Euangelista, uel Apostolus autor esset dictio- nis huius, nō tu esses redarguēdus. Etiam si dicat quis figuratam esse locutionem, qua dicitur potius: Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, non nobis aduersatur, quia uidelicet ista figuratio locutionis ueritatem rei non perimit, quemadmodum in parabola seminantis, uerba parabolica rem nō perimūt uerè seminantis. Quæ enim est diffinitio figuratæ locutionis? Nepe quū aliud in uoce resonat, aliud intelligendū est, figurata locutio est. Planè ergo & si prædicta locutio, figurata locutio est, (Aliter enim Iudæis sonuit, aliter Christus sensit) res ipsa figuratio non est, sed ipsa potius figuratio, re permanente, perimitur, quum de pane, & uino signatè dicitur: Hoc est corpus meum, hic est calix meus. Ibi enim sensus Iudaicus perimitur, quia luce clarius est, quod sicut intelligebant, Christus manducandus non est. Putabant enim, quod concidi uellet carnē suā, & manducari, in qua continebatur quinq; sensibus, quemadmodum conciditur caro agni, & comeditur. Ibi (inquam) figuratio hæc perimitur, & permanet sensus uerbi consonus, scilicet, quod panis in ueram substantiam corporis eius diuina uirtute cōuertatur. Quod si cuiquam impossibile apud Deū esse uidetur, scilicet ut panis, qui hoc anno creuit è terra, corpus Christi fiat, & quod uinum, præsentibus expressum acinis, uertatur in sanguinem domini, cōsequitur, ut aquā, quam paulo ante de Rheno, aut Tyberi, uel quolibet ex fonte hausit, crucis, & passionis Christi sacramento signata, non credat illam esse, quæ de latere eius lanceato, cum sanguine fusa cucurrit, ad hoc, ut per baptismum suū lauaret nos à peccatis nostris, ut cum hoc quoq; negauerit, sit ex toto ethnicus, & publicanus, sit homo totus hæreticus, post primam, & secundam ammonitionem, à cunctis deuitandus. Sed illud cur non credat, quum omnis aqua, siue maris, siue fluminū, aut fontium, cisternarum, aut paludum, omnis (inquam) aqua undecunq; sumpta, uel producta secundū substantiam sit una? Quum igitur undecunq; sumpta sit, crucifixi domini sacramento admota fuerit, rationi fidelium nulla dubietas subest, quia ipsa eadem sit, quam (ut supra dictum est) dominus noster de latere suo profudit. Quid autem secundum substantiam, nisi aqua est? Aqua nanq; à radicibus imbibita, per uites ascendit, & calore solis paulatim uegetata, uinū fit. Item quū ex quatuor elementis homo compositus sit, sanguis utiq; in illo ex aquæ substantia est. Itaq; uinū, & sanguis ex eadē substantia sunt humoris, & neutri horum ignis quoq; deest elementum. Nam & sanguis calidus, & uinum feruidum est. Solummodo colore, & sapore differunt, quæ profecto, quum accidentia sint, nullius in diuinis actibus momenti sunt. Substantiæ quippe, non accidentia computantur in numero creaturarum. Quum igitur uino uerbum crucis, & passionis Christi accedit, quæ ratio uetat, ut non idem sanguis, qui pro multis in remissionem peccatorum fusus est, debeat credit? An quia non colorem, saporem assumit sanguinis, quæadmodum quando corrumpitur in intestinis corruptibilis hominis, & sanguis horridus uisui quoq; fit? Nempe incorruptibile uerbum, iamq; incorruptibilis, & immortalis Christus, sic uinum suū sanguinem effecit, ut rei uisu, & gustu blandè nihil inferat corruptionis. Nihilominus substantia panis quatuor elementis confecta, multo magis cognata est uerè humano corpori Christi, quā fuerit manna, quod in aère iussu Dei concretum supra castra Israël pariter cum rore descendebat. Frumentum de terra natum est, & blandis fauoribus aeris aspiratum permaturuit, non sine aqua, pluuia, & calore solis, sed, ut hoc taceam, rursus ut fieret panis, aqua commixtum, & igne decoctum est, & ita substantia panis peracta est. Quum ergo panis ille uiuus, qui de cœlo descendit, quem (ut supra ipse dixit) pater signauit, quum (inquam) eodem signo, quod ipse est, signat hunc panem, qui (ut omnes nouimus) nuper creuit in terra, & signanter dicit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, aude dicere aliud esse, quā Christi corpus? Veritas dicit: Hoc est corpus meum. Et addit: Quod pro uobis tradetur, & tu dicis, nō est idem corpus? Nempe si nō est idem corpus, si nō est idē, qui de cœlo descēdit panis uiuus, nō est hoc corpus, quod pro uobis traditur. Sed ita dudum liquet omnibus in quo sensus tuus hæreat carnalis, totusq; animalis, ideoq; non percipiēs ea quæ sunt Dei, uidelicet quia nec panis, nec uinum aliquid de exteriori specie mutauit, iccirco sapere non potes, nec uis, quod uerè factum sit corpus, & sanguis domini. Consequitur ergo, ut quum albus episcopus te fortè Maurum hominem, baptizauerit, nō credas te ipsum apud Deum factum esse, quod est is, qui te baptizauit, scilicet quod de filio diaboli factus sis filius Dei, de filio mortis filius uitæ, de filio iræ filius gratiæ sempiternæ, pro eo quod capillus tuus niger non refloruit, faciesq; tua totiusq; corporis cutis æthiopica, secundum colorem eius qui te baptizauit, non

Matth. 26. c.
1. Cor. 10. b.
1. Cor. 10. c.
Ioan. 6. f.
Matth. 13. d.
Figurata locutio quid sit.
Matth. 26. c.
Ioan. 15.
Titum 3. c.
Ioan. 19. f.
Exo. 16. c. & d.
Matth. 26. c.
1. Cor. 2. d.
Rom. 8. c. & d.
Eph. 2. d.

uit, non retinuit. Quod si concedere perhorrescis, ne infideli deterior sis, & maui confiteri, quod quauis de exteriori specie nihil mutaueris, uerè de alio corpore diaboli, quod est omnis massa perditorum, in aliud corpus Christi, quod est Ecclesia, trāsieris, crede & hoc, quia panis iste uisibilis, & uinum, quibus ex rebus temporaliter unius quamuis nihil de exteriori specie mutatu sit, in aliū transferint, & in illum cibum, potumq; conuersa sint, qui Angelorum uictus est, quo pascuntur immortaliter, quia uidelicet tam in hoc, quam in illo sacramento uerba quæ loquitur nobis dominus, spiritus, & uita sunt, id est, non carnaliter, sed spiritualiter, non secundum crassitudinem carnis, sed secundum mentis nostræ spiritum, renouationem, & resurrectionem totam perficiunt.

Cap. XVIII.

Sed quid dicemus magnis, & magnificis paruulorum magistris, quibus interdum suauiter redolet Platonis Academia, quam hæc uiuifica domini mēsa? Quid (inquam) dicemus eis, ubi totis uiribus intenti ad expugnandam ueritatem dominici corporis, & sanguinis, magnorum sententias doctorum coram attulerint, dicentium: Hūc panem significauit manna, hūc panem significat altare Dei, sacramenta illa fuerunt, sacramenta hæc sunt, in signis diuersa sunt, in re, quæ significatur, paria sunt, itemq; aliud illi manducauerunt, aliud nos sub specie uisibili, quod tamen idem significaret uirtute spiritali? Hæc enim, & his similia de non cōtemnendis sumere uidetur autoribus. Secundum quos & Apostolum audi (inquūt): Patres nostri omnes sub nube fuerūt, & omnes mare transferunt, & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualemente mādūcauerunt, & omnes eūdem potum spiritualemente biberunt. Bibebant autem de spiritali cōsequente eos petra, petra autem erat Christus. Quid igitur respondebimus eis? Et quidem iam superius dictum est, eandem escam, & eūdem potum nequaquam Apostolum ad hanc escam, & ad hunc potum, quem de Christi mensa sumimus, referre uoluisse, habitatoremq; eius spiritum ueritatis, & gratiæ longè alio sensu uerba hæc protulisse, uidelicet ut intelligas, quod eandem escam manducauerint, & eūdem potum biberint Dathan, & Abyron, quem Moyses, & Aaron, eundemq; Chore, quem Caleph, aut Iosue. Alioquin si dicas, uel Apostolū dixisse intelligas, eandem escam illos in illis umbris mādūcasse, quàm & nos mādūcamus hoc tempore reuelata gratiæ, & dicas cum supradicta quorūdam autoritate, manna illud, & hunc panem mensæ Christi, in signis diuersa, in re quæ significatur paria esse, & cœtera, quæ supradicta sunt, ac proinde fatearis, hunc panem non magis, quàm illud manna corpus esse Christi, nec plus spiritalis habere uirtutis, consequitur planè, ut dicas sacrificia agnorum, & arietum nouo sacrificio panis, & uini fuisse sanctiora, ueteresq; panes, ppositionis digniores hoc pane, qui ponitur, & sacra in mensa Christi. Prædicta nāq; sacrificia longè sanctiora fuerūt, q̄ illud māna, uel aqua illa, quæ de percussa fluxit petra, quippe quū de sacrificijs, uel ppositionis panibus non nisi mundis, & sacerdotibus, aut Leuitici generis hominibus edere liceret, illud autē māna indifferēter cūcti mādūcare, & illā aquā, utpote nulla diuini nominis inuocatione sanctificatā, licet spiritali, id est, nō naturali ordine, sed spiritali uirtute productā, uel spiritalis potus significatiuā, iumentis æquē ut hominibus bibere, & canibus quoq; labere impune liceret. Scriptū est enim: Egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet, ac iumēta. Sed per Christi gratiā nō eō usq; altissimè sapiant isti sapiētes, qui tantis obiectionibus mensam dñi diuerberāt, ut prædicēt iumentis, nō dico & brutis animalibus, quæ aquā illā & ipsa biberent, sed iumētis, quæ computruerunt in stercore suo, & canibus, qui reuertuntur ad uomitū suum, suibus quoq; lotis in uolutabro lutī, hunc panem, uel potum dñicum indiscretè, tradendū esse prædicent, quomodo (ut prædictū est) illo pane, cui comparatum esse uolunt hūc panem dominicum, & illa aqua populus, ac iumenta communiter uti potuerunt, neq; hoc modo irritum faciant eiusdem quoq; Apostoli iudicium, dicentis: Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. In collatione sententiarum de corpore, & sanguine domini, beati Ambrosij sententiā dignè palmam obtinere indicatum est, dicētis inter cœtera: Liqueat igitur, quod præter naturæ ordinem uirgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex uirgine est. Quid hīc quæris naturæ ordinem in Christi corpore, quum præter naturam sit ipse dominus Iesus Christus partus ex uirgine? Vera utiq; caro Christi est, quæ crucifixa est, quæ sepulta est, uerum ergo carnis illius sacramentum est. Item: Sicut uerus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita uera caro, sicut ipse dixit) quam accepimus, & uerus potus est. Igitur etiam si Angelus de cœlo nobis Euāgelizet supradicta Apostoli uerba, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transferunt, & omnes in Moyse baptizati sunt &c. Sic exponendo, quod hæc ipsa, quæ tunc in illa umbra, uel in illa nocte facta sunt, eiusdē fuerint uirtutis, cuius ista sunt sacramēta, quæ nūc in die salutis, fide Christi rutilante, sūt, uel eo cibo, potuq; siue baptismo, quo baptizati sunt in Moyse, in nube, & in mari, magis illos consummatos fuisse, quàm posteriores, inter quos Samuel, & Dauid, qui per mare non transferunt,

transferunt, neq; manna manducauerunt, si (inquam) etiam Angelus de cœlo hæc euāgelizet, non illum tanquam lucis Angelum, nō in hac sententia tanquam Christi audiemus Apostolum. Quod & si quis sanctorum patrum tale quid alicubi dixit, quod à præsumptoribus in aduersum præcipi potuerit (sicut mos eorum est, qui quum uenando aliquid apprehendere quauerint, quod uibrare queant ex aduerso ueritatis aduersarij magis exultant, quàm sicarius quū ciuem, aut collegā conciderit) sunt eiusdem alia pleraq; scripta, quæ fidelis lector diligenter conferens, periclitati fidei citius subuenire ualeat. Verbi gratia: Idem quem tenet aduersæ quasi patronum sententiæ, dicit in Dauid, quia commutans uultū suū, ferebatur in manibus suis, nihil aliud sine dubio quàm seipsum tulisse ait uerum Dauid, id est, Christum in manibus suis, quū tenēs panē, & uinum, diceret: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, qui & paulopost dicturus est in hoc eodem Euangelista: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Nōne hīc idem Euangelista Ioannes dicit in Apocalypsi: Si quis apposuerit ad hæc, apponat super illum Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de uerbis prophetiæ libri huius, auferat Deus partē eius de libro uitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto? Nunquid uero minus timēda est hīc illa maledictio, ut nō detrahāmus, uel apponāmus quicquam uerbis dicētis, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hic est sanguis meus nouū testamētum, qui pro multis effundet in remissionē peccatorum? Quum enim illo dicēte, hoc est corpus meum, nos subauditionem apposuerimus, dicentes, figuratiuum, uel per similitudinem dictum, quum (inquam) illo dicēte, hoc est corpus, nos dixerimus, hoc significat corpus, nōne multum est quod apponimus, uel praua demutatione detrahimus, & sensum generamus, quē tantus autor Deus, & homo, nusquam est locutus, nec ascendit unquam in cor eius? Nempe quum obijcit quis, suisq; scriptitat in schedulis, quod itidem dixerit eadem ueritas, Ego sum uitis, tam audacter, quàm imperitè in argumentū mēdosum illud attrahit, quū statim subsequētia uerba dicētis: Sicut palmes nō potest fructū ferre à semetipso, nisi manferit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis, manifestè per similitudinem dictum compellant intelligi, præsertim quum nō signanter dixerit, Ego sum hæc uitis, sicut signanter dixit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, apposita protinus descriptione ueræ proprietatis, de corpore inueniens, quod pro uobis tradetur, de sanguine autem, qui pro multis effundetur. Igitur ne ueniant sup nos plagæ nouissimæ, neq; apponimus, neq; diminuimus quicquā diuinæ diffinitioni, uel descriptioni, quā incarnatū uerbū ore proprio deproplis, imò quia perfecta charitas foras mittit timorem, nō tam plagarū timore, quàm ueritatis amore cōfitemur, quia panis iste corporeus, postquā signauerit eum pater, & uinum hoc expressum acinis præsentibus, mox ut eodē signo signatum est, per manus Ecclesiæ dicētis: Ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri &c. usq;. In mei memoriā facietis, corpus, & sanguis eius, qui huius traditionis autor est, & hoc sacrificium Christus ipse est, cuius passione, ut sacrificium fieret, à Deo patre in ueritate signatum est.

Cap. XIX.

Dicat nunc aliquis: Quid ergo manducauerunt ueteres sancti, ut uitam æternam haberent? Si non præterito tempore dedit, sed præsentī dat pater panem de cœlo uerum, quem nisi manducauerimus, nō habebimus uitam in nobis, quomodo nūc uitam habēt beati patriarchæ, uel prophætæ sancti, omnesq; anteriores electi, qui antequam pater hunc panem daret, defuncti sunt, non accepta promissione, & idcirco non potuerunt manducare? Quid enim? Nōne per unū, idemq; peccatum, mors in omnes homines pertransiit, & tam illi, qui præcesserūt, quàm hī, qui subsequuntur Christi aduentum in uno omnes peccauerunt? Num ergo peccatum emūdari, mortemq; aboleri oportuit aliter illis, quàm nobis, aliter nobis, quàm illis? Aut nūquid dominus supplantat iudicium, uel omnipotens subuertit quod iustum est, ut nō secundū modū communis culpæ adhibeat communem omnibus medicinam iustitiæ, sed secundum mutabilitatem uoluntatis suæ uariat ordinem, uel effectum uitæ æternæ? Verbi gratia, ut dicat: Vos primī sola fide perficimini, uos alij per circuncisionem cōsummamini, uos tertij, nisi baptizemini, & nisi carnem meam manducetis, & sanguinem meum bibatis, non habebitis uitam in uobis. Huic obiectioni opportunè respondendum est: Quum primū nemo sit qui dubitet, sanctos omnes ab origine mundi expectasse hunc redēptorem generis humani, nec aliter eos potuisse paradiso restitui, nisi uenisset prius hic agnus tollere peccata mundi, illud quoque scire oportet, quod ob causas antiquas certas, & notas, cum his duobus salutis nostræ sacramentis necessarijs, scilicet baptismo, corporisq; & sanguinis sui cibo, potuq; illū uenire oportuerit. Nec enim aliud tūc intendit, quum secundum iustitiæ, simul & misericordiæ suæ cōsiliū immutabile, primum hominē lapsū per cibū uetitum requisit, dicens: Quare hoc fecisti? uidelicet stirpem eius tam diu persequutus, donec culpā eandē humiliter recognitam, & pia cōfessione dānatam ipse gratiæ suæ flumē aboleret, & sic demū uerū uitæ lignū, quod ipse est, aduersus cibū illum, quē præsumpsit, comedendū apponeret. Aliter quippe destrui

non poterat peccatum illud, quod homo credens diabolo plusquam Deo, cibum uetitum superba intentione comedit, nisi ut iterum plus credens Deo, quam diabolo, e contra cibum imperatum humili subiectione comederet idem homo. Vt ergo iusta ratione peccatum destrueret iustitia sempiterna, peccatorum eiectione est uestigio subsecuta est inexhausta misericordia, nec ante reuocare desistit, donec in filiis hominum fide inueniret, & humilitatis uoces sibi respicientes audiret. Coeperunt enim homines miseris eruditi, malitiam serpentis deceptoris agnoscere, & cum excacatione refugere, & in condemnationem cibi illius, quam ab illo persuasus homo contra Deum comederat, sacrificia, decimasque, & hostias pacificas Deo creatori offerre, cupientes cibi illius maledictionem talium comestione sacrificiorum, cum inuocatione diuini nominis expurgare. Sed non poterat brutum pecus, uerbi gratia, simplex, & innocens agnus, quem in condemnationem malitiosi, & noxii serpentis obtulit Abel, non poterat (inquam) pro offerente se homine brutum pecus loqui, iustitiam non poterat offerenti se, conferre, quam non habebat uitam aeternam. Ita ergo preparatis esurientibus, quum sinus Abraham iam ex ipsis esset impletus, patefactis in plenitudine temporis caeli ianuam dedit pater hunc panem uiuum, & uerum, panem signatum, panem Angelorum. Qui causam habens eandem cur ueniret, quam habuit in paradiso, quum primum hominem requireret, scilicet ut cibo, per quem homo perijt, oppositum cibum daret, praecedente merito humilitatis, & fidei, praeepto patris aduersus lignum scientiae boni, & mali, ipse fructus uitae aeternae in ligno crucis pedere uoluit, & per passionem mortis, mortuorum simul, & uiuorum cibum fieri, ut suo quicquid modo comederent eum, tam mortui, quam uiui. Decerptum quippe illum de arbore crucis manu patris, ipso dicente: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, comederent illum animae sanctorum, eo uidelicet modo, quo & Angeli eundem comederunt: comederunt (inquam) ueram diuinitatem, & uere aperti sunt oculi eorum, & exinde uiderunt Deum, quem antehac nemo uidit unquam. Corpora quoque illorum in monumentis iacentia, uirtute cibi huius non caruerunt, mox ut eodem uenire, quod tenebantur & ipsa, receptum est corpus eius, sicut Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Nam uirtute huius cibi factum est, ut multa ex ipsis resurgerent, in testimonium futurae uniuersalis resurrectionis, qui utique, non ut quidam existimauerunt, iterum morituri resurrexerunt, de quibus ait Euangelista, Quia uenientes in ciuitatem sanctam post resurrectionem eius apparuerunt multis, quod uidelicet absurde diceretur de iterum morituris, uerbi gratia de Lazaro, uel de filio uiduae, qui non apparuerunt multis, sed omnibus uisibiles, & cotestabiles, atque omnino consimiles, siue compassibiles fuerunt sub conditione mortali, comedentes, atque bibentes, & habitantes in domibus suis. Viui autem comedunt modo (ut praedictum est) sibi congruo, comedunt eiusdem passionis salutem secundum traditionem ipsius domini signatis panem, & uinum, ut edant pauperes, & faturerentur, & laudaret dominum, qui requirunt eum, edant (inquam) pauperes grandem elemosinam regis regum, quam dat ipse, non aliam quam seipsum, nondum in sua specie. Per fidem enim nunc ambulamus, & non per speciem, ut uera fide manducantes cibum uitae aeternae, culpam euadamus parentum nostrorum, qui manducauerunt decepti uana spe, & nimia credulitate diuinitatis praeripiendam. Igitur non alio remedio ueteres consummati sunt sancti, & alio subuenitur nobis, sed quo sanguine cum aqua profluente de latere Christi emundata est uniuersitas illorum in ipsa hora dominicae mortis, eodem nos emundamur singuli, & eodem aquae elemento undecumque sumpto cum uerbo eiusdem crucis, & sanguinis, in quo nos (inquit Ioannes) lauit ille a peccatis nostris. Et quem illi agnum in ara crucis torridum illa sacratissima uespera simul omnes in inferno positum uelociter comederunt, impleta prophetia, quae dicit: O mors, ero simul tua, morsus tuus ero inferne. Etenim non actiue dictum est, mordebo te, uel ero mordens te, sed passiuè, morsus tuus (inquit) ero inferne, quem (inquam) agnum in inferno mortui comederunt, nos eundem suum quicquid temporibus, & locis manducamus, ut cum illo in aeternum uiuamus. Quod si quis a nobis quaerat, quomodo panis, qui hoc anno de terra creatur corpus Christi fit, quod in cruce pendit, & uinum quod praesentibus expressum est acinis, ille sanguis eius fit, quem de latere suo fudit? Interrogemus eum, quomodo filius hominis, qui utique de foemina conceptus, & de terra natus est, de caelo descenderit, uel quomodo antequam in caelum ascenderet, iam in caelo esse potuerit, iuxta ueritatem ipsius dicentis: Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo. Hoc profecto si quid sapit, respondere poterit, quod propter unitatem personae Dei, & hominis Christi illud rectissime dictum sit, quia uidelicet unus est Christus, filius hominis cum filio Dei, qui de caelo descendit, quicquid quum esset in terra, nihilominus & in caelo, & ubique erat, quippe quem locus nullus concludit, quia incircumscripita est natura diuinitatis. Ergo uerbis paululum demutatis, dicamus ei: Nemo te subleuat in caelum, nisi hic panis, qui descendit de caelo, hoc corpus domini, quod pendit in ligno, & hic sanguis eius, qui effusus est pro toto mundo. Nempe superiorem sententiam uidet, de ista non uideo quid dubitet. Vnitas enim uerbi, unum efficit corpus Christi, ut illud quod tunc in cruce pendit, & istud, quod nunc Ecclesiae fides ore sacro conficit, unum corpus sit, una (inquam) caro, & unus sanguis sit. Proinde non ita simus incauti adulatorum beati Augustini, ut quum dicat ille sacramentum, & rem

Gen. 4.

Luc. 23 f.

Ionas 1. c.

Ionas 2.

Matth. 12. c.

Matth. 27 f.

2. Cor. 5. b.

Apo. 1. d.

Exod. 12.

Osce 13. d.

Corpus Christi,

quomodo sit,

uel sit ex pane,

& uino.

Ioan. 3. b.

Augustini uer-

ba de sacramen-

to, & re sacra-

menti caute intel-

ligenda.

& rem sacramenti, unitatem corporis Christi, quod est Ecclesia, rem dicens esse sacramenti, panem autem dominicum huius rei sacramentum, statimque acquiescamus eis, qui hanc diuisionem in patrocinium sui sensus arripiunt, dicentes sacramentum id esse sacrae rei monumentum, & hoc modo nullum faciamus locum dominicae diffinitioni, quam ita est elocutus: Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hic est sanguis meus, qui pro uobis effundetur. Etenim Ecclesia quidem corpus Christi est, sed non illud corpus, quod pro nobis traditum est. Itaque quantalibet uolunt similitudines hinc accipiant, dicentes: Quia sicut multis ex granis conficitur unus panis mensurae domini, sicut multis ex acinis confluit uinum calicis Christi, sic ex multis hominibus conficitur, & tamen una est Ecclesia Dei, uel quaecumque talia, & apte inueniant, & utiliter proferant, dummodo fundamentum permaneat quod positum est, praeter quod ponere aliud nemo potest, ab ipso dicente de pane, & calice uini: Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hic est calix sanguinis mei, qui pro uobis effundetur. Hoc fundamento fidei non bene custodito, illam praedicationem domini, dicentis: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo, quidam ita recipiunt: Qui manet in me, & ego in eo, hic manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, illo sensu praecipiente, quod manere in unitate fidei, hoc sit manducare carnem, & bibere sanguinem Christi, & adeo non necessariam sibi arbitrantur esse ad salutem corporalem dominicae mensurae communicationem. Sed quid si omnes hoc idem dicant, & omnes hoc idem sapiant? Nonne ociosa reputabitur illa traditio domini, & ad nihilum rediget, ut nusquam obseruetur modus ille manducandi, & bibendi, quem ipse ore suo praedocuit sub ipso articulo sacrosanctae passionis? Pereat igitur a corde Christiano hic sensus, quem importat haec inutilis recipiatio. Hoc plane Christus non docuit, sed qui manducat (ingit) carnem meam, & bibit sanguinem meum, eo uidelicet modo, quo traditur, corde credendo ad iustitiam, & ore manducando, ac bibendo ad salutem, hic in me manet, & ego in eo, ita ut iam non sint duo, sed una caro. Manducare namque, & bibere, causa efficiens est, effectum autem ut in me maneat, & ego in eo. At ille qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Non nemo indignè manducare potest, sed nemo indignè manducare debet. Panis namque semel consecratus, nunquam postea uirtute sanctificationis amittit, aut Christi caro esse desinit, sed non prodest quicquam indigno, cuius fides sine operibus mortua est, & idcirco spiritum qui uiuificat non habet, quo ore percipiat. Quid enim mirum est, si terra terram comedit? Quid autem caro Christi, remota diuinitate, nisi terra nostra est? Proinde quicumque carnem Christi comedit, non expauescimus, certi quid de nostro sumpserit, quid de suo sit, Dei filius. Quo ergo deuenit, quod indignus manducat, & bibit? Hoc certe (sicut ante nos dictum est) pium sit, & salutare, credere per membra diffundi, ita ut non sit obnoxium secessui. Sed hoc plus habet dignum ab indigno, quia huic ad salutem, illi proficit ad iudicium. Nunc ad ordinem ceptum sermo reuertatur, & cum ueritate praesentis lectionis Euangelicae escam, potumque dominici corporis, & sanguinis (uti ceptum est) pertractado manducemus, manducando pertractemus.

Matth. 26. c. Ecclesia corpus Christi est, non quod traditum est pro nobis.

1. Cor. 11. f. Matth. 26. c.

Ioan. 6. e. Augustini uerba peruersè intellecta.

Eph. 5. f. 1. Cor. 11. g.

Manere in Christo & Christum in se manentem habere, est esse eius eucharistiae, & non ipsius sacramentum.

Iacob. 2. d. Ioan. 6. g.

Cap. XX.

A Men, amen dico uobis (inquit) Non Moyses dedit uobis panem de caelo, sed pater meus dat uobis panem de caelo uerum. Siquidem illi quaecumque panem, quem patres uestri in deserto manducauerunt, panem utique, uel cibum periturum, & quotidie pereuntem non ipse Moyses alijs dedit, sed cum alijs ab eodem Deo accepit, qui dat escam omni carni. Quare ergo uerum panem, de quo loquor, Moyses dare non potuit, sed pater meus dat uobis? Sequitur: Panis enim Dei est, qui descendit de caelo, & dat uitam mundo. Vera, & firma ratio plane comprobans, quod uere panis hic Moyses maior sit, nec ab illo dari potuerit, sufficiensque ad demonstrandum panis eiusdem substantiam, diffinitio tribus perfecta incrementis, uidelicet quod Dei sit, quod de caelo descenderit, quod uitam det mundo. Si dixisset: Panis enim Dei est, nec plus addidisset, non illum a comuni pane discreuisset, Nam & omnis panis, quem terra profert, Dei donum est, Dei creatura est. Etenim dominus est terra, & plenitudo eius. Addidit ergo, Qui descendit de caelo. Sed & si non plus adieciisset, necdum satis istum panem diffinisset, Nam & Iudaei, quum dixissent, Patres nostri in deserto manducauerunt manna, protinus adiecerunt: Sicut scriptum est: Panem de caelo dedit illis manducare. Et quidem illi panem pluit dominus de caelo, non tamen aethereo, sed de caelo aethereo, per quod uolantes aues, uolucres caeli dicere solemus. Et uerbo quoque descendit, quod hic positum est, de illo pane dictum est, quia quum descenderet ros mane super castra, descendebat pariter & manna. Adiecit ergo & tertiam huius panis differentiam, quae non sinat illum comunem intelligi cum pane aliquo, dicens: Et dat uitam mundo. Quod uitam dat, & non uni genti, sed uniuerso mundo uitam dat, hoc maxime pondus, preciumque panis huius commendat, & singularitatem demonstrat. Quid enim est, uitam dat mundo, nisi mortuos uiuificat? Hoc certe manna non magis facere potuit, quam panis ille, quem singulis annis terra profert seminanti. Nec enim panis illi uel aquae, quam petra produxit, ulla uita inerat, quauis fabulose quidam dixerunt, quod petra sequeretur de loco ad locum castra filiorum Israel, ex occasione dictionis Apostolicae, qua dixit: Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Etenim non lapis inanimatus

Ioan. 6. d. Exod. 16.

Psal. 135. c.

Panis Christi discrinum a manna.

Psal. 23. a.

Ioan. 6. d. Psal. 77. c.

Psal. 5. b. Num. 11. b.

Ioan. 6. d.

1. Cor. 10. b.

post castra uolebatur, sed torrentis alueus de petra productus, populum secundum uiam, qua itur erant, nutu Dei deriuatus, consequatur. Igitur panis huius ueri, quem pater dat, plena definitio est, & nec plus, nec minus dictum est, quam oportet. Panis Dei est, id est, non ex hominibus, sed ex Deo est, imo, & Angelorum quidem, & hominum cibus est, sed nec Angelorum, nec hominum donum est, & non ex ipsis, non pro ipsorum meritis, sed pro gratia Dei. Et hic sponte sua descendit de caelo, quo ascendere non poterat Moyses, ut inde illum deferret huc, datque uitam mundo, id est, Angelis, & hominibus, ut uiuentes Angeli comedant, & nunquam moriantur morte, qua mortuus est diabolus, comedant homines mortui, & a duplici morte corporis, & animae resuscitentur. Multo ergo maior Moyses panis hic, satisque constat, quia talis ab illo dari non potuit. Sed isti conuiuiae terreni a uentre, & cibo, qui parit oculos non subleuantes panem hunc, panem Dei, qui de caelo descendit, & uitam dare mundo iam uenit, non attendebat, utpote surdi, & indociles auditores legis, dicentis: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit ex ore Dei. Unde haec reputabant, quod spirituale quid loqueretur eis. Dixerunt ergo Iudaei: Domine, semper da nobis panem hunc. Hunc (inquiunt) uidelicet quale te intelligimus habere, panem semper da nobis, ut non necesse habeamus in sudore uultus aratro terram uertere, semina sulcis credere, & in saturitate panis, & omni securitate non sit opus penuriam ullius rei praecauere. Attamen talis propositio qualicumque spe attentos illos fecerat. Nec enim solummodo concesserant uerum esse panem, quem a patre dari dominus dixerat, sed & nimis auidem audientes, acceperunt, uenisse patrem Dei de caelo, qui daret uitam mundo. Iam ipse doctrinae ordo postulabat, ut panem ipsum clara, & euidenti assumptione demonstraret, ut uel murmurantes illi, & non credentes, in aeterna semetipsos fame concluderent, ut credentes, & ad ipsum uenientes, uitam aeternam manducarent. Dicit autem eis: Ego sum panis uitae. Qui uenit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet unquam. Ac si dicat: Ecce quia de uero pane audistis inhiantem desiderio, sinus uestros laxatis, dicentes: Domine da nobis semper panem hunc, nolite rursus claudere, uel constringere, dum dico uobis, quis panis ille sit, & longe aliud ostendo, quam uos speraueritis. Ego sum panis uitae. Iam in uestro arbitrio est, accipere, & habere panem hunc. Nolite obdurare corda uestra, sicut in irritatione secundum diem temptationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, sed uenite ad me, & non esurietis, credite in me, & non sitietis. Parauit pater in conspectu uestro mensam, si uos uerum panem esuritis, si ueram refectionis aquam sititis. Sed dixi uobis, quia uidistis me, & non creditis. Et infra: Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Conferre effectus, uidete panis utriusque distantias. Patres uestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Patres uestri (inquam) mali, patres malorum, murmuratores, patres murmuratorum, infideles, patres infidelium, quauis omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt, quem & boni, patres bonorum (quales fuerunt Moyses, & Aaron) manducauerunt manna, & mortui sunt, imo quum essent mortui mala morte peccati, manducauerunt, & manducando non reuixerunt, sed illo cibo saturati, ad inferos descenderunt, intantum mortui secundum interiorem hominem, ut quidam eorum uitam trahentes adhuc exteriorem, absorpti a terra, & operati humo, de medio multitudinis perierint. Quid ergo (inquis) illi qui manducant hunc panem non moriuntur? Dixisti enim: Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Nonne & omnes qui manducant hunc panem, de quo dicis: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, & qui bibunt calicem tuum, de quo dicis: Hic est sanguis meus, nonne (inquam) isti manducantes, & bibentes omnes quidem secundum carnem, multi uero etiam secundum animam moriuntur? In quo ergo panem hunc praefers illi, quem patres manducauerunt, pro eo quod manducantes manna, & bibentes aquam de petra, mortui sunt omnes secundum carnem, aliqui uero etiam secundum animam? Concedimus enim multos ex eis mortuos esse secundum animam, sicut ait spiritus sanctus in David: Ipsi uero non cognouerunt uias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Quauis etenim dixerit, aliqui illa morte, qua prostrata sunt cadauera illorum in deserto consumptum fuisse peccatum eorum, sic intelligentes, quod scriptum est: Non uindicabit Deus bis in idipsum, quod temporali morte puniti omnes, euadunt mortem aeternam, aliorum tamen meliorem tenemus sententiam, dicentium, quia quosdam flagella damnant, & non liberant, uidelicet eos, de quibus per prophetam dicitur: Percussisti eos, nec doluerunt, attriuisisti eos, & renouauerunt accipere disciplinam. His (inquis) ab hac uita inchoant, & in aeterna percussione perdurant. Unde per Moysen dominus dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. Itaque & iuxta eundem prophetam dicitur: Et duplici contritione conterere eos. Plerisque illorum in corpore simul, & in anima perisse concedimus, praesertim quum illis exacerbantibus Deum exacerbatione temptationis in deserto, & cognoscere nolentibus uias eius, iurauerit ipse (ut praedictum est) in ira sua, quod non introiret in requiem suam. In quo igitur hunc panem, quem qui manducant, nihilominus moriuntur, praefers illi, quem manducauerunt patres illorum, & mortui sunt? Ad haec (inquam): Attende diligentius. Nunquid ullam fecit exceptionem patrum malorum, siue bonorum? Nonne uniuersali enunciatione dixit: Patres uestri manduc

manducauerunt manna, & mortui sunt? Patres enim uestri (inquit) non solum murmuratores, & infideles, mortui sunt, sed etiam iusti, & quamlibet fideles patres omnes uestri mortui sunt, ea uide licet ex causa, qua omnes homines moriuntur in Adam. Et hoc dico, quia quauis manna manducauerint, nihilominus omnes eadem in morte detenti sunt, sicut & antiquiores illorum patres, uel ipsorum iuniores, qui manna non manducauerunt, quia diebus illis non fuerunt. Dixi ergo quia patres uestri manna manducauerunt, & nihilominus mortui sunt, quam illi qui ante, uel post illud manna, hinc ad populos suos per uiam uniuersae carnis adducti sunt. Non per illud manna liberati sunt, neque ascenderunt ad conuiuium Angelorum, ut uisione Dei perfruerentur, qua beati Angeli aeternaliter uiuunt, quam in patre suo Adama omnes homines perdidit. Sed hic est panis de caelo descendens, Et ad quid de caelo descendit? Ut si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Nam qui non manducauerit, morietur, imo iandudum mortuus in Adam, ab illa eius haereditaria morte non liberabitur. Et quidem mortuorum multitudo plurima est a corporibus separatorum, hunc panem expectantium apud inferos, quo fraudauit eos peccato pater ipsorum: magna deinceps uentura est multitudo gentium hunc panem, dum adhuc in corpore sunt, flagitantium, iamque dum adhuc in carne uiuunt, manducaturi sunt. Vtrisque scilicet, & illis, qui iandudum defuncti sunt, & his qui adhuc uiuunt in carne sunt, uel erunt, ecce parata est a patre meo mensa in conspectu ipsorum. Dico enim uobis: Ego sum panis uiuus, qui de caelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum. Quoniam conuiuiae patris mei per mortem dissipati sunt, propter uetitum cibum, quem manducauit pater ipsorum, & animae quidem apud inferos, corpora uero, in sepulchris sunt, dissipabor, & ego panis Angelorum, & secundum illam substantiam, qua pascuntur Angeli, pergam ad inferos, ubi animae esuriunt, & secundum corpus eodem terrae uentre reconditus, quo recondita sunt corpora ipsorum, illic ego tribus diebus, & tribus noctibus, sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, unde & animae uisione Dei recreatae reuiuifcent, corpora uero nunc quidem multa, in futuro autem cuncta resurgent. Deinde residuis, id est, quos praesens adhuc saeculum in carne retinet, dabitur hic idem panis in ea specie, quae uiuentibus congrua est, id est, in uero sacrificio panis, & uini secundum ordinem Melchisedech. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Summa haec sit consolatio pauperibus, quibus spiritus domini ueniens super me, Euangelizare misit me, summa (inquam) & incomparabilis congratulatio sit haec gentibus, terminisque terrae, quos in haereditatem, uel possessionem postulans accipiam a patre. Quia nihil minus habebunt de hoc pane uitae, quam antiqui patres, quibus hunc panem signauit, & dedit pater, qui misit me. Nam descendens ad illos, ut reficiantur ex me, quum infernus me momorderit, & ego morsus eius factus fuero, mors mortis in uisceribus eius conclusus, additus esuriētibus sanctis, uel iustis, ut uiuificentur uniuersi, tunc ego dabo panem istis residuis, in quo non deest ueritas eiusdem carnis meae, uel corporis, quod educitum de uentre ceti, saluum, & integrum residebit aeternaliter ad dexteram patris. Panem eundem Angelorum, me tribuente, manducabit uiuens homo, modo sibi congruo, quem dat pater his, qui recesserunt, ut manducant, & resurgant, nunc quidem animae, corpora quidem in die nouissimo. Animaduertendum est hoc loco, quum utrobique ualeat, & nunc uertibilis sit haec propositio, & panis quem ego dabo, caro mea est. Etenim siue carnem de pane praedices hoc modo: Et panis (quem ego dabo dicens, accipite & comedite) caro mea est, uel corpus meum est, siue carnem de pane praedices, ita, & caro mea, quae mortua uentre terrae glutienda est, panis est, quia refectionis mortuis uitam, & resurrectionem datura est, quum (inquam) quocumque ueritas, sententia uera sit, ordo tamen literae, personarumque, uel temporum mutatio exigit, ut panis subiectum, & caro praedicatum debeat accipi. Nam haecenus de persona patris dixerat, quod ille panem uerum daret, & ipse filius panis esset: Nunc ipse panis uiuus, & uerus ad suam personam per futurum tempus uerbi eiusdem transitione facta: Et panis (inquit) quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et reuera quem pater dedit panem Angelorum, ut carnem assumeret, & moreretur quatenus mortuos uiuificaret, ipse panis coelestis panem terrenum nobis dat, quem uiuentibus, & quibus manducari potest, ut uitam det aeternam, carnem suam transmutat. Et sicut uerbum quod est panis Angelorum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem, sic idipsum uerbum iandudum caro factum, panis uisibilis sit, non mutatum in panem, sed assumendo, & in unitatem personae suae transferendo panem. Proinde sicut de carne nostra, quam uirgo Maria peperit uere fatemur propter unitatem personae quae (alias quia) Deus est, sic nihilominus de pane illo uisibili, quem eiusdem uerbi inuisibilis diuinitas assumens, in carnem suam transfert, uerè, & catholicè confitemur, quia corpus Christi est. Ait ergo: Et panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi uita, uidelicet ut mundus redemptus manducet, & uiuat, emundata prius per baptismum, ueteris, quam serpens dedit, & per suasit, cibi macula. Igitur ab effectis liquet, quanto melior hic panis sit illo, de quo dixerant: Patres uestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Hic autem est panis de caelo

descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Sanè quum dicit: Qui manducat hunc panem, uel qui manducat meam carnem, semper dignè, subaudiendum est. Quemadmodum quoties dicitur in scripturis, Angelus domini, uel spiritus domini, nec additur malus, sine dubio bonus Angelus, uel bonus spiritus intelligitur. Ita nimirum quoties dicitur, Qui manducat, & bibit, & nò indignè, proculdubio dignè subaudiendum est. Proinde & quod dixit: Patres uestri manducauerunt manna, & mortui sunt, quoniam absq; bonorum, uel malorum patrum distinctione dixit, sciendum est, quia quantūcūq; bene manducauerint aliqui ex illis, tamen omnes mortui sunt, id est, ab hæreditaria morte, qua in Adam omnes moriuntur, per illud māna liberati nò sunt, sed per hunc panem omnes uiuificantur electi, qui uel antequam hic panis de cœlo descenderet, fuerunt mortui, uel postquam descendit, nati sunt eidem morti obnoxij.

Cap. XXI.

Ilitigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Ut supra quando dixit: Ego sum panis uitæ, murmurabant, & nunc quando dicit: Et panis quem ego dabo, caro mea est, rebelles, & increduli Iudæi ad inuicem litigant, nusquam duram eruditi sunt flectere ceruicem, ad interrogandum ueritatis ministrum, uidelicet eo modo, quo percunctari solent hi, qui sciētiam ueritatis esuriunt, ac sitiunt, sed murmurant, sed litigant, sed uerba æternæ uitæ blasphemantes, insanitæ deputant. Num ergo istis diceret, quomodo possit carnem suam dare ad manducandum? Litigabant ad inuicem, murmurando ad inuicem, & consiliū sapientiæ Dei, non ab ipsa sapientia Dei, sed murmurando, & litigando, quærebant ad inuicem. Quid nisi malū discerēt ab inuicem? O homo (inquit Apostolus) tu quis es, qui respōdeas Deo? Talibus enim qui nò amore discendi interrogant, sed intentione aduersandī disputant, nihil aliud dicendum est, nisi ut tanquam indigni, sapiētia responso procul absistāt. Dicit ergo eis Iesus: Amen, amen dico uobis, nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nò habebitis uitam in uobis. Ergo (inquit) quoniā uos nequaquam esuritis, animas sursum in cœlum suspenditis, unde panis iste descendit, ut reuelet uobis pater, qui est in cœlis, quod reuelare nò potest caro, & sanguis, sed litigatis ad inuicem, cordibus impacatis. Hoc tātum uobis dixerim, quòd nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quis autem est modus māducationis, nò meum est aperire uobis. Sāctum enim hoc est, quod litigiosis canibus dandum non sit, margaritæ sunt, quæ uidelicet, ne cōculcentur, ante porcos mittendæ non sint. Nondum saltem serui estis, qui reuerētem aurem domino præbeatis, nedū amici, quibus solis notum facere habeo ritum, uel ordinē, causasq; diuinas huius epulationis. Hoc ergo tantillum scitote, quia nisi māducaueritis, non habebitis uitam in uobis. De hoc cibo corporis, & potu sanguinis domini, hæc à sanctis doctoribus data est sentētia, quam & uelut pro maxima, uel prima diffinitione aduersus idem corpus, & sanguinem domini, nimium festiui lectores, & immaturationi præripere doctores: Hunc (inquit) cibū, & potū, societate uult intelligi corporis, & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in prædestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius. Quid enim? Nunquid ab eisdem patribus ibidem tacitum est, huius rei unitatis corporis Christi, quod est Ecclesia, sacramētum esse panem, & uinum, quod in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur? Quid autem est, uel unde dicitur sacramentum, nisi à sacrandō, eò quòd rem istam, id est, corpus Christi, quod est Ecclesia, consecrat, & consecrando efficiat unitatem? Nam sicut dicimus ornamentum hoc, uel illud, eo quòd ornet, & uestimentum, eò quòd uestiat, & cœtera similia, sic dñi corpus, quod in altari sumimus, & sanguis eius prædictæ unitatis rectè sacramētū dicit, eo quòd illo cibo, potuq; uisibili in unā Christi Ecclesiā, quæ sit corpus eius, plenitudo eius, inuisibiliter cōsecremur. Igitur prædictā sententiā nullatenus pro maxima diffinitione, uel descriptione māducandi, & bibēdi sanguinē dñi accipimus, præsertim quū ipse ore proprio, quādo uoluit, quibus uoluit, quosq; dignos iudicauit, tam diligētē diffinitionē, uel descriptionē dederit, ut nemo dialecticorum, uel philosophorum unquam diligētius diffinire substantiam, uel quodlibet indiuiduum quauerit. Nam quod solent facere illi, quum primarū quālibet substantiarum designare uolūt: Verbi gratia, quū æquiocationē determinātes, cōtra argumentorū sophisticas importunitates dicūt, Alexāder rapuit Helenā (cogimur enim nūc taliū in tanto negotio meminisse nugarū, & sagittates paruulos repercutere sagittis paruulorum) quū (inquā) dicit: Alexāder rapuit Helenā, quoniā potest opponi: Alexāder non rapuit Helenam (etenim Alexāder Philippi, rex Macedo, nò rapuit Helenam) determinātes dicūt: Alexāder is, de quo nūc agitur, Troianus, Priami filius rapuit Helenā. Hoc idē summa sapiētia fecit, ubi ostēdere uoluit, quomodo carnē nobis ad manducandū dare possit: Hoc est (inquit) corpus meū. Et addidit: Quod pro uobis tradetur. Itē: Hic est sanguis meus. Et adiecit: Qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorū, Totūq; modū māducandi carnē suā, & bibēdi sanguinē suū p̄scribēs: Hoc (inquit)

Hoc (inquit) facite in meā cōmemorationem. Proinde cūctis figurarū, uel similitudinē nebulis amotis, nò corpus quodlibet, nò corpus Christi, quod est Ecclesia, sed illud corpus dñi, quod pro uobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem, qui pro nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitāter credimus, & quod fecit ipse, hoc idem in cōmemorationem ipsius scimus, & bene scimus nos facere, id est, carnem ipsius māducare, & sanguinem bibere. Et quāuis sancta Ecclesia corpus Christi sit, & sic ex multis hominibus consistat, quemadmodum panis ille, quem uerè dicimus corpus Christi, multis cōstat ex granis, & uinum illud, quod uerè dicimus sanguinem Christi, ex multis cōfluxit acinis, nò tamen id ipsum corpus Christi est Ecclesia, quod pro nobis traditū est, quam propriā differentiā sæpe dictū corpus, quod est panis uitæ æternæ, semper autore Christo retinet. Igitur nisi māducaueritis (inquit) carnem meā, & biberitis sanguinem meū, hoc uidelicet quod dicturus sum facientes in meā cōmemorationem, nò habebitis uitā in uobis. Sanè qui uel tenerrima cohibentur infantia, priusquam ex hac luce migrāt, quā māducare, aut bibere possint, uel qui articulo temporis cōstringuntur, sicut nōnulli confessores, quos nec baptizari aqua, persecutionis, & mortis instantia permisit, non præiudicantur hac sententia ueri. Nec enim iudicatur apud Deum nò manducaisse, nisi qui manducare noluit, qui nò curauit, qui neglexit. De sensibus enim, & de uoluntatibus iudicat Deus, quæ in infantibus edentulis malæ esse nò possunt, & in eiusmodi cōfessoribus, quum bonæ sint uoluntatis, nò fraudatur effectu, quia manifestè Christi communicant passionibus. Proinde nec paruulos, quos ætatis impotentia manducare uetat, qui mox ut baptizati fuerint, ab hac luce migrāt, æternæ uitæ exortes arbitramur, nec præuētos à persecutore cōfessores pios, in sanguine suo baptizatos, corpori Christi cōmunicasse, uel calicem domini bibisse, quod ad uitam æternam proficiat, dubitamus. Sequitur: Qui māducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Nò (inquit) uos, uestriq; similes, quiq; murmuratores, & litigiosi, uitā habebitis in uobis, sed ille unus populus meus, qui mihi unitur unitate spiritus, una ecclesia mea, quæ manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet uitā æternam. Hæc enim summa est causa æternæ uitæ effectiua, manducare carnem meam, & bibere sanguinem meum, non manducare autem carnem meā, & bibere sanguinem meum, antiquæ perfidiæ est argumētum, qua primi parentes hominum serpenti, quā Deo credere maluerunt. Nec enim differt in culpa non credidisse, quòd manducantes delicto uento morerentur, & non credere, quòd māducantes carnem meā, & bibentes sanguinem meum, ordine præscripto, ab eadē morte liberentur. Qui ergo māducat, & bibit, rectè antiquæ mortis pœna se exiuit, & qui nò manducat, aut non bibit, nihilominus iustè relinquitur in antiquo iudicio pœnæ præuaricationis. Notādum uerò quòd quum superius dixerit: Hæc est uolūtas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filiū, & credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, hic itidem sub eadem distinctione, prius, inquit, habet uitā æternā, & deinde sublungit, Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Videlicet ne quis existimet se absq; corporis, & sanguinis eius cibo, potuq; uisibili, uitā utraq; corporis, & animæ sola fide recuperasse, & isto sacramento non egere, hoc ipsum repetiuit, proculdubio contestans, quòd non uerè credat, quisquis manducare, & bibere cōtemnit. Nam quātumuis fidelis, & catholicæ professionis homo sis, si manducare, & bibere refuses, de hoc cibo, potuq; uisibili, eo ipso quòd tibi hunc necessarium non esse præsumis à societate membrorū Christi, quod est Ecclesia, te præcidis, neq; rectè credis in eū, cuius in hoc cibo, potuq; ab ipso tam diligenter cōmendato, derogas autoritati. Nōne primi parētes nostri, & prius intrinsecus inuisibiliter corrupti spiritu diaboli, cōtra creatorē suū intumuerunt, & deinde per serpentem suasi, uisibili quoq; cibo perierūt? Ita planè oportet pœnitētē animā, prius inuisibili fide subijci creatori, corde credendo ad iustitiā, & ore cōfitendo ad salutem, & deinde uisibili quoq; cibo, & potu uitæ æternæ necessariā perficere iustificationem. Nec illud quoq; uacat ab ordine iustitiæ, quòd prius dū māducat, iā habet uitā æternā, scilicet in anima, Deo uiuēs per iustitiā. Et deinde: Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Nam & sæpediti primi parentes nostri, & prius æterna morte animæ intrinsecus, & deinde morte quoq; corporis extrinsecus mortui sunt. Etenim quacūq; die comederitis ex eo, Morte (inquit) moriemini, sine dubio morte animæ, ac deinde sententiā quoq; corporeæ mortis acceperūt, ab ipso Deo dicēte: In sudore uultus tui, uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quia terra es, & in terrā ibis. Rectè ergo & seruato ordine iustitiæ, qui māducat (inquit) carnē meā, & bibit sanguinē meū, iam habet uitā æternā, quia iā uiuit secūdam animā, secūdam uerò carnē morietur quidē, sed ego resuscitabo eū in nouissimo die. Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Verus (inquā) cibus, & uerus est potus, quia uerum est, quod pollicetur, quia uera spes est, qua māducatur, & bibitur. Vnde & constat cibum hunc cibo illi cōtrario modo esse oppositum, quem homini primo serpēs obtulit, quia uidelicet cibus ille, cibus fuit mendaci, quia falsum fuit, & falsum est, quod ille cibus pollicitus est, quia cum uana promissione datus, & uana spe diuinæ similitudinis consequendæ manducatus est

Gen. 3. d.
Ioh. 6. f.

Gen. 3. 4.

Psal. 51. 4.
Gen. 4. 4.

catus est. Sed nōdum manducatoribus carnis suæ, & bibitoribus sanguinis tātum promisit ista ueritas, quātum in persuasione cibi uetiti pollicita est ista falsitas. Nā diuinitatem promisit: Aperiētur (inquiens) oculi uestri, & eritis sicut dii scientes bonum, & malum. Sequitur ergo: Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hic perspicuē diuinitatem pollicetur carnem suā manducātibus, & sanguinem suum bibentibus, & illusionem nequissimi nebulonis (qui dixit, comedite, & eritis sicut dii) non sine magno cruciatu eiusdem illusoris, seriō loquens, in uerū effectum cōuertit. Quid enim uobis hoc dicto hic Dei filius unicus pollicitus est, nisi ac si apertē dixisset: Dii eritis, & filij excelsi omnes. Et notandum quōd non eisdem uerbis deceptoris usus est, dicētis: Eritis sicut dii, nec omnino sic dicere debuit: Qui māducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, erit sicut deus, uel erit similis altissimo, sed in me manet (inquit) & ego in eo. Quis enim est, uel esse potest sicut Deus? Ille nanq; nullius indiget, nullius ope, uel gratia Deus est. Sed quis ita præter illum naturæ suæ sufficientia Deus esse potest? Sic Angelus uoluit esse Deus, & factus est diabolus. Sic deitatem appetere suasit homini, & hominem hominis honore spoliāuit. Tam hic, quā ille, quum uoluit esse sicut Deus, uoluit sine gratia, uel adiutorio melioris esse Deus, & hac uoluntate uterq; à Deo diuisit se. Quid ergo esset, nisi Dei aduersarius? E contra consortium, uel gratia Dei deos efficit, & filios excelsi. Gratia ergo, & cōmunionē Dei cōmendās ei, sic ait:

De eodem manna, siue pane.

Cap. XXII.

Ioh. 6. f.

Psal. 2. b.

Ambrosius,
1. Cor. 11. e.

Exo. 24. b.

Qui manducat carnem meū, & bibit sanguinem meū, in me manet (inquit) & ego in illo. Quis autem ego, nisi Deus, nisi Dei sapiētia, nisi uera, summa, & sempiterna diuinitas? Ergo is, in quo maneo ego, diuinitatem in se transfusam habens, Deus factus est, filius excelsi renatus est. Nō est sicut Deus, quia uidelicet unus, & solus, & Deus neminem habēdo in se, undē factus sit Deus, sed est Deus me habendo in se manentē, unde sit Deus. Nā audi quid sequitur: Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, ipse uiuet propter me. Ecce deorum adoptiuorū, & Dei unici dissimilitudo similis, & similitudo dissimilis: Sicut (inquit) misit me uiuens pater, & ego uiuo propter eiusmodi patrē, sic & ille qui manducat me, uiuet propter me. Sed quomodo misit me uiuus pater, uel quomodo ego uiuo propter uiuentem patrē? Misit me (dico) uiuēs pater, id est, genuit me immortalis pater. Nam in eo me misit, quōd genuit. Si uestra paterentur incircūcisæ aures, quum dico, Misit, dicerem apertius genuit, sicut in psalmo testatur ipse, dicens ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dico ergo, quia misit, quod & ipsum uos audire uix patimini, misit (inquā) uiuens pater me, quod nō est aliud, quā genuit, & incarnari uoluit me. Et ego uiuo propter patrem, id est, propter hoc Deus uiuens, Deus immortalis sum, Deus impassibilis, Deus incōmutabilis sum, quia talem habeo patrem, quia talis pater me misit, quia talis pater me genuit. Et sicut ego uiuo propter huiusmodi patrē, sic & is, qui māducat me, uiuet propter me, id est, idcirco sempiternē, & beatē uiuet, idcirco Deus, & filius excelsi est, quia māducat me, quia maneo ego in eo, & ipse in me. Ecce (inq;) similitudo diuinitatis, similitudo uitæ, & æternitatis, similitudo Deorū adoptiuorum, & unici Dei. Sed hæc (ut prædictum est) similitudo dissimilis est, quia causæ diuersæ sunt. Quare ergo uiuo propter patrem? Quia uiuens ipse pater, misit, id est, genuit me. Quare uiuet homo propter me? Quia manducat me. Non ego māducaui patrem, ut uiuerem, sed uiuo propterea, quia pater in seipso uiuens, & nullius indigens, genuit me, nihilominus in meipso uiuentem, & nullius indigentem. Homo autem non propterea uiuit, quōd pater illum genuerit, sed idcirco, ut uiuat, manducat me, quem solum pater genuit. Et diuus Ambrosius exponēs illud Apostolicum: Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uobis &c. Ostendit illis mysterium Eucharistiæ inter cōnandam celebratum non cōenam esse. Medicina enim spiritalis est, quæ cum reuerentiā degustata, purificat sibi deuotum. Memoria enim redemptionis nostræ est, ut redemptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur, mortē domini annunciātes, donec ueniat, Quia enim morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo, & potādo carnē, & sanguinē, quæ pro nobis oblata sunt, significamus, nouum testamentū in his cōsecuti, quod est noua lex, quæ obedientem sibi tradit cœlestibus regnis. Nā & Moyses accepto sanguine uituli in patera, asperit filios Israël, dicens: Hoc est testamentum, quod disposuit Deus ad uos. Hoc figura fuit testamenti, quod dominus nouum appellauit per prophetas, ut illud uetus sit, quod Moyses tradidit. Testamentum ergo sanguine cōstitutum est, quia beneficij diuini sanguis testis est, in cuius typū nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionē corporis, & animæ nostræ percipimus, quia sanguis dñi sanguinem nostrū redemit, id est, totū hominem saluū fecit. Caro enim saluatoris pro salute corporis, sanguis uerò pro anima nostra effusus est, sicut prius præfiguratum fuerat à Moysē. Sic enim ait: Caro (inquit) pro corpore uestro offertur, sanguis uero pro anima, ideoq; non manducandum sanguinem, Si igitur apud ueteres imago fuit ueritatis, quæ nunc apparuit, & manifestata est in saluatoris

toris aduentu, quomodo hæreticis contrariū uidetur, uetus nouo, quum ipsa sibi inuicem testimonia sint. Itaq; quicumq; ederit panem hunc &c. Indignum dicit esse domino, qui aliter mysterium celebrat, quā ab eo traditū est. Nō enim potest deuotus esse, qui aliter præsumit, quā datum est ab autore. Ideo præmonet, ut secundum ordinem traditum deuota mens sit accedētis ad eucharistiā domini, quoniam futurum est iudicium, ut quemadmodum accedit unusquisq; reddat causas in die domini Iesu Christi, quia sine disciplina traditionis, & conuersationis qui accedunt, rei sunt corporis, & sanguinis domini. Quid est autē reos esse, nisi pœnas dare mortis domini? Occisus est enim pro his, qui beneficium eius in irritum ducunt? Probet autem se homo &c. Deuoto animo, & cum timore accedendum ad cōmunionem docet, ut sciat mens reuerentiā se debere ei, ad cuius corpus sumendū accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia dominus est, cuius in mysterio sanguinē potat, qui testis est beneficij Dei. Quem nos, si cum disciplina accipiamus, non erimus indigni corpore, & sanguine domini. Gratias enim uidebimur reddere redemptori. Ideo multi in uobis inualidi, & ægroti, & dormiunt multi. Vt uerum probaret, quia examen futurum est accipientium corpus domini, iam hic imaginem iudicij ostendit in eos, qui incōsideratē corpus domini acceperāt, dum febribus, & infirmitatibus corripiebātur, & multi moriebātur, ut in his cœteri discerēt, & paucorum exemplo territi, emendarētur, nō multum scientes corpus domini negligenter accipere, & eum quem hic pœna distulerit, grauius tractari fore, quia cōtempnit exemplum. Quod si nosmetipsos discernere &c. Hoc dicit, quia si nosmetipsi errores nostros corrigeremus, nō à domino iudicaremur. Et quia corripimur, tamen pro nobis est, ut timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio, ne cum mundo, id est, cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli, qui incōsideratē ad mensam domini accedit. Itaq; fratres &c. Ad inuicem expectandū dicit, ut multorum oblatio simul celebretur, ut & omnibus ministraretur, & si quis impatiens est, domi terreno pane pascatur. Vt non in iudicium conueniatis, hoc est, ne mysterium reprehensibiliter, & cum offensione agatis. Et Theophylactus: Ego autem accepi à domino &c. Cur Paulus mysteriorum hic meminit, & noctis illius, in qua Christus cœnam cum discipulis suis fecit? Nempe quia admodum erat necessarium ad his persuadendum, uniuerfos eadem mensa, uos uerò contra unigenitum, & propulsatis, & dedignamini (inquit). Dicit aliquis: Quoniam pacto hanc à domino accepisse nos mensæ dixeris dignitatem, qui tunc procul abesset, & persecutionem pateretur? Vt intelligas uel hodierno die super mystica mensa, dominum hūc ipsum adesse, qui non secus ac tūc mysteria tradat. Quoniam dominus Iesus &c. Reminiscere (inquit) quemadmodum postremum id nobis mysteriū dederit, & ea nocte, qua erat paulopost occidendus, & proditorem haberet conuiuiam. Tu uerò fratrem quibusuis rebus ducis indignum, præsertim quum instructus sis gratias agere, quales & Christus ipse agebat, ut nos ad eā rē, & formaret, & institueret. Facis ergo quod minus est his gratijs dignū, quum Ecclesiam ipsam cōfundis, & alio famescente, tu debaccharis. Et id quidem communiter cunctis præcepit: Accipite, & manducate, corpus scilicet suū, quod omnibus æquē dispartiens, mori destinasset. Ipse uerò in cibo sumendo tempore anticipato, neq; cōmunem hunc, & cibarium panem in medium exponis, neq; eundem frangis, ut multis detur, sed tibi ipse reseruas. Hoc facite in meam commemorationem. Quid ait? Si defuncto filio, uel patri iam parentares, percussus sanē cōscientia fores, nisi legitima quæque, & celebrādis funeribus cōsuetā perficeres, & pauperes cōuocares ad cœnam. At quum domini es facturus memoriā, nec simplicem saltem mensam, uel cibum cuiquam impartiris. Similiter & calicem &c. Erāt apud ueteres Iudæos calices, quibus sacrificio absoluto, brutorū animātium sanguinem effundebāt phiala, uel calice exceptū. Pro beluarū itaq; sanguine, qui uetus testamentū designat, meū nūc pono (dominus inquit) qui nouū præfert. Nil tamē horrescas uelim, quū sanguinem audis. Nā si beluarū cruorē ueteri testamēto admiseris, quāto magis diuinus erit per te admittēdus? Hoc facite &c. Quinetiā per calicē (inquit) uel mortē cōmemorabis, quā subiit dñs. Quo ergo pacto solus perpotēs debaccharis, præsertim quū tremēdus hic calix, parī cūctis cōditione sit traditus? Quotiescūq; em manducabitis &c. Nō secus (inquit) debetis hac uos in re gerere, quā eo tēpore agendum fuisset, quo & dñi uestri cœna conficiebatur, ut humi scilicet cubātes, à Christo exciperetis sui corporis immolationem. Et Christi mortē annūciabitis, id est, ad usq; eius secundū aduentū hāc præferetis. Itaq; quicumq; māducauerit &c. Corinthios arguit, quia inopes aspernarentur, uelut indignē mysterij huius participassent, nō secus, qui id indignē sumpserit, scelerī erit obstrictus, quā si sanguinem ipsum dñi funderit. Nā quemadmodū cōstat, qui tunc dñm pupugerūt, nō potādī gratia pupugisse, sed ut eius sanguinem funderent, sic & qui indignē hunc hauserit, nullū ex eo fructū adeptus, frustra, ac temerē Christi sanguinem fundit. Atqui Iudæi regis chlamydem disciderūt, qui uerò immeritō sanguinis particeps fuerit, in cœnum suam animam mergit. Ita fit, ut non æqua ob id & Iudæis, & indignē Christi fumentī sanguinem obuēniat ignominia. Vnde & corporis hic, & sanguinis domini reus efficitur, eritq; tanto obnoxius crimini. Probet autem seipsum homo &c. Consueuit Paulus quum aliqua

1. Cor. 11. f.

Ibidem g.

Ibidem.

Ibidem.

Theophylactus:
1. Cor. 11. e.

Ibidem.

Ibidem. f.

Ibidem.

Ibidem g.

quum aliqua de re sibi tractanti, alia opportunè differenda inciderent, & hanc ipsam transigere, quemadmodum in præsentiarum, quum de mensa coeptus sit sermo, de mysticis etiã rebus incedente sermone, & mystica disputat, utpote quemadmodum sint necessaria, & bonorum omnium caput in eo consistere patefacit, ut terfa, & nitida conscientia, ad diuina mysteria cõcedatur, inquit: Neminem tibi in iudicem proposuerim, præter teipsum. Tu itaque conscientia examinata, disculsaq; adito ea mysteria, nõ festis modo, profestisq; diebus, sed quouis tempore, quum purum te, & dignum compereris. Qui enim manducat &c. Nec sanè ob mysteriorum naturã id dixerim (quippe quæ uitam in se & habent, & largiuntur) sed ob mysteria adeuntium indignitatem, quibus haud secus illa officiant, ac solet oculorum ualetudine laborantibus, sol ipse obiectus officere. Nõ dijudicans corpus domini. Hoc est, nil prius disquirens, uel internoscens præsentis mysterij magnitudinem. Nam si certiores essemus, quisnam, & quantus sit ille, qui nobis in cõspectu adiacet, nulla ferè rei alterius ope indigeremus, sed solus ille, & continentiam nobis, & uigilantiam compararet. Ideo inter uos multi infirmi &c. Argumento sint quæ uobis contingunt. Eo nanq; & mortes iam immaturæ, & diuturni morbi oboriuntur, quia haudquaquam meritò id mysterium sumunt multi. Quid de his, qui ad usque senectam ipsam optimam, & inoffensam ualetudinem seruant? Nõne & hi criminibus obstringuntur? At non modo præsentia ista tormenta, quin & grauiora illa, & futura uos manent, qui indignè mysterium illud adierint. Nos autem haudquaquam pœnis afficemur, nisi essemus peccatis obnoxij.

Exponuntur à Hieronymo eiusdem Apostoli uerba.

Cap. XXIII.

Hieronymus eadem Apostoli uerba hoc pacto exponit, Ego enim accepi à domino &c. Non est meum quod uobis tradidi, sed à domino illud accepi, sicut alibi ipse dicit, non ab hominibus, sed omnia à Deo didicisse. Quoniam dominus Iesus. Iam hinc quasi oblitus commemorat, quàm magnum sit huius mysterij sacramentum. In qua nocte tradebatur, scilicet à Iuda, accepit panem &c. hoc est, benedicens, etiam passurus, ultimam nobis commemorationem, siue memoriam dereliquit. Quemadmodum si quis peregrè proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat, ut quotiescunq; illud uiderit, possit eius beneficia, & amicitias memorari, quod ille, si perfectè dilexit, sine ingenti desiderio non potest uidere, uel fletu. Hoc est corpus &c. Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Vnde agnoscere se debet quisquis Christi aut corpus edit, aut sanguinem bibit, ne quid indignum ei faciat, cuius corpus effectus est. Hic est calix &c. Quia uetus, hoc per sanguinem animalium portendebat. In meo sanguine. Et uetus, & nouum per sanguinem dicatur, quia sine morte firmum esse non potest testamentum. Quotiescunq; bibetis &c. Ideo hoc saluator tradidit sacramentum, ut per hoc semper commemoremus, quia pro nobis est mortuus. Nam & ideo quum accipimus à sacerdotibus comonemur, quia corpus, & sanguis est Christi, ut beneficijs eius non existamus ingrati. Quotiescunq; enim &c. Siue ipsi mysterio nunciatis, siue in cordibus uestris agnoscitis. Donec ueniat. Tandiu memoria opus est, donec ipse uenire dignetur. Itaq; quicumq; manducauerit &c. Sicut scriptum est: Omnis mundus manducabit. Et iterum: Anima quæ manducauerit immunda, exterminabitur de populo suo. Et ipse dominus ait: Si ante altare recordatus fueris, quia habet frater tuus aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & uade reconciliari fratri tuo. Prius ergo perscrutanda est conscientia, si in nullo nos reprehendit, & sic aut offerre, aut cõmunicare debemus. Quisdam sanè dicunt, quia non indignum, sed indignè recipientem reuocet à sancto. Si ergo etiam dignus indignè accedens retrahitur, quantomagis indignus, qui non potest accipere digne? Vnde oportet ociosum cessare à uitijs, ut sanctum domini corpus sanctè percipiat. Reus erit &c. Quia tanti mysterij sacramentum pro uili despexerit. Probet autem &c. Si in linteum, uel uas sordidum, non illud mittere audet, quantomagis in corde polluto, quam immundiciam Deus super omnia execrat, & quæ sola eius iniuria est corpori? Nam & ille iustus propterea sindone munda inuolutum in sepulchro nouo corpus domini sepeliuit, præfigurãs corpus domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam. Qui enim manducat &c. Dupliciter reus effectus, præsumptionis scilicet, & peccati. Non dijudicans &c. id est, nõ discernens à cibo communi. Ideo inter uos &c. Erat præfens correptio, & nunc est, sed quia multi talia patiuntur, putamus cõsuetudinis esse quod culpæ est. Tribus sanè causis infirmitates adueniunt corporales. Aut ex tentatione, sicut Iob, & Thobia, aut ex peccato, sicut Aaph regi, & his qui in præsentia ab Apostolo arguuntur, aut ex aliqua intemperantia, ut Timotheo, & his qui iubentur medicum honorare. Huic tantum causæ humana potest succurrere medicina. Item significat Corinthios propter supradictum peccatum ægrotatione, & imbecillitate, & morte à domino esse correptos. Dum iudicamur &c. Correptio paterna, est pietatis, ut pœniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur in æternũ. Et diuus

diuus Anselmus, Ego enim accepi &c. Iure uos (inquit) non laudo, sed uitupero, in hoc quòd ita peruersè, & irreuerenter ad dominicam cœnam conuenitis, quia traditionem meam super hac re non bene seruaistis, quam tamen diligenter seruare debuissetis, quia ego nõ à me ipso inueni eam, nec à Petro, uel Andrea didici, sed accepi à domino, quod & uobis de tanta re tradidit, & ideo reuerenter, atq; inuolabiliter debetis retinere quod mihi dominus tradidit, & ego uobis. Hoc uobis tradidit, quòd dominus Iesus &c. Ostendit Apostolus mysterium Eucharistiæ infra cœnam celebratum, non cœnam esse. Medicina enim spiritualis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotum, & memoria redemptionis nostræ est, ut redemptoris memores, maiora ab eo confiteamur. In nocte autem traditus est ad passionem, sed uenit inde ad resurrectionis lucẽ. Dominus Iesus, id est, credentium saluator. In nocte qua tradebatur, id est, iam imminente suæ passionis articulo, accepit panem, ut significaret se accepisse corpus, quo nos pasceret, & gratias egit patri de redemptione hominum futura per passionem suam, ac per sacramentum corporis, & sanguinis sui, & fregit panem, ut ostenderet corporis sui fractionem, id est, passionem non absq; sua sponte, ac procuratione ueturam, sed se fracturum illum, sicut ait: Quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam, & nemo tollet eam à me, sed ego pono eam à meipso. Fregit panem &c. ut omnibus suis ex eo daret, & unum omnes illos faceret. Et dixit eis: Accipite &c. hanc spiritualem escam, & manducate hoc sacramentum, id est, & mēte accipite, & ore comedite, scilicet ut carnem meam non edatis tantum in sacramento, sicut & multi alij mali faciunt, sed usque ad participationem spiritus manducetis, ut in meo corpore tanquam membra maneatis, & meo spiritu uegetemini. Quia qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo &c. Signum enim quia manducauit, & bibit, hoc est si manet, & ut illa dicam, si inhabitat, & inhabitatur, si hæret, ut non deseratur. Sic do uobis ad edendum carnem meam, scilicet ut hanc edentes non relinquatis unitatem meam. Manducate quod tribuo, quia: Hoc est corpus meum. Sensibus quidẽ exterioribus uidetur esse panis, sed sensibus cognoscite mentis, quia hoc est corpus meum, nõ aliud, sed illud idem substãtialiter, quod pro uobis redimẽdis tradetur ad mortem, & crucifigetur. (Hoc) quod dixi, facite, id est, corpus meum accipite, & manducate per successionem temporis usque in finem sæculi. In meam cõmemorationem, id est, in memoriã passionis meæ, ut pertractetis, & cõsideretis quàm dignam, & sanctam, & humanæ salutis efficacem medicinam accipitis, quatenus ex cõsideratione tantæ sanctitatis cum maiori ueneratione sacram eucharistiã percipiatis, & imitari passionem meam desideretis, ut si opus fuerit pro salute fratrum mori, parati sitis. Accipientes enim corpus meum, memores mei esse debetis, ut diligenter recogitetis quis ego sim, & quæ inter homines conuersans operatus sim, uel quæ pertulerim, ut sicut præcessi, sequamini. Vel uos sacerdotes, hoc facite, id est, ex pane corpus meum per mystica uerba consecrate. In memoriã passionis meæ, ut recogitetis eam dum sacrificium istud obtuleritis. Similiter, ut acceperat panem, & fecerat ex eo uiuum, & uerum corpus suum, accepit & calicem, & fecit ex uino sanguinem suum: Postquam cœnauit, id est, iam & finito ueteri pascha, quod cum discipulis tunc manducauerat, Transit enim à ueteri ad nouum pascha, quod tradebat celebrandum Ecclesiæ, ut pro carne, & sanguine legalis agni sacramentum sui corporis, & sanguinis substitueret. Ob hoc etiam post finem cœnæ, ut illud quod cum ultimam ageret, arctius eorum mētibus imprimeret. Quoniam illud quod eorum saluti magis erat utile, debuit eis ad ultimum reseruare, & maxime cordibus eorum cõmendare. Accepit calicem, & dixit: Hic calix, id est, hic potus est, nouum testamētum, id est, noua promissio cœlestis hæreditatis. In sanguine meo, quo plenus est idem calix, Hoc est, potus huius calicis est sanguis meus, qui non uetera, sed noua, id est, non terrena, sed cœlestia bona promittit. Nã calix Moyse, uetus testamentum fuit, quia terrenam hæreditatem promissit in sanguine uitulorum, & hircorum, de quo idem Moyses ait: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Per testamentum enim, datur hæreditas, & in sanguine Christi accepimus nouum testamentum, id est, nouam legem, quæ obedientibus sibi dat hæreditatem regni cœlorum. Testamentum nouum in Christi sanguine consecuti sumus, per quod ad nouam hæreditatem perueniamus, quia beneficii diuini sanguis testis est. Vnde & ad tuitionem corporis, & animæ nostræ sacramenta eius percipimus, quia caro eius pro salute nostri corporis est oblata, sanguis uerò pro anima nostra effusus est, ut utraque nostri substãtia hæreditatem uitæ perennis accipere posset. Nec mirum, quòd de pane, & uino carnem, & sanguinem suum fecit. Nã & in quolibet homine carnem, & sanguinem de pane, & uino facit, quia panis comestus, mutatur in carnem, & uinum potatum, uertitur in sanguinem per creatoris operationem. Calix Christi quem in mysterio bibimus propterea etiã dicitur testamentum in sanguine eius, quem semel in cruce fudit pro nobis, quia munit, & defendit nos aduersus calumnias hostis antiqui, ne cœlestem nobis hæreditatem possit auferre, sicut literæ illæ, quæ uocantur testamentum, hæredem muniunt aduersus calumniatorem, ne tollat ei hæreditatem. Hoc facite, id est, calicem hunc bibite in meam cõmemorationem, ut scilicet nunquam sine

Anselmus.

1. Cor. 11. e.

Ex Ambrosio.

Ioan. 10. d.

Ioan. 6. f.

Nota.

Ibidem f.

Ex ambrosio.

quam sine memoria passionis meae bibatis eum, sed in mente habeatis, quia ego mortem pertuli pro uobis. Aut certe uos, qui sacerdotes estis, hoc facite quod ego nunc feci. id est, calicem uini consecrate, ut fiat sanguis meus. Hoc facite in meam commemorationem, ut in hoc facto sitis memores mei, & eorum quae pro uobis passus sum. Quotiescumque enim manducabitis &c. Exponit in quam commemorationem Christi debeamus celebrare, uel accipere sacramentum corporis, & sanguinis eius, scilicet in commemoratione mortis eius. Ideo (inquit) Quotiescumque &c. Mortem domini pro nobis factam annuntiabitis, id est, repraesentabitis, donec ipse ueniat ad iudicium, quia hoc sacramentum non mutabitur sicut sacramenta Iudaeorum. Significat finem saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore cōsociatur Ecclesia, quādiu bibitur quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, quum tradetur regnum Deo & patri, ut in illa perspicua cōtemplatione incōmutabilis ueritatis nullis mysterijs corporalibus egeamus. Itaque quicumque māducauerit &c. Quādoquidem autoritate domini Iesu probauimus panem illum esse corpus eius, & uinum sanguinem eius, atque celebrandum, uel accipiendum esse mysterium illud in cōmemorationem mortis ipsius. Itaque quicumque homo siue diues, siue pauper, siue clericus, siue laicus māducauerit panem domini &c. Indignè māducat, & bibit, qui hoc mysterium aliter celebrat, uel accipit, quā a Christo traditū. Ideo fit reus corporis, & sanguinis domini, id est, dabit poenas mortis domini. Indignè manducat, & bibit, qui sine debita reuerentia sacram eucharistiam percipit, qui non prius per poenitentiam purgatus, ad hoc sacramentum accedit. Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore accipiat quo debet poenitentiam agere. Fit igitur reus corporis, & sanguinis domini, id est, non purgationem, sed maculam culpae, pro qua pereat, trahit ex eo quod malè accipit bonum sacramentum corporis, & sanguinis domini. Nec sibi, si indignus accesserit, applaudat, quia cōtinuò damnatus non fuerit, quoniam multoties peccatoris supplicium differtur, sed occultum iudicium perordinatur. Nemo praesumat accedere indignus, sed homo, id est, rationabiliter agēs, probet, id est, discutiat, & examinet prius seipsum, qui etiam ex eo quod homo est sine peccato non est. Probet antea seipsum, id est, uitam suam inspiciat, & consideret an dignè possit accedere, uel non. Rarò enim potest inueniri quisquam ita magnus, & iustus, ut in eo per discussionem non inueniatur aliquid quod debeat eum a corpore, & sanguine domini retardare, nisi confessus fuerit illud, & per poenitentiam deleuerit. Probet se, & sic, id est, postquam se probauerit, edat de pane illo, & bibat de calice, quia tunc ei proderit. Ideo prius se discutiat, & purget, quia: Qui manducat, & bibit indignè, id est, sine sui examinatione, iudicium sibi manducat, & bibit. Indignè manducat, & bibit, qui uel aliquod graue peccatum, uel multa leuia commisit, & non confitetur ea, priusquam ad communionem accedat. Duobus etiam modis manducare, & bibere debemus hoc sacramentum, id est, ore cordis, & ore corporis. Nam qui solo ore corporis māducat, indignè manducat. Qui autem & ore corporis, & ore cordis accipit, ille dignè comedit. Qui indignè māducat, iudicium sibi manducat, id est, damnationem aeternam, quae nunc appellatione iudicij signatur, sicut & quum dominus ait: Qui uerò mala egerit, in resurrectionem iudicij: Iudicium sibi māducat, non alij, quia communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed confessione factorum. Nam si in factis malis non eis quisque cōsentiat, portat malus causam suam, & personam suam, & ideo boni debent tolerare malos. Iudicium sibi manducat, non quia mala res sit quam accipit, sed quia ille malus malè accipiendo ad iudicium accipit bonum quod accipit. Sicut enim Iudas cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo praebuit, sic indignè quisque sumens dominicum sacramentum non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit, aut quia non accipit, nihil acceperit. Corpus enim domini, & sanguis domini nihilominus est, sed ille accipit hoc non ad uitam, sed ad iudicium, quia non diiudicat corpus domini, id est, non discernit quā sit dignius omnibus creaturis hoc corpus, quod uidetur esse panis. Si enim cogitaret hoc corpus esse uerbo Dei personaliter unitum, & uitam, ac salutem eorum esse, qui hoc dignè accipiunt, non praesumeret indignus accipere, sed dignum se praepararet. Deuoto enim animo, & cum timore accedendum est ad illud, ut sciat se in eis ei reuerentiam debere, ad cuius corpus sumendum accedit, & diiudicet apud se cuius dignitatis sit illud corpus. Inde enim Apostolus nunc indignè dicit acceptum a Corinthiis, quia hoc non discernebant a ceteris cibis ueneratione singulariter debita. Cōtinuò quippe, quum dixisset, Iudicium sibi manducat, & bibit, addidit: Non diiudicās corpus domini. Non enim diiudicabāt illud, sed uelut quemlibet alium cibum indiscretè, negligenterque sumebant: Ideo inter uos multi infirmi &c. Quia indignè manducatis hoc corpus, & sanguinem bibitis, ideo sunt inter uos multi infirmi, qui graui morbo laegunt, & imbecilles, qui diuturna inualetudine torpēt. Et dormiunt etiā multi, id est, somno mortis sunt occupati. Ut uerum probaret, quia examen futurum est accipientium corpus domini, iam hinc imaginem iudicij ostendit in nonnullis, qui incōsideratè corpus illud acceperant, dum aegrotationibus, & lōgis inualetudinibus tenerentur, & multi morerentur, ut in his ceteri discerent se non impune corpus domini negligenter accipere, & paucorum exemplo, ceteri territi emendarentur, sciētes quia grauiore

1. Cor. 11. g.

Ioan. 5. c.

Ioan. 13. c.

1. Cor. 11. g.

grauiore poenas in futuro saeculo propter hanc culpam ipsi forent passuri, si non corrigerentur. Nam & adhuc propter huiusmodi causam multi homines post pascha uarijs infirmitatibus corripiuntur, quia corpus redemptoris indignè perceperunt.

De eodem eucharistiae sacramento.

Cap. XXIII.

DIUITIUS autem Augustinus tractatu 6. in Ioannem, hoc modo scribit: In bonis sancta ad salutem accipimus, & nemo dicit, non est sanctum. Et quid ait Apostolus: Qui autem manducat, & bibit indignè, iudicium sibi māducat, & bibit. Non ait, quia illa res mala est, sed quia ille malus malè accipiendo, ad iudicium accipit bonum, quod accipit. Non enim mala erat buccella, quae tradita est Iudae a domino. Absit. Medicus non daret uenenum. Salutem medicus dedit, sed indignè accipiendo, ad perniciem accepit, quia non pacatus accepit. Et tractatu 62. Scio (inquit) moueri posse nonnullos, siue pios, ut requirant, siue impios, ut reprehendant, quod posteaquam panem tinctum traditori suo dominus dedit, intrauit in illum sathanas, sic enim scriptum: Et quum intinxisset panem, dedit Iudae Simonis Iscariotae, & post panem, tunc introiuit in illum sathanas. Dicunt enim: Ita ne hoc meruit panis Christi porrectus de mensa Christi, ut post illum intraret in eius discipulum sathanas? Quibus respondemus hinc nos potius doceri, quā sit cauendum malè accipere bonum, Multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur, nam & bona obfunt, & mala profunt, sicut fuerint quibus dantur: Peccatum (inquit Apostolus) ut appareat peccatum, per bonum mihi operatus est mortem: ecce per bonum factum est malum, dum malè accipitur bonum: Itemque ipse ait: In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, Angelus sathanas, qui me colaphizet, propter quod ter dominum rogavi, ut auferret eum a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ecce per malum factum est bonum, dum bene accipitur malum. Quid ergo miraris, si datus est Iudae panis Christi, per quem manciparetur diabolo, quum uideas e contrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perfecteretur in Christo, ita & malo bonum obfuit, & malum bono profuit. Recordamini unde sit scriptum: Quicumque māducauerit panem, aut biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis domini. Et de his erat sermo, quum hoc Apostolus diceret, qui domini corpus uelut alium cibum quemlibet indiscretè, negligenterque sumebat, Hic ergo si corripitur, qui non diiudicat, hoc est, non discernit a ceteris cibis dominicum corpus, quomodo non damnatur qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia cōuiuantis, qua poena percutitur uenuditor inuitantis? Quid erat autem panis traditori datus, nisi demonstratio cuius gratiae fuisset ingratus? Intrauit autem sathanas post hunc panem, in domini traditorem, ut sibi iam traditum plenius possideret, in quem prius intrauerat, ut deciperet. Neque enim non in illo erat, quando perrexit ad Iudaeos, & de precio tradendi dominum pactus est, quum hoc apertissime Lucas Euāgelista testetur, & dicat: Intrauit autem sathanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim, & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum. Ecce ubi ostenditur, quod iam intrauerat sathanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius cogitationem, qua traderet Christum. Talis enim iam uenerat ad coenandum, nunc autem post panem intrauit in eum, non ad hoc, ut alienum tentaret, sed ut proprium possideret, non autem, ut putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit, Intelligendum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat dominus sacramentum corporis, & sanguinis sui, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat, ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationem Ioannis, apertissime dominus per buccellam tinctam, atque porrectam, suum exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionem illius significans fictionem. Non enim omnia quae tinguntur, abluuntur, sed ut inficiantur nonnulla tinguntur: si autem bonum aliquid hic significat tinctio, idem bonum ingratum non immerito est secuta damnatio. Adhuc tamen Iuda possessio, non a domino, sed a diabolo, quum homini ingrato intrasset panis in uentrem, hostis in mentem, adhuc (inquam) tanti mali iam corde cōcepti, plenus restabat effectus, cuius iam praecesserat damnandus affectus. Itaque quum dominus panis uiuus panem mortuo tradidisset, & panem tradendo panis traditorem ostendisset, Quod facis (inquit) fac citius.

Augustinus.

1. Cor. 11. g.

Ioan. 13. c.

Ibidem.

Romañ. 7. c.

2. Cor. 12. b.

1. Cor. 11. g.

Lucæ 22. d.

De eadem eucharistia.

Cap. XXV.

DIUITIUS autem Augustinus in epistola ad Ianuarium, hoc pacto scribit: Dixerit aliquis non quotidie accipiendam eucharistiam, quoniam (inquit) eligendi sunt dies, quibus purius homo, continentiusque uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducauerit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Alius contra: Imò (inquit) si tenta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, autoritate antistitis debet quisque ab altario remoueri

Augustinus.

1. Cor. 11. g.

c c ad agendum

ad agendam poenitentiam, non ut arbitrio suo, quum libet, uel auferat se communioni, uel reddat. Coeterum si peccata tanta non sunt, ut excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet à quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quisquam dirimit litem, qui monet ut praecipue in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus, & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri praeposuit, Zacheus, & ille Centurio, quum alter eorum gaudens in domum suam susceperit dominum, alter dixerit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum, ambo saluatorem honorificantes diuerso, & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo manna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusque Christiani sacramentum illud quomodo sumatur, aestimandum. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet ullo die praetermittere. Cōtemptum solum non uult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim & Apostolus indignè dicit acceptum ab eis qui non discernebant à coeteris cibus ueneratione singulariter debita. Continuo quippe quum dixisset: Iudicium sibi manducat, & bibit, addidit ut diceret: Non diiudicans corpus, quod satis toto ipso loco in epistola ad Corinthios prima, si diligenter attendatur, apparet. Et infra: Prima ergo inquisitio tua, quam in cōmonitorio posuisti, quærit quid per quintam feriam ultimæ hebdomadis paschæ fieri debeat, an offerendū sit manè, & rursus post coenam, propter illud quod dictum est: Similiter postquā coenatum est, an ieiunandum, & post coenam tātummodo offerendum, an etiam ieiunandum, & post oblationem, sicut facere solemus, coenandum. Ad hæc itaque ita respōdeo, ut quid horum sit faciendum, si diuinæ scripturæ præscribit autoritas, non sit dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus, ut iam non quomodo faciendum, sed quomodo sacramentum intelligendum sit, disputemus. Similiter etiam si quid horum tota die per orbem frequentat Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendum sit, disputare insolentissimæ infantiæ est. Sed neque hoc, neque illud est in eo, quod tu quæris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit, quod per loca, regionesque uariatur. Faciat ergo quisque quod in ea Ecclesia, in quam uenit, inuenit. Non enim quicquam eorum cōtra fidem sit, aut contra mores hinc, uel inde meliores. His enim causis, aut propter fidem, aut propter mores, uel emendari oportet quod perperam fiebat, uel institui quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio cōsuetudinis etiam quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutum esse multis locis, ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est identidem: Et calicem accipiens post coenam dicens &c. Ipsam enim potuit appellare coenam, qua iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namque alibi dicit: Cōuenientibus ergo uobis in unum, non est dominicam coenam manducare, hæc ipsam acceptionem eucharistiæ dominicam coenam uocans. Illud magis mouere potuit homines, utrum iam refectioni die illa, uel offerrent, uel sumerent eucharistiam, quod in Euangelio dicitur: Quum autem illi manducarent, accepit Iesus panem, & benedixit, quum etiam superius dixisset: Quum sero factum esset, recubebat cum duodecim, & manducantibus dixit, quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum. Et liquidò apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus, & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Nunquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ Ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi, aut coenati fratres ad illud sacramentum accipiendum, cōuenire debent, aut sicut faciebāt, quos Apostolus arguit, & emendat, mensis suis ista miscere. Nanque saluator, quod uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionē digressurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc honorem, Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morē nemo uariasset. Quum uerò ait Apostolus de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres, quum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis, statim subtexit: Coetera autem quum uenero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuarer, quem uniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nullam morum diuersitate uariatur. Et libro de fide ad Petrum unico, capite decimonono: Firmissime (inquit) tene, & nullatenus dubites, ipsum unigenitum Deum uerbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odorem suauitatis, cui cum patre, & spiritu sancto à patriarchis, prophetis, & sacerdotibus tempore ueteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc, id est, tempore noui testamenti, cum patre, & spiritu sancto, cum quibus illi est una diuinitas sacrificium

Lucæ 19. d.
Matth. 8. d.

1. Cor. 11. g.

Matth. 26. c.
1. Cor. 11. d.

Matth. 26. d.
Matth. 26. b.

Sacramentū ut
à ieiunis sumatur,
placuit spiritui
sancto.

1. Cor. 11. g.

Ephes. 5. d.

sacrificium panis, & uini in fide, & charitate, sancta Ecclesia catholica per uniuersum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio, atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem Deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs quid uobis esset donandum figuratè significabatur. In hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificijs prænuñciabatur filius Dei pro impijs occidendus, in hoc autem pro impijs annunciatur occisus, testate Apostolo, quia Christus, quum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impijs mortuus est, & quia quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et in enarratione psalmi 98. exponens illum uersum, Et adorare scabellū pedum eius: Suscepit (inquit) de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum domini, & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Nunquid autem caro uiuificat, ipse dominus dixit, quum de ipsa commedatione eiusdem terræ loqueretur: Spiritus est qui uiuificat, caro autem nihil prodest. Ideo & ad terram quamlibet, quum te inclinas, atque prosternis, non quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellū est, quod adoras, propter ipsum enim adoras. Ideo & hic subiecit: Adorate scabellum pedū eius, quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius amore adoras scabellum pedum eius. Et quū adoras illum, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu non uiuificeris. Spiritus enim (inquit) uiuificat, caro autem nihil prodest. Tunc autem quādo hoc dominus commedauit, de carne sua locutus erat, & dixerat: Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit in se uitam æternam. Scandalizati sunt quidam discipuli eius septuaginta ferme, & dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo, & amplius cum eo non ambulauerunt. Durum illis uisum est quod ait: Nisi quis manducauerit carnem &c. Acceperunt illud stultè, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt, quod præcisurus esset dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis. Et dixerunt: Durus est hic sermo. Ipsi erant duri, non sermo. Etenim si duri non essent, sed mites essent, dicerent sibi: Non sine causa dicit hoc, nisi quia est ibi aliquod sacramentum latens, manerent cum eo lenes, non duri, & discerent ab illo quod illis discedentibus, qui remanserunt, didicerunt. Nam quum remansissent cum illo discipuli duodecim, illis recedentibus, suggererunt illi tanquam dolentes illorum mortem, quod scandalizati sunt in uerbo eius, & recesserunt. Ille autem instruxit eos, & ait illis: Spiritus est qui uiuificat, caro autem nihil prodest. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus est, & uita. Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sum, qui me crucifigent. Sacramentum uobis aliquod commendauit, spiritualiter intellectum uiuificabit uos. Et si necesse est illud uisibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter intelligi. Et libro de trinitate quarto, capite decimoquarto: Quis tam iustus, & sanctus sacerdos, quàm unicus filius Dei, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana uita, quæ adduntur? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur, quàm humana caro? Et quid tam aptū huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis uitijs mortalium, quàm sine ulla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero, & ex utero uirginali? Et quid tam graue offerri, & suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri? Ut quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus, uerusque mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat.

Act. 20. f.

Romani. 5. d.

Psal. 98. d.

Ioan. 6. g.

Ioan. 6. f.
Ibidem.

Ioan. 6. g.

De uirtute sacramenti corporis, & sanguinis Christi, & comparatione per excessum ipsius ad manna, & ad aquas petrae, & de probatione per plurima exempla, quod corpus Christi, quod accipimus, non panis sit, sed caro, quæ ex uirgine nata, quæ crucifixa, quæ sepulta fuit.
Cap. XXVI.

Diuus autem Ambrosius libro de his, qui iniantur mysterijs, capite nono, hoc pacto scribit: Considera nunc, utrum præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ utique corpus est uitæ. Manna illud è cœlo, hoc supra cœlum, illud cœli, hoc domini cœlorum, illud corruptibile, illud incorruptibile.
Caro Christi, corpus uitæ.

cc ij ptiou

Corpus Christi alienū ab omni corruptione. Sanguis Christi te diluit i eter num. *Aqua de petra, umbra & figura sanguis Christi fuit.* 1. Cor. 10. b. *Benedictio, sicut ue consecratio maioris est uirtutis quam natura, quae benedictione mutatur.* Exo. 7. b. *Ibidem c. & d.* Exo. 14. e. *Iosue 3. d.* *Numeri 20. b.* Exo. 15. d. *4. Reg. 6. a & b.* *1. Reg. 13. f.* *Psal. 148. a.* *Corpus quod conficimus, ex uirgine est prae ter naturae ordinem.* *Matth. 26. c.* *Cantic. 4. c.* *Cantic. 5. a.* *Ibidem.*

ptioni obnoxium, si in diem alterum seruari etur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis est Christo. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in aeternū. Iudaeus bibit, & sitit, tu quum biberis, sitire non poteris. Et illud in umbra, hoc in ueritate. Si illud quod miraris umbra est, quantum istud est, cuius & umbram miraris? Audi quia umbra est, quae apud patres facta est. Bibebant (inquit) de consequenti petra, petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum complacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Haec autem in figuram facta sunt nostri. Cognouisti praestantiora? Potior etenim lux, quam umbra, ueritas, quam figura, corpus auctoris, quam manna de caelo. Fortè dicas: Aliud uideo, quomodo tu mihi asseris, quod Christi corpus accipiā? Et hoc nobis adhuc superest ut probemus. Quātis igit utimur exemplis? Probemus nō hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio cōsecrauit, maiorēq; uim esse benedictionis, q̄ naturae, quia benedictione etiā natura ipsa mutat. Virgā tenebat Moyses, proiecit eā, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudā serpētis, & in uirgā naturā reuertit. Vides igit prophetica gratia, bis mutatā esse naturā, & serpētis, & uirgā. Currebāt Aegypti flumina puro aquarū meatu, subito de fontiu uenis sanguis coepit erūpere. Nō erat potus in fluuijs. Rursus ad prophetā preces, cruor cessauit fluminū, aquarū natura remeauit. Circūclusus undiq; erat populus Iudaeorū, hinc Aegyptijs uallatus, inde mari clausus. Virgam leuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem congelauit, atq; inter undas uia pedestris apparuit. Jordanis retrorsum cōuersus, contra naturā in sui fontis reuertitur exordium. Nōne claret naturam, uel maritimorum fluctuum, uel fluuiālis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit. Nūquid non praeter naturam operata est gratia, ut aquam uomeret petra, quā non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, ut sitiens populus bibere non posset, misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. Sub Helisaeo propheta, uni ex filijs prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est, rogauit Helisaeum qui amiserat ferrum, misit etiā Helisaeus lignum in aquam, & ferrum natauit, utiq; & hoc praeter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quam aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris esse uirtutis gratiā, quam naturā, & adhuc tamen propheticā benedictionis numeramus gratiā. Quod si tātum ualuit humana benedictio, ut naturā conuerteret, quid dicimus de ipsa cōsecratione diuina, ubi uerba ipsa domini saluatoris operatur? Nā sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone cōficitur. Quod si tantum ualuit sermo Helisae, ut ignē de caelo deponeret, nō ualebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt in id mutare quod non erāt? Non enim minus est nouas res dare, quam mutare naturas. Sed quoad argumentis utimur? Suis utamur exemplis, incarnatio nisq; astruamus mysterij ueritatem. Nunquid naturae usus praecessit, quum Iesus dominus ex Maria naceretur? Si ordinē quærimus, uero mixta foemina generare cōsueuerat. Liqueat igitur, quod praeter naturae ordinem uirgo generauit, & hoc, quod cōficimus corpus, ex uirgine est. Quid hīc quæris naturae ordinem in Christi corpore, quum praeter naturā sit ipse dominus Iesus partus ex uirgine? Vera utiq; caro Christi, quae crucifixa est, quae sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: Hoc est corpus meū. Ante benedictionem uerborū celestium, alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit, sanguinem suum, ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nūcupatur. Et tu dicis Amē, hoc est, uerum est, quod os loquitur, mēs interna fateatur, quod sermo sonat, affectus sentiat. Hīs igitur sacramentis pascit Ecclesiam suā Christus, quibus animae firmatur substantia. Meritoq; uidens profectū suae gratiae continentem, dicit ad eā: Quam decora facta sunt ubera tua soror mea spōsa, quam decora facta sunt à uino. Et odor uestimentorū tuorū super omnia aromata. Fauus distillās labia tua sponfa, mel, & lac sub lingua tua, & odor uestimētiorū tuorū, sicut odor Libani. Hortus conclusus soror mea, sponfa mea, hortus conclusus, fons signatus. Quo significat signatū debere apud te manere mysteriū, ne uioletur operibus malae uitae, atq; adulterio castitatis, ne diuulgetur quibus nō conuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona debet ergo fidei tuae esse custodia, ut intemerata uita, ac silētij integritas perseueret. Vnde & Ecclesia altitudinē seruās mysteriorū celestiu, reijcit à se grauiores uenti procellas, & inuitat uernāis gratiae suauitatē, & scies, quod hortus suus Christo displicere non possit, aduocat ipsum spōsum, dicens: Exurge aquilo, & ueni auster, perfla hortū meū, & fluāt unguenta mea. Descēdat frater meus in hortū suū, & edat fructū pomiferarū suarū. Bonas enim arbores, & fructiferas habēt, quae radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo, & in bonos fructus nouae foecūditatis germine pullulauerint, ut non iam prophetica caedantur securi, sed Euangelica ubertate foecūdentur. Deniq; fertilitate earum dominus delectatus, respōdet

tus, respondet: Ingressus sum in hortum meum soror mea sponfa, uindemiaui myrrham cum unguentis meis. Manducaui cibum meum cum melle meo, bibi potum meum cum lacte meo. Quare cibum, & potum dixerim, fidelis intellige. Illud autem non dubium, quod in nobis ipse manducat, & bibit, sicut in nobis legisti, quia in carcere se esse dicit. Vnde & Ecclesia uidens tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur proximos, ut sacramenta concurrant, dicens: Edite proximi mei, & bite, & inebriamini charissimi mei. Quid edamus, quid bibamus, alibi tibi per prophetā spiritus sanctus expressit, dicens: Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo. In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi, non ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait: Quia patres nostri escā spiritalem manducauerūt, & potum spiritalem biberunt. Corpus enim Dei, corpus est spiritale. Corpus Christi, corpus est diuini spiritus. Quia spiritus Christi, ut legimus: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Et in Petri epistola habemus: Christus pro nobis mortuus est. Deniq; cor nostrum esca ista cōfirmat, & potus iste laetificat cor hominis, ut propheta memorauit, unde adepti omnia scimus regeneratos nos esse. Nec dicamus quomodo regenerati sumus, nunquid in uentrem matris nostrae introiuimus, & renati sumus? Non agnosco usum naturae. Sed nullus hīc naturae ordo, ubi excellētia gratiae. Deniq; non semper usus naturae regenerationem facit. Generatum ex uirgine Christum dominum confitemur, & naturae ordinem denegamus. Non enim ex uiro Maria concepit, sed de spiritu sancto in utero accepit, ut dicit Matthaeus: Quia inuēta est in utero habens de spiritu sancto. Si ergo superueniens spiritus sanctus in uirginem, conceptionem operatus est, & generationis munus impleuit, non utiq; dubitandum est, quod superueniens in fontem, uel super eum, qui baptismum consequitur, ueritatem regenerationis cooperetur.

Quod Deus amplius praestiterit fidelibus in sacramento, quam Iudaeis in manna, & de significatione oblationis Melchisedech. Cap. XXVII.

Libro autem de sacramentis 4. cap. 3. hoc pacto scribit: Venisti ad altare, uidisti sacramenta posita super altare, & ipsam quidem miratus es creaturā. Tamen creatura solennis, & nota. Fortè aliquis dixerit: Iudaeis Deus tantā gratiā praestitit, manna illis pluit è caelo. Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit his, quibus plus promisit? Accipe quae dico, anteriora esse mysteria Christianorū, quam Iudaeorū, & diuiniōra esse sacramēta Christianorū, quam Iudaeorū. Quomodo? Accipe. Iudaei quādo esse coeperūt? Ex Iuda utiq; pronepote Abraham, aut si uis, & sic intellige, ex lege, quam Iudaei accipere meruerūt. Ergo ex pronepote Abraham Iudaei dicti sunt, tempore sancti Moyfi. Et si tunc Deus Iudaeis manna murmurātibus pluit è caelo, tibi autem sacramentorum horū figura praecessit, quādo Abraham erat, quādo uernaculos trecentos decē, & octo collegit, & ibi persecutus est aduersarios, de captiuitate eruens nepotem suū. Tūc uictor uenit, occurrit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panē, & uinum. Quis habuit panem & uinum? Abraham nō habuit. Sed quis habuit? Melchisedech. Ipse ergo autor sacramentorum. Quis est Melchisedech, qui significatur rex iustitiae, rex pacis? Quis est iste rex iustitiae? Nūquid homo quisquā potest esse iustitiae? Quis ergo rex iustitiae, nisi iustitia Dei, qui est Dei pax, Dei sapientia? Qui potuit dicere: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ergo primo intellige sacramēta haec, quae accipis, anteriora esse, quam sint Moyfi sacramēta, quaecūq; Iudaei habere se dicūt, & prius coepisse populū Christianū, quā coepisse populū Iudaeorū. Sed nos in praedestinatione, illum in nomine. Obtulit ergo Melchisedech panē, & uinū. Quis est Melchisedech? Sine patre (inquit) sine matre, sine generationis ordine, neq; inītiū dierū, neq; habens finē uitae. Hoc habet apud Hebraeos epistola: Sine patre (inquit) est, sine matre, similis autē filio Dei. Sine matre natus est Dei filius generatione celestī, quia ex solo Deo patre natus est. Et iterum sine patre natus est, quādo natus ex uirgine est. Non enim ex uirili semine generatus est, sed natus de spiritu sancto ex uirgine Maria, utero aeditus uirginali. Similis per omnia filio Dei. Sacerdos quoq; erat Melchisedech, quia & Christus sacerdos, cui dicitur: Tu es sacerdos in aeternū, secundū ordinē Melchisedech. Et cap. 4. Ergo autor sacramentorū quis est, nisi dñs Iesus? De caelo ista sacramēta uenerūt. Cōsiliū enim omne de caelo est. Verè autē magnū est, & diuinū miraculū, quod populo pluit Deus māna de caelo, & non laborabat populus, & manducabat. Tu fortè dicis: Meus panis est usitatus, sed panis iste panis est ante uerba sacramentorū, ubi accesserit cōsecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? Cōsecratione. Cōsecratio igitur quibus uerbis est, & cuius sermonibus? Dñi Iesu. Nā reliqua omnia, quae dicunt, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Vbi uenitur ut cōficiatur uenerabile sacramentū, iam nō suis sermonibus sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc cōficit sacramentū. Quis sermo Christi? Nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit dominus, & factū est caelum. Iussit dominus, & facta est terra. Iussit dominus, & facta sunt maria. Iussit dominus, omnis creatura

generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tãta uis est in sermone domini Iesu, ut inciperet esse, quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud cõmutentur. Cœlum nõ erat, mare nõ erat, terra nõ erat. Sed audi dicentem: Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Ergo tibi ut respõdeam, nõ erat corpus Christi ante cõsecrationem, sed post cõsecrationem dico tibi, quod iam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est, ipse mandauit, & creatum est. Tu ipse eras, sed eras uetus creatura, postea quàm consecratus es, noua creatura esse cõpisti. Vis scire quàm noua creatura? Omnis (inquit) in Christo noua creatura. Accipe ergo quemadmodum sermo Christi creaturã omnem mutare cõsueuerit, & mutat, quãdo uult instituta naturã. Quomodo requiris? Accipe. Et primo omnium de generatione eius sumamus exemplum. Cõsuetudo est, ut nõ generetur homo, nisi ex uiro, & muliere, & cõsuetudine cõiugali. Sed quia uoluit dominus, qui hoc elegit sacramentum, de spiritu sancto, & uirgine natus est Christus, hoc est, mediator Dei, & hominũ, homo Christus Iesus. Vides ergo quia contra instituta, & ordinem, homo est natus ex uirgine. Accipe aliud. Vrgebatur populus Iudæorũ ab Aegyptijs, interclusus erat mari. Diuino imperio uirga Moyses tetigit aquas, & se unda diuisit, nõ utiq; secundum suã naturã cõsuetudinem, sed secundũ gratiã cœlestis imperij. Accipe aliud. Sitiēbat populus, ueniebat ad fontem, amarus erat fons, misit lignum sanctus Moyses in fontem, & factus est dulcis fons, qui amarus erat, hoc est, mutauit cõsuetudinem naturæ suæ, accepit dulcedinẽ gratiæ. Accipe & quartum exemplum. Ceciderat ferrũ securis in aquas, quasi ferrũ sua cõsuetudine demersum est, misit lignũ Helisæus, statim ferrum eleuatum est, & aquis supernatauit, utiq; contra cõsuetudinem ferri. Est enim materies grauior, quàm aquarum est elemētum. Ex his igitur omnibus nõ intelligis quãtum operetur sermo cœlestis? Si operatus est in fonte terreno, si operatus est sermo cœlestis in alijs rebus, nõ operatur in cœlestibus sacramētis? Ergo didicisti quod ex pane corpus fiat Christi. Et quod uinum, & aqua in calicẽ mittitur, sed sit sanguis consecratione uerbi cœlestis. Sed forte dicis: Speciem sanguinis nõ uideo. Sed habet similitudinẽ. Sicut enim in ortis similitudinẽ sumpsi, ita etiam similitudinẽ preciosi sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis corpus est Christi. Et capite 5. Vis scire quia uerbis cœlestibus cõsecratur. Accipe quæ sunt uerba. Dicit sacerdos: Fac nobis (inquit) hãc oblationẽ ascriptã, rationabilem, acceptabilem: Quod est figura corporis, & sanguinis dñi nostri Iesu Christi, qui pridie quàm pateret, in sanctis manibus suis accepit panem, respexit ad cœlũ, ad te sancte pater æterne Deus gratias agēs, benedixit, fregit, fractumq; Apostolis suis, & discipulis suis tradidit, dicēs: Accipite, & edite ex hoc omnes. Hoc enim est corpus meum, quod pro multis cõfringetur. Similiter etiã calicem, postq; cõnatũ est, pridie q; pateretur accepit, respexit ad cœlũ, ad te sancte pater omnipotens æterne Deus gratias agens, benedixit, Apostolis, & discipulis suis tradidit, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, Hic est enim sanguis meus. Vide, omnia illa uerba Euãgelistæ sunt usq; ad, Accipite siue corpus, siue sanguinẽ. Inde uerba sunt Christi: Accipite, bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie (inquit) quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Ante q; cõsecratur, panis est, ubi autẽ uerba Christi accesserint, corpus est Christi. Deniq; audi dicentem: Accipite, & edite ex eo omnes, hoc est corpus meũ. Et ante uerba Christi, calix est uini, & aqua plenus, ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. Ergo uidete quãtis generibus potens est sermo Christi uniuersa conuertere. Deinde ipse dñs Iesus testificatur nobis, quod corpus suũ accipiamus, & sanguinẽ. Numquid debemus de eius fide, & testificatione dubitare? Iam redi meũ ad propositionẽ meã. Magnũ quidem, & uenerabile, quod manna Iudæis pluit e cœlo. Sed intellige. Quid est amplius manna de cœlo, an corpus Christi? Corpus Christi utiq; qui autor est cœli. Deinde manna qui manducauit, mortuus est. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorũ, & non morietur in æternum. Ergo nõ ociose tu dicis: Amen, iam in spiritu cõsistens, quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi, & tu dicis: Amen, hoc est, uerũ. Quod cõsistetur lingua, teneat affectus. Et cap. 6. Vt scias autẽ hoc esse sacramentũ, huius figura antẽ præcessit. Deinde quantũ sit sacramentum, cognosce. Vide quid dicat: Quotiescunq; hoc feceritis, totiens cõmemorationem mei facietis, donec iterũ adueniam. Et sacerdos dicit: Ergo memores eius gloriosissimæ passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlũ ascensionis, offerimus tibi hãc immaculatã hostiã, rationabilem hostiã, incruentã hostiã, hunc panẽ sanctũ, & calicem uitæ æternæ, & petimus, & precamur, ut hãc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorũ tuorũ, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiũ patriarchæ nostri Abraham, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Ergo quotiescunq; accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiescunq; accipimus, mortem domini annunciamus. Si mortẽ annunciamus, annunciamus remissionem peccatorũ. Si quotiescunq; effunditur sanguis, in remissionẽ peccatorũ funditur, debeo illũ semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

Qua ratione

Qua ratione in calice aqua admisceatur uino, & de mysterio illius. Cap. XXVIII.

Libro autẽ quinto de sacramentis, cap. 1. hoc modo scribit, Audi homo quid dicat Paulus Apostolus ad Hebræos: Vbi sunt qui filium Dei dicunt esse de tempore? De Melchisedech dictum est, quia neq; initium, neq; finem dierum habet. Si Melchisedech nõ habet initium dierum, num Christus habere potuit? Sed nõ est plus figura, quàm ueritas. Vides ergo quia ipse primus, & nouissimus. Primus, quia autor est omnium. Nouissimus, nõ quod finẽ inueniat, sed quod uniuersa concludat. Diximus ergo, quod in altari constituatur calix, & panis. In calice (inquit) mittitur uinum. Et quid aliud? Aqua. Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedech panem, & uinum obtulit? Quid tibi uult admixtio aquæ? Rationem accipe. Primo omnium: Figura, quæ antẽ præcessit tempore Moyse, quid habet? Quia quũ sitiret populus Iudæorũ, & murmuraret, quod aquam inuenire non posset, iussit Deus Moysi, ut tangeret petram de uirga. Tetigit petrã, & petra undam maximam fudit, sicut Apostolus ait: Bibebant autem de consequenti petra, petra autem, erat Christus. Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est propheta, uirga, hoc est uerbum Dei: Sacerdos uero Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salt in uitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Accipe & aliud. In tempore dominicæ passionis, quum sabbatum magnum instaret, quia uiuebat dominus noster Iesus Christus, uel latrones, missi sunt, qui percuterent eos, uenientes inuenerunt defunctum dominum Iesum Christum, tunc unus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit, & sanguis. Aqua, ut emundaret, sanguis, ut redimeret. Et de latere eius, quia unde culpa, inde gratia. Culpa per foeminam, gratia per dominum Iesum Christum. Et capite tertio. Ergo uenisti ad altare, accepisti corpus Christi. Audi dicentem sanctum Dauid: Dominus (inquit) pascit me, & nihil mihi deerit &c. usq;. Ipsa me consolata sunt. Virga imperium, Baculus passio est, hoc est, æterna diuinitas Christi, sed etiam passio corporalis. Illa creauit, hæc redemit. Parasti in conspectu meo mensam &c. Venisti ergo ad altare, accepisti gratiam Christi. sacramenta es cœlestia consecutus. Et libro. 6. cap. 1. Sicut uerus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita uera caro (sicut ipse dixit) quam accipimus, & uerus est potus, sed forte dicas, quod dixerunt tunc temporis etiam discipuli Christi audientes dicentem: Nisi quis manducauerit carnem meam &c. Forte dicas: Quomodo uera qui similitudinẽ uideo, non uideo sanguinis ueritatem? Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur, ut possit mutare, & cõuertere genera, instituta naturã. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes, quod carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, recedebant, solus tamen Petrus dixit: Verba uitæ æternæ habes, & ego à te quo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, ueluti quidã esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudinẽ quidem accipis sacramentum, sed uerẽ naturã gratiam, uirtutemq; consequeris. Ego sum (inquit) panis uiuus, qui de cœlo descendit. Sed caro non descendit e cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex uirgine. Quomodo ergo descendit panis de cœlo, & panis uiuus? Quia idem dominus noster Iesus Christus consors est, & diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis panem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris alimento. Et Rupertus exponēs illud Geneleos, At uero Melchisedech rex Salem proferens panem, & uinum, Erat enim sacerdos altissimi &c. Nec (inquit) de Melchisedech dubium, uel incongnitum uinquam est, quin Christum significet, cui (sicut ait spiritus sanctus in Dauid) iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Christus rex iustitiæ, rex Salem, id est, pacis, rex (inquam) idemq; pōtifex magnus illorum tallum hominum diebus natus, sacerdotio suo functus est secundum ordinem Melchisedech. Protulit enim panẽ, & uinũ, dicens: Hoc est corpus meũ, Hic est sanguis meus. Et hic obtulit semetipsum pro fidei Abraham uerũ sacrificiũ, & benedixit ei. Per suũ enim sanguinẽ, benedictionẽ, id est, peccatorũ remissionẽ, acq; sicut illi, imò & oibus electis, qui expectauerũt eũ ab origine mudi. Apostolus præsentis loci memor, Hic em̄ (inquit) Melchisedech qui obtulit Abraham reuerfo à cæde regũ, & benedixit ei, cui decimas omniũ diuisit Abraham. Primũ quidẽ, quia interpretat rex iustitiæ, deinde autem & rex Salẽ, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neq; initiũ dierum, neq; finem uitæ habēs, assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternũ. Hæc, & cõetera, quæ subiungit idem Apostolus, occasionem suspitionis malẽ intelligẽtibus præbuerunt, ut putarent hunc Melchisedech non hominem fuisse, sed Angelum, aut certẽ (quod dementius erat) ipsum qui sub hominis figura uisus sit, esse spiritum sanctum. Verum aliq; quàm multi in hoc unũ consenserũt, ut dicerent eum hominẽ fuisse Chananaũ, regem urbis Hierosolymæ, quæ prius Salem, postea Iebus, ad extremum Hierusalem appellata sit. Nec mirũ (inquiunt) si sacerdos Dei altissimi describatur absq; circuncisione, & legalibus ceremonijs, & genere Aaron, quum Abel quoque, & Enoch, & Noẽ

c c iij & Noẽ

Psal. 149. a.

2. Cor. 5. d.

1. Timot. 2. b.
Exo. 14. e.

Exo. 15. d.

4. Reg. 6. a.
b.

Roman. 6. a.

Similitudinẽ
preciosi sanguinis
bibis, id est,
uerum Christi
sanguinem non
in propria specie,
sed in uini
specie.
Matth. 26. c.

Matth. 26. c.

Corpus Christi
amplius e quàm
mãna de cœlo.

Lucæ 22. b.
1. Cor. 11. f.

1. Cor. 11. f.

Heb. 7. a.

Melchisedech
qualis fuerit, &
q; fuit Christi
figura.

Apoc. 1. a.
Esa. 41. b. &
44. a.

Aqua cur in ca
lice miscetur.

Num. 20. b.
1. Cor. 10. b.

10an. 19. f.

Psal. 22. a.

Virga, imperiũ.
Baculus, passio.

10an. 6. f.

10an. 6. g.

10an. 6. e.

Rupertus.
Gen. 14. b.

Psal. 109. a.

Matth. 26. c.

Heb. 7. a.

Melchisedech
fuit homo, &
non Angelus,
aut spiritus san
ctus, neq; filius
Dei in persona,
sed in figura.

Salem, Iebus,
Hierusalem.

ubiq; terrarum paratam omnibus pusillis, & magnis significat copiam, ut de seipso magnus propheta dicit: Parasti in conspectu meo mensam. Et de nobis, licet minimis: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirit eum, uiuent corda eorum in seculum seculi. Et cap. 11. Egredietur (inquit) populus &c. Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, ut colligamus quantum sufficere potest. Vnde egrediemur: De pristina conuersatione, de uetustate uitae. Nondum enim deposito uetere homine, non est nobis hoc manna colligere, non est nobis hunc panem dominicum manducare. Praeterea si dignè manducare cupimus, ab omni curiositate corpori sensus egrediamur, ut uidelicet in uisu, gustu, odoratu, & tactu diiudicandum non esse arbitremur, an uerè sit corpus Christi, an uera sit caro, id quod sumimus. Nam istis permanentibus colore, odore, atq; sapore, est quod sufficiat fidei, quod satis sit catholicae pietati: Spiritus est (inquit) qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Verba quae locutus sum uobis, spiritus, & uita sunt. Verba fidei, uerba ueritatis, sufficit prolata esse super substantiam panis, & uini, ut inspiretur spiritus, & uita aeterna creaturis inanimatis, quamuis species exterior non mutetur in illis, sufficit (inquam) ad salutem credentis, ad uitam dignè percipientis. Tantum ergo unusquisq; colligat, quia tantum sufficit. Colligat unusquisq; quae sufficiant, id est, credat uerba domini spiritum esse, & uitam, & per ea panem, & uinum, exteriori specie non mutata, transferri in uera uiuentis corporis, & sanguinis Christi substantiam. Nam mutari uisibiliter in speciem nouam, id est, hoc in uinum carnem, illud in sanguinis horrorè, non prodest quicquam, imò, & infidum est. Et cap. 12. Ut tentem eum &c. Ut de hoc spiritali cibo, & potu tentemur nos, aequum est, manifesta defendit ratio. Tentatus est enim homo à diabolo, & uictus est, tentetur à Deo, ut illius tentatoris fraudem uincat, & tali antidoto iuxta naturam morbi cõpenter uitae suae subueniat. Proinde tentetur à Dei filio, dicente de pane, & uino: Comedite. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Comedite, & eritis filij Dei. Credamus ergo uerbo eius plusquam oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exteriori panis, & uini speciem intuemur, & ita iniquam credulitatem parentum nostrorum pia credulitate in nobismetipsis euacuemus.

De eodem manna ex eodem Ruperto.

Cap. XXX.

ET cap. 13. idem Rupertus hoc pacto scribit, Die autè sexta &c. Neq; (inquit) qui nunc baptisum perdit, illic aliud inuenire poterit, neq; is, qui nunc corpus dominicum manducare, & sanguinem bibere indignè praesumpserit, uel omnino contempserit, illic inueniet hostiam, quam pro peccatis suis offerre, uel in remissionem peccatorum sumere possit. Proinde quod hac sexta aetate paramus, duplum sit, quam dudum colligere solebat populus Dei, nam ille solam literam legens, Deum coluit, nobis, quia uerbum caro factum est, Deus, & homo Christus colendus, & adorandus est. Et cap. 14. Vespere scietis &c. Quid per carnes, nisi uetera sacrificia, quid per manna, nisi nouum sacrificium accipimus? Etenim illa dominus sacrificia permisit fieri, non iussit, hoc autem nouum corporis, & sanguinis sui sacrificium per semetipsum tradidit, & hoc facite in memoriam meam, dixit. Rectè igitur saturitatem panis prius ipse dominus, & deinde Moyses pollicitus est. Quid autem per uesperam, nisi uetustam uitam, quid per mane, nisi nouam nouae uitae claritatem intelligimus? Ad uesperam (inquit Psalmista) demorabitur fletus, & ad matutinum laetitia. Nam quia circa uesperam primus Adam inobediens cõuictus, & iudicatus, in hanc mortalitatem deuenit, matutino autem nouus Adam, obediètia peracta, ad immortalitatem, atq; incorruptionem resurrexit, rectè hic per uesperam ueterem uitam, in qua carnes taurorum, & sanguinem hircorum sacrificauerunt Iudaei, per mane autem nouam uitam intelligimus, in qua, praecurrente summo sacerdote Christo, sacrificant, & pane caeli saturantur Christiani. Ad illam uesperam deinorabatur fletus, cunctis ad inferos descendentibus, ab hoc autem matutino laetitia est, quia caelum patet, paradisi apertus est. Dicat itaq; Vespere scietis &c. Ac si dicat: Quoniam recordati estis, quia sedebatis super ollas carniū, tota ista uespera, quae lucifluum Christi aduentum praecurrit carnalibus sacrificijs, qualibus auelli non potestis, uobis inferuire licebit, ita tamè, ut per illa sciatis, & memoriae repraesentetis, quod dominus eduxerit uos de terra Aegypti per uespertinam immolationem agni paschalis, & mane uidebitis gloriam eius, id est, gloriosissimam resurrectionem domini. Et cap. 15. Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorum. Ros spiritum sanctum significat, de quo in Psalmo habemus: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion, sic bonum, & iucundum est, habitare fratres in unum, quod sit per unum, & solum dilectionis spiritum. Aaron quippe, quod interpretatur montanus, Christus est, cui sicut barba capiti, sic adherentes perfecti, & fortes Apostoli, tunc eiusdem capitis unguento maduerunt, quando eius sancto spiritu repleti sunt, & eiusdem unguenti ros, id est, gratuitum donum descendit, in montes Hermon, atq; Sion, id est, in Ecclesiam utriusq; populi gentilis, & Iudaei, quorum alter, scilicet gentilis per Hermon, quod interpretatur anathematizatum, alter, id est, Iudaicus

Psal. 22. b.
Psal. 21. f.
Exo. 16. a.

Ioan. 6. g.

Exo. 16. a.

Matth. 26. c.

Exo. 16. a. & b.

Ioan. 1. b.
Exo. 16. b.
Carnes, uetera sacrificia.
Manna, sacrificium corporis Christi.
Luc. 22. b.
Vespera, uetusta uita.
Mane, nouae uitae claritas.
Psal. 29. b.

Exo. 16. b.

Exo. 16. c.
Ros, spiritus sanctus.
Psal. 132. a.
Aaron, Christus.
Barba, Apostoli.

Iudaicus intelligitur per montem Sion. Ros ergo qui cum manna descendit, spiritum sanctum significat, per cuius sanctificationem ad inuocationem cõficitur corpus Christi. Coturnix castra operuit, ros autem per circuitum castrorum iacuit, quia uidelicet cum Synagoga carnalibus uacante sacrificijs cõmune nil est, hinc uero & uiuo panis, qui cum isto rore descendit. De castris illis exeundum tibi est, quicunq; hoc minutum, quod detulit ros iste, colligere cõtendis. Castra solummodo coturnix, ros autem superficie terrae operuit, & in solitudine minutum apparuit, quia uidelicet non uni genti, sicut legem de carnalibus sacrificijs, sed uniuersae terrae, & solitudinè cunctarum gentium, gratiam spiritus sancti, & panem de caelo uerum, id est, semetipsum Christus dedit. Erat autè quasi pilo tusum, quod planè Christum significat in ligno crucis attritum per passionem. Descendit autem in similitudine pruinæ, quia uidelicet illi genti pro parte reproborum frigidam fecit nebulam infidelitatis, & inuidiae. Vnde & dixerunt ad inuicem Manhú, quod significat, quid est hoc. Hoc enim dicere coeperunt, ex quo dicente illo: Ego sum panis uiuus, qui descendi de caelo, & qui manducet carnem meam, habet uitam aeternam, & his similia, litigauerunt, & murmurauerunt, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Tunc (inquam) dicere coeperunt: Manhú, & usq; hodie siue Iudaei, siue haeretici, sequaces eorum dicere non desinunt, quum dicimus eis: Caro Christi est, & dicunt semper: Quomodo est, quomodo est. Et cap. 17. Nec qui plus collegerat &c. Hoc pro uirtute cibi, & spiritalis potus, id est, corporis, & sanguinis Christi, sciendum, & firmiter tenendum est, quia non pro quantitate portionis, quam ore percipit secundum uisibilem speciem panis, & uini, alius plus, alius minus consequit de gratia spiritus uiuificatis, iuxta id quod possunt edere cõgregant, id est, quod possunt credere remissionem peccatorum percipiunt, & uitam aeternam. Sicut enim pater noster, qui primus peccauit, cuius nos iniquitatem portauimus, non pro quantitate morsus sui, siue pomi quod momordit sententiam uel damnationem iustam accepit, tantumq; illi ualuit pomum unum momordisse, quantum quicquid pomorum in arbore illa fuit, deuorasset ad consummationem infidelitatis, & inobediètia, sic è contrario quisquis nostrum, non pro quantitate portionis uiuifici panis, quae frangitur illi, quam ore sumit, aut dentibus terit, gratiam, uel uitam accipit, sed tantum illi ualet ad cõsecutionem iustitiae exiguum quid percepisse, quantum ualeret, si totum quod oblatum est, proprio solus perciperet ore. Rectè ergo sancta Christi Ecclesia panes non ualde grandes, sed exiguas ad conficiendum corpus Christi componit similes, & ualde tenues, neq; uini multum, sed exiguum quid infundit, quia, sicut iam dictum est, nec qui plus collegerat habebat amplius &c. Et cap. 18. Nullus relinquat ex eo usq; mane &c. Spiritualiter scates de manna uermiculus ille est, scilicet loquitur in Psalmo: Ego autem uermis, & non homo. Sicut enim uermis sine cõcubitu de manna scaturit, sic solus sine uirili semine de uirgineo uentre cõceptus, & natus est Christus filius Dei. Sed hoc ubi praedicatur infidelibus Iudaeis, scandalum est illis. Sordidum enim, & indignum Deo reputat de foemina potuisse nasci. Computruit ergo talibus manna uerum, quod de caelo descendit, sed quod hoc pacto infirmum est eis, fidelibus uirtus est, & sapientia. Et exponens illud Apocalypsis, Qui uicerit, dabo ei manna absconditum: In isto (inquit) gradu uincere, est doctrinam Balaam, id est, fornicationes primum in semetipso per uirtutem cõtinentiae, deinde in alijs per uirtutem sciètia destruere. Porro qui hoc modo uincit, ille sacramentum corporis, & sanguinis domini dignè percipit, sicut è contrario ille, qui uincere negligit, accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi māducat, & bibit. Rectè ergo (inquit) uicenti dabo manna absconditum, id est, mūdiciam cordis, & corporis custodiendi dabo panem uerum, panem uiuum, cuius signum, uel figura fuit manna, quod filij Israël manducauerunt. Dicitur autem hoc manna absconditum, quia uidelicet in hoc sacramento aliud oculis cernitur, aliud fide intelligitur. Et quae utilitas cõsequetur accipientem hoc manna absconditum? Ait: Et dabo ei calculum candidum, & in calculo nomē nouū scriptū, quod nemo scit, nisi qui accipit. Qui enim dignè percipit hoc sacramentum, sic resurget in nouissimo die, ut corpore nouo candorem habeat solidum, candorem sempiternum, sitq; corpus eius quasi calculus, id est, splendida immutatione solidatum, de qua Apostolus: Mortui (inquit) resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Immutari namq; sanctorum est tantum, idèq; est, ac si diceret: Ultra non moriemur, impassibiles erimus. Hæc ille.

De eodem manna,

Cap. XXXI.

Sicut qui hoc pacto exponant: Mane iacuit ros per circuitum castrorum. Per manna quod descendit die dominica, intelligitur Christus, qui ea die uisitauit nos oriens ex alto. Qui ros dicitur, propter incarnationis beneficiū. Vnde scriptum est: Rorate caeli desuper &c. Primus enim aduentus fuit in rore, sed secundus erit in fulgure. Vnde scriptum est: Ros obuias ardori ueniēti, humilem fecit aquilonem, id est, beneficium incarnationis obuias ardori uitiorum, humilem fecit diabolium. Hic ros iacet per circuitum castrorum, iuxta illud: Et dominus in circuitu populi sui. Vel manna iacuit quasi ros per circuitum castrorum, quia intellectus sacrae scripturae descendens ex gratia, undiq;

Exod. 16. c.

Illic d.

Ioan. 6. e.

Ibidem f.

Exod. 16. d.

Psal. 21. b.

Vermis cur dicitur Christus.

Apoc. 2. c.
Manna absconditum, Christi corpus.

1. Cor. 11. g.

Apoc. 2. c.

1. Cor. 15. g.

Exod. 16. c.

Manna, Christus.

Ros, incarnatio.

Esa. 45. b.

Ecc. 43. c.

Aqlo, diabolus.

Psal. 124. a.

Exo. 16. c.

Ros, intellectus sacrae scripturae.

ra.

Ibidem.

undiq; nos defendit. Quumq; (inquit) operuisset superficiem terrae, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tunsum in similitudinem pruinæ super terram. Manna minutum erat, quia totum quod de Christo creditur, aut prædicatur, propter eius inæstimabilem humilitatem, quasi propter nimiam exiguitatem subtile est, & incōprehensibile, & hoc apud fideles, apud infideles autē, contemptibile est, & paruum. Manna quasi pilo tunsum erat, nō solum quia Christus tunctionibus persequentium sese exposuit, sed positus est in signum, cui cōtradicitur, & uerbū fidei in pilo cōtradictionis tūditur, quia à multis impugnatur, & in ipsa tunctione, literali sensu exiuit, sicut exui solet folliculis, uel frumentū, uel miliū, uel aliqd tale, quod in mortario pilo teritur. Christus quoq; tunctione passionis, & pilo crucis, mortalitate exutus est. Christus per pruinam uarijs ex causis potest significari, tum quia candorem habet per mundiciam sanctitatis, tum quia terram cordis nostri impinguat, & fecundat, tum quia rigore disciplinæ fluxa uitiorum restringit, tum quia incenitiuacarnalium desideriorum refrigerio gratiæ extinguit. Quumq; incaluisse sol, liquefiebat. Hoc multis modis intelligi potest. Christus sol iustitiæ tunc incaluit, quando feruorē suæ charitatis pro nobis hora sexta crucem ascendens, effudit. Qui autem sol est secundum quod lucet, ipse & māna est secundum quod se nobis fruendum, & participandum indulget. Quoniam cum desiderio amoris, & affectionibus compassionis in mortem resolutus est, tunc uerē manna liquefactum est. Tūc enim apparere cessauit, quando ad tempus humanis obtutibus se subtraxit. Vnde & dicit: Modicum & iam nō uidebitis me &c. In nobis uerō incaluit sol, quando cor nostrum desiderio diuini amoris feruescit, tunc & manna liquefit, quādo uerbum Dei per amorem Christi cor nostrum liquefieri facit. Vnde & spōsa dicit: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Sic autem dicitur manna, hoc est, uerbum Dei liquefieri per effectum, quia liquefacit, sicut eloquium ignitum, quia ignit, &: Molliti sunt sermones super oleum, quia cor emolliunt. Vel māna liquefieri dicitur, quia Christus quum in corde suscipitur, quodammodo per compassionem, resolutionem patitur. Quomodo enim cor peccatoris à sua duricia resoluitur, si nō Christus à duritia iudicis relaxatur? Qui quum peccata soluit, sicut glacies in sereno soluitur, ipse tūc à seueritate iudicis resoluitur, ut in uerbo eius mens attackta in spe ueniæ, & amoris desiderio mollius resoluitur. Incaluit sol iste quandoq; super iustos quasi per iram, & māna liquefacit, quasi ut deficiat, efficit, dum dulcedinem corporalis, aut spiritalis cōsolationis ad tempus subtrahit. Hinc & Ionas subtracta sibi cōsolatione umbraculi in arefactione hæderæ, grauiter perdoluit. Miro autem modo sicut ex consequentibus patebit, māna quod ad solem deliquit, ad ignem duruit. In quo ostēditur, quod mens ad solem iustitiæ conuersa, quum per desiderium amoris liquefacta resoluitur, tunc ad ignem passionis per uirtutem patiētiae durius solidatur. Quod ostendit, qui dicit: Factum est cor meum tanquam cara liquefcens, in medio uentris mei. Aruit tanquam testa uirtus mea. In die sexta colligebāt cibos duos plices, id est, duo gomor per singulos homines, id est, spem uitæ æternæ per iustitiam fidei ab exordio mūdi per quinque ætates usq; ad Christū omnes iusti habuerunt, & hoc est unum gomor per singulos dies usq; ad sextam colligitur. A nobis autem in sexta ætate, quasi sexto die, ante sabbatum, hoc est, ante requiem animarū duo gomor colliguntur, quia æternæ uitæ spem habemus, & pi gnus, id est, ipsum autorem, & consummatorem fidei nostræ Iesum Christum. Sexto autem die unum gomor colligitur, & cōsumitur, alterum colligitur, & seruat: Spes quippe uitæ æternæ, quæ in præsentia habetur, cū hac uita deficit. Quum enim plenè uidebitur res, tūc omnino euacua bitur spes. Alterū autē gomor colligitur, & seruat, panis scilicet uitæ æternæ. Nec obsistit huic sententiæ, quod māna seruadum mādatur, quū præsens refectio ad futurā refectiōē cōparata, uix quādā prælibatio sit, & magis futuræ refectiōis preparatio. Sic enim ut nūc edimus, prægustare per efficientiam huius cibi, hoc est colligere, & seruare. Māna enim colligimus, dum per gratiam huius sacramēti quotidianis profectibus id agimus, ut in futuro plenius māducare ualeamus. Māna seruamus, quādo in cōdigna ueneratione huius sacramēti usq; in finē perseueramus. Erat autem manna quasi semen coriandri album, gustusq; eius quasi simlæ cum melle. Rectè māna quasi semen coriandri dicitur, quia uerbum Dei aliud coram oculis habet, unde nutriatur infirmus, aliud intus continet, unde fortior roboretur: Christus enim condescendit infirmis in leuibus, minimisq; præceptis, ut qui eum nō potest capere in sublimitate uitæ perfectioris, eum capiat in mediocritate uitæ leuioris. Māna autem album dicitur, quia uerbum Dei ab omni labe mundū est, & purum. Quod autem uerbū Dei dulce sit sicut mel, ostēdit, qui dicit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua &c. Quod autem gustus eius sit quasi simlæ cum melle, ostēdit qui dicit: Cibauit eos ex adipē frumētī, & de petra melle saturauit eos. Nullus (inquit) relinquat ex eo usq; manē &c. quia in præfenti quisq; debet credere quod prædicatur, & operari quod iubetur, & non usq; in mane differre, id est, ad tempus quo præoccupetur morte, uel iudicio, quādo erit manē, hoc est, clara, & manifesta meritorū cognitio. Illi uero qui nō audierunt Moysen, & dimiserūt manna usq; manē, quod scaturire cepit uermibus, atq; computruit, Iudæos huius temporis significant, quia uerbū Dei per Moysen

Ioan. 16. c.

Sol, cor.

Māna, uerbum Dei.

Cant. 5. c.

Psal. 118. s.

Psal. 54. d.

Eccī 3. b.

Iona 4. c.

Psal. 22. c.

Exod. 16. c.

Exod. 16. g.

Psal. 118. n.

Psal. 80. c.

Exod. 16. c.

Māna, clara meritorium cognitio.

Moysen sibi ministratum in lege malè seruant, quod uermes peccatorum eis generat, & eis com- Vermis, Chris-
putrescit, & in corruptionem uertitur. Christus autem uermis dicitur tribus modis. Pro uera hu- sus tribus mo-
manitate. Vnde in figura Christi de Dauid dicitur, Tenerrimus ligni uermiculus. Et illud Esaiæ, dis.
Noli timere uermis Iacob. Item pro uili abiectioe, sicut in Psal. Ego sum uermis, & non homo, 2. Reg. 23. a.
oproprium hominum, & abiectio plebis. Item pro mordaci seueritate, sicut dicitur tinea. Hinc Esai. 41. d.
apud Osee: Ego quasi tinea Effraim, & quasi putredo domui Iacob. Hoc autē exemplo de man- Psal. 21. b.
na damnatur malū auaritiæ, qua pecunia malè seruata possessori suo, in uermem uertitur, qui non Osee 5. d.
moriatur. Sed & gratia fidei in eo, qui nō operatur. Gratia quoq; sapientiæ, uel scientiæ sine gra- Esai. 66. g.
tia sermonis, quum steriliter habetur, & in bonum usum nō assumitur, sicut manna in uermē uer- Exod. 16. e.
titur, quia bonum Dei donum ei in malum cedit, à quo malè habetur. Sequitur: Colligebāt autem
manē singuli quantum sufficere poterat ad uescendum. Hi studiosos operarios significāt, qui stu-
diosi sunt operarij, operantur cibum qui non perit, incipientes mane, hoc est, mox initio fidei, uel
conuersationis.

De eodem manna, id est, pane cœlesti.

Cap. XXXII.

Cogor ob hæreses, quæ hac tempestate contra eucharistiam insurrexerūt, de illius institutio-
ne secundum Euāgelistarum dicta non nihil ex antiquis doctoribus cōscribere. Siquidem
scriptum est in Euangelio: Cœnātib; autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, de-
ditq; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite. Hoc est corpus meū. Et accipiens calicem, gra-
tias egit, & dedit illis, dicēs: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui
pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Idem scribitur in Euangelio Marci. In Luca
autem, hoc pacto scribitur: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicēs: Hoc est cor-
pus meum, quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem
postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamētum in sanguine meo, qui pro uobis fun-
detur. Hæc diuersitas in ordine narrationis, diuersas magnis, atq; catholicis patrib; de Iuda tra-
ditore sententias peperit, alijs dicētib; de illo, quod interfuerit, alijs astruētib; quod iam exis-
set, & nō interfuerit, ubi dominus iam dictum corporis, & sanguinis sui sacramentum discipulis
suis tradidit. Præcipuus pater Augustinus attendens Lucæ Euāgelistæ narrationem, siue literæ
eius seriem, hoc sensit, hoc in pleriq; locis scripsit, quod ille interfuerit, & cum cœteris Apostolis
sacramentum hoc acceperit. Exempli gratia: In Euangelio secundum Ioānem ubi dictum est, &
post buccellam tunc introiuit in illum Sathanas, nō autem (ait) ut putāt quidam negligēter legen-
tes, tunc Iudas Christi corpus accepit. Intelligēdum est enim, quod iam omnibus eis distribuerat
dominus corporis, & sanguinis sui sacramētum, ubi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidē
tissimè narrat, ac deinde ad hoc uentum est, ubi secundum narrationē Ioānis apertissimè dominus
per buccellam tinctam, atq; porrectā, suū exprimit traditorem, fortassis per panis tinctionē illius
significans fictionem. Porro beatus Hilarius hanc Matthæi narrationē sequens, in hoc ipso Euā-
gelio dicit: Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo pascha accepto calice, & fracto pane cōfi-
citur. Dignus enim æternorum sacramentorum nō fuerat cōmunionē. Nam discessisse statim hic
intelligitur, quod cum turbis reuersus ostenditur. Neq; sanè cum Deo bibere poterat, qui nō erat
bibiturus in regno, quum uniuersos istum bibentes, ex uitis istius fructu secum postea bibituros
polliceretur. Et infra: Considerādum est in isto capitulo quāta sit faciei uitulinae māuetudo, quāta
ratio, quāta ueritatis, & iustitiæ pulchritudo. Nō antehac tradidit, uel cōdidit hoc sacramētū cor-
poris, & sanguinis sui, sed tūc primū, quādo in passione iam agonizabatur, ipsa nocte qua tradeba-
tur, quando iam strues lignorum componebatur, super quam secundum spirituales ritū sacræ, ac
mysticæ legīs membra talis uitulī cæsa ordinarentur, subiecto in altari igne magnæ charitatis, siue
spiritus sancti, per quē desiderabat offerri, tūc adipem suū pro peccatis ipse obtulit, scilicet omnē
necessariam nobis utilitatem suæ passionis, sub istis speciebus panis, & uini, dicendo: Hic panis est
corpus meum. Hic calix nouum est testamētum in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Et re-
ctè, atq; rationabiliter. Etenim sacramentum hoc, quo mors eius annūciatur, quemadmodū Apo-
stolus dicit: Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini
annunciabitis, donec ueniat, quando debuerat cōdi, uel dari, nisi sub ipsius articulo passionis? Hoc
deniq; ratio, uel nostræ salutis ordo poscebat, ut nō nisi iam mūdatis per passionem eius ab illa ue-
teri macula peccati originalis, daretur iste cibus uitæ contra illud edulū mortis, quod primus ho-
mo maligna intentione comedit, uolens esse Deo similis, in quo omnes peccauius, in quo omnes
superbiæ ueneno infecti fuimus. Sed dicit aliquis: Nondum erat fufus ille sanguis, sed fufus est die
sequenti, quo & ipsos Apostolos oportebat emūdari, quibus primis illa nocte hanc escā, & hunc
potum dedit. Ad hæc iam uēditus erat iste agnus Dei, iam tradebatur iste uitulus sacrificij ueri, &
idcirco iam rectè mūdi habebātur, iamq; ueraciter uocabātur amici, ita ut diceret eis: Jam uos mun-
di estis.

Vermis, Chris-
sus tribus mo-
dis.

2. Reg. 23. a.

Esai. 41. d.

Psal. 21. b.

Osee 5. d.

Esai. 66. g.

Exod. 16. e.

Matth. 26. c.

Marci 14. c.

Luc. 22. b.

Rupertus in cō-
mentarijs.Augustinus.
Iudas interfuit
consecrationi
corporis Chris-
ti, & accepit.
Ioan. 13. c.Hilarius.
Iudas nō acce-
pit Christi cor-
pus.

Matth. 26. e.

1. Cor. 11. g.

Gen. 3. a.

Ioan. 13. a.

d d di estis

di estis propter sermonem, quē locutus sum uobis. Et subinde: Vos amici mei estis. Et notandum quōd nō dixit propter passionem, uel mortē meā iam uos mūdi estis, iam uos amici estis, sed propter sermonem (ait) quem locutus sum uobis. Non enim passio, uel mors eius aliter eis profuisset, nisi sermo, quē locutus fuerat illis, creditus, uel admixtus fidei fuisset. Quod autē istis dixit, omnibus quoq; sanctis dixit, aut dicere potuit, qui eū expectabant ab origine mūdi. Iam uos mūdi estis propter sermonem, quē locutus sum uobis. Nam re uera propter eū, quem locutus est eis, sermonem legis, & prophetarū, propter illud, quod primū ad Abraham locutus est promissionis uerbū de semine eius, quod est ipse Christus, propter illū (inquam) sermonem, quia crediderunt, tam ex eo mūdi sunt, & mūdauit eos ipsa passio eius, quā tunc agebatur, ipse sanguis eius, cuius effusio nocte illa parabatur. Vnde licet iam dictū corporis, & sanguinis eius sacramentū humana cōprehēdi ratione nō possit, quomodo panis corpus eius, & uinū quomodo sanguis fiat, quomodo dudum de isto loquens mysterio dixerit: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita, hoc tamen rationabiliter dixeris, quōd uel pro eo panis iste rectē dicatur, & uerē sit caro Christi, quia nobis residuis, qui nondū eramus natī, nobis uiuentibus, siue ueniētibus ab ipsis Apostolis, idem facit comesus iste panis, quod illis prioribus sanctis fecit in sua specie crucifixā moriēs, & sepulta caro Christi. Remissionē peccatorum cōtulit prioribus illis caro Christi mortua, & eodem uētre recepta, quo sepulta continebantur eorum corpora, & sanguis ille, quem & uiuēs illa nocte sudādo emanauit, & iam mortuus cum aqua de latere suo fudit, remissionē peccatorū operatur, & nobis sacramentū eiusdē carnis, & sanguinis sub istis speciebus panis, & uini. Igitur (ut dicere coeperam) non ante passionē, sed sub ipso passionis, uel mortis articulo sacramentū hoc fieri, uel dari debuit, quo simul omnes tam mortui, quā uiui credentes, ab illa macula ueteris cibi abluerentur, & simul omnes isto noui testamenti sacramento epularētur, mortui modo sibi congruo, & uiui modo sibi congruo. Deniq; mortui, quoniam in uita sua de sacrificijs huius sacramenti significatiui initiati fuerant uenturum, & moriturum Christum licet intelligerent, pauci signis illis annunciantes, idcirco rectē refectionis perfectionem illam, quam diximus, affecuti sunt, ut & mortui Christi anima, uel spiritus ad animas illorū descēderet, per quod factum est, ut statim uiderent, & scirent, quā suauis est dominus Deus, qui Angelorum cibus est, quos pascit immortaliter, & corpus in eiusdē terrā uentrē deueniret, quo condita erāt eorū corpora, per quod resurrectio ad uitam daretur eis, sicut ex multis, qui cum eo iam tunc resurrexerūt, cōfirmatum est. Porro uiuus, id est, nobis, quibus ueraciter dicitur, & qui fideliter credimus, quia Christus resurgēs à mortuis, iā non moritur, mors illi uitā nō dominabitur, non iam figurā proponitur, quā Christi morte impleantur, sed ipsa rei ueritas, uerum sacrificiū, quo ipsa Christi mors uerbis manifestis cum signaculo crucis eius annūciatur, ubi miro modo & uiuimus, & mortui sumus: Quicūq; enim (ait) Apostolus) baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, quo uidelicet baptismo, nisi mortui fuisset, nō esset nobis in cibo, & potu isto annūciare mortē eius. Libet hic nota uel similitudine. In libro Numeri scriptū est: Misit Moyses exploratores ad cōsiderandam terrā, & confortamini (inquit) & afferte nobis de fructibus terrā. Quumq; ascendissent, explorauerūt terram, pergentes usq; ad torrentem botri, absciderūt palmitē cum uua sua, quem portauerunt in uentre duo uiri. Secundū illius rei gestā similitudinem, nimirū, & illi qui tempore præcesserūt, & nos qui subsequimur Christi aduentum, utriq; portamus quasi botrum cum palmitē suo, magnū promissionis dulce experimentū, scilicet dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis, atq; ascensionis mirabile sacramētū. Illi portauerūt in sacris, ac mysticis sacrificiorū ceremonijs umbraticis, & significatiuis, nos portamus in isto unico sacrificio panis, & uini. Quapropter hīc animaduertē dum, quia uirorū illorum portantū botrum illum, alter qui præcedebat, quod portabat ipse nō uidebat, alter qui sequebatur, quod portabat ante se uidebat. In hoc deniq; nos, atq; illi non minimē discernimur, quod nos manifestis (ut iam dictū est) uerbis cū signaculo uiuificæ crucis, uerū perficientes sacrificium, mortem domini annūciamus, mortem domini sequimur, & crucē baiulamus. Botrus quippe in uentre Christus est in cruce, & hoc aperta facie cōtemplamur, illi autē portabant quidem, sed nō uidebant, legebant, sed non intelligebant, & qui optimi erant, qui intelligere digni erant, qui prophetis oculis uidebant, eis dicebatur, ne propalarēt. Exempli gratia: Tu autē Daniel, claude sermones, & signa librum, usq; ad tempus statutū. Pertransibūt plurimi, & multiplex erit scientia. Ad Esaiam autem: Liga testimoniū, signa legem in discipulis meis.

De eiusdem sacramenti institutione.

Cap. XXXIII.

RVpertus autem lib. de operibus spiritus sancti 3. cap. 21. hoc pacto scribit: Cœnantibus (inquit Euāgelista) accepit panem &c. Cœnantibus uidelicet cœnam illam typicam, per quā hæcæ nus præfigurata fuerat hæc cœna ueritatis, eo ritu, quē lex ita præscribit: Decima die mēsis huius tollat unusquisq; agnū per familias, & domos suas. Sin autē minor est numerus, ut sufficere possit: ad uescendum agnū, assumet uicinum suum, qui iunctus est domui eius iuxta numerū animarum, quæ suffie

quæ sufficere possint ad esum agni &c. Illa figura tunc in præsentiarum erat implenda re ueritatis, ueritate rei præsentis. Propterea in Luca dicit: Desiderio desiderauit hoc pascha māducare uobiscum, antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc nō manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Hæc dicens, & illud uetus pascha sacramento noui paschatis mox impleri dixit, & cogitationi, uel expectationi illorum respondit, quia interrogare soliti erant, dicentes, quando ueniet regnum Dei, aliter quā res foret, utpote carnales adhuc sentiētes de regno Dei. Cœnantibus itaq; id est, sedētibus adhuc in cœna, qua manducauerāt carnes agni, carnes paschæ ueteris, accepit panem, & benedixit. Panem communem accepit, sed benedicendo lōgē in aliud, quā fuerat transmutauit, ut ueraciter diceret sic: Hoc est corpus meū, quod pro uobis tradetur. Itē uini substantiā accepit, sed itidē gratias agēdo, uel benedicēdo, sic in aliud uertit, ut diceret ueritas, quæ nō mētatur: Hic est sanguis meus noui testamētū, q pro multis effundet. Hoc (inquit) id est, hic panis est corpus meū, siue caro mea. Nā & alibi dicit: Et panis quē ego dabo, caro mea est pro mūdi uita. Sed nō uidet oculis carnis, non sentit gustu oris, quōd panis ille caro Christi factus sit, quōd uinū illud in sanguinē uersum sit. Nimirū si uideret color, aut sentiret sapor carnis, & sanguinis humani, homini nō plus salutis, sed plurimū afferret horroris. Sic ergo est corpus, uel caro, & sanguis Christi, quomodo esse, uel ad usum nostrū cōuenit, & ad salutē nostrā sufficit. Quomodo, uel qbus essentia modis? Nimirum nomine, re, atq; effectu. Nomine uidelicet esse intelligimus in eo quod dicit: Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus. Sic ut nusquam, ita nec in isto, imō maximē nec in isto nomen domini in uanum accipere debemus. Si enim in cunctis sanctificationibus, quæ per ministros domini, ad inuocationem nominis eius aguntur, nequaquam nomen domini in uanum accipere debemus, quāto magis in ista sanctificatione, in qua nomē corporis, & sanguinis sui ore proprio posuit dominus, nequaquam in uanū id ipsum nomen accipere debemus: Re quoq; corpus Christi, & sanguinem esse intelligemus, in eo, quōd ait, quod corpus tradetur, qui sanguis effundetur. Effectū esse intelligimus in eo quōd quum dixisset, quod tradetur, qui effundetur, addidit: Pro uobis in remissionem peccatorum. Itaq; sicut in illa specie, qua pependit in cruce sanctus sanctorum est, & in illa specie præteritis omnibus electis, remissionē peccatorum operatus est: sic in ista specie panis, & uini nihilominus sanctus sanctorū est, & omnibus electis, qui post eandē passionem ad fidē eius ueniūt, idem illum efficere, id est, remissionem peccatorum, & uitam æternam conferre non dubiū est. Nam & alibi dicit: Qui manducat carnē meam, & bibit sanguinem meū, habet uitam æternā. Et protinus addit: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et cap. 22. Est igitur (sicut & pater Augustinus ait) in sacramento isto, quod digni, & indigni accipiūt, res sacramētū, quam non nisi digni accipere possunt, sed non sicut dicta eius, à nonnullis æstimata sunt. Putauerunt enim illum dixisse, quōd non sit corpus, aut sanguis Christi, quod indignus quisq; percipit, atq; secundum tanti doctoris sensum, nō corpus aut sanguinem Christi, sed tantum figuram, uel signum esse corporis, & sanguinis Christi, id quod uisibiliter sumimus de mensa domini. Hoc ille non dixit, imō hoc ille non sensit. Neq; enim Christo contrarius esse consueuit. Loquitur autem Christus, & per semetipsum, dicens: Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus. Et per Apostolū suum, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus, dicens: Itaq; quicumq; manducauerit panem domini, & calicē domini biberit indignē, reus erit corporis, & sanguinis domini. Probat autem seipsum homo. Non dixit: Qui manducat, & bibit indignē panem, māducatur simplicem, uel cōmunem, & uinum bibit, quale prius erat nōdum celebrata consecratione, sed reus erit corporis, & sanguinis domini, sed iudicium (inquit) sibi manducat, & bibit, nō diiudicans corpus domini. Quapropter nō iam de contentiosa cuiusquā dissertatione, sed de Apostolica ueritate sensum petamus, quo prædictus doctor sacramentū, remq; sacramenti distinxit. Rem sacramenti Christus ipse mysteriū suæ dixit esse passionis (ut antē iā diximus) qui tenens in manibus hoc uisibile sacramentum, quum dixisset: Hoc est corpus meum, addidit: Quod tradetur, quum dixisset: Hic est sanguis meus, addidit: Qui effundetur. At ille qui indignē accedit, non cōmunicat Christi passionibus, nō contingit ore mentis, quod percipit ore corporis, unde & hoc ipsum est, quod indignus existit. Ergo corpus quidem, & sanguis Christi est hoc uisibile sacramentū, quod ore percipit. Neq; enim indignitas eius, dignitatē tantæ cōsecrationis euacuare potuit, sed rem sacramētū non attingit, quia mente, & fide per dilectionem operante, passionem Christi non respicit, idcirco nec effectū cōsequitur eiusdem sacramenti, in eo scilicet, ut pro se traditū sit hoc corpus, & fusus iste sanguis, id est, in remissionem peccatorū sibi, ut habeat uitam æternā, & resuscitetur in nouissimo die, in resurrectionē uitæ, sed cōsequitur id, quod huic effectui contrarium est, ut uidelicet sit reus corporis domini, ut iudicium sibi māducauerit, & biberit. Et cap. 23. Proinde (ut Apostolus ait) Probat seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, quia uidelicet tantæ dignitatis sacramētum indignis, & non probatis dandum non est. Quum autē hæc dicimus, mouentur pleriq; nos quoq; molesto experti sumus experimento, quos uel culpa remordet, uel certē humilitas

dd ij Christiana

SANTIS PIGNINI LVGEN. ISAGOGAE LIB. X.

592

Christiana informat, ut indignos tanto mysterio iudicent semetipsos. Verum si dictionem non nostram, sed Apostolicam perpendant diligentius, non est cur moucantur, quasi temeraria contra ipsos iudicia constituant. Differt enim indignitatis huius dicitio, uel modus, multumque interest, quomodo, uel a quo quisque indignus existimetur. Est enim quum semetipsum quisque indignum confiteatur, & quum ab alio indignus existimetur, aut pronuncietur. Porro semetipsum laudabiliter indignum confitetur, quisque ueraciter, & (ut dignum est) dignitate perpendit sacramenti huius. Quis enim si recte iudicet, castum cor se habere gloriabitur? De hac parte Apostolus dicit: Quod si nosmetipsos diiudicemus, non utique iudicemur. E contra detestabiliter indignus iudicatur, quisquis uel in aliquo scelere notus, aliquantis testibus, siue toti Ecclesiae causam dedit, ut indignus existimetur. Quum igitur nostro iudicio indigni sumus, non tum sancta iure nobis negatur, quum autem ab alijs indigni pronunciamur, maxime ubi non dubia indignitatis causa profertur, iure repellimur, ne iudicium nobis māducemus, & bibamus. Sed iam ad incepta reuertamur. Accipite (inquit) & comedite. Hoc est corpus meum. Et alibi: Qui māducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Quum haec dicit agnus Dei, opportunè nobis ad memoriā recurrit illud, quod dixit serpens, imò per serpentem diabolus hostis humani generis: Accipite, & comedite, & eritis sicut dii. Optimae, & spectabiles propositiones. Ille serpens erat, iste agnus est. Ille uetus peccator, iste antiquus creator. Ille per terram repit, iste de caelo uenit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, iste spiritu Dei uerum Euangelizans. Ille peccati portitor, iste iustitiae doctor. Ille mortis artifex, iste uitae opifex. Ille de ligno non suo raptor obtulit, iste de corpore, & sanguine suo largitor dedit. Ille quod non habebat mendaciter promisit: Eritis (inquit) sicut dii, iste quod habebat, quod semper naturaliter habet, fideliter dedit, ut simus dii, dum manet ipse in nobis. Illi tandem nefandissimè creditum est plusquam Deo, credatur è contrario huic Deo, si non plus, saltem quantum creditum est illi diabolo. Creditum est enim, quod illi poma inesset, quod non uidebatur, scilicet uis Deos efficiendi, credatur huic sacramento inesse quod non uidetur, uidelicet ueritas carnis, & sanguinis, ualens efficere nos cōcorporales unigenito filio Dei. Hoc enim ratio, uel ordo iustitiae exposcit. Accipite ergo (inquit) & comedite. Prius accipite, & deinde comedite. Accipere enim est fideliter credere, cum gratiarum actione diligere, compatiēti affectu corporis huius traditionem, & sanguinis huius effusionem respicere. Hoc fieri non potest, nisi prius reijciatur id quod ab illo malè acceptum est. Illud igitur mēdaciū execrantes, hanc ueritatem accipite, approbate, amplectimini, & cōtra cibum mortis, panem comedite uitae aeternae, & calicem bibite salutis perpetuae.

De sacramento Eucharistiae, ex Cypriano.

Cap. XXXIII.

Cyprianus.

Ioan. 15. d.

Gen. 9. c.

Gen. 14. d.

Melchisedech, typus Christi. Psal. 109. d.

Gen. 15. d.

Gal. 3. d.

Diuus autem Cyprianus epistola tertia ad Caecilium de sacramento dominici corporis, & sanguinis, hoc pacto scribit: Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quam quod pro nobis dominus prior fecit. Ut calix qui in cōmemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Nam quum dicat Christus: Ego sum uitis uera, sanguis Christi non aqua est utique, sed uinum. Nec potest uideri sanguis eius, quo redempti, & uiuificati sumus esse in calice, quando uinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento, ac testimonio praedicatur. Inuenimus enim & in Genesi sacramentum circa Noë hoc idem praecurrisse, & figuram dominicae passionis illic extitisse, quod uinum bibit, quod inebriatus est, quod in domo sua nudatus est, quod fuit recubans nudis, & patentibus femoribus, quod nuditas illa patris à medio filio denotata est, & foras nunciata, à duobus uero maiore, & minore contacta. Et cetera quae necesse non est exequi, quum satis sit hoc solum completi, quod Noë typum futurae ueritatis ostendens, non aquam, sed uinum biberit, & sic imaginem dominicae passionis expresserit. Item in sacerdote Melchisedech sacrificij dominici sacramentum praefiguratum uidemus, secundum quod scriptura diuina testatur, & dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem, & uinum. Fuit autem sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat spiritus sanctus in Psalmis ex persona patris ad filium, dicens: Ante luciferum genui te. Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo utique hic est de sacrificio illo ueniens, & inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem, & uinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam qui magis sacerdos Dei summi, quam dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit: Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem, & uinum, suum scilicet corpus, & sanguinem. Et circa Abraham benedictio illa praecedens, ad nostrum populum pertinebat. Nam si Abraham Deo credidit, & deputatum est ei ad iustitiam, utique quisque Deo credit, & fide uiuit, iustus inuenitur, & iam pridem in Abraham fideli benedictus, & iustificatus ostenditur, sicut beatus Paulus Apostolus probat, dicens: Creditur Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Pra-

uidens

uidens autem scriptura, quia ex fide iustificat Deus gentes, praenunciavit Abraham, quia benedictur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedictur cum fidei Abraham, unde in Euangelio inuenimus de lapidibus excitari, id est, de gentibus colligi filios Abraham. Et quum Zachaeum laudaret dominus, respondit, & dixit: Salus hodie domui huius facta est, quia & hic filius est Abraham. Ut ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham possit rite celebrari, praecedit ante imago sacrificij in pane, & uino scilicet constituta. Quam rem perficiens, & adimplens dominus, panem, & calicem mixtum uino obtulit, & qui est plenitudo, ueritatem praefiguratae imaginis adimpleuit. Sed & per Salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificij praemonstrat immolatae hostiae panis, & uini, sed & altaris, & Apostolorum faciens mentionem. Sapientia (inquit) aedificauit sibi domum, & subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias, miscuit in cratere uinum suum, & parauit mensam suam. Et misit seruos suos, conuocans cum excelsa praedicatione ad craterem, dicens: Qui est insipiens, declinet ad me, & indigentibus sensu dixit: Venite, & edite de meis panibus, & bibite uinum, quod miscui uobis. Uinum mixtum declarat, id est, calicem domini aqua, & uino mixtum prophetica uoce denunciat, ut appareat in passione dominica id esse gestum, quod fuerat praedictum. In benedictione quoque Iudae hoc idem significatur, ubi & illic Christi figura exprimitur, quod à fratribus suis laudari, & adorari haberet, quod inimicorum dorsa cedentium, atque fugientium manibus, quibus crucem pertulit, & mortem uitit, compressurus fuisset, quod ipse sit leo de tribu Iuda, & recubet dormiens in passione, & surgat, & sit ipse spes gentium, quibus diuina scriptura adiungit, & dicit: Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuae amictum suum. Quando autem sanguis uuae dicitur, quid aliud quam uinum calicis dominici sanguinis ostenditur? Necnon & apud Esaiam hoc idem & spiritus sanctus de domini passione testatur, dicens: Quare rubicunda sunt uestimenta tua, & indumenta tua, uelut à calcatione torcularis pleni, & percalcati? Nunquid rubicunda uestimenta aqua potest facere, aut in torculari aqua est, quae pedibus calcatur, uel praelo exprimitur? Vini utique mentio est, & ideo ponitur, ut domini sanguis uino intelligatur. Et quod in calice dominico postea manifestatum est, prophetis annunciantibus praedicatur. Torcularis quoque calcatio, & pressura taxatur, quia quomodo ad potandum uinum ueniri non potest, nisi botrus calcetur ante, & prematur, sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus calcatus prius fuisset, & pressus, & calicem prior biberet, quem credentibus propinaret. Et infra: Quum dominus adueniens baptismi, & calicis manifestauerit ueritatem, qui aquam illam fidelè, aquam uitae aeternae praeeperit in baptismo dari, calicem uero docuerit exemplo magisterij sui uini, & aquae coniunctione misceri. Calicem etenim sub die passionis accipiens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hoc est enim sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et dico uobis: Non bibam amodo ex ista creatura uitis, usque in diem illum, quo uobiscum bibam nouum uinum in regno patris mei. Qua in parte inuenimus calicem mixtum fuisse, quod sanguinem suum dixit. Unde apparet sanguinem Christi non offerri, si desit uinum calici, nec sacrificium dominicum legitima sanctificatione celebrari, nisi oblatio, & sacrificium nostrum responderit passioni. Quomodo autem de creatura uitis nouum uinum cum Christo in regno patris bibemus, si in sacrificio Dei patris, & Christi uinum non offerimus, nec calicem domini dominica traditione miscemus? Beatus quoque Apostolus Paulus à domino electus, & missus, & praedicator Euangelicae ueritatis constitutus, haec eadem in epistola sua ponit, dicens: Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias egit, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite & uos in meam commemorationem. Simili modo & calicem, postquam coenatum est, accepit, dicens: Hic calix nouum testamentum est, in meo sanguine. Hoc facite quotienscumque biberitis, in meam commemorationem &c. Et infra: Cuius rei sacramentum nec in Psalmis tacet spiritus sanctus, faciens mentionem dominici calicis, & dicens: Calix tuus inebrians, perquam optimus. Calix autem qui inebriat, utique uino mixtus est. Neque enim aqua inebriare quaequam potest. Sic autem calix dominicus inebriat, ut & Noë in Genesi uinum bibens, inebriatus est. Sed quia ebrietas dominici calicis non est talis, qualis est ebrietas uini saecularis, quum diceret spiritus sanctus in Psal. Calix tuus inebrians, addidit: Perquam optimus, quod scilicet calix dominicus sic bibentes inebriat, ut sobrios faciat, ut mentes ad spiritualem sapientiam redigat, ut à sopore isto saeculari, ad intellectum Dei uniusquisque respiciat, & quae admodum uino isto communi mens soluitur, & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur: ita & potatio sanguine domini, & poculo salutari, exponatur memoria ueteris hominis, & fiat obliuio conuersationis pristinae saecularis, & moestum pectus, ac triste, quod prius peccatis argentibus premebatur, diuinae indulgentiae laetitia resoluatur. Quod tunc demum potest laetificare in Ecclesia domini bibentem, si quod bibitur, dominicam teneat ueritatem. Et infra: Quando autem in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credidit, copulatur, & iungitur. Quae copulatio, & coniunctio aquae, & uini sic miscetur in

d d iij calice

Gen. 24. d.

Matth. 3. b.

Luc. 19. d.

Prouerb. 9. d.

Gen. 49. b.

Esa. 63. d.

Matth. 26. c.

1. Cor. 11. e.

Psal. 22. b.

Gen. 9. c.

calice domini, ut commissio illa non possit ab inuicem separari. Et infra: Sic uero calix domini non est aqua sola, aut uinum solū, nisi utruq; sibi misceatur, quomodo nec corpus dñi potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utruq; adunatum fuerit, & copulatum, & panis unius compage solidatum. Quo & ipso sacramento populus noster ostenditur adunatus, ut quemadmodum grana multa in unum collecta, & commolita, & cōmixta, panem unum faciunt: sic in Christo, qui est panis coelestis unum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus, & adunatus.

De eodem Eucharistiae sacramento, ex eodem Cypriano. Cap. XXXV.

Idem quoq; diuus Cyprianus in sermone de coena domini hoc pacto scribit: Finem legalibus caeremoniis impositurus dñs, parari sibi uoluit pascha, & ex cōsuetudine legis ea quæri, quæ solennitas exigebat, agnū assum, panes azymos, & lactucas agrestes. Non oportet esse fermētarios noui testamēti ministrōs, puras, syncerasq; mentes sanctum quærīt conuiuīū, in uerū crucis boni odoris affatio omnē excoquat carnaliū sensuum cruditatem, & induret, solidetq; mentis affectus, nec in Ecclesiae sanctae sacrificio ulla sit macula, sed pura simplicitas, & innocentia uitæ in una Ecclesiae catholicae domo à fidelibus de Aegypto egredientibus, trāsito mari rubro, lotis Christi sanguine affectibus, offerat. Coena itaq; disposita inter sacramentales epulas obuiauerūt sibi instituta antiqua, & noua, & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibile cibum magister apponit discipulis, nec iam ad elaborata impēsis, & arte cōiuiua populi inuitatur, sed immortalitatis alimonia datur à cōmunibus cibis differens, corporalis substantiae retinēs speciem, sed uirtutis diuinæ inuisibili efficientia probans adesse praesentiā. Significata olim à tēpore Melchisedech prodeūt sacramenta, & filijs Abrahamae facientibus opera eius summus sacerdos panem profert, & uinum. Hoc est (inquit) corpus meū: Māducauerant, & biberāt de eodem pane secundum formam uisibilem, sed ante uerba illa cibus ille cōmunis tantū nutriendo corpori cōmodus erat, & uitæ corporalis subsidiū ministrabat. Sed ex quo à domino dictū est: Hoc facite in meā cōmemorationem. Hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotienscūq; his uerbis, & hac fide actū est, panis iste substantialis, & calix benedictione solēni sacratus, ad totius hominis uitā, salutemq; proficit, simul & medicamentū, & holocaustū ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Manifestata est etiā spiritalis, & corporalis cibi distātia, aliud fuisse, quod prius est appositum, & consumptum, aliud quod à magistro datum est, & distributū. Quādiu cibi illi, qui ad diem festum erant parati à conuescentibus Apostolis sumebantur, ueteris paschæ agebatur memoria, necdum Iudas ad ueterem uitam pertinens, diabolo inuadente, & occupante animum eius, egredi cogebatur, sed ubi sacrum cibum mēs perfida tetigit, & sceleratum os panis sanctificatus intrauit, parricidalis animus uim tantī sacramenti non sustinens, quasi palea de area exuflatus est, & praiceps cucurrit ad proditorem, & precium, ad desperationē, & laqueum. Orta fuerat aliquādo sicut in Euangelio Ioannis legitur de nouitate uerbi huius quæstio, & ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, quum diceret dominus: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Quod quidam, quia non credebant, nec poterat intelligere, abierunt retro, quia horrendum eis, & nefarium uidebatur uesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, ut carnem eius uel elixam, uel assam, sectamq; membratim edere docerentur, quum illius personæ caro, si in frustra partiretur, non omni humano generi posset sufficere, qua semel consumpta, uideretur interisse religio, cui nequaquā ulterius uictima superesset. Sed in cogitationibus huiusmodi caro, & sanguis non prodest quicquam, quia (sicut ipse magister exposuit) uerba hæc spiritus, & uita sunt, nec carnalis sensus ad intellectū tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. Panis est esca, sanguis uita, caro substantia, corpus Ecclesia, corpus propter membrorum in unum conuenientiam, panis propter nutrimenti congruentiam, sanguis propter uiuificationis efficientiam, caro propter assumptæ humanitatis proprietatem. Hoc sacramentum aliquando corpus suum, aliquando carnem, & sanguinē, aliquando panem Christus appellat, portionem uitæ æternæ, cuius secundum hæc uisibilia corporali cōmunicauit naturæ. Panis iste cōmunis in carnem, & sanguinem mutatus procurat uitam, & incrementum corporibus, ideoq; ex consueto rerum effectu fidel nostræ adiuta infirmitas, sensibili argumēto edocēta est uisibilibus sacramentis inesse uitæ æternæ effectū, & non tam corporali, quā spiritali transiōne nos Christo uniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis idem cibus, & substantia, & uita factus est Ecclesiae suæ, quam corpus suum appellat, dans ei participationem. Et nos quidem, quum caro essemus, & sanguis, corrupta, & infirma corporis, animæq; natura reformari non poteramus, neq; ad similitudinem Dei reuerti, nisi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione desperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & similia similibus conuenirent. Panis iste, quem dominus discipulis suis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia uerbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas uidebatur, & latebat diuinitas, ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, ut esset religio-

ni circa

ni circa sacramenta deuotio, & ad ueritatem cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus, usq; ad participationem spiritus, nō quod usq; ab cōsubstantialitatem Christi, sed usq; ad societate germanissimā eius hæc unitas peruenisset. Solus quippe filius patri cōsubstantialis est, nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia trinitatis: nostra uero, & ipsius coniunctio nec miscet personas, nec unit substantias, sed affectus cōsociat, & cōfederat uoluntates. Ita Ecclesia corpus Christi effecta obsequitur capiti suo, & superius lumē in inferiora diffusum claritatis suæ plenitudine à fine usq; ad finem attingens, totū apud se manens, totū se omnibus cōmodat, & calor illius idēitas ita corpori assidet, ut à capite non recedat. Panis itaq; hic azymus cibus uerus, & syncerus per speciem, & sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, ueritate Christo cōformat. Et sicut panis cōmunis, quem quotidie edimus uita est corporis, ita panis iste supersubstantialis uita est animæ, & sanitas mentis. Panem Angelorū sub sacramento manducamus in terris, eundem sine sacramento manifestius edemus in cœlis, nō ministerio corporali, sæpe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, sed cōsummato sacerdotio nostro, erit, & permanebit perpetua, & stabilis, implens, & reficiens nos sufficientia, qua proferet palam absq; ullis integumentis omnibus, cōspicibilis summi praesentia sacerdotis. Sacramēta quidem quātum in se est, sine propria esse uirtute nō possunt, nec ullo modo diuina se absentat maiestas mysterijs, sed quamuis ab indignis se sumi, uel contingi sacramenta permittat, nō possunt tamen spiritus esse participes, quorū infidelitas, uel indignitas tāta sanctitudi ni contradicit. Ideoq; alijs sunt hæc munera odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem, quia omnino iustū est ut tāto priuentur beneficio gratiæ cōtemptores, nec in indignis tāta gratiæ puritas sibi faciat mansionē. Noua est huius sacramēti doctrina, & scholæ euāgelicæ hoc primū magistrū protulerūt, & doctore Christo primū hæc mūdo innotuit disciplina, ut biberent sanguinem Christiani, cuius esum legis antiquæ autoritas districtissime interdicit. Lex quippe esum sanguinis prohibet, Euāgelium præcipit ut bibatur, in quibus mandatis hoc maximè discernere debet Christiana religio, quod sanguis animalū à sanguine Christi per omnia differēs, tēporalis tātum habeat uiuificationis effectū, & uita eorū finē habeat, & sine ulla reuocatione terminū constitutum. Ideoq; ad obtinendam æternitatem nō potest perficere quod semel obrutum nō surgit ulterius, nec aliqua ei superest uirtus, quod sine ulla spe præcis radicibus mors penitus exiccavit. Vita uero hominis licet aliquam habeat affinitatem cum sanguine, nō tamen solo sanguine regitur, sed anima sanguini dat calor, & nutrimenti effectū, sicut & cœteris, quæ in corpore sunt propria distribuunt officia, & diuidit motus, & quasi talenta partitur. Nec oportuit ut sanguini humano sanguis pecudum misceretur, quia uita rationalis hominis, uitæ bestiali cōsociari non habet, sed omnino à fidelium animis quasi sanguis impurus, detergenda est hæc carnalis opinio, ne putetur uita hominis eo modo transitoria, quo uita pecudum inanescit, uel quod sanguis cōsubstantialis sit animæ, & necesse sit utruq; superueniente suffocatione, dissolui. Carne quidem animalibus similes sumus, sed uita dissimiles, ideoq; quod commune cum eis habemus, nobis incorporare licenter possumus, quod uero dignitati nostræ non cōuenit, & ab æternitate alienum uidetur à nobis subtilissimo legis indicio separamus. Bibimus autem de sanguine Christi, ipso iubēte, uitæ æternæ cū ipso, & per ipsum participes, animalis uitæ peccata, quasi sanguinem impurum horrentes, & fatentes nos per peccati gustum à beatitudine priuatos, & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem uitæ æternæ suo sanguine redemisset.

De eadem Eucharistia.

Cap. XXXVI.

Nobis itaq; pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, & quos recōciliauit Deo, omnes excedēs uictimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, ut non tantum exterius hoc sanguine liniremur, sed & interius asperione omnipotentis anima muniremur, & penetrās omnia tāti medicamēti uirtus quicquid esset intus, ibi durū effugaret, & renouaret, sanaretq; quicquid morbi carni, uel spiritui ueteris uitæ adlinierat corruptela. Dixerat sanē huius traditionis magister, quod nisi manducauerimus eius carnem, & biberimus eius sanguinem, non habebimus uitam in nobis, spiritali nos instruens documento, & aperies ad rem adeo abditam intellectum, ut sciremus, quod mansio nostra in ipso sit manducatio, & potus quasi quædam incorporatio, subiectis obsequijs, uoluntatibus iunctis, affectibus unitis. Esus igitur carnis huius quædam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso, per quod sic imprimimus, & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, ut hæreat palato nostro, & uisceribus sapor dilectionis infusus, penetrans, & imbuens omnes animæ, corporisq; excessus. Potus, & esus ad eandem pertinent rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia, & uiuit, & incolumis perseuerat: ita uita spiritus hoc proprio alimēto nutrit, & quod est esca carni, hoc animæ est fides, quod cibus corpori, hoc uerbum spiritui, excellentiori uirtute peragens æternaliter, quod agūt alimenta carnalia tēporaliter, & finaliter. Celebrantes sacramenta commonemur, quasi unguulam findens,

d d iij & ruminans

Exod. 12.

Gen. 14. d.
Matth. 26. c.

Sacramentū Iudas accepit.
Matth. 27. d.

Ioan. 6. f.

Illic g.

Ibidem g.

Cyprianus eodem sermone.

Ioan. 6. f.

& ruminans pecus reuocare ad fauces, & minutatim cōmolere dominicæ institutionis exempli, ut semper passio sit in memoria, nec terreāt crucifixi hæredes mortis supplicia, sed pascāt, & reficiāt maturatæ resurrectionis lætabunda solēnia. Quā præclarus est calix iste, quā religiosa est huius potus ebrietas, per quā excedimus Deo, & quæ retro sunt obliti, ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mūdi, sed diuinitis præparati delicias cōtemnentes, cruci hæremus, sanguinē fugimus, & intra ipsa redemptoris nostri uulnera figimus linguā, quo interius, exteriusq; rubricati, à sapientibus huius sæculi iudicamur amētes, qui religionis huius abhorrētes mādaturum usq; hodie retro abeunt, & à secretis diuinis omnium intra se mysteriorū continentibus summā, diffugiūt, & recedunt. Qui māducat ex hoc pane, ultra nō esurit, qui bibit, ultra nō sitit, quoniam mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, ut cuiuscunq; tātæ rei innotuerit plenitudo, omnis cōsummationis sine inuento Christi balulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo dicta, & facta iubilatione cōsona laudes resonēt, & gratiarum actiones decāent. Hæc ebrietas nō accendit, sed extinguit peccatum, in hoc uino nō est luxuria, nec mouetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Quum sopiuūt obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt quæ sentit, magna quæ uidet, inaudita quæ loquitur, quin agnus iste paschalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat, & delectat. Inter dominicæ mensæ conuiuas animalis homo nō admittitur, quicquid caro, & sanguis dicat, ab hoc cœtu excluditur, nihil sapit, nihil prodest quicquid humani sensus molitur subtilitas, omne quicquid à suis rationibus, sapientes huius sæculi, deuium uidetur, ad dementiā referunt, & à ueritate reputāt alienum. Sed ueritas ab erroneis hominibus cōprehendi nō potuit, & quum in sole uellet figere oculos, uim luminis nō ferens, cæcata est, nō illuminata humana præsumptio, & aspectui eius lippitudo inhæsit. Vidēt hæc sacramēta pauperes spiritu, & hoc uno cōtenti ferculo, omnes mundi huius delicias aspernātur, & possidentes Christū, aliquā huius mundi possidere supellectilem dedignātur. Esurientes, & sitiētes iustitiā, quum saturati fuerint, uide quid agant, intellige quæ loquātur, quā sancti odoris sit quicquid illa erucluat plenitudo, uerbum bonū, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior sinceritas ubiq; diffundit, ita ut post odorama ista gratiæ huius cōparticipes discurrāt, & mutuis se adinuicem affectibus complectātur, & quibus unus est panis, unū est corpus, & omnium unū cor, & anima una unī Christo adhærens, cœtera omnia quasi fermentata respuēs, in unius azymi sinceritate lætatur. Perpes est hoc sacrificiū, & semper permanens holocaustū, nulla panē hūc multitudo cōsumit, nulla antiquitate ueterascit. Vna est domus Ecclesiæ, in qua agnus editur, nullus ei cōmunicat, quem Israëliti nominis generositas nō commendat. Huius panis figura fuit māna, quod in deserto pluit, sic ubi ad uerum panem in terra promissionis uentum est, cibus ille defecit. Per singula sabbata propositionis iam frigidī, & duri mutari cōsueuerant, & calidi panes eiusdem numeri in mensa proponi. Iam nulla sit panis mutatio, unus est panis caloris continui, status integri, qui semel oblatus Deo in sapore dulcissimo, & cādore purissimo perseuerat. Nec solos sacerdotes ad panes huius dignitatis Leuiticæ prerogatiua admittit, uniuersa Ecclesia ad hæc epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus nō demēbratur, incorporatur, nō iniuriatur, recipitur, nō includitur, cum infirmis habitans, nō infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur, fides pura, mens sincera, hūc habitatorem delectat, neq; immensi, & omnipotentis Dei magnitudinem pauperclæ domus nostræ angustia offendit, uel arctat. Panis iste Angelorum omne delectamētum habens uirtute mirifica, omnibus qui dignē, & deuotē sumūt, secundum suum desiderium sapit, & amplius quā māna illud eremi implet, & satiat edētium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum uoluptates. Et in fine sermonis: Hæc in Christi cōmemoratione retractātur à fidelibus, & defæcatis animis carnis eius edulium non est horrori, sed honori, potuq; sancti, & sanctificantis sanguinis spiritus delectatur. Hæc quoties agimus, non dentes ad mordendum acuius, sed fide sincera panem sanctum frangimus, & partimur, dum quod diuinū, & quod humanum est distinguimus, & separamus, itemq; simul separata iungentes unum Deum, & hominem fatemur. Sed & nos ipsi corpus eius effecti sacramento, & re sacramenti capiti nostro cōnectimur, & unimur, singuli alter alterius membra, ministerium dilectionis pro inuicem exhibentes, communicamus charitate, participamus sollicitudine, eūdem cibum manducantes, & eundem potum bibentes, qui de petra spiritali profluit, & emanat, qui cibus, & potus est dominus noster Iesus Christus.

De eodem altaris sacramento, ex Theophylacto, & Chrysofomo. Cap. XXXVII.

Matth. 26. c.
Theophylactus
Eius.

Sacramētum Iudas accepit.

Theophylactus autem dominica uerba enarrās, hoc pacto scribit: Uelcentibus autem eis, accepit Iesus panē &c. Apposuit autē uelcentibus, ut ostēderet crudelitātē Iudæ, quia in mēsa, & cōmunionē ciborū illius, quādo si & fera fuisset, māsuētiorē se exhibuisset, tūc neq; quū argueret, intellexit, sed & corpus illius gustans, non pœnituit. Quidam autem dicunt, quod egresso Iuda, sacramentum

eram entum tradidit alijs discipulis. Proinde & nos sic facere debemus, & malos à sacramentis abarcere. Gratias quoq; agit fracturus panem, ut & nos erudiat cum gratiarum actione panem offerendum, & ut ostendat se cum gratitudine fractionem sui corporis, hoc est, occisionem suscipere, neq; ægrè ferre, ceu in re quæ displiceat sibi, ut & nos cum gratitudine martyrium aggrediamur. Porro dicens: Hoc est corpus meum, ostendit quod ipsum corpus domini est panis, qui sanctificatur in altario, & nō respondens figura. Nō enim dixit, Hoc est figura, sed. Hoc est corpus meum. Ineffabili enim operationi transformatur, etiam si nobis uideatur panis. Quoniam infirmi sumus, & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem, & ideo panis quidem apparet, sed caro est. Et accepto poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, qui est noui testamēti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Sicut uetus testamentum immolationem habebat, & sanguinem, ita & nouum testamentum sanguinem habet, ac immolationem. Pro multis autem dicit effundī, hoc est, pro omnibus. Sūt enim & omnes multi. Quare autem supra quidem nō dixit: Accipite, comedite omnes, hoc autem loco: Bibite ex eo omnes? Sunt qui dicant propter Iudam hoc dictum: Iudas enim panem accepit, & nō comedit, sed occultauit, ut mōstraret Iudæis, quod panem corpus suum uocaret Iesus, poculum autem inuitus bibit, quum nō posset occultare. Propterea hoc loco dicebat: Bibite omnes. Iuxta anagogē autem dicūt, quod nō sit omniū accedere ad solidū cibum, sed perfectiorum, bibere autem omniū sit. Idcirco hoc loco dicebat: Bibite omnes. Simpliciora enim dogmata recipere, omnium est. Et diuus Chrysofomus homilia 26. in Matthæū: Reuerēda (inquit) ac salutaria illa mysteria, quæ omni certè Ecclesiæ cōgregatione celebramus eucharistia, id est, gratiarum actio nūcupatur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputq; ipsum diuinæ erga nos charitatis ostendunt, nosq; faciunt debitas Deo gratias semper exoluere. Si enim dominum ex uirgine esse natum grāde miraculum est, & euangelista cum admiratione dicebat: Hoc autem totum factum est, in quo tandem beneficiorū ponemus loco illum etiā mortuum esse pro nobis? Nam si illius tātummodo nasci totum uocatur, iam & semetipsum nobis cibum dare, & spiritales illas præbere epulas, quid uocandum est? Agamus igitur ei iuges gratias, & non modo uerbis hoc nostris, uerūetiam operibus, imò ipsis principaliter impleamus. Et homilia 51. Tāgamus (inquit) etiā nos simbrīa uestimēti eius, imò uerò totum. Ipsum enim, si uolumus, nō uestis solum, sed corpus ipsius nobis propositum est, nō ut tangamus solummodo, sed ut comedamus, & saturemur. Adeamus igitur Christum singuli ægrotantes magna cum fide, nam si qui simbrīa uestimēti eius tunc tetigerūt, rectè omnes cōualuerūt, quātomagis corroborabimur, si totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere, nō est ut tātummodo propositum corpus recipias, uerūetiam multo magis, ut mūdo corde tangas, ut sic adeas, quemadmodū ad ipsum Christum. Quid enim si uocem eius nō audis? Nōne uides iacentem, imò uerò & loquētem per Euāgelistam ipsum audis? Credite igitur omnes, quia etiā nunc illa cœna celebratur, in qua Christus ipse recumbebat. Nihil quippe interest inter illam, & hanc. Non enim hæc ab homine, illa ab ipso conficitur. Quando igitur sacerdotem corpus tibi præbere uideris, noli sacerdotis, sed Christi manū ad te porrigi arbitrari. Nā quemadmodū in baptismo nō à sacerdote baptizaris, sed à Deo caput tuū in uirtute uisibili tenet, non ab Angelo (nullus enim profusus id facere potest) ita etiā nunc. Quū enim homo regeneratur, solus Dei hoc munus est. Nōne uides eos, qui post hanc uitā sibi filios adoptāt, quomodo nullo pacto rem seruis cōmittunt, sed ipsi præsentem in iudicio cuncta peragunt? Sic Deus nō Angelis hoc munus cōmisit, sed ipse præsens iubet, ac dicit: Ne uoces patrem in terra, nō ut parētes cōtemnas, sed ut omnibus illum anteponas, qui te creauit, & adoptauit. Qui enim maius, id est, animā suam pro te posuit, quare dedignabitur suū tibi tradere corpus? Audiamus igitur tam sacerdotes quā alij, quā magna, quā admirabilis res nobis concessa est. Audiamus (oro) & perhorrescamus. Carnes suas nobis tradidit, seipsum immolatum proposuit. Quam igitur satisfactionē offeremus, quum tali pabulo nutriti, peccemus, quum agnum comedentes, in lupos conuertimur, quum omnis carnibus saturati, ut leones rapiamus? Præsertim quum id sacramentum nō à rapina solum, uerūetiam ab omni suspitione inimicitiarum mundum semper seruare iubeamur. Pacis enim sacramentum est hoc sacramentum, inquisitioni pecuniarum, & simoniæ non conuenit.

De eodem Eucharistiæ sacramento, ex Chrysofomo.

Cap. XXXVIII.

Diuus autē Chrysofomus undecimū caput prioris ad Corinthios epistolæ enarrās, hoc pacto scribit: Ego enim accepi à dño, quod & tradidi uobis &c. Quā ob causam (inquit) hæc mysteria cōmemorat. Nō ob aliud profectō, nisi quia in præsens negociū sermo iste summopere necessarius esse uidet. Enim uero (inquit) dñs tuus omnes eadē mēsa dignatus est, quæ quum plena horredæ cuiusdā uenerationis erat, tū uerò mēsarum omniū, quæ dici, excogitariq; possunt, dignitatem lōgè antecellebat. Tu uerò pauperes tua mensa tam tenui, ac simplici indignos putas, & quū in spiritali gratia

Ibidem.
Corpus Christi
non est figura.

1. Cor. 11. f.

Chrysofomus.

Matth. 23. d.

1. Cor. 11. e.

Ibidem.

gratia de tuo sibi nihil usurpēt corporalibus epulis, quæ neq; tua sunt, eos defraudas, & expillas, uerū hoc non dicit Apostolus, ne oratione uideat asperior, sed quietè, ac sensim ait: Quoniã dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem. Age uerò quã ob rem nos in eius tēporis, & noctis illius, ac proditiōis memoriã excitat? Nō immeritò, neq; ab re, sed nos supra modum, uel ex ea occasio ne cōpungat. Verumenimvero si quis etiã adlit, qui sit natura lapideus, modo animum ad noctem illam adhibeat, modo attēdat, & uideat, quo in mœrore, quaq; in anxietate animi Christus unã cū discipulis uersatus sit, quomodo proditus, quomodo ligatus, quomodo accusatus, quomodo iudicatus, & reliqua subinde omnia, quæ passus est, profectò fiet omni cæra tenerior, & animū, ac cogitationem omnē à terrenis cupiditatibus amouebit, idcirco nos in earum rerum memoriã exhortatur, & mensæ, ac proditiōis digressionem facit, & dicit, dominum tuum seipsum tradidisse pro te, tu autem fratri tuo pro te ipso cibos denegas. At uero quoniam pacto se ait à domino accepisse? Neq; enim aderat Paulus, quum hæc doceret dominus, sed Ecclesiam persequebatur, sed id dictū est, ut intelligas nihil plus mensam illam domini habuisse, quàm eas, quæ postea factæ sunt. Enimvero pariter hodie dominus idē est, qui operatur, & præbet omnia, quemadmodū eo tempore præbuit, & operatus est, neq; uerò solum ob hæc causam noctis illius mētionem fecit, sed ut nos etiam aliã ratione compungeret. Namq; sicut memoriã nostræ ea potissimum uerba mandamus, quæ nos audire cōtingit ab eis, qui in huius uitæ discessus articulo cōstituti sunt, atq; defunctorum hæredes, si quid præter eorū mandata temere cōmittere audent, impensè excitare solemus, & dicere: Reuocate in memoriã, atq; aduertite, uobis hanc à patre ultimam uocem emissam, hæc ab eo illa nocte, qua emissurus erat spiritum uobis fuisse mandata: ita hoc loco Paulus orationis suæ ple-nos cuiusdam horroris stimulos addere cupiens: Recordamini (inquit) quæso, hanc ultimam uobis sacrorum disciplinã à Christo traditam, hæc ea nocte, qua pro uobis immolari debuit, ab ipso esse instituta, atq; mandata, quum eam uobis cœnam dedit, postquam non erat alteram apparatus, Ita quæ deinceps acta sunt narrat, dicēs: Accepit panē &c. Si igitur ad Eucharistiã accedis, quæ gratitudo, & gratiarum actio est, nihil indignum eucharistiã facias, fratrem non confundas, esurientem despectui non habeas, non sis temulentus, & ebrius, Ecclesiam ne contempnas. Accedis enim pro his, quæ accepisti gratias acturus. Quin ergo mutuam potius uicem reddis, nec te à proximo tuo diuellas, & separes, Enimvero Christus mensam omnibus ex æquo distribuit, dicens: Accipite, & comedite. Ille corpus proprium ex æquo tradidit, tu communem panem distribuere nō uis. Profectò pro omnibus pariter traditus est, pro omnibus ex æquo corpus effectum est. Similiter & calicem &c. Quid ais? Commemorationē Christi facis, & pauperem despicias, & nullo mentis horrore concuteris? At uerò si filij, aut fratris, qui uita functi sunt, commemorationem feceris, te conscientia percutit, nisi seruato more pauperes conuoces. Nūc ubi domini tui cōmemorationem facis, neq; mensam simplicem illis præbes, sed quid illud est quod dicitur: Hic calix nouum testamentum est? Erat sanè ueteris testamēti calix, sacrificiorū libamina, & animalium sanguis ratione carentium. Postquam enim sacrauerant, calice, & phiala sanguinem accipiebant, & simul bibere consueuerant. Verum ubi loco sanguinis animalium ratione carentium sanguinem proprium Christus induxit, ne quis hæc audiens tumultuaretur animo, & fluctuosa quadam mentis agitatione uexaretur, testamenti illius ueteris mentionem egit. Post hæc de cœna illa differens Apostolus, apud præsentia præteritis, ut non aliter preparati sint, ac si eodem uespere, & in eadem mensa discumberent, & ab eodem Christo idem sacrificium exciperent, ideo dixit: Quotiescunque enim manducabitis &c. Quemadmodum enim Christus in pane, & calice hoc dixit: Facite in meam commemorationem, & nobis causam mysterij non expressit, id præter cœtera sufficere existimās ad assequenda fundamenta pietatis, Si enim cōsyderaueris, quid pro te dominus passus sit, fies proculdubio sapientior, ita & hic rursum inquit Paulus: Quotiescunque &c. Et hæc illa ipsa cœna est, mox ostendere uolens, quod hæc cœna usq; ad consummationem permanet, dixit: Donec ueniat. Quare? Quicunque comederit panem hunc, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis domini. Quam ob rem? Quia effudit sanguinem, & non sacrificium, sed iugulationem præ se fert, Quemadmodum enim hi qui eo tempore Christum punxere, non ut biberent eius sanguinem, sed ut effunderent. Idem sanè facit, qui Christi sanguinem bibit indignè, & nullum ex eius portione fructum recipit. Vides in quantum terroris orationem extulit, & reprehensionem supra modum exaggerauit, ostendens eum, qui indignè bibiturus est, tanti se criminis participem esse facturum. Atqui quomodo non bibit indignè, qui despicit esurientem, neque tātum despicit, sed confundit? Si enim non dare pauperibus eicit regno quempiam, etiam si uirgo sit, imò non abundè, ac largiter dare. Nam uirgines illæ oleum sanè habuerunt, sed non abundè habuerunt. Consydera quale crimen sit tot iam simul delicta perpetrare. Quæ delicta, dicet quispiam? Quid ais, quæ delicta? Mensæ huius particeps effectus es, in qua quum esse te oporteat mansuetum, & facilem, & Angelis natura parem, contra crudelior, & improbius factus es, Sanguinem gustasti dominicum,

1. Cor. 11. f.

Ibidem.

Matth. 23. a.

dominicum, & fratrem tuum non agnoscis? Quia uenia dignus es? Quod si antè non agnouisses, ex huius mensæ occasione agnoscere debueras. At uerò mensæ honorè detrahis, quum cum, qui dignus est, ut tātæ mensæ sit particeps, tu etiam epulis tuis indignum putas? Non audisti quanta passus sit is, qui centū denarios à cōseruo repetijt, quomodo mille talentorū sibi facta à domino largitione subinde priuatus est? Nō aduertis qui sis, nec unde sis genitus, quis factus sis, neq; teipsum recognoscis, qui uirtute, atque officio longè pauperior es his, qui pecunia pauperes sunt, infinitis pressus, onustusq; delictis? Hæc tamen omnia abs te Deus expulit, & mensa huiusmodi dignum fecit. Tu uerò in fratrem tuum exuta prorsus humanitate nihil flecteris. Quid ergo aliud superest, nisi ut tortoribus iure tradaris? Hæc uerba intenti audiamus omnes, qui nūc unã cum pauperibus ad hanc mensam accedimus. Et mox exeuntes pauperes non aspiciamus, sed eos esurientes, saturi, atq; ebrij præterimus, quo crimine eo tempore potissimum Corinthij culpabantur.

De eadem Eucharistiã ex Tertulliano & diuo Thoma.

Cap. XXXIX.

Tertullianus autem libro cōtra Marcionem 4. hoc pacto scribit: Professus (inquit) se concupiscētia cōcupiuisse edere pascha, ut suum (Indignū enim ut quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem, & distributum discipulis, corpus suum illum fecit. Hoc est corpus meum dicens, id est, figura corporis mei. Figura autem nō fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Cœterum uacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset. Aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat ueritate, ergo panem tradere debuit pro nobis. Faciebat ad uanitatē Marcionis, ut panis crucifigeretur. Cur autem panem corpus suum appellat, & non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intelligens ueterem fuisse istam figuram corporis Christi, dicentis per Hieremiam: Aduersum me cogitauerunt cogitatum, dicentes: Venite conijciamus lignum in panem eius, scilicet crucem in corpus eius? Itaq; illuminator antiquitatum, quid tunc uoluerit significasse panem, satis declarauit, corpus suū uocans panem, sic & in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatū, substantiam corporis cōfirmat. Nullus enim corporis sanguis potest esse, nisi carnis. Nā & si qua corporis qualitas nō carnea opponetur nobis, certè sanguinem nisi carnea nō habebit. Ita cōsistit probatio corporis de testimonio carnis, probatio carnis, de testimonio sanguinis. Vt autē & sanguinis ueterē figurā in uino recognoscas, aderit Esaias: Quis (inquit) qui aduenit ex Edom? Rubor uestimentorū eius ex Bosor, sed decorus in stola uolenta, cū fortitudine? Quare rubra uestimenta tua, & indumenta sicut de foro torcularis pleno, conculcato? Spiritus enim propheticus uelut iam contemplabundus dominū ad passionem ueniētem, carne scilicet uestitum, ut in ea passum, cruentum habitum carnis, in uestimentorum rubore designatum conculcatæ, & expressæ uel passionis tanquam in foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines de uini rubore descendant. Multo manifestius Genesis in benedictione Iudæ, ex cuius tribu carnis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda deliniabat. Lauabit (inquit) in uino stolam suam, & in sanguine uuæ amictum suum, stolam, & amictum carnem demonstrās, & uinum sanguinem. Ita & nunc sanguinem suum in uino consecrauit, qui tunc uinum in sanguine figurauit. Et diuus Chrysostomus homilia 34. in Genesim exponēs illud Genesios, Et Melchisedech rex Salem protulit panem, & uinum &c. Quid uult (inquit) hæc obseruatio: Rex Salē, & sacerdos Dei altissimi? Illū enim nobis & beatus Paulus scribens ad eos, qui ex Hebræis crediderāt, quū in mediū adduxisset, & nomen eius tractaret, ciuitatē simul interpretatur cū significatione nominis eius, usus etymologia quadam, Melchisedech rex iustitiæ. Nam iuxta Hebraicam linguam Melchi regnum (uel potius regem) significat, & Sedech iustitiã. Et quum ad nomen ciuitatis uenit: Rex pacis (inquit), Salem enim idem quod pax est. Sacerdos autem erat, fortè ab semetipso ordinatus. Sic enim tūc erāt sacerdotes, uel quod quia ætate prouectior erat, à suis colebatur, uel quod & ipse sacrificare studuit, sicut & Noë, Abel, Abram, quādo sacrificia obtulerunt. Alioquin & typus Christi futurus erat, unde Paulus ipsum extollens, sic dicit: Absq; patre, absq; matre, absq; genealogia, neq; initiū dierū, neq; uitæ finem habēs, similatus autē filio Dei, manet sacerdos in perpetuū. Et quomodo dicitis, possibile est hominē absq; patre, & matre, & genealogia esse, & nō habere uel initium, uel finē uitæ? Audisti, q; figura fuit. Ne ergo admirare, neq; omnia require in typo. Neq; enim typus esset, si omnia quæ ueritati accidūt, haberentur. Quid igit est, quod ibi (aliàs tibi) dico? Igitur sicut ille (inquit) eo quod nō sit memoria eorū, qui genuerunt, dicitur sine patre, & matre, & quia nō recensetur eius genealogia, dicitur sine genealogia: ita & Christus, quia non habet uel in cœlo matrem, uel in terra patrem, absque genealogia dicitur. Et uide propter honorem in patriarcham collatum, quomodo sacramentum insinuat. Obtulit enim ei panem, & uinum. Videns typum, cogita (oro) & ueritatem, & admirare diuinarum scripturarum ueritatem, quomodo superioribus sacculis, & ab initio futura præsignata sint. Et benedixit (inquit) Abrahā &c. Non solū ipsum benedixit, sed & Deū glorificauit. Vt dixit enim: Benedictus Abrahā Deo altissimo, qui condidit cœlum,

Tertullianus. Luc. 22. b.

Matth. 26. c.

Hier. 11. d.

Esa. 63. d.

Gen. 14. b.

Gen. 14. d.

Heb. 7. a.

Ibidem.

Melchisedech, typus Christi.

Gen. 14. d.

Hier. 10. b.
Gen. 1. d.Diuus Thomas,
Matth. 26. c.

10. m. 6. f.

Gen. 4. c.
Matth. 21. d.10. an. 1. b.
Prover. 10. b.

Psal. 21. d.

Esa. 53. b.

Psal. 67. d.

Matth. 26. c.

10. an. 6. f.
Sacramenti for
m.

Psal. 67. g.

coelum & terram, & à creaturis uirtutem Dei nobis declarat. Si enim Deus est ille, qui produxit coelum, & terram, non sunt iam dii, qui ab hominibus coluntur. Dii enim (inquit) qui coelum, & terram non fecerunt, pereant. Benedictus (inquit) Deus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vi deoro, quomodo non solum iustum praedicat, sed & Dei praesidium agnoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tantam eorum, quos circumdabat, potentiam uincere. Et diuus Thomas in comen tarijs Matthaei exponens illa uerba, Coenatis autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit &c. Hoc in loco (inquit) de sacramento agit altaris, eius institutionem, & tempus institutionis eius, deinde materiam, postea benedictionem, ac fractionem, & illius enarrans distributionem. Ait ergo Euangelista: Coenatis autem eis, id est, dum coenarent. Siquidem quemadmodum ueritas figuræ, sic & nouum sacramentum ueteri succedit sacramento. Praeterea quæ ultimo dicuntur à patre familiâs filiorum cordibus, ac memoriae altius infiguntur. Et quâquam dominus noster post coenam, siue inter coenandum hoc instituerit sacramentum, discipulisque praebuerit, attamen non perperam Ecclesia statuit, ut ieiuni hoc sacrum sumant sacramentum, nempe ob illius reuerentiâ. Nam profectò ut cibus materialis prius corpus, quàm spiritalis, & sacramentalis ingrediatur, fas non est. Verum quoniam secundum Ecclesiae ritum dies incipit à media nocte, non est consentaneum, ut hoc sacramentum quispiam, legitimo cessante impedimento, recipiat, si citra mediâ noctem quippiam allumpserit cibi, aut potus nutriendi gratia. Deinde subiungit: Accepit Iesus panem. Ut enim in ueteri sacramento agnus accipiebatur ut cibus, itidem hoc sacramentum illius ueteris sacramenti perfectio, ac ueritas. ut cibus capiendum est, dicente domino: Caro mea uerè est cibus. Vnde liquet falsum esse quod nonnulli opinati sunt, nempe hoc in sacramento Christum sub signo duntaxat esse. Siquidem si res ita se haberet, hoc signum nil plus haberet, quàm illud antiquum, quod erat ratum signum. Hoc autem & signum, & ueritas est. Et si Christi corpus in fumentis uerteretur substantiam, profectò non mediocrem incurreret reuerentiâ. Sed ut dixit diuo Augustino, Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, propterea nullam qui sumit incurrit irreuerentiâ. Et quoniam coetera sacramenta Christi aliquam participat uirtutem, hoc autem totum ipsum Christum continet, idcirco aliorum est perfectio sacramentorum. Quamobrem & diuus Dionysius neminem perfici asserit, nisi per diuinissimam eucharistiam. Sumitur itaque Christus ut cibus, ut hoc pacto ueritas respondeat figuræ. Non sumitur autem sub propria specie, ne fidei meritum amittamus, ne fumentibus horrore esset illius comestio, ne sanctum ab infidelibus sit derisui. Celebratur autem in specie panis, quoniam panis materies, communis est cibus, & uinum, communis est potus. Nam hoc sacramentum ut ab omnibus sumatur, ut omnibus prosit, institutum est. Dixit autem: Benedictus, nempe panem terræ fructum, ut indicaret Adæ maledictionem, de qua scriptum est: Maledicta terra in opere tuo, per Christum fuisse remotam. Benedictus, quoniam benedictus qui uenit in nomine domini. Benedictus, quoniam per ipsum omnes benedicuntur fideles, qui illius participat benedictionem. Vnde scriptum est: De plenitudine eius omnes nos accepimus. Scriptum quoque est: Benedictio domini super caput iusti, id est, Christi, qui est caput totius Ecclesiae, à quo benedictio in sua descendit membra. Deinde sequitur: Ac fregit, in quo primum quidem futuræ passionis mysterium significatum est, in qua (ut inquit propheta): Foderunt manus eius, ac pedes, & dinumerauerunt omnia ossa illius. Hoc autem totum factum est, quoniam sic ipse uoluit, ut impleretur quod scriptum est: Oblatus est, quia ipse uoluit. Deinde ipsius innuitur incarnatio. Siquidem Dei uerbum, quum foret simplex, non relicta sua simplicitate, multiplicatus est. Nam quod frangitur, ab unitate in multitudinem transit. Denique multiplex per hanc fractionem denotatur effectus, & gratiarum diuisio. Dedit enim (ut ait propheta) dona hominibus. Vnde subditur: Deditque discipulis suis. Siquidem hoc diuinum sacramentum nullis dandum est infidelibus, & à nullo infideli conficiendum est. Sequitur: Et ait: Accipite, & comedite. Accipite (inquit) fide, & charitate, ut in illo per fidem, & charitatem stis, & ipse in uobis, alioquin indigni essetis, ut Christi corpus acciperetis. Qui manducat (inquit) carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo: Et comedite (ait) non modo spiritaliter, uerè etiam, & sacramentaliter. De forma autem huius sacramenti, hæc subiungit: Hoc est corpus meum. Siquidem his domini uerbis, hoc sacramentum conficitur, nec impossibile uideri debet. Nam si Heliae uerbum tantæ fuit uirtutis, ut ignem de caelo descendere faceret, quantum magis uerbo Christi, quo caeli firmati sunt, quo omnia è nihilo condita sunt, unum corpus in aliud potest transformare: Dedit autem uoci suæ (ut ait propheta) uocem uirtutis, ut panis in eius uertatur corpus, & uinum in sanguinem. Sacerdos autem, quum hoc conficit sacramentum, non sua, sed domini profert uerba, quibus antedicta perficitur transmutatio. Et quia hoc in sacramento ille, qui est gratiæ plenitudo continetur, idcirco perficitur in consecratione panis, & uini. Quam ob rem perfecta consecratione, siue accipiatur, siue non accipiatur, uerum est sacramentum. Quia igitur usus illius, siue acceptio non est de sacramenti necessitate, sed ad sacramentum consequitur, idcirco uerba illa: Accipite, & comedite, ad formam non pertinent sacramenti, sed ad illius usum. Dicunt autem nonnulli

nonnulli primò uerbis non consecrassent, sed spiritali uirtute, quæ excellenter fuit in illo, per quâ poterat citra sacramentum, sacramenti ueritatem tradere. Eius siquidem uirtus, sacramentis non est alligata. Alij uerò dixerunt bis eadem uerba dixisse, nempe occultè primum, deinde manifestè. Sed melius est, quod semel uerba, quibus consecrauit, protulerit. Verum de pronome demonstratiuo, quum ait: Hoc est corpus meum, quid demonstrat, diuersæ sunt opinioniones. Siquidem nonnulli dixerunt non esse demonstrationem ad sensum, sed ad intellectum, quoniam non est nisi ad panis substantiam, & nisi ad significandum, ut sit sensus: Hoc est &c. id est, signatum per hoc, est corpus meum. Verum quoniam nouæ legis sacramenta, quod signant, efficiunt, & idcirco hoc sacramentum nihil aliud efficit, nisi quod signat corpus Christi, & sic solum est corpus Christi sub signo. Non igitur uera est illorum opinio. Nonnulli uerò pronomen hoc, ipsam corporis substantiam demonstrare contendunt. Sed num statim est Christi corpus; quum ait duntaxat, Hoc? Profectò hoc esse nequit. Nam si pronome illo prolato sacerdos moreretur, profectò sacramentum non esset consecrum. Fuerunt alij, qui pronomen illud demonstrare putauerunt illud quod erit post illud pronomen meum, sed hoc non uidetur consentaneum, quoniam perinde esset, ac si diceretur: Corpus meum, est corpus meum. Nonnulli uerò dixerunt uerba materialiter, & non significatiue proferri. Sed hoc non est conueniens, quoniam (ut ait Augustinus): Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Dicendum est ergo, quod uerba à sacerdote proferuntur in Christi persona, & efficiunt quod Christus praesentialiter efficit, alioquin ad propriam materiem uerba non accederent. Vnde est adnotandum, humana uerba esse duntaxat significatiua, diuina uerò, & significatiua, & effectiua. Quocirca uerba sacramentalia à diuina uirtute uirtutem habent, quæ simul & dicit, & efficit. Et idcirco non solum sunt significatiua, uerè etiam & effectiua. Et primum quidem efficiunt, deinde significant. Nam quado fit aliquod materiale, quod commune est, praexistit, & est sub uno termino transmutationis, & in fine sub altero. Nam si fiat quippiam de nigro album, in hac transmutatione est corpus, quod in principio erat sub nigredine, & postea est sub albedine. In hac autem transmutatione est aliquid simile transmutationi naturali, & aliquid dissimile. Siquidem in alijs materialibus transmutationibus commune est subiectum, & forma differt, in hac autem è diuerso, commune est accidens, & substantia differt. Quamobrem, communi manente accidente, substantia transmutatur. Vnde quum ait: Hoc est corpus meum, sensus est: contentum sub hoc accidente, est corpus meum, uel hoc fit, quod sub his accidentibus contentum, sit corpus meum. Et idcirco in initio pronomen posuit, quod substantiam significat indeterminatam, & in fine posuit nomen, significans formam determinatam. Et propterea in principio non est forma, sed in fine. Sed quo pacto Christi corpus sit in sacramento, diuersas habuit opinioniones. Nam nonnulli putauerunt simul cum Christi corpore panis permanere substantiam, & propterea quod ait: Hoc est &c. referri ad corpus solum. Alij uerò dixerunt panis substantiam in praesentem materiam transire, & illic Christi corpus aduenire, & substantiam panis in Christi corpus non transire. Sed hoc non est consentaneum. Nam quando aliquid incipit esse, ubi prius non fuerat, non potest hoc esse, nisi uel secundum locum mutetur, uel nisi aliquid in ipsum conuertatur. Nam si quispiam dixerit: Hoc in loco non est ignis, si debeat illic esse ignis, opus est, uel ut aliunde illuc afferatur, uel quod illic est, in ignem mutetur. Et quia secundum ante dictam opinionem non est per modum conuersionis, ut per mutationem localem ibi sit, necesse est. Hoc autem est impossibile. Non enim est possibile ut idem corpus diuersis in locis esse possit. Corpus igitur Christi non est in sacramento per motum localem, sed per alterius conuersionem in ipsum, manente forma, subiecto uerò traeseunte. Quamobrem subiectum in subiectum mutatur, non quod simul sit panis substantia cum Christi corpore, uel quod panis substantia annihiletur, sed per conuersionem panis in ipsum. Sed quoniam pacto in tam paruo loco potest esse? Dicendum est aliquid illic esse bifariam, nempe uel ex ui sacramenti, & hoc est principale, & est illud, in quod conuersio terminatur. Et quia panis in Christi corpus conuertitur citra omnem controuersiam, illud quod significatur, est Christi corpus. Quod quidem corpus non est sine anima, nec sine diuinitate, panis tamen nec in animam, nec in diuinitatem conuertitur, sed illic sunt per concomitantiam, id est, realem coniunctionem. In pane autem duo sunt, nempe substantia, & accidentia: substantia igitur transit, accidentia uerò manent. Substantia autem illic est principaliter, & ex ui sacramenti, accidentia uerò manent. Et quia dimensiones sunt accidentia, corpus Christi in sacramento non comparatur ad locum per proprias dimensiones, sed per dimensiones panis praesistentes. Non est igitur in loco quemadmodum locatum dicitur esse in loco, quoniam locatum ad locum sub suis, ac proprijs dimensionibus comparatur. Quod hic non usuuenit. Et quia quantitatis differentia, non efficit discrimen in substantia, & quod sequitur quantitatem, secundum quantitatem diuiditur. Idcirco sicut anima sua non habet totalitatem à quantitate, & propterea qualibet in parte suam habet totalitatem, itidem Christi corpus, quod non comparatur ad corpus illud secundum quantitatem, sed duntaxat secundum substantiam, est qualibet in parte hostiæ. Accidentia autem illa, quâquam communiter accidentia dependant

à substantia, diuina uirtute manent absq; subiecto. Nam Deus est primum essendi principium, & idcirco effectum à subiecto separatū, & sine principijs producere potest, & in esse cōseruare absq; suis principijs. Et quia dimēiones sunt etiam (ut dictum est) accidētia, manēt etiam ipsa citra subiectum. Sed qualitates in dimēionibus sunt ut in subiecto. Vnde sensus est: Hoc, id est, contētum sub his accidentibus, quæ sunt in dimēionibus, id est, substantia, quæ primò his suberat accidentibus, in Christi corpore mutatur.

De uini consecratione.

Cap. XL.

Idem diuus Tho
mas.
Matth. 26. c.

Prouer. 9. d.

Matth. 26. c.

Ioan. 19. f.

Apoc. 5. c.
Apoc. 1. b.
Apoc. 17. d.

Ioan. 5. c.

Ioan. 11. c.

1. Cor. 11. g.

Exo. 24. b.
Heb. 9. e.

Exo. 24. b.

Heb. 9. d.

ET accipiens calicem &c. In hoc manifestè innuitur hoc sacramētum nō fuisse institutū sub una specie, sed sub duabus. Vnde est adnotādum, tria esse in hoc sacramēto: unū quod est sacramētum tātum, ut sunt species panis, ac uini: aliud quod est res tantum, & est effectus spiritalis: aliud quod est sacramentum, & res, & est corpus contentum. Si igitur sacramentum tantum expendamus, ut corpus sub specie panis, & sanguis sub uini specie signetur, consentaneum est. Siquidem hoc pacto spiritualem indicat refectionem, quæ est in cibo, & potu. At si cōsideretur ut res & sacramentum, conueniens est ut illud sacramentum, quod est dominicæ passionis rememoriatiuū per sanguinem significetur, qui effusus, & separatus fuit à corpore. Demum si attendatur id, quod est res tantum, quia sanguis quāquam non est anima, in sanguine tamen uita cōseruatur, cōuenienter significatur per sanguinem illud sacramentum esse ad fidelium salutem, & quod panis pro corporis salute, sanguis uerò pro animæ salute offertur. Vnde scriptū est: Venite comedite panē meum, & bibite uinum, quod miscui uobis. Sub panis autem specie (ut dictum) ex ui sacramēti Christi corpus cōtinetur, sanguis uerò, per cōcomitantiam, sub specie autem uini è diuerso sanguis Christi ex ui cōtinetur sacramenti, per concomitantiam uerò eiusdem corpus. Et quia scriptum est: Et accipiens calicem, & nō dixit: Et accipiens uinum. putauerunt nōnulli sacramentum hoc confici debere in aqua. Sed hoc Euangelij uerba manifestissimè excludunt. Nam paulò post scriptum est: Dico autem uobis, non bibam amodo de hoc genimine uitis &c. Miscetur autē uinum cū aqua, quoniam in regione calida ut uinū citra aquā bibatur, mos nō est. Et propterea non est existimandū, quod puro in uino suū cōsecrauerit sanguinē. Ad hæc hoc sacramētum est dominicæ passionis (ut dictū est) rememoriatiuū. In passione autē è latere Christi exiuit sanguis, & aqua. Ad hæc effectus passionis Christi fuit & redemptio, & ablutio à peccatis. Redemptio autem fuit per sanguinem Christi, iuxta illud: Redemisti nos Deo in sanguine tuo, & eodem sanguine sordes abluuit nostrorum peccatorum, iuxta illud: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo. Per uinum igitur redemptio, per aquam uerò, peccatorum significatur ablutio. Per aquam quoq; populi significatur, dicente Ioanne: Aquæ multæ, populi multi. Et quia per hoc sacramentum populi Christo unūtur, idcirco aqua uino miscetur. Rectè quoq; dictum est: Et accipiēs, ut indicaret illum uoluntariè fuisse passum. Gratias (inquit) egit, nempe & de passione, ut nobis indicaret nō modo de bonis, uerumetiam & malis, siue aduersis gratias agere Deo. Gratias quoq; egit & de institutione huius sacramenti, quoniam diuina hoc uirtute faciebat. Vnde et ipse dixit: A me ipso facio nihil. Et hanc obrem Deo patri gratias agebat, dicens: Gratias ago tibi, quoniam audisti me. Et dedit illis, nempe ut in sacramento sumerent, in quo etiam significat fructum suæ passionis per alios fore ministrādum. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, quæ sunt consecrationis uerba. Ecclesia autem addidit: Hic est calix, & ubi dicitur: Noui testamēti, addidit, noui, & æterni testamēti, & ubi dicitur: Qui pro multis, addidit: Qui pro uobis. Sed unde hanc Ecclesia habuit formam? Nempe ex Apostolorum constitutione, dicente Apostolo Paulo: Cœtera quum uenero, disponā. Est autem adnotandum, quod in hac forma est aliquid simile, & aliquid dissimile cum ueteri. Nam (ut scribitur in Exodo) perfecta Moyses lege uitulos immolauit, & sanguinem obtulit, dicens: Hic est sanguis fœderis domini. Itidē sanguis iste oblatus est pro populi salute. Vnde Apostolus ait: Lecto enim omni mandato legis à Moysē uniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librum, & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamēti, quod mādauit ad uos Deus. Etiam tabernaculum, & omnia uasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundantur, & sine sanguinis effusione, nō fit remissio. Quibus in uerbis magnum innuitur, imò ostenditur discrimen inter hanc, & illum sanguinem. Siquidem sanguis ille uitulorum, & hircorum erat, hic autem Christi, & idcirco ad remittendum peccata maximæ uirtutis, dicēte eodem Apostolo: Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis, quantomagis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatū Deo, emūdauit conscientiam nostram ab operibus mortis ad seruiendum Deo uiuenti. Ad hæc: Sanguis ille dicebatur sanguis testamēti, hic autem dicitur testamētum, Testamētum autem nōnunquā communiter

communiter dicitur, interdum uerò propriè. Communiter quidem, quoniam in omni facto testes adducebantur, propriè uerò dicitur testamentum, quando quippiam in morte legatur, dicēte Apostolo: Vbi enim testamētū est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamētum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nōdum ualet, dum uiuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidē sine sanguine dedicatum est. Lecto enim &c. ut paulo superius. Sed in ueteri testamento temporalia pollicebantur, ut terra Amorrhæorum &c. in nouo autem cœlestia, & superna promittuntur. Et ideo dicitur: Noui testamēti. Scriptum est enim: Feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum. Vnde & hoc in loco dicitur: Hic est enim sanguis meus noui testamēti, hoc est, dedicatus ad nouum testamētum, in quo fiduciam habere debemus, dicente Apostolo: Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Ecclesia autem addidit, pro uobis, nempe Apostolis, quia ipsi huius sanguinis fuere ministri, & per ipsos ad gētes deriuatus est. De hoc & corpore, & sanguine domini, scribitur in Cātico Canticorū: Comedite, & bibite, & inebriamini charissimi, quæ uerba Rupertus enarrans: Amici (inquam) & charissimi, iam enim non dicam uos seruos, sed amicos meos, quia omnia quæcūq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Idcirco dico charissimi, quia charitas erga uos maxima mihi est, qua maior esse nō potest. Maiorē enim hac dilectionem nemo habet, quā ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hoc ego facio. Nam ecce dum morior, dum ad mortem trador, iamq; uēditus in morte agonizor, corpus quoq; meum comedēdum, & sanguinem meum bibēdum uobis appono, ut quo ordine mors introiuit, eodem foras mittatur de animabus, & corporibus uestris. Primo quippe foras mittitur mors animæ, dum comeditis, & bibitis sacramētū mortis, uel passionis meæ, quia sicut quodā loco dixi: Qui māducat me, ipse uiuet propter me. Post hoc foras mittetur mors corporis, scilicet quando omnes resurgetis, quod & uos, me primo resurgēte, fideliter creditis, sicut itidē ego dixi de illo, qui māducat me, uiuit propter me, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Dicit aliquis: Sancti itaq; patres uestri quomodo uiuent, qui nō comederunt, neq; biberunt hoc uitæ sacramentum, nisi tantum in figura, & in generatione una, quādo māna in deserto comederūt, & aquam de cōsequente eos petra biberūt? Ad hæc (inquam) sicut uiuentibus uobis pro modo uestro, ita & defunctis illis pro modo ipsorum sapientia Dei prouidit, eandemq; mēsam parauit. Siquidem dissipati sunt illi, quoniam animæ quidem apud inferos sunt in requie spei, corpora uerò requiescunt in sepulchris, dissipabor & ego panis uiuus, qui de cœlo descendi, & anima quidem ad animas illorum, corpus uerò descendit ad corpora ipsorum, scilicet in eius terræ uentrem, quo illa recepta sunt. Mox animæ illorum reuiuiscunt in uita plena, atq; perfecta, cuius in spe aliquatenus uixerūt. In nouissimo autem die uobiscum resurgent resurrectione corporū. Atq; ita fiet quod dicit aliquis uestrum, quodq; firmiter tenet fides omnium nostrum, quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: Hoc tantæ salutis sacramentum ab initio nō feci uobis, hunc cibum, potumq; uitæ æternæ hæcenus nō porrexī uobis, quum ambularetis mecum ad prædicandum Euangelium regni Dei. Nō enim tempus erat, neque ordo poscebat, ut uobis cibus, aut potus daretur nouæ salutis priusquam mūdaremini, priusq; deleretur macula uestra, macula reatus antiqui, quam contraxerunt comedendo uetitum, uobisq; omnibus nascituris intulerunt iam dicti homines, primi parentes uestri. Mūdari autem aliter neque uos potuistis, neque potuerunt ueteres amici uestri, sancti antiqui ab origine mundi, nisi per effusionē sanguinis mei, per lauacrum regenerationis, scilicet sanguinis, & aquæ de latere meo decurrentis. Non igitur antè uobis facere, aut dicere debui: Accipite, & comedite amici, accipite, & bibite charissimi, nō (inquam) antè, sed in ipso articulo passionis meæ, uel mortis, qua emundati estis, unde & dico uobis, quia & uos mūdi estis propter sermonē, quem locutus sum uobis. Nam quia credidistis, & quia permansistis mecum in tentationibus meis, idcirco ex quo ego cœpi agonizari, uos cœpistis emundari, ac proinde sicut iam mūdis, sicut emūdatis à peccato originali, quod primus homo cōtraxit per cibum, hūc cibum, & hūc potum feci uobis, apponendum cœteris amicis, & filijs uestris post uos nascituris, hoc ordine, ut & ipsi prius lauentur aqua baptismatis, quæ post sanctificationem uerbi cū signaculo crucis, siue exorcismo passionis meæ, uel mortis, non erit alia, sed eadem, quam cum sanguine meo de latere meo iam mortuus profundam percussus lancea militis, & tunc demum particeps fiat cibi huius, ac potus, eo modo, quo tradidi uobis. Inebriamini igitur charissimi, inebriamini (inquam) ita ut egestatis uestre obliuiscamini, & doloris amplius nō recordemini. Clemēs autem Romanæ Ecclesiæ præsul ad Iacobum Hierosolymorum episcopum hoc pacto scribit: Quoniam sicut à beato Petro Apostolo accepimus omnium Apostolorum patre, qui clauis regni cœlestis accepit, æqualiter tenere debemus, de sacramentis quæ geruntur in sanctis, te ex ordine, nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorū, id est, presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore, & tremore clericorum, reliquias corporis dominici debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ut quum negligenter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enim

corporis domini nostri Iesu Christi, si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admo- nere officia, graui anathemate, digna humiliationis plaga feriat. Certè tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quòd si remanserint in crastino non referuentur, sed cum timore, & tremore clericorum, & diligentia consummantur: qui autem residua corporis do- mini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conue- niunt, ne putent sanctæ portioni commiscere cibum, qui per æqualiculos digestus, in secessum fun- ditur. Et infra: Ad dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem coniuges suas non nouerint. Quòd si post ordinationem ministro cõtigerit proprium inuadere cubile uxoris, sa- crarij nõ intret limina, nec sacrificij potitor (aliàs portitor) fiat, nec altare contingat, nec ab offerenti bus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem accedat.

Quid mandragoræ, & mane mysticè significant. Cap. XLI.

Gregorius. Cantic. 7. d. Mandragora, uirtus perfectio rum.

Augustinus.

Gen. 30. c.

Mandragora, fama bona.

1. Timot. 3. b.

Gen. 30. b.

Quid mandragoræ mysticè significant, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Canticorum, Mādragoræ dederūt odorem suum in portis nostris: Quid (inquit) per mādragoras, hærba scilicet medicinalem, & odoriferā, nisi uirtus perfectorū intelligitur: per quā perfecti quicq; dū im- perfectorum infirmitatibus medētur, in fide, quā prædicāt, id est, in portis Ecclesiæ ueri medici esse comprobātur. Qui dum exempla bonorum operū circūquaq; per sanctā famam tribuūt, quasi odo- rem, quo ægroti sanētur, aspergūt. Et diuus Augustinus libro uigesimosecūdo cōtra Faustū Ma- nichæum, capite 56. sic ait: Est uerò quidā Liæ filius ex beneficio Rachel æditus, quum uirū suum secum debita nocte cubiturum, acceptis à filio Liæ mādragoricis malis, cum sorore cubitare per- mittit. De hoc autem pomi genere opinari quosdam scio, quòd acceptum in escam, sterilibus fœmi- nis fœcunditatē pariat: ac per hoc putāt omnimodo institisse Rachel, ut hoc à filio sororis acciperet cupiditate pariendi: quod ego quoq; arbitrarer, si tūc cōcepisset. Nunc uerò, quum post Liæ duos alios ab illa nocte partus, dominus eā prole donauerit, nihil est cur de mādragora tale aliquid suspi- cemur, quale in nulla fœmina experti sumus. Dicam ergo quid sentiā, dicent hinc fortè meliora do- ctiores. Quum enim hæc mala ipse uidissem, & propter istum ipsum sacræ lectionis locum id mihi obtigisse gratularer, (Rara enim res est) naturā eorū diligēter, quātum potui, perscrutatus sum: nõ aliq̄uā à cōmuni sensu remotiore scientia, quæ docet uirtutes radicum, & potestates hærbarum: sed quātum mihi & cuilibet homini renūciabat uisus, & olfactus, & gustus. Proinde rem cōperi pul- chram, & suaue olentem, sapore autē insipido: & ideo cur eā mulier tātoperē cōcupierit, ignora- re me fateor, nisi fortè propter pomi raritatem, & odoris iucūditatem. Cur uerò ipsam rem gestam sancta scriptura tacere noluerit, quæ nõ utiq; talia desideria muliercularū nobis pro magno insinua- re curaret, nisi aliquid in eis magnum quærere commoneret, nihil amplius conijcere ualeo, quā quod ex illo cōmuni sensu mihi suggerit, ut illo mādragorico pomo figurari intelligā famā bonā: nõ eam quæ cōfertur, quum laudāt hominē pauci iusti, atq; sapiētes, sed illā popularem, qua etiā maior, & clarior notitia cōparatur: nõ ipsa per sese expetenda, sed intentioni bonorum, qua generi humano cōsulunt, pernecessaria. Vnde dicit Apostolus: Oportet etiam testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt, qui licet parum sapiāt, reddūt tamen plerūq; labori eorum, per quos sibi con- sulitur, & splendorem laudis, & odorem bonæ opinionis. Nec ad istam gloriam popularem primi perueniūt eorum, qui sunt in ecclesia, nisi quicunq; in actionum periculis, & labore uersantur. Pro- pterea Liæ filius mādragorica mala inuenit, exiens in agrum, id est, honestè ambulās ad eos qui fo- ris sunt: doctrina uerò illa sapientiæ, quæ à uulgi strepitu remotissima, in contemplatione ueritatis dulci delectatione defigitur, hęc popularem gloriam quantulacūq; nõ assequeretur, nisi per eos, qui in medijs turbis agendo, ac suadendo, populis præfunt: nõ ut præfint, sed ut profint: quia dum illi actiuosi, & negociiosi homines per quos multitudinis administratur utilitas, & quorum autori- tas populis chara est, testimonium perhibēt etiam uitæ propter studium cōquirendæ, & cōtemplan- dæ ueritatis ociosæ, quodammodo mala mādragorica per Liām perueniunt ad Rachel. Ad ipsam uerò Liām per filium primogenitum, id est, per honorem fœcūditatis eius, in qua est omnis fructus laboriosè, atq; inter incerta tentationum periclitantis actionis: quam pleriq; bono ingenio prædit, studioq; flagrātes, quāuis idonei regendis populis esse possint, tamen uitāt propter turbulētās occu- pationes, & in doctrinæ ocii toto pectore tanq; speciosæ Rachel ferunt amplexū. Sed quia bonū est, ut etiā hæc uita latius innotescens, populārē gloriā mereatur: iniustū est autē ut ea cōsequatur, si amatorem suū administrandis ecclesiasticis curis aptū, & idoneū, in ocio detinet, nec gubernatio- ni cōmunis utilitatis impartit: propterea Liā sorori suæ dicit: Parum est tibi, quòd uirum meū acce- pisti, insuper & mādragorica filij mei uis accipere: per unū uirū significans eos omnes, qui quū sint agendi, uirtute habiles, & digni quibus regimen ecclesiæ cōmittatur, ad dispēsandum fidei sacra- mentū: illi accessi studio doctrinæ, atq; indagādæ, & contēplandæ sapientiæ, se ab omnibus actionū molestijs remouere, atq; in ocio discendi, ac docendi cōdere uolūt. Ita ergo dictum est: Parum ne- est tibi,

est tibi, quòd accepisti uirum meum, insuper & mandragorica filij mei uis accipere: Ac si diceretur: Parum est, quòd homines ad laborem rerū gerendarum necessarios in ocio detinet uita studio rum, insuper & popularem gloriā requirit: Proinde ut eā iustè cōparet, impartit Rachel uirum so- rori suæ illa nocte: ut scilicet qui uirtute laboriosa regimini populorum accommodati sunt, etiam si scientiæ uacare delegerunt, suscipiant experientiam tentationum, curarūq; sarcinam pro utilitate communi: ne ipsa doctrina sapientiæ, cui uacare statuerūt, blasphemetur, neq; adipiscatur ab impe- rioribus populis existimationem bonā, quod illa poma significāt, & quod necessariū est ad exhor- tationem discendum. Sed planè ut hanc curā suscipiāt, uis cogūtur. Satis & hoc significatū est, quòd quum ueniret de agro Jacob, occurrit ei Liā, eumq; detinens, ait: Ad me intrabis, Conduxi enim te pro mādragoris filij mei, tāquam diceret: Doctrinæ, quam diligis, uis cōferri bonā opinionem, noli defugere officiosum laborē. Hęc in ecclesia gerit quisquis aduerterit, cernit. Experimur in exem- plis, quod intelligamus in libris. Quis nõ uideat hoc geri toto orbe terrarum, uenire omnes ab ope- ribus sæculi, & ire in ocium cognoscēdā, & cōtemplandæ ueritatis, tāquam in amplexum Rachel: excipi de trāsuerso ecclesiastica necessitate, atq; ordinari in laborem, tāquam Liā dicēte, Ad me in- trabis: Quibus castè Dei mysterium dispensantibus, ut in nocte huius sæculi filios generent fidei, laudatur à populis etiā illa uita, cuius amore cōuersi spem sæculi reliquerunt, & ex cuius professio- ne ad misericordiam regendæ plebis assumpti sunt. Id enim agūt in omnibus laboribus suis, ut illa professio, quòd se cōuerterāt, quia tales rectores populis dedit, latius, & clarius glorificetur, tāquam Jacob nõ recusante noctem Liæ, ut Rachel pomis suaue olentibus, & clarè nitētibus potiatur: quæ aliquando & ipsa præstante misericordia Dei, per seipsam parit, uix tādē quidem, quia perrarum est: ut, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbū, & quicquid de hac re piè sapienterq; dicitur, sine phātasmate carnalis cogitationis, & salubriter uel ex parte capta- tur. Et Rupertus exponens illud Canticorum, Mādragoræ dederūt odorem suum, sic scribit: Man- dragora mala habet suaue olētia, quæ & ἀνθρωπομορφος appellatur, quòd habeat radicem, formā ho- minis simulantem: cuius cortex uino mixtus, ad bibendum datur his, quarum corpus propter curā secādum est, ut soporati dolorem minimè sentiāt, sterilibus quoq; mederi fertur, ut cōcipiant. Man- dragoræ ergo dederūt odorem in portis nostris, id est, experimēta præsto sunt, quòd iam fieri de- beat illud, quòd gentilitati haecenus sterili spīritus propheticus promittit: Lauda, inquires, sterilis, quæ nõ parit, decāta laudem & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij deserta, magis quāam eius quæ habet uirum &c. In portis (inquam) nostris, id est, dum adhuc sumus in finibus nostris, in finibus Iudaicis, sensimus odorē huiusmodi. Venerat enim iam æthiops eunuchus adorare in Hie- rusalem, & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Esaiam prophetam, quum ecce sen- tiens spīritus sanctus odorem eius, dixit ad Philippum: Accede, & adiunge te ad currum istū. Sed & tunc eramus in portis nostris, quando odorem dederunt in cōspectu domini elemosynæ Cor- nelij centurionis. Ad quem odorem & illud pertinet, quòd postmodum cuidam amicorum talis ui- sio per noctem ostensa est. Vir Macedo quidam erat, stās & deprecans eum, dicens: Transiens in Macedoniā, adiuua nos. His atq; alijs modis odorē dederunt mādragoræ in portis nostris, fœcun- ditatem significantes de loco sterilitatis.

Gen. 30. c.

10 an. 1. a.

Rupertus. Cantic. 7. d.

Esa. 54. a.

Acl. 8. e.

Acl. 10. a. Acl. 16. b.

Gregorius. Iob. 24. c.

Mane, aduētus dominicæ incar- nationis.

Esa. 21. c.

Mane, aduētus iudicis.

Psal. 100. b.

Psal. 5. a.

Mane, præfens prosperitas.

Eccis 10. c.

1. 10 an. 3. c.

Iob 7. d.

Gen. 3. d.

Mane, mentium manifestatio.

Psal. 5. a.

Quid autem mane mysticè significet, diuus ostendit Gregorius, exponens illud Iob, Mane pri- mo cōsurgit homicida &c. In scriptura (inquit) sacra mane aliquādo aduentus dominicæ incarnatio- nis, aliquando aduentus iam terribilis, & districti iudicis, aliquādo uerò præsentis uitæ prosperitas poni cōsueuit. Mane etenim aduentus dominicæ incarnationis extitit, sicut propheta dicit: Venit mane, & nox: quia & nouæ lucis primordia in redemptoris præsentia fulserunt, & tamen à perfe- cto cordibus perfidiæ suæ tenebræ nõ sunt deterfæ. Rursum per mane aduentus iudicis de- signatur. Vnde per Psalmistā dicitur: In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, sicut & electorum quoque personam exprimens, ait: Mane astabo tibi & uidebo. Rursum per mane præ- sentis uitæ prosperitas designatur, sicut per Salomonem dicitur: Væ tibi terra, cuius rex est puer, & cuius princeps mane comedūt. Quia enim mane primū diei tempus est, & uespere extremum, nequaquam reficiēdi sumus de huius uitæ prosperitate, quæ præuenit, sed de his, quæ in fine diei, id est, in mundi termino sequuntur. Manè ergo comedunt, qui de huius mūdi prosperitatibus ex- tolluntur, & dum præsentia uehementer curant, futura nõ cogitant. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida est. Manè itaq; primò cōsurgit homicida, quia in præsentis uitæ gloria peruersus quisque erigitur, & illorum uitam deprimit, qui dum sequentem gloriam sitiunt, quasi satiari in ue- spere exquirunt. Et libro octauo, cap. 23. exponens illud Iob, Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, non subsistam: Peccanti (inquit) primo homini dictum est: Pulus es, & in pul- uerem reuertēris. Manè autem dicitur illa tunc manifestatio mentiū, quæ in aduentu iudicis apertis cogitationibus quasi post noctis tenebras demonstratur. De quo nimirum manè per Psalmistam dicitur. Mane astabo tibi, & uidebo. Quærere autem dei, est hominem subtili interrogatione discu- ee ij tere,

tere, & districtè discutièdo iudicare. Beatus igitur Iob humanæ deiectionis dāna cōsiderās, uideat quia & præsentiam iam pœna premitur, & adhuc de futuris grauius urgetur, & dicat: Ecce nūc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris, nō subsistam. Ac si apertius deploret, dicens: In præsentem quidem inortem iam carnis patior, & tamen adhuc de futuro iudicio grauiorem morte, districtio- nis tuæ sententiam pertimesco. Interitum pro culpa sustineo, sed adhuc ad iudicium ueniēs, culpas restitui, & post interitum formido. Exteriorem ergo mortem considerans, dicat: Ecce nunc in puluere dormiam: interiorem metuens adiungat: Et si mane me quæsieris, non subsistam. Quātalibet enim iustitia polleant, nequaquam sibi ad innocentiam uel electi sufficiunt, si in iudicio districtè re- quirantur. Sed hoc nunc ad solatium suæ ereptionis inueniunt, quod nequaquam se posse sufficere humiliter sciunt. Sub humilitatis ergo tegmine à gladio se tantæ animaduersionis abscondunt, & quo terrorem uenturi iudicis præstolantes continuo timore trepidāt, eo indefinenter agitur, ut pa- ratiore fiant. Et libro quinto, cap. 28. exponens illud Iob, De mane usq; ad uesperam succidētur. A mane usq; ad uesperā peccator succiditur, dum à uitæ suo exordio usq; ad terminum, iniquita- tis perpetratiōe uulneratur. Omnia namq; tempore reprobī per augmentum maliciæ cōtra se ictus ingeminant, quibus succisi in profundum ruant. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Viri san- guinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare, est tempus uitæ malæ in uo- luptatibus ductum, ad pœnitentiæ lamenta diuidere, atq; hoc ad bonum usum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquam dimidiant, quia peruersam mentem nec in extremo tempore im- mutant. Quo contra bene Paulus admonet, dicens: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Tempus quippe redimimus, quando anteaquam uitam, quam lasciuendo perdidimus, flendo repa- ramus. Potest etiam manē prosperitas, uespere huius mundi aduersitas designari. De manē ergo usq; ad uesperam reprobī succiduntur, quia & per prospera lasciuientes depereunt, & per aduersa impatientes ad insaniam exurgūt. Quos de mane usq; ad uesperam nequaquam culpa succideret, si uel prospera fomentum crederent, uel aduersa sectionem sui uulneris æstimarent. Et diuus Au- gustinus exponens illud Psalmistæ, Mane exaudies uocem meam, mane astabo tibi, & uidebo: Ca- ligans (inquit) inter procellas huius sæculi, sentit se non uidere quod cupit, & tamen sperare nō de- sinit. Spes enim quæ uidetur, non est spes. Intelligit tamen quare non uideat, quia nōdum nox per- acta est, id est, tenebræ quas peccata meruerunt. Dicit ergo: Quoniam &c. Non ille es (inquit) qui possis uideri ab eis quorum ab oculis nox peccatorum nondum recessit. Peracta ergo erroris mei nocte, & discedentibus tenebris, quas mihi peccatis meis feci, exaudies uocē meam. Et exponens illud Psalmistæ, Ad annunciādum mane misericordiā tuam, & ueritatem tuam per noctem: Manē (inquit) dicitur quando nobis bene est, nox uerō, quādo tristitia tribulationis est. Quādo tibi bene est, lauda misericordiam, quādo uerō male est, lauda ueritatem, quia peccata flagellat. Noli ergo ac- cusare Deum, quia pateris aliquid mali, sed tribue illud peccatis tuis, emēdationi ipsius. Quā mi- sericordiā annūcias mane, & ueritatē per noctē, semper laudas Deū, semper cōfiteris Deo, & psallis nomini eius. Et Cassiodorus: Mirabiliter uita nostra duobus est sermonibus cōclusa. Mane signi- ficat gaudiū, nox autē cognoscitur indicare tristitiā. Et ideo quādo in beneficijs eius læti sumus, mi- sericordiā ipsius annūciare debemus: Per noctē uerō, id est, per tribulationē, quādo nos asperitates aliquæ castigare noscūtur, ueritatē ipsius similiter annūciare debemus, quia meritō patimur, quod delictis grauantibus sustinemus. Ita fit, ut utroq; tempore iustissimè debeamus laudes domini con- fiteri. Scriptū quoq; est: Audiat fac mihi mane misericordiam tuā, quia in te speraui. Ecce in nocte sum, sed in te speraui, donec nocturna trāseat iniquitas. Mane ergo appellat post finē sæculi, quum uiderimus quod in sæculo credimus. Mane astabo tibi, & cōtemplabor. Et Cassiodorus: Clemen- tiam dicit domini toto orbe notissimam, qua supplicatibus præstat, indulget afflictis, & ut ipse au- diat, quod in Euangelio dictum est: Fili dimissa sunt tibi peccata. Mane tempus ueniæ designat. Tunc enim menti elufcescit, quando ad eam felici sorte peruenerit. Nam post noctem peccatorum meritō mane dicitur, quando culpa relaxatur.

Quid mansio mysticè significet.

Cap. XLII.

DE mansionibus scriptū est in Euāgelio: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quæ uerba diuus enarrās Greg. lib. Moral. 4. cap. 42. exponēs illud Iob, Paruus & magnus tibi sunt, & feruus liber à dño suo: Quia (inquit) in hac uita nobis est discretio operū: erit in illa proculdubio di- scretio dignitatū: ut quo hīc alius aliū meritō superat, illic alius aliū retributione transcendat. Vnde in Euangelio ueritas dicit: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Sed in eisdem multis mansio- nibus erit aliquo modo ipsa retributionum diuersitas cōcors: quia tanta uis amoris in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & non æquē la- borantes in uinea, æquē cuncti denarium sortiuntur. Et quidem apud patrē mansiones multa sunt: & tamen eundem denarium disparem laborator accipiunt: quia una cūctis erit beatitudo lætitiæ: quamuis

quis non una sit omnibus sublimitas uitæ. Paruum & magnū in hac luce conspexerat, qui ex uo- ce capitis dicebat: Imperfectum meū uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribētur. Paruum, & magnum conspexerat, quum dicebat: Benedixit omnes timentes se dominus, pusillis cum ma- ioribus. Et libro 35. cap. 24. eadem uerba hoc pacto exponit: Apud patrē quippe mansiones mul- tæ sunt, quia in illa beatitudinis uita non dispari unusquisq; iuxta dispar meritum, locum disparem percipit, sed eiusdem disparilitatis damna non sentit, quia tantū sibi, quantum perceperit, sufficit. Quas bene Paulus mansiones iuxta merita distributas insinuat, quum ait: Alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarū. Stella enim à stella differt in claritate. Et libro 4. dialogorum, cap. 35. Si (inquit) dispar retributio in illa æterna beatitudine non esset, una potius mansio, quàm multæ essent. Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti honorum ordines, & propter me- ritorum consortia communiter lætantur. & tamen unum denarium omnes laborantes accipiunt, qui multis mansionibus distinguuntur, quia & una est beatitudo, quam illic percipiūt, & dispar re- tributionis qualitas, quā per opera diuersa cōsequuntur. Et homilia 16. super Ezechielē, hoc pacto scribit: In retributione ultima quāuis eadē dignitas omnibus non sit, una tamen erit omnibus uita beatitudinis. Vnde & p̄ semetipsum dñs dicit: In domo patris &c. Sed tñ q in ea ducti sunt. quis diuersis horis uenerint, unū denariū perceperunt. Qua itaq; ratione conueniant mansiones mul- tæ cum uno denario, nisi quia diuersæ quidē beatorū ciuū dignitates erunt, sed tamē una requies æternæ retributionis? Nam & si dispar erit meritū singulorū, non erit diuersitas gaudiorum, quia & si alter minus, atq; alius amplius exultat, omnes tamē unum gaudium de conditoris sui uisione lætificat. Et diuus Augustinus lib. de sancta uirginitate unico, cap. 26. Quid sibi uult, inquit, ille denarius, qui opere uineæ terminato æqualiter omnibus redditur. siue his, qui ex prima hora, siue his, qui una hora operati sunt? Quid utiq; nisi aliquid significat, quod oēs communiter habebunt, sicuti est ipsa uita æterna, ipsum regnū cœlorum, ubi erunt omnes quos deus prædestinauit, uoca- uit, iustificauit, glorificauit? Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Hic est ille denarius merces omnium. Stella tamen ab stella differt in glo- ria: sic resurrectio mortuorum. Hæc sunt merita diuersa sanctorū. Si enim cœlum significaretur illo denario, nōne in cœlo esse, oibus est cōmune syderibus? Et tñ alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarū. Si denarius ille pro sanitate corporis poneret, nōne quū rectē ualemus, omnibus mē- bris cōis est sanitas, & ipsa si usq; in mortē permaneat, pariter & æqualiter omnibus inest? Et tñ posuit deus mēbra singulorum quodq; eorum in corpore prout uoluit, ut nec totū sit oculus, nec to- tum auditus, nec totum odoratus, & quicquid est aliud, habet suam proprietatem, quamuis æqua- liter habeat cū omnibus sanitatē, ita quia ipsa uita æterna pariter erit omnibus sanctis æqualis de- narius oibus attributus est. Quia uero in ipsa uita æterna distinctè fulgebunt lumina meritorum, multæ sunt mansiones apud patrē, ac per hoc in denario quidē nō impari, nō uiuet alius alio proli- xius, in multis autē mansionibus honorat alius alio clarius. Et tractatu 67. In domo (inquit) patris mei mansiones multæ sunt. Nullus sanctorum alienabitur ab illa domo, ubi mansionē pro suo quisq; ac- cepturus est merito, denarius quidē ille æqualis est oibus, quē paterfamilias eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus, nō in eo discernēs qui minus, & qui amplius laborauerūt, quo utiq; de- nario uita significat æterna, ubi amplius alio nemo uiuit, quoniam uiuendū nō est diuersa in æternita- te mensura, sed multæ mansiones diuersas meritorū in uita æterna significāt dignitates. Alia est em̄ gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarū &c. tanquā stellæ sancti diuersas mansiones, diuersas claritates, tanq; in cœlo sortiūtur in regno, sed ppter unū denariū nullus separāt à regno, atque ita deus erit oia in oibus, ut qm̄ deus charitas est, p charitatē fiat, ut quod habet singuli, cōe sit oibus. Sic enim quisq; etiā ipse habet, quū amat in altero quod ipse nō habet. Nō erit itaq; aliqua inuidia impari claritatis, quoniam regnabit in omnibus unitas charitatis. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putāt ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnū cœlorū erit aliquid, ubi maneāt beati innocētes, qui sine baptismo ex hac uita emigrarūt, quia sine illo in regnū cœlorū in- trare nō potuerūt: hæc fides nō est fides, qm̄ nō est uera, & catholica fides: ita ne tandē stulti hoies, & carnalibus cogitatiōibus excæcati, quū reprobādī effectis, si mansionē nō dico Petri & Pauli, uel cuiuslibet apostolorū, sed cuiuscūq; paruuli baptizati à regno cœlorum separaretis, nō uosputatis esse reprobādos, qui domū Dei patris inde separatis? Nō enim ait dñs, in uniuerso mundo, aut in uniuersa creatura, aut in uita, uel beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt, sed in domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt. Nōne ista est domus ubi ædificationē habemus ex deo, domū nō manufactā æternā i cœlis? Nōne ista est domus, de qua cātamus in dño: Beati q habitāt in domo tua, i sæcula sæculorū laudabūt te? Ergo ne uos nō domū cuiuscūq; baptizati fratris, sed domū ipsius dei patris, cui oēs fratres dicimus, Pater noster qui es in cœlis: à regno separare cœlorū, aut eā sic diuidere audebitis, ut aliquæ mansiones eius sint in regno cœlorū, alique aut extra regnū cœlorum? Absit, absit, ut q uolūt habitare in regno cœlorū, in hac stultitia uelut habitare uobiscū: absit, inq; e e iij ut quum

Iob 4. c.
Manē, uitæ
exordium.
Vespera, uitæ
terminus.
Psal. 54. d.

Ephef. 5. d.

Manē, prosperi-
tatis.
Vespera, aduer-
sitas.
Augustinus.
Psal. 5. a.

Romā. 8. c.

Psal. 91. a.
Manē dicitur,
quādo nobis be-
ne est.
Nox, tribulatio.

Cassiodorus.
Manē, gaudiū.
Nox, tristitia,
tribulatio.

Psal. 14. b.
Augustinus.
Psal. 5. a.
Cassiodorus.
Mat. 2. a.

Ioh. 14. a.
Gregorius.
Iob 3. c.

Ioh. 14. a.

Psal. 138. c.
Psal. 113. d.
Ioh. 14. a.

1. Cor. 15. e.

Ioh. 14. a.

Augustinus.

1. Cor. 15. g.
1. Cor. 15. e.

1. Cor. 12. c.

Ioh. 14. a.

1. Cor. 15. e.

Ioh. 14. a.
2. Cor. 5. a.
Psal. 83. a.
Matth. 6. b.

ut quū oīs domus regnātū filiorū nō sit alibi nisi in regno ipsius, regīe domus pars aliqua nō sit in regno. Et si abiero (inquit) & pręparauero uobis locū, iterū uenio, & accipiā uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis: & quō ego uado scitis, & uīa scitis. O dñe Iesu, quomodo uadis parare locū, si iam multæ māsiōes sunt i domo patris tui, ubi tecū habitabūt tui? Aut si accipis eos ad teipsum, quomodo iterū uenis qui nō recedis? Ista charissimi si breuiter explicare conemur, quātū uidetur hodierno satis esse sermoni, coartata utiq; non clarebūt, & erit ipsa breuitas altera obscuritas. Proinde hoc debitū differamus, quod opportunius uobis patrefamiliās nostro largiēte reddamus. Et tractatu 68. Quia uado (inquit) parare uobis locum &c. Mansiones pręparauit prędestinando, pręparat operando. Parat autem quodāmodo mansiones, mansionibus parando māsores. Quippe quum dixerit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Domus Dei, templum est Dei, dicitur te Paulo: Templū Dei sanctum est, quod estis uos. Hoc etiam regnum Dei, regnumq; celorum adhuc ædificatur, fabricatur, paratur, congregatur. In illo erūt māsiōes, sicut eas adhuc parat dominus. Et diuus Bernardus sermone nono in Psalmū, Qui habitat: Sit (inquit) licet electis pariter omnibus unus, idemq; denarius uitæ reddēdus æternæ, & in ipsa tamē sicut stella à stella differt in claritate &c. & quāuis domus una, diuersæ tamē in ea sunt māsiōes, ut uidelicet quantū quidem ad æternitatem, & sufficientiā, & qui parum nō minoretur, & qui multū nō abundet, quantū uero ad eminentiā, & discretionem meritorum unusquisque accipiat secundum suum laborem, ne quid omnino pereat, quod in Christo sit seminatum.

Quid manipulus mysticē significet.

Cap. XLIII.

1. Cor. 3. d.

Bernardus.

1. Cor. 15. c.

Ioan. 14. d.

1. Cor. 3. c.

Ambrosius.

Gen. 37. b.

Psal. 125. d.

Rom. 9. d.

Rupertus.

Sol, Christus
Luna, ecclesia,
Stella sancti.

Isa. 45. d.
Manipulus, fr.
des Euāgelica.

Gregorius.
Iob 6. b.

Iacob Ioseph plus amabat (ut scribit diuus Ambrosius lib. de Ioseph, cap. 2.) in quo maiora uirtutum insignia pręuidebat, ut nō tam filiū pater prætulisse uideatur, quā propheta mysteriū: meritoq; uariam tunicam fecit ei, quō significaret eum diuersarū uirtutū amictu fratribus pręferendum. Deniq; in puero adhuc refulsit diuina gratia. Siquidē somniauit, quōd dum alligasset, ut sibi uidebat, per uisum manipulos cū fratribus suis, surrexerit manipulus eius, & steterit erectus: conuersi autem fratrum manipuli, adorauerunt manipulum suum. In quo utiq; domini Iesu futura resurrectio reuelata est, quem & Hierosolymis, quum uidiissent, undecim adorauerunt discipuli, & omnes sancti, cum surrexerint, adorabunt, fructus bonorū operum proferentes, sicut scriptum est: Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Vnde fratres, licet somnii fidem per inuidiam derogarent, interpretationem tamen eius proprijs sermonibus exprimentes, responderunt ei: Nunquid regnādo regnaturus es nobis, aut dñando dñaturus es nobis? Regem enim uenturum uisio illa signabat, quem omnis caro generis humani inflexo adoraret genu. Vidit autem aliud somnium, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, eo quōd Sol & Luna, & undecim stellæ adorarent eum. Vnde obiurgauit eum pater eius, dicens: Quid ergo erit hoc uisum quod somnias? Nunquid uenientes ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Quis est ille, quem parētes, & fratres adorauerunt super terrā, nisi Christus Iesus, quando eum Maria & Ioseph cum discipulis adorauerunt, deum uerum esse in illo corpore confitentes, de quo solo dictum est: Laudate eum Sol, & Luna, laudate eum omnes stellæ & lumen? Obiurgatio autem patris quid significat, nisi duritiā populi Israēl? Ex quibus Christus secundum carnē, quem hodieq; deum esse non credunt, nec uolunt adorare quasi dominum, quia ex se natum esse cognoscunt. Audiunt itaq; responsa eius, sed non intelligunt: Legunt ipsi quod eum Sol, & Luna laudent, sed nolunt credere de Christo Iesu dictum esse. Itaq; Iacob typo fallitur alieno, sed suo amore non fallitur. Pietas in eo paterna non errat, sed erraturæ plebis affectus exprimitur. Et Rupertus in Genesim, libro octauo, cap. 22. hoc pacto scribit: Quis hoc loco pater eius, nisi anterior populus, de quo est incarnatus, qui à die passionis, uel resurrectionis eiusdem filij sui in cœlesti regno pro parte electorum fulget sicut sol? Et quæ luna, nisi præsens ecclesia, quæ mutabilitati subiacet, & minus lucet quā diu peregrinatur in ista uita? Singuli autem electorum stellæ sunt, secū dum se quidem imperfecti quasi in undenario numero, sed eorum perfectio stella duodecima, stella (inquit) perfecta & matutina, ipse Christus frater ipsorū est. Oēs aderant, sol, & luna, & stellæ oēs, cūcta cœlestia, uniuersa terrestria, maiora siue minora, illū uenerant, & adorant. Mihi (inquit) cur uabitur omne genu, & cōfitebitur oīs lingua. Quis aut manipulus eius, nisi ab ipso seminata, ad messem usq; perducta, & pducenda fides Euāgelica? Porro manipuli fratru, lectiones sunt legis & prophetarū, quas Iudæi legētes quasi manipulos ligāt, uel colligūt. Ecce palam oibus est, & de toto mūdi agro spectatur manipulus Christi stans, & manipuli fratru eius circūstantes, & adorātes, id est, euangelium, fida messis, & frumentum optimum, solum, & unicum Christi afferens imperium, omnesq; legis, & prophetarum lectiones illi testimoniorum prębēt obsequium, debitumq; adorationis famulatum, imitentur ergo fratres inuidi manipulos suos, quod quādoq; facturi sunt, eū adorando, cuius manipuli ipsorū iam adorāt manipulū. Et diuus Gregorius libro Moralium sexto, cap. 17. exponens illud Iob, Ambulabunt in uacuum, & peribunt: In uacuum (inquit) ambulānt, qui

lānt, qui nihil secū de fructu sui laboris portant. Alius namq; adipiscendis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatibus æstuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia cuncta hæc quisq; moriens deserit, labores in uacuum perdidit, quia secū ante iudicē nihil tulit. Quo cōtra bene per legem dicitur: Nō apparebis in cōspectu dñi uacuum. Qui enim promerēdæ uitæ mercedem bene agēdo nō prouidet, in cōspectu dñi uacuum apparet. Hinc de iustis per Psalmistā dicitur: Venientes autē uenient in exultatione, portātes manipulos suos. Ad examē quippe iudicij portātes manipulos ueniūt, qui in semetipsis recta opera, quibus uitā mereātur, ostēdunt. Hinc de unoquoq; electo Psalmista iterū dicit: Qui nō accepit in uano animā suā. In uano namq; animā suā accipit, qui sola præsentiā cogitans, quæ sequatur in perpetuo (aliās proximo) nō attēdit. In uano animā suam accipit, qui eius uitam negligens, ei curam carnis anteponit. Sed animā suā iusti in uano nō accipiunt, quia intētionē cōtinua ad eius utilitatē referūt quicquid corporaliter operātur, quatenus & transeūte opere, operis causa nō trāseat, quæ uitæ præmia post uitā parat. Et diuus Aug. in eundē Psalmū: Qui semināt in lachrymis, in gaudio metent. In ista uita, quæ plena est lachrymis, seminamus opera bona, opera misericordiæ, de quibus ait Apostolus: Bonū autē faciētes nō deficiamus. Tēpore enim proprio metemus infatigabiles. Itaq; dū tēpus habemus, operemur bonū ad omēs, maxime autē ad domesticos fidei. In gaudio metēt, pacē metent. Euntes ibāt, & flebant, quia inter miseros erāt, & miserī erāt. Et si cū fletu seminamus, tamē cū gaudio metemus. In illa enim resurrectione mortuorū recipiet unusquisq; manipulos suos, id est, fructū seminis, coronā gaudiorum, & exultationis. Tūc erit triūphus lætantiū, & ipsi morti insultantiū in qua gemebatur, Tūc dicent morti: Vbi est mors cōtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Et Cassiodorus: Eūtes ibant, & flebant &c. Quū dicit: Eūtes, prouectus uitæ sanctissimi designatur, in qua bene ambulādo semper acceditur. Flebāt, quādo pauperes cōspiciebant, nuditate detectos, frigore cōstrictos, inopia sana maceratos, ut prius pietatē cordis facerēt, antequā manus aliquid largi pręstaret. Mittētes semina sua, id est, in illo sæculo pramittētes, ubi antē facta nostra perueniūt, q̄ nos illuc ire possimus, sicut scriptū est: Thesaurizate autē uobis in cœlo, ubi nec erugo, neq; tinea demolitur, ubi fures nō effodiūt, nec furātur. Sua (inquit) id est, de proprijs laboribus, nō de rapinis. Veniētes autē ueniēt, illi quibus iam misericordia diuina pręparatur, qui hic taliter egerūt, qualiter superna iussa præcipiūt. Portātes manipulos suos. Messores enim opere cōsummato, gremio portāt ad arēā quos in agro spicarum congregatione ligauerint: sic beati ferunt in arēam dñi fructuosissimas actiones.

Quid manus mysticē significet.

Cap. XLIIII.

Manus operationes designāt, ut diuus inquit Greg. lib. Mor. 7. cap. 28. exponēs illud Ezechielis, Et similitudo manus hominis subtus pennas eorū erat: Quid enim per pennas animalū, nisi cōtemplationes possumus sentire sanctorū, quibus ad summa trāsuolāt, & terrena deserentes, sese in cœlestibus librāt: Quid per manus, nisi operationes accipimus? Quia quū in proximi amore se dilatāt, bona, quæ præualēt, etiā corporaliter administrāt. Sed manus eorū sub pennis sunt, quia actionis suæ opera, uirtute cōtemplationis uincunt. Et homil. 3. in Ezech. exponēs illud Ezechielis, Et manus hominis sub pennis eorū in quatuor partibus: Duæ sunt (inquit) sanctorum prædicatorū uitæ, actiua scilicet, & cōtemplatiua. Sed actiua prior est tēpore, quā cōtemplatiua, quia ex bono opere tēditur ad cōtemplationem. Sed cōtemplatiua autē maior est merito, quā actiua, quia hæc in usu præsentis operis laborat, illa uero sapore intimo uenturā iā requiē degustat. Quid itaq; per manus, nisi actiua uita, & quid per pennas, nisi cōtemplatiua uita signatur? Manus ergo hominis sub pennis eorū est, id est, uirtus operis, sub uolatu cōtemplationis. Quo pacto sit intelligēdū illud Canticorū, Manus illius tornatiles, require in dictione, Hyacinthus. Scriptū quoq; est: Manus meæ stillauerūt myrrhā. Quid per manus (inquit Greg.) nisi opationes, quid per myrrhā, nisi mortificatio carnis accipitur? Manus ergo spōsæ prædicationis myrrhā stillāt, quia quicunq; alijs prædicant, necesse est, si multis proficere uelint, ut in omni opere suo carnalē uitā mortificare contendāt. Et lib. 9. Mor. cap. 28. exponēs illud Iob, Et fulserint uelut mūdissimæ manus meæ: Per manus (inquit) qd aliud, quā opera designātur? Vnde quibusdā per prophetā, dicitur: Manus uestræ sanguine plenæ sunt, id est, opere crudelitatis. Require in dictione, Aqua. Manus domini unigenitus eius filius dicitur, iuxta illud Ezechielis: Et facta est super eum ibi manus domini, ubi diuus Greg. Homilia secūda hoc pacto scribit: Manus, uel brachiū domini, filius dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiā Psal. ait: Fiat manus tua, ut saluet me. Manus q̄ppe Dei, quæ per diuinitatē nō est facta, sed genita, p humanitatē facta est, ut hūani generis uulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationē unigeniti agnouit, ubi sup se manū dñi factā uidit. Et hom. 10. in eundē, exponēs illud Ezech. Manus em̄ dñi erat mecū cōfortans me: Ad bona q̄ppe (ait) assugere perfectē nō possumus, nisi nos spiritus, & præueniēdo eleuet, & subsequēdo cōfortet. Manus enim dñi in sacro eloquio aliquādo etiā unigenitus filius appellatur, quia omnia p ipsum facta sunt. Et de cuius ascensione

Deut. 16. d.
Psal. 125. d.

Psal. 23. d.

Augustinus.

Gal. 6. c.

1. Cor. 15. g.
Cassiodorus.

Matth. 6. c.

Ezech. 1. b.
Gregorius.

Penna, contem-
plationes.
Manus, opera-
tiones.

Ezech. 1. b.

Manus, actiua
uita.

Cant. 5. b.

Iob 9. d.
Esa. 1. d.

Ezech. 1. d.

Psal. 118. y.

Ezech. 3. d.
Deut. 32. f.

ascensione per. Moysen pater omnipotēs loquit, dicens: Tollā in cœlū manū meā. Hæc manus quæ electorū suorū corda cōfortat, discipulis dicebat: Sine me nihil potestis facere. In omni ergo quod cogitamus, semper cogitandum est, ut & ipso aspirate cogitemus, & ipso adiuuante faciamus. Et libro uicesimo moral. cap. 25. exponēs illud Iob, Et in duricia manus tuæ aduersaris mihi: Manus (inquit) Dei dura creditur, quā uolūtatis nostræ contraria, hoc quod ei in nobis displicet, feriendo persequitur, & flagella ingeminat, quā dolētis anima clemētiā expectat. Quæ tamē iuxta allegoriæ mysteriū, bene sanctæ ecclesiæ uerbis cōgruunt ex uocibus infirmorū, qui plerumq; se plus ferri æstimāt, quā mereri putāt, & quasi crudelitatem arbitratur iudicis, districtiōnem æquissimā sectionis, quia & quā uulnus ægri medicinali ferramēto abscinditur, medicus crudelis uocatur, qui tamē per secātis manus duriciam aduersatur uulneri, sed cōcordat salutē. Et cap. 26. exponēs illud Iob, Veruntamē non ad cōsumptionem eorum emittis manū tuam, & si corruerint, ipse saluabis: Manum suā dñs ad cōsumptionem peccātorū nō emittit, quum feriedo à peccatis corripit, & corruentes saluat, dum cadētes ad culpā in salute corporis uulnerat, ut prostrati exterius, interius surgant, quatenus iacētes corpore, ad interiorē statum redeāt, qui stantes exterius, ab statu mentis iacēbāt. Et libro sextodecimo, cap. 13. exponēs illud Iob, Et manus plagæ meæ aggrauata est super gemitū meum: Manus (inquit) plagæ est fortitudo percussiois. Primā nanq; percussiois suā electi cōsiderāt, quia à cōditoris sui uisione diuisi sunt, quia nequaquam illuminationis intimæ claritate perfruuntur, sed in præsentis uitæ exilio, quasi in cæcitatē loco religati gemunt. Semper ergo habent in hac manu plagæ gemitū suū. Sed quā adhuc etiā aduersa in hac uita accidit, manus plagæ eorum etiā super gemitū grauatur. Erat enim plagæ gemitus etiā quā præsentis uitæ aduersa deessent. Sed amaritudo primæ percussiois, ex tētatione crescit aduersitatis. Et lib. 18. cap. 13. exponēs illud Iob, De manu eius fugiens fugiet: Ille (ait) de manu fugit ferietis, q; suæ prauitātē corrigit actionis. Vel certē quia in sacro eloquio manus operatio solet intelligi, de manu percussio fugit, quidum prauitātē interitū cōspicit, uias prauitatis relinquit. Vnde adhuc subditur: Stringet sup eū manus suas. Manus quippe stringere, est uitæ suæ opera in rectitudine cōfirmare. Vnde etiā Paulus ait: Remissas manus, & dissoluta genua erigite. Dū itaque alienū interitum cōspiciunt, reuocantur ad cor, ut recogitēt suū, & unde alius ad tormēta ducitur, à tormēto alius inde liberatur. Stringit ergo super eū manus suas, quia cōspicit in aliena pœna quid timeat, & dum delinquētē sic percussum cōspicit, dissoluta sua opera, iustitiæ uigore constringit. Sicq; fit, ut qui iniquus uiuens, multos ad culpam traxerat, delectatione peccati, quosdam moriēs à culpa reuocet terrore tormēti. Quod etiā prouenire bonis Psalmista testatur, dicens: Lætabitur iustus quum uiderit uindictā (impiorum) manus suas lauabit in sanguine peccatorum. Peccatorum morientium sanguine iusti lauantur manus, quia dum eorum pœna cōspicitur, cōspicientis uita mundatur. Et libro 32. cap. 1. exponens illud Iob, Manū meam ponā super os meum: Vtu (inquit) sacri eloqui, in manu operatio, in ore locutio, solet intelligi. Manū ergo super os ponere, est uirtute boni operis culpas tegere incautæ locutionis. Quis uero inueniri potest, qui quamlibet perfectus sit, de ocioso tamen sermone non peccet? Vnde Iacobus ait: Nolite plures magistri fieri. In multis enim offendimus omnes. Et rursum: Linguā nullus hominū domare potest. Cuius culpas redarguens per semetipsam ueritas dicit: Dico autem uobis, quoniam omne uerbū ociosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationē in die iudicij. Sed sancti uiri ante Dei oculos studēt culpas linguæ tegere meritis uitæ, student bonorū operū pondere premere immoderata uerborū. Vnde in sancta ecclesia manus super os ponitur, dum in electis eius quotidie ociosæ locutionis uitium bonæ actionis uirtute operitur. Scriptū nanq; est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Sed rursum quum scriptum sit, Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, quomodo tegi possunt, quæ eius oculis, cui cuncta nuda sunt, abscōdi nequaquā possunt? Sed quia in hoc quod tegimus inferius ponimus, atq; hoc unde tegimus, nimirum superducimus, ut quod est subter positū tegamus, tegere peccata dicimur, quæ quasi subter ponimus, dum abdicamus, eisq; aliud superducimus, dū bonæ actionis opus ad hoc post eligimus, ut præferamus. Qui ergo priora mala deserit, & bona posterius facit, per hoc quod addit, trāfactam nequitiam tegit, cui boni operis merita superducit. Beatus igitur Iob sanctæ ecclesiæ typum tenēs, & in uerbis suis sua allegās, nostra designās, dicat ex se, dicat ex nobis: Manū meam ponā super os meū, id est, hoc quod districto iudici de sermone meo in me displicuisse cōsidero, ante eius oculos sub uelamine recti opis abscōdo. Et exponēs illud Psal. Expādi manus meas ad te &c. Nō sufficit (inqt) bene uelle, nisi sequatur & facere. Ideo qui in operibus bonis meditatū se dixerat, & in meditatione laudis sanctorū immorātū, secutus adiūxit, Expādi &c. Hinc nanq; Propheta nos admonet, dicens: Leuemus corda nostra cū manibus ad deū. Quid est manus ad deū expādere, nisi operationē ad omnipotentē leuare? Deniq; ille manus suas cōtrahit, q; indigētibus nihil tribuit, q; uocē pauperis nō exaudit. Hinc quidā sapiēs admonet, dicens: Nō sit manus tua ad dandū cōtracta, & ad accipiendū porrecta. Docuit ille manus expādere q; dicit: Date

ele: Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt uobis. Et Propheta testat, dicens: In die tribulationis meæ Deū exquisiui manibus meis. Quid est enim manibus Deū exquirere, nisi operibus sanctis saluatorem inuocare? Nec ociosè additum est, Ad te, quia sunt plerique qui in eo quod bene agunt, laudari ab hominibus appetunt. Hi manus suas ad Deum nō expādunt, qui per opera sanctitatis non Deū, sed mundi gloriam quærent. De talibus dicit dominus: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Expādamus ergo manus nostras ad Deum, ne iustitiam nostrā faciamus coram hominibus, nec cū fatuis uirginibus lampades uacuas accipiamus, sed in uasis nostris oleū fumentes, uenienti sponso occurramus, ut dicere cum Apostolo possimus: Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ. Et exponēs illud Iob, Vel liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me: Manum (inquit) hostis, Sathanæ fortitudinem uocat, & manū robustorū, uires malignorum spiritū appellat. Quos idcirco robustos memorat, quia dum absq; carnis infirmitate sunt conditi, prauis eorum aduersus Deum manus suas: Contra Deum (inquit) manum tendere, est in operatione praua, despectis Dei iudicij, perseverare. Scriptum quoq; est in Psalmis: Tu formasti me, id est, genuisti me, & posuisti super me manum tuam, id est, uirtutem tuā maiestatis ostēdisti. Vnde & in alio Psalmo dicitur: Manus enim meā auxiliabitur ei.

Quid mare mysticè significet.

Cap. XLV.

Mare quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro mor. 28. cap. 17. exponēs illud Iob, Quis cōclusit ostijs mare, quādo erumpebat quasi de uulua procedens? Quid (inquit) est mare, nisi sæculum, quid uulua, nisi cōceptum carnalis cogitationis accipimus? Hoc enim loco uulua nomine, occulta & maliciosa carnalium cogitatio designatur. Quæ uulua non ad proferendam prolem cōcipit substantiam corporis: sed ad explendam nequitiam causam doloris. De hac uulua cordis iniquorum, aliās dicitur: Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem. Per hanc uulua prauitātē cōcipiunt, quum mala cogitant. Per hanc uulua pariunt, quum mala quæ cogitauerint, operantur. Erumpebat ergo mare quasi de uulua procedens, quum miseriarum sæcularium fluctus de carnalis cogitationis iniquitate concepti, in sanctæ Ecclesiæ interitum sancti uiri quasi quædam ostia oppositi sunt: ut eorū miraculis, atq; reuerentia iræ persequentium frangerentur. Humilitatis quippe dominus terrenis principibus, per eos sanctæ Ecclesiæ supra mundi culmen euexit: & sauientis maris impetus, erecta eiusdem Ecclesiæ potestate cōcruit. Et lib. 29. cap. 7. exponēs illud Iob, Nunquid ingressus es profundum maris? Mare (inquit) est mens humana, cuius profunda Deus ingreditur, quando per cognitionem suam ad lamenta pœnitentiæ ab intimis cogitationibus perturbatur, quando prioris uitæ nequitias ad memoriam reducit, fluctuātem in cōfusione suā animū concutit. Profundum maris Deus penetrat, quādo etiam desperata corda permutat. Ipse enim mare intrat, quādo cor sæculare humiliat, profundum maris ingreditur, quando uisitare mētes etiam pressas sceleribus non dedignatur. Et exponens illud Iob, Quomodo si recedat aqua de mari, & fluuius uacuefactus arefcet &c. Mare (inqt) mens hominis, & quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis, quæ aliquādo per iram tumescunt, per gratiam trāquillæ fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed quum homo moritur, aqua maris recedunt, quia iuxta Psalmistæ uocem, In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Rursum de moriente scriptum est: Amor quoq; & odium simul peribūt. Et exponēs illud Iob, Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Ac si dicat: Vt ego, qui non solum mare, id est, sæculum per assumptā humanam carnem, atq; animam petij, sed etiam per eam spōte in morte positus, usq; ad ultima inferni quasi ad maris profunda descēdi. Si enim mare, more diuini eloqui, sæculum debet intelligi, nil prohibet profunda maris, inferni claustra sentiri. Quod profundum maris dominus petij, quum inferni nouissima electorum suorū animas erepturus intrauit. Vnde & per Prophetam dicitur: Posuisti profundum maris uiam, ut transirent liberati. Hoc nanq; profundum maris, ante redemptoris aduentum non uia, sed carcer fuit: quia in se etiam bonorum animas, quamuis non in locis pœnalibus, clausit. Quod tamē profundum uiam dominus posuit: quia illuc ueniens, electos suos à claustris inferni ad cœlestia trāsire cōcessit. Vnde & aptè illic dicitur: Vt trāsirent liberati. Quod uerò profundum maris dixerat, hoc alijs uerbis replicans, abyssi nouissimū uocat, quia sicut aquarum abyssi nulla nostra uisione comprehenditur, ita occulta inferni nullo à nobis cognitionis sensu penetrantur. Qui enim hinc subtrahantur cernimus, sed quæ illos iuxta meritum retributionis suppliciorum maneat, non uidemus. Et libro decimo octauo, capite uigesimo septimo, exponens illud Iob, Et mare loquitur, nō est mecum: Quid enim (inqt) maris nomine, nisi sæculariū mentis amara inquietudo signatur? Quæ dū se uicissim inimicitij impetūt, quasi aduersantes se undæ collidit. Rectè etenim mare uita sæculariū dicitur: quia dū procellosis act ionū moribus cōcitatur, ab internæ

Luc. 11. f.

Psal. 76. d.

Matth. 6. d.

Matth. 25. d.

2. Cor. 1. c.

Iob 6. d.

Iob 15. d.

Psal. 138. d.

Psal. 88. d.

Gregorius.

Iob 38. d.

Mare, sæculum.

Vulua, conceptus cogitationis, occulta carnalium cogitatio.

Psal. 7. d.

Iob 38. b.

Mare, mens humana.

Iob 14. b.

Fluctus maris, cogitationes mentis.

Psal. 145. d.

Eccis 9. b.

Iob 38. b.

Mare, sæculum.

Esa. 51. d.

Iob 28. c.

Mare, mētium amara inquietudo.

do.

ab internæ sapientiæ quiete, absq; stabilitate disiungitur. Quo cōtra bene per prophetam dicitur: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilē & quietū, & trementem sermones meos: A terrenis autem mentibus tanto longius spiritus fugit, quāto apud has quietē nō inuenit. Hinc est enim quod de quibusdam per Psalmistā dicitur: Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. A qua nimirum contritione perturbationis nos dominus reuocat, dicēs: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: tollite iugum meū super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Quid enim in hac uita laboriosius, quā terrenis desiderijs æstuarē: aut quid hīc quietius, quā huius sæculi nihil appetere: Et lib. 17. cap. 15. exponens illud Iob, In fortitudine illius repente maria congregata, & prudentia eius percussit superbum: Quid (inquit) aliud maris nomine, quā præsens sæculum designatur, in quo corda hominum terrena quærētium, diuersis cogitationum fluctibus intumescunt: qui elatione superbix concitati, dum alterna intentione se impetunt, quasi aduersante te se unda collidunt: Sed iam in fortitudine illius maria congregata sunt, quia incarnato domino, discordantia sæcularium corda concorditer credunt. Iam Petrus in mari ambulat: quia nimirum Christi prædicatoribus, illa quondam tumida humili auditu corda substrata sunt: ut rectē etiam in Euangelio huius mundi māuetudinem figurauerit, quod procellosa maris aqua domini pedibus pressa tumore calcata est. Et homilia undecima in Euangelia, exponēs illud Euangelicum, Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare &c. Ecclesia (inquit) sagenæ cōparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisq; ad æternū regnū, à præsensis sæculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profunda mergatur. Quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum ueniam sapientes, & fatuos, liberos, & seruos, diuites, & pauperes, fortes, & infirmos uocat. Vnde per Psalmistam dicitur: Ad te omnis caro ueniet. Quæ sagenæ, id est, ecclesia, tunc uniuersa liter repletur, quum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educūt, & secus littus sedēt, quia sicut mare sæculū, ita sæculi finē significat littus maris. In quo scilicet sine boni pisces in uasis eliguntur, mali autē proijciuntur foras, quia & electi quicq; in tabernacula æterna recipiuntur, & interni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobī pertrahuntur. Et lib. 36. moral. cap. 13. exponēs illud Esaiæ, Et desolabit dominus linguā maris Aegypti: Lingua (inquit) maris est scientia doctrinæ sæcularis, quæ peccati obscuritate fuscatur. Linguam ergo maris Aegypti dominus desolabit, quia huius mundi falsam sapientiam, per carnem se ostendendo destruxit. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris: Tempus (inquit) illud tribulationis exponitur, quādo aduētū domini saluatoris, quum de nouitate tanti miraculi Iudæorum corda turbata sunt, sancti uiri timere nō poterant, qui in eius nomine, ac uirtute præsumebant. Et trāsferentur &c. Hoc utiq; factū est, quādo montes, id est, Apostoli, relictis incredulis Iudæis, in cor maris, id est, ad prædicandū gentibus trāsferunt, sicut in Actibus Apostolorum legitur: Vobis quidem oportebat loqui uerbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gētes. Quo exēplo aduertimus, montes illos pio acumine præ eminentes, & fidei soliditate firmissimos, in cor maris, id est, ad fidem omnium nationū fuisse trāsatos. Et inspiciendum, quod aridæ terræ perfidiam Iudæorum, aquis uero falsis credulitatē gentium comparauit, ut illa corda in malū durata cognosceres, hæc autē Euāgelico sale cōdita ueraciter æstimares. Cor em̄ nō habet mare, sed homines.

Quid margarita mysticē significet.

Cap. XLVI.

Quid margarita mysticē significet, ostēdit dominus in parabola, dicens: Iterum simile est regnum cœlorū homini negociatori quæranti bonas margaritas &c. Vbi diuus scribit Hieronymus: Bonæ margaritæ, quas quærīt institor, lex & prophetæ sunt. Audi Marcion, audi Manichæ, bonæ margaritæ sunt lex & prophetæ, & notitia ueteris testamenti. Vnum est autē præciosissimum margaritum, scientia saluatoris, & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcanum, quod quum inuenierit homo negociator similis Pauli Apostoli, omnia legis, prophetarūq; mysteria, & obseruationes pristinas, in quibus inculpate uixerat, quasi purgamenta contemnit, & quisquillas, ut Christum lucrifaciat. Non quo inuentio nouæ margaritæ condēnatio sit ueterum margaritarum, sed quo comparatione eius omnis alia gemma uillor sit. Et in commentarijs Iob, exponens illud Iob, Concident eum amici, diuidēt illum negociatores: Amici (inquit) & negociatores isti, sancti intelligēdi sunt omnes etiā ueritatis prædicatores, quibus Christus ait: Vos amici mei estis. Itemq; de eisdem per parabolam dicit: Simile est regnum cœlorum homini negociatori quæranti bonas margaritas &c. qui regnū Dei, & æternæ uitæ præmium, uelut preciosissimam margaritam in uenalibus proposuerunt mundo, ut unusquisq; creditorū uēdat quæcunq; habuerit, delectationem scilicet uitæ præsentis, his mercimonijs commutet, & emat eam. Et Chrysostramus homilia quadragesima octa uia; Inuenta una preciosa margarita &c. Vna quippe ueritas est, nec in

nec in multas scinditur partes, ac ueluti qui margaritā habet, nouit se diuitem esse, etiā si ignotum nōnunq; illud sit, quū paruo in loculo margarita recōditur: Sic & in prædicatione ueritatis, qui ei adhærent, totoq; animo illā amplectūtur, opulētos esse nō ignorāt, quū infideles thesauri uim nō cognoscentes, fidelitū opes cōtemnant. Et Augustinus tractatu quinto in Epistolā Ioannis: Homo (inquit) negociator describitur in Euāgelio, qui inuenit unā margaritā &c. Hæc est margarita preciosa charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcunq; habueris, quā si solam habeas, sufficet tibi. Et Theophylactus in cōmētarijs: Multæ (inquit) margaritæ, multorū sapiētū opinioniones sunt. Vna autē preciosa, una est ueritas, quæ scilicet Christus est. Igitur sicut de margarita traditur, q; in concha nascatur, quæ se aperit tēpore fulguris, & deinde iterū se claudit. Cōcipitur itaq; tū ex fulgure, tū ex rore, ppter eaq; candida est: Sic & Christus in uirgine cōceptus est, & superno fulgore spiritus sancti. Et sicut sæpe margaritā tenens in manu, ipse scit quātas habeat diuitias, alij autē ignorant: ita & prædicatione in obscuris, & perfectis, abscondita est. Et Augustinus in quæstionibus Euangeliorū ex Matth. quæst. 13. Homo cū quærat bonas margaritas, inuenit unam preciosam, quia quærens hoies bonos, cū quibus utiliter uiuat, inuenit unū sine peccato. Iesum Christū: aut præcepta quærens, quibus seruatis, cū hoibus rectē cōuersetur, inuenit dilectionē proximi, in quo uno dicit Apostolus oia cōtineri: aut bonos intellectus quærens, inuenit illū unū, quo cuncti cōtinentur. In principio erat uerbū, quod est lucidum candore ueritatis, & solidū firmitate æternitatis, & undiq; sibi simile pulchritudine diuinitatis, q; Deus penetrata carnis testudine intelligēdus est. Ille em̄ ad margaritā ipsam iam peruenerat, quæ in tegumēto mortalitatis quasi cōcharū obstaculo, inter profunda huius sæculi, atq; inter duritias saxeas Iudæorum aliqñ latuerat. Quodlibet uerō illorū triū sit, uel si aliud occurrere potuerit, quod margaritæ unius preciosæ nomine significetur, precium eius est nos ipsi, qui ad eā possidendā nō sumus liberi, nisi oibus pro nostra liberatione cōtemptis, quæ tēporaliter possidentur. Vēditis enim rebus nostris, nullū aliud precium maius accipimus, q; nos ipsos, quia talibus implicati nostri nō eramus, ut rursus nos, p illa margarita demus, nō quia tāti ualeamus, sed quia plus dare nō possumus. Et lib. 2. de sermone domini in mōte, exponens illud Euangelicū, Nolite sanctū dare canibus, neq; miseritis margaritas uestras ante porcos: Quia dñs quāuis nihil mentitus sit, uera tamē aliqua occultare se ostendit, dicens: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed adhuc nō potestis illa portare. Et Apostolus: Non potui (inquit) uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: tanq; paruulis in Christo lac uobis potum dedi, nō escam. Neq; enim poteratis, sed & nunc non potestis, Adhuc enim estis carnales. In hoc autem præcepto, quo prohibemur sanctum dare canibus, & mittere ante porcos margaritas nostras, diligēter quærēdum est, quid sanctum sit, quid margaritæ, quid canes, quid porci. Sanctum est, quod uiolare, atq; corrumpere nephas est, cuius utiq; sceleris conatus, & uoluntas tenetur rea, quū illud sanctū natura inuiolabile, atq; incorruptibile maneat. Margaritæ autē, quæcunq; spiritalia magna æstimāda sunt, quæ in abdito latent, tanq; de profundo eruuntur, & allegoriatū integumētis, quasi apertis conchis inueniuntur. Licet itaq; intelligi, quod una eademq; res, & sanctū, & margarita dici possit. Sed sanctum ex eo q; nō debet corrumpi, margarita ex eo quod nō debet cōtemni. Conatur autem unusquisq; corrumpere quod nō uult esse integrū, cōtemni uerō quod uile ducit, & quasi infra se existimat esse, & ideo calcari dicitur quicq; cōtemnitur. Quapropter canes, quoniam exiliunt ad dilacerandū, quod autē dilacerant integrum esse nō sinunt: Nolite (inquit) sanctum dare canibus, quia & si dilacerari, & corrumpi nō potest, & manet integrum, atq; inuiolabile, illi autē qui uellent, cogitandum est, q; acriter atq; inimicissimē resistunt, & q; tum in ipsis est (si fieri possit) conatur perimere ueritatem. Porci uero quū non ita ut canes morfu appetant, passim tamen calcando inueniant. Canes ergo pro oppugnantibus ueritatis, porcos uerō pro contemptoribus nō incongruē accipimus. Quod autem ait, Cōuersi dirumpant uos, nō ait, ipsas margaritas dirumpant. Illas em̄ conculant, etiam quum cōuertuntur, ut adhuc aliquid audiant, dirumpunt autem eum à quo iam missas margaritas cōculcauerūt. Nō enim faciliē inuenires quod gratum ei esse possit, qui margaritas cōculcauerit, id est, cum magno labore diuina inuenta cōtempserit. Qui autem tales docent, quomodo nō dirumpātur indignando, & stomachando, nō uideo. Vtrunq; autem animal immundum est, & canis, & porcus. Cauēdum est ergo, ne quid aperiat ei qui nō capit. Melius enim quærīt quod clausum est, q; id quod apertum est, aut infestat, aut negligit. Neq; uero alia causa reperitur, cur ea quæ manifesta, & magna sunt, non accipiantur præter odium, & cōtemptum, quorum propter unum canes, propter alterum porci nominati sunt. Quæ tamen omnis immundicia rerum temporalium dilectione concipitur, id est, dilectione huius sæculi, cui iubemur renunciare, ut mundi esse possimus. Qui ergo mundum, & simplex cor habere appetit, non debet sibi reus uideri, si aliquid occultat, quod ille, cui occultat, capere nō potest. Neq; ex eo arbitrandum est licere mentiri. Non enim est cōsequens, ut quum uerum occultatur, falsum dicatur. Agendum ergo primum est, ut impedimēta detrahantur quibus afficitur, ut non capiat, quia utiq; si propter sordes

ff non capit

Esa. 66.14.
Psal. 13. b.
Matth. 11. a.
Iob 26. d.
Mare, præsens sæculum.
Matth. 14. c.
Matth. 13. f.
Sagenæ, eccles. 14.
Psal. 64. a.
Littus maris, sculi finis.
Pisces boni, electi, mali, reprobi.
Esa. 11. d.
Lingua maris, scientia sæcularis.
Cassiodorus.
Psal. 45. a.
Montes, Apo. stoli.
Act. 13. g.
Matth. 13. a.
Hieronymus.
Margaritæ, lex, & prophete.
Margaritū, scientia saluatoris, sacramentū passionis, & resurrectionis.
Iob 40. d.
Negociatores, sancti prædicatores.
Ioan. 15. b.
Matth. 13. a.
Margarita, æternæ uitæ præmiū, ueritas, Christus.

Augustinus.
Margarita preciosa, Charitas.
Theophylactus.
Augustinus.
Ioan. 1. d.
Matth. 7. a.
Ioan. 16. c.
1. Cor. 3. a.
Sanctū qd sit.
Margaritæ, spiritalia magna.
Canes, ueritatis oppugnatō res.
Porci, ueritatis contemptores.

non capit, mundadus est, uel uerbo, uel opere, q̄tum fieri à nobis potest. Quòd autem dñs noster quædã dixisse inuenitur, quæ multi qui aderant, uel resistēdo, uel contemnēdo non acceperunt, nō putandus est sanctum dedisse canibus, aut margaritas misisse ante porcos. Non enim dedit eis qui capere nō poterant, sed eis qui capere poterāt, & simul aderāt, quos propter aliorum immūdi-
 ciam negligi nō oportebat. Et quum eū tentatores interrogabāt, respōdebātq̄ illis ita, ut quod cō-
 tradicerent nō haberent, quāuis uenenis suis cōtabescerent potius, q̄ illius cibo saturarētur: alij tū
 qui poterāt capere, ex illorum occasione multa utiliter audiebāt. Hoc dixi, ne q̄s fortē, quū inter-
 rogatus, respōdere nō poterit, hac sententiā sibi excusatus uideatur, si dicat nolle se sanctum dare
 canibus, uel ante porcos mittere margaritas. Qui em̄ nouit quid respōdeat, debet respondere, uel
 propter alios quibus desperatio suboritur, si propositā quæstionem solui nō posse crediderint, &
 hoc de rebus utilibus, & ad instructionē salutis pertinētibus. Multa sunt enim, quæ inquiri ab ocio-
 sis possunt superuacua, & inania, & plerūq̄ noxia, de quibus tamen nō nihil dicendum est, sed hoc
 ps̄sum aperiendum, & explicandum, cur inquiri talia non oporteat.

De eadem margarita.

Cap. XLVII.

Ambrosius, Match. 7. a.

Margarita, Christus.

Match. 7. a.

Hieronymus.

Prouerb. 11. c.
 Canes, fideles
 redeuntes ad
 peccata.
 Porci, infideles
 Margaritum,
 Euangelium.
 Chrysostomus.
 Canes, uiuentes
 in impietate.
 Porci, luxuriosi
 1. Cor. 2. d.

Match. 7. a.

Ibidem.

2. Timoth. 4. c.
Titim 3. c.

Diuus autem Ambrosius sermone 6. de margarita hoc pacto scribit: Nolite sanctum dare ca-
 nibus &c. Perdit enim cœlestis margaritæ gratiā quisquis eā fœdissimo peccatori circūda-
 re conatur. Gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro nō cōuenit, margarita nisi preciosis monilibus
 nō aptatur. Estote ergo aurū optimū, estote monile preciosum, ut possit in uobis margarita spiri-
 tualis includi. Margarita enim Christus est dñs, quam negociator ille diues in Euāgelio, uenditis
 omnibus rebus suis, emere festinauit, & maluit omnes quas habebat sæculi gēmas amittere, tantū
 ut unā Christi emeret margaritā. Vnde & ego fratres pro magnitudine quod admiseratis delicti,
 nolui uobis p̄dere Euāgelicæ refectiōnis eloquia, sed magis ingerere animosæ indignationis in-
 iuriā, & prius uos uerberibus spiritualibus emēdare, ac sic margaritæ dicitare muneribus. Et lib:
 2. de pœnitentiā, cap. 9. Præceptū est: Nolite sanctū dare canibus, nec miseritis margaritas uestras
 ante porcos, id est, immūdis impuritatibus sacræ cōmunionis non impendenda consortia. Itaq̄ uel
 deas eos mutata ueste incedere, quos lugere, & gemere, oportebat, quia ueste illā oblatiōis, & gra-
 tiæ sordidarunt, fœminas aut̄ margaritis onerare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, non
 auro inclinarent, quæ seipsas flere debebāt, quòd margaritā, quæ de cœlo est, perdidissent. Et di-
 uus Hieronymus in cōmentarijs: Nolite (inquit) sanctū dare canibus &c. Sanctū (inquit) panis est
 filiorū. Non debemus ergo tollere panē filiorū, & dare eū canibus. Neq̄ mittatis margaritas &c.
 Porcus nō recipit ornatum, qui uersatur in uolutabris luti. Iuxta prouerbia Salomonis: Si habue-
 rit circulum aureū, fœdior inuenitur. Quidam canes eos intelligi uolūt, qui post fidem Christi re-
 uertuntur ad uomitū peccatorum suorum; porcos autē eos, qui necdū Euangelio crediderunt, &
 in luto incredulitatis, uitijsq̄ uersantur. Non cōuenit igitur istiusmodi modi hominibus citō Euā-
 gelicum credere margaritum, ne conculcent illud, & cōuersi uos incipiant dissipare. Et Chryso-
 stomus homilia 24. in Matthæum: Nolite (inquit) sanctum dare canibus &c. Canes (inquit) hinc
 significant homines in impietate uiuētes, spemq̄ omnino conuersionis in melius nō habētes: por-
 cos uero in luto infrænīs luxuriæ iugiter cōmorātes, quos suprā omnes huiusmodi doctrina pro-
 nunciāuit indignos. Hoc ergo & Paulus astruens, ait: Animalis autem homo nō percipit ea quæ
 sunt spiritus Dei. Stultitia est enim illi, & non potest intelligere. Alibi quoq̄ corruptionem dixit
 esse morum dogmata perfectiora nō capere, propter quod iubet, ne huiusmodi hominibus cuncta
 p̄damus: fiunt quippe magis, postq̄ didicerint secreta, temerarij. His enim qui benigno sunt ani-
 mo, atq̄ prudētī, honestissimā, apparent, quum fuerint reuelata: imprudentes uero magis ea igno-
 rata reuerentur. Quia uerò discere illa naturali ratione non possunt, uel ignorance uenerentur.
 Neq̄ enim porcus aliquādo nouit, cuius sit precij margarita. Et hic ergo, quia nescit, ideo cōcul-
 cat. Nihil enim hinc affertur amplius his qui eiusmodi sunt, & tamē audiunt, nisi noxa cumula-
 tior. Siquidem ab illis & sancta temerantur, nescientibus utiq̄ cuius illa sunt meriti, & ipsi despe-
 ratius insolent, contraq̄ nos potius armantur. Hoc est enim quod ait: Ne fortē conculcent ea
 pedibus suis, & conuersi dirumpant uos. Sed ita (inquit) soli si publicarentur, manerent tamē
 men semper inuicti, nec aduersum nos reprehensionum materias ministrarent: prorsus assentior.
 Sed nosse tu debes, non in illis reprehensionum esse causas, uerum in eis qui porci meruerunt uo-
 cari. Sicut etiam calcata brutorum pedibus margarita, nō ideo, quia uilis est, conculcatur, sed quia
 in porcorū incidit utilitatem. Et bene ait, Conuersi dirumpant uos. Modestiam enim simulant, ut
 secreta cōdiscant: quum uero didicerint, repente alij ex alijs effecti, irident, insultant, atq̄ illudū,
 quasi quadam à se arte decepti; propterea & Paulus Timotheo dicebat: Quem & tu deuita, uale-
 de enim restitit uerbis nostris. Et rursus alibi: Increpa huiusmodi. Et iterum: Hæreticum hominē
 post unam, & secundā correctionem deuita. Non enim ex his quæ didicerint armantur, sed eorum
 occasione

occasione superbius efferuntur, atq̄ insolentia fœdiori cōplentur: & idcirco nō exiguum lucrum
 est in sua illos ignorantia permanere: Nō enim iam recta temeritate despiciūt. Si uerò discant, ge-
 minum est omnino damnum, quum certē & ipsi nihil omnino fructificent, imò magis, magisq̄ læ-
 dantur, & tibi negocia, ac pericula mille commoueant. Audiāt hoc loco illi qui impudenter omni-
 bus, ac temerē copulantur, despiciabilia ea, quæ sunt reuerenda, facientes. Nam & mysteria ideo
 clausis ianuis celebramus, & eos qui nondum initiati sunt, adesse prohibemus, non quia infirmita-
 tem mysteriorū aliquā deprehendimus: sed quia ad participationē eorū illi adhuc, quos arcemus,
 infirmi sunt. Propter quod etiam ipse multa ad Iudæos in parabolis differbat, quoniam nō uide-
 bant uidentes: propterea iussit & Paulus scire nos quæadmodum debeat unicuiq̄ responderi. Et
 homilia 17. eadē uerba exponens, hoc pacto scribit: Nolite sanctū dare canibus, & margaritas ue-
 stras nolite mittere inter porcos. Ac si dicat: Mandauit uobis diligere inimicos uestris, & non iu-
 dicare eos, ut uos exhibeam misericordes ad illos, ut benefaciatis eis de corporalibus uestris, non
 de meis spiritualibus bonis, quoniā in natura uobis cōmunes sunt, & nō in fide. Mandauit autem
 uobis, ut nō iudicetis eos, qui in uobis peccauerunt. Id uerò nō ideo præcepi, ut mysteriorū meo-
 rum secreta non pandatis eis, qui nolētes me scire, blasphemant, & spernūt. Videte patrem uestrū
 Deum, ad cuius exemplū uolui uos esse misericordes: carnalia beneficia dignis, & nō dignis simi-
 liter præstat, nunquid gratiā spiritualem? Nec enim dixi uobis de illo, qui spiritum sanctum iubet
 descendere super gratos, & ingratos, & dat benedictiones suas super iustos, & iniustos: propter
 quod in uestris quidē estote simplices, & benigni, in meis autem prudentes, & cauti. Si tu uestia-
 rium tuum studiosum, & clauicularium cellarij tui fidelem tibi requiris: quanto magis deus talem
 requirit dispensatorem gratiarum suarum, qui bene tractando gratias eius, faciat gratiores, nō ma-
 le dispensando reddat ingratas. Sicut enim, si canibus dederit sanctum, aut porcis margaritas, nec
 sanctum canes sanctificat, nec margaritæ nutriunt porcos: sed econtra canes coinquināt sanctū, &
 porci margaritas sordidant, uel confringunt. Sic si hominibus caninos, uel porcinos mores habē-
 tibus sanctū dederis, aut mysteria secreta tradideris, nec sanctū illos sanctificat, nec mysteria ueri-
 tatis eos illumināt: sed econtra ipsi sanctum coinquinant, & mysteria ueritatis blasphemāt. Canis,
 & porcus ambo quidem immūda animalia sunt: sed canis ex omni parte immundus est, nec rumi-
 nat, nec unguam habet fissam. Porcus autem ex parte immundus est. Nam quoniam unguam ha-
 bet fissam, mundus est, quoniam autē non ruminat, immundus habetur. Propter quod canes puto
 intelligēdos gentiles, uel hæreticos omnino immūdos. Nam & si propter actus suos malos immū-
 di sunt, & propter perfidiā suā, uel idololatriā amplius sunt immūdi. Porcos autē Christianos car-
 nalibus, & immūdis uoluptatibus deditos, quoniā propter fidē quidē suā mūdi sunt, ppter actus
 autem suos sordidos, habentur immūdi. Aut canes quidē, gentiles: porcos autē, hæreticos pro-
 pter aliquid eorum modicum mundū, quia uel nomen domini inuocare uidentur: sed ex moribus
 intelligis qui sunt canes, uel porci. Canis naturale est improbum esse, nunq̄ uocē mittere propter
 aliquam alteram causam, sicut cætera animalia, nisi ad abigendos superuenientes, interdum autem
 & de superfluo in aërem latrat. Tales sunt omnes gentiles, uel hæretici inapprobables, latrantes
 plurimum aduersus seruos Dei, aliquando & aduersus Deum blasphemijs ululantes apertē, &
 nunq̄ os suum aperientes ad bonū, sed semper ad malum. Item porci propriū est in cœno se uolu-
 tare, & nunq̄ in cœlum aspiciere: nec quærere dominū suum, nisi quū esurierit. Tales sunt etiam
 Christiani, qui in carnalibus immundicijs delectantur, nec aspiciunt aliquādo cœlos, nec quærunt
 deum, nisi quum necessitas eis aduenerit, & illi quidem euomūt malum, quando bene iudicantur
 de malo: reuertuntur autem ad uomitum suum sicut canes, quoniā nihilominus agunt malū: & isti
 proijciunt stercorea peccatorum suorum, quando pœnitēt, reuertuntur autem ad stercorea sua sicut
 porci, quādo amissam repetunt uitam. Nunc uideamus quæ sunt sancta, & quæ sunt margaritæ.
 Nō enim distinxit quid sanctum dare, quid nō dare, quum sit inter sanctum, & sanctum differen-
 tia sanctitatis: sed generaliter omne quod sanctum est, uetuit dare: Ergo sanctum est baptisma,
 propterea nō est dandum, nisi iam fidem habentibus. Sancta est gratia corporis Christi, propter
 ea illis solis danda est, qui iam per baptismum facti sunt filij dei, & per impositionem manus. Be-
 nedictus panis sancta sunt, propterea illis porrigenda sunt, qui capaces facti sunt benedictionum
 per fidem. Item mysteria ueritatis margaritæ sunt, quia sicut margaritæ inclusæ cochleis positæ
 sunt in profundum maris: sic & diuina mysteria in uerbis inclusa, posita sunt intus in altitudine
 sensus scripturarum sanctarum. Et sicut non omnis homo potest se mergere, & de profundo tol-
 lere margaritas, nisi artifex qui habet usum rei illius: sic non omnis homo potest descendere in alti-
 tudinem sensuum, & inuenire mysteriorum absconditas margaritas, nisi uir spiritualis qui habet
 exercitationem spiritualium narrationum Dei. Propterea margaritæ non sunt dandæ, nisi desy-
 derantibus ueritatem, & cum ratione humana uiuentibus. Si ergo talibus porcis secretorum my-
 steriorum miseris margaritas, cœnosæ uitæ delectatione mēte grauati, non intelligunt preciosita-
 ff ij tem earum

Matth. 7. a.

Luc. 6. c.

Canes, gentiles,
uel hæretici.

Porci, Chri-
stiani uolupta-
tibus dediti.

Canes, gētilis.
Porci, hæretici.

Sanctum baptis-
ma, corpus Chri-
sti.

Margaritæ, uer-
itatis mysteria

tem earum; sed æstimantes eas similes esse cæteris fabulis mūdialibus, similiter eas carnalibus acti- bus conculcant, & postmodum cōuersi per inobedientiam, rumpunt præbitores earum; frequen- tiores, Et si talibus canibus, qualibus diximus, dederis sancta, suscipiunt quasi canes sine discre- tione, & sordidis actibus suis conculcant eas, & pro nihilo æstimantes quæ acceperunt, conuersi disputationibus suis, quasi latratibus irrationabilibus, rumpūt ueritatis prædicatorem. Et puro nō sine rationabili differentia sanctum quidem canibus dare uetuit dominus, margaritas autem non dare porcis. Et de margaritis quidem possumus dicere, quia si porcis mitti ueritatur minus immun- dis, quantomagis canibus plus immundis?

Quid maxilla, medicina, medicus, medulla mysticè significant.

Cap. XLVIII.

Gregorius. Iob 16. b. Maxilla, prædi- cator. Thre. 1. a.

Quid maxilla mysticè significet, diuus ostendit Gregorius lib. Moralium 13. cap. 7. & 8. ex- ponens illud Iob, Percusserūt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis: Maxilla (inquit) Ec- clesie, sancti prædicatores sunt, sicut sub Iudææ specie per Hieremiã dicitur: Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: quia in aduersitate Ecclesie illi amplius plangunt, qui ul- timis conterit, & quasi glutens in sua membra conuertit. Vnde ipsi quoq; primo prædicatori ue- lut maxilla Ecclesie dicitur: Occide & mādūca. Hinc est etiam, q̄ Samson maxillam asini tenuit, & hostes peremit, quia redemptor noster simplicitatem, atq; patientiam prædicantium, suæ ma- nu uirtutis tenēs, à uitijs suis carnales interfecit. Et maxilla in terram proiecta postmodum aquas fudit, quia data morti prædicatorū corpora, magna populis mōstrauere miracula. Maxillam ergo Ecclesie peruersi feriūt, quū bonos prædicatores insequunt. Et quia tūc reprobi grāde se aliquid fecisse æstimant, quum uitam prædicatorum necant, post percussorem maxillæ aptè subiūgitur: Satiati sunt pœnis meis. Illa quippe eos pœna satiat, quæ mentem Ecclesie præcipuè castigat. Et diuus Hieronymus exponens illud Threnorum, Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: Iuxta allegoriam (inquit) decepta anima diabolica suggestionē, in noctem ueniet fut- uræ perditionis, ubi gemitum dabit perpetuum sine ulla consolatione. Ipsi enim spiritus maligni, qui eam antè per illecebras uoluptatum in diuersa trahebant: tādē in tenebris exterioribus con- stitutam, perpetuis cruciatibus punire non cessant. Vt ergo hunc dolorem maximum deuitet, ne- cesse est quod in præsentī salubriter doleat: quatenus immensa bonitas dei pro fletu præsentis tem- poris, consolationem illi præbeat sempiternam. Beati qui lugēt: quoniam ipsi consolabuntur. Ma- xilla quippe sancti prædicatores sunt, de qua nunc dicitur: Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, quia in aduersitate Ecclesie, illi amplius plangunt &c. ut habes in Gregorio. Et in commentarijs super Zachariam, exponens illud Zachariæ. Et erit omnis lebes in Hierusa- lem, & in Iuda sanctificatus domino exercituum, hoc pacto scribit: Laudat sponsa in Canticō Cā- titorum spōsum suum: Maxillæ eius sicut phialæ aromatum. In maxillis sermo accipitur, qui pro- latus à domino, uaria unguenta depromit: & tanta erit boni odoris fragrantia, ut faciat sibi domi- nus flagellum de scripturarum textum testimonijs, & eiciat de templo uedentes & ementes, & dicat ad eos: Scriptum est: Domus patris mei, domus orationis uocabitur cunctis gentibus: uos autem fecistis eam domum negociationis.

Act. 10. b. Iudicum 15. c.

Hieronymus. Thre. 1. a.

Matth. 5. a.

Zach. 14. d.

Cant. 5. d. Maxilla, sermo

Matth. 21. b.

Medicina, me- dicus.

Gregorius. Medicus, Chri- stus.

Hieronymus. Ezech. 47. c.

Folia, uerba sim- plicia.

Fructus, sensus latens.

Ioan. 6. e.

Augustinus. Medicina, pro- uidentia.

Quid autem medicus, uel medicina mysticè significet, diuus insinuat Gregorius lib. 24. Mo- ralum, cap. primo, hoc pacto scribens: Mos medicinae est, ut aliquando similia similibus: aliquādo contraria contrarijs curet. Nam sæpe calida calidis, frigida frigidis: sæpe autem frigida calidis, calida frigidis sanare confueuit. Veniens ergo ad nos desuper medicus noster, tantisq; nos inue- niens languoribus pressos: quiddam nobis simile, & quiddam contrarium apposuit. Ad homi- nes quippe homo uenit, sed ad peccatores iustus: concordauit nobis ueritate naturæ, sed discrepa- uit à nobis rigore iustitiæ. Vitiosus enim homo corrigi non poterat, nisi per Deū. Videri autem debuit qui corripere: ut præbendo imitationis formam, antea actæ malitiæ mutaret uitam. Sed uide- ri ab homine nō poterat deus: ergo homo factus est, ut uideri potuisset. Et diuus Hieronymus exponens illud Ezechielis, Et erit fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam: Diuinorum (inquit) librorum sacramenta demonstrat, quorum alterum pertinet ad litteram, alterum ad spiritū, ut uerba simplicia intelligamus in folijs, in fructibus uerò sensum latentem. Sicut enim scientia scri- pturarum ducit ad regna cœlorum, & præbet nobis panem qui dicit: Ego sum panis qui de cœlo descendī: sic folia eius moralem doctrinam continent, & tribuunt sanitatem, ut peccantium curēt uulnera, Et diuus Augustinus in libro unico de uera religione, cap. 24. hoc pacto scribit: Quam- obrem ipsa quoq; animæ medicina, quæ diuina prouidentia, & ineffabili beneficentia geritur, gra- datim, distinctèq; pulcherrima est. Distribuitur autem in auctoritatem, atq; in rationem, Auctoritas idem

idem flagitat, & rationi præparat hominē. Ratio ad intellectum, cognitionemq; perducit. Quan- quam neq; auctoritatem ratio penitus deserit, quum consideratur cui sit credendum, & certè sum- ma est ipsius iam cognitæ, atq; perspicuæ ueritatis auctoritas. Sed quia in tēporalia deuenimus, & eorum amore ab æternis impedimur, quædam temporalis medicina, quæ nō scientes, sed creden- tes ad salutem uocat, non naturæ, & excellētiæ, sed ipsius temporis ordine prior est. Nā in quem- cunq; locum quicq; ceciderit, ibi debet incumbere, ut refurgat. Et cap. 26. Dispensatio (inquit) tem- poralis, & medicina diuinæ prouidentie, erga illos qui peccato mortalitatem meruerunt, sic traditur. Primo uniuscuiuslibet hominis nascentis natura, & eruditio cogitatur. Cœtera require in dictio- ne, Aetas. Et libro primo de moribus Ecclesie, cap. 27. Ad corpus pertinet medicina, ad animam Medicina ad corpus pertinet. Disciplina ad animam pertinet. Sed medicinam nunc uoco, quicquid omnino corporis uel tuetur, uel instaurat sa- lutem. Quod autem attinet ad disciplinam (ut scribitur in eodē libro, cap. 28.) per quam ipsi animo sanitas instauratur, quæ si absit, nihil ad depellendas miseras salus illa corporis ualet, difficilima omnino res est. Atq; ut in corpore dicebamus, aliud esse morbos, & uulnera curare, quod pauci homines bene facere possunt, aliud autem famē, sitimq; sopire, & cœtera in quibus subuenire ho- minem homini uulgò, passimq; cōceditur: Sic in animo sunt quædam, in quibus excellentia illa, & rara magisteria nō admodum desiderantur: ut quū hortamur, & monemus, ut hæc ipsa indigentibus exhibeantur, quæ corpori exhibēda esse diximus. Quū enim hæc facimus, ope corpori: quum autem docemus, ut fiant, disciplina animo subuenimus. Sunt uerò alia, quibus multimodi, uarijsq; morbi animorū magna quadam, & prorsus ineffabili ratione sanantur. Quæ medicina, nisi diuini- tus populis mitteretur, nulla spes salutis esset, tam immoderata transgressionē peccatibus. Quan- quam & illa corporis, si altius rerum originem repetas, nō inuenitur unde ad homines manare po- tuerit, nisi à Deo, cui rerum omnium status, salusq; tribuēda est. Hæc tamen disciplina, de qua nunc agimus, quæ animi medicina est, quantum scripturis ipsis diuinis colligi licet, in duo distribuitur, cōertionem, & instructionem. Cōertio timore, instructio uerò amore perficitur, eius dico, cui per disciplinā subuenitur: Nam qui subuenit, nihil horū duorū habet, nisi amare. In his duobus Deus ipse, cuius bonitate, atq; clementia fit omnino, ut aliquid simus, duobus testamētis, uetere, & nouo disciplinæ nobis regulam dedit. Quāquam enim utruq; in utroq; sit, præualet tamen in uetere ti- mor, amor in nouo: quia ibi seruitus, hic libertas ab Apostolis prædicatur. De quorū testamētōrū admirabili quodam ordine, diuinoq; cōcentu, longissimum est dicere, & multi religiosi, doctiq; di- xerunt. Multos libros res ista flagitat, ut pro merito quantum ab homine potest explicari, & præ- dicari queat. Qui ergo diligit proximum, agit quātum potest, ut sanus corpore, sanusq; animo sit. Sed cura corporis ad sanitatem animi referēda est. Agit ergo his gradibus quod ad animum perti- net, ut primo timeat, deinde diligit deum. Hi mores sunt optimi, per quos nobis etiam ipsa proue- nit, ad quam omni studio rapimur, agnitio ueritatis.

Medicina ad corpus pertinet. Disciplina ad animam pertinet.

Disciplina ani- mæ medicina di- uiditur in cōer- tionem, & in- structionem.

Quid medulla mysticè significet, diuus insinuat Gregorius lib. Moral. 15. cap. 25. exponēs illud Iob, Et medullis ossa eius irrigatur: Amatores (inquit) huius sæculi quasi ossa habēt, quādo in hoc mūdo fortitudinem dignitatū possident. Sed si in exteriori dignitate desint, terrenæ, & domesticæ diuitiæ, quātum ad iudiciū suum, ossa quidem habēt, sed medullas in ossibus nō habēt. Quia ergo sic iste amator huius sæculi exteriori potestate fulcitur: ut etiam interiori terrenæ domus abundā- tia saginetur, dicitur: Et medullis ossa illius irrigatur. Vel certè ossa sunt huius diuitis prauæ & du- ræ cōsuetudines: medullæ uerò in ossibus, sunt ipsa desideria maiē uiuendi, quæ neq; ex prauitatis satisfactione satiantur. Quæ medullæ quasi ossa irrigant, quum praua desideria peruersas consue- tudines suas in uoluptatum delectatione conseruant.

Gregorius. Iob 21. c. Ossa, dignitatū fortitudo, siue potestas. Medulla, terre- næ, & domesti- cæ diuitiæ. Ossa, duræ con- suetudines. Medullæ, maiē uiuendi deside- ria.

Quid mel mysticè significet.

Cap. XLIX.

Quid mel mysticè significet, quāquā multa dicta sunt in dictione, Fauus, ubi exponitur illud prouerbiorum, Comede fili mi mel &c. & illud Psalmistæ, Dulciora super mel &c. & illud, Super mel ori meo, & illud Salomonis, Fauus mellis sermones boni, & illud Cantitorum, Mādū- caui panem meum cum melle meo: Et rursus, Mel & lac sub lingua tua, require tamē & in dictio- ne, Lac. Origenes autē exponēs illud Esaia, Butyrum, & mel comedet: Quomodo (inquit) Chri- stus prophetatur butyrum, & mel comesturus? Si hoc fuerit expositum, domino tribuēte, rursus ea quæ sequuntur, aliam nobis ingerēt quæstionem. Vtinamq; omnes faceremus illud quod scri- ptum est: Scrutamini scripturas. Plura ex corporalibus cibis nominata sunt in scripturis pro ecclis spiritualibus. Quasi modo nati paruuli rationabile sine dolo lac desiderate. Ergo & sine dubio lac rationabile. Et oportet nobis istiusmodi lac quærere. Rursum in prouerbijs de melle scriptū: Mel inueniens, comede quod sufficit: ne fortè plenus euomas. Nū curauit spiritus sanctus de melle isto quod notū est, ne fortè plus comedamus? Sed sciēs utiq; spiritus sanctus mel spirituale, ait: Mel in- ueniens,

Esa. 7. c. Ioan. 5. f. 1. Pet. 2. a. Prouerb. 25. b.

ueniēs, comede quod sufficit. Quid autē sentiēs spiritus sanctus præcepit nobis: ut si inueniremus mel: inuenibile est siquidē mel comedamus quod sufficit. Vade (ait) ad apem: & discite quomodo operatrix est. Et inueniuntur propheta apes esse. Fingūt siquidem carras: & mella cōficiunt: & si audētī mihi expedit dicere, faui eorū scripturæ sunt, quas reliquerūt. Et uolens ueni ad scripturas: & inueni mel. Sed comede mel. Et in prouerbis rursus dicitur: Bonus enim est fauus, ut indulcetur fauces tuæ. Putas ne hoc dicit spiritus sanctus, Comede mel, quod in usu est, bonū em̄ est: Ego nō audeo dicere, quia de melle corporeo mihi præcipit spiritus sanctus: Comede mel: Ecce nō habeo: aut certē naturæ huiusmodi sum, ut de melle comedere nō possim, qua ratione mihi dicit, Comede mel, & noli comedere carnes, sed comede fili mel, bonū est enim. Si uideas apes prophetas, & opus eorū mella, uel fauos, tūc uidebis quomodo pro dignitate sancti spiritus intelligas, Comede mel fili, Bonū est enim. Si quis meditat̄ eloquiā diuinā, & nutritur sermonibus scripturarū, complet mādatum diuinū, iubēs: Comede mel fili, & faciēs quod iustum est, potitur sermone qui sequitur: Bonū est enim. Quia bonū est hoc mel, quod in scripturis inuenitur. Quod autē dicitur: Vade ad apem, istiusmodi est: Est quædā (ut ita dicā) apis super apes, & quomodo inter apes rex quidā est, qui nominatur esse rex: sic princeps apū dñs meus est Iesus Christus, ad quē mittit me spiritus sanctus, ut comedā mel: Bonū est em̄, & fauus eius, ut indulcēt fauces meæ. Et fortē subtiliores literæ faui erūt, mel uero est qui in his est intellectus. Iste porrō q̄ est natus ex uirgine Emmanuel, butyrū, & mel māducat, & quærit ab unoquoq; nostrū butyrum māducare. Quomodo à singulis nostrū butyrū quærit, & mel, sermo edocēbit. Opera nostra dulcia, sermones nostri suauissimi, & utiles, mella sunt quæ māducat Emmanuel, quæ māducat iste, qui natus est de uirgine. Si uero sermones nostri amaritudine pleni sint, ira, animositate, molestia, turpiloquio, uitijis, cōtentione, dedit in os meū fel, & nō comedit de his sermonibus saluator. Comedet autē saluator de sermonibus, qui sunt apud homines, si fuerint sermones eorū mel. Approbemus hoc de scripturis: Ecce sto ad ostiū, & pulso, si q̄s aperuerit mihi ostiū, ingrediar ad eū & cœnabo cū illo, & ille mem̄. Igitur ipse pollicet se ex nostris cœnaturū nobiscū esse. Certū est autē, quia & nos cū illo cœnamus, si cœnemus illū. Comedens q̄ppe de nostris bonis sermonibus, opibus, & intellectu, repascit nos suis escis spiritualibus, & diuinis, & mellioribus. Propterea quia beatū est suscipere saluatorē, apertis ostijs principalis cordis nostri, præparemus ei mella, & omnē cœnā eius, ut ipse nos ducat ad magnā cœnā patris in regno cœlorū. Et diuus Hieron. in commentariis super Ezechielē, exponēs illud Ezechielis, Similam, & mel, & oleū comedisti &c. Post uestitū (inquit) ciborū curam gerit, ut comedat Hierusalē similā, & mel, & oleū, uel per partes, ut pleriq; æstimāt, uel cōmixtione triū, dulciore panē, qui panis de cœlo descēdit: ac sub tribus nominibus, ut nōnulli putāt, sacramentū indicat trinitatis: non quo alia, atq; alia substātia sit, sed quo diuersis simlæ, & mellis, & olei nominibus, patris, & filij, & spiritus sancti una dulcedo mōstratur. Et hoc adinaduertēdū, quod in multis sacrificijs offeratur simila, medulla frumētī, atq; purissima: de qua scriptū est: Et de adipe frumētī saturauit eos: nō de hordeo, nec de farina, quæ tūc solū offeritur, quādo maritus zelotypiæ spiritu cōmouetur. In Iudicū uolumine Deborah legimus, quæ interpretatur apis: cuius propheta mella dulcissima sunt, & refertur ad spiritū sanctū, qui apud Hebræos appellatur genere foemini Ruach. In Euāgelio quoq; Hebræorū quod lectitant Nazare, saluator inducitur, loquens: Modo me arripuit mater mea, spiritus sanctus. Porrō simila, quæ de frumēto cōficiuntur, refertur ad dominū, qui de semetipso ait: Nisi granū tritici ceciderit, & in terra mortuū fuerit, ipsum solū manet. Sin autem mortuū fuerit, multū fructū affert. Oleū uerò, quod lassorū mēbra sustētat, & reficit, & est luminis nutrimentū, & quo in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumen accenditur, patri dicitur cōuenire. Quæ omnia unam credentibus tribuūt gratiā, dicente Apostolo: Diuisiones gratiarum sunt, unus autem spiritus: & diuisiones ministeriorū, unus autem dñs: & diuisiones operationum, unus autem & idem Deus. Qui talem comederit cibū, & hoc dulcissimo & suauissimo pane, oleiq; splendore fulgente pastus fuerit, ac nutritus, uertetur in decorem, & fiet pulcherrimus, non semel, sed repetito nimis nimis. Duplicatum enim aduerbiū pondus facit orationis: quo ad pulchritudinē magnitudinē addi ultra nihil possit. Et diuus Bernardus in sententijs: Mel (inquit) & lac sub lingua eius. Id quidem necesse. Nam quod in lingua est, durum sonat, Verba sapientis quasi stimuli, & sicut clauī in altum defixi. Alius est cuius molliti sunt sermones super oleum, sed oleū peccatoris nō impinguet caput meū. Corripiat me magis iustus, & increpet: nā hoc in miser cordia est, quā illud impinguet oleū caput meū, in quo est dolus. Pulchræ enim non molles, sed molliti dicitur sermones, uel suaforis adulatoris, uel suaforis iniqui, quod sit in eis nō tam uera, & solida, q̄ superducta, & simulata suauitas. Siquidē ipsi sunt iacula. Deniq; sub lingua eius quid? Audi prophetā: Labor & dolor. Porrō sub lingua eius mel & lac, qui iuxta eundē prophetā: Laborē fingit in præcepto. Miraris fingere ueritatē. Nam mirari licet, dubitare non licet. Si & alterū testem quæris, lege in Euāgelio, quia sinxit se lōgius ire. Quid in figmentū figmento exhibeat? Siquidem

Prouerb. 6. a.
Apis secundum
hoc.
Apes, propheta
t.e.
Fauis, propheta
rum scripturæ.
Prouerb. 24. b.

Apis, Christus.
Prouerb. 6. a.
Fauis, subtiliores
literæ.
Mel, intellectus
in literis.
Esa. 7. c.
Mella, opera,
sermones.

Apoc. 3. d.

Hieronymus.
Ezech. 16. b.
Ioan. 6. e.
Trinitatis sacra
mentum indica
tur.
Psal. 90. e.
Niam. 5. b.
Iudic. 4. a.

Simila, Christus
Ioan. 12. a.
Oleum, pater.

2. Cor. 12. d.

Cant. 4. e.
Ecc. 12. d.
Psal. 54. d.
Psal. 140. b.

Psal. 9. e.
Psal. 93. b.
Luc. 24. d.

Siquidem ipse nouit figmentum nostrum, utiq; laboris impatiens, dilationem non sustinens, fragile ad utrumq;. Piè ergo prouidit, ut haberet pietas promissionem uitæ eius, quæ nunc est, & futura, nec laborem uerum imponeret, sed magis fingeret in præcepto. Audi quomodo laborem fingere ipse se prodar: Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiē animabus uestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. Quomodo non fictus labor, ubi non labor, sed requies inuenitur? Ita ergo labor in lingua, mel sub lingua. Quid supra linguam? Ineffabilia quæ non licet homini loqui. Miseri qui solum quod in lingua sonuit attēdentes, nec quod sub lingua recōditum, nec quod supra repositum fuit capere potuerunt: Durus est hic sermo, inquiunt. Durus equidem, sed tamen idem est uerbum uitæ: Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Si quis uenit ad me, & nō odit patrem & matrem, adhuc autem & animam suā, nō est me dignus. Quid durius poterat dici? Noli errare. Lapis uidetur, panis est. Durus in cortice, sed suauissimus in medulla. Et sermone 47. paruorum sermonum: Mel (inquit) inuenisti, noli multum comedere, ne fortē satiatus euomas illud. Potest non incongruē hoc loco mellis nomine, fauor humanæ laudis intelligi. Meritoq; nō ab omni, sed ab immoderato mellis huius edulio prohibemur. Est enim quū utiliter humanas laudes recipimus, fraternæ dūtaxat intuitu charitatis, & ad salutem eorum, qui nobis propterea facilius acquiescūt. Hac ergo parcitate seruata, mellis huius moderata comestio non nocebit. Si quid uerò amplius est, à malo est, & in perniciē conuertetur. Inuento enim melle immoderatus uescitur, quisquis omnino apponēs cor suum fauore humanæ laudis inflatur, incrassatur, impinguatur, à quo se propheta sanctus custodiri deprecatur à domino, nō quidem mellis, sed olei satis uicina appellatione, ipsum (quem prædiximus) fauorem exprimens, ubi ait: Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum. Vis nosse, quando euomat immoderatus epulatur mellis edulium, quod usq; ad satietatem sumens, modum parcitatis excessit? Tunc sine dubio laudes, quibus satiabatur, non alium fructum quærens, sed fauore ipso cōtentus humano, tūc (inquam) multa cum anxietate euomit, quod cum perniciofa delectatione comedit, quum alium quemlibet laudari audiens, inuidia contabescit. Mens enim dedita uanitati, & arrogantia tumens, laudem alterius, suam reputat uituperationem.

Psal. 102. e.
1. Timot. 4. c.
Matth. 11. d.

2. Cor. 12. d.
Ioan. 6. g.

Matth. 10. g.
Lucæ 14. f.
Prouer. 25. b.
Mel, humanæ
laudis fauor.

Psal. 140. b.

Quid mensa mysticè significet.

Cap. L.

DE mensis scriptum est in Ezechiele: Et in uestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde, ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad Aquilonem duæ mensæ: & ad latus alterum ante uestibulum portæ duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde. Per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustū de lapidibus quadris extructæ, longitudine cubiti unius, & dimidij, & latitudine cubiti unius, & dimidij, & altitudine cubiti unius, super quas ponunt uasa in quibus immolatur holocaustum, & uictima. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem carnes oblationis. Quæ uerba diuus Gregorius hoc pacto exponit: Portarum nomine sancti prædicatores intelligi possunt, ut uestibulum portæ sit populus. Qui dum mente humili uerba prædicationis suscipit, in eo mensæ ad sacrificium ex uirtute construuntur. Rursum nihil obstat, si portam accipimus hoc quod nobis per ora prædicantium sacri eloquij intellectus aperitur, ut uestibulum portæ eiusdem nobis prædicationis uerba sint, quæ prius humiliter accipimus, ut post ad sacri eloquij intelligentiam ueniamus. Sit itaque nobis porta interior testamentum nouum, porta uerò exterior testamentum uetus: quia & hoc spiritalem intellectum aperit, & illud rudibus adhuc mentibus in historia sacri eloquij literam custodit. Habet autem porta interior in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera, uidelicet dilectionem Dei, & dilectionem proximi. Binæ autem mensæ sunt hinc, & inde: quia in dilectione Dei necessariò tenenda est fides, & uita: in dilectione autem proximi debet summopere patientia, & benignitas custodiri. Est enim in dilectione Dei necessaria fides, & uita, quia uidelicet scriptum est: Sine fide impossibile est placere Deo. Et rursus scriptum est: Fides sine operibus mortua est. Est autem in dilectione proximi nobis patientia, & benignitas conseruanda, quia de eadem dilectione scriptum est: Caritas patiens est, benigna est. Patiens scilicet, ut illata à proximis mala æquanimiter portet. Benigna autem, ut sua bona proximis desiderabiliter impendat. Habet quoque porta exterior, uidelicet lex, duo latera, spirituales patres, & carnalem populum. In quibus singulis binæ mensæ sunt, quia habet in spiritualibus patribus doctrinam, & prophetiam, habet in carnali populo circuncisionem, & sacrificium. In his itaque octo mensis immolatur, quia quicquid fides credit, quicquid uita in exemplo boni operis ostendit, quicquid patientia humiliter tolerat, quicquid benignitas largiter ministrat, quicquid doctrina salubriter docet, quicquid prophetia in posterum præmonet, quicquid circuncisio ad mandatum exterius ligauit, quicquid sacrificium

Ezech. 40. f.
Portæ, prædicatores.
Vestibulum, populus.
Portæ, intellectus sacri eloquij.
Vestibulum, uerba prædicationis.
Porta interior, nouum testamentum.
Porta exterior, uetus testamentum.
Lateræ duo, dilectio Dei, & proximi.
Mensæ duæ, fides & uita, doctri-na, & prophetia.
Heb. 11. a.
Iac. 2. d.
2. Cor. 13. b.
Lateræ portæ exterioris, patres spirituales, & populus.
Mensæ binæ, doctrina, & prophetia, & sacrificium.

crificium ex deuotione offerentis egit, in omnipotentis Dei oculis hoc esse uictimam ostendit. In lege enim etiam per carnale sacrificium, quid aliud populus, nisi deuotionem sui cordis immolabat? Notandum uero, quod quatuor mensae solummodo ad holocaustum fuisse memorantur, quas uidelicet uestibuli portae interioris accipimus, ut de reliquis quatuor sentiamus, quae ad sacrificium constructae fuerant, non ad holocaustum. Holocaustum enim, sicut praecedenti iam locutione professus sum, totum incensum dicitur. Et lex quidem Deum, ac proximum diligere, diuina mandata custodiri praecipit, ab alienarum rerum concupiscentia compescit, non tamen omnia dimitti iubet. In testamento autem nouo nos ueritas cōtestatur, dicens: Nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Atque iterum dicit: Qui uult post me uenire, abneget semetipsum. Mensae ergo interioris portae holocaustum habent, quia in uirtutibus testamenti noui, quasi per holocaustum omnia incendimus, quando omnibus quae huius mundi sunt renunciamus. Mensae uero portae exterioris sacrificium habent, sed holocaustum non habent, quia praecpta legalia decimas offerri iubent, sed omnia dimitti non iubent. De interioris uero uestibuli quatuor mensis dicitur: Ut immoletur super eas holocaustum & pro peccato, & pro delicto. Hoc etenim inter peccatum, & delictum distat, quod peccatum est mala facere, delictum uero est bona derelinquere, quae summopere sunt tenenda. Vel certe peccatum in opere est, delictum in cogitatione. Recte ergo in interioris portae quatuor mensis immolatur holocaustum, & pro peccato, & pro delicto, quia quicumque potuerit hoc praesens saeculum pleniter cōtemnere, & derelinquens omnia, semetipsum domino holocaustum dare, ipse iam perfecte nouit, & peccata operis plāgere, & peccata cogitationis, uel quid malum fecit, uel quod debuit facere bonum, quod non fecit. Qui etenim totum dimisit, culpas suas in flentibus iam liberius cōspicit. Quibus eius mentem terrena cura non praepedit, pro opere simul, & cogitatione plangendo, mentem suam omnipotenti domino, quid aliud, quam holocaustum dedit? Neque hoc a ratione uidetur extraneum, quod propheta, quum latus exterius diceret, & ostium portae nominaret, addidit: Quae pergit ad Aquilonem. In exteriori enim custodia literae lex data tenebatur. Ostium uero portae est ipse historicus intellectus legis, qui ad domini timorem ducit. Quae porta ad Aquilonem pergere dicitur, quia lex eadem sub timore mortis frigida Iudaici populi corda cōstrinxit. Quasi enim per calorem ille populus curreret, si praecpta dominica ex amore seruasset. Sed quia sub timore mortis propositae literam custodiuit, quasi in torpore frigoris remansit. Unde nouis populis aeterna praemia amantibus, non autem temporalia tormēta timētibus, atque iam caletibus dicitur: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. Dicitur autem: Quatuor mensae hinc, & quatuor mensae inde per latera portae. Dum enim fides, & uita, doctrina, & prophetia in bonorum mentibus custoditur, porta nostra, id est, intellectus sacri eloquii, quatuor ex latere mensas habet. Quomodo in proficientibus populis sancta praedicatio patientiam, & benignitatem seruat, quae prius in carnalibus circuncisionem, & sacrificium custodiunt. Mensae quoque quatuor, quasi ex alio latere, monstrantur. Quae simul omnes octo ad immolandum fiunt, quatuor uidelicet interiores ad holocaustum, quatuor uero exteriores ad sacrificium. Quia & hi qui in sancta Ecclesia fidem, uitam, patientiam, atque benignitatem custodiunt, summis iam proculdubio uirtutibus pollent. Et hi qui in synagoga doctrinam, & prophetiam, circuncisionem, & sacrificium cognouerunt, alia offerendo, atque sibimetipsis alia retinendo, deuotionis uictimam omnipotenti domino dederunt. Et infra: Sed quia haec moraliter diximus, restat adhuc, ut easdem mensas per intelligentiam typicam perscrutemur. Porta etenim nostra in interiori uestibulo quatuor mensas habet, quia sancta Ecclesia ad eruditionem fidelium populorum, quatuor regentium ordines accipit, quos Paulus ex dono omnipotentis Dei enumerat, dicens: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores. Pastores uero, & doctores unum regentium ordinem nominat, quia gregem Dei ipse ueraciter pascit, qui docet. Habuit quoque & porta exterior mensas quatuor, quia uidelicet synagoga, obsequii exterioris obseruationem per principes sacerdotum, & seniores populi, per Scribas, atque Phariseos tenuit. Qui scilicet Pharisei, etiam legis doctores uocati sunt. Siue autem exteriori, seu interiori portae duae mensae hinc sunt, & duae inde, quia in exordiis suis sancta Ecclesia Apostolos, & prophetas habuit. Prophetas autem dicimus non eos qui in ueteri populo fuerant, sed eos qui in sancta Ecclesia post Apostolos sunt exorti. Posteriori quoque tempore quod nunc est, habet Euangelistas atque doctores. Quia uero Euangelium bonum nuncium dicitur, Euangelistas utique appellamus, qui rudibus populis bona patriae coelestis annunciant. Qui uidelicet Euangelistae, atque doctores, & priori quidem tempore fuerunt, sed & nunc usque, domino largiente permanēt, quia adhuc quotidie & infideles populos ad fidem trahi, & fideles quosque in bonos mores per doctores erudiri cognoscimus. Apostoli uero, & prophetae ab hoc tempore praesentibus sublati sunt, atque ideo dicimus, quia mensae hae portae nostrae, id est, sanctae Ecclesiae, quasi in alio latere fuerunt. Habet & porta, quae pergit ad Aquilonem, duas mensas hinc, & duas inde, eosdem quos diximus principes sacerdotum,

Holocaustum quid sit.

Luca 14. g. Luca 9. c.

Peccati, & delicti discrimen.

Ostium portae, historicus legis intellectus.

Romani, 9. c.

Mensae quatuor, quatuor regentium ordines. 1. Cor. 12. d. Et Ephes. 4. b. Mensae quatuor exterioris portae, id est, synagoga, Sacerdotes, seniores, scribae, & pharisaei. Euangelistae, qui dicuntur.

dotum, & seniores populi in maiori autoritate regiminis, scribas quoque & Phariseos qui rudem illi populo minori loco praesuerunt. Sed hae mensae iuxta portam sunt, quae ad Aquilonem pergit, quia quatuor isti ordines populo praesent, synagoga in persecutione redemptoris nostri saeculis, ad torporē perfidiae prorupit. Quae tamē mensae habuerunt sacrificium, quod iuxta solam literam tenuerunt, unde & ad torporē frigoris lapsi sunt, quia flamma spiritus succensi non sunt. Interiores autē mensae holocaustum non habent, quia siue in cordibus Apostolorum, atque prophetarum, seu in mente Euangelistarum, atque doctorum, ignis spiritus & arsit, & ardet. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Parasiti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me: Septimae (inquit) gratulationis numerus adhibet, quum dicit: Parasiti in conspectu, id est, praedestinasti altare sanctum, quod cuncta uidet Ecclesia, quod circumdat populus Christianus. Mensa enim a mense dicta est, quia eodem die conuiuia ritu gentium exercebant. Ecclesiae uero mensa, est beata comunicatio, epulatio felix, saturitas fidei, esca coelestis. Verum ista mensam aduersus eos paratam esse manifestum est, qui in aliqua peruersitate demersi, Ecclesiam Dei suo graui ter errore contristant. De quibus Apostolus dicit: Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini, datum scilicet ad remissionem peccatorum, & uitam perpetuam possidendam. Memeto autem, quod mensa & in bono, & in malo ponitur: Sicut dicit Apostolus: Non potestis comunicare mensam domini, & mensam demoniorum. Et diuus Ambrosius libro de Helia & ieiunio, cap. 10. Mystica (inquit) mensa ieiunio comparatur. Illa mensa, de qua dicit Dauid: Parasiti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Mensa ista famis acquiritur precio: & poculum illud inebrians sobrietate, coelestium sacramentorum siti quaeritur. Dixit enim dominus: Qui sititis, ite ad aquam: & quicumque non habetis argentum, ite, & emite, & bibite, & manducate. Et alibi ait: Ecce qui seruiunt mihi, manducabunt: uos uero esurietis. Qui uos, nisi qui ante potastis? De quibus supra dixit: Parasitis demonijs mensam, & implestis fortunae poculum. Ergo si ad mensam illam uenerabile ieiunium sancta nos perducunt, si hac fame, illa quae sunt aeterna, mercamur, quid de his dubitamus, quae in usu humano sunt, quod etiam suauiora haec nobis faciat ieiunium? Non autem omnis fames acceptabile ieiunium facit, sed fames quae Dei timore suscipitur. Considera, Quadragesima totis praeter sabbatum & dominicam ieiunatur diebus. Hoc ieiunium domini pascha concludit. Venit iam dies resurrectionis, baptizantur electi, ueniunt ad altare, accipiunt sacramenta, sitientes totis hauriunt uenis. Merito dicunt singuli refecti spiritali cibo, & spiritali potu: Parasiti in conspectu mensam, & poculum tuum inebrians, quam praclarum est.

Aquilo, perfrictio torporis.

Cassiodorus. Psal. 22. b. Mensa, altare sanctum, esca coelestis.

Mensa a mense dicta.

1. Cor. 11. g. 1. Cor. 10. c.

Ambrosius. Psal. 22. b.

Esa. 55. d. Esa. 65. c.

Ibidem b.

De eadem mensa.

Cap. LI.

Origenes quoque libro 8. in Epistola ad Romanos, exponens illud Dauidicum, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum &c. Nunc (inquit) de mensa, quae in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem eis fieri dicitur: uideamus. Sed primo ad eos pauca dicenda sunt, qui allegorias in scripturis diuinis refutat, & irridere solent eos qui non in omnibus sequuntur historicum sensum. Dicant ergo nobis, si mensam hanc Iudaeorum illam dicit propheta, in qua praedere, uel coenare solent, ut ipsa eis fiat in laqueum, ut capiat eos, uel si ipsa mensa efficiatur eis in retributionem, ut ab ipsa, pro his quae deliquerunt, recipiant ultionem, uel quomodo eis in scandalum sit, exponant. Quod si de his singulis explicare non ualent, & risum suum in confusionem uiderint uersum, tunc nobiscum pariter ueniant, & requirant de scripturis diuinis qualiter mensa haec Israel possit intelligi. Nobis igitur pro captu sensus nostri ita uidetur, quod omnes scripturae, quae ante aduentum domini erant apud Israel (primis enim illis credita sunt eloquia domini) & omne quod appellat uetus testamentum, mensa est Israel. In qua mensa si quis uolebat edere uerbum dei, appositis sibi legis, & prophetarum sermonibus pascebat. Et hanc puto esse mensam, de qua dicit Salomō: Si federis coenare ad mensam potentis, diligenter intellige quae apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens, quia talia te parare oportet. Sed & saluator ubi dicit: Quum manducaueritis, & biberitis ad mensam meam, quid aliud mensam eius intelligimus, nisi ubi dignos, & eos qui capere possunt uerbum sapientiae, & rerum scientiam docere? Hoc & in Prouerbis Salomō de sapientia protestat, dicens: Sapientia aedificauit sibi domum, & supposuit septem columnas, immolauit uictimas suas, miscuit in cratera uinum suum, & parauit mensam suam. Omnis ergo scriptura mensa est sapientiae. Sed uideamus quomodo hanc mensam orat Dauid fieri Israeliticis incredulis in conspectu eorum in laqueum, & in scandalum, & in captionem, & in retributionem. Fit eis in laqueum scriptura diuina, quum legunt ea quae de Christo prophetata sunt. Hic aedificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei couertet, & dicunt non esse haec sub Iesu completa. Neque enim aedificauit (ut alii) ciuitatem Dei, neque captiuitatem populi reuocauit. Sed haec dicunt, quia sedentes ad mensam potētis non faciunt illud quod admonuit Salomon, quod intelligibiliter intelligant, quae appositae sunt eis. Non enim uisibiliter haec, sed intelligibiliter, hoc est, spiritaliter, facturus est Christus, & prophetatus est Christus. Nam aedificauit uerè ciuitatem Dei, sed ex lapidibus uiuis, in quibus suscitauit filios Abraham, ex ipsis aedificauit Ecclesiam Dei, ut couertat captiuitatem populi, eorum, quos in peccatis captos diabolus detinebat.

Origenes. Psal. 68. c.

Allegorias refutantes, redarguuntur.

Mensa, uetus testamentum. Romani, 3. d.

Prouer. 23. d. Luca 22. c.

Prouer. 9. d.

Mensa, scriptura omnis sapientiae.

Prouer. 23. d.

Matth. 3. d.

Illis ergo

Matth. 22. d.

Psal. 109. d.

Ioan. 5. g.

Rom. 2. b.

Ioan. 12. f.

2. Cor. 13. b.

Hieronymus.

Malach. 1. b.

1. Petri 2. b.

Iaco. 2. d.

Gregorius.

Iob 39. d.

Ibidem.

Menses, uirtutes multiplicatae, noua regenerationis creatura.

Galat. 6. d.

Illis ergo nō ita intelligentibus, mensa hęc scripturę diuinę facta est in laqueum, & in captionem; Potest autem & illa captio mensę huius uideri qua dominus eos cepit, quū dixit ad eos: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? At illi respōderunt: Dauid. Et dominus: Quomodo (inquit) Dauid uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo? Et non potuerunt ei respōdere uerbum. Fit autem & in retributionem eis hęc mensa, ut breuiter dicam, secundum uerbum domini, quo ait: Putatis, quōd ego accusem uos apud patrem? Est qui accuset uos, Moyses. Et secundum illud quod Apostolus dicit: Quicumq; per legem peccauerūt, per legē iudicabūtur. Fit autem & in scādalum mensa hęc hoc modo. Ex scripturis didicerant Iudęi, quia Christus manet in æternum, Iesum uerō uidentes in carne, & non solum in carne, sed etiam in morte, & morte crucis, scandalizabantur in eum, nescientes, quia passus est ex infirmitate carnis, sed uiuit ex uirtute Dei. Hęc ergo singula, quia nō intelligibiliter acceperūt, quę apposita sunt eis ad mensam potētis, scandalizati sunt, & ipsa mensa scripturarum diuinarum facta est in scandalum eis, & obscurati sunt oculi eorum, secundum ea, quę supra diximus, & dorsum eorum curuatum est semper. Neque enim debēt ultra cœlum aspiciere, qui in creatorem cœli peccauerunt, & in dominū maiestatis. Sed & unicuiq; nostrum uerendum est, ne fortē hęc diuinorum mensa uerborum, ad quam uidemur confedisse, ut cibū uerbi Dei pro possibilitate sumamus, fiat in laqueum, uel in retributionem, uel in scādalum, si nō intelligibiliter, & ut dignum est mundos ex ea, & puros, ac spirituales cibos sapientię capiamus, etiam illud pariter obseruātes, ne immundis & sordidis uestimentis, id est, corpore, ac corde polluto ad mensam sapientię cōsideamus, per speciem futuri in cœlis cōiuij, iam nunc meditantēs per cōuersionem, & pœnitentiā indumenta quotidie mundiora, & nuptialia præparemus, quibus uentres aulam sapientię, thalamos filij regis intrare mereamur. De mensa quoque require in dictione, Tabernaculum. Et diuus Hieronymus exponens illud Malachię, Ad uos o sacerdotes qui despiciatis nomen meum & c. usq; mensa domini despecta est: Corripit (inquit) sermo diuinus episcopos, atq; presbyteros, & diaconos negligentes, siue quoniā genus sacerdotale, & regale sumus, omnes qui baptizati in Christo, Christi censemur nomine, cur despiciant nomen Dei. Et interrogātib; in quo depexerint nomen eius, causas demōstrat offensę: Offertis (inquit) super altare meū panem pollutum. Polluimus panem, id est, corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus. Mēsa domini despecta est, nō quōd hoc aliquis audeat dicere, & quōd impiē cogitat scelerata uoce proferre, sed opera peccatorū despiciūt mensam Dei. Possimus & aliter dicere: Doctor Ecclesię qui spiritualem cōficit panem, & eum populis diuidit, si uel propter humanam gloriam, uel lucra sæculi, quę gloriam consequuntur, loquatur in populis, & diuitibus blandiatur, & honoret peccatores, & iuxta Iacobum suscipiat eos, qui cum anulis aureis ad se ueniunt, & pauperes sanctos repellat, nomen Dei despicit, & panem polluit doctrinarum, & in ipsum Deum iacit contumelias, mensam scripturarum eius, mēsis idolorum, sæcularisq; doctrinę putans esse communem.

Quid mensis mysticē significet.

Cap. LII.

Quid mensis mysticē significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 30. cap. 20. & 21. exponens illud Iob, Dinumerasti menses conceptus earum & c. Sancti (inquit) uiri quum de profectu auditorum cogitant, quasi iam in utero conceptionem portant. Sed quum nonnulla, quę dicenda sunt, differunt, & aptum suis exhortationibus tempus quærunt, uelut à partu, quem fieri appetunt, in mensium prolixitate dilatantur. Et sæpe dum quædam, quę sentiunt, intempestiue dicere audientibus nolunt, in ipsa tarditate proferendę sententię, siue ad hęc quę suadenda sunt, seu ad illa quę increpanda, consilio altiori firmanur. Et dum cogitatur uita filiorum, nec tamen ante tempus lingua consiliū mentis eijcit, quasi iam concepta soboles intra uterum crescit, ut ad auditorū notitiā tunc sententię cordis exeat, quando prolata utiliter, quasi per congruū tempus partus uiuat. Et quia hęc homines in magistrorum mente, quando uel quomodo agantur, ignorāt, Deus uerō ad retributionis gloriam non solum effectum considerat, sed etiam momenta cogitationum signat, rectē ad beatum Iob dicitur: Dinumerasti menses conceptus earum? Subaudis: ut ego, qui in sanctis prædicatoribus non solum fructus exteriorum operum, sed ipsas diutinas cogitationes numero, qui, & eas ad retributionem seruo. Possunt per menses, quia congesti dies sunt, etiā multiplicatę uirtutes intelligi. In mensibus quoque luna renascitur, nilq; obstat, si per menses noua regenerationis creatura signetur. De qua Paulus Apostolus dicit: In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid ualeat, neque præputium, sed noua creatura. Sancti igitur uiri, quum se ad prædicandum parant, prius se interius uirtutibus innouāt, ut ad hoc, quod loquēdo docent, uiuendo concordent. Prius suę interna considerant, atque à cunctis se uitiorum sordibus emundant, curantes summo pere, ut contra iram patientię luce resplendeant, contra carnis luxuriam, etiam cordis mundicia fulgescant, contra torporem zelo candeant, contra confusos præcipitationis motus serena grauitate

grauitate rutilent, contra superbiam uera humilitate luceant, contra timorem radijs autoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia cōgerunt, quasi in conceptu sanctę prædicationis menses uirtutum fiunt. Quos menses dominus solus dinumerat, quia eadem bona in eorū cordibus nō nisi qui dedit, pensat. Et lib. 19. Moralium, cap. 8. exponens illud Iob, Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos? Multa (inquit) talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tantis quippe il lam futurū est tribulationibus angustiari, ut hęc tempora cum magno suspirio desideret, quę nos cum magno dolore toleramus. Dicat ergo, dicat per uocem beati Iob: Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos? Quia enim statutus dierum numerus, menses uocantur, quid aliud nomine signat mensium, nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus, subtrahuntur, quia & in hoc tempore sancta Ecclesia, dum ueritatis luce splendentes animas colligit, in intimis abscondit. Aliquando etiam mensis pro perfectione ponitur, sicut propheta ait: Erit mensis ex mēse: perfectio uidelicet eis in requie, quibus nūc perfectio fuerit in operatione. Et lib. 8. cap. 8. exponēs illud Iob, Sic & ego habui mēses uacuos, & noctes laboriosas enumerauit mihi. Rectē autē nequaquam dies, sed in eis menses uacuos habere se perhibet. Mensium quippe nomine, dierum collectio, & summa signatur. Per diē ergo unaquęq; actio exprimi potuit, per mēses autem, actionum finis innuitur. Et sæpe, quum in hoc mundo aliquid agimus, intēta spei alacritate suspēsi, hoc ipsum quod agimus, uacuum nō putamus, sed postquam ad actionum terminum peruenimus, non obtinentes quod appetimus, laborasse nos in uacuum dolemus. Nō solum igitur dies, sed & menses uacuos ducimus, quū nos in terrenis actibus sine fructu laborasse, non ex actionum principio, sed sine pensamus. Quum enim labores nostros aduersitas sequitur, quasi uitę nostrę uacui menses arguuntur, quia ex completionē actionū agnoscitur quā frustra in actionibus sudabatur. Sed quia in sacro eloquio nōnunquam nox pro ignorantia ponitur, Paulo attestāte, qui uenturam uitam scientibus discipulis dicit: Omnes uos filij lucis estis, & filij diei, nō sumus noctis, neq; tenebrarum, quibus præmisit: Vos autem fratres nō estis in tenebris, ut uos dies illa, tāquam fur cōprehendat, potest hoc in loco ex eorū persona, uox sanctę Ecclesię accipi, qui post ignorantię suę caliginem, ad amorem rectitudinis redeunt, & ueritatis radijs illustrati, flexibus diluunt quod errauerunt. Illuminatus etenim quisq; respicit, quā turpe fuerit quod pro præsentis uitę amore laborauit.

Quid meretrix mysticē significet.

Cap. LIII.

Quid meretrix mysticē significet, Origenes homilla tertia super Iesum Naue insinuat, hoc pacto scribēs: Mittuntur ab Iesu exploratores in Hiericho, & suscipiuntur à meretrice Raab. Exploratores isti qui mittuntur ante faciem Iesu, possunt & angeli Dei putari, sicut scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet uias tuas. Quod per alios quidem inuisibiliter, per Ioannem uerō uisibiliter complebatur. De quo & hoc scriptum est. Deniq; de Ioanis baptismo dicitur à domino: Quia scribæ, & pharisæi nō crediderūt ei. Meretrices autē, & publicani credentes baptizati sunt. Sic ergo etiā in hoc cōpletur, quōd meretrix Iesu exploratores suscepit, per quos & de interitu totius inimicę gētis refertur erepta. Sed uideamus quidē, quę est meretrix quę Raab dicit. Raab interpretat latitudo. Quę est ergo latitudo, nisi Ecclesia hęc Christi, quę ex peccatoribus uelut ex meretricatione collecta est? Et dicit: Angustus mihi est locus, fac mihi locū ubi habitem. Hos autem mihi quis enutrit? Et iterū ad quā dicitur: Dilata pedes tuos, & extende tentoria tua. Ista ergo latitudo est, quę suscepit exploratores Iesu. Scio me aliquādo in quadam Ecclesia disputantem de duabus meretricibus, de quibus scriptum est in tertio libro Regnorum, quę ad iudicium uenerant Salomonis, quarum una uiuum, alia mortuum habebat infantem, discussisse diligentius, & dixisse, quia illa meretrix: hęc esset cui Salomon non ille, sed hic, qui pacem uenit facere eorum, quę in cœlis sunt, & quę in terris, reddi uiuum iussit infantem. Illa uerō alia, quę mortuum habebat infantem, uel illius esset prioris populi synagoga, uel eorum, qui in hęcim declinarunt. Est & alia meretrix, quam in Osee iubetur accipere propheta, in figura sine dubio huius, quę ex gentibus congregata est. Talis ergo & hęc meretrix esse dicitur, quę exploratores suscepit Iesu. Sed hęc susceptos eos in superioribus collocat, atq; in æditis, & excelsis fidei constituit sacramentis. Nemo enim, qui ab Iesu mittitur, inuenitur deorsum, & humi iacens, sed in superioribus permanet, & excelsis, sed & ista meretrix, quę eos suscepit, ex meretrice efficitur iam propheta. Dicit enim: Scio, quia dominus Deus uester tradidit uobis terrā hęc. Vides quomodo illa, quę aliquādo erat meretrix, & impia, & immūda, nūc iam spiritu sancto repleta est, & de præteritis quidē confiteat, de præsentibus uero credit, prophetat autē, & prænūciat de futuris. Sic ergo Raab, quę latitudo interpretat, dilatat, & proficit, usquequo in omnē terrā exeat sonus eius. Sed uideamus quid egit cū exploratoribus ista sapiēs meretrix. Consiliū eis dat mysticū, & cœleste, nihil habēs terrenū. Per mōtana (ingit) abite, nolite per ualles incedere, humilia, & deiecta refugite, quę excelsa

Iob 29. d.

Menses, animarum collectio.

Mensis, perfectio.

Esa. 66. g.

Iob 7. d.

Dies, unaquęq; actio.

Mēsis, actionū finis, siue terminus.

Nox, ignorantia.

1. Thef. 5. d.

Origenes.

Iosue 2. d.

Exploratores,

Angeli.

Malach. 3. d.

Matth. 21. e.

Raab, ecclesia.

Esa. 49. c.

Esa. 54. d.

3. Reg. 3. c.

Osee 1. d.

Iosue 2. d.

excelsa sunt, & sublimia prae dicat. Ipsa autem signū coccineum, ponit in domo sua, per quod saluari de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullum fuit signum quod acciperet, nisi coccineum, quod sanguinis formam gerebat. Sciebat enim quia nulli esset salus, nisi in sanguine Christi. Datur etiā hoc mandatum huic, quae quōdam meretrix fuit. Omnes (inquit) qui inuenti fuerint in domo tua, saluabuntur. Qui autem exierint de domo, impunes sumus nos ab hoc iuramento tuo. Si quis ergo saluari uult, ueniat in hanc domum huius, quae quōdam meretrix fuit. Etiam si de illo populo uult aliquis saluari, ad hanc domum ueniat, ut salutem consequi possit. Ad hanc ueniat domū, in qua Christi sanguis in signo redemptionis est. Nam apud illos qui dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros, Christi sanguis in condemnatione est. Positus enim fuerat Iesus in ruina & resurrectione multorum, & ideo cōtradictibus signo eius efficitur sanguis eius ad poenā, credētibz ad salutem. Nemo ergo sibi persuadeat, nemo semetipsum decipiat, extra hanc domum, id est, extra Ecclesiam nemo saluatur. Nā si quis foras exierit, mortis suae ipse fit reus. Hic sanguis est signum, quia hic est purificatio, quae per sanguinem cōstat. Quod autem in fenestra dependet hoc signum, illud arbitror indicari, quia fenestra est, quae illuminat domum, & per quam nō integrum, sed tantū quantum oculis, & uisui nostro sufficiat luminis, capimus. Quia ergo & incarnatio saluatoris non nobis merum ingessit, & integrum deitatis aspectum, sed tanquam per fenestras fecit nos per incarnationem suam lumen deitatis aspicere, idcirco mihi uidetur signum salutis per fenestram datum. Quo signo, salutem cōsequantur omnes, qui in domo eius, quae aliquādo erat meretrix, fuerint inuenti, mundati in aqua, & spiritu sancto, & in sanguine domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Et homilia septima: Subuersa Hiericho, Raab meretrix saluatur sola. Sic enim scriptum est de ea. Et Raab meretricem, & omnem domum patris eius uiuificauit Iesus, & adiecta est ad Israël usq; in hodiernum diem. Vellem requirere à Iudaeis, & ab his, qui Christiani quidē dicuntur, sed in scripturis adhuc sensum Iudaicum seruāt, quomodo Raab meretricem adiectam esse domui Israël usq; in hodiernum diem, exponāt. Quomodo Raab usq; in hodiernū diem adiecta esse dicitur? Hoc enim scripturae sanctae moris est dicere de his, quae usq; ad finem, uel uitae, uel saeculi permanent. Verbi causa: ut ait: Hic pater est Moabitum usq; in hodiernū diem. Quod significat usque in finē saeculi. Et iterum dicitur in Euangelio: Quia diffamatus est sermo hic apud Iudaeos usq; in hodiernum diem: id est, usquequo saeculū stat. Raab uero meretrix quomodo adiecta dicitur domui Israël usq; in hodiernum diem? Nunquid matri successio posteritatis adscribitur, ut uideatur in sobolis reparatione seruari? An illud magis intelligendum est, quod uero Israël adiuncta, ac sociata est usq; in hodiernum diem? Et si uis manifestius uidere quomodo Raab adiungitur Israël, intueri quomodo ramus oleastri inferitur in radicem bonae oliuae, & intelliges quomodo ij, qui inserti sunt fidei Abraham, & Isaac, & Iacob, recte appositi dicuntur, & adiecti ad Israël usq; in hodiernum diē, quia in illorum radices nos rami oleastri ex gentibus assumpti, qui aliquando meretricabamur, lignum, & lapidem pro Deo colentes appositi sumus usq; in hodiernū diem. Et facti sumus propter fidem Christi nos sursum, ille autem populus, qui permansit in incredulitate, deorsum. secundum Deuteronomij prophetiam. Si quis ergo habet in se Christū, qui est omnium caput, hic efficitur in caput. Illi enim negauerūt Christū Iesum, & effecti sunt in caudā. Et qui erāt primī, facti sunt nouissimi.

Quid meridiēs mysticē significet.

Cap. LIII.

Quid meridiēs mysticē significet, Origenes indicat, exponens illud Canticorum, Annuncia mihi ubi pascis, ubi cubile habes in meridie: Cupiens (inquit) tēpus illud, quo copiosius mudo lumen infunditur, quo magis merus est dies, & purior, & florulentior est lux. Tunc, inquit, annuncia mihi o tu quem diligit anima mea, ubi pascis, ubi cubile habes in meridie, ne forte efficiar, ut adoperta super greges sodalium tuorū. Nouo nunc nomine spōsa appellauit spōsum. Sciens enim ipsum esse filium charitatis, imō ipsum esse charitatē, quae ex Deo est, quasi uocabulum ei istud posuit: Quē dilexit anima mea, & tamen non dixit: Quem dilexit; sed quem dilexit anima mea, sciens nō quālibet dilectione, sed ex tota anima, & totis uiribus, & ex toto corde habendā esse dilectionem spōsi. Vbi pascis, (inquit) & ubi cubile habes. Puto autē, quod & propheta de hoc loco, quem nunc spōsa discere ab sponso desiderat, & audire, etiam ipse sub eodem positus pastore dicat: Dominus regit me: siue, ut in alijs legimus: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit &c. Et infra: Hunc etiam nunc spōsa percontatur, ut ab eo audiat, & discat in quibus pascuis oues agat, uel in quibus amoenitatibus meridianos percurrat aestus, meridiem appellans illa scilicet cordis secreta, quibus clariorem scientiae lucem à uerbo Dei anima consequitur. Hoc enim tempus est, quo sol excelsiorem circuitus sui uerticem tenet. Si quando ergo sol iustitiae Christus, Ecclesiae suae excelsa, & ardua uirtutum suarum secreta manifestat, amœna eam pascua, cubiliaq; meridiana uidebitur edocere. Nam quum adhuc initia habet discendi, & prima (ut ita dicam) ab eo scientiae suscipit rudimenta, tunc dicit propheta: Et adiuuabit eam mane diluculo, Nunc ergo, quia perfectiora iam quaerit, & excelsiora

& excelsiora desiderat, meridianum scientiae lumen exposcit. Hinc puto & Abraham post multas eruditiones, quibus apparēs ei Deus imbuuit eum de singulis, & docuit: post refertur, quia uisus sit ei Deus ad quercum Mambre, sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie. Sed respiciens (inquit) oculis suis uidet, & ecce tres uiri stabant super eum. Quod si credimus hanc per spiritum sanctum, non puto frustra placuisse diuino spiritui, ut etiam tempus, & hora uisionis, scripturae paginis mandaretur, nisi & horae istius, & temporis ratio aliquid conferret ad scientiam filijs Abraham, quibus utiq; sicut opera Abraham facienda, ita & uisitatioes istae sperandae sunt. Qui enim potest dicere: Nox praecessit, dies autem appropinquauit, sic ut in die honeste ambulemus, non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicijs, non in contentione, & aemulatione. quū hanc omnia transierit supergressus uidebitur tempus hoc quod nox praecessit, & dies appropinquauit, & festinare non ad initium diei, sed ad meridiem, ut & ipse ad gratiam perueniat Abraham. Si enim lux, quae in ipso est mentis, & puritas cordis clara fuerit, & splendida, iste meridianum tempus in semetipso habere uidebitur, & per hanc puritatem cordis quasi in meridie positus Deum uidebit, sedens ad quercum Mambre, quod ad uisionem interpretatur. Apud ergo uisionē sedet in meridie, qui uacat ad uidendum Deum. Inde deniq; non dicitur intra tabernaculum, sed foris ad ostium sedere tabernaculi. Foris etenim est extra corpus posita mens eius, qui longē est à corporalibus cogitationibus, longē à carnalibus desiderijs, & ideo ab his omnibus foris positum uisitat Deus. Eiusdem quoq; mysterij, quod & Ioseph, quum & fratres suos suscepisset in Aegypto, in meridie eos pascit, & in meridie adorāt eum cum muneribus. Propterea denique puto, & de his quae Iudaei in saluatorem commiserunt, nullum Euangelistarum uoluisse scribere, quia meridie hanc gesta sunt, quum utiq; sexta hora non aliud quā meridianum tempus ostendat, nullus tamen meridiem nominauit. Sed Mathaeus ita dixit: Ab hora autem sexta tenebrae factae sunt super omnem terram, usq; in horam nonam. Lucas uero: Erat iam quasi hora sexta, & tenebrae factae sunt super omnem terram, usq; in horam nonam deficiente sole. Sed & Marcus: Quum autem esset facta hora sexta, tenebrae factae sunt super omnem terram, usq; in horam nonam. Vnde apparet, quia in uisitatioe quidem Abraham, & in conuiuio patriarcharum apud Ioseph nō indigebat, ut tempus istud sub nomine sexti numeri significaretur, sed ut meridiēs diceretur. Volebat enim spōsa, quae iam tunc in illis adumbrabat, discere ubi pasceret spōsus, & ubi haberet cubile, & ideo meridiē nominat. Euangelistae uero in his quae narrabāt, nō meridianum tempus, sed horae sextae numerum requirebant, ad enarrandum scilicet sacrificium hostiae eius, quae oblata est in die paschae pro redemptione hominis, qui in die sexta formatus est à Deo, posteaquam terra produxit animam uiuentem secundū genus, quadrupedia, & repentia, & bestias terrae. Ob hoc igitur in praesenti loco illuminari spōsa desiderat pleno scientiae lumine, ne per imperitiam errās, in aliquo similis efficiatur illis doctorū scholis, quae non per ipsam Dei sapientiam, sed per philosophorum, & principum huius mundi exercentur. Hoc enim & Apostolus dicere uidetur in eo, ubi ait: Quia loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum huius mundi cognouit. Et iterum hanc eadem significat, quum dicit: Non enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex Deo est, ut sciamus quae à Deo donata sunt nobis. Ob hoc ergo requirit spōsa, Christi meridiana cubilia, & plenitudinem scientiae poscit à Deo, ne uideatur esse sicut una ex philosophorū scholis, quae adoperta nominatur pro eo quod plenitudo ueritatis apud eos tecta est, & adoperta. Spōsa autē Christi dixit: Nos autem reuelata facie gloriā Dei speculamur. Et diuus Gregorius exponēs illud Canticorum, Indica mihi quē diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: In meridie (inquit) Christus sub umbra pascit, & cubat: quia in refrigeratione spiritus sancti sibi quasi requiē, & pastū parat (aliās quaerit). Per meridiem quippe ardor uitiorum exprimitur. Per umbrā uero spiritualis gratiae flatus designatur. Meridie ergo feruente in umbra Christus requiescit, quia dū in reprobis aestus uitiorū flagrat, ipse spōsae suae spiritū refrigerij tribuit, & in ea sibi delectabile locū quietis efficit. Sed hoc sibi spōsa indicari deposcit, quod nulli unquā declaratur, nisi ei qui idē (aliās eiusdē) sanctificatricis gratiae munus percipit. Quare uero ad hanc percipiendā aestuet, manifestatur, quū subditur: Ne uagari incipiā post greges sodaliū tuorū. Et Rupertus exponēs illud propheticū. Et erit in die illa, dicit dominus, occidet sol in meridie, & tenebrescere faciā terrā in die luminis: Quis enim (inquit) est iste sol, nisi sol iustitiae Christus, sol uerus, & aeternus, qui in ista die, in isto tempore, mundū uniuersum illuminauit, & quando coepit iste dies luminis, nisi quando uisitauit nos oriens ex alto, sol iste, quem miro modo Maria, id est, maris stella peperit? Nox erat, & stella confurgens de spiritu creatoris sui concepit, quum paruula esset magnum solem peperit, & exinde est dies luminis: meridiēs autem, ex quo idem sol exaltatus est à terra, & resurgens à mortuis, in caelum ascendit. In isto meridie siue die luminis dominus terram, id est, Iudaeam tenebrescere fecit, ut iam nō dicatur, aut sint Iudaei, sed Aegyptij; id est, tenebrosi, & caeci, quia sol Christus illis occidit, eo quod non credant, quod mortuus resurrexerit, Huius obscuratiois, & caecitatis cordium illorum signum illud fuit,

g g quod

Luc. 2. c.

10. ius. 6. d.

Gen. 19. g.

Rom. 11. c.

Origenes.
Cantic. 1. b.

Deuter. 6. a.
Matth. 22. d.

Psal. 22. a.

Psal. 43. a.

Gen. 18. d.

Rom. 11. d.

Gen. 43. d.

Matth. 27. e.
Luc. 23. d.

Mar. 15. c.

Gen. 1. c.

1. Cor. 2. b.
Ibidem c.

2. Cor. 3. d.
Cantic. 1. b.

Meridiēs, uitio-
rum ardor.

Umbra, spiritus
lis gratiae flatus

Rupertus.
Amos 8. c.

Sol, Christus.

Lucæ 23. f.

quod meridie, id est, hora sexta, dum crucifixissent illum, iste diuinus siue quotidianus sol obscuratus est, & tenebræ super terram factæ sunt. Tantum scelus in festiuitate sua, quæ dicitur pascha, id est, pascha, commiserunt.

Quid messis mysticè significet.

Cap. LV.

Gregorius.

Iob 18. d.

Radix, cogitatio.

Mensis, aperta operatio.

Mensis quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 14. cap. 10. exponens illud Iob, Deorsum radices eius siccetur, sursum autem atteratur messis eius. Quid (inquit) radicum nomine, quæ in occulto sitæ sunt, & germen in apertum ferunt, nisi cogitationes accipimus, quæ dum non uidentur in corde, uisibilia opera producunt. Vnde & messis nomine eadem aperta operatio signatur, quæ uidelicet ex latenti radice producitur. Et quia omnis iniquus prius in cogitationibus tentationum arefcit, & postea à bonis actibus deficit, rectè dicitur: Deorsum &c. quia dum prauus quisque cogitationes suas in infimis rebus ponit, & sempiternæ uiriditatis gaudia appetere negligit, quid aliud quàm radices suas deorsum siccari permittit. Cuius sursum messis atteritur, quia omnis eius operatio à superno iudicio, quasi nihilum deputatur, etiã si ante humanos oculos bona uideatur. In imo itaq; radices sunt, & superius messis, quia hinc prius bonas cogitationes mittimus, ut quandoq; bonorum operum fructus percipere in æterna retributione mereamur. Sed iniquus quisq; quum bonas cogitationes deserit, & ad ea quæ sunt exterius semetipsum fundit, deorsum siccantur radices eius. Sursum uerò messis eius atteritur, quoniam qui hinc sterillis persistit, post hanc uitam ad nulla præmia uocatur. De messe require in dictione, Frumentum, & in dictione, Lignum. Et idem diuus Gregorius libro Moralium 19. cap. 27. exponens illud Iob, Et ros morabitur in messione mea, hoc pacto scribit: Messio sanctæ ecclesiæ nõ inconvenienter accipitur, quum perfectæ animæ corporibus abstractæ uelut maturæ segetes à terra decisæ ad cœlestia horrea demigrant, quod quia non nostra uirtute, sed cœlesti gratia largiente agitur, bene ait: Et ros morabitur &c. Ros namq; desuper cadit, messis deorsum colligitur. Ergo ros morabitur in messione, quia gratia desuper ueniens agit, ut digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum ferimus. Vnde rectè quoq; per Paulum dicitur: Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua nõ fuit. Si enim quæretur quid sit ros desuper ueniens, ait: Gratia Dei sum id quod sum. Si intueamur messem sub rore crescentem, ait: Et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Et libro Moral. 6. cap. 4. exponens illud Iob, Cuius messem famelicus comedet. Habet enim stultus messem, quãdo iniquus quisq; donum rectæ intelligentiæ accipit, scripturæ sacræ sententijs docetur, bona loquitur, sed tamen nullo modo hoc quod dicit, operatur, uerba Dei profert, nec tamen diligit, laudando exaggerat, uiuendo calcat. Quia ergo stultus iste rectè & intelligit, & dicit, sed tamen hæc operando non amat, messem habendo, ieiunat. Quam nimirum famelicus comedit quia is qui ad Deum sanctis desiderijs anhelat, discit quod audit, agit quod didicerit. & dū doctoris prauis recta prædicatione reficitur, quid aliud quàm stulti fruge saturatur. An non famelicus suos ueritas, ut stulti messem comederent admonerat, quum per desideria sancta flagrantibus, de pharisæis præcepit, dicens: Quæ dicunt facite, iuxta opera uerò eorum nolite facere. Ac si aperte diceret: Verbi messem loquendo excolunt, sed hanc male uiuendo minimè contingunt. Vestram ergo famem messis ista reficiat, quia uobis hæc per fatuitatis suæ fastidium seruant. Et Rupertus, exponens illud Osee, Sed & Iuda pone messem tibi, quum cõuertero captiuitatem populi mei. Ac si dicat: Dixi quidem in initio prophetici huius sermonis, quia nõ addã ultra misereri domui Israël, sed obliuione obliuiscar eorum, & domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino Deo suo, & hoc uerũ est. Nã Israëlitis, id est, decem tribuum captiuitas, de terra Assyriorũ nõ reuocabitur: tua uerò ò Iuda trãsmigratio de Babylone est reducenda post annos 70. Verũtamen quum conuertero illam captiuitatem populi mei, quum reduxero illos in terram suam, qui ex te supererunt digni, ut reliquiæ saluètur pro ipsorum fide & meritis, usq; ad plenitudinem temporis, quo conuertenda est uniuersalis captiuitas omnis populi mei, per aduentũ saluatoris Christi, tu Iuda pone messem tibi, quæ secunda erit, id est, multitudinem filiorum malè natorum, quibus multipliciter pululabis, scito demetendam esse Romanorum gladijs, sicut nunc, imò magis quàm nunc decem tribus demetuntur, & transferuntur ab Assyrijs. Messis quoq; saluatore nostro interprete est cõsummatio sæculi, & messores sunt Angeli. Illud autem Apocalypsis: Mitte falcem &c. quoniam maturauit messis terræ, require in dictione, Falx, Rupertus autem in commentarijs hoc pacto scribit: Mitte falcem tuã &c. Quærẽda ergo est messis quam primo aduentu suo hic filius hominis messuerit. Nam de illa messe, quam intendit, dicens: Sinite utraq; crescere usque ad messem, & in tempore messis dicã messoribus: Colligite zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum, triticũ autem recõdite in horreũ meum. De illa (inquã) messe certum est, quod finis sæculi sit. Dixit enim: Messis uerò cõsummatio sæculi est: Messores autem sunt Angeli. Vbi ergo messis alta inuenit? Nimirũ ubi hic idẽ filius hominis fatigatus ex itinere, & sedens

Iob 29. d.

Ros, gratia.

Messio, bonorũ operũ fructus.

1. Cor. 15. d.

Iob 5. d.

Matth. 23. d.

Rupertus, Osee 6. d.

Matth. 13. e.

Apoc. 14. d.

Rupertus.

Matth. 13. e.

& sedens super puteum, fidem gẽtium paratam esse uidens ad audiendum, dicebat discipulis suis: Nõne uos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis: Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iã ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Ego misi uos metere quod non seminastis: alij laborauerunt, & uos in laborem eorum introistis. Qui nam sunt illi qui laborauerunt, uel qui seminauerunt, nisi Moses, & propheta, qui Christum uenturum predixerunt? Porro alij in labores illorũ introierunt, & fata illorum messuerunt, quia uidelicet, illi Christum quem prophetae uerũ tempore suo nõ uiderunt. Apostolorum autem beati oculi uiderunt. Quum ergo uenisset Christus, iam tẽpus messis extitit, ut, uidelicet, quẽadmodum metendo plenum frumentũ in spica separatur ab arida stipula, ita suscipiendo Christum uiuificans spiritus separatur ab occidente litera. Itaq; exiens alter Angelus de templo, & clamãs uoce magna: Mitte (inquit) falcem tuam acutam, quia uenit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Quis porro iste alter Angelus sit, Euangelica filij hominis nobis insinuat autoritas, quum de præcuratore suo Ioanne dicit: Quid existis in desertum uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plusquam prophetã. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Ergo Angelus Ioãnes, & hic iccirco rectè dicitur alter Angelus, quia & hic filius hominis ad quem clamatur, cuius præco, uel præcursor est, Angelus dicitur, sicut & propheta in quo illud de Ioãne scriptum est, cõtinuo dicit: Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator de minimis, quẽ uos quæritis, & Angelus testamenti, quem uos uultis. Hic alter Angelus exiuit de templo, imò & de templi illius manufacti umbratico sacerdotio. Sacerdos namq; erat pater eius Zacharias, & secundum legem patri sacerdoti, filius sacerdos succedere iure debebat. At ipse exiuit, in desertum abiit, zonam pelliceam, & pilos camelorum præclaris illius sacerdotij stolis prætulit. Illic iuit clamare uoce magna, supplicare magno desiderio, ut eum, quem salutauerat, exultando clausus in utero, uideret & ostendere mereretur mũdo. Nesciebat quippe illum facie, licet per spiritum prophetiæ sciret eum aduenisse. Quid ergo dicebat? Mitte falcem tuã acutã. Hoc est, manifestare in Israël, & prædicare per temetipsum, & prædicando doce homines foris relinquere occidentẽ literam, & colligere uiuificantem spiritum, & intelligere quod hæcenus lex, & prophetae prophetauerunt. Quare? Quia uenit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. Quemadmodum in agris, quandiu frumentum spica nõdum plenè formatum est, ad maturitatem perductum est, foris cũ stipula manet, ubi autem permaturuit, tunc demum secatur, & stipula foris relicta intus componatur. Ita quandiu uenturus expectabaris, lex carnaliter obseruabatur, ubi autẽ tu aduenisti, iam te prædicante, litera legis cum carnalibus Iudæis foris relinquẽda, & spiritalis sensus intus colligendus est, ita ut uerbi gratia, sint cœlibes, & tamen nihilominus, imò multo melius attẽdant id quod dictum est: Maledictus omnis qui non facit semen in Israël. Tandiu clamauit donec illi responsum est, ut ueniret in aqua baptizãs dato huiuscemodi signo: Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbã, & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Factumq; est, atque hoc signo manifestatus in Israël, ex tunc cœpit prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite, Appropinquabit enim regnum cœlorum. Sequitur ergo: Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & messuit terram. Messis illius primitiæ Apostoli fuerunt, & post illos omnes qui ex gente illa credentes relicta carnalium ceremoniarũ arida stipula, legem spiritalem spiritaliter adimplere studuerunt. Porro de illis omnibus qui stipulam illam, id est, legis occidentem literam carnaliter æmulantes, & Euangelico spiritui inuidentes, Apostolos Christi persecuti sunt, eadem impietate qua ipsum occiderunt Christum, quale factum sit iudicium sequentia uisionis protinus significant. Et alius Angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius Angelus de altari qui habet potestatem super ignem, clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia uineam terræ, quoniam maturæ sunt uinæ eius. Et misit Angelus falcem suam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu usq; ad frænos equorum per stadia mille sexcenta. Alius iste Angelus eundem significat Christum, iam per passionem mortis acquisitã habentem potestatem in cœlo, & in terra, quemadmodũ dixit postquam resurrexit: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Hic in manu sua falcem acutam, id est, in eadem potestate sua inuitabilem habebat sententiã, uidelicet, super inimicos suos Iudæos iusto iudicio proferendam, ut sicut prædixerat de illis, quum iam caderẽt in ore gladij, & captiui ducerẽtur in omnes gẽtes. Eiusmodi falcem habẽs exiuit de templo, quod est in cœlo. Iam enim, quando uenit tra eiuus super infelices Iudæos, circũdante illos exercitu Romano, ipse ascenderat in cœlum, & intrauerat in illud templum suum non manufactum, ubi nunc, sicut ipse Apostolus ait, assistit uultui Dei, pro nobis pontifex factus in æternum. Et alius Angelus de altari, qui habebat potestatem super ignẽ, clamauit uoce magna ei qui habebat falcẽ acutam, dicens: Mitte falcem tuã acutã, & uindemia botros uineæ terræ, quoniam

Ioan. 4. d.

Matth. 11. d.
Malach. 3. d.

Ibidem.

Matth. 3.

Ioan. 1. e.

Matth. 3. d.

Matth. 23. d.

Heb. 9. d.

Ioh. 5. g.

Matth. 27. f.

Deuter. 32. c.

quonia matura sunt uuae eius. Angelus qui haec clamat, Moses recte intelligitur, qui Iudaeos accusat. Ipse namque dominus quodam loco dixit eis: Nolite putare quod ego accusaturus sim uos apud patrem. Est qui accusat uos, Moses, in quo uos speratis. Iste nimirum clamauit, & accusauit botros amarissimos, scilicet, Iudaeos qui dominum totius uinae aceto mixto cum felle potauerat, & usque in hodiernum diem accusare non desinit: exempli gratia, quoties legitur, aut canitur illud de cantico Deuteronomij: De uinea Sodomorum uinea eorum, & de suburbanis Gomorrae. Uua eorum uua fellis, & botri amarissimi. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Haec profecto, quum dicit, clamat, & accusat uineam malo suo uindemiandam.

Quid millenarius numerus mystice significet.

Cap. LVI.

Gregorius.

Iob 9. a.

Millenarius numerus pro ueritate.

Psal. 104. a.

Apoc. 20. b.

Vnum bene uiuendi initium.

Millenarius numerus, bonae uitae perfectio.

Apoc. 20. a.

Apoc. 20. a.

Matth. 24. b. Ibidem.

Ezech. 47. a.

Millenarius numerus, collati muneris plenitudo.

Aqua sapientia.

Quid millenarius numerus mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moralium 9. cap. 1. exponens illud Iob, Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille: In scriptura sancta (inquit) millenarius numerus pro uniuersitate solet intelligi. Hinc etenim Psalmista ait: Verbi quod mandauit in mille generationes: quum profecto constet, quod ab ipso mundi exordio usque ad redemptoris aduentum, per Euangelistam non amplius quam septuaginta septem propagines numerentur. Quid ergo in millenario numero, nisi ad proferendam nouam sobolem, perfecta uniuersitas praescitae generationis exprimitur? Hinc & per Ioanem dicitur: Et regnabit cum eo mille annis, quia uidelicet regnum sanctae Ecclesiae, uniuersitatis perfectione solidatur. Quia uero monas decies multiplicata in denarium ducitur, denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur, qui rursus per denarium ductus in millenarium reditur, quum ab uno incipimus, ut ad millenarium ueniamus, quid hoc loco unius appellatione, nisi bene uiuendi initium, quid millenarij numeri amplitudine, nisi eiusdem bonae uitae perfectio designatur? Cum Deo autem contendere, est non ei tribuere, sed sibi gloriae suae uirtutis arrogare. Sed sanctus uir concipiat, quia & qui summa iam dona percepit, si de acceptis extollitur, cuncta quae acceperat, amittit, & dicat: Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Qui enim cum autore contendit, unum pro mille respondere non sufficit, quia qui de perfectione se erigit, habere se bene uiuendi, nec initium ostendit. Vnum namque pro mille respondere non possumus, quia quum de bonae uitae perfectione extollimur, hanc nos nec inchoasse monstramus. Et libro Moralium 18. cap. 27. exponens illud Apocalypsis, Vidi Angelum descendente de caelo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit in abyssum, & clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Millenario etenim numero non quantitatem temporis, sed uniuersitatem, quae regnat Ecclesia, designauit. Antiquus autem serpens ligatus catena in abyssum mittitur: quia relictus a bonorum cordibus, apud reproborum mentes reclusus eis atrocius dominatur. Qui paulo post quoque de puteo abyssi educi describitur, quia de iniquorum cordibus occulte saeuientibus, tunc accepta contra Ecclesiam potestate, in uim aperta persecutionis erumpet. Et libro 32. cap. 12. eadem Apocalypsis uerba exponit: Vidi Angelum descendente de caelo, & c. Ligatus quippe missus in abyssum perhibetur, quia retrusus in prauorum cordibus, potentia diuinae dispensationis astringitur, ne in quantum nocere ualet, effraenetur, ut quamuis per eos occulte sauiat, ad uoluntas tamen rapinas superbia non erumpat. Sed illic quomodo in fine mundi sit soluendus intimatur, quum dicitur: Et postquam consummati fuerint mille anni, soluetur sathan de carcere suo, & exibit, & seducet gentes. Millenario namque numero uniuersum pro perfectione sua hoc quantumlibet sit Ecclesiae sanctae tempus exprimitur. Quo perfecto antiquus hostis suis uiribus traditus, pauco quidem in tempore, sed in multa contra nos uirtute laxatur. Quem quamuis saeuitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum breuitate coangustat. Hinc enim ueritas per semetipsam dicit: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Hinc rursus ait: Nisi breuitati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Quia enim & superbos nos, & infirmos dominus concipit, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuiatos dicit, profecto ut & superbiam terreat de aduersitate temporis, & infirmitatem refoueat de breuitate. Et libro 22. cap. 22. exponens illud Ezechielis, Mensus est cubitos mille, & transduxit me per aquam usque ad talos. Rursumque mensus est mille, & transduxit me per aquam usque ad genua. Et mensus est mille, & transduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, & transduxit me per torrentem, quem non potui transire, quonia intumuerunt aquae profundae torrentis, qui non potest transiri. Quid namque millenario numero, nisi collati muneris plenitudo signatur? Vir itaque qui apparuit, mille cubitos metitur, & propheta per aquas usque ad talos ducitur, quia redemptor noster, quum nobis ad se conuersis boni exordij plenitudinem tribuit, dono spiritualis sapientiae, prima nostri operis uestigia infundit. Aquam quippe usque ad talos uenire, est iam nos per acceptam sapientiam desideratae rectitudinis uestigia tenere. Qui rursus mille metitur, & propheta usque ad genua per aquam ducitur, quia quum boni operis plenitudo

plenitudo tribuitur, ad hoc usque nostra sapientia augetur, ut in prauis iam actibus minime flectatur. Hinc namque per Paulum dicitur: Remissas manus, & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris. Aqua ergo ad genua peruenit, quum nos percepta sapientia, perfecte ad boni operis rectitudinem stringit. Qui iterum metitur mille, & propheta per aquam usque ad renes ducitur, quia uidelicet tunc in nobis plenitudo operis excrescit, quando in nobis percepta sapientia omnem quoque, in quantum est possibile, delectationem carnis extinxerit: Nisi enim carnis delectatio esset in renibus, Psalmista minime dixisset: Vre renes meos, & cor meum. Aqua igitur ad renes uenit, quum dulcedo sapientiae, etiam incentiua carnis interimit, ut ea quae urere mentem poterat, delectationis incendia frigescant. Qui adhuc mensus est mille, torrentem uidelicet quem propheta pertransire non potuit, de quo etiam dicit, Quoniam intumuerunt aquae profundae torrentis, qui non potest transiri. Percepta namque perfectione operis, ad contemplationem uenitur. In qua scilicet contemplatione, dum mens in altum ducitur, subleuata uidet in Deo, quia non potest penetrare quod uidet, & quasi tangit aquam torrentis, quam pertransire non ualet, quia & intuetur speculando quod libeat, & tamen hoc ipsum perfecte non ualet intueri quod libet. Propheta ergo quandoque ad aquam peruenit, quam non pertransit, quia ad contemplationem sapientiae, quum ad extremum ducimur, ipsa eius immensitas, quae ex se hominem subleuat, ad se humano animo plenam cognitionem negat, ut hanc & tangendo amet, & tamen nequaquam pertransiendo penetret. Et Rupertus exponens illud Apocalypsis, Et uidi Angelum descendente de caelo, & c. Et iste Angelus, idem Christus est, sed aliud agens, imò negocium superius coeptum potenter adimplens. Neque enim quod paulo ante significatum est, dicendo: Et uidi coelum apertum, & ecce equus albus, idem repetitur nunc, dicendo: Et uidi Angelum descendente de caelo, sed quod illic coeptum, hic significatur qualiter sit peractum, & adhuc quod restat usque in finem saeculi peragendum. Illic namque Christus de caelo descendens in uirginis uterum ad destruendum mortis imperium, & liberandos eos qui in inferno detinebantur. Hic itidem Christus de caelo descendens significatur ad destruendum tenebrarum mundi principatum, ad liberandos eos, qui ad simulacra muta ignorantibus ibant, prout ducebantur. Dicat ergo forte quis: Numquid Christus postquam morte superata uictor in caelum ascendit, iterum huc inde descendit? Planè descendit, sed inuisibiliter. Descendit, non ut prius passibili humilitate, sed impassibili, atque inuisibili maiestate. Descensum illum totus orbis audiuit, descensionis illius sonus in omnem terram exiuit. An quando factus est repente de caelo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, Christus de caelo non descendit, Christus hunc mundum non uisitauit: An separabilis est substantia, uel maiestas filij, & spiritus sancti, ut descendente ad homines spiritu sancto, filius Dei non descenderit? Certè & si non per circumscriptam humanitatis suae formam descendit, at sine dubio per incircumscriptam diuinitatem suam, per ipsum quem dabat spiritum sanctum, & per eos quos inspirabat Apostolos ad uisitandas gentes descendit. Quod si autoritas uerbi huius quaeritur, quod dicimus, descendit, in Psalmo propheta, quum dixisset de praedicatione Apostolorum, & poenitentia gentium, Comota est, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensit sunt ab eo, continuo quasi quaereres, qualiter hoc factum sit, uel fieri poterit, subiunxit: Inclinauit caelos, & descendit, id est, Apostolos suos per spiritum sancti datum caelos, hominibus condescendere fecit, & per ipsos ad gentes descendit, gentibus innotuit. Igitur uidi (inquit) Angelum descendente de caelo, id est, Christum rursus uisitante mundum dato spiritu sancto, iam in illo descensu propter passionem mortis gloria, & honore coronatus fuerat, iam omnem in caelo, & in terra potestatem habebat, iam dominator uitae, & mortis erat. Ait ergo: Habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Nam qui uictor ab inferis iam dudum redierat, rectè, & ueraciter dicitur, quia clauem abyssi habebat. Hinc est, quod in initio huius Apocalypsis, quum dixisset ipse: Et fui mortuus, & ecce sum uiuus in saecula saeculorum, tunc demum addidit: Et habeo clauem mortis, & inferni. Ipse namque prout uoluit, & electos suos in illo descensu suo ad inferos eduxit, & reprobos inclusos reliquit, ut exire non possint. Et catenam, ait, magnam in manu sua, id est, potestatem ad alligandum, uidelicet, & extrahendum foras diabolus, qui cubas in delubris gentium sese pro Deo colit faciebat. Hoc est quod continuo sequitur: Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & sathanas, & ligauit eum per mille annos. Palam est & ita ab effectis comprobatum, quod illum apprehenderit, & ligauerit, ut de hoc aliquatenus dubitare demerita sit. Si enim ille ligatus à Christo non est, quomodo tam imbecillis iacet ex quo Christus passus est? Quomodo tot ab illo euadit homines? Quomodo tam multis non dico gradibus, & sapientibus uiris, sed à pueris tenerisque puellis illusit? Consideremus quae, & qualia in eum per infirmas aetates siue conditiones facta sunt, maximeque recolendo gesta, uel passiones martyrum, & delectabile spectaculum habemus. Quia non solum ligatus, ueruetiam infatuatus est, nec solummodo catena magna stringitur illi manus, & pedes, ueruetiam sicut ad Iob facturum se dominus promiserat, & nares perforatas in sudibus,

Heb. 12. d.

Psal. 25. d.

Rupertus.

Apoc. 20. d.

Apoc. 19. b.

Actuum 2. a.

Psal. 17. b.

Apoc. 1. d.

Catena, potestas.

Iob 40. c.

Matth. 23. f.

Gen. 3. d.
Serpens.
Draco.
Diabolus.
Sathanas.

& linguā fūne ligatā, & circūlū in naribus habet, & maxilla eius armilla perforata est. Inde est, quōd illudunt ei quasi aui, nō solum serui, sed etiam ancillae cōni, quōd cōcidunt eum amici, quōd diuidit eum negociatores illi, quicūq; bonas margaritas quārentes, & unam preciosam Euāgelicā ueritatis margaritā inuenientes, comparauerūt illā datis omnibus suis. Quis dinumerare possit milia martyrum, multitudines cōfessorum, choros uirginum, plebemq; omnium electorum, qui extunc uidente, & inuidente illo in cōclū euolauerunt, & uidente, & retinere nō ualente illo, de templorum eius sordibus eruperunt, sordesq; ipsas in oculos eius excutiētes, ad Deum uerum trāssugerunt. Verē igitur dictum, quia apprehēdit, & ligauit eum. Quid sibi uelint tot nomina tetra, quibus scriptura hāc illum infamat, dicendo, draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Sathanas, iam alio loco dictum, & hīc breuiter iterādum est. Serpens iccirco dicitur, quia primum hominem decepit, serpentem animātem ingressus. Draco uerō, quia extunc creuit, & multiplicata est in inuido malitia eius, & ita quasi de serpente qualicūq; draco magnus, draco uetus, siue antiquus effectus est. Diabolus quod interpretatur deorsum fluens iccirco, quia non seruauit suū principatum, sed relinquens suum domiciliū, id est, cōclū, defluxit in istū caliginosum aērem. Sathanas quod interpretatur aduersarius iccirco, quia uoluntati creatoris mala semper intētiōe aduersatur. Istum ligauit per mille annos, id est, tempore aliquāto, siue per multos annos, ut solet in scripturis sanctis saepe numerus poni finitus pro infinito. Et misit eum (inquit) in abyssum. Hoc idem longē superius iam dictum est: Et proiectus est in terram. Et illic nomine terrae, & hīc nomine abyssi, nequam homines, & reprobī significantur, qui terram, uel terrena tantum cupiendo, ipsi terra sunt, & mala excitando profundius semetipsos abyssum fecerunt, eo quōd uita ipsorum malitiae sit arcanum. In eo dimīnuta est potestas illius, & quasi de alto missus est in abyssum, quōd iam non publico celebratur cultu in templis, nomen diuinum, siue potius diuini nominis rapinam obtinens, ut olim, atq; solēnem ritū sacrificiorum, sed tātum qui supersunt miserā seruitutis eius captiui homines in oculis illi seruiunt, in additis exercent spurcitas, & ueterum uestigia maleficiorum. Ait ergo: Et clausit, & signauit super illum, ut non seducat amplius gentes. Id est, ut non amplius concelebratur sacris, & sacrilegis sacrificijs falsator spiritus, qui non Deus, sed diabolus est, neq; adoretur, ut olim Saturnus falsifer, aut Iupiter adulter, aut meretrix Venus, quorum uel qualium ad cultū nefarium misero errore seductae ducebantur gentes. Itaq; ligatus, ut est, tenebitur diabolus, donec consummentur mille anni, donec impleantur omnia tempora praefinita Euāgelicā libertati, quae nescimus nos, pater autem Deus illa in sua potestate posuit.

Metreta quid mysticē significet, require in dictione, Hydrīa.

Quid myrrha, myrthusq; mysticē significant.

Cap. LVII.

Gregorius.
Cantic. 1. d.

Bernardus.

Myrrha, amara & dura tribulatio.
Aethiuan 5. g.
Esa. 9. d.
Romān. 8. d.
2. Cor. 4. d.

Quid myrrha mysticē significet, diuus insinuat Gregorius exponens, illud Canticorum, Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur: Mortuorum (inquit) corpora myrrha cōdiri solent, ne putrescāt. Myrrham quippe corporibus, ne putrescant, adhibemus, dum membra nostra in Christi exemplum, per eorūdem mortificationem a putredine luxuriae restringimus, ne dum ea sine cōditamento dimiserimus, dissoluta putredine, escam uermibus aeternis faciamus. Sed quid est, quōd dilectum suū spōsa non myrrhā, sed fasciculum myrrhae nominat, nisi quōd dū sancta mens Christi uitā ex omni parte cōsiderat, cōtra omnia uitia ex eius imitatione repugnātes uirtutes cōgregat, ex quibus sibi fasciculum myrrhae aptat, quo carnis suae putredinem sempiternam abstergat. Qui bene inter ubera commorari dicitur, quia in dilectione Dei, & proximi habitatio Christi sancta aedificatur. Sancta quippe anima, dum Deum sic diligit, ut proximū non contemnat, & proximi amorem sic exequitur, ut diuinum nō diminuat, proculdubio ubera in pectore sibi locat, quibus Christum amplectens ipsum nutriat. Quasi enim uberibus Christus nutritus roboratur, dum hac gemina dilectione, ut fortius inhæreat, delectatur. Et diuus Bernardus sermone 43. super Cantica: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Antē rex, modo dilectus. Antē in accubitu regio, modo inter sponsae ubera. Magna humilitatis uirtus, cui etiam deitatis maiestas tam facile se inclināt. Cito reuerentiae nomen in uocabulum amicitiae mutatum est, & qui longē erat, in breui factus est propē. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, Myrrha amara res, dura, & aspera tribulationū significat. Ea sibi dilecti causa imminere prospiciens gratulabunda id loquitur, confidens se omnia uiriliter subituram. Ibant (inquit) gaudentes discipuli a conspectu consilij, quoniam digni habitū sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Propterea denique non fascem, sed fasciculum dilectum dicit, quōd leue pra amore. ipsius ducatur quicquid laboris imminet, & doloris. Bene fasciculus, quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus, quia non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Id enim (inquit) quod in praesenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra

strae, supra modum in sublimitate aeternum pondus gloriae operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis ingens cumulus gloriae, qui modo est fasciculus myrrhae. An non fasciculus, cuius tugum suauis est, & onus leue? Nō quia leue in se, Nec enim leuis passionis asperitas, mortis amaritudo, sed leuis tamē amari. Et ideo nō ait tantū fasciculus myrrhae dilectus meus, sed mihi (inquit) quae diligo, fasciculus est. Vnde & dilectū nominat, monstrās dilectionis uim omnium amaritudinum superare molestiā, & quia fortis est ut mors dilectio. Et ut scias nō in se illam, sed in dño gloriarī, neq; de propria uirtute, sed de domini adiutorio praesumere fortitudinē, dicit illū inter ubera sua cōmoraturū, cui secunda decantet: Et si ambulauero in medio umbrāe mortis, nō timebo mala, quoniam tu mecū es. Memini me in uno superiorū sermonū duo spōsa ubera cōgratulationem distinisse, atq; cōpassionem, iuxta Pauli doctrinā, dicentis: Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Quia uero inter aduersa, & prospera uersans, nouit utrobicq; pericula nō deesse, mediū huiusmodi uberū suorum uult habere dilectū, cuius aduersus utraq; continua protectione munitam, nec laeta extollant, nec tristitia deiciant. Tu quoq; si sapiis, imitaberis sponsae prudentiam, atq; hunc myrrhae tam charū fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam patieris auelli, amara illa omnia, quae pro te pertulit semper in memoria retinens, & assidua meditatione reuoluens. quo possis dicere & tu: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea cōmorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuersione, pro aceruo meritorū, quae mihi deesse sciebā, hunc mihi fasciculum colligare, & inter ubera mea collocare curauī, collectū ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus domini mei. Primum uidelicet infantiliū illarum necessitatum. Deinde laborum quos pertulit in praedicando, fatigationem in discurrendo, uigiliarum in orando, tentationem in ieiunando, lachrymarū in compatiendo, insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus, conuictorū, sputorū, colaphorum, subsannationū, exprobrationū, clauorum, horumq; similiū, quae in salutem nostri generis sylvā Euāgelicā copiosissimē noscitur protulisse. Vbi sanē inter tot odoriferā myrrhae huius ramusculos minimē praetermittendam putauī etiam illam myrrham, quae in cruce potatus est, sed neq; illam, qua unctus est in sepultura. Quarū in prima applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum. In secunda futuram incorruptionē mei corporis dedicauit. Memoriam abundantiae suauitatis horum eructabo, quoad uiuero. In aeternum non obliuiscar miserationes istas, quia in ipsis uiuificatus sum. Has olim sanctus David cum lachrymis requirebat, Veniant mihi (inquiēs) miserationes tuae, & uitam. Has & alius quidam sanctorum cum gemitu memorabat, dicens: Misericordiae domini multae, quam multi reges, & prophetae uoluerunt uidere, & non uiderunt, & audire, & non audierunt. Ipsi laborauerunt, & ego in labores eorum introiui. Ego messui myrrham, quam illi plantauerunt. Mihi hīc salutaris fasciculus seruatus est. Nemo tollet eum a me, inter ubera mea commorabitur.

De myrrha multa habes in dictione, Incensum, & in dictione, Manus, & in dictione, Labia, & in dictione, Liliū.

Myrthus, siue myrthetum, quid mysticē significet, require in dictione, Equus, libro 11. cap. 30. Rupertus autem in commentarijs, exponens illud Zachariae, Vidi per noctem &c. & ipse stabat inter myrthetas: Vidi (inquit) per noctem. Recte per noctem, ut ipsum tempus uisionis tristitiae, & moerori congrueret, in qua ipsa erat, uidelicet propter diurnam gētis, & loci desolationem. Ob eadem causam, & Daniel in nocte uidit: Et aspicebam (inquit) in uisu noctis. Longa nox, & si igitur da, nec minus erat obscura. Erat enim uicesima quarta undecimi mensis Sabathi, qui apud nos Februarius dicitur. Vicesima quarta die, luna propē est in defectu. Igitur & plixitas noctis, & asperitas frigoris, & defectus luminis, seu lunae sublustri tristitiae cōgruebant, in qua nimirū propheta cōsolatione indigebat supernae uisitationis, & allocutionis, quae huiusmodi fuit: Et ecce uir ascēdens super equū rufum. Ad quid ascēdēs super equū, nisi ut faceret, quod postmodū dicit: Reuertar ad Hierusalē in misericordijs: Vir enim ille ipse est dñs, & propterea super equū ascēdere uidebatur, quia tēpus erat, ut ad illā ciuitatē suā reuertetetur, quia tēpus uenerat miserendi eius. Quid erat ille equus, nisi humana natura ipsius? Nōdū quidē erat homo factus, sed hoc ut fieret, parabatur, & quod in re futurū erat, praesenti uisione significabatur. Ob hoc pulchrē super equū ascendere uidebatur, ad Hierusalē in misericordijs reuersurus, quia uidelicet Hierusalē illā reaedificari causa ista exigebat, ut esset, unde iuxta promissiones, quae ad patres factae sunt, ipse homo factus, nasceretur. Equum autem uidit, uel dixit rufum, propter ipsius sanguinē rubicundū. Eundē equū Ioannes in Apocalypsi uidit albū: Vidi (inquit) cōclū apertū, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis, & uerax, & exercitus qui sunt in cōclō, sequebantur eum. Vnus idemq; equus, & illic propter suā innocentiam uisus est albus, & hīc propter passionis suae sanguinē rufus. Quid aliud intendit Ecclesia, dum dicit in Canticis, Dilectus meus candidus & rubicundus? Et ipse stabat inter myrthetas, quae erāt in profundo. Myrthus temperatiuae naturae est, & hanc arborum medicorum libri aptam asserunt curandis infirmitatibus, & maximē mulierum necessitatibus

Matth. 11. d.

Cant. 5. b.

Psal. 22. b.

Rom. 12. c.

Marc. 15. a.

Ioan. 19. g.

Psal. 144. b.

Psal. 118. m.

Ibidem k.

Thren. 3. c.

Zach. 1. b.

Daniel. 7. d.

Equus, humana natura.

Apoc. 19. b.

Cant. 5. c.

plurimis. Dicitur autem myrthus à mari, eo quòd maris littoribus solet innasci. Vnde est illud Vergilij: Littora myrthetis lætissima. Et, Amantes littora myrthos. Quid ergo significant myrtheta, nisi sanctas, & uerè salubres legis & prophetarum, atq; Psalmorum scripturas? Et iste uir, de quo loquimur, nonne iam tunc stabat inter huiusmodi myrtheta? Etenim scrutamini (inquit) scripturas, & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Planè ab omnibus sanctis scripturis testimonium habere, hoc est, inter myrtheta stare. Et myrtheta (inquit) erant in profundo. Nam reuera sanctarum scripturarum magnū est profundum. Vnde Psalmista: Abyssus abyssum inuocat, id est, unius scripturæ profunditatē, ut penetrare ualeas, alterius scripturæ admota profunditas plurimū iuuat. Illic stabat uir, & illic potest inueniri, atq; inde cognosci, si quæritur, nō autē inuenitur ab eo, qui quærere nō uult, ueluti stans aliquis inter myrtheta, nec ita in propatulo est, ut citò uideatur à negligenter præter eūibus: nec ita latet, ut nō possit inueniri à diligēter quærētib; . Ex quo Moses in typum eius agnū in Aegypto immolauit, & postes domorū, eius sanguine signauit, imò & ex quo pater Abraham unigenitū filiū Isaac sacrificaturus super aram imposuit, tunc ex eo ac deinceps rufus coepit uideri equus, super quem uir iste ascendit. Etenim quocunq; te uerteris inter myrtheta huiusmodi, ingerit se oculis tuis sacramentū passionis huius uiri præfigurātū, tam factis, quam dictis patriarcharū, & prophetarū mysticis. Et post eū (inquit) equi rufi, uarij, & albi. Post eū (inquam) & nō ante eum, Nam ipse est ante omnes, & primogenitus in multis fratrib; , & omnes sancti fratres eius, equi utiq; domini, alij martyrio rufi, alij cādore uirginitatis albi, alij diuersorum charismatum donatione uarij sequuntur eum, sic ut supra ex Apocalypsi dictū est, & exercitus qui sunt in coelo, sequebatur eum. Omnes equi huiusmodi fessorem uiuum habent, Deum, & idcirco concordem faciunt exercitum.

2. Georg. uer. 3.
4. Georg. uer. su 123.
Myrtheta, uerteris instrumētū scripturæ.
10an. 5. f.
Psal. 41. b.

Exod. 12. d.
Gen. 22. b.

Rom. 8. f.

Quid monile mysticè significet.

Cap. LVIII.

Quid monile mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponēs illud Cantorum, Col- lum tuū sicut monilia: Per collum sponsæ prædicatores sanctæ Ecclesiæ designatur. Monilibus prædicatores cōparantur, uel quia Ecclesiæ sunt ornamentū, uel quia Ecclesiam muniunt, ut pectus monile, uel à rotunditate, id est, perfectione. In monilibus gemmæ in auro ponuntur. Per aurum quippe sapiētia, per lapides opera exprimuntur. Collum ergo sponsæ sicut monilia existit, quia quilibet rectus Ecclesiæ prædicator, & sapientia interius se induit, & opera exterius exercet, quæ in sapiētia uidet. Et exponēs illud Cantorum, Iunctura femorum tuorum sicut monilia: Per duo femora sponsæ (inquit) duo populi Ecclesiæ, per iuncturā femorum, cōcordia designatur prædicatorum, quibus populi uniuntur, dum ad fidem catholicam circuncisio, & præputiū per eos erudimur. Qui ut monilia existunt, quia dum in sapiētia, qua resurgunt, sancta opera faciunt, quasi in auro lapides gerunt. Et Bernardus sermone 41. in Cantica, Collū tuum sicut monilia: Solet ornari collum monilibus, nō ipsis cōparari. Sed hoc illæ faciāt, quibus quia de proprio nō inest decor, aliūde necesse est, ut mēdicent, unde speciosas se mētiantur. Nam sponsæ collū ita in se ipso formosum, & tam decēter quāsi natura formatum est, ut extrinsecus nō requirat ornamentum. Quid enim opus est peregrinorū fucus adhibere colorū, cui propria, & tanquam innata sufficit pulchritudo, intantum ut ipsorū quoq; quæ ad ornādum quæruntur monilium possit adæquare nitorem? Hoc nēpe intelligi uoluit, qui minime quidem à collo (ut assolet) pendere monilia, sed ipsum potius esse sicut monilia dixit. Nūc iam inuocādus est nobis spiritus sanctus, ut sicut spirituales sponsæ genas suas dignatione tribuit inuenire, ita etiam ipsis spirituale collum demonstrare dignetur. Et meo quidem intellectu (quia mihi incumbit loqui quæ sentio) nihil interim uerisimilius, probabilius ue elucet, quàm ipsum animæ intellectum colli nomine designari. Tu quoq; idem (ut arbitror) approbabis, si aduertas similitudinis rationem. An nō siquidem tibi uidetur colli quodam modo ut ce fungi intellectus, per quem tua anima traicit in se spiritus uitalia alimenta, atq; in quædam transfundit ut scera morum, affectuumq; suorū? Hoc ergo sponsæ collum, id est, purus, & simplex intellectus, cum nuda, & aperta ueritate satis per seipsum retineat, non indiget ornamento, sed ipsum magis tanquam preciosum monile animam decēter exornat, ac perinde simile monilibus ipsis describitur. Bonum monile ueritas, bonum puritas, siue simplicitas, bonum planè monile sapere ad sobrietatem. Philosophorū, uel hæreticorū intellectus nō habet hunc in se puritatis, ueritatisq; nitorem, & ideo multā curā gerūt ipsum colorare, & fucare faleris uerborū, & uerutij; syllogismorū, ne si nudus appareat, falsi etiā appareat turpitudine. Et diuus Hier. exponēs illud Esa. In die illa auferet dñs ornāmēta calciamentorū, & lunulas, & torques, & monilia &c. In qua die (inquit) Iudæi putāt captiuitatis Babylonæ, nos uerius esse cōuincimus, quādo à Romanis capti sunt, & omnia uestiū, atq; gemmarū, auricq; ac moniliū ornāmēta, & diuersas supellectiles perdidērūt. Siue p̄ metaphorā mulierū, omnis ornatus urbiū destructus esse narratur. Ornāmēta urbiū, in plateis, & porticibus, foro, atq; gymnasijs, & mœnibus publicis intellige. Quæ si referamus ad aiarū statū, calciatos pedes eius,

Gregorius.
Cant. 1. c.
Collum, prædicatores.
Monilia, prædicatores.
Aurū, sapiētia.
Lapides preciosi, opera.
Cant. 7. a.
Femora, Iudæorum, & gentiū populū.
Iunctura, cōcordia.
Cant. 1. c.

Collum, intellectu.

Rom. 12. d.

Esa. 3. d.

des eius, qui carnes agni comesturus est, & celebraturus pascha, legisse nos recordemur, & per solitudinē trāseuntū, nec uestimēta, nec calciāmēta cōsumpta. Quæ sunt ista calciāmēta? Illa de quibus Apost. scribit ad Ephesios: Calciaui pedes in præparatione Euāgelij pacis. Quæ calciāmēta animæ perdituræ sunt, quādo extēto collo ambulauerint, & pedibus traxerint uestimēta. & promūdia matronali, terræ uerrant spurcitiā. Et lunulas, & torques, & monilia &c. Describit monilia foeminarū, & per hæc insignia ciuitatū. Vel iuxta anagogen uariarū ornāmēta uirtutū. Habēt mulieres in lunæ similitudinē bullas dependētes, quas nos ad Ecclesiæ ornāmēta trāserimus, quæ illuminatur sole iustitiæ. Torques quoq; quæ ad pectus usq; pendētes intelligentiā, ac principalē mētis rationem in corde demōstrant. Et monilia, quæ uno sermone omnia ornāmēta significāt. Et armillarum bona opera, quales Rebecca accepit in sponsalibus. Et mitras capitis ornamenta, & di- scriminalia, ut iudicium habeat singulorum. Et periscelidas, quibus noster gressus ornatur, ut audiamus: Pes tuus nō offendet, & Eruet pedes meos à lapsu. Et murænulas, quæ auri, atq; argenti texuntur uirgulis, sensu uidelicet, & sermonibus scripturarum. Et olfactoriola, ut Christi bonus odor simus. Et in aures, ne audiamus iudicium sanguinis, sed domini uerba, dicētis: Qui habet aures audiēdi, audiāt. Et annulus quibus signamur ad domini militiam, quem Deus signauit pater. Vnde dicitur ad principem Tyri: Tu es signaculū similitudinis. Filius quoq; prodigus cum stola recepit annulum, & calciāmēta, & gemmas in fronte pendentes, quibus nostra ora decorantur. De cuius capitis ornamento, & in Psalmo legimus: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron. Quæ omnia licet lxx. interpretes, Aquila, & Symmachus, ac Theodo- tio diuersis modis interpretētur, nos ut potuimus uel de Hebræo, uel de ipsorū trāslatione texui- mus. Sed nolumus diutius in singulis immorari, ne friuola sit expositio, & prudenti lectori fasti- diū faciat. Et mutatoria, & pallia, & linreamina. Pro linreaminibus lxx. τὰ διαφανῆ λακωνικά, id est, perspicua Laconica interpretati sunt, uolētes tenuissimas significare uestes, quibus Lacædemo- niorū, qui fuerūt ad bella promptissimi, & austerioris uitæ, corpora tegebantur, quāquam Laco- nica, nec Hebraicum habeat, nec ullus alius interpretum. Mutatoria autem, & pallia, quæ signifi- cantius Symmachus transtulit ἀναβολαία, ornamenta sunt uestium muliebrium, quibus humeri, & pectora proteguntur. Mutatoria iuxta anagogen illa sunt, de quibus dicitur: Ibunt de uirtute in uirtutem, & linreamina, ut loti in domino delicijs perfruamur, secundū illud, quod in Psalmis scri- ptum est: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Et acus, & specula &c. Habēt acus mulieres, qui- bus ornatorum crinium compago retinetur, ne latius fluant, & in sparsos dissipētur capillos. Ha- bent & specula, quibus consyderant uultum suum, & si quid deesse uiderint, addunt ornatui. Ha- bent sindones, quæ uocantur amictoria, & uittas, quibus crines ligantur, quas appellant ταινίας. Habēt & theristra, quæ nos palliola possumus appellare, quibus obuoluta est & Rebecca, & ho- die quoq; Arabia, & Mesopotamiæ operiuntur foeminae, quæ Hebraicè dicūtur Redidim, Græ- cè θηρίστρα, ab eo quòd in θηρῖς, hoc est, in æstate, & caumate corpora protegant foeminarum. Filia ergo Sion propter superbiam suam perdidērūt acus, quibus omnium præceptorum regula strin- gebatur. Perdidērūt specula, quæ obtulerunt in Exodo, manentes in foribus tabernaculi mulie- res ad luterem domini fabricādum, de quibus & Apostolus Paulus loquebatur: Videmus autem nunc per speculū in ænigmatē. Amiserunt sindones, & uittas, quibus operiebāt humeros, & fluē- tem huc, atq; illuc animum cōstringebant, & theristra, quo tuuissimo in æstibus tegebatur umbra- culo. Hæc dicimus, ne omnino tropologiam huius loci fugere uideamur. Et Rupertus exponens illud Cantorum, Collum tuum sicut monilia: Sicut enim (inquit) monilia muniunt matronarum pectora pudica, unde & dicuntur monilia, eo quòd pectus muniunt, ne quis extraneus, id est, im- pudicus manum suam inijciat, ita & collum tuum munit uerba tua, non solum ne quid ociosum, aut noxium, siue inordinatum per uocem erumpat, uerum etiam ne ipsum bonum tuum, secretum tuum, diuinum mysterium tibi creditum, leuiter uiam, uel uocem inueniat, ut auris aliena, siue filia aliqua, quāuis uideatur esse filia Hierusalem, quæ fortè custodire nesciret huiusmodi margaritas, sicut custodiri oporteret propter porcos, maximeq; propter Herodem, & eius complices, intelli- gat. Verè igitur pulcherrima mulierū, pulcherrima in genis, pulcherrima in collo, id est, tam oculo rum, quàm uerborum tuorum moderamine decentissimo.

Deut. 29. d.
Ephes. 6. e.
Gen. 24. d.
Psal. 90. c.
Ibidem 55. c.
2. Cor. 2. d.
Luc. 8. b.
10an. 6. c.
Ezech. 28. e.
Luc. 15. c.
Psal. 132. d.

Psal. 93. b.

Psal. 35. b.

Exod. 38. a.
1. Cor. 13. d.

Cant. 1. d.

Quid mons mysticè significet.

Cap. LIX.

Quid mons mysticè significet, diuus ostendit Gregorius, exponens illud Iob, Qui transtulit montes, & nescierunt hi, quos subuertit in furore suo: In scriptura (inquit) sacra sæpe mon- tium nomine, prædicantiū altitudo designatur, de quibus per Psal. dicitur: Suscipiant montes pa- cem populo. Electi q̄pæ prædicatores æternæ patriæ nō immeritò mōtes uocātur, quia per uitæ suæ celsitudinē ima terrenorū deserūt, & coelo p̄pinq; fiūt. Sed mōtes ueritas transtulit, quæ præ- dicatores

Iob 9. a.
Mons, prædicā- tium altitudo.
Psal. 71. a.

Pfal. 43. a. dicatores sanctos à Iudæa obduratione subtraxit. Vnde rectè etiam per Psalmistã dicitur: Transferentur montes in cor maris. In cor enim maris montes translati sunt, quã prædicãtes Apostoli à Iudæa perfidia repulsi, ad intellectum gentilium uenerunt. Vnde ipsi quoq; in suis actibus dicunt: **Ab. 13. g.** Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sed hanc eandem translationem motium hi ipsi nescierunt, qui in domini furore subuersi sunt, quia quum de suis finibus Hebræi Apostolos pellerent, lucrum se fecisse arbitrati sunt, quod prædicationis lumen amiserunt. Exigentibus quippe meritis iusta animaduersione percussi, tanto intelligentiæ errore cæcati sunt, ut quod lucẽ perderent, hoc esse gaudiũ putarent. Et exponens illud Iob, Huic montes hærbas ferunt: In scriptura (inquit) sacra quum numero singulari mons ponitur, aliquando incarnatus dominus, aliquando sancta Ecclesia, aliquando testamentum Dei, aliquando apostata Angelus, aliquando quilibet hæreticus designatur. Quum uero montes plurali numero nominantur, aliquando celsitudo Apostolorum, atq; prophetarum, aliquando uero sæcularium potestatum tumor exprimitur. Mons namq; dñm designat, sicut scriptũ est: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in uertice montiũ. Mons quippe est in uertice montiũ incarnatus dominus, transcendens celsitudinem prophetarũ. Rursum per montẽ sancta designatur Ecclesia, sicut scriptũ est: Qui confidunt in domino sicut mons. Sion namq; speculatio dicitur, per quam scilicet speculationem contemplans Deum Ecclesia figuratur. Rursum per môtẽ testamẽtum Dei exprimitur, sicut Abacuc ait: Deus à Libano ueniet, & sanctus de monte umbroso, & cõdenso. Qui enim uenturum se per testamenti sui paginas spopõdit, quasi inde uenit, unde uelut sub promissione se tenuit. Quod uidelicet testamẽtum bene mons umbrosus, & condensus dicitur, quia spissis allegoriarũ obscuritatibus opacatur. Rursum per môtẽ Angelus apostata designatur, sicut sub Babylonis regis specie de antiquo hoste prædicatoribus dicitur: Super môtẽ caliginosum leuate signum. Prædicatores quippe sancti super caliginosum montem signũ eleuãt, quando contra sathanæ superbiam, qui sæpe sub nebula simulationis absconditur, uirtutem crucis exaltant. Rursum per montem hæreticus quilibet exprimitur, sicut ex uoce Ecclesiæ Psalmista ait: In domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in môtẽ sicut passer. Quum enim fideli animæ unitate relicta in tumentis doctrina cõfiderere hæretici prædicatoris dicitur, deserto domino, quasi in montem transmigrare suadetur. Rursum per môtẽ Apostolorum, ac prophetarum celsitudo designatur, sicut scriptũ est: Iustitia tua sicut môtẽs Dei. Et uoce Pauli dicitur: Ut nos efficeremur iustitiæ Dei in ipso. Vel sicut iterũ uoce sperantis Ecclesiæ Psalmista ait: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Rursum per môtẽs sæcularium potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalmista ait: Môtẽs sicut cæra fluxerunt à facie domini, quia multi, qui prius alta rigiditate tumuerunt, Deo in carne apparente, magno sunt per poenitentiam timore liquefacti. Vel sicut idem propheta iterum dicit: Ascendunt montes, & descendunt campi. Pleriq; enim persecutores domini superbi contra eum ueniunt, sed ab eo humiles reuertuntur. Qui môtẽs ascendunt per tumorem potentiæ, sed campi descendunt, plani uidelicet facti, per cognitionem culpæ. Sed quia nonnulli in elationis suæ altitudine remanent, & ad diuina obsequia fleciti humiliter dedignantur, eo quod iuxta desiderium antiqui hostis praua cogitare, ac perpetrare non desinunt, rectè hoc loco de Behemoth dicitur: Huic montes ferunt hærbas. Elati namq; sæculi huic Behemoth hærbas ferunt, quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur, quia suas illi offerunt fluxas, & lubricas uoluptates. Et lib. 18. cap. 22. exponens illud Iob, Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes: Manum quippe ad silicem extendit, quia ad duritiã gentium suæ brachium prædicationis misit. Vnde & idem beatus Iob passionis suæ historiam præsciens gentibus innotescendam, dicit: Scribantur hæc stylo ferreo, in plumbi lamina, uel celte sculpantur in scilice. Quid uerò hoc in loco montes, nisi huius sæculi potentes accipimus, qui pro terrena substantia in altum tument. De quibus Psalmista ait: Tange môtẽs, & fumigabunt. Sed montes à radicibus sunt euersi, quia prædicante sancta Ecclesia, summæ huius sæculi potestates, in adorum omnipotentis Dei ab intima cogitatione ceciderunt. Radices enim montium cogitationes sunt intimæ superbiorum. Et à radicibus montes cadunt, quia ad colendum Deũ, potestates sæculi ab imis cogitationibus prosternuntur. Rectè enim per radicem cogitatio occulta signatur, quia per hoc, quod intus cernitur, erumpit quod uideatur foras. Et exponens illud Iob, Circumspicit montes pascuæ suæ: Môtẽs pascuæ sunt altæ contemplationes internæ refectionis. Sancti enim uiri quantomagis se exterius despiciendo deiciunt, tanto amplius interius reuelationum contemplatione pascuntur. Vnde scriptum est: Ascensus in corde eius disposuit in cõualle lachrymarum, quia quos exterius in fletu cõtinet cõualle humilitatis, eos interius fableuat ascensus contemplationis. Et cap. 29. Môtẽs etiã pascuæ sunt sublimes uirtutes Angelorũ. Quæ idcirco hinc nos ministrando, & adiuuando reficiunt, quia illic interno contemplationis rore pinguefcunt. Quæ quia largiẽte Deo in omni nos certamine protegunt, rectè circumspici dicuntur. Vndiq; em nobis adesse circumspicimus, quorum

mus, quorũ defensione cõtra aduersarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc môtẽs pascuæ accipi altæ sententiæ scripturæ sacrae, de quibus per Psal. dicitur: Montes excelsi ceruis, quia hi, qui iam dare contemplationis saltus nouerunt, altos sententiarum diuinarũ uertices quasi cacumina montiũ ascendunt, ad quæ profectõ cacumina, quia infirmi peruenire nõ ualẽt, rectè illic subditur: Petra refugiũ erinacijs, quia uidelicet inualidos nõ sublimiter intelligentiã exercet, sed sola in Christo fides humiliter cõtinet. Et infra: Circumspicit (inquit) montes pascuæ suæ: Môtẽs (inquit) accipimus omnes elatos huius sæculi, qui in corde suo altitudine terrena tumuerunt, sed quia etiam tales dominus Ecclesiæ suæ corpori cõuersos inuiscerat, eosq; à priori elatione cõmutans, in sua membra trãformat, isti montes pascuæ eius sunt, quia nimirum de conuersione errantium, & de superbiorum humilitate satiatur, sicut ipse ait: Meus cibus est, ut faciã uoluntatẽ eius, qui me misit. Et sicut Apostolis ad prædicationem missis præcepit, dicens: Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternã. De his môtibus per Prophetam dicitur: Nõ repellet dominus plebem suam, quoniam in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montiũ ipse cõspicit. Altitudines enim môtium, elationes sunt utiq; superbiorũ. Quas dominus cõspicere dicitur, id est, ab iniquitate sua in melius cõmutare. Cõuertit namq; dominus eum quẽ cõspicit. Vnde scriptũ est: Conuersus dominus, respexit Petrũ, & recordatus est Petrus uerbi domini, sicut dixerat, Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras, fleuit amarẽ. Et sicut Salomon ait: Rex qui sedet in folio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. De hoc respectu montium rursum per prophetam dicitur: Montes sicut cæra fluxerunt à facie domini, quia post peruersitatis suæ duritiã diuina formidine liquefacti, ab illo prius rigido tumore subtracti sunt. Intuendũ etiã quod non ait, inspicit, sed, circumspicit montes pascuæ suæ. In Iudæa quippe incarnatus est dominus, quæ posita in medio gentium fuit, atq; inde circumspexit montes, quia elatos huius sæculi circumquaq; positos ex gentilitatis uniuersitate collegit. In his itaq; montibus pascitur, quia bonis operibus conuerforum quasi hærbis uirentibus satiatur, hinc est quod ei sponsi uoce in Canticis Cantatorum dicitur: Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie. Pascitur quippe dominus, quum bonis nostris actibus delectatur, cubat uero in meridie, quum ex desiderijs carnalibus ardenti corde reproborũ apud electorũ suorũ pectora refrigeriũ inuenit cogitationis bonæ. Mons enim quidã Mathæus fuerat, quando in telonij lucris tumebat, de quo & scriptũ est, quia postquam credidit, inuitato in domũ suam domino, cõuiuium magnum fecit. Mons itaq; iste huic onagro uirentis pascuæ hærbas protulit, quia & foris eum cõuiuio, & intus epulis uirtutum pauit. Et homilia 20. in Euangelia, exponens illud Esaiæ, Omnis uallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: Quid (inquit) hoc loco ualliũ nomine, nisi humiles, quid môtium, & collium, nisi superbi homines designantur? In aduẽtu ergo redẽptoris ualles impletæ, môtẽs uero, & colles humiliati sunt, quia iuxta eius uocem: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit, mons autem, & collis, humiliatus decrescit, quia nimirum in fide mediatoris Dei, & hominũ hominis Christi Iesu, & gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, & Iudæa per errorem perfidiæ, hoc, unde tumebat, perdidit. Omnis enim uallis implebitur, quia corda humiliũ sacrae doctrinæ eloquio uirtutum gratia replebuntur, iuxta hoc, quod scriptũ est: Qui emittis fontes in cõuallibus. Et unde rursum dicitur: Et cõualles abundabunt frumento. A montibus namq; aqua dilabitur, quia superbas mentes ueritatis doctrina deserit. Sed fontes in cõuallibus surgunt, quia mentes humilium uerbũ prædicationis accipiunt. Iam uidemus, iam cõualles frumento abundare cõspicimus, quia illorum ora pabulo ueritatis impleta sunt, qui mites, ac simplices huic mundo despicabiles esse uidebantur. Ipsum quoq; Ioannem baptistam, quia mira sanctitate præditũ populus uiderat, illum tũc esse singulariter celsum, ac solidum montem credebatur, de quo scriptũ est: In nouissimo dierum erit mons domus domini præparatus in uertice montium.

De eisdem montibus. Cap. LX.

ORigenes autem homilia tertia, in Cantica Canticorum, exponens illud Canticorum, Ecce hic ueniet saliens super montes, transiliens colles: Historicum (inquit) ordinem iam profecti sumus, nunc autem quomodo Christus ad Ecclesiam ueniens, saliat super môtẽs, & exiliat super colles, uidendum est. Exiliens enim magis, quã trãiliens, propositi sermonis proprietates habet. Isaac enim ambulans, & progrediens, maior siebat, usquequo fieret magnus ualde. Paulus autem nõ iam ambulãdo profectus, sed currendo, quũ dicit: Cursum consummaui. Saluator autẽ noster, & Ecclesiæ spõsus, neq; ambulare, neq; currere, sed super hæc salire dicitur, & exilire. Si em cõsydes res quomodo parui tẽporis spacio, occupatũ falsis supstitutionibus mūdum sermo diuinus pcurrit, & ad agnitionẽ ueræ fidei reuocauit, intelliges quomodo saliat sup môtẽs, magna uidelicet quæq; regna saltibus suis superas, & ad recipiendũ cognitiõẽ diuinæ religionis inclinãs, & exiliat super colles,

Radix, occulta cogitatio.
Lib. 30. Moral. cap. 28.
Iob 39. a.
Pfal. 83. b.

Pfal. 103. c.

Iob 39. a.

Ioan. 4. c.

Ioan. 6. c.

Pfal. 94. a.

Matth. 26. g.

Prouerb. 20. b.

Cant. 1. f.

Luc. 1. f.

Esai. 40. a.

Luc. 18. e.

Vallis, cor hris mile.

Pfal. 103. b.

Pfal. 64. c.

Esai. 2. a.

Origenes.

Cant. 2. b.

Gen. 26. c.

2. Tim. 4. b.

Montes, magna regna.

colles, quū etiā minora regna uelociter subiugat, atq; ad pietatē uerū cultus adducit, & sic de loco ad locum, de regno ad regnum, de prouincijs ad prouincias prædicationis illustratione transiliens per eum qui dicebat: Quia ab Hierusalem in circuitu, usq; ad Illyricum repleuerim Euangelium Dei, intelliges quomodo super montes saliens ueniat, & exiliens super colles. Sed & alio modo potest intelligi. Quoniā quidē Moyses de ipso scripsit, & prophetæ nihilominus de ipso annūciauerunt, sed hæc annūciatio in lectiōe ueteris testamenti uelamen habet suppositum. Vbi uerō sponsæ, Ecclesiæ scilicet ad eum cōuersæ ablatum est uelamen, subitō uidet eum in istis montibus legis duntaxat uoluminibus salientem, & in collibus scripturæ propheticæ, pro euidētī manifestatiōe non tam apparentem, quā exilientem. Verbi gratia, quasi si reuoluēs singulas propheticæ lectiōnis paginas inueniat de ipsis exilientem Christum, & per loca singula lectiōnum, ablato nūc demum, quo prius tegebatur, uelamine, ebullire eum cernat, & emergere, atq; euidētī iam manifestatiōe prorumpere. Ob hoc (credo) & ipse Iesus, quum ad transformādum se uenit, non in aliqua planicie, aut conualle fuit, sed montem conscendit, ubi & transformatus est, ut scias eum semper in mōtibus, aut in collibus apparere, & ut te doceat, ne usquam eum, nisi in legis, & prophetarum montibus quæras. Quōd autem sancti quicq; montes appellantur, multis scripturarū locis inuenies indicari, sicut ait in Psalmis: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et iterum: Leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxilium mihi. Auxilium nanq; in tribulationibus, ex diuinarum scripturarum sensibus capimus. Possimus adhuc & mōtes, in quibus salire uel bum Dei dicitur, & quasi liberius efferrī, nouum accipere testamentum: colles uero, de quibus quasi diu compressus, & occultatus exiliit, ueteris testamenti sentire uolumina. Sed & apud Hieremiam uenatores, & piscatores, qui mittuntur capere homines ad salutem, in montibus, & collibus eos capere dicitur. Sic enim ait: Ecce mitto multos piscatores, & multos uenatores, & capient eos super omnem montē, & sup omnē collē, quod ego magis ad futurū tēpus in cōsummatione sæculi implendū puto, ut quū mīlli fuerint Angeli secundū Euangelicā parabolā messis tēpore, ut separēt frumenta à zizanjs, qui excelsioris uitæ, & eminentioris fuerit conuersationis, iste in mōtibus inuenietur, aut in collibus. Nō inuenietur in humilibus, & defectis locis, ne ibi mixtus uideatur esse zizanjs, sed in excelsioribus sensibus, & in eminentia fidei positus, salienti in montibus uerbo Dei, & exilienti in collibus semper adhærens, quod per aliam nihilominus parabolam, sub eodem tamen intellectu dicitur in Euangelio: Si quis in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo. Potest adhuc & alium nobis sensum, prædiues iste præsentis uersiculi sermo suggerere. Possibile nanq; est omnē, qui plena fide credit in Deum, uel montem, uel collem appellari, pro qualitate scilicet uitæ, magnitudine intelligentiæ, etiam si fuerit aliquando uallis, proficiente in eo Iesu ætate, & sapientia, & gratia, omnis uallis implebitur. Superbi autem quicq; & elati, ut mōtes, & colles humiliabuntur, Quoniā qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. De ipsis enim dicitur: Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, Et de Hierusalem dicitur: Montes in circuitu eius. Vnde puto, quōd meritō etiam saluator noster (quoniam & ipse dicitur lapis de monte excisus sine manibus, & factus esse mons magnus) sicut rex regum, & pontificum pontifex, potest etiā mons montium appellari. Verum ut etiam tertia expositio habeat locum, ad unamquāq; animam sermo dirigatur, Si qui sint capaciores uerbi Dei, qui ab Iesu aquam sibi datam biberunt, & facta est eis fons aquæ uiuæ, salientis in uitam æternam, in his scilicet, in quibus uerbum Dei crebris sensibus, & copiosis, uelut perennibus ebullit fluētibus, in his uitæ, ac scientiæ, & doctrinæ meritō mōtibus, & collibus effectis, dignissimè salire uerbum Dei dicitur, & exilire, factus in eis per affluentiam doctrinæ fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam. Et diuus Hieronymus exponēs illud Esaia, Et super omnes mōtes excelsos, & super omnes colles eleuatos: Sicut (inquit) in bonā in partē pro uarietate uirtutum, montes appellantur, & colles: sic inter impios pro diuersitate uiciorum, & maximè superbiam, alij mōtes sunt, alij colles, super quos erit dies domini, de quibus in Ezechiele scriptum est: Hæc dicit Adonai dominus montibus, & collibus: Ecce ego inducam super uos gladium, & dissipabuntur excelsa uestra, & conterentur aræ uestræ. Et antedicta Ezechielis uerba exponens: Possumus (inquit) montes Israël, & principes accipere eos qui potentia, sapientiāq; & scientia, ac diuitijs præcallebant. Et hoc animaduertendum, quōd obfirmatur quidem facies, & ponitur contra montes, sed nequaquam solis montibus, sed & collibus loquitur, & rupibus, & uallibus, in quibus inferior dignitas, & gradus prudentiæ, scientiæq; cognoscitur. Videntur mihi tropologicè montes esse, qui ad perfectam scientiā peruenerunt, colles, qui paulò inferiores sunt, & rupes, qui nullam habentes scientiam, & tantum in conuersatione fidentes, aliqua sibi de scripturarum interpretatione præsumunt, habentes iuxta Apostolum zelum Dei, sed non secundum scientiam. Valles autem appellari nouissimos in Ecclesia, qui & uita, & scientia interiores, tamen de conuentu familiaritatis dominicæ nō recedunt. Qui omnes uerbum Dei iubentur audire, ut unusquisq; pro suo modulo, & sensu intelligat, quid dominus præcipiat. Et exponens illud Esaia, Et erūt super omnem montem

Rom. 15. d.

Montes, legis uolumina. Colles, scripturæ propheticæ.

Matth. 17. d.

Montes, sancti.

Psal. 96. d.

Psal. 120. d.

Mōtes, nouum testamentum.

Colles, ueteris testamenti uolumina.

Hier. 16. d.

Matth. 13. c.

Matth. 24. b.

Luc. 2. g.

Luc. 18. c.

Psal. 124. d.

Ibidem.

Dan. 2. e.

Ioan. 4. b.

Hieronymus.

Esa. 2. c.

Ezech. 6. d.

Montes, perfecti scientia.

Colles, qui non sunt scientia perfecti.

Rupes, qui nullam habent scientiam.

Rom. 10. d.

Valles, nouissimi in Ecclesia.

montē excelsum, & super omnē collē eleuatū riuū currentiū aquarū: Nos (inquit) montes, & colles eos intelligamus, qui in excelsum uirtutibus eleuati sunt, qui esuriūt, & sitiūt iustitiā, quos dñs prouocat ad bibēdum, Qui enim biberit de aquis eius, nō sitiet in æternū. Et alio in loco dicitur, quōd omnis qui biberit de aquis Iesu, flumina aquæ uiuæ fluēt de uētre eius. In die interfectionis multorum. Hoc (inquit) tunc fiet, quū interfecti fuerint, siue perierint multi, siue perierint plurimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. Quū ceciderint turre, id est, dæmonū potestates, siue superbi quicq; & arrogātes, & magni in isto sæculo. Et exponens illud Esaia, Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus dñi in uertice montiū, & eleuabitur super colles: Mōs iste est, de quo in Daniele, quōd creuit in mōtem magnū, & repleuit omnē terrā. Domus est Ecclesia, ut scriptū est: Ut scias quomodo oporteat te cōuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei uiuētis, colūna, & firmamētū ueritatis. Qui in capitibus montiū ostēsus est, & paratus, iste sup colles eleuabitur, de quibus sponsa loquitur: Ecce ille uenit saliens super mōtes, transiliens colles. Et exponēs illud Esaia, Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion: Egredietur de te (inquit) agnus immaculatus, qui tollat peccata mūdi, qui dominetur in orbe terrarū, de petra deserti, hoc est, de Ruth, quæ mariti morte uiduata, de Booz, genuit Obed, & de Obed Iesse, & de Iesse Dauid, & de Dauid Christum. Montem autem filiæ Sion, aut ipsam urbem Hierosolymam interpretabimur, aut iuxta sacratam intelligentiam, Ecclesiam, quæ sit in uirtutum culmine constituta. Et exponens illud Ezechielis, Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles sanie tua: Mōtes (inquit) ad principes referamus hæreseon, qualis fuit Valentinus, & Marcion, collesq; successores eorum, qui saturantur sanie draconis, siue ualles (ut lxx.) quæ implentur draconis sanguine, inferiores quoscq; credentium. Aut certè mōtes aduersarias potestates, quæ in aère discurrent, & ualles, quæ inferna penetrant, & æternis supplicijs mancipatæ sunt. Et exponēs illud Abacuc, Contriti sunt montes sæculi, incuruati sunt colles mūdi: Montes (inquit) sæculi, sunt qui & mōtes tenebrosi, de quibus Hieremias præcepit, ne impingantur pedes nostri super eos. Isti sunt colles, in quibus regnabat Saul, quādo interficiebat sacerdotes Dei. Gabaa quippe, collis interpretatur. Et elegāter, incuruati sunt (inquit) colles mūdi. Ante aduentū quippe saluatoris erecta ceruice gra diebatur, & superbiam eorū humiliare nemo poterat: Contriti autē sunt, & incuruati ab itineribus æternitatis eius, id est, Dei, quia æternitas illius ad nos uenire dignata est, siue, quōd semper à principio mundi, usq; ad incarnationem suā uenerit ad sanctos, & factus sit in singulorū manus sermo Dei, atq; in uniuersis uincensibus ipse superarit, & æternum eius iter incuruauerit, colles, montesq; contriuerit. Possunt autem mōtes & dæmones intelligi, qui uersantur in hæreticis, & eleuāt se contra scientiā Dei, colles quoq; alia dæmonū fortitudines, quæ faciunt homines corporū pulchritudinem, dignitates, diuitias, nobilitatē generis, ceteraq; mundi bona admirari. Licet uidere post aduentum sermonis Dei, & Dei patris præsentiam, quomodo humana animæ cōmoueantur, & omne quod terrenū est, dissoluatur, & cogitationes pristinae redigātur ad nihilū. Tunc destruitur dæmones, tūc sæculi altitudines ad nihilū deducuntur, & omnes hæretici, quorum scientia, quæ primum tumebat ad Dei sermonis aduentum humiliatur, cōteritur, atq; cōsumitur. Et exponens illud Micheæ, Audite mōtes iudiciū domini, & fortia fundamēta terræ, pro quo lxx. habent, Audite colles, & ualles: Sunt (inquit) qui mōtes, & colles, & fortia fundamēta terræ Abraham, Isaac, & Iacob, & patriarchas reliquos interpretentur, quibus quasi auditoribus, & ad iudiciū conuocatis populi Israël negociū uentilandū sit. Alij montes, colles, & ualles, Angelos arbitrantur, qui uel in cœlestibus seruiant Deo, uel hominibus præsent super hanc terram, uel apud inferos constituti, eorum qui suo uitio extiterē terreni, fundamenta dicantur.

Esa. 30. f.

Matth. 5. a.

Ioan. 4. b.

Ioan. 7. f.

Matth. 20. b.

Turre, dæmonū potestates.

Esa. 2. d.

Mōs, Christus.

Daniel. 2. c.

1. Tim. 3. d.

Domus, ecclesia.

Cant. 2. b.

Esa. 16. a.

Mōs, ecclesia.

Ezech. 32. d.

Montes, hæreseon.

Sarchie, aduersarie potestates.

Abac. 3. b.

Hierem. 31. b.

Mich. 6. d.

Hieronymus.

Castiodorus.

Ioan. 19. d.

Matth. 2. a.

De eisdem montibus.

Cap. LXI.

Scriptum quoq; est, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius: Vox (inquit) Christi: Ego & c. ab eo, id est, à Deo patre, super Sion, id est, super Ecclesiā, quæ est specula uitæ, mōtem sanctum eius. Mons est Ecclesia, uel ipse Christus. Et Cassiodorus: Ego autem & c. Hactenus ex sua persona propheta locutus est, nūc per figurā, quæ Græcè dicitur exalage, Latine permutatio, uerba refert domini saluatoris, qui se regē à patre cōstitutū esse testatur. Quod etiā scriptū est de ipso in titulo passionis: Rex Iudæorū. Hoc nec Pilatus deleri passus est, qui eum Iudæis cruci tradidit affigendū. Hoc etiam Magi inquirendo professi sunt: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Super Sion montē sanctū eius: Nomen istud multarum quidem rerum absolute recundum est. Modo enim significat Ecclesiam, modo ipsum dominū saluatorem, modo Hierusalem futuram. Hic Sion Ecclesiam debemus accipere, quā mōtem appellat, propter eminentiam honoris, & firmitatem fidei. Sion enim Hebræa lingua dicitur specula, quæ competenter aptatur Ecclesiæ, quæ ad futuras spes sufficienter instructa, promissiones domini mētis prouidentia cont

Colles, patriarchae, prophetae, spirituales uiri, Colles, aereae potestates, Valles, poenitentiae, Psal. 96. c. Psal. 64. c. 2. Reg. 1. d. Montes Gelboe, Angeli mali.

& saliebat usq; ad colles, id est, patriarchas, & prophetas, coetereosq; spirituales uiros de terra, sed transiliebat & colles, quum non solum magnis, & spiritalibus uiris, sed & aliquibus de populo, etiam & nonnullis mulieribus aequae in Angelis loqui, & apparere dignatus est. Vel colles dicit aereas potestates, quae inter montes quidem minime iam numerantur, pro eo quod a uirtutum celsitudine defluerunt per superbiam, nec tamen usq; ad humilia uallium, siue ad ualles humilium per poenitentiam detumescunt. De his arbitror illud dictum in Psalmis: Montes sicut cara fluxerunt a facie domini. Hos itaq; tumentes, ac steriles colles, tanquam medios positos inter montes perfectorum, & ualles poenitentium proculdubio transilijt, qui in montibus salit, hisq; praeteritis, & despectis, descendit ad ualles, ut ualles abundant frumento. Porro illi e regione, aeterna ariditate, ac sterilitate damnantur, sicut habes prophetae super illos imprecationem: Nec ros (inquit) nec pluuia descendant super uos. Atq; ut noueris, quod ad Angelos, qui praeruaricati sunt sub figura montium Gelboe ista loquatur, Vbi (inquit) ceciderunt uulnerati multi. Quam multi in his maledictis montibus de exercitu Israel ceciderunt a principio, & quotidie cadunt, de quibus & habes in eodem propheta, quum dicit domino: Sicut uulnerati dormientes in sepulchris &c. Non est ergo mirum, si steriles, & infructuosi permanent isti, non montes caelici, sed aeri colles, super quos nec ros, nec pluuia descendit. Quippe autore gratiae, & benedictionum largitore transiliente eos, & descendente ad ualles, ut caelesti imbre perfundat humiles, qui sunt super terram, & fructum afferant in patientia, fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistae, Leuauit oculos meos in montes &c. Quid est (inquit) iam illuminati sunt montes? Iam ortus est sol iustitiae, iam ab Apostolis praedicatum est Euangelium, praedicatae sunt scripturae, patuerunt omnia sacramenta, conscissum est uelum, patuit secretum templi, iam tandem leuauit oculos suos in montes, unde ueniet auxilium illis. Hoc enim praecipit illis iste Psalmus secundus de his, qui inscribuntur, Canticum graduum. Sed non rursus praesumant de montibus, quia ipsi montes non a se lucent, sed ab illo lucent, de quo dictum est: Erat lumine uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Montes possunt intelligi homines magni, homines clari. Et quis maior est Ioanne Baptista? Qualis ille mons erat, de quo dominus dicit: In natis mulierum, nemo exurrexit maior Ioanne Baptista? Vides recte istum magnum montem lucentem, audi confitentem. Quid confitentem? Nos omnes (inquit) de plenitudine eius accepimus. De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo est tibi auxilium, non a montibus, in quos tamen, nisi leuaueris oculos per scripturas, non admoneberis, ut ab illo illumineris,

Psal. 87. a. Valles, humiles. Augustinus. Psal. 120. a. Matth. 27. f. Ioan. 1. a. Montes, homines magni, & clari. Matth. 11. b. Ioan. 1. b.

Quid mors, mortuusq; mystice significant, Cap. LXIII.

Iob 18. c. Libro Moral. 14. cap. 8. Brachia, opera. Mors, peccatum. Apoc. 20. b. Mors primogenita, superbia. Eccl. 10. b. Psal. 142. a. Psal. 6. b. Hierem. 9. f. Mors, peccatum. Ioan. 11. f. Psal. 72. a. Ioan. 11. f.

Mors, peccatum designat. Vnde scriptum est: Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors: Pulchritudo cutis (inquit Gregorius) est gloria temporalis, quae, dum foris concupiscitur, quasi species in cute retinetur. Brachiorum uero nomine incongrue opera designantur, quia corporale opus brachij agit. Quid autem mors, nisi peccatum est, quod ab interiore uita animam occidit: Vnde scriptum est: Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, quia ille post in carne feliciter resurget, qui in hac uita positus, a mentis suae morte resurrexerit. Si igitur peccatum mors, non incongrue primogenita mors, superbia ualet intelligi, quia scriptum est: Initium omnis peccati superbia. Pulchritudine igitur cutis, & brachia illius primogenita mors deuorat, quia iniqui gloriam, uel operationem, superbia supplantat. Potuit enim etiam in hac uita sine culpa gloriosus existere, si superbus minime fuisset, potuit auctoris sui iudicio quibusdam suis operibus commendari, nisi haec ipsa opera ante eius oculos elatio supplantaret. De umbra mortis require in dictione, Ignis. Et in expositione Psalmorum poenitentium, exponens illum uersum, Collocauit me in obscuris, sicut mortuos saeculi &c. Quid infelicis? (inquit). Vt uebam olim Deo, mortuus saeculo, nunc e contrario mortuus Deo, mundo uiuo. Quid est enim peccatum, nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Non est in morte, qui memor sit tui. Et iterum: Intrauit mors per fenestras nostras. Mors namque est, quae animam a Deo separat, sensuum internorum intercludit officia, diuinam deturpat imaginem, lucis adimit claritatem. Denique qui in Christo moritur, in sepulchro conscientiae tumulatur, ligatur concupiscentiarum institis, a conspectu Dei proijcitur, duritie operitur, lapide iniquitatis intus clauditur. De talibus scriptum est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Hos tamen aliquando resuscitat Iesus, & sublato impoenitum lapide, a tenebris ad lucem reuocat. Et quum pro eis Ecclesia intercesserit, per ministerium eos sacerdotum absoluit. Venit ipse ad monumentum, ad lachrymas Ecclesiae commouetur, iubet ut ut ad iustitiam resurgat, qui pridem in iniquitate iacuerat. Tantummodo opus est, ut per confessionem foras ueniat, sentiat cordis dolorem, timeat iudicium Dei, ab iniquitate recedat. Habet etiam in hoc prophetae documentum. Et lib. 5, ex registro, cap. 114. Hoc ubi scriptum est, quia quum peccauit Adam,

Adam, eius est anima mortua, qualiter mortua dixerit, inferius ostendit, quia status sui beatitudinem amisit. Hoc quisquis negat, catholicus non est. Deus autem dixerat: Qua hora comederitis, morte moriemini. Quum ergo comedit de ligno uetito Adam, quia in corpore mortuus non est, nouimus, quia post hoc filios genuit, atq; annis multis uiuixit. Si itaq; in anima mortuus non est (quod dici ne phas est) ipse metitus est, qui hunc praedixit die qua peccasset, moriturum. Sed sciendum est, quia mors duobus accidit modis, aut absentia uiuendi, aut a qualitate uiuendi. In hoc ergo, quod comedendo uetitum, eius anima dicitur mortua, non absentia uiuendi, sed a qualitate uiuendi, ut postmodum uiueret in poena, qui ad hoc creatus fuerat, ut beatum uiueret in laetitia. Et lib. Mor. 4. cap. 29. Redemptor (inquit) noster puellam in domo, iuuenem extra portam, in sepulchro autem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe quum mortuus iacet in domo, qui laet in peccato. Iam quasi extra portam educitur, cuius iniquitas usq; ad inuerecundiam publicae perpetrationis aperitur. Sepultura uero aggere premitur, qui in perpetratione nequitiae etiam usu consuetudinis pressus grauatur. Sed hos ad uitam miseratus reuocat, quia plerumque diuina gratia non solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauae consuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Quartum uero mortuum redemptor noster nunciante discipulo agnoscit, nec tamen suscitatur, quia ualde difficile est, ut is, quem post usum malae consuetudinis etiam ad ultimum adolantium linguae excipiunt, a mentis suae morte reuocetur. De quo & bene dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos. Mortui enim mortuos sepeliunt, quum peccatores peccatores fauoribus premunt. Quid est enim aliud peccare, quam occubere, & sepelire, quam abscondere? Sed qui peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub uerborum suorum aggere abscondunt. Erat autem & Lazarus mortuus, sed tamen non a mortuis sepultus. Fideles quippe mulieres illum obruerunt, quae & eius mortem uiuificatori nunciabant. Vnde & protinus ad lucem redit, quia quum in peccato animus moritur, citius ad uitam reducitur, si super hunc sollicitae cogitationes uiuunt. Aliquam autem falsa spes mentem non intercipit, sed haec deterior desperatio configit, quae dum omnem spem uenturae funditus interimit, erroris lacte animam uberius nutrit. Consideret igitur sanctus uir post primam culpam, quanta deterius homo mala commisit, postquam paradysum perdidit, usq; ad quanta huius exilij praerupta descendit, & dicat: Quare non in uulua mortuus sum, id est, quum serpentis suggestio peccatores me conciperet, tunc uita quae me mors sequeretur, agnouissem, ne usq; ad delectationem suggestio raperet, & morti arctius ligaret. Egressus ex utero non statim perij? Ac si dicat: Vtinam ad exteriorum delectationem exiens, quod interiore lumine priuabar, agnouissem, & saltet in ipsa delectatione occuberem, ne per consensum mors arctius puniret. Cur exceptus genibus? Ac si dicat: Vtinam minime me consensu subiectis prauitati sensibus excepisset, ne ipsa me consensio ad audaciam deterius raperet. Cur lactatus uberibus? Ac si dicat: Vtinam blandiri saltem mihi post perpetrata mala noluissem, ne tanto me culpae nequius astringerem, quanto me in illa mollius foueret. His itaq; reprehensionum suarum uocibus in parte primo se peccasse redarguit. Sed si ad aerum huius exilij nequaquam homo peccato descendit, dicat qua perfrui quiete potuisset. Nunc enim (ait) dormiens, silet, & somno meo requiescerem. Ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat, ut si se ad conditoris sui obedientiam uinculis charitatis astringeret, ad caelestem Angelorum patriam quadoque sine carnis morte transiret. Sic namque est immortalis conditus, ut tamen si peccaret, & mori posset, & sic mortalis est conditus, uel si non peccaret, etiam non mori posset, atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua uel peccare, uel mori non posset. Vbi igitur post redemptionis tempus carnis morte interposita, electi transeunt, illuc proculdubio parentes primi, si in conditionis suae statu persistissent, etiam sine morte corporum transferri potuissent. Dormiens igitur silet, & somno suo homo requiesceret, dum ad aeternae quietis patriam ductus, quasi secessum quendam a clamore hoc humanae infirmitatis inueniret. Post peccatum namque quasi clamans, uigilat, qui contentionem carnis propriae repugnans portat. Hoc quietis silentium iam homo conditus habuit, quum contra hostem suum liberum uoluntatis arbitrium accepit. Cui quia sua sponte succubuit, mox de se, quod contra se perstreperet, inuenit, mox in certamine infirmitatis tumultus reperit, & quamuis in pacis silentio ab autore fuerat conditus: hosti tamen sponte substratus, clamores de pugna tolerauit. Ipsa enim carnis suggestio, quasi quidam clamor est contra quietem mentis, quam ante transgressionem homo non sensit, quia nimirum quod de infirmitate posset tolerare, non habuit. Postquam uero se sponte hosti subdidit, astrictus culpa suae uinculis, in quibusdam ei etiam nolens seruit, & clamores in mente patitur, quum caro spiritui reluctatur. An non clamores intrinsecus audiebat, qui prauae contra se legis uerba tolerabat, dicens: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in legem peccati, quae est in membris meis. Contempletur ergo uir sanctus in quanta cordis pace quiesceret, si serpentis uerba suscipere homo noluisset, & dicat: Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem, id est, contra mentis secretum ad conditoris contemplationem secederem, nisi me extra me tentationum tumultibus consensus primae culpa prodidisset.

Gen. 2. d. Mors duobus accidit modis. Matth. 9. c. Luc. 7. c. Ioan. 11. f. Matth. 8. c. Luc. 9. g. Ioan. 11. f. Iob 3. b. Ibidem. Ibidem. Mori primus homo potuit, & non mori. Liberi arbitrij merito beatitudinem si non peccasset, attingisset primus homo. Liberum arbitrium homo accepit. Rom. 7. d.

Augustinus,
Matth. 5. d.
Peccatū imple-
tur suggestioe,
delectatione,
consensione.

Diuus autem Augustinus lib. 1. de sermone domini in morte, exponens illud Euangelicū, Non moechaberis: Tria sunt (inquit) quibus impletur peccatū, suggestio, delectatio, & consensio. Suggestio siue per memoriā fit, siue per corporis sensus, quum aliquid uidemus, aut audimus, uel olfacimus, uel gustamus, uel tangimus. Quod si frui delectauerit, delectatio illicita refrananda est. Velut quum ieiunamus, & uisus cibis, palati appetitus assurgit, nō sit nisi delectatione, sed huic tamen nō cōsentimus, & eā dominātis rationis iure cohibemus. Si autē consensio facta fuerit, plenū peccatū erit. Notū autē Deo in corde nostro, etiā si factio non innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpēte suggestio fiat, id est, lubrico, & uolubili, hoc est, tēporali corporū motu, quia & si qua talia phāta smata intus uersantur in anima, de corpore forinsecus tracta sunt, & si qs occultus prāter istos quinque sensus, motusq; corporis animum tangit, & etiam ipse temporalis, & lubricus, & ideo quanto illabitur occultius, ut cogitationem contingat, tanto conuenientius serpēti comparatur. Tria ergo hæc (ut dicere cōperam) similia sunt illi gestæ rei, quæ in Genesi scripta sunt, ut quasi à serpente fiat suggestio, & quædam suasio, in appetitu autem carnali, tanquam in Eua delectatio, in ratione uero, tanquam in uiro cōsensio, quibus peractis, tanquam de paradiso, hoc est, de beatissima luce iustitiæ in mortem homo expellitur, iustissimè omnino. Non enim cogit, qui suadet. Et omnium naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinādum. Nec quisquam hoc facere cogitur, & ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur. Non enim hoc committit inuitus. Veruntamen delectatio ante consuetudinem uel nulla est, uel tam tenuis, ut propè nulla sit. Cui consentire magnum peccatum est, quum illicita est. Quum autem quisq; consenserit, committitur peccatum in corde: si autē etiam in factum processerit, uidetur satiari, & extingui cupiditas. Sed postea quū suggestio repetitur, maior accenditur delectatio, quæ tamen adhuc multo minor est, quàm illa, quæ altitudis factis in consuetudinem uertitur. Hanc enim uincere difficilissimum est, & tamen etiam ipsam consuetudinem, si se quisq; non deserat, & Christianam militiam non reformidet, illo duce, atq; adiutore superabit, ac sic in prillinam potestatem, atq; ordinē, & uir Christo, & mulier uiro subiicitur. Sicut ergo tribus gradibus ad peccatū peruenitur, suggestione, delectatione, consensione, ita istius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in factio, in consuetudine, tanquā tres mortes. Vna quasi in domo, id est, quum in corde consentitur libidini, altera iam prolata, quasi extra portam, quum in factum procedit assensio, tertia quum uel consuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorū dominū resuscitasse quisquis Euāgelii legit, agnoscit. Fortasse cōsiderat quas differentiās habeat etiā ipsa uox resuscitantis, quū alibi dicit: Puella surge. Et alibi: Iuuenis, tibi dico surge. Alibi: Infremuit spiritu, & fleuit, & rursum fremuit, & post deinde uoce magna exclamauit: Lazari ueni foras. Et tractatu quadragesimonono super Ionā, exponens illud Euangelicum, Erat autem quidā languens &c. Inter omnia miracula, quæ fecit dominus noster Iesus Christus: Lazari resurrectio præcipuè prædicatur, sed si attendamus quis fecerit, delectari potius debemus, quàm mirari. Et infra: Si attendamus mirabilia opera Christi, omnis qui credit, resurgit: si autem attendamus omnes, & intelligamus detestabiliores mortes, omnis qui peccat, moritur. Sed mortē carnis omnis homo timet, meritem animæ, pauci. Pro morte carnis, quæ sine dubio quādoq; uētura est, curant omnes, ne ueniat, inde est, quod laborat, laborat, ne moriā homo moriturus, & nō laborat, ne peccet homo in æternum uicturus, & quum laborat, ne moriatur, sine causa laborat. Id enim agit, ut multum mors differatur, non ut euadatur: si autem peccare nolit, non laborabit, & uiuet in æternum. O si possemus excitare homines mortuos, & cum ipsis pariter excitari, ut tales essemus amatores uitæ permanentis, quales sunt homines amatores uitæ fugientis. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente ceruicibus, prodiderunt homines quicquid sibi unde uiuerent, referuabant. Quis non continuo prodidit, ne percuteretur? Et post proditionem fortasse percussus est. Quis non ut uiueret, continuo perdere uoluit unde uiueret, eligens uitam mendicantem, quàm celerem mortem? Cui dictum est, nauiga, ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora, ne moriaris, & piger fuit? Leuita Deus iubet, ut in æternum uiuamus, & obedire negligimus. Non tibi Deus dicit: Perde quicquid habes, ut uiuas exgiuo tempore in labore sollicitus, sed, da pauperi unde habes, ut uiuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores uitæ temporalis, quam nec quum uolunt, nec quandiu uolūt habent, & nos inuicem nō accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capessandā uitā æternā, quā si uoluerimus, habebimus, quū habuerimus, nō amittimus. Hanc autem mortem, quā timemus, etiā si noluerimus, habebimus. Si ergo dominus magna sua gratia, & magna sua misericordia animas suscitauit, ne moriātur in æternum, bene intelligimus tres illos

Peccati tres differētia, in corde, in factio, consuetudine.
Mortes tres.
Supra cap. 63.
Matth. 9. c.
Luc. 7. c.
Ioan. 11. f.
Ioan. 11. 4.

Mors carnis,
& animæ.

illos mortuos, quos in corporibus suscitauit, aliquid significare, & figurare de resurrectionibus animarum, quæ fiunt per fidem. Resuscitauit filiam archilymagogi adhuc in domo iacentem, resuscitauit iuuenem filium uiduæ, extra portam ciuitatis elatum, resuscitauit Lazarum sepultum quatuor-
duanum. Intueatur quisque animam suam, si peccat, moritur, peccatū mors est animæ, sed aliquando in cogitatione expectatur, delectauit quod malum est, consensisti, peccasti, consensu illa occidit te, sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem animam resuscitare se significans dominus, resuscitauit illam puellam, quæ nondum erat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malæ delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti, quasi mortuum tuum extra portam tulisti, iam foras es, & mortuus elatus es, tamen & ipsum dominus resuscitauit, & reddidit uiduæ matri suæ. Si peccasti, poeniteat te, & resuscitabit te dominus, & reddet te Ecclesiæ matri tuæ. Tertius mortuus Lazarus est. Genus mortis immane, mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccandi cōsuetudinem facere. Qui peccat, & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia nondum est implicatus, consuetudine non est sepultus, qui autem peccare consueuit, sepultus est, & bene de illo dicitur: Fœtet, incipit enim habere pessimam famam, tanquam odorem terribilissimum. Tales sunt omnes affueti sceleribus, perditis moribus. Dicis ei: Noli facere. Quando te audit, quem terra sic premit, & tabe corrumpitur, & mole consuetudinis prægrauatur? Nec ad ipsum tamen resuscitandū minor fuit uirtus Christi. Nouimus, uidemus quotidie, uidemus homines pessima cōsuetudine permutata uiuere melius, quàm uiuant qui reprehendebant. Ecce ipsa soror Lazari, si tamen ipsa est, quæ pedes domini unxit unguento, & terxit capillis suis, quos lauerat lachrymis, melius suscitata est, quàm frater eius, de magna malæ consuetudinis mole est liberata. Erat enim famosa peccatrix, & de illa dictum est: Dimittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Videmus multos, nouimus multos, nemo desperet, nemo de se præsumat, & desperare malum est, & de se præsumere. Sic noli desperare, ut eligas de quo debeas præsumere. Ergo dominus & Lazarum suscitauit. Et infra: Fremuit, lachrymatu-
tus est, uoce magna clamauit: Quam difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamen surgit, occulta gratia intus uiuificatur, surgit post uocem magnam.

Matth. 9. c.
Luc. 7. c.
Ioan. 11. f.

Luc. 7. f.

Luc. 7. g.

Quo pacto intelligatur illud Euangelicum, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
Cap. LXV.

Quo pacto autem intelligatur illud Euangelicum, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, diuus Ambrosius insinuat sermone tertio in Psalmum 118. exponens illum uersum, Retribue &c. uiuam, & custodiam sermones tuos: Lege (inquit) mandata legis, inuenies scriptum: Qui uiuens mortuum contigerit, inquinatur. Quantos tangimus mortuos, inter quos mortuos uersamur? Ideo tibi autor uitæ dicit: Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Ideo tibi alibi dicitur: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quomodo tibi diceretur: Surge à mortuis, nisi inter mortuos uiueres? Ponamus te mundum esse ab operibus mortuis, à peccati colluione, quomodo mundus es, qui in corpore mortis es, qui inter sepulchra uiuis mortuorum? Oporrebat Petrum loqui mortuis, ut procederent de sepulchris suis. Indigemus ergo purgatione, quia tetigimus mortuos. Lex nos mundari iubet. Quis tantus, ut supra legem sit? Ipsum Nazaræū sanctum Dei lege, si is tetigerit mortuum, lex immundum pronunciat, ideoq; radit caput suum, & deponit capillum quasi si non sanctum, & iterum orat, ut exaudiatur. Qui autē propter mortui contactum exorare non potuit, irrationabiles duxit dies, quia irrationabili appropinquauerat. Deponit igitur mortua, & superflua capitis sui, ut Christo reconcilietur. Ergo si Nazaræus purificatur, & nos purificari oportet. Omnes contigimus mortuum. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis audebit dicere purum se à peccatis? Sit aliquis forasse, qui in sermone non deliquerit, licet rarus sit iste, de quo Deus dicat, sicut de sancto Iob: Ille non peccauit labijs suis, tamen non semper habere potuit mundas cordis sui cogitationes, inicit se diabolus in cor hominis. Pone, parata semper, & perugili custodia quisquam cor suum sepeferit, tamen in medio peccatorum uersatur, necesse habet etiā ipse purificari, ut Esaias quum dixisset: Miser ego, quoniam immunda labia habeo, & in medio populi uersor immunda labia habentis, statim descendit unus de Seraphim, & contigit labia eius carbone, ut immunda eius labia mundaret. Et Augustinus epistola nonagesimanona ad Euodium: Certè (inquit) anima Christi non solum immortalis secundum cœterarum naturam, sed etiam nullo mortificata peccato, uel damnatione punita est, quibus duabus causis mors animæ intelligi potest, & ideo non secundum ipsam dici potuit Christus uiuificatus spiritu. In ea re quippe uiuificatus est, in qua fuerat mortificatus. Ergo de carne dictum est. Ipsa enim reuixit, anima redeunte, quia ipsa erat mortua, anima recedente. Mortificatus ergo carne dictus est, quia secundum solam carnem mortuus est, uiuificatus autem spiritu, quia illo spiritu operante,

Matth. 8. c. &
Luc. 9. g.
Psalm. 118.
Numeri 19. c.
Matth. 8. c.
Ephes. 5. d.

1. Petri 4. b.
Numeri 6. b.

Prouer. 26. b.

Iob 1. b.

Esa. 6. a.

Augustinus.

h h iij rante,

1. Petri 3. c. rante, in quo, ad quos ueniebat, & prædicabat, etiam ipsa caro uiuificata surrexit, in qua modo
 Ibidem d. ad homines uenit. Proinde etiã illud quod postea dictum est de incredulis, qui reddent rationem
 Mortui, infideles. ei, qui paratus est uiuos, & mortuos iudicare, non est consequens ut eos hinc intelligamus mor-
 Matth. 8. c. tuos, qui de corpore exierunt. Fieri enim potest, ut mortuos dixerit infideles, hoc est, in anima mor-
 Ephes. 5. d. tuos, de qualibus dicitur: Dimitte mortuos, ut sepeliant mortuos suos. Viuos autem, qui credunt in
 Ioan. 5. c. eum, non frustra audientes: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. De
 1. Petri 4. b. qualibus etiam ipse dominus dixit: Venit hora, & nunc est, quando mortui audierit uocem filij Dei,
 & qui audierint, uiuent. Proinde quod dixit Petrus: Propter hoc & mortuis euangelizatum est,
 ut iudicentur quidem secundum homines in carne, uiuant autem secundum Deum in spiritu, non co-
 git apud inferos intelligi. Propterea enim in hac uita & mortuis euangelizatum est, id est, infidelibus,
 & iniquis, ut quum crediderint, iudicentur quidem secundum homines in carne, hoc est, in diuersis
 1. Petri 4. d. tribulationibus, & in ipsa morte carnis. Vnde idem Apostolus alio in loco dicit tempus esse, ut iu-
 dicio incipiat à domo domini. Viuant autem secundum Deum spiritu, quia & in ipso fuerat morti-
 ficati, quum morte infidelitatis, & impietatis detinerentur. Hæc expositio uerborum Petri, cui displicet,
 uel cui etiam si non displicet, non tamen sufficit, quærat ea secundum inferos intelligere. Qui si
 ualuerit illa quibus me moueri supra commemorauit ita soluere, ut eorum auferat dubitationem, im-
 partiat & mihi. Quod si factum fuerit, poterit illa uerba utroque modo intelligi, ista sententia de nul-
 la falsitate conuincitur. Et diuus Ambrosius in oratione de fide resurrectionis: Secundum scripturas
 (inquit) triplicem esse mortem accipimus. Vna est, quum morimur peccato, Deo uiuimus. Beata
 igitur mors, quæ culpæ refuga, domino dedita, à mortali nos separat, immortalis nos cõsecrat. Alia
 mors est, uitæ excessus, qua mortuus est patriarcha Abraham, patriarcha David, & sepulti sunt cum
 patribus suis, quum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est, de qua dictum est: Dimitte mor-
 tuos sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro, sed etiã anima moritur. Anima enim quæ pec-
 cat, ipsa morietur. Moritur enim domino, non naturæ infirmitate, sed culpæ. Sed hæc mors non per-
 functio huius est uitæ, sed lapsus erroris. Vna ergo est mors spiritalis, alia naturalis, tertia pœnalis.
 Sed non quæ naturalis, eadem pœnalis. Non enim pro pœna, sed pro remedio dedit mortem. Denique
 Adæ peccati præscriptum est aliud pro pœna, aliud pro remedio. Pro pœna dicitur: Quoniã audisti
 uocem uxoris tuæ, & māducasti de ligno, de quo præceperam tibi, ab hoc solo ne manducares. Mā-
 ledicta terra in operibus tuis. Māducabis fructum eius omnibus diebus uitæ tuæ. Spinas, & tribulos
 germinabit tibi, & edes pabulum agri tui. Cū sudore uultus tui māducabis panem tuum, donec reuertaris
 in terram, de qua sumptus es. Habes pœnarum ferias, quia aduersus spinas sæculi huius, & sollicitu-
 dines mundi, uoluptatesque diuitiarum, quæ uerbum excludunt, pœnam includunt. Mors pro reme-
 dio data est quasi finis malorum. Non enim dixit: Quoniã audisti uocem mulieris, reuertaris in ter-
 ram. Hæc enim esset pœnalis sententia, quemadmodum est illa: Maledicta terra, spinas, & tribulos
 germinabit tibi, sed dixit: Māducabis panem tuum in sudore, donec reuertaris in terram. Vides mor-
 tem magis metã esse nostrarum pœnarum, qua cursus huius uitæ inciditur. Ergo mors non solum malum
 non est, sed etiã bonum est. Denique pro bono queritur, sicut scriptum est: Querent homines mortem,
 & non inuenient eam. Querent enim illi, qui dicuntur sunt mortibus: Cadite super nos, & collibus, ope-
 rite nos. Queret etiam anima illa, quæ peccat. Querit diues ille positus in inferno, qui uult digito
 Lazari refrigerari linguam suam. Videmus itaque, quod & mors hæc lucrum est, & uita pœna est. Vnde
 & Paulus ait: Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Quid est Christus, nisi mors corporis,
 spiritus uitæ? Et ideo commoriamur cum eo, ut uiuamus cum eo. Sit quidam quotidianus usus in
 nobis, affectusque moriendi, ut per illam (quam diximus) segregationem à corporeis cupiditatibus
 anima nostra se discat extrahere, & tanquam in sublimi locata, quo terrenæ adire libidines, & eam
 sibi glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat. Repugnat enim
 1. Petri 4. d. lex carnis legi mentis, & eam legi erroris adiicit, sicut Apostolus reuelauit, dicens: Video enim
 legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Omnes impu-
 gnatur, omnes sentimus, sed non omnes liberamur. Et ideo: Infelix ego homo, nisi remedium qua-
 ram. Sed quod remedium? Quis me liberabit de corpore mortis? Gratia Dei per Iesum Christum
 dominum nostrum. Habemus medicum, sequamur remedium: remedium nostrum Christi gratia,
 & corpus mortis, corpus est nostrum. Ergo peregrinemur à corpore, ne peregrinemur à Chri-
 sto. Et si in corpore sumus, tamen quæ sunt corporis, ne sequamur, nec deseramus iura na-
 turæ, sed dona gratiæ præoptemus. Dissolui enim, & cum Christo esse, multo melius, per-
 manere autem in carne, magis necessarium propter uos. Sed non omnibus necessarium. Domi-
 ne Iesu non mihi, qui nulli utilis sum. Nam mihi lucrum est mori, ne plura peccem. Lucrum mi-
 hi est mori, qui ipso libro, quo alios consolor, quasi uehementiori monitore ad desiderium amici fra-
 tris impellor, quoniam me eius non sinit obliuisci, nunc magis amo, & uehementius desidero.
 Et Cyrillus

Et Cyrillus libro 10. cõtra Iulianum, qui obijciebat quod dominus dixit cuidã dicenti, Domine per-
 mitte mihi ut primũ abeam, & sepeliã patrem meum, ipse dixerit, Sequere me, & sine mortuos sepeli-
 re mortuos suos, hoc pacto responderet: Discipulum autem magis uoluit se sequi, & alijs dimittere mor-
 tuos, ut sepeliãret. Decet enim ut res nostras non præferamus charitati in Deum, quia diuina, etiã reue-
 rentia erga parentes, maiora sunt. Deus enim natiuitatis omnium auctor, & factor. Et diuus Ambrosius
 super Lucã, exponens illud Euangelicum, Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine
 promitte mihi primũ ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Sine, ut mortui sepeliãt mortuos
 suos &c. Sequere (inquit) me. Sed hoc dicit ei, cuius patrem iam sciebat mortuum. Illum utique patrem,
 de quo dictum est: Obluiscere domum patris tui. Vide igitur quia dominus, quos miseratur, etiam
 imprudẽtes aduocat. Et postulatã paternam ueniã sepulturæ, respondit: Sine mortuos &c. Itaque quum
 religiosum humani acceperimus officium, quemadmodum hinc paterni quoque funeris sepultura pro-
 hibetur, nisi ut intelligas humana posthabenda diuinis. Bonum studium, sed maius impedimentum. Nam
 qui partitur studium, deriuat affectum, qui diuidit curam, differt profectum. Ergo prius obeunda quæ ma-
 xima sunt. Nam & Apostoli, ne occuparet studium disputandi, ministros pauperibus ordinauerunt. Et
 ipsis, quum à domino mitterentur, neminem in uia salutare præscriptum est, non quo beneuolentiã displic-
 ceret officium, sed quo persequenda deuotionis intentio plus placeret. Quomodo autem mortui sepe-
 lire mortuos possunt, nisi geminã hinc intelligas mortem, unã naturæ, alterã culpæ? Est etiã mors ter-
 tia, in qua peccato morimur, Deo uiuimus, sicut Christus, qui peccato mortuus est, quod autem mor-
 tuus est peccato, mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit Deo. Vna est igitur mors, qua copula cor-
 poris, & animæ separatur, non formidabilis, non timenda, quum discessio quædam nostri uideatur esse, non
 pœna, non metuenda fortibus, desideranda fortibus, miseris expectanda, de qua dictum est: Querent homi-
 nes mortem, & non inuenient eam. Est & alia, quæ sæcularium affert interitum uoluptatum, in qua non na-
 tura, sed delicta moriuntur. Hanc mortem subimus, cõsepulti in baptismo, & mortui cum Christo ab ele-
 mentis huius mundi, quum actus patimur prioris obliuia, hac morte mori uoluit, quum propheta-
 ret Balaam, ut Deo uiueret, & ideo dixit: Morietur anima mea in animabus iustorum, & fiat semen
 meum, ut semen eorum. Est & tertia mors, quando Christus, qui est uita nostra, nescitur. Scire au-
 tem Christum uita est sempiterna, quæ nunc iustis præsto est in umbra. In futurum autem erit facie ad
 faciem. Spiritus enim ante faciem nostram Christus dominus, de quo dixit: In umbra eius uiuemus in
 gentibus. In umbra alarum eius sperauit David, in umbra eius concupiuit, & sedit Ecclesia. Si tantum
 dñe Iesu cõferta umbra tua, quantum utique ueritas affert? Quemadmodum uiuemus, quãdo iam non eri-
 mus in umbra, sed in ipsa uita? Nunc autem uita nostra abicõdita est cum Christo in Deo. Quum autem
 Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos (inquit) cum eo apparebitis in gloria. Dulcis illa uita est,
 quæ non habet mortem. Hæc enim uita corporis habet mortem sorte naturæ, quæ plerumque etiam de-
 sideratur. Habet etiã ipsa anima plerumque mortem labe peccati. Anima enim quæ peccat, ipsa morietur.
 Non ergo paterni funeris sepultura prohibetur, sed necessitudini generis, diuinæ religionis pie-
 tas antefertur. Illud cõsortibus relinquitur, hoc mādatur electis. Aut quia sepulchrum patris guttur
 est impiorum, memoria eorum abolenda præscribitur, quorum simul cum corpore occidit, nec reuo-
 catur ab officio patris filius, sed fidelis à perfidi cõmunionem seceratur. Est enim propria quædam
 sepultura iustorum, qualis illa, de qua dictum est: Hæc enim mittens hoc unguentum in corpus meum,
 ad sepeliendum me fecit. Et ideo qui bona fide in se sepelit Christum, ut cum eo resurgat, diaboli perfu-
 diam in se sepelire non debet. Est & illa prophetica, ut supra sepulturam malorum quædam ponamus,
 quæ lector agnoscit, infidelis intelligere non debet, non quo cibus imperetur, aut potus, sed sacræ
 oblationis ueneranda cõmunionem reueletur. Non ergo inter dictum est muneris, sed religionis my-
 sterium, cõmunionem nobis cum gentibus mortuis non futuram. Nam quum sacramenta uiuo-
 rum sint, non uidentur mortui, qui habent uitam.

Antedicta Euangelij uerba exponuntur per alios doctores. Cap. LXVI.

Theophylactus autem eadem Matthæi uerba exponens, hoc pacto scribit: Postquam quis sese
 tradiderit Deo, non debet denuo ad uitæ huius curas cõuerti. Oportet sanè & parentes uene-
 rari, sed magis oportet uenerari Deum. Huius autem pater incredulus erat. Quod manifestum ex
 eo, quod dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos, id est, infideles. Si autem illis neque patrem sepe-
 lire licuit, uæ his, qui monasticen professi, ad mundana regrediuntur negocia. Et enarrans Lucæ uer-
 ba: Alium (inquit) qui non rogauerat, permittit sequi, & quum peteret ut ei abire liceret, & sepeliãret pa-
 trem suum, non concedit, dicens: Sine mortuos &c. quo insinuat incredulum fuisse patrem illius, &
 propterea indignum cuius curam ageret filius, qui crediderat. Sine enim mortuos cognatos, hoc
 est, incredulos, increduli patris curam gerere, & illum pascere, usque ad sepulturam. Sepelire enim hoc
 loco significat curam gerere usque ad sepulturam, quia & cõmunis sermo ita habet, quum dicimus: Ille
 filius sepeliãt patrem suum, non intelligimus, quod tantum sepelierit eum, & nihil boni aliud illi fe-
 cerit, sed

cerit, sed quod diligētem eius curam habuerit usque ad mortem, & sepulturam, Igitur illi quidem mortui, hoc est, increduli, sepeliant mortuum suum, dico, patrem tuum. Tu autem quia credidisti, annuncia, uelut meus discipulus Euangelium Dei. Hoc autem dixit dominus, non prohibens nos ab alendis parentibus, sed docens pietatem praefendam incredulis parentibus, eo quod nullū ad uirtutem obstaculum esse debeat, & contemnendam etiam naturam propriam, ideo petenti sequi illum, prius autem renūciare his, quae domi suae non concessit, ire scilicet in domum suam, & renūciare domesticis, & ut magis proprie dicam, dicere uale. Insinuabat autem homo ille, quod familiaritatem quandam adhuc habeat cum mundo, & non affectus sit, ut Apostoli, qui mox ut audierūt, Christum secuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes, & ne uale quidem necessarijs dicentes. Saepe enim contigit, quod quando quis uale dicit amicis suis, ut inueniantur aliqui, qui illum à uita sancta abducant, & prohibeant, ideo bonum est, ut quū quis rem bonam facere uult, non moretur, sed statim perficiat. Nullus enim qui mittit manū suam ad aratrum spirituale, & respicit iterum ad mundum, idoneus est ad regnum caelorum. Mortuus quoque peccator est, qui & sepelit mortuos suos, hoc est, malas cogitationes, quas non confitetur. Proinde dominus prohibet secuturum se, ne sepeliat malas cogitationes, & occultet. Vult enim eas per confessionē manifestari. Et diuus Hieronymus in commentarijs, Alius autem de discipulis ait illi: Domine permittite me primū ire &c. Quid simile est inter scribam, & discipulum? Ille magistrum uocat, hic dominū confitetur. Ille propter pietatis occasionem ad sepeliendum patrem ire desiderat, iste secuturum se quolibet esse promittit, non magistrum quærens, sed ex magistro lucrum. Et diuus Augustinus sermone sexto de uerbis domini: Eodē loco (inquit) ait cuidam: Sequere me. Et ille: Sequor domine, sed sine me primo ire, & sepelire patrem meū. Piē quidē excusauit, & ideo dignior cuius excusatio remoueretur, uocatio firmaretur. Pium erat quod uolebat facere, sed docuit magister quid debuisset praerogare. Volebat enim eū esse uiui uerbi praedicatorē, ad faciendos uicturos. Erant autem alij, per quos illa necessitas impleretur. Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos. Infideles quādo cadauer sepeliūt, mortui mortuū sepeliūt. Illius corpus animā perdidit, illorū anima Deū. Sicut enim anima est uita corporis, sic uita animae Deus. Et sermone septimo: Et alterum continuō tacentem, & nihil dicentem, uel promittentem, Sequere me. Quantum mali in illo, tantum boni uidebat in isto. Sequere me dicis nolenti. Ecce habes hominem paratum. Sequor te quocunq; ieris, & tu dicis nolenti: Sequere me: Istū (inquit) declino, qui uideo ibi foueas, uideo nidos. Quid ergo molestus es huic, quē prouocas, & excusat? Ecce iam compellis, & non uenit; hortaris, & nō sequitur. Quid enim dicit? Ibo prius sepelire patrem meum. Fides cordis eius domino se ostendebat, sed pietas differebat. Dominus autem Christus, quando parat homines Euangelio, nullam excusationē uult interponi carnalis huius, temporalisq; pietatis. Est quidē, & lex Dei habet, & ipse dominus arguit Iudaeos, quia distribuebāt ipsum mandatū Dei. Et Paulus Apost. in Epistola sua posuit, & dixit: Hoc est mandatum primum in repromissione: Honora patrem tuū, & matrē tuā, Deus utiq; dixit. Volebat enim iste iuuenis obtemperare Deo, & sepelire patrem suum, sed est locus, tempus, & res, qui huic rei, huic tempori, & loco seruiat. Honorandus est pater, sed obediendum est Deo. Amandus est generator, sed praeponeendus est creator. Ego (inquit) ad Euangeliū te uoco, ad aliud mihi opus necessarius es. Maius est hoc, quā quod uis facere. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Pater tuus mortuus est, sunt alij mortui, qui sepeliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos, qui sunt? Potest ne mortuus à mortuis sepeliri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Quomodo plangunt, si mortui sunt? Et inuoluūt, & plangūt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Docuit nos quod scriptum est in Cantico Canticorū, dicente Ecclesia: Ordinate (aliās ordinauit) in me charitatē, id est, facite gradus, & cuiuscunq; debetur, restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parētes, sed praepone te Deū parētib; . Attēdite matrē Machabaeorū: Filij (inquit) nescio quomodo apparuistis in uentre, cōcipere uos potui, parere potui, formare uos nō potui. Illū ergo audite, illum mihi praepone. Nolite attendere, ne sine uobis remaneam. Praepit, & secuti sunt. Quod docuit mater filios, hoc docebat dominus Iesus Christus istū cui dicebat: Sequere me. Et sermone decimo octauo: Sinite mortuos &c. Certē mortuos sepulchri non sunt corpore mortui, quia si hoc esset, mortua corpora sepeliri non possent. Tamen mortuos eos uocat. Vbi, nisi intus in anima? Sicut enim etiam uisibiliter plerūq; in domo integra, & salua, dominus eiusdem domus mortuus iacet; sic in corpore integro multi habent intus animam mortuam, & hos sic excitat Apostolus: Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ipse illuminat excacatū, qui excitat mortuū. Eius enim uoce per Apostolū clamatur ad mortuū: Surge qui dormis. Caecus luce illuminabitur cum resurrexerit. Et libro de Trinitate quarto, capite tertio: Nos certē (quod nemo Christianus ambigit) & anima, & corpore mortui sumus, anima ppter peccatū, corpore propter poenā peccati, ac per hoc & corpore propter peccatū. Mors autē animae impietas est, & mors corporis corruptibilitas, per quā fit & animae à corpore abcessus. Sicut enim anima Deo deferēte, sic corpus anima deferente, morit: unde

Matth. 4. c.

Luc. 9. g.
Mortuus, peccator, mala cogitatio.Hieronymus,
Matth. 3. c.Augustinus,
Matth. 3. c.Vita animae,
Deus.
Matth. 3. c.
Luc. 9. g.

Ephes. 6. 4.

Cantic. 2. 4.

2. Matth. 7.

Matth. 3. c.

Ephes. 5. d.

unde illa fit inspiens, hoc exanime. Resuscitatur enim anima per poenitentiam, & in corpore adhuc mortali renouatio uitae inchoatur à fide, qua creditur in eum, qui iustificat impiū, bonisq; moribus augetur, & roboratur de die in diem, quū magis, magisq; renouatur interior homo. Corpus uero tanquam homo exterior, quāto est haec uita diuturnior, tāto magis, magisq; corrumpitur, uel ætate, uel morbo, uel uarijs afflictionibus, donec ueniat ad ultimā afflictionem, quae ab hominibus mors uocatur. Eius autem resurrectio differtur in finem, quū & ipsa iustificatio nostra perficietur ineffabiliter. Et paulo inferius: De morte autem animae à morte corporis distinguenda, quid plura documenta commemorem, quum dominus in una sententia Euangelica utranq; mortem cuius facile discernendā posuerit, ubi ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos? Sepeliendū quippe corpus mortuum erat, sepultores autem eius per infidelitatis impietate in anima mortuos intelligi uoluit, quales excitantur, quum dicitur: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Detestatur autem quandam mortem Apostolus, dicens de uidua: Quae autem in delicijs agit, uiuēs mortua est. Anima igitur iam pia, quae fuit impia, propter iustitiam fidei dicitur ex morte reuixisse, atq; uiuere. Corpus autem non tantum moriturum propter animae abcessum, qui futurus est, sed propter infirmitatem tantū carnis, & sanguinis, quodam loco in scripturis etiam mortuum dicitur, loquēte Apostolo: Corpus quidem (inquit) mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est, propter iustitiā. Haec uita ex fide facta est, quoniam iustus ex fide uiuit. Sed quid sequitur? Si autem spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Huic ergo duplæ morti nostrae saluator impendit simplam suam, & ad faciendā utranq; resurrectionem nostram in sacramento, & exemplo praeposuit, & proposuit unam suam. Neque enim fuit peccator, aut impius, ut ei tanquam spiritu mortuo in interiore homine renouari opus esset, & tanquam respiscendo ad uitam iustitiae reuocari, sed indutus carne mortali, ea sola moriens, ea resurgens, ea sola nobis ad utranq; concinuit, quum in ea fieret interioris hominis sacramentum, exterioris exemplum. Et libro de ciuitate Dei uigesimo, capite sexto, exponens illud Euangelicum, Amen, amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei &c. Nondum (inquit) de secunda resurrectione, id est, corporum, loquitur, quae in fine futura est, sed de prima, quae nūc est. Hanc quippe ut distingueret, ait: Venit hora, & nunc est. Nō autem ista corporum, sed animarum est. Habent enim & animae mortem suam in impietate, atque peccatis. Secundum quam mortem mortui sunt, de quibus idem dominus ait: Sine mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima mortui, in corpore mortuos sepelirent. Propter istos ergo impietate, & iniquitate in anima mortuos: Venit (inquit) hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei. Et paulo inferius: De qua morte ait Apostolus Paulus: Ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est unus, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit &c. Et tractatu quadragesimo nono in Ioannem: Si non credis (inquit) & uiuis, mortuus es. Cuidam dominus differenti sequi eum, & dicenti: Eam prius sepelire patrem meum: Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos, tu ueni, sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus, erant ibi & mortui mortuum sepulchri, ille mortuus in carne, illi in anima. Vnde mors in anima? Quia non est fides. Vnde mors in corpore? Quia nō est ibi anima. Ergo animae tuae anima fides est. Qui credit in me (inquit) etiā si mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat, & caro nunquam postea moritura.

Rom. 4.
2. Cor. 4. d.

Matth. 3. c.

Ephes. 5. d.
1. Timot. 5. d.Rom. 8. b.
Abac. 2. d.
Rom. 8. b.Ioan. 5. d.
Resurrectio animae & corporis.Matth. 3. c.
Ioan. 5. d.

2. Cor. 5. c.

Matth. 3. c.
Luc. 9. g.

Quid murænae mysticè significant.

Cap. LXVII.

Quid murænae mysticè significant, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorum, Murænas aureas faciemus tibi, uermiculatas argēto: Muræna piscis est (inquit) qui captus uertit se in circulum, ad cuius exemplar sit inauris, quae muræna dicitur, qua designatur praedicationis, quae auribus inhæret, & eas penetrat. Murænalis monilia collo ligantur, quia & sapientia, & religio à scripturis sanctis praedicatoribus adiungit. Per murænas enim sancta scriptura intelligitur. Quae bene auro, & argento uermiculatae dicuntur, quia & sapientia sancta scriptura fulget, & sonora praedicatione per uniuersum mundum auditur. Sicut enim per aurum sapientia, sic per argentum sancta praedicationis demonstratur. Et diuus Bernardus sermone quadragesimo primo super Cantica, Murænas &c. Si faciam singulariter, & non pluraliter faciemus dixisset, absolute, & indubitanter etiam hoc loqui sponsum pronunciaisset. Nunc autem uide, ne forte magis sodalibus eius congruentius assignemus, sponfam quasi consolantibus tali promissione, quod donec perueniat ad uisionem, cuius sic flagrat desiderio, facturi sint illi murænas pulchras, & speciosas, quae sunt aurium ornamenta. Atq; hoc propterea (ut optior) quia fides ex auditu, & quandiu per fidem ambulatur, & non per speciem, danda opera potius instruendo auditui, quā uisui exercendo. Frustra namq; intenditur oculus, qui nō sit fide mūdatus, quum solis, qui mundo corde sunt, uidēdi

Gregorius.
Cantic. 1. c.Muræna piscis.
Muræna est inauris, sapientia, religio, sancta scriptura.
Bernardus.

Murænae, aurium ornamenta.

Matth. 3. d.

copia

Ad. 1. c. copia promittatur. Scriptum uerò est: Fide mundas corda eorum. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa uisus purgatio est, meritò illi ornandis auribus intendebat, dum auditus licet ratio docuit, uisus sit præparatio. Tu (inquiunt) o spòsa intue te dilecti in hias claritati, sed hoc alterius temporis est. Da mus autem in præsentiarum ornamenta auribus tuis, quod erit tibi interim còsolatio, erit & præpa ratio ad hoc ipsum quod postulas. Ac si illud prophetæ ei dicat: Audi filia, & uide. Videre deside ras, sed audi prius: Gradus est auditus ad uisum. Proinde audi, & inclina aurem tuam ornamentis, quæ tibi facimus, ut per auditus obedientiam ad gloriã peruenias uisionis. Nos auditui tuo damus gaudium, & lætitiã, nam uisui nò est nostrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui desiderij adim pletio est) sed illius, quem diligit anima tua. Ipse ut gaudium tuum plenum sit, ostēdet seipsum tibi. Ipse adimplebit te lætitiã cum uultu suo. Tu interim accipe ad còsolationē murænulas has de ma nu nostra, còterum delectationes in dextera eius usq; ad finem. Aduertēdum cuiusmodi ei muræ nulas offerūt. Aureas (inquit) & uermiculatas argēto. Aurum diuinitatis est fulgor, aurum sapientia, quæ de sursum est. Hoc auro fulgentia quædam, quasi ueritatis signacula. Spōdent se figuratu ros hi quibus id ministerij est, superni aurifices, atq; internis animæ auribus inserturos. Et Rupertus, Murænulas aureas &c. Murænula quoddã colli ornamentū, uulgo sic uocatum, idcirco quòd scilicet auri metallo in uirgulas lentescere, quædam ordinis flexuosi catena còtextitur in similitudi nem murænæ serpētis. Hæc & interdum auri, atq; argenti textitur uirgulis. Vnde hîc dicitur: Mu rænulas aureas &c. Aurū, & argentum idem significat hîc, quod & in psalmo quum dicit, Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Aurū in dorso, uel in posterioribus colūbæ interior est sensus sanctæ scripturæ, argentū uerò sermo exterior, cuius nitore nullo modo comparari possunt lepōres, siue exornationes eloquētia mūdane, quātumlibet exquisitæ fuerint, siue accuratæ. Ergo per murænulas aureas, argento uermiculatas, rectē intelligimus sermocinatio nes sanctorum, sensibus aureas, elocutionis nitore argēteas, siue luculētas. Est igitur sensus: O uir go uirginum, quomodo factū est istud? Quia nec primam similem uisa es, nec habere sequentem. Laxa uocis iter, & collum tuum silentio communitū pande interdum, & tutis auribus amicorū fi deliū uel breuiter eloquendo committe secretum, ut dicas nobis, quomodo, uel per quid altissimo còplacueris, qualis ille tibi fuerit, primum in corde, si deus in utero, deniq; in conuictu, siue colloquio, dum lactares uberibus, dū gestares eum uulnīs tremētib; Sumus enim fidi artifices, argentarij si deles, & ad laudem illius, qui tibi hæc magna fecit, faciemus murænulas ueritatis, ornamenta bene dictionis, & gratiarū actionis, benedicendo, & gratias agendo, quia sic fecit tibi, ita ut nò sit locus, ubi uox laudis huius non audiatur, uox sonora, laus altisona, quæ tuum nomen concelebrans, iugi ter te ambiat, & quodammodo de collo tuo dependeat.

Quid murus mysticè significet. Cap. LXVIII.

Gregorius. **Iob 39. b.** Quid murus mysticè significet, diuus scribit Gregorius libro Moral. 20. cap. 22. exponens il lud Iob, Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerūt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt: Quid hoc loco (inquit) muri nomine, nisi redemptor humani generis appellatur? De quo pro sanctæ Ecclesiæ ædificatione per prophetā dicitur: Ponetur in ea murus, & antemurale. Ipse enim nobis murus est, qui ad corda nostra pertingere malignorum spirituum cursum uetat. Qui nostræ quoq; fidei etiam antemurale posuit, quia priusquam se per carnē ostenderet, prædicatores sui my sterij prophetas misit. Rectē quippe antemuralis nomine uocatur, quia dū subsequenter prædica uerunt dominū, quasi ante murū itererūt. Sed quasi murus rūpitur, quum prauorū persuasionibus fides, quæ in redemptore nostro est, in quorūdam corde dissipatur. Quūq; peruersis in hac uita po testas tribuitur, quid aliud quàm ianua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro, & aperta ianua su per bonos irruunt mali, quū accepta temporaliter potestate, peruersi ipsa quoq; in quorūdam cor de destruere munimina fidei conātur. Potest quoq; intelligi muri nomine munitio disciplinæ, Salo mone attestante, qui ait: Per agrum hominis pigri trāsui, & per uineam uiri stulti, & ecce totū re pleuerāt urticæ, operuerāt superficiem eius spinæ, & maceria lapidū destructa erat. Per agrū enim hominis pigri, atq; per uineam uiri stulti trāsire, est cuiuslibet uitam negligētis inspicere, eiusq; ope ra cōsyderare. Quam urticæ, uel spinæ replent, quia in corde negligētium prurientia terrena de sideria, & punctiones pullulant uitiorū. Quippe quia scriptum est: In desiderijs est omnis ociosus. Maceria lapidum destructa erat, id est, disciplina patrum ab eius corde dissoluta. Quasi ergo rupto muro hostis ingreditur, quū uel malignorum spirituum, uel prauorum hominū persuasionibus callida disciplinæ munimina in corde dissipāt. Et exponens illud Canticorum, Si murus est, ædificemus super eū propugnacula argentea: Dato (inquit) spiritu sancto, murus sancta Ecclesia efficitur, quia quæ prius tinnida erat, instruente eandem spiritu omnipotente, ad resistendū aduersarijs impenetra biliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus, mox cōtra principes rigidus, quibus dicebat: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, Et iterū: Si iustum est uos potius audire

Murus, Christi fides.
Esa. 26. a. Antemurale, prophetæ.
Murus, disciplinæ munitio.
Prouer. 24. d. Vrticæ, prurientia desideria.
Spinæ, uitiorū punctiones.
Maceria, discipulū patrum.
Cantic. s. c. Murus, sancta Ecclesia.
Ioa. 18. c. Act. 5. e.

audire, quàm Deū, iudicate. Nos enim nò possumus quæ uidimus, & audiuius, non loqui. Et de ceteris discipulis scriptū est: Ibat discipuli gaudentes à cōspectu cōcilij, quoniam digni habitū sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Ecce qualis murus facta est Ecclesia, quæ modo tenerrima, nec pedē cuiuslibet gradientis sine sui læsione gerit, modo uerò accepto mirabili artifice spiritu sancto, uniuersi exercitus assultus illæsa cōtemnit. Super quā propugnacula ædificatur, quia ut nò tātum modo se defendat, sed ut & impugnantes resistendo prosternat, miracula ei facere conceditur, quæ quum hostes uiderint, ab eius aggressione iacula timentes terreātur. Quæ propugnacula bene argentea esse perhibētur, quia ipsa miracula cū uerbi prædicatione donātur. Et quia argentum ualde sonorum est metallum, argentea propugnacula existunt, quia per miracula factum est, ut eorum uerba per uniuersum mūdum conualescerēt, & fidei prædicationē inflexibiliter circūquaq; diffun derent, quod manifestat Psalmista, dicēs: In omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis ter ræ uerba eorum. Et paulo inferius: Ego murus, & ubera mea sicut turris. Murus (inquit Ambro sius libro 6. Hexameron capite octauo) est Ecclesia, turres eius sunt sacerdotes, quibus abundat, & de naturalibus uerbum, & de moralibus disciplina. Et in apologia Dauid, capite 17. exponēs illud Dauidicum, Et ædificentur muri Hierusalem: Quid sibi uult (inquit) quòd uir peccatū suum confi tens, de Sion, & Hierusalē psallit, dicens: Bene fac domine in bona uolūtate tua Sion, & ædificetur muri Hierusalem, nisi quia accelerari ei placet Ecclesiæ cōgregationem per uocationem gentium, quæ non ancillæ filij, sed liberæ Hierusalem illius, quæ in cœlo est, fidei suæ profapiam toto orbe diffunderet, & spiritalium septa murorum doctrinæ Apostolicæ fundaret assertione? Muri itaque Hierusalem fidei propugnacula disputationum munimenta, uirtutum culmina sunt. Muri Hieru salem, Ecclesiarum cōuentus sunt toto orbe fundati. Ecclesia enim dicit: Ego murus, & ubera mea turris. Et bene muri Hierusalem Ecclesiarū cōuenticula, quoniam quicq; bona fide, atq; opere in greditur Ecclesiam, sit supernæ illius ciuis, & incola ciuitatis, quæ descendit de cœlo. Hos muros lapidum ædificat structura uiuorum. Et libro de bono mortis, capite quinto: Ecce ego (inquit) ad Hierusalem, pinxi muros tuos: Non detergamus penicillo negligentia, depicta animæ nostræ fir mamenta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi, quibus hostem possimus auertere. Habet anima mu ros suos, de quibus eminet, & de quibus ait: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. His munitur muris, his obsessa defenditur. Et uerè murus anima, quæ prætenditur in castris. Vnde & ipsa ait in Canticis: Ego murus, & ubera mea ut turres. Bonus murus, quem pinxit dominus, sicut ipse ait: In manibus meis pinxi muros tuos, & in conspectu meo es semper. Bona anima, quæ habet spe culatorem Deum, & in manibus eius est, sicut anima prophetica, quæ in manus domini commenda tur ut spiritus, & quæ in cōspectu Dei est: Oculi enim domini super iustos, sicut & ipse ait: Ego eram in oculis eius tanquā inueniens pacem. Bonas turres habet, quæ habet & de intelligibilibus uerbū, & de moralibus disciplinam. Et sermone uigesimo secūdo in psalmū 118. enarrās illum uer sum, Erraui sicut ouis quæ perijt &c. Si murus est (inquit) ædificemus super eū receptacula, & si ia nua est, sculpamus super eam tabulas cedrinæ: Murus est anima sancti. Habet & Ecclesia muros suos, quæ iā perfectior dicit: Ego ciuitas munita. Hic est murus, qui habet duodecim portas Apo stolicas, per quas populo nationū patet ingressus in Ecclesiã. Sed murus, quæuis ambitū totius urbis includat, tūc tamē est munitior, quū receptacula habuerit parata, in quibus propugnatores urbis tu tū spectadi, ac tuēdi possint habere subsidiū. Sed quia rationalis hæc ciuitas est, & spes eius in Deo uerbo est, nò ferrea, sed argētea ei propugnacula requirūtur, eloquijs cœlestibus magis, quàm cora poris uoluptatibus hostiles impetus repulsare cōsueta. Eo sulta præsidio, eo splēdore fulgēs, habi lior Christi copulæ iudicatur. Et quia ianua Christus est, qui ait: Per me si quis introierit, saluabi tur, & Ecclesia ianua nūcupatur, quia per ipsam patet populis aditus ad salutem. Sed ne hæretico rum corrūpatur tineis, aut uermibus, dicūt filia Hierusalē, uel Angeli, uel animæ iustorū: Aedifice mus super eā tabulas cedrinæ, hoc est, fidei sublimis bonū odorem. Est enim suauis huius materiæ odor, quam nò uermis, nò tinea corrumpat. Ideo huius materiæ usus eligitur tectorum fastigijs ele uādis, formandisq; literarū elementis, quibus ætas puerilis ad studiū liberalis eruditionis imbuatur. Est ergo materia ista sublimis ad gratiam, leuis ad onus, suauis ad odorem, utilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad ministerium cognitionis æternæ. Sed quemadmodū sponsam suā diligēs Chri stus, urgebat ad copulæ spiritalis solennitatem, ita & Ecclesia uerbi decore iam capta festinabat ad nuptias. Ideoq; morarum, & dilationis impatiens, quas filia Hierusalē innectere gestiebant, dicit: Ego murus, & ubera mea turres, hoc est: Nolite dubitare utrum murus sim. Illæ enim dixerant: Si murus est: Ego (inquit) murus sum, & non parua ubera habeo, sed ut turres ubera mea sunt, quo modo dicitis, quia non habeo uberes sensus, quæ turres habeo sapientiæ, in quibus est abundantia, sicut scriptum est: Et abundantia in turribus tuis? His uberibus, id est, sensibus, habilem se tantis nu ptijs existimabat. Et rupertus: Si murus est, ædificemus super eū propugnacula argentea, Si ostiū, compingamus illud tabulis cedrinis: In ciuitatibus (inquit) uel domibus aliud est murus, & aliud ostium.

Ibidem g.
Propugnacula, miracula.
Psal. 18. d. Cantic. s. c. Murus, ecclesia Turres, sacerdo tes.
Psal. 50. d.
Propugnacula, disputationes, uirtutes.
Cantic. s. c. Apoc. 21. d. Esa. 49. d.
Murus, anima.
Cantic. s. c. Esa. 49. d.
Psal. 33. c. Cantic. s. d. Psal. 118. y. Cantic. s. c. Murus, anima, ecclesia.
Ioa. 10. b. Ianua, Christus, Ecclesia.
Cantic. s. c. Tabula cedri na, fidei bonus odor.
Cantic. s. c. Uterq; uerq; sapientiæ sensus.
Psal. 121. b. Rupertus.

Hier. i. d.

Murus, martyr

Matth. 10. b.

Propugnacula,
martyrum re-
sponsa.
Psal. 11. d.Psal. 91. c.
Cantic. 8. c.

ostium. Similiter in dilecta ista, in corpore isto, quod est Ecclesia, alius est quasi murus, alius quasi ostium. Hoc ex illius temporis statu clarius discerni poterit, quādo primū dilecta haec alloquenda erat, sicut iam dictum est. Alius namq; ita fortis erat, ut tormenta, uel opprobria sustinere posset, & hic utiq; murus erat, iuxta illud: Ego quippe (ait dominus) dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, & bellabunt aduersum te, & nō praualebunt, quia tecum ego sum. Alius in hac parte infirmior quidem erat, & fortē persecutiones fugiens latere uolebat, sed habebat gratiam aliquam. Verbi gratia: Sacerdotalis officij gratiā, scientiamq; catechizandi rudes, & baptizandi credentes. Hic nimirum ostium erat, quia sicut per ostium in ciuitatem, uel in domum introitur: ita per tale ministerium credentes Ecclesiae incorporantur. Igitur si murus est (ait) ædificemus super eum propugnacula argentea, id est, si dignē potest stare, uel permanere pro fide in agone certaminis, suggeramus illi quaecunq; necessaria sunt ueritatis testimonia, ut non minus respondere sciat, quā si legisset legem, aut prophetas, iuxta illud: Dū steteritis ante reges, & praesides, nolite praemeditari qualiter respondeatis. Ego enim dabo uobis os, & sapientiā, cui nō poterit respondere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Itē: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Nōne sic factū est? Nōne si rectē cōsideres confessiones, & responsa martyrum, in illis dūtaxat exemplaribus, quae fideliter, ac simpliciter sine fuco humani ingenij scripta sunt, ubi responsa illorum ut dicta, sic excepta sunt, nōne (inquam) responsa illorum nobis propugnacula, & non quallacunq; sed propugnacula argentea sunt? Casta namque, & castigata sunt, multumq; nitoris, ac splendoris habent, iuxta illud: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis, id est, eum, qui non tantā est fortitudinis, uel tolerantiae, ut tormenta passionum sustinere possit: attamen illius est officij siue deuotionis, ut uiam, uel introitum fideliter faciat, uolentibus introire in regnum Dei baptizando, uel catechizando illos uerbo Dei, faciamus ut sit memoriae imputribilis, atq; suauis secundum similitudinem cedri, ligni odoriferi, atq; imputribilis, iuxta illud Dauidicum: Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Sūt enim multa dona gratiarum, quae ualeant, & sufficere possint illis, qui etiam si cupiant, palmam martyrij non attingunt. Quid ad haec illa? Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum corā eo, quasi pacem reperiens. Et est sensus: Primo quidem tempore, quum iam alloquenda essem, & de nostra fide secundum charitatem tuam respondere inciperem, paruula eram, sicut dicis dilecte mi, & ubera non habebam, sed nunc & murus sum, & ubera sunt mihi, non qualiacunq; sed sicut turris. Processu namq; temporis uenerunt scriptores mei, confortati sunt interpretes mei, legemq; ac prophetas, totumq; uetus pariter, ac nouum testamentum in linguas, maximē Græcam, & Latinam, de uno Hebraicæ linguae repositorio transfulerunt, & ecce spiritu, & litera fortiter instructa sum, habens etiam de meis, qui mihi nati sunt, filijs, doctores, & explanatores luculentos utriusq; testamenti. Propterea dixi: Ego murus, & ubera mea sicut turris. Non autem hoc ex me, sed ex gratia dilecti, propterea & istud subiunxi: Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, id est, ex quo per fidem accepi peccatorum remissionē. Nam extunc propter ipsum quod & credidi, pacem reperi, & reconciliata sum Deo per mortem dilecti mei, filij sui, & ex eo proficiens, atq; succrescens, istam quoq; gratiam consecuta sum, ut nihil mihi desit de scripturis utriusq; testamenti, & ecce ubera mea sicut turris, quia nihil contra possunt pagani, Iudaei, haeretici.

Quid musca mysticē significet.

Cap. LXIX.

Gregorius.
Exo. 9. f.Musca, insolens
cura desiderio-
rum carnalium:
Eccis 10. a.

Matth. 9. c.

Quid musca mysticē significet, diuus insinuat Gregor. lib. Moral. 18. cap. 28. exponens illud Exodi, Venit musca grauiissima & c. Populus (inquit) qui Deū sequitur, accipit sabbatum, id est, requiē mentis, ut nullo in hac uita desideriorū carnaliū appetitu fatigetur: Aegyptus uerō, quae huius mundi speciem tenet, muscis percutitur. Musca enim nimis insolens, & inquietū animal est. In qua quid aliud, quā insolentes curae desideriorū carnaliū designantur? Vnde aliās dicitur: Muscae morientes, perdunt suauitatem unguenti, quia cogitationes superfluae, quae assidue in animo carnalia cogitate, & nascuntur, & deficiunt, eā suauitatem, qua unusquisq; intrinsecus per spiritū unctus est, perdunt, quoniam integritate eius perfrui nō permittūt. Aegyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda, qui terrenam uitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, ut ad quietis intimae desiderium non leuētur. Vnde quum mira ope pietatis ad cor ueritas uenit, prius ab eo cogitationū carnalium æstus eijcit, & post in eo uirtutum dona disponit. Quod bene nobis sacra Euāgelij historia innuit, in qua, dum ad resuscitandam filiam principis inuitatus dominus duceretur, protinus additur: Et quum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & surrexit puella. Foras ergo turba eijcitur, ut puella scitetur, quia si non prius à secretioribus cordis expellitur importuna secularium multitudo curarum, anima, quae intrinsecus iacet mortua, non resurgit. Nam dum se per innumeras terrenorum desideriorum

desideriorum cogitationes spargit, ad cōsiderationem sui sese nullatenus colligit. Et diuus Bernardus in sermone quartae feriae hebdomadae sanctae: Absit (inquit) ut muscae moriturae exterminet suauitatem unguenti, quod de tuo corpore fluit, quia apud sinum tuū misericordia, & copiosa apud te redemptio. Muscae moriturae miseriae sunt, blasphemiae sunt, insultationes sunt, quas tibi reddit generatio praua, & exasperans. Et diuus Hieronymus: Muscae morientes, perdūt suauitatem unguenti, uel secundum Ixx. Muscae moriturae, exterminant oleum compositionis. Exemplum (inquit) superioris sensus dedit, in quo ait: Per unū stultū multa bona subuertit, quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos, quomodo muscae, si moriantur in unguento, perdant odorem illius, & saporem. Aliter muscae, quae secundum Esaiam principantur parti fluminis Aegypti, perdūt olei suauitatem in unoquoq; credentium, relinquentes immundiciae suae odorem, atq; uestigia. Ab his muscis etiā princeps appellatus est dæmoniorū Beelzebub, qui interpretatur aut idolū muscarum, aut uir muscarum, aut habēs muscas. Et Augustinus sermone secūdo de decem in lege praecipis, & de decem plagis: Tertium praecipuum est (inquit): Memēto, ut diem sabbati sanctifices, in quo insinuatur quaedam uacationis indictio, requies cordis, tranquillitas mentis, quam facit bona conscientia. Qui uero inquieti sunt, & iugiter terrenis actibus implicantur, hi tertio praecipuo contrariantur, & per scynifes significatur, qui nati sunt in terra Aegypti de limo, muscae minutissimae, inquietissimae, inordinatē uolantes, in oculos irruētes, non permittentes homines quiescere, dū abiguntur, iterum irruunt, dum expulsa fuerint, iterum redeūt. Quales istae sunt muscae, tales sunt homines inquieti, qui sabbatū spiritualiter obseruare, id est, bonis operibus studere, & lectioni, uel orationi insistere nolunt, & quomodo corpus humanum ab istis muscis affligitur, ita cor illorum diuersis cogitationibus inquietatur, & compungitur. Tenete praecipuum, caute plagam. Quartū praecipuum est: Honora patrem tuū, & matrem tuam. Huic contraria quarta plaga Aegyptiorum cynomya, id est, musca canina. Græcum enim uocabulum est. Qui enim parentes honorare distimulat, musca hunc canina, id est, diaboli nequitia spiritualiter affligit, & cruciat. Caninum est enim parentes non agnoscere. Nihil tam caninum, quā quum illi, qui genuerunt, non agnoscuntur. Et Origenes homilia 4. super Exodum: Post hoc (inquit) scynifes producuntur. Hoc animal pēnis quidē suspenditur per aera uolitans, sed ita subtile est, & minutum, ut oculi uisum, nisi acutē cernētis effugiatur, corpus tamen, quū infederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita ut quem uolitantem uidere quis non ualeat, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus, dignissimē puto arti dialecticæ comparari, quae minutis, & subtilibus uerborū stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circūuenit, ut deceptus nec uideat, nec intelligat unde decipitur. Quarto quoq; in loco cynomiam cynicorū sectae comparauerim, qui ad reliquas deceptiones suae improbitatis, etiam uoluptatem, & libidinē summum praedicant bonum. Quoniam igitur per hanc singula prius deceptus est mundus, adueniens sermo, & lex Dei huiuscemodī eum correptionibus arguit, ut ex qualitate poenarum, qualitates proprii agnoscat erroris.

Mustum quid mysticē significet, require in dictione, Malo granatum.

INCIPIT LIBER VNDECIMVS, AD MYSTICOS

SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Quid nardus mysticē significet.

Cap. I.



Vid nardus mysticē significet, insinuat Origenes, exponēs illud Canticorum, Donec rex in accubitu suo est, nardus mea dedit odorem suū: Quomodo (inquit) aptabimus ei quod praecessit, donec rex in recubitu suo est: id quod sequitur, Nardus mea dedit odorem suū. Loquitur Euāgelistū, quia uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pisticae preciosae, nō illa peccatrix, sed sancta, de qua nūc mihi sermo est. Scio quippe Lucā de peccatrice, Matthaeū uerō, & Ioannem, & Marcum non de peccatrice dixisse. Venit ergo nō peccatrix illa, sed sancta cui nomen quoque Ioannes inseruit. Maria quippe erat habens alabastrum unguenti nardi pisticae preciosae, & effudit super caput Iesu. Deinde super hoc indignantibus, non omnibus discipulis, sed Iuda solo dicente: Potuit uenundari trecentis denarijs, & dari pauperibus. Respondit magister, atque saluator: Semper pauperes habebitis uobiscum, me autem non semper. Praeueniens quippe haec in diem sepulturae meae fecit. Ideo ubicunq; praedicatum fuerit Euāgelium istud, dicetur & quod fecit haec in memoriā eius. In figura ergo istud quod nunc loquitur: Nardus mea dedit odorem suum. Illa super caput domini fudit unguentum, & tu quoque assume nardum, ut postquam caput Iesu suauis odore perfuderis, possis audacter effari, Nardus mea dedit odorem suum, & à Iesu reciproci audire sermonem, quia ubicunq; praedicatum

ii ij fuerit

2. Cor. 2. d.
Nardus, bona
opera.
Psal. 37. b.

Cantic. 1. d.

Luca 7. f.

Luca 7. f.

2. Cor. 2. d.

Matth. 26. a.
Cantic. 4. d.

Matth. 13. f.

Cantic. 1. d.

Ioan. 7. f.
Ioan. 6. f.

Psal. 104. b.
Heb. 5. d.
Ioan. 1. a.
Ibidem.
Ioan. 6. d.

Ioan. 1. b.
1. Ioan. 1. a.
Rupertus de uir
gine.

fuert hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius. Tu quoq; faci
to, in uniuersis gentibus prædicato. Quando autem hoc facies? Si factus fueris, ut Apostolus, & di
xeris: Christi bonus odor sumus in omni loco, in his qui saluantur, & in his qui pereunt. Bona ope
ra tua nardus sunt. Si uerò peccaueris, peccata tetro odore redolebunt. Dicit quippe poenitens: Com
putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Nō de nardo propositum est
nunc spiritui sancto dicere, neq; de hoc, quod oculis intueamur Euangelista scribit unguento, sed
de nardo spiritali, de nardo, quæ dedit odorem suum. Et secundum alteram expositionem, idē Ori
genes hoc pacto scribit: In specie dramatis uidetur hoc ostendi, quod post hæc uerba ingressa sit
sponsa ad sponsum, & unguentis suis unxerit eum, ac miro quodā genere, quasi nardus, quæ prius
odorem non dederat, quum esset apud sponsam, tunc dederit odorem suū, quum corpus contigit
sponsi, ut non tam ille ex nardo odorem, quàm nardus ex ipso sumpsisse uideatur. Si uero secundū
hanc differentiam, quæ in alijs inuenitur exemplaribus legimus: Nardus mea dedit odorem eius;
inuenitur adhuc aliquid diuinius, ut uideatur unguentum hoc nardi, quo unctus est sponsus, non
tantum suum, qui nardo inesse naturaliter solet, sed ipsius spōsi odorem ceperit, & ipsius odorem
ad sponsam reportauerit nardus, ut in eo quo unxit eū, odorem spōsi per ipsius unguenti munus
acceperit, & hoc sit quod dicere uideatur: Nardus mea, qua unxi spōsum, regressa ad me, odorem
mihi detulit spōsi, & uelut superato naturali suo odore, præ fragrantia spōsi ipsius mihi detulit sua
uitatem. Hæc habet historici dramatis explanatio. Sed ueniamus iam nunc ad intelligentiam spiri
tualiam. Ponamus hic sponsam Ecclesiam, in personam Mariæ, quæ decenter utique dicitur affer
re libram unguenti nardi pisticæ preciosi, & ungere pedes Iesu, & detergere capillis suis, & reci
pere quodammodo, ac recuperare per crinem capitis sui ad semetipsam unguentum, ex qualitate,
ac uirtute corporis eius infectum, & odorem non tam nardi per unguentū, quàm ipsius uerbi Dei
ad se trahentem per capillos, quibus abstergebat pedes, & imposuit capiti suo, nō tam nardi, quàm
Christi fragrantiam, & dicere: Quia nardus mea, missa in corpus Christi, reddit mihi odorem eius.
Deniq; uide quomodo hæc ipsa referuntur. Maria (inquit) attulit libram unguenti nardi pisticæ pre
ciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis capitis sui. Domus autem (inquit) tota repleta est odo
re unguenti. Quod utique indicat, quia odor doctrinæ, qui procedit de Christo, & sancti spiritus
fragrantia, repleuit omnem mundi huius domum, ac totius Ecclesiæ domum. Vel certe repleuit
omnem domum animæ illius, quæ odoris Christi suscepit participium, offerēs primo fidei suæ mu
nus, uelut unguentum nardi, & recipiens ex hoc gratiam spiritus sancti, & spiritualis doctrinæ fra
grantia. Quid ergo interest, utrum in Cantico Canticorū sponsa perungat unguento sponsum, an
in Euangelio discipula magistrū, & Maria Christū, sperās (ut diximus) redire ad se ex hoc unguen
to odore uerbi, & fragrantia Christi, ut eo ipso dicat: Christi bonus odor sumus deo. Et quoniam
plenū fide fuit istud unguentū, & preciosi effectus, ob hoc & Iesus testimonium reddidit ei, dicens:
Bonū opus operata est in me. Sic ergo rursus in Cāico Cantic. post aliquāta amplectitur emissio
nes spōsæ, sicut hic opus Mariæ, ait enim: Emissiones tuæ paradus cū fructu pomorū. Cyperus
cum nardis, Nardus cum crocis. Amplectitur ergo & in his emissiones, ac munera sponsæ. Obser
uauimus sanè quod in his, quæ nunc memorauimus, pluraliter primo, postmodū singulariter nar
dum posuit, quod puto secundum illam rationem dictum: quia negociator regni coelorum, plures
primo margaritas negociatur; usquequo ad unam perueniat preciosam. Et foritè quod dixit: Emissio
nes tuæ paradus cum fructibus pomorum; illos indicat fructus cum nardis plurimis, quos affe
rimus ex institutionibus & doctrina prophetica. Ex doctrina uerò ipsius domini nostri Iesu Chri
sti, emissiones nostræ & munera, non plures habent nardos, sed unam. Sed nūc redeamus ad eam
quæ dicit: Nardus mea dedit odorem suum, & uide si possumus adhuc etiā hoc in loco intellige
re præsentī, quod si quādo ualuerimus integrè, & decēter exponere de deitate Christi, uirtutemq;
eius, ac maiestatem dignis assertionibus consignare: tunc fortassis meritò dicet, uel ecclesia illa, uel
anima, quæ ita manifestè potuerit gloriam eius exponere: Nardus mea dedit odorem suū. Nec mi
rum uideri debet si Christus, quemadmodum fons est, & flumina aquæ uiuæ de eo procedunt, &
quemadmodum panis est, & uitam dat: ita & nardus est, & odorem reddit, & unguentum est: quo
qui uncti fuerint, Christi fiant, sicut dicit in Psalmo: Nolite tangere Christos meos. Et fortasse se
cundum illud quod dicit Apostolus: His qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, uel
mali; singulis quibusq; sensibus animæ, singula quæq; Christus efficitur. Idcirco enim & uerum lu
men dicitur, ut habeant oculi animæ, quo illuminentur; idcirco & uerbum, ut habeant aures, quod
audiant; idcirco & panis uitæ, ut habeat gustus animæ, quod degustet. Idcirco ergo & unguentum
uel nardus appellatur, ut habeat odoratus animæ, fragrantiam uerbi; idcirco & palpabilis, & manu
tractabilis, & uerbum caro factum dicitur, ut possit interioris animæ manus contingere de uerbo
uitæ. Hæc autem omnia unum, atque idem est uerbum Dei, quod per hæc singula affectibus ora
tionis commutatū, nullum animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertem. Et Rupertus: Dū esset
rex in

rex in accubitu suo & c. Hoc dico uobis (inquit) o amici, & hoc aurum uerum est. Si habetis argen
tum, facite (ut dixistis) muræculas mihi: imò non mihi, sed domino, memores illius dicti Sipientis:
Glorificantes dominum quantumcunq; potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificen
tia eius. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis: maior est enim omni laude.
Exaltantes eū replemini uirtute, ne laboretis, nō enim peruenietis. Quid enim? Quum esset in sinu
uel in corde patris, de illis altissimis suis respexit humilitatem meam. Hoc est quod dico: Dum esset
rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suū. Quid enim est, uel erat accubitus regis, nisi cor,
uel sinus patris? Illi supradicti pastores, uel sodales eius, qui sese pares ei faciunt, & greges nō ouitū,
sed hœdorū post se trahunt, dixerūt, quod ante me rex iste nō fuerit, quod ex me initū sumpserit,
quod homo tantum, & supra hominem nihil in eo sit. At ipse prius quàm ego essem, imò & ante
quam Abraham fieret, est, & erat, & in illo accubitu suo erat. Nam in principio erat uerbū, & uer
bum erat apud Deum. Dū ita esset, nardus mea dedit odorem suū: & hoc odore delectatus, descen
dit in uterū meū. Olīm in Eua malo superbiæ foetore offensus, & ob hoc ab humano genere auer
sus fuerat: nūc autem delectatus bono odore, nardo humilitatis meæ, sic ad genus humanū cōuer
sus est. Propterea nardum meam dico humilitatem meam, quia sicut nardus hæra aromatica, par
uo quidem frutice, uel parua spica, nequaquā in altū se subrigit, sed comosa, atq; odoratissima, flo
re optimi odoris, atq; radícula suauis, multis usibus probatur utilis: sic humilitas mea, suo quidem ar
bitrio, uel iudicio parua res est, nimiumq; exilis, sed iudicio regis preciosior est cunctis operibus le
gis, in quibus homines iusti sibi uidētur, atq; magnifici, ipsumq; regē, & patrem eius deū, sanctum
quoq; spiritū, unice delectat, uelut suauis odor, qualis, quātuscq; de nullo unquā usq; ad ipsum spira
uit, uel spirare potuit sacrificio. O amici, hoc ego experta sum. Humilitatem meam de illo accubi
tu suo sensit, & respexit, & ualde delectatus est, & placuit sibi, quod in isto sexu tantā humilitatem
inuenit: in isto (inquam) sexu à quo initium superbiæ generi humano superueniens, totam massam
corruptit. Prius in uirili, quàm in isto sexu fidā humilitatē inuenit, & inter cœteros in ista gratia duo
uiri ualde nominati sunt, scilicet Abraham, & Dauid, qui & ex uerbis suis cognosci possunt, quàm
humiles fuerint in oculis suis. Abraham quippe, quum tantus esset, ut cum eo Deus loqueretur, &
amicus illi haberetur, non tamen oblitus suis. Loquar (inquit) ad dominū meum, quum sim puluis,
& cinis. Dauid quoq; quū esset unctus rex, & Saul persequeretur eū, Quem persequeris (ait) rex
Israël, quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem unū. Propterea non solum nō cōfunditur
Deus uocari eorum Deus, uerum etiā istis duobus iurare Deum altissimū non piguit, facturum
se hoc mysterium, o amici, quod in me cernitis. In isto sexu tandem gratiam eandem, & fortassis
abundantiorē inuenit. Nolite incumbere mihi, ut explicem, quantam in me humilitatem mitis, &
humilis corde inuenerit.

Cantic. 1. d.
Eccī 43. d.

Ioan. 1. b.

Accubitus, cor,
sinus.

Ioan. 8. g.
Ioan. 1. a.

Nardus, humilitas.
Nardi descriptio.

Gen. 19. d.
1. Reg. 26. d.

De eadem nardo.

Cap. II.

Diuus autem Bernardus super Cāica hoc pacto scribit: Quum esset rex in accubitu suo, nar
dus mea dedit odorem suum. Bonus humilitatis odor, qui de hac ualle plorationis ascendēs,
perfusus circūquaq; uicinis regionibus, ipsum quoq; regium accubitum grata suauitate respergat.
Est nardus humilis hæra, quam & calidæ ferunt esse naturæ hi qui hærbarum uires curiosius ex
plorarunt, & ideo per hanc uideor mihi nō incōuenienter hoc loco uirtutem humilitatis accipere,
sed quæ sancti amoris uaporibus flagret. Quod propterea sanè dico, quoniam est humilitas, quam
nobis ueritas parit, & non habet calorem, & est humilitas, quā charitas format, & inflammat. Atq;
hæc quidem in affectu, illa in cognitione cōsistit. Etenim tu si temetipsum intus ad lumē ueritatis,
& sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione diiudices, nō dubito quin humilieris & tu in ocu
lis tuis factus uiltior tibi ex hac uera cognitione tui, quāuis necdum fortasse id esse patiaris in ocu
lis aliorū. Eris igitur humilis, sed de opere interim ueritatis, & minime adhuc de amore infusione.
Nam si ueritatis ipsius, quæ te tibi ueraciter, atq; salubriter demonsttrauit, sicut splendore illumina
tus, ita affectus amore fuisses, uoluisses proculdubio quod in te est, eandem de te omnes tenere sen
tentiam, quam ipsam apud te ueritatem habere cognoscis. Sanè quod in te est dixerim, quoniam ple
runq; nō expedit innotescere omnibus omnia, quæ nos scimus de nobis, atq; ipsa ueritatis charita
te, & charitatis ueritate uetamur palām fieri uelle quod noceat agnoscēti. Alioquin si priuato amo
re tui rētus, detines pariter intra te iudicium ueritatis inclusum, cui dubium est minus te ueritatem
diligere, cui propriū præfers, uel commodū, uel honorem? Vides igitur nō esse id ipsum hominem
de seipso nō altum iam sapere ueritatis lumine redargutum, & humilibus spontē consentire mune
re charitatis adiutum? Illud enim necessitatis est, hoc uoluntatis. Semetipsum exinanuit (inquit) for
mam serui accipiens, & formā humilitatis tradens. Ipse se exinanuit, ipse se humiliavit, non necessi
tate iudicij,

Cantic. 1. d.
Eccī 43. d.

Ioan. 1. b.

Accubitus, cor,
sinus.

Ioan. 8. g.
Ioan. 1. a.

Nardus, humilitas.
Nardi descriptio.

Gen. 19. d.
1. Reg. 26. d.

Bernardus,
Cantic. 1. d.

Nardi natura
humilitatem
signat.
Humilitas dup
plex.

Philip. 2. a.

tate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum uilem se, & contemptibilem demonstrare, sed plane non reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit, & non iudicio, qui talem se obtulit, qualem esse nesciuit, magis autem placuit minimum reputari, qui se summum non ignorabat. Denique ait: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Corde dixit, cordis affectu, id est, uoluntate. Itaque necessitatem excludit, qui uoluntatem confessus est. Non enim quomodo ego, uel tu inuenimus nos in ueritate dignos dedecore, & contemptu, dignos omni extremitate, & inferioritate, dignos etiam supplicij, dignos plagis, non (inquam) ita & ille, quae tamen omnia expertus est, quia uoluit, tanquam humilis corde. Humilis uidelicet illa humilitate, quam cordis suauis affectio, non quam extorsit discussio ueritatis. Propterea dixi hanc uoluntariae humilitatis speciem non redargutione ueritatis, sed charitatis intra nos infusione creari, quia cordis est, quia affectionis, quia uoluntatis. an uero recte, tu iudica. Itemque etiam hoc tuo aequae examinatur iudicio, dignum ne eadem domino assignarim, quem charitate constat exinanitum, charitate minoratum ab angelis, charitate parentibus subditum, charitate Baptistae manibus inclinatum, charitate carnis infirma passum, charitate postremo morti obnoxium, cruce in gloriam extitisse. Sed & hoc unum adhuc tui sit considerare arbitrij, recte ne etiam hanc ipsam humilitatem ita charitate calentem herba humili, & calida, id est, nardo putauerim designatam. Et si ita cuncta probaueris (probabis enim rationi manifestissimae acquiescens) tunc si iam apud teipsum humiliatus es, necessaria illa humilitate, quam scrutans corda, & renes ueritas sensibus ingerit animae uigilantis, adhibe uoluntatem, & fac de necessitate uirtutem, quoniam nulla est uirtus sine conuientia uoluntatis. Sic autem fiet istud, si nobis alter apparere foris, quam te inuenies intus. Alioquin time, ne de teipso legas: Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Pondus (inquit) & pondus abominatio est apud Deum. Quid enim? Tu te depreciaris in secreto apud teipsum ueritatis trutina ponderatus, & foris alterius precij mentiens, maiori te pondere uendis nobis, quam ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimam facere, ut quem humiliat ueritas, extollat uoluntas. Hoc enim est resistere ueritati, hoc pugnare contra Deum. Magis autem acquiesce Deo, & sit uoluntas subdita ueritati, nec tantum subdita, sed & deuota. Nonne Deo (inquit) subiecta erit anima mea? At parum est esse subiectum Deo, nisi is & omni humanae creaturae propter Deum, siue abbati tanquam praecellenti, siue prioribus tanquam ab eo constitutis. Ego plus dico subdere paribus, subdere & minoribus. Sic enim decet nos (inquit) omnem implere iustitiam. Vade & tu ad minorum, si uis in iustitia esse perfectus, defer inferiori, iuniori te inclinatio. Hoc enim faciens trahes & ipse ad te sponsae sermonem, quem dixit, quia nardus mea dedit odorem suum. Odor deuotio est, odor bona opinio, quae ad omnes peruenit, ut Christi sis bonus odor in omni loco, spectabilis omnibus, amabilis omnibus. Non potest hoc ille humilis, quem ueritas ad humilitatem cogit, quoniam sibi habet illam, & exire non patitur, ut sparsa foris redoleat. Magis autem non habet odorem, quia non habet deuotionem, utpote qui non sponte, neque libenter se humiliat. Sponsae uero humilitas, tanquam nardus spargit odorem suum, amore calens, deuotione uigens, opinione redolens. Sponsae humilitas uoluntaria est, perpetua est, fructifera est. Odor eius nec reprehensione exterminatur, nec laude. Audierat; Pulchrae sunt genae tuae, sicut turturis, & collum tuum sicut monilia. Acceperat & repromissionem ornatus aurei, & nihilominus tamen cum humilitate respondet, & quanto maiorem se audit, tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas, humilitatis obliuiscitur, quam & humiliter confitetur sub nardi nomine. Ac si uoce uirginis Mariae dicat: Nullius inhi meriti conscia sum ad tantam dignationem, nisi quod respexit Deus humilitatem ancillae suae. Nam quid est aliud, Nardus mea dedit odorem suum, quam placuit mea humilitas? Non mea (inquit) sapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quae nulla erant mihi, sed quae sola inerat humilitas, dedit odorem suum, id est, solitum. Solitum placet Deo humilitas. Solitum planè, atque ex consuetudo excelsus dominus humilia respicit, & ideo quum esset rex in accubitu suo, id est, in excelsu habitaculo suo, illuc quoque humilitatis odor ascendit. In altis habitat (inquit) & humilia respicit in caelo & in terra. Ergo quum esset rex in accubitu suo, nardus sponsae dedit odorem suum. Accubitus regis sinus est patris, quia semper in patre filius. Nec dubites regem hunc esse clementem, cui perhennis accubitus est paternae benignitatis diuersorium. Merito clamor humilium ascendit ad eum, cui fons pietatis est mansio, cui familiaris suauitas, cui substantialis, uel potius consubstantialis bonitas est, cui ideo totum quod est, de patre est, ut nil prorsus in regia maiestate nisi paternum, humilium, trepidatio suspicetur. Denique propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit dominus. Horum igitur conscia sponsa (utpote domestica, atque charissima) non se putat arctandam sponsi gratia penuria meritorum, sola de humilitate praesumens. Regem denique nominat, Nam sponsum interim territa increpatione non audet, & in alto habitare fatetur, nec sic tamen diffidit humilitas, Primitiuae Ecclesiae potes hunc congruentissime aptare sermonem, si recorderis dies illos

Matth. 11. d.

Psal. 35. d. Prouer. 20. d.

Psal. 63. d.

Matth. 5. d.

Cantic. 1. d. Odor, deuotio, bona opinio.

Cantic. 1. c.

Luce 1. c.

Psal. 112. d. Ibidem.

Psal. 11. b.

dies illos, quibus assumpto domino ubi er at prius, & sedente in dextera patris, illo suo antiquo nobili, atque glossoso accubitu, discipuli erant congregati in loco uno, perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre eius, & fratribus eius. Nonne tibi uidetur re uera tunc temporis nardum paruulæ, & trepidantis sponsae dare odorem suum? Denique quum factus est repente de caelo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, an non merito paupercula tu dicere potuit: Quum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum?

Quid nares mystice significant.

Cap. III.

Quid nares mystice significant, diuus insinuat Gregorius libro Moralium trigessimoprmo, capite uigesimoprmo, exponens illud Iob, Gloria narium eius terror: In scriptura sacra uocabulo narium aliquando fatuitas, aliquando antiqui hostis instigatio, aliquando uero praescientia solet intelligi. Naribus namque fatuitas designatur, sicut iam superius Salomone attestante didicimus, quum ait: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua, ut in dictioe, Rhinoceros. Narium nomine exhalantes insidiae, atque instigatio antiqui hostis accipitur, quod in hoc eodem libro de illo dominus attestatur, dicens: De naribus eius procedit fumus. Ac si dicat: De peruersa instigatione illius in humanis cordibus, caligo nequissimae cogitationis surgit, per quam uidentium oculi tenebrescant. Naribus quoque praescientia designatur, sicut per prophetam dicitur: Quiescite ab homine cuius spiritus est in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. Saepe enim id quod non uidemus, odore comprehendimus, ita ut nonnullae res, etiam quum longè iaceant, fragrantiam nobis suae qualitatis innotescant, dumque per nares spiritum ducimus, plerumque aliqua & inuisa praescimus. Redemptoris ergo nostri spiritus esse in eius naribus dicitur, ut uidelicet scientia illius esse in praescientia designetur, quia quaecumque se scire in natura humanitatis innotuit, haec nimirum ante saecula, ex diuinitate praesciuit. Qui unde spiritum in naribus habuerit, mox per prophetam subiungit, dicens: Quia excelsus reputatus est ipse. Ac si diceret: In inferioribus uentura desuper praesciuit, quia ad ima de caelestibus uenit. Sancti etiam uiri, quia ab illo audita crediderunt, ipsi quoque iam uentura praesciunt, dumque eius fideliter praecceptis inseruiunt, aduentum illius spe certa praestolantur. Unde & hoc loco equi huius naribus praedicatoris sancti praescientia, ac praestolatio designatur. Dum enim uenire extremum iudicium, ostendit caelestem patriam, per solui iustis praemia appetit, quasi per nares spiritum de futuris trahit. Sed gloria narium eius terror est, quia uisionem districti iudicis, quam iustus uehementer expectat, iniustus uenire formidat. Iste namque labores suos considerans, mercedem retributionis quaerit, & causae suae meritum sciens, praesentiam iudicis expetit, eumque, ut ueniat, in flamma ignis dans uindictam impijs, & contemplationis suae speciem in retributione deferens, pijsimo ardore concupiscit. Ille uero qui iniustitiae suae meminit, uenire iudicium perhorrescit, actusque suos examinari metuit, quia damnari, si examinetur, nouit. Gloria ergo narium eius terror est, quia iustus inde gloriatur, unde peccator poenae addicitur. Videamus equum quomodo de his quae adhuc non uidet, iam per nares spiritum trahit. Videamus quanta gloria attollitur, quum iam uentura praestolatur. Ecce labores suos intuens praedicator egregius, dicit: Ego iam delibor, & tempus meae resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Vbi & aptè subiungit: Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Ac si dicat: Sed & omnibus qui sibi de bona operatione sunt conscij. Aduentum enim iudicis non diligunt, nisi qui in causa sua se habere iustitiae meritum sciunt. Quia igitur unde gloriatur iustus, inde terretur iniustus, dicatur rectè: Gloria narium eius terror. Et cap. 28. Pro eo quod non uisa res odore deprehenditur, non immerito narium nomine, spei nostrae cogitationes exprimuntur, quibus uenturum iudicium, quod & si oculis adhuc non cernimus, iam tamen sperando prauidemus. Omnis autem qui bene uiuere incipit, audiens, quod per extremum iudicium iusti ad regnum uocentur, hilarescit, sed quia quaedam mala adhuc ex reliquijs sibi inesse considerat, hoc ipsum iudicium, de quo exultare inchoat, appropinquare formidat. Vitam quippe suam bonis, malisque permixtam conspicit, & cogitationes suas aliquo modo spe, & timore confundit. Nam quum audit quae sint regni gaudia, mox mentem laetitia subleuat, & rursum quum respicit quae sint gehennae tormenta, mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria narium eius terror dicitur, quia inter spem, & metum positus, dum futurum iudicium mente conspicit, hoc ipsum timet, unde gloriatur. Ipsa ei gloria sua terror est, quia inchoatis iam bonis, spe de iudicio laetus est, & necdum finitis omnibus malis, perfecte securus non est. Et lib. 33. cap. 14. exponens illud Iob, Numquid pones circulum in naribus eius? Sicut per nares insidiae, ita per circulum diuinae uirtutis omnipotentia designat. Quae quum apprehedit, nos tetationibus phibet, miris ordinibus antiqui hostis insidias circūplectens, tenet. Circulus ergo ei in naribus ponit, dum circūducta protectionis supernae

Iob 39. c. Gregorius. Nares, fatuitas. Prouer. 11. c. Nares, insidiae, instigatio. Iob 41. b. Nares, praescientia. Esa. 2. d.

2. Tim. 4. d.

Nares, spei nostrae cogitationes.

Iob 40. d. Nares, insidiae. Circulus, omnipotentia.

Circulus, iudicij occulti adiutorium.
Esa. 37. f.

fortitudine eius, sagacitas retinetur, ne cōtra infirmitatē hominū tantū praeualeat, quantū perditionis argumēta latenter explorat. Potest etiā circuli nomine, occulti iudicij adiutorij designari, quod in huius Behemoth naribus ponitur, quum à callida sua crudelitate refranatur. Vnde bene per prophetam, quum ab Israëlitarum læsione prohibetur, regi Babyloniz dicitur: Pōnam circulum in naribus tuis. Ac si apertè diceretur: Cogitando insidias suspiras, sed explere quod appetis non ualendo omnipotentiz meæ circulum in naribus portas, ut quum bonorum mortem ardētius anhelas, ab eorum uita uacuis redeas.

Quid nauis mysticè significet.

Cap. III.

Bernardus,
Psal. 106. c.

DE nauī prælatorū diuus Bernardus scribit in sermone de tribus ordinibus Ecclesiz: Prælatus (inquit) sunt qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Neque enim certa pontis aliqua, seu uadi semita coartantur, ut liberè possint usquequaq; discurrere, & occurrere singulis, ut oportet, ac dirigere pontis semitam, seu uadi, ordinare gradiētes, pericula inuestigare, ac declinare, excitare tepidos, pusillanimes sustentare. Deniq; ascendunt usq; ad cœlos, & descendunt usq; ad inferos, nunc quidem spiritalia tractantes, atq; sublimia, nunc infernalīa, & horribilia facta iudicantes. Sed quæ poterit nauis inueniri, quæ tam immanes sustineat fluctus, & in tanto secura possit esse discrimine? Vtiq; fortis, ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Necessaria est & omnino necessaria nauis ista prælatis, tribus compacta lateribus, quæ est utiq; forma nauium, ut sit nimirum iuxta Pauli doctrinam, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Puritatem quidem cordis in eo prælatus habeat, ut prodesse desideret, non præesse, ut scilicet proprium cōmodum, uel honorem sæculi, seu aliud quippiam suū, in prælacione non quærat, præter solum beneplacitum Dei, & animarum salutem. Sed cum intentione pura irreprehensibilis quoq; necessaria est cōuersatio, ut forma factus gregis incipiat facere & docere, & secundū magistri nostri regulam. Quæcunq; docuerit discipulis esse contraria, hæc in suis actibus indicet non agenda, ne fortè submurmurare possit frater, quem arguit, & dicere, Medice cura teipsum. Talis enim occasio plurima dānatio prælati, plurima subditorum perditio est. Nō quod ego bene id caueam, idcirco sic loquor, sed & mihi, & omnibus pariter ueritas clamat: Quoniam oportet irreprehensibilem esse eum qui præest, ita ut secura conscientia cum domino respondeat exprobrantibus sibi uerbum: Quis ex uobis arguet me de peccato? Non, quod sine peccato penitus esse possit in hac misera uita, sed quod ea quæ arguit in discipulis, oportet summopere uitare magistrum. Ob hoc qualis est in cōuersatione, talis sit necesse est etiam in occulta cogitatione, ne uidelicet foris humilis, intus elatus sit in corde suo præsumpsit de sapientia, seu uirtute, aut sanctitate sua, quæ est sine dubio fides ficta, quādo nō sicut ostendit humilitas conuersationis, in sola Dei pietate cōfidit. Et uide quā proprie his tribus, cordis scilicet puritati, conscientiz bonæ, & fidei non fictæ conuenire uideantur, alia quoq; ipsius Apostoli uerba, dicētis: Mihi autem pro minimo est, ut à uobis iudicer, aut ab humano die &c. Non me iudico (inquit) quia nihil mihi conscius sum, quod meum aliquid quæram, sed quæ Iesu Christi. Sed & pro minimo mihi est, ut à uobis iudicer, propter cōscientiam bonam, & irreprehensibilem conuersationem. Qui autem iudicat me (inquit) dominus est, ut in eo solo spem suam positam esse doceret, humiliatus sub potenti manu Dei. Sed & illud tu iudica, utrum possit his conuenienter aptari trina Petri interrogatio, ut hoc sit dicere, amas me, amas me, amas me, habes charitatē de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta? Merito siquidem interrogatur an charitatem habeat piscator hominū constituendus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis: Quum dicit: Descendunt mare, significat sacerdotes, qui sæculi istius procellosa descendunt. Nam quum dicit: Descendunt, ostendit inferiora loca esse sæculi, ad quæ descēdi posse testatur. In nauibus autem, ut sæpe diximus, Ecclesias significat, quæ ligno crucis, mundi huius tempestates enauigant. Sic enim mare descenditur, atq; transitur, si tutissimis nauibus infedatur, ubi gubernator est Christus, ubi remiges Apostoli, & sanctorum pontificum beata collectio. Sequitur: Facientes operationem in aquis multis. Adhuc in eadē comparatione persistit. Sacerdotes sunt enim, qui operantur in aquis multis, id est, prædicant populis Christianis. Aquas enim multas, populos significare non dubium est, quādo in Apocalypsi, quid essent aquæ interroganti Ioanni, responsum est: Populi sunt. Qui autem uberius potest esse intellectus, nisi quæ tantæ ueritatis confirmat autoritas? Ipsi uiderunt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. Ipsi prædicatores, qui opa eius spiritali intelligētia cognouerunt, ut mare rubrū, baptisum, ut Ionæ triduanā illā ferinā uētris innoxia habitationē, sepulchrū dñi significare cognoscerent, & his similia, quæ scripturarū diuinarū præfigurationibus agebatur. Eoq; fit, ut mirabilia eius in profundo

Cant. 8. a.
Nauis, dilectio.
Nauis trilatis, charitas.
1. Tim. 1. a.

Luc. 4. d.

1. Tim. 3. a.
Ioan. 9. f.

1. Cor. 4. a.

Ioan. 21. e.

Psal. 106. c.

Nauis, ecclesie
sic.

Aqua, populi.
Apo. 17. d.

1. Cor. 10. a.
Matth. 12. c.

functo respiciant, qui opera eius spiritali æstimatione considerant. Et exponens illud Psal. Hoc mare magnū &c. Illic naues pertransibunt: Illic (inquit) scilicet in mūdo, quem superius mare dixit. Naues autem meritō significantur Ecclesie, quæ periculosos fluctus mundi, per lignum gloriose crucis euadunt, portantes populos qui signo fidei crediderunt. In his nauibus habitat Christus, qui si à credentibus excitetur, dicit immanissimæ tempestati, ut quiescat, & quiescit. Et diuus Hieronymus, exponens illud prouerbiorum, Facta est quasi nauis institoris, de longè portans panem suum, hoc pacto scribit: Institorem negociatorē dicit, qui pro eo sic uocatur ab antiquis, quod acquirendis, multiplicandisq; mercibus sedulus insittat. Facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris: quia sicut nauis institoris onusta mercimonijs, quæ in sua patria magis abundant, porrò per mare petit peregrina, ut illuc uenditis, quæ attulerat, cariora ad domum reportet. Sic nimirum sancta Ecclesia, sic anima quæq; perfecta, uirtutū diuitijs gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum est nanq; commercium, quum bona, quæ ualemus operantes, primo hanc à domino mercedem recipimus, ut ad maiora semper agēda proficiamus, dehinc uitam percipiamus sempiternam. Facta est ergo anima sancta, quasi nauis institoris, quæ transit desiderio fluctus sæculi præsentis: solaq; se in cœlis accipere sperat æterna gaudia, & pro his abundantijs adipiscendis quicquid ualet instanter agere, quicquid aduersum occurrit, fortiter superare cōtendit. De qua rectè dicitur: Quia de longè portat panem suum, quia in cūctis, quæ temporaliter bona agit, æternam solummodum retributionem expectat, solam uiui panis saturitatē desiderat, eius nimirum qui suis auditoribus piè, potenterq; promittit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. At contrā in proximo panem suum recipit, & non hunc de longè trās maria portat, qui in eo quod iuste uiuere uidetur, humani tantum fauoris præmia expetit: neq; ullo uitæ permanentis intuitu, ea quæ in imis labuntur superare, & calcare satagit. De qualibus ipse terribiliter tonat: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Et diuus Gregorius libro Moralium 17. cap. 12. exponens illud Euangelicum, Ascendit Iesus in nauiculam Petri, & rogauit ut à terra reduceret pusillum, & ita sedens prædicabat turbis: Per nauē (inquit) Petri, quid aliud quàm commissa Petro Ecclesia designatur? De qua ut dominus turbis confluentibus prædicet, eam à terra paululum reduci iubet. Quam nec in altū duci, & tamē à terra præcipit remoueri, profectō significans prædicatores suos rudibus debere populis, nec alta nimis de cœlestibus, nec tamē terrena prædicare. Aqua itaq; ligatur in nubibus: quia prædicatorum scientia infirmorum mentibus loquens, quantum sentire ualet, docere prohibetur.

De eadem nauicula, ex Ambrosio.

Cap. V.

Diuus autem Ambrosius sermone undecimo de mirabilibus, hoc modo scribit: Quorum mirabilium operator sit dominus Iesus Christus, intelligere possumus ex hac Euangelica lectione, qua describitur tanta per eum beneficia in populum fuisse collata, ut prouocata hominum turbæ ad audiendum illum magis irruerent, quàm rogarent, & medicinā salutis non sperarent per humilitatis gratiam, sed per importunitatis iniuriam, ita ut irruentes (sicut ait Euangelist) turbas à domino Iesu, non desertum separaret, non synagoga repelleret, non reuerētia diuinitatis perarceret. Hæc est enim consuetudo infirmantium, ut dum sperant suis ægritudinibus medicinam, ab importuna petitione, non loco prohibeantur, non tēpore, sed quāto plus medetur ille qui sanat, tanto amplius ille importunus est qui laborat. Ergo quum dominus illis ab irruētibus turbis semotus in terra esse nō posset, aspiciens in mari duas nauiculas, unam nauem Petri omni festinatione cōscendit, ut importunitatis iniuriam, uel aquarum natura depelleret, quia eam doctoris reuerentia minime coërcebat, atq; exinde cœpit de nauicula Petri ad homines doctrinæ suæ uerba pfundere. Videte misericordiam saluatoris, separatur quidem ab hominibus corpore, doctrinæ tamen ijs utilitate coniungitur. Vbiq; miseretur, ubiq; prodest. In terra positus per tactum lāguores corporum sanat, in mari constitutus per doctrinam uulnera curat animarum. Sed uideamus quæ sit ista nauicula Simonis Petri, quam adducēdam de duabus magis opportunam dominus iudicauit, quæ & tutum saluatorem præstat ab iniuria, & credulitatis hominibus largiatur eloquia. Inuenimus enim tam dominum nauigasse in alia nauī, & grauibus iniurijs laceratum. Nauigauit enim cum Moyse in mari rubro, quando populum Israël per undarum fluentia transiit. Sed grauibus est affectus iniurijs, sicut ipse ait in Euangelio ad Iudæos: Si crederetis Moyse, & mihi crederetis. Iniuria autem saluatoris est incredulitas synagogæ. Ergo Petri nauem eligit, Moyse deserit, hoc est, spernit synagogam perfidam, fidelem assumit ecclesiam. Duæ enim quasi nauiculæ à Deo destinatae sunt, quæ in hoc, tanquam in mari, mūdo salutē hominibus piscarētur, sicut ait dñs Apostolis: Venite, facia uos piscatores hominū. Ex his ergo duabus nauiculis una relinquitur ad terrā inanis & uacua, altera producit in altū onusta uel plena. Vacua enim synagoga relinquitur in littore, quia Christum cum

Psal. 103. c.
Prouerb. 31. b.
Hieronymus.

Matth. 11. d.

Matth. 6. b.
Gregorius,
Luc. 5. a.

Ambrosius.

Luc. 5. a.

Ioan. 5. g.

Matth. 4. d.

stum cum prophetarum amisit oraculis. Onusta autem Ecclesia in altū assumitur, quia dominum cum apostolorum doctrina suscipit. Synagoga, inquam, remanet ad terras quasi terrenis inhærens operationibus, ecclesia autem in altitudinem reuocatur, tanquam cœlorum profunda sacramenta discutens, in illam scilicet altitudinem, de qua Apostolus ait: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Propterea dicitur Petro: Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum generationis diuinæ. Quid enim tam profundum, quam quod ait Petrus ad dominum: Tu es Christus filius Dei uiui? Quid tam terrenum, quam quod de domino dixerunt Iudæi: Nonne hic est filius Ioseph fabri? Ille altiore consilio natiuitatem Christi diuinitus approbavit, hi mente uiperea generationem cœlestem carnaliter existimant. Vnde ait saluator Petro: Quia non caro & sanguis tibi hoc reuelauit, sed pater meus qui in cœlis est. Phariseus autem dicit: Quomodo potestis bona loqui, quum sitis nequam? Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascendit dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente domino: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quæ nauis in altum sæculi istius ita nata, ut pereunte mundo, omnes quos suscipit, seruet illæsos. Cuius figuram iam in ueteri uidemus testamento. Sicut enim Noë arca, naufragante mundo, cunctos quos susceperat, incolumes reseruauit: ita & Petri ecclesia confragente sæculo, omnes quos amplectitur, repræsentauit illæsos. Et sicut tunc trāfacto diluuiio ad arcam Noë columba signum pacis detulit: ita & trāfacto iudicio ad ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet, quia ipse columba, uel pax est, sicut promisit, dicēs: Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Sed quoniam hæc eandem nauiculam Petri, de qua nunc dominus cœlestis doctrinæ suæ sacramenta depromit, legimus in Matthæo, dormiente in eadem domino uentis insurgentibus perturbatam, ita ut cuncti Apostoli mortis periculum formidarent: uideamus quæ causa est, quod una, eademq; nauicula hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi in tempestate discipulis metum mortis inducit, præsertim quum ibi etiam cum cœteris Apostolis Simon Petrus esset. Hæc autem est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Iudas, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia conturbabat. Tranquillitas est ubi solus Petrus nauigat, tempestas ubi Iudas adiungitur, licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamē criminibus proditoris. Metuentibus igitur discipulis, anxiante Petro, dormiebat dominus. Durū fortē uideatur, quod anxiante Petro dormiebat, dormiebat Petro, nauigabat Iudæ. Vnius igitur delicto cunctorum merita quatuntur, obdormit Christus, uentorum spiramina concitantur. Quisquis enim peccatum admittit, statim & dormire sibi facit dominum, & procellam sibi spirituum suscitatur immunitorum. Necessè est autem diabolica insurgat tempestas, quum dominica serenitas conquiescit. Igitur si unius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli, hoc exemplo caueamus perfidum, caueamus proditorem, ne per unum plures fluctuemus. Quinetiam huiusmodi abijciamus de nostra nauicula, ut nō obdormiat, sed uigilet in nobis dominus, atq; eo uigilante nulla nos spiritualis nequitiæ procella concutiat. Vbi enim fides integra est, ibi saluator docet, uigilat, & exultat: ibi requies, ibi tranquillitas, ibi cunctorum est medicina. Vbi autē fidei est admixta perfidia, ibi Christus torpet, dormit, & peior est ibi metus, ibi tempestas, ibi omnium est discrimen. Pro actibus enim nostris dominus nobis obdormit, aut uigilat. Et libro de uirginibus tertio: In nauis (inquit) Apostoli separatur. Cur enim nauis eligitur, in qua Christus sedeat, turba doceatur, nisi quia nauis Ecclesia est, quæ pleno dominicæ crucis uelo, sancti flatu spiritus, in hoc bene nauigat mundo? In hac nauis Petrus piscatur, & nunc retibus, nunc hamo piscari iubetur. Græde mysteriū. Spiritalis enim uidet esse piscatio, qua doctrinæ hamū mittere iubet in sæculū, ut primū illū martyrē Stephanū de mari uerrat, qui cœsum Christi in interioribus cōtineret. Martyr enim Christi thesaurus Ecclesiæ. Martyr igitur ille, qui de mari cœlum primus ascendit, captus à Petro, minister altaris, nō reti, sed hamo leuatus, ut riuo sui sanguinis eleuaretur. Cuius in ore thesaurus erat, quum Christū in confessione loqueretur. Qui enim thesaurus in nobis est, nisi Dei uerbum? Ergo & retibus & hamo piscatur perfectior, ut rete concludat, hamo adurat. Sed reti turba concluditur, hamo singularis eligitur. O si mihi liceret illum hamum uorare, qui adureret os meū, & leui daret salutem uulnere. Intrate igitur filia in Apostolorum retia, quæ non hominis autoritate, sed Dei uoce laxantur. Rete enim sapientiæ spiritualis, atq; doctrinæ regnum cœlorum est, quia scriptum est: Simile est regnum cœlorum reti missō in mare. Audistis hodie dicentem dominum Iesum Simoni: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Antè non ducebat in altum Petrus, quando piscabatur in stagno. Et si mare erat, altum non erat. Altum mare scriptura nescit. Quid ergo sit altum, accipe. Aqua alta, consilium in corde uiri. Altum cor uiri est, ubi nihil uadosum est. Duc ergo in altū disputationis tuæ, fideiq; remigiū, duc in cor uiri. Per parabolā hinc uocat ad Ecclesiam Petrū, quæ secundum Matthæū simplici uocauit sermone, dicēs: Venite, & faciā uos piscatores hoim. Est & aliud mysteriū. Duc in altū, quia antè in arena erat, qñ in synagoga erat, alta non erat aqua Iudææ. Deniq; Samaritana

Samaritana & puteū altū putabat, dicēs: Et puteus altus est, unde mihi aquā uiuā habes dare? Nō ergo ducere in altum poterat, quando cum Iudæis credebatur, qui etiā de puteo aquam haurire nō poterat. Ideo dicitur Petro: Duc in altum, hoc est, duc ad Christum. Altus enim Christus, de quo dicitur ad Ioannem à patre: Et tu puer propheta altissimi uocaberis. Duc ergo ad Christū. Et bene altum, in quo est altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei. Duc in altū, quia altus super altum custodiet, & exaltabit. Ibi ergo altæ aquæ, ubi Christus est, hoc est, fides altæ aquæ, quæ timent Deū, quales illæ: Viderunt te aquæ Deus, uiderūt te aquæ, & timuerunt. Apud Iudæos aqua alta non erat in corde uiri. Ideoq; dominus ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. In corde amat esse Christus. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Deniq; ut scias, quia de fide dicit: Duc in altū, ait Petrus: Præceptor, per totam noctem laborātes nihil cepimus, sed in uerbo tuo laxabo retia. Noctem habebat Petrus, anteq; Christum uideret. Nondum enim uenerat dies, quia ueram nō uiderat lucem. Synagoga nox est, dies Ecclesia est. Vnde & Paulus dicit: Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Quid nebula mysticè significet.

Cap. VI.

Quid nebula mysticè significet, diuus ostendit Greg. lib. Mor. 30. cap. 1. exponens illud Job, Nunquid eleuabis in nebula uocē tuam &c. Vocem (inquit) suā in nebula dñs leuat, quādo per prædicatorū suorū linguas ad caliginosa corda infidelium exhortationem format, eumq; aquarum impetus operit, dum bene agentia membra eius turba resistentium populorum premit. Hinc est enim quod scriptum est: Factū est uerbū domini ad Hieremiam prophetam, dicēs: Sta in atrio domus domini, loquens ad omnes ciuitates Iuda, de quibus ueniunt, ut adorent in domo domini, uniuerfos sermones, quos ego mandauit tibi. Et paulopost: Et audierunt sacerdotes, & prophetae, & omnis populus Hieremiā loquentē uerba hæc in domo domini. Quumq; compleuisset Hieremias loquens, apprehenderunt eū sacerdotes, & prophetae, & omnis populus, dicens: Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini? Ecce in nebula dominus uocem leuauit, quia obscuras mentes superbientium directo propheta corripuit. Ecce aquarū impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus populis, & causa suæ correctionis instigatis, ipse in Hieremiam cūcta perculit, qui correctionis uerba mādauit. Per semetipsum quoq; dominus in nebula uocē leuauit, quādo præsentē se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus, sed figuris ænigmatum uelata prædicauit. In nebula autem uocem leuauit, quia ueritatem suam nō secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Vnde & bene in libris Regū scriptū est: Nebula impleuit domum domini, & nō poterant sacerdotes ministrare propter nebula. Exigētibus enim meritis, dū superbi Iudæorum pontifices diuina mysteria per parabolas audiūt, sacerdotes in domo domini quasi propter nebula ministrare nequiuert. Qui & in testamento ueteri, dum sensus mysticos literæ uelamine coopertos inter obscuras allegoriarum caligines inuestigare despiciunt, debitu fidei suæ ministerium propter nebula perdidit. Quibus & tunc in nebula doctrinæ suæ uocem dominus protulit, quum de se etiā aperta narrauit. Quid est enim apertius, quā, Ego & pater unū sumus? Quid apertius diceret, quā, Antequam Abraham fieret, ego sum? Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleuerat, quasi emissum solis radiū nebula interiacens abscondebatur. Et lib. 17. cap. 13. & 14. exponens illud Job, Qui tenet uultum solij sui, & expandit super illud nebula suam: In uultu (inquit) solet cognitio demonstrari. Solij ergo eius uultus tenetur: quia à nobis in hac uita regni eius gloria, nō quanta intrinsecus habetur, agnoscitur. Super quod rectè expādi nebula dicitur: quia sicut est illa cœlestis regni gloria, non uidetur. Nam corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Auidēdo ergo eo nebula aspīmur: quia ipsa nostræ ignorantæ obscuritate caligamus. Vnde rectè per Psalmistā dicitur: Caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubim, & uolauit, uolauit super pennas uentorum, & posuit tenebras latibulum suum. Caligo nanq; est ei sub pedibus, quia non in ea claritate ab inferioribus cernitur, quā in superioribus dominatur. Ascēdit enim super Cherubim, & uolauit. Cherubim quippe plenitudo scientiæ dicitur. Proinde super plenitudinem scientiæ ascendisse perhibetur, & uolasse, quia maiestatis eius celsitudinem scientia nulla comprehendit. Volauit igitur, quia longè in altum ab intellectu nostro se rapuit. Volauit super pennas uentorū, quia scientiā transcendit animarū. Qui posuit tenebras latibulū suū: quia dum caligine nostræ infirmitatis obscuramur, per ignorantia nostrā nobis absconditur, ne à nobis modo in æterna, & intima claritate uideat. Vnde ei & in Canticis Canticorū à spōsa dicit: Fuge dilectē mi, fuge. Fugit nos, dicimus, quoties mēti nostræ id quod reminisci uolumus, nō occurrit. Fugit nos, dicimus, quoties id quod reminisci uolumus, memoria nō tenemus. Sacta ergo Ecclesia postq; mortē, ac resurrectionē dñi, ascensionēq; describit

Ioan. 4. b.

Luc. 1. d.

Rom. 11. d.

Psal. 76. d.

Matth. 15. d.

Esa. 29. d.

Matth. 12. c.

Luc. 5. a.

Rom. 13. d.

Gregorius.

Iob 38. d.

Nebula, caligine

nosum cor.

Hier. 26. a.

Ibidem.

3. Reg. 8. b.

Ioan. 10. f.

Ioan. 8. g.

Iob 26. c.

Vultus, cognitio.

Sapient. 9. d.

Psal. 17. b.

Cant. 8. d.

describit, clamat ei prophético plena spiritu: Fuge dilecte mi, fuge. Ac si diceret: Tu q̄ ex carne t̄o prehensibilis factus es, ex diuinitate tua, intelligentiã nostr̄i sensus excede, & in teip̄o nobis incõprehensibilis p̄mane. Tenet ergo uultũ solij sui, q̄ maiestatis suæ potēt̄iã mortalibus abscondit. Sed si eius solij angelicas uirtutes accipimus, ipsi q̄ppe uelut sedi regis praelidet, sui nobis solij uultũ tenet: quia quãdiu in hac mortali carne subistimus, quæ, quãtaq̄ sint illa angelorũ ministeria non uidemus. Et expãdit sup̄ illud nebulã suã, quia p̄culdubio, & cor nostrũ ad quærẽdũ subleuat: & tamen occulta moderatione agitur, ut ipsa requisitionis suæ immensitate reprimatur. Vnde scriptũ est: Dedit abyssus uocem suam, ab altitudine phãtasiæ suæ. Exclamare enim mens humana in admiratione compellitur, dum altitudine cõsiderationis in requisitionibus suis eo ipso quo latius extenditur, angustatur. Vel certè, quia solij Dei ipsi nos sumus, uultũ solij sui non immeritò tenere dicitur, dum nostra sciẽtia progredi ad altiora prohibetur. Super quod solium suũ nebulam Deus aspergere dicitur: quia inuisibilis manens, occulta super nos iudicia exerit, ut & fiat in promptis quod uidere possimus: & tamẽ origo facti lateat in abditis, ut cur fiat, nescire debeamus. Et diuus Hieronymus in Cõmentarijs: Qui tenet uultum solij sui. Sententiam iudicij sui reseruat in posterum. Iustitiæ suæ, & pietatis sedẽ in omni creatura sua, ueritatis gloria respondens Deus tenere dicitur: quod est manifestationem secretorum iudiciorum suorum obuallare, atq̄ abscondere: ut Euangelium Christi in his qui pereunt. Et expandit super illud nebulã suam. Secundũ illud quod dominus ait discipulis in Euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. In obsecrationem quoq̄ diuinæ custodiæ suæ, expandit super ipsum bonum nũcium Euangelij, in nubem defensionis suæ, ut nullus posset ei, quamuis acerrimus aduersarius præualere: de qua Apostolus ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt.

Quid nidus siue nidulus mysticè significet. Cap. VII.

Quid nidus siue nidulus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Job, Dicebamq̄: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua unusq̄sq̄ infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quæ persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrit̄m̄entorum suorum dies, quasi in nido, sic in loco quietis, explere se credidit. Nã nisi sancta Ecclesia infirmos quosq̄ filios nunc in nido pacis enutriet, Psalmista non diceret: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos suos. Iam quippe domum inuenit sibi passer, quia æternum cœli habitaculum noster redemptor intrauit. Et turtur inuenit nidum, quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta, crebris gemitibus utitur, & uelut nidum sibi, id est, pacatissimam fidei quietem cõstruit, in qua crescentes filios, quasi plumescentes pullos, quousq̄ ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet. Igitur quia tunc erunt, qui pacis tempore se ad superna migrare, id est, à nido euolare crediderunt, eorũ uox beati Job uoce præuenitur, quũ ait: Dicebamq̄: In nidulo meo moriar. Quia uerò hoc ipsum sibi pacis ociũ ex multorũ dierũ longitudine promittebant, rectè subiungit, dicẽs: Et sicut palma multiplicabo dies. Palma enim tardè proficit, sed diu in uiriditate subsistit. Cũ multis autẽ difficultatibus sancta Ecclesia ad fidei statũ uenit, & p̄ collectiõẽ plurimorũ, in eiusdẽ fidei gloria diutius stare cõcupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dies credidit, quæ emergente subitæ tentationis articulo, pacis suæ gratiam, & tardè à fidelibus adeptam, & citius ab infidelibus interceptam dolet. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, &c. hoc pacto scribit: Quum superius animam, corpusq̄ dixerit in domini exultatione gaudere, hũc auium ista duo genera ad quandam similitudinem cõmendandam posuisse dinoscitur. Passer est nimia uelocitate celerrimus, qui in syluis habitare non patitur: sed domum sibi in parietũ foraminibus desideranter exquirir: quam dum inuenierit, nimio gaudio lætus exultat: quia se diuersarum aduersitatum ulterius patere non credit insidijs: Sic anima iocundatur, dum in cœlorum regna mansionem suam senserit esse præparatam. Turtur uerò abstinentiæ moderatione castissimus est, qui una tantum copulatione contentus, filijs suis nidum ædificare cognoscitur. Qui non ut passer præparatam domum reperit: sed nouam sibi de quibusdam particulis fabricare contendit. Huic caro nostra non irritè comparatur, quæ operas suas in domini gaudet posuisse mandato. Per hanc enim euenit, ut ieiuniorum sacrificia suauiter offerantur, ut cibum pauperibus demus: & sepeliamus defunctos, ægrotis seruiamus: Positos in carcere uisitemus: & cætera pietatis officia, quæ corporalibus noscuntur ministerijs explicari. Alij, turturem sanctæ applicauerunt Ecclesiæ: quoniam præter Christi domini alterius nescit habere cõsortium. Et diuus Ambrosius in libro de Noë & arca, cap. 6. exponens illud Genesios, Nidos facies in arca: Quid etiam sibi uult quod ait: Nidos facies in arca, nequaquam silendum uidetur. Naturaliter enim dictum arbitror, eo quod omne corpus nostrum attextum est sicut nidus, ut spiritus uitalis omnes partes uiscerũ penetret, atq̄ de principali nostro fundat se per artus singulos. Nidi quidam sunt oculi

sunt oculi nostri, quibus se uisus inseruit. Nidi sunt nostrarum sinus aurium, per quos auditus se infundit, & uelut in foueam altam deicit. Nidus est narium, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quartus maior cœteris, hiatus oris, in quo nutritur, donec adolescat sapor, & unde uox euolat, in quo latet lingua, quæ uelut organum uocis, sonos eius artifici suauitate modulatur. Et quũ sit ipsa irrationabilis, rationabilẽ uocem exprimit. Nidus est hemicraneum. Nidus est mēbrana illa, quæ cerebrum fouet, & intrã cohibet. Nidi sunt uiscera pulmonis, & cordis. Spiritus quidẽ nostri, hoc est, eius quem carpimus, & quo alimur in hac uita, nidus est pulmo. Sanguinis autem, & spiritus, nidus est cor. Duo sunt enim eius uteri. Vnus, quo sanguinẽ, uelut quodam sinu suscipit. & transfundit in uenas: alter, quo rigatus ex illo superiori deducit in arterias iugi meatu. Offa quoq̄ ualidiora nidos habent. Sunt enim intus cauata, in quibusdam foraminibus est medulla. In uisceribus ipsis mollioribus, nidi cupiditatis, aut doloris sunt. Et alia si quis consideret, etiam plures nidos inueniet in hac fabrica humani corporis. Vnde puto & illum in Psalmo nõ solum mysticè, sed etiam naturaliter dixisse: Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidũ, ubi reponat pullos suos. Est enim iã in hoc corpore nidus pudicitie, in quo erat nidus irrationabilis cõcupiscẽtiæ. Sed ubi antè partus deformes nutrebat libido, ibi nũc decoræ castitatis adolescit hæreditas. Et diuus Aug. exponẽs illud Psal. Nam & passer inuenit sibi domũ &c. Duo (inquit) dixerat, & duo reddidit, in similitudinem auium. Dixerat exultasse cor suum, & carnem suam, & in his duobus reddidit passerem, & turturem: cor tanquam passer, caro tanquam turtur. Inuenit sibi domum passer, inuenit sibi domum cor meum. Exercet pennas in uirtutibus huius temporis, in ipsa fide, & spe, & charitate, quibus uolet in domum suam, & quum uenerit, permanebit, etiã querula uox passeris, quæ hũc est, nõ erit ibi. Nam ipse est querulus passer, de quo in alio Psalmo dicit: Sicut passer singularis in teo, de teo uolat ad domum. Iam sic sit in teo, calcet domum carnalem, habebit quẽdam cœlestem locum, perpetuam domum. Passer iste finiet querelas suas. Turtur autem dedit & pullos, id est, carnem: inuenit nidum turtur ubi ponat pullos suos. Passer domum, turtur nidum, & nidũ utiq̄, ubi ponat pullos suos. Domus tanquam ad sempiternum eligitur, nidus ad tẽpus congeritur. Cor de cogitamus deũ tanquam uolantem passerem ad suam domum, carne autem agimus opera bona: uidetis enim per carnem sanctorum quanta bona fiant. Per hanc enim operamur quæ iussi sumus operari, quibus adiuuamur in hac uita, Frange esurienti panem tuum, & egenum sine teo induc in domum tuam: si uideris nudum, uesti, & cœtera talia, quæ nobis præcepta sunt, non operamur, nisi per carnem. Passer ergo ille, qui cogitat domum suam, non recedit à turture quærente sibi nidum, ut ponat pullos suos: Non enim abiicit illos ubicunq̄, sed inuenit sibi nidũ, ubi eos ponat. Dicimus autem fratres quod nostis, quanti uidentur præter Ecclesiam bona operari. Quam multi etiam pagani pascunt esurientem, uestiunt nudum, suscipiunt hospitem, uisitant ægrotũ, consolantur inclusum. Quam multi hæc faciunt, quasi uidetur parere turtur, sed non sibi inuenit nidũ. Quam multi multi hæretici non ea in Ecclesia operantur, non in nido pullos ponunt, cõculcabuntur, & cõterentur, & nõ seruabuntur, non custodientur. In huius enim carnis operatrici persona posita est quædã mulier ab apostolo Paulo, quũ ait, Adã non est seductus, mulier autẽ seducta est: Postea enim Adam cõsensit mulierĩ, Nam à serpente mulier seducta est. Nec modo potest aliqua mala suasio, nisi carnis tuæ primo desiderium commoueret, cui postea, si mente cõsenseris, cecidit & passer. Si autem uincuntur desideria carnis, tenentur membra ad opera bona, arma concupiscẽtiæ auferuntur, & incipit turtur habere pullos. Propterea quid ibi ait Apostolus? Salua autem erit per filiorum generationem. Mulier uidua sine filijs, si perseuerauerit, nõne beator erit? Nũquid salua non erit, quia non parit filios? Virgo Dei nõne melior erit? Nunquid salua non erit, quia filios non habet, aut ad Deum nõ pertinet? Salua ergo erit mulier, quæ in typo carnis accipitur per filiorum generationem, id est, si faciat opera bona. Sed nõ ubicunq̄ turtur inueniat nidum sibi, ibi ponat pullos suos. In fide uera, in fide catholica, in societate unitatis Ecclesiæ pariat opera sua. Propterea & de illa, quum loqueretur Apostolus, ita subiicit: Salua autem erit per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Permanẽdo ergo in fide, ipsa fides nidus est pullorum tuorũ. Nam propter infirmitatẽ pullorum turturis tuæ, dignatus est dominus præbere tibi unde nidum faceres: indutus est fœno carnis, ut ad te ueniret. In ista fide pone pullos tuos, in isto nido operare opera tua.

Quid nix mysticè significet. Cap. VIII.

Quid nix mysticè significet, diuus ostendit Gregorius libro Moral. 27. cap. 17. & 18. exponẽs illud Job, Qui præcipit niui, ut descendat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ. Quia Psalmista ait: Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Quid hoc loco niuẽ, nisi per lucem iustitiæ candida accipimus corda sanctorum? Aquæ autem ductæ in superioribus constipantur, k k ut niues cor.

Aqua, prædicatorū mentes.

ut niues fiant. Sed quum hæ ipsæ niues ad terram ueniunt, in aquarum iterū liquorem uertuntur. Aquæ igitur sunt prædicatorum mentes, quæ dum ad contēplanda superna se erigunt, altiori intellectu solidantur. Quumq; in summa consideratione rapiuntur, uirtutem consummationis accipiunt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinentur, semetipsis ab alto intellectu modificant, & infirmis humiliter prædicantes, more niuium corda arentium liquatæ, rigant. Niues ergo ad terram de cœlestibus ueniunt, quum sublimia corda sanctorum, quæ iam solida contemplatione pascuntur, pro fraterna charitate ad humilia prædicationis uerba descēdunt. Sicut enim nix terram, quum iacet, operit, quum uerò liquatur, rigat, ita sanctorum uirtus per firmitatem suam apud Deum uitam peccatorum protegit, & per condescensionem suam, quasi liquefacta arentem terram, ut fructus proferat, infundit. Et quia aqua prius ab infirmis trahitur, ut possit à superioribus sparsa reddatur, sancti quicq; etiam, quum in uirtutis arce consistunt, unde eleuati sunt cōsiderant, ne alienæ infirmitatis abiecta contemnant. Quasi ergo aquæ ad terras, de quibus subleuata sunt, redeunt, dū condescendentes iusti peccatoribus, reminisci non desinunt, quod fuerūt. Certè aqua in terris adhuc Paulus fuerat, quum legem carnaliter sapiebat, sed ductus ad cœlestia, in niuē uersus est, quia quod prius infirmum sapuit, ad soliditatem ueræ intelligentiæ commutauit, & tamen condescendens fratribus, quasi nix ima repetijt, quia & post uirtutum culmina, quàm fuerat indignus agnoscit, dicēs: Qui prius fuit blasphemus, & persecutor &c. Ecce quàm clemēter suæ imbecillitatis reminiscitur, ut aliorum æquanimitè infirma patiat. Quasi enim ad terram, de qua sumpta fuerat post cœlum aqua redijt, dum post tantæ suæ contemplationis arcana peccorem se Paulus meminit, ut prodesse humiliter peccatoribus possit. Videamus itaq; aqua hæc in niuis soliditatem uertenda, qualiter trahatur ad summa, ait: Siue mente excedimus Deo. Videamus qualiter ad ima nix redeat, ut dum liquatur, infundat, ait: Siue sobrii sumus uobis. Videamus qua manu ducitur, ut & iacens eleuari ualeat, & subleuata reuocari, ait: Charitas enim Christi urget nos. Quia igitur charitas Christi, quæ sanctorum mētes ad superna subleuat, eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatem condescensionis format, rectè dicitur: Qui præcipit niui, ut descendat in terram. Et lib. 7. cap. 12. exponens illud Iob, Qui timēt pruinā, irruet super eos nix: Pruiua (inquit) inferius gelatur, nix autem de superioribus ruit. Et sæpe nonnulli, dum temporalia aduersa pertimescūt, distractioni se æternæ animaduersionis obijciūt. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Ille namq; ueritatem iam liberè defendere appetit, sed tamen in ipso sup appetitu trepidus, indignationem potestatis humanæ pertimescit, quumq; in terra hominem contra ueritatem pauet, eiusdem ueritatis iram cœlitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius, ea quæ possidet, indigentibus iam largiri desiderat, sed tamē ne datis rebus egeat, ipse formidat. Quumq; carnis subsidia reseruando trepidus præparat, ab alimētis misericordiæ animam necat. Et quum pati in terra inopiam metuit, æternam sibi abundantiam supernæ refectōnis abscindit. Rectè ergo dicitur: Qui timēt pruinam, irruet super eos nix, quia qui conculcanda infirmis metuunt, à summis metuenda patiuntur, & quum transire nolūt, quod calcare poterant, iudicium de supernis accipiunt, quod tolerare nequaquam possunt.

De niue, require in dictione, Aqua, & in dictione, Grando, & in dictione, Frigus.

Quid nox mysticè significet.

Cap. IX.

Nox.

NOx mysticè significat aduersitatem, siue tribulationem, ignorantia obscuritatē, mentis cæcitatē, diabolum, præsentem uitam, siue præsens sæculum, peccatum, & iudicium. Quæ omnia habes in dictione, Dies.

Gregorius. Iob 36. d.

Nubium nomine (ut diuus ait Gregorius libro Mor. 27. cap. 5. & 6.) multa significantur. Vnde exponens illud Iob, Qui de nubibus fluunt: Hi quippe de nubibus gurgites fluunt, quia si ex sanctis Apostolis uis intelligentiæ non inciperet, nequaquam per doctorum ora largior manaret. In scriptura enim sacra aliquando per nubes mobiles quicq; homines, aliquando prophetæ, aliquando autem Apostoli designantur. Per nubes quippe mobilitas humanæ mentis exprimitur, sicut Salomon ait: Qui uentum obseruat, non seminat, & qui considerat nubes, nūquam metit. Ventū proculdubio immundū spiritum, nubes uerò subiectos ei homines appellat, quos totiens huc, illucq; impellit, & reuocat, quoties tentationes eius in eorum cordibus suggestionū flatibus alternat. Qui igitur uentum obseruat, nō seminat, quoniam qui tentationes uenturas metuit, cor ab bona opera non proponit. Et qui cōsiderat nubes, non metit, quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis æternæ retributione se priuat. Per nubes prophetæ figurantur, sicut per Psalmistam dicitur. Tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, occulta sciētia in prophetis. Per nubes quoq; Apostoli designantur, sicut per Esaiam dicitur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. Ipsi igitur stellæ, quia uitæ meritis lucent, ipsi nubes, quia arentem nostri pectoris terram cœlestis intelligentiæ

Nubes, mobiles homines.
Eccis 11. b.
Ventus, immundus spiritus.
Nubes, pphc t.
Psal. 17. c.
Nubes, Apostoli.
Esa. 5. b.

intelligentiæ fluentis rigant. Si enim nubes non essent, nequaq; eos intuēs propheta, dixisset: Qui sunt isti qui ut nubes uolant? Imbrium itaq; gurgites de nubibus fluunt, quia profunda prædicationes sequentium intelligentiæ originem à sanctis Apostolis acceperunt. Et rursum scriptū est: Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum. Quid hoc (inquit) loco aquam, nisi scientiam, quid nubes, nisi prædicatores appellat? Vnde per Psalmistam dicitur: Tenebrosa aqua in nubibus aëris, id est, occulta sciētia in prophetis, qui ante aduentum domini, dum occultis sacramentis grauidi, mysteria immensa gestarent, intuentium oculis, eorum intelligentia caligabāt. Nubium uerè nomine prædicatores sancti, id est, Apostoli designantur, qui per mundi partes circunquaq; transmissi, & uerbis nouerant pluere, & miraculis coruscare. Dicit ergo: Qui ligat &c. quia doctorum prædicationem temperat, ut auditorum infirmitas, dictorum rore nutrita, cōualescat, ut auditores rudes, nō inundatione scientiæ, sed moderata prædicationis distillatione foueantur. Pariter namq; aquæ erumperent, si corā infirmis auditoribus quanta est sciētia ex ore loquētium emanaret, si simul se omnis plenitudo prædicationis effunderet, & nil sibi cum proficiētibus reseruaret. Dignum quippe est, ut qui prædicat, audientis modum consideret, quatenus ipsa prædicatio cum auditoris sui incrementis crescat. Et lib. 8. capite decimoquarto, exponens illud Iob, Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos non ascendit: Nubes (inquit) ad altiora suspenditur, sed densato uento impellitur, ut currat, calore autem solis dissipatur, ut euanescat. Sic nimirū corda sunt hominum, quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emicant, impulsæ autem maligni spiritus flatu, prauis desiderijs suorū motibus huc, illucq; pertrahuntur, sed distracto respectu superni iudicis, quasi solis calore liquefiunt, & semel locis pœnalibus tradita, ad operationis usum ultra non redeunt. Vir igitur sanctus elationis cursum, defectumq; humani generis exprimens, dicat: Sicut cōsumitur &c. Ac si apertè dicat: In altum currendo deficit, qui superbiendo ad interitum tendit, quem si semel culpa ad pœnam pertrahit, misericordiā ulterius ad ueniam non reducit. Si uerò inferni nomine desperatio designetur, sensus est. Quia plerunq; cum peccatione nequitia, etiā desperatio sociatur, & uia iam reuersionis abscinditur. Rectè corda desperantium nubibus comparātur, quia & caligine erroris obscura sunt, & peccatorum multiplicitate condensa, sed cōsumpta pertransiunt, quia claritate extremi iudicij irradiata dissipantur. Et diuus Hieronymus, exponens illud Iob, Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum: Hoc est (inquit) frumentum de quo dominus ait: Triticum autem congregate in horreum meum: Proinde hoc uisum frumentum, doctores quoscq; Ecclesiæ, qui uelut nubes portant aquas Euangelij, audire desiderat, sicut & illi qui erant de hoc frumēto dominico, habitantes Antiochiæ, Pysidiæ, rogabant Paulum & Barnabam, ut loquerentur eis uerbum Dei, quod fecerūt Apostoli suadentes permanere in gratia Dei. Cornelius quoq; ad Petrum ait: Nunc ergo omnes nos in cōspectu tuo assumus audire omnia quæcūq; tibi præcepta sunt à domino. Et Moyses ait: Excipiat uelut pluuia eloquium meū, & descendant sicut ros uerba mea. Vnde & Apostolus ait: Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Hæc nubes potest & ipse dominus, id est, assumptus homo in Deum intelligi, sicut propheta prænucciavit, dicens: Ecce descēdet dominus in nubem leui in Aegyptum, per quem diuina gratia, & doctrina cœlestis, mūdo effundenda prænucciabatur. Et pulchrè nubes leuis dicitur, siue quia ipse saluator peccatū non fecit agnus Dei, siue quia uirgo Maria mater domini nō est uirili semine aggrauata, leuis nubes est dicta. Et nubes spargunt lumen suum, lumen utiq; Euangelij prædicationum coruscatione mittentes, lumen Euangelij spargunt super corda credentium. Et exponens quod paulo inferius eodem libro scriptum est, Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias: Hic (inquit) dum dicit perfectas sciētias, de rationalibus se nubibus euidenter ostendit dicere, & prædicatorum uis, & subtilium sensuum semitis. Dic mihi, quæso, si cognoscere potuisti, quæ semitæ in nubibus sunt magnæ & perfectæ scientiæ. Figurabat hæc dicendo, Apostolicas nubes, quarū una citissima nubes ait ad saluatorem: Tu es Christus filius Dei uiui. Quæ quoniam suspensa à terra, & proxima erat cœlo, respōdet ei dominus: Hoc tibi non reuelauit caro, & sanguis, sed pater meus. Alius uero Apostolus tanquam nubes plena aquis perfectæ scientiæ, à tonitruo Euangelij copiosum imbrem effundit, ita dicens: In principio erat uerbum &c. Quo ualidissimo tonitruo ubique resonante, ut omnem terram ad fidem religionis tremore concuteret, alius in Iudæa per iteratā natiuitatem exortus, uelut parua nubecula ita creuit, & flante spiritu dilatatus est, ut pluuias mysteriorum à sæculis secretorum perfectæ sciētia, usq; in Illyricum spargeret, aliasq; totius mūdi regiones largis effusionibus irrigaret. Et exponens illud Iob, Quū ponerem nubem uestimētum eius: Moraliter (inquit) iuxta auctoritatem scripturæ, nubes sunt unusquisq; ueritatis annūciator, Horū igitur uerbis consolatorijs atq; doctrina, rorādo desuper, ait dominus: Mundū fidelium ab æstu tentationū protexi, eiq; umbram supra promissione æternæ beatitudinis præbui, hoc est, uestimētum per sanctos meos ministros Euangelij ei super mare populorum expandi; ne uidelicet infideli caumate torreretur. Quod

Esa. 60. b.
Iob 26. c.
Aqua, sciētia.
Nubes, prædicatores.
Psal. 17. b.
Iob 7. b.
Nubes, hominū corda.
Infernus, desperatio.
Nubes, desperantium corda.
Iob 37. b.
Matth. 13. e.
Act. 14. d.
Act. 10. f.
Deut. 32. a.
1. Cor. 3. b.
Esa. 19. d.
Nubes leuis, Christus, Beata uirgo.
Iob 37. b.
Matth. 16. b.
Ioan. 1. a.
Rom. 15. e.
Iob 38. d.

etiam mare populorum intra praedicationem perfectam Euangelij positum, propter morum infantiam in quibusdam lactea doctrina, uelut uilioribus uestimentis operitur, eo quod sacratiora mysteria non ualeant intueri: quae sunt eis intelligentiae inuoluta caligine.

De eisdem nubibus.

Cap. X.

Hieronymus.
Psal. 134. b.Nubes sancti.
Psal. 107. a.

Esa. 5. b.

3. Reg. 18. g.

Ibidem.

Deut. 32. d.

Esa. 1. d.

Esa. 5. b.
Marc. 9. e.

1. Cor. 4. b.

Matth. 5. d.

1. Cor. 4. b.

Fulgura unde
generentur.

Cant. 6. d.

Rupertus de
Virgine.
Hortus nucum,
lex.

Matth. 21. d.

Diuus quoque Hieronymus in Epistola de tribus uirtutibus edisserens illud Psalmistae, Et eduxit nubes ab extremo terrae, hoc modo scribit: Istiusmodi disputatio in Psalmo nup incidit, & dictum est a nobis, quomodo Deus eduxerit nubes ab extremo terrae, quod quidem nunc cogitamus rursus tractare: ut & hi qui audierunt, plenissime eorum quae sciunt, reminiscantur: & hi qui aut non interfuerunt, aut oblitii sunt, contextum sermonis agnoscant: quae tunc prout ualuimus, exhibuimus. Diximus autem sanctos esse nubes. Etenim hoc quod scriptum est, Veritas tua usque ad nubes: non potest referri ad inanimales nubes, sed ueritas Dei usque ad illas nubes est, quae audiunt mandatum domini, & nouerunt quod pluuia deferant, & a quibus eas suspendant. De his nubibus dictum est: Et mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. De his enim quae ex densa aere constare dicuntur: si non fuerit pluuia, non praecipit dominus, ne pluant super uineam, aut super quamcunque regionem, imbrem, sed omnino non appareret, ut in tertio Regum libro legimus, quando in tempore siccitatis nubes nulla apparuit, & postea iuxta prophetiam Heliae futurae pluuiae signum in uestigio hominis ostensum est, atque ita post nubem conglobatam, imber descendit ad terras. Istis uero quasi subsistentibus nebulis, iubetur pluuia continere, quam indigna fuerit anima imbre caelesti, & dicitur: Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam, imbrem. Itaque unusquisque sanctorum nubes est. Moyses nubes erat, & quasi nubes loquebatur: Attendite caeli quae loquar, & audiat terra sermones ex ore meo. Expectentur ut pluuia uerba mea, & descendant ut ros eloquia mea. Si non fuisset nubes, nunquam dixisset: Expectentur ut pluuia uerba mea, & descendant ut ros eloquia mea. Quasi nubes dicebat, ut imber super gramen, & pruina super foenum, quia nomen domini inuocauit: Similiter & Esaias, ut nubes loquebatur: Audi caelum, & auribus percipe terra, quia dominus locutus est. Et quia nubes ipse erat, & sciebat alias nubes coprophetantes sibi, ideo uaticinans aiebat: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. Si autem iam didicimus qui sint nubes, uideamus quomodo Deus educat nubes ab extremo terrae. Ait saluator: Qui uult in uobis esse primus, sit omnium nouissimus. Seruauit hoc mandatum Paulus: & fuit nouissimus in hoc mundo, dicens: Puto enim Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, quasi mortificatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Si quis ergo sanctus custodiens praecipuum domini saluatoris, factus fuerit in hac uita nouissimus, iste fit nubes. Et eduxit Deus nubes, non a finibus terrae, non a consiliis, non a ducibus, non a diuitibus, sed ab extremis terrae. Beati enim pauperes, quoniam uestrum est regnum caelorum. Vides quomodo ab extremis terrae educat Deus nubes, & corporeas nebulas: Propterea si uolumus nubes fieri ad quas peruenit ueritas Dei, nouissimi omnium fiamus, & tam affectu, quam opere dicamus: Puto enim nos Deus Apostolos nouissimos ostendit. Quod si non sum Apostolus: licet tamen mihi fieri extremum, ut educer nubes ab extremo terrae, educat & me, & fulgura in pluuia faciat. Aiunt naturalium causarum scrutatores, quia fulgura ex nubium collisione generentur, more silicium duriorum: quos, quam copiosius, id est, colliseris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire: tonitruo, scilicet sonituum inducante concursus, & fulgura excussi luminis claritate. Si intellexisti exemplum, considera nunc nubes rationales. Moyses nubes erat: Iesus Naue nubes erat. Isti si secum colloquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias & Baruch nubes erant: sermocinentur inuicem, & uidebis rutilare fulgura. Potes & tu ipse de scripturis sanctis in hunc modum nubium inuenire concursus, ex quibus ignes emittantur. Ut autem & ad nouum testamentum ueniamus: Paulus & Sylluanus duae nubes in unum conuenerunt, & ecce totum mundum epistolae eorum fulgor illuminat. Fulgura in pluuia fecit, & eduxit uentos de thesauris suis.

Nuces quod mystice significet, regre in dictione, Hortus. Et Ruptus exponens illud Cantico, Descendi in hortum nucum &c. id est, descendi de caelis in hortum meum, hortum nucum. Factus sum enim ex te muliere, factus sub lege, quae nimirum lex sic mihi est, tanquam hortus nucum. Denique sicut nux sub amaro cortice, intra testam duram, dulcem, & ad uescendum suauem continet nucleum, ita sub amara uoce, uel occidente litera, & durissimo iugo ceremoniarum, suauem, atque uiuificam continet spiritum. Ad quid huc descendit? Ut uiderem poma conuallis, & inspicerem si florisset uinea, & germinassent mala punica. Verum quod e contra euenit, illud cantabile non est, ad Cantica Cantico non pertinet. si quidem respicias causam illorum, qui illi descensui meo, nimis ingrati fuerunt. Amici nostri, & filiae Hierusalem adolescentulae nostrae iandudum rem gestam bene nouerunt, secundum illam parabolam, quam dixi, quae est huiusmodi: Homo erat paterfamilias,

terfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular &c. usque, Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur &c. usque, occiderunt eum. Secundum (inquam) parabolam illam, ego descendi in hortum nucum, id est, sub lege factus sum, ut uiderem poma conuallis, id est, ut consolarem eos, qui me expectabant in spiritu humilitatis. Iuxta illud: Spiritus domini super me, eo quod unxerit me dominus. Ad annunciandum maueris misit me, ut mederer contritis corde, & praedicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem &c. Non solum autem, sed & ut inspicerem, si florisset uinea, illa nimirum uinea, de qua scriptura prophetica dicit: Uinea facta est dilecto in cornu filio olei &c. usque, uinea enim domini exercituum, domus Israel est. At illi agricolae eiecerunt, & occiderunt me, uerum tamen licet haec mihi fecerint, aliqua pars eorum tandem poenitens, istud carabile dixit: Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.

INCIPIIT LIBER DVODECIMVS, AD MYSTICOS
SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Deum obdurare quempiam quomodo intelligendum.

Cap. I.



Vo pacto Deus dicatur quempiam obdurare, diuus ostendit Gregorius lib. Mor. 11. cap. 5. exponens illud Iob, Si destruxerit, nemo est qui aedificet: Omnipotens Deus (inquit) humanum cor destruit, quum relinquit, aedificat, dum replet. Neque enim humana mentem debellando destruit, sed recedendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Vnde plerumque fit, ut quum audientis cor, exigentibus culpis, omnipotentis Dei gratia non repletur, in casum exterius a praedicatorum moneatur, quia mutum est os omne quod loquitur, si ille interior in corde non clamet, qui aspirat uerba quae audiuntur. Hinc propheta ait: Nisi dominus aedificauerit domum, in uanum laborant qui aedificant eam. Hinc Salomon dicit: Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quae ille despexerit. Nec mirum si a corde reprobo praedicator minimè auditur, dum nonnunquam ipse quoque dominus in his, quae loquitur, resistentium moribus impugnatur. Hinc est enim, quod Cain & diuina uoce admoneri potuit, & mutari non potuit, quia exigente culpa malitiae, iam intus Deus cor reliquerat cui foris ad testimonium uerba faciebat. Bene autem subditur: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia omnis homo per id quod male agit, quid sibi aliud, quam conscientiae suae carcerem facit, ut hunc animi reatus premat, etiam si nemo exterius accuset: Qui quum iudicante Deo, in malitiae suae caecitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne euadendi locum inueniat, quem inuenire minimè meretur. Nam saepe nonnulli a prauis actibus exire cupiunt, sed quia eorundem actuum pondere premuntur, in malae consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod recte se agere aestimant, in grauiore culpas uertunt, fitque modo miserabili, ut quod exitum putant, hoc inclusionem inueniant. Sic uidelicet reprobis Iudas, quum mortem sibi contra peccatum intulit, ad aeternae mortis supplicia peruenit, & peius de peccato poenituit, quam peccauit. Dicatur ergo: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia sicut nemo obsistit largitati uocatis, ita nullus obuiat iustitiae relinquentis. Includere enim Dei, est clausis non aperire. Vnde & ad Moysen dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor eius. Obdurare quippe per iustitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. Recludit itaque hominem, quem in suorum operum tenebris relinquit. Et capite sexto. Quasi enim aperire hanc inclusionem cum Isaac primogenito filio uoluit, quum hunc fratri praepone bene dicendo conatus est. Sed filium, quem pater uoluit, dominus reprobaui, & quem dominus uoluit, pater etiam nolendo benedixit, ut qui primogenita fratri pro esca uediderat, primogenitorum benedictionem non acciperet, quam ex cupiditate gulae reliquisset, qui terrena ambiens, fugitiua sequens, haereditate cupiens benedictionem, reprobatus est. Non enim inuenit poenitentiae locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam, quia uidelicet fructum non habent lamenta, quae student cum gemitu desiderare peritura. Aperire itaque Isaac nec filio potuit, quem Deus omnipotens iusto iudicio in suae carcere malitiae inclusit. Et homilia 11. super Ezechielem, Ego indurabo cor eius: Non enim (inquit) cor peccantis dominus obdurat, sed obdurare dicitur, quum ab obduratione non liberat. Misericors enim Deus tempus nobis ad poenitentiam relaxat, sed quum eius gratia patientiam nos ad augmentum uertimus culpa, hoc ipsum tempus, quod ad parcendum pie disposuit, districtius ad ferendum uertit, ut quia reuertit quis etiam spacio temporis accepto noluerit, per hoc mala sua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, si conuerti uoluisset. Vnde scriptum est: Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duriciam autem tuam, & cor impoentens, thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij Dei. De benignitate ergo omnipo-

kk iij tentis

tentis Dei iram sibi in die iræ reprobis thesaurizat, quia dum ad poenitendum tempus accipitur, & ad peccandum exhibetur, ipsum remedium gratiæ uertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens Deus quia collocata remedia conspiciat ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem, quam contulit, in iudicij districtiōnem uertit, ut inde post amplius feriat, unde modo amplius expectat. Et quia homo deferere malū nō uult, ut uiuat, auget unde moriatur. Sed siue iustus in culpa, siue peccator in morte corruat, speculatori timendū est, ne hunc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat.

Quid obumbratio, & occidens mysticè significet.

Cap. II.

Iob 40. c.

Luc. 1. d.
Vmbra, incarnatio
natio domini.
Vmbra, cordis
refrigerium.
Psal. 16. c.
Cant. 2. d.
Vmbra, corporis
frigida mentis.

Matth. 24. b.
Gen. 3. d.

Vmbra, mors,
reprobis.
Psal. 43. d.

Apo. 6. b.

Lib. Moral. 16.
cap. 23. b.
Iob 23. b.

Obumbratio quid mysticè significet, diuus manifestat Gregorius libro Moral. 33. cap. 3. exponens illud Iob, Sub umbra dormit &c. Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio domini ponitur, uel mentis refrigerium à feruore carnalium cogitationum, unde appellatione umbræ ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari solet. Aliquādo uerò umbra recedente charitate, torpor frigida mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio seruata ueritate historice obumbrationis appellatione signetur, Angelicus sermo testatur, qui ad Mariam ait: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Quia enim umbra non aliter exprimitur, nisi per lumen, & corpus, uirtus ei altissimi obumbrabit, quia in eius utero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua uide licet obumbratione, omne in se refrigerium mentis accepit. Rursum per umbrā ex superna protectione refrigerium cordis exprimitur, sicut Psalmista ait: Sub umbra alarum tuarū protege me. Vel sicut sponsa in Canticis Canticorum aduentum sponsi prætolata prænunciat, dicens: Sub umbra illius quem desideraueram, sedi. Ac si dicat: Ab æstu carnalium desideriorum sub aduentus illius protectione requieui. Rursum per umbram recedente charitate, torpor frigida mentis exprimitur, sicut de peccante homine scriptum est, quia secutus est umbram. Calorē enim charitatis fugiens, ueritatis solē homo deseruit, & sub umbra se interni frigoris abscondit. Vnde & uoce eiusdem ueritatis dicitur: Abūdabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum. Vnde primus homo post culpam inter arbores paradisi ad auram post meridiem abscondus inuenitur. Quia enim meridiana charitatis calorem perdiderat, iam sub peccati umbra, quasi sub frigore auræ torpebat. Iste igitur Behemóth, quia in illis quasi quādam requiem inuenit, quos à ueri Solis ardore subtrahendo frigidus facit, sub umbra dormire perhibetur. Nonnūquam uero per umbram (si tamē cum adiectione mortis ponatur) uel mors carnis exprimitur, uel quilibet reprobis, qui antiqui hostis tenebras studio prauæ operationis imitantur. Vnde uoce martyrum per Psalmistam dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Vmbra enim mortis electos Dei opprimit, quum mors carnis, quæ imago mortis æternæ est, ab hac eos uita distungit, quia sicut illa animam à Deo, ita hæc ab anima separabat corpus. Vel certè eos umbra mortis opprimit, quia de antiquo hoste scriptum est: Nomen illi mors. Vmbra ergo mortis sunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur, eiusq; imaginem, quasi umbram expriment, dum eius in se malitiæ similitudinem trahunt. Qui electos Dei operiūt, dum contra illos in atrocitate persecutionis temporaliter conualescunt. Hoc autem loco umbra, nequitia torpor accipitur, in qua iste Behemóth dormit, quia contra corda charitate calientia sollicitus uigilat, in frigidis autem mentibus, securus iacet. Dormire in sanctorum mentibus non potest, quia & si quando se in eis ad breue momētum collocat, ipse eum desideriorum cœlestiū æstus fatigat, & quasi totiens, ut recedat, pungitur, quotiens ab eis amore intimo ad æterna suspiratur. Tantæ eum uoces excitant, quantæ ex illorū mentibus sanctæ cogitationes ad cœlum clamant. Vnde fit, ut bonarū actionum armis territus, ac spiritorum spiculis percussus fugiat, & ad corda reproborum frigida rediens, eam, quam securus possidebat, malitiæ umbram quærat. Quæ, ubi ab illo inueniatur, ostēditur, quum protinus subiungitur, In secreto calami.

Quid autem occidens mysticè significet, diuus enarrat Gregorius, exponens illud Iob, Si ad orientem iero, non apparet, si ad occidentem, non intelligam eum &c. Creator omnium (inquit) in parte non est, quia ubiq; est. Et tunc minus inuenitur, quando is, qui totus ubiq; est, in parte quæritur. Incircūscriptus nāq; spiritus omnia intra semetipsum habet, quæ tamē & implēdo circūdat, & circūdādo implet, & sustinēdo trāscendit, & transcēdēdo sustinet. Et infra: Quæ tamē uerba, intelligi & aliter possunt. Ad orientē quippe imus, quū mentē in cōsideratione maiestatis eius attollimus. Sed nō apparet, quia qualis in natura sua est, à cogitatione mortali uideri nō praualeat. Si ad occidentē, non intelligā eum. Ad occidentem imus, quū subleuatū in Deo cordis oculum, sed ipsa immensitate luminis reuerberatum, ad nosmetipsos reducimus, & lassati discimus ualde super nos esse quod quærebamus, nostramq; mortalitatem cōsiderantes, indignos nos adhuc esse deprehendimus, qui immortalitatem uidere ualeamus. Et libro 1. cap. trigésimoprimo: Eratq; uir ille mag

ille magnus inter omnes orientales: Tunc (inquit) magni inter omnes orientales efficitur, quū eis spiritibus, qui orientali luci inhærent, pressa carnalis corruptionis nebula, discretionis nostræ radijs, in quantum possibilitas suppetit, sociamur. Vnde & per Paulum dicitur: Nostra conuersatio in cœlis est. Quisquis temporalia, ac defectiua sequitur, occasum petit: quisquis uerò superna desiderat, quia in oriente habitat, demonstrat. Magnus ergo, nō inter occidentales, sed inter orientales efficitur, qui non inter malorum actiones, ima, & fugitiua quærentium, sed inter choros proficere superiorum ciuium conatur.

Quid octaua, siue octonarius numerus mysticè significet.

Cap. III.

Quid octaua, uel octonarius numerus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius homilia super Ezechielem decimafexta, exponens illud Ezechielis, Vir cuius erat species, quasi species aeris mensus est uestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius, duobus cubitis. Ac ne hoc uestibulum extra portam esse crederemus, subditur: Vestibulū autem portæ erat intrinsecus. Quid ergo per interius uestibulū, nisi æternæ uitæ latitudo signatur? Quæ modo inter angustias uitæ præsentis iam spe, mēte concipitur. De qua per Psalmistam dicitur: Intrate portas eius in confessione, atria eius in hymnis confessionum. Quum enim peccata nostra per lachrymas cōfitemur, angustæ uitæ portam ingredimur. Sed quum post hæc ad æternam uitam perducimur, portæ nostræ atria in confessionum laudibus intramus, quia ibi iam angustia non erit, quum nos lætitia æternæ solennitatis assumpserit. Propter confessionis nostræ angustiam dominus dicit: Intrate per angustam portam. Et quum se Psalmista recipere in latitudine gaudia æterna præsumperat, dicebat: Statuisti in loco spaciofo pedes meos. Ad atrium per portam tenditur, quia ad latitudinem solennitatis pertingitur ab angustia confessionis. Illa itaque gaudia, quæ apud David atria, apud Ezechielem uestibulum intrinsecus uocatur. Vnde & hoc ipsum uestibulum octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi enim omnes recipiendi sunt, qui nunc in exercitio operis laborant, & ad æterna gaudia per contemplationis gratiam suspirant. Nec immeritò mensura uestibuli in octo cubitis ponitur, quia septem diebus uniuersum tempus euoluitur. Æterna etenim dies, quæ expleta septē dierum uicissitudine sequitur scilicet, octaua est. Vnde etiam Psalmista resurrectionis diem cōsiderans, quia de extremi iudicij districtiōne erat locuturus, præmisit titulum, dicens: In finem psalmus David pro octaua. Vt enim quam octauam diceret, demonstraret, diem illā tremēdi terroris in Psalmita inchoatione secutus est, dicens: Dñe ne in ira tua arguas, neq; in furore tuo corripas me. Modo enim quisquis per flagella corripitur, & correptionibus emendatur, in māsuetudine corripitur, nō in ira. In districto autem illo examine omnis arguitio, atq; correptio ira est, quia uenia post correptionem nō est. Huius octonarij numeri causa est, quod post sabbatum dominus uoluit à morte resurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius est à morte dominica, à cōditione dierum numeratur octauus, quia septimum sequitur. Vnde & ipsa uera redemptoris nostri passio, & uera resurrectio figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis suæ. Sexta enim feria passus est, sabbato quieuit in sepulchro, dominico die, resurrexit à morte. Præfens etenim uita nobis adhuc sexta est feria, quia in doloribus ducit, & in angustijs cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro quiescimus, quia requiem animæ post corpus inuenimus. Dominico uerò die, uidelicet à passione tertio, à cōditione (ut diximus) octauo, iam corpore à morte resurgemus, & in gloria animæ etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mirè saluator noster fecit in se, hoc ueraciter significauit in nobis, ut nos dolor in sexta, & requies in septima, & gloria excipiat in octana. Hinc per Salomonē dicitur: Da partes septem, necnō & octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram. Partes etenim septem simul & octo damus, quādo sic ea, quæ septem diebus euoluuntur, disponimus, ut per hæc ad bona æterna ueniamus. Vt dūmodo cautè agitur, postmodum ueniētis tremēdi iudicij ira deuitetur. Octo itaq; cubitis uestibulum mēsuratur intrinsecus, quia per lucem, quæ post septem dies sequitur, latitudo nobis æternitatis aperitur. Sed nemo ad illā uenit, nisi qui hūc dilectionem Dei, & proximi deuota mēte tenuerit. Et homilia 20. Per octauum (inquit) numerum, & dies æterni iudicij, & carnis resurrectio designatur. Vnde & psalmus qui pro octaua scribit, à pauore iudicij est inchoatus, quū dicitur: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripas me. Nūc enim tempus est misericordiæ, in illo autem iudicio dies iræ. In quo uidelicet die omne hoc tēpus finit, quod septē diebus euoluitur. Et quia post septē dies sequitur, iure octauus appellatur. In quo & caro nostra resurgit ex puluere, ut siue bona, siue mala, quæ egit, recipiat à ueritate. Vnde & per legē quoque octauo die fieri circūcisio iubetur. Nam per membrū, quod circūciditur, mortalis propagatio generat, decedentiū quoq; & succedentiū numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorū nec carnis iam propagatio agit, & decessio, atq; successio nulla erit, quia sicut scriptū est: Neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut Angeli in cœlo, octaua die præcipitur præputium incidī. Ibi

kk iij enim

enim locum iam carnis propagatio non tenet, ubi resurgens caro, perseverantiam aeternitatis habet. Per hoc uerbum mater uirgo descendit, quae Deum in utero sine uirilium carnis admixtione concepit, qui primus nobis aeternae patriae gloriae in sua resurrectione monstravit. Qui resurgens a mortuis, iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Nobis quoque exemplum dedit, ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus, quae facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Et prologo in septem psalmos poenitentiales: Pro octava (inquit) psalmus iste factus asseritur, quia pro consideratione futurae resurrectionis, domino decantatur. Omne praesentis uitae tempus septem diebus euoluitur, & ideo aeterna dies, quae expleta horum dierum uicissitudine futura est, octava uocatur. Et quia pro consideratione extremi iudicii psalmus iste concinitur, recte pro octava intulatur. Vel quia sequitur finem carnalis, & spiritualis generationis, ideo octava die resurrectionis. Caro enim ex quatuor constat elementis, anima tribus uegetatur naturis. Est enim rationalis ad discernendum, concupiscibilis ad uirtutes appetendum, irascibilis ad uitia auersandum. De hac enim ita per eundem prophetam dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Quod enim se contra seipsum erexerit, & zelo rectitudinis inflammatus, contra uitiorum se importunitates uiriliter commouerit, in conspectu interni iudicis nequaquam delinquit. Vel secundum quosdam octava dicitur, quia sequitur sex aetates in hoc saeculo uiuentium, & septimam dormitium iustorum. Et diuus Hieronymus exponens illud Micheae, Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines (uel octo morsus hominum) &c. Suscitabimus (inquit) super eum septem pastores &c. Suscitabimus autem ego, & filius meus, & spiritus sanctus, iuxta illud quod in Genesi scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et in Abdiae principio: Surgite, & ascendamus aduersus eam in praelio. Septem pastores, omnes patriarchas, & prophetas, & sanctos uiros arbitror esse, qui hebdomadi, id est, ueteri seruiuerunt instrumento. Octo autem morsus hominum, siue octo primates homines, & (ut Symmachus interpretatur) *χριστοὺς*, uniuersos noui testamenti, qui ab Apostolis, usque ad hanc aetatem momorderint Assyriam, & suis dentibus lacerauerint. Vnde & in Ecclesiaste praecipitur ut demus septem partes, demus & octo. Et in templo Ezechiel, quod interpretatur Ecclesia, & caelestis Hierusalem septem, & octo gradibus ascenditur. Et in Psalterio quindecim gradus sunt, quibus per hebdomadam, & octo ad canendas Deo laudes scandimus. In octava die celebratur circuncisio spiritualis, & in templo Iudaeorum destruitur sabbatum, & quidam Psalmi pro octava inscribuntur. Isti igitur septem pastores, & octo morsus hominum, pascent Assur. Viues enim, & efficax sermo Dei, & acutus super omnem gladium bicipitem, missus est ab eo, qui uenit gladium mittere super terram, ut diuidantur duo in tres. Et Rupertus exponens illud Canticorum, Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus &c. Quid est hoc dicere, nisi quod & si multae sunt fideles, & propter fidem, quae per dilectionem in eis operatur, laudabiles, nulla tamen earum tibi similis est, sicut ueraciter praedicamus, quia nec primam similem uisa es, nec habere sequentem. Nam reginae dicuntur recte illae animae, quae perfectae charitatis sunt, in eo uidelicet, quod eundem dilectum tuum sequentes, nihil terrenum, sed ipsum solum quaerunt, nec propter gehennae metum, sed propter amorem uitae tuae aeternae peccatum fugiunt, uirtutemque amando, iniquitatem oderunt. Concubinae uero sunt illae, quae sub timore seruiunt, nec eius perfectionis, ut super praecipuum uelint addere consilium, scilicet hoc, ut relictis omnibus solum sequantur hunc dilectum, habentes quidem in fundamento Christum, sed nihilominus amantes aliquas, quae huius mundi sunt. Quod porro uolunt sibi numeri isti decem senarius, atque octonarius. Valeret utique, quia primam symphoniam efficiunt, quam musici nominant diatessaron. Est enim in eis habitudo, quam Epitriton, id est, sesquiterciam dicunt, quia maior numerus, uidelicet octoginta, minore numerum, scilicet sexaginta, totum in se continet, & eius insuper tertiam partem, id est, uiginti. Et haec proportio numerorum in musica sex reddit diatessaron, quod interpretatur de quatuor, & idcirco sic uocatur symphonia haec, quia de quatuor chordis, siue uocibus constat, cum duobus tonis habens semitonium. Igitur sexaginta reginae, & octoginta concubinae, id est, animae, quae uerbo Dei insistant, & uerbi Dei ita participes factae sunt, ut facere possint doctrinae fructum, meritis quidem, secundum quod supradictum est, differunt, sed fidei consonantiam per unitatem confessionis in auribus dilecti suauiter resonant. Quomodo autem numeri isti octonarius, & senarius, qui hic multiplicauerunt denarium, ab inuicem differunt, ut merito per senarium reginas, & per octonarium uoluerit designare concubinas. Videlicet eodem differunt, quod senarius numerus perfectus, octonarius uero imperfectus, ac diminutus, atque usque ad extremas unitates secabilis est. Perfectus quippe est, & perfectorum primus numerorum senarius, quia suis ex partibus constituitur. Habet enim dimidiam, id est, tres, tertiam, id est, duo, octauam, id est, unum, quae partes simul collectae, septenarium faciunt, minorem uidelicet summam ipso octonario, cuius partes sunt. Claret igitur & ista causa, cur senarius reginis, & octonarius concubinarum, magisque octonarius

Rom. 6. b.

Psal. 6. a.

Psal. 4. a.

Michea 5. b.

Gen. 1. b.

Abdia 4.

Eccles. 11. a.

Ezech. 40. d.

Psal. 6. a.

Heb. 4. b.

Matth. 10. d.

Rupertus.

Cantic. 6. c.

Galat. 5. b.

Reginae, perfectae charitatis anime.

Concubinae, anime quae sub timore seruiunt.

Matth. 19.

Senarius numerus perfectus. Octonarius numerus imperfectus.

reginis, & senarius congruat concubinis. Adolescentularum non est numerus, id est, abundat in Euangelio plures, quam ad caelestes pertineat thalamos, iuxta illud: Annunciaui, & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Adolescentulae namque recte dicuntur, quae nondum saltem ad timorem Dei profecerunt, & propter hoc custodia indigent, uel magisterio hominum, qui necdum intus diuini timoris, seu amoris habent magisterium, & multae ex huiusmodi (quod ualde pauendum est) inueniuntur extra numerum, quia de adolescentia nunquam ad perfectam aetatem perueniunt, aetatem interioris hominis, quam quidam amicorum insinuas, occurramus (ait) in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Iesu Christi.

Quid oculus mystice significet.

Cap. III.

Quid oculi mystice significant, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorum, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum: Bis pulchram sponsus sponsam suam uocat, quia cui dilectionem Dei, & proximi donat, geminam pulchritudinem ei inserit, qua delectatur, & quam laudat. Cuius oculi bene columbarum esse perhibentur, quia dum in temporalibus gemit, & ad aeterna desideria rapitur, in simplicitate sensus suos custodit, & carnales concupiscentias detestatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene sancta anima columbae comparatur, quia dum reprobis quique in amore mundi garrunt, & laetantur, mens electa in caelesti desiderio atteritur, quia timet ne amittat quod diligit, dum differitur. Possunt etiam per oculos columbarum, Ecclesiarum praedicatores intelligi, qui simplicitatem quam praedicant, seruant, & uisibilia contemnent, ad aeterna cum magnis gemitibus anhelant. Idem habes Canticorum quarto a. Et exponens illud Canticorum quarto, Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Per oculos sponsae sanctae Ecclesiae praedicatores (sicut scriptum est) designantur. Per crines uero, populi multitudo figuratur. Per collum autem sancti capitis, & coporis coniunctio demonstratur, quae fides Ecclesiae intelligitur. Per hanc enim caput, & corpus coniunguntur, dum Christo quisque eodem tenacius inhaeret, quod fidelior in bona conuersatione habetur. In uno ergo oculorum, & in uno crine colli sponsae sponsus uulneratur, quia profecto usque ad mortem crucis afficitur, ut unitas praedicatorum, & plebis in Ecclesia confirmetur. Et exponens illud Canticorum, Oculi tui sicut piscinae in Efebon, quae sunt in porta filiae multitudinis: Efebon (ait) cingulum mceroris interpretatur. Oculi ergo sponsae sicut piscinae in Efebon dicuntur, quia dum de peregrinatione sua contristantur, & mcerore corroborati, contra spirituales hostes accinguntur, lachrymis se lauant, ut per eos populi conuenienter coram Deo mudentur. In porta autem filiae multitudinis sunt, quia in fide stant, per quam Ecclesiae multitudinem ad caelestia introducunt. Et lib. Moral. 13. cap. 17. exponens illud Iob, Et oculi filiorum eius deficient: Quia dum (inquit) intentiones hominum ad sola terrena speranda excitat, hoc illos amare facit, quod diu tenere non possunt. Neque enim ualet amoris prauis intentionibus permanere, quando & hoc quod amat, ipsumque qui amat, constat sub celeritate deficere. Et lib. 19. cap. 10. exponens illud Ezechielis, Quod animalia in circuitu, & intus plena oculis erant: Quisquis (inquit) exteriora sua honeste disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti uero omnes, quia & exteriora sua circumspiciunt, ut bona de se exempla fratribus praebant, & interiora sua uigilanter attendunt, quia sese irreprobabilis interni iudicis obtutibus parant, & in circuitu oculos, & intus habere perhibentur, magisque se quod Deo placeat, in sua interna componunt, sicut per Psalmistam quoque de sancta Ecclesia dicitur: Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, iure de ea subdidit: In ambrijs aureis circumamicta uarietatibus, ut & pulchra sibi intus sit, & alijs foris, & se prouehens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla. Et diuus Hieronymus exponens illud Euangelicum, Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum &c. Quia supra (inquit) de concupiscentia mulieris dixerat, recte nunc cogitationem, & sensum in diuersa uolitantem, oculum nuncupauit. Per dexteram autem, & caeteras corporis partes, uoluntatis, & affectus initia demonstrantur, ut quod mente concipimus, opere compleamus. Cauendum est igitur, ne quod in nobis optimum est, cito labatur in uitium. Si enim dexter oculus, & dextera manus scandalizant, quantomagis ea, quae in nobis sinistra sunt: Si enim anima labitur, quanto plus corpus, quod ad peccata procliuus est. Aliter: In dextero oculo, & dextera manu, fratrum, uxorū, & liberorum, atque affinitum, & propinquorum monstrat affectus, quos si ad eandem pladam ueram lucem nobis impedimento esse cernimus, debemus tricare istiusmodi portiones, ne dum uolumus lucem caeteros facere, ipsi in aeternum pereamus. Vnde dicitur & de sacerdote magno, cuius anima Dei cultui dedicata est: Super patre, & matre, & filiis non polluet, id est, nullum affectum sciet, nisi eius, cuius cultui dedicatus est. Et Hilarius, Si oculus &c. Fit innocentiae gradus celsior, & profectus fides sumit. Carere enim non solum proprijs uitijs, sed & extrinsecus insidens admonemur. Non enim ex causis peccantium membrorum corporis danae praecpta sunt. Dextero enim oculo non minus sinister

Ephef. 4. c.

Gregorius.

Cantic. 1. d.

Oculi, dilectio

Dei, & proximi.

mi.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

Columba, anima.

sinister erraret. Certè pes sensu concupiscentiæ carens, dāno inutilis est, in quē poenæ causa nō inci-
det. Sed quia diuersa inuicē mēbra, corpus tamen omnes, unum sumus, abscere à nobis, uel potius
eruere propinquitates charissimorū hominū admonemur, si in illis aliquid tale cernamus, ne incon-
fortiū criminis eorū de familiaritate ueniamus, rectius utilibus, & maximè necessarijs, tanq̄ oculi,
& pedis membris carentes, q̄ usq; in societate gehennæ uitiosæ propinquitatis teneamur affectu.
Esset autem abscisio membrorum utilis, si & cordis esse posset executio. Quū enim concupiscētia
efficientiæ cōparetur, damnū corporis ociosum est, relicto uolūtatis instinctu. Et Theophylactus,
Si oculus &c. Oculū, & manū audiēs, ne existimes de mēbris his dici. Non enim apposuit, dexter,
uel dextera, sed de his, qui uidentur esse amici, & nocent nobis, ut exempli gratia: Adolescens est,
cui sunt amici intemperātes, à quibus damnū accepit. Hos igitur amputa (inquit), Fortassis enim &
illos seruabis, ubi hoc perfererint. Quod si minus, certè uel te ipsum. Iam si amas illorū amicitiam,
utrinq; peribitis. Et Cyrillus libro 12. in Ioānem, cap. 28. Si oculus dexter tuus &c. Quod enim à
felicitate nostra nos semouet, etiā si amicitia lege nobis cōiungitur, etiam si natura ipsa, & sanguis
nis propinquitate copulatur, nō nostrum, sed alienum, & hostile putādum est. Et Augustinus lib. 1.
de sermone domini in mōte, Si oculus &c. Hic (inquit) magna opus est fortitudine ad mēbra præ-
scindēda. Quicquid enim est quod significat oculus, sine dubio tale est, quod uehementē diligitur.
Solet enim & ab eis, qui uehementer uolūt exprimere dilectionem suā ita dici: Diligo eum, ut ocu-
los meos, aut etiam plusquam oculos meos. Quod autē additū est, dexter, fortasse ad augendā uim
dilectionis ualet, ut iste sit sensus: Quicquid illud est, quod ita diligis ut pro dextro oculo haheas, si
scandalizat te, id est, si tibi impedimento est ad ueram beatitudinem, erue illum, & proijce abs te.
Expedi enim tibi, ut pereat unum horum, quæ ita diligis, ut tanquam membra tibi hæreant, quàm
totum corpus &c.

Quid oleum mysticè significet.

Cap. V.

Quid oleum mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moral. 19. cap. 13. exponēs il-
lud psalmistæ, Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: Potest (inquit) nomine olei
ipsa sancti spiritus unctio designari, de qua per prophetam dicitur: Cōputrescit iugum à facie olei.
Iugū quippe à facie olei cōputrescit, quia dum sancti spiritus gratia unguimur, à captiuitatis nostræ
seruitute liberamur, dumq; maligni spiritus dominatio superba repellitur, iugum cōteritur, quo li-
bertatis nostræ colla premebatur. De hoc rursus oleo scriptum est: Vineam factam est dilectio meo in
cornu filio olei. Filius quippe olei, fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti spiritus
unctione generatur. Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depressa, dona spiritus, &
mira, quæ nunc habet prædicamenta ad memoriam reuocet, & suū silentium deploret, dicēs: Petra
fundebat mihi riuos olei. Et libro Moral. 8. cap. 31. Oleum (inquit) à proximis petere, est gloriā bo-
ni operis à testimonio alieni oris implorare. Mens etenim uacua cū cunctis suis laboribus nihil se
intus tenuisse inuenit, testimoniu foris quærit. Et lib. Moral. 19. cap. 12. exponēs illud Iob, Et pe-
tra fundebat mihi riuos olei: Quia (inquit) petra nomine Christus accipiē, prædicator egregius fa-
tetur, dicēs: Petra autē erat Christus. Quæ uidelicet petra nūc ad usum sanctæ Ecclesiæ olei riuos
fundit, quia in eo loquēs dominus prædicamēta unctionis intimæ emanat. De hac petra olei riuus
exiit, liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, & liber Ioānis. In diuersis huius mūdi partibus quot
prædicamēta ædidit, tot petra hæc per ora Apostolorū omnium olei riuos fundit. Toties adhuc de
petra hac olei riuus funditur, quoties à sancto spiritu unguēdis mētibus auditorum, ea quæ in libris
ueteribus de Christo dicta sunt, explanātur. Et riuus uocatur olei, quia decurrūt, & unguūt. In quibus
quisquis tingitur, quisquis ungitur, interius impinguatur. Et homilia duodecima in Euāgelia expo-
nens illud Euāgelicum, Quinq; fatuæ acceptis lampadibus nō sumpserūt oleum secum, prudentes
autē acceperūt oleū in uasis &c. Per oleū (inquit) nitor gloriæ designatur, uascula autē nostra sunt
corda, in quibus ferimus cūcta quæ cogitamus. Prudentes ergo oleū in uasis habēt, quia nitorē glo-
riæ intra cōscientiam retinent, Paulo attestāte, qui ait: Gloria nostra hæc est, testimoniu cōscientiæ
nostræ. Fatuæ autem uirgines, oleum secum nō sumūt, quia gloriam intra cōscientiam nō habent,
dum hæc ab ore proximorū quærūt. Notādum uerò quod omnes lampades habēt, sed omnes oleū
nō habent, quia plerunq; bona in se opera cum electis, & reprobis ostendūt, sed soli ad spōsum cum
oleo ueniūt, qui de his, quæ foris egerint, intus gloriam requirūt. Vnde per Psalmistam quoq; de
sancta electorum Ecclesia dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Et exponēs illud: Cantu-
corum, Oleum effusum nomen tuū: Nomen (inquit) spōsi Christus est. Sed nomen spōsi, quasi oleum
effunditur, quia quicumq; nomine Christiano in ueritate cēsantur, charitate sancta affluūt, qua mol-
liūt, & ut flammæ exemplorum emittant, eadem charitate cōtinuè effundūt. Hac charitate in
amorem ipsius Christi uehementius accendūt, & ab ipso accipiūt, quo ei amplius inhæreāt, quo
perfundūt, Et Origenes homilia prima in Cantica Cantic. Oleū effusum nomen tuū, propheticum
sacramentum

Theophylactus

Cyrillus

Augustinus

Gregorius

Psal. 62. b.

Oleum, unctio

sancti spiritus.

Esa. 10. f.

Esa. 5. a.

Iob 29. a.

Iob 29. a.

1. Cor. 10. a.

Petra, Christus.

Matth. 25. a.

Oleum, nitor

gloriæ.

2. Cor. 1. c.

Psal. 44. c.

Cantic. 1. a.

Origenes

sacramentū est. Tantummodo nomen Iesu uenit in mundum, & unguētum prædicatum effusum.
In Euangelio quoq; mulier accipiens alabastrum unguenti nardi pisticae preciosæ, caput Iesu, pe-
desq; perfudit. Obserua diligenter, quæ de duabus super caput effuderit saluatoris. Siquidem pec-
catrix super pedes, & ea, quæ dicitur non fuisse peccatrix super caput eius fuisse mōstratur. Obser-
ua (inquā) & inuenies in Euāgelica lectione nō fabulas, & narrationes ab Euāgelistis, sed mysteria
esse cōscripta. Impleta est utique odore unguēti domus, si quid peccatrix habuit ad pedes referen-
dum est, & si quid ea, quæ non peccauit, ad caput, Nec mirū domum fuisse odore completā, quum
hoc odore mundus completus sit. Scribitur in eodem loco de Simone leproso, & domo eius. Ego
puto leprosum mūdi istius esse principem, & hūc leprosum Simonem nuncupari, cuius domus ad
aduentū Christi suauis odore cōpleta sit, agēte poenitentia peccatrice, & sancta caput Iesu in unguē-
ti odoribus perfundēte. Vnguentū effusum nomen tuū. Quomodo unguentū, quod effusione sua
odorē lōgē, lateq; dispergit, sic Christi nomē effusum est, in uniuersa terra Christus nominatur, in
omni mūdo prædicatur dominus, unguentū enim effusum est nomē eius. Nūc Moyse nomē audi-
tur, quod prius Iudææ tātum claudebat angustijs, Neq; enim Græcorū quispiā meminuit eius, neq;
in uilla gentiliū literarū historia de illo seu ceteris scriptū aliquid inuenimus. Statim ut Iesus radia-
uit in mūdo, eduxit secū leges, & prophetas, & uerè cōpletum est: Vnguentū effusum nomen tuū.
Ipsa iuuēcula dilexerūt te. Et quia per spiritū sanctū charitas Dei diffusa est in corda nostra, con-
gruè nomē effusionis infertur: Vnguentum effusum est nomē tuum. Et Ambrosius de institutione
uirginis, cap. 13. Vnguentū exinanitū nomē tuum &c. Descēdat istud unguentū in animæ præcor-
dia, uiscerumq; secreta, quo nō deliciarū odores sancta Maria, sed diuinæ gratiæ spiramēta redole-
bat. Hæc pluuia Euæ restinxit appetentiā, hoc unguētum foetorē hæreditarij erroris abstergit, hoc
unguentū Maria soror Lazari in Christi pedes effudit, & tota domus pio repleta odore fragrauit.
Nec ulla se pauperē putet, nulla se arbitretur inopē, nulla metuat ne preciosum hoc unguentū eme-
re nō possit, aut fontē iustū putet esse uenalē: Qui sititis (inquit) ite ad aquā, & quicumq; nō habetis
argentum, ite, & emite, & bibite sine argento. Et supra ait: Gratis uenundati estis, & sine argēto re-
dimemini. Ideo pauper factus est dominus, quū diues esset, ut eum omnes emāt, & egenos præci-
puè sua paupertate locupletet. Parate igitur uasa domini, ut excipiat hūc fontem aquæ uiuæ, fon-
tem uirginitatis, integritatis unguentū, odorē fidei, & suauis misericordiæ gratia florulentū, Indua-
mini agni eius innocētiā, qui quum malediceretur, nō remaledixit, quum percuteretur, nō reper-
cussit. Et lib. 1. de spiritu sancto, cap. 7. Vnguentum &c. Cuius uirtute sermonis (inquit) nihil potest
esse præstātius. Nā sicut inclusum in uase aliquo unguentū cohibet odorē suū, qui odor quādiu ua-
sis illius angustijs cohercet, & si ad plures nō potest peruenire, tamē uim suā seruat, quū uerò de
uase illo, quo claudebatur, unguentū fuerit effusum, lōgē, lateq; diffusum ducitur, ita & Christi no-
men ante eius aduentū in Israël populo, quasi in uase aliquo Iudæorū mētibus claudebatur: Notus
enim in Iudæa Deus, in Israël magnū nomē eius. Hoc utiq; nomē, quod uasa Iudæorum angustijs
suis cohercitū continebant, magnū quidē & tunc nomē, quum infirmorū, atq; paucorum hæretet
uestigijs, sed magnitudinē sui nodum per corda gentium, & in fines totius orbis effuderat. Postea
uerò quā per omnē mundū suo illuxit aduētū, per omnē utiq; creaturā diuinū illud suū nomē ex-
tendit, nō repletū excessione aliqua, plenitudo enim nescit augmētum: sed replēs uacua, ut esset ad-
mirabile nomē eius in uniuersa terra. Huius igitur effusio nominis, abundantē quādam exuberan-
tiam gratiarum, bonorumq; celestiu significat largitatem, Ex abundāti enim superfluit, quicquid
effunditur. Itaq; sicut creatura nō potest dici sapiētia, quæ ex ore Dei procedit, nec uerbum, quod
eructatur ex corde, nec uirtus, in qua plenitudo maiestatis æternæ est: ita etiam creatus nō potest
spiritus æstimari, qui ex ore Dei funditur, quum ipse Deus tantam ostenderit unitatē, ut effunde-
re se de spiritu suo dicat. Quo intelligamus, quia etiam Dei patris eadem gratia sit, quæ spiritus san-
cti est, & quod sine incisione, ac detrimento aliquo diuidatur mētibus singulorum. Quod ergo de
spiritu effunditur, nec inciditur, nec partibus aliquibus corporalibus comprehenditur, aut secatur.
Et cap. 8. Pleriq; arbitrati sunt unguentum Christi esse spiritum sanctū. Et bene unguētum, quia
oleum lætitiæ nūcupatum est, quo plurimarum redolēt epulæ gratiarum. Verū illum Deus omni-
potēs pater unxit principē sacerdotū, qui nō ut alij in typo unctus ex lege, sed & secundum legem
unctus in corpore, & in ueritate supra legem uirtute sancti spiritus ex patre plenus est. Hoc est
oleum lætitiæ, de quo dicit propheta: Unxit te Deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.
Denique Petrus unctum spiritu dicit Christum, sicut habes: Vos scitis quod factū est uerbū per
totam Iudæam, incipiens à Galilæa post baptismum, quod prædicauit Ioannes Iesum à Nazareth,
quomodo unxit eū Deus spiritu sancto. Oleū igitur lætitiæ, spiritus sanctus est. Et pulchrè oleū læ-
titiæ dixit, ne creaturam putares. Olei enim huiusmodi natura est, ut nequaquam naturæ alterius
humidæ misceatur. Lætitia quoq; non corpus ungit, sed intima cordis illuminat, sicut propheta di-
xit: Dediti lætitiā in corde meo, Ergo quum laudat operam qui oleum uelit cum creatura humi-
diore

Matth. 26. a.

Mar. 14. a.

Lucæ 7. f.

Ioan. 12. a.

Leprosus, mun-

di princeps.

Romañ. 5. a.

Ambrosius.

Ioan. 12. a.

Esa. 55. a.

Esa. 52. a.

2. Cor. 9. b.

1. Petri 2. d.

Cantic. 1. a.

Psal. 75. a.

Vnguentum, spi-

ritus sanctus.

Psal. 44. b.

Psal. 44. b.

Act. 10. f.

Oleum, spiritus

sanctus.

Olei natura.

Psal. 4. b.

Pfal. 108. c.
Oleum, gratia
diuina.
Pfal. 140. b.
Matth. 6. c.
Pfal. 44. b.

Oleum, dilectio
simulata.

Pfal. 54. d.
Prouer. 18. b.

Matth. 25. d.

illud Psalmistae, Et caro mea immutata est propter oleum: Oleum (inquit) hoc in loco significat gratiam diuinam. Ipsa est enim gratia, quae carnis infirmitatem in immortalitatis gloriam commutauit. Quod etiam membrum Christi haud improbe uidetur aptari. Et exponens illud Psalmistae, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum: Oleum (inquit) & in bono, & in malo plerumque ponitur. In bono, ut est illud Euangelij: Tu autem quum ieiunas, unge caput tuum oleo, & faciem tuam laua. Et in 44. psalmo: Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo laetitiae praefatis nitorem pariter & salutem. In malam uero partem, sicut hic ponitur, Oleum peccatoris est dilectio simulata uerborum, quae adulationibus, & blandimentis nostras mentes uelut olei pinguedo leniter ingrediens, rigorem ueritatis emollit, & ad noxias cogitationes amoris ficti potius ostentatione perducit, sicut in alio Psalmo dictum est: Molliuerunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt tacula. Et in Salomone ait: Verba adulatorum mollia, nouissima autem eorum perueniunt in intima uentris. Quapropter illa monita semper eligenda sunt, quae non ad dilectionem saeculi trahunt, sed ad praecipua nos diuinitatis inuitant. Potest autem & illud Euangelicum de decem uirginibus hic deceter aptari, quod quinque uirgines, quae actus suos probatissimos domino dedicauerunt, & conscientias lucidas conseruantes, charitatis oleo refertae semetipsas tanquam lampades ardentissimas domini conspectibus obtulerunt. Istae (sicut hic dicit) merito credendae sunt a iustis hominibus fuisse correptae, & misericordiae studio nihilominus esse reprehensae. Reliquae uero aliae quinque uirgines, quae adulantium uocibus infelici sorte crediderunt, caput earum factum est in sua deceptione pinguisimum, & ideo extinctis lampadibus non sunt receptae, quoniam tetram uitam ante dominum ueri luminis non decebat offerri. Quam parabolam beatus Augustinus in libro quaestionum, quinquagesimo nono latius, & decenter exposuit. Et ideo consideremus quam periculosa sit adulatio, quae excludere probatur a domino.

Quid onager mystice significet.

Cap. VII.

Gregorius,
Iob 6. d.

Quid onager mystice significet, dictum est ex parte in dictione, Foeni. Et Gregorius libro Moralium septimo, capite sexto, exponens illud Iob, Numquid rugiet onager &c. Qui alij onagri appellatione signati sunt, nisi hi, qui in campo fidei constituti, nullis officij loris ligantur? Alij namque more bouis intra Ecclesiam suscepti officij loris tenentur, alij more onagri, sacri ordinis stabula nesciunt, & in campo propriae uoluntatis degunt. Sed quum quis ex uita saeculari internae uisionis desiderio aestuat, quum refectionis intimae pabulum concupiscit, quum ieiunium se in peregrinationis huius caecitate considerans, quibus ualet fletibus reficit, quasi haerbam, id est, internam refectionem non inueniens onager rugit. Et libro 16. cap. 23. exponens illud Iob, Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: Onager (inquit) agrestis est asinus. Et recte hoc in loco onagris comparantur haeretici, quia in suis uoluntatibus dimissi. uinculis sunt fidei, & rationis alieni. Vnde scriptum est: Onager assuetus in solitudine &c. ut in dictione, Desertum. Contra quos dicitur: Scientia inflat, charitas uero aedificat. Vnde hic quoque congrue infertur: Egrediuntur ad opus suum. Non enim Dei, sed suum opus peragunt, dum non recta dogmata, sed propria desideria sequuntur. Scriptum quippe est: Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Qui ergo non in uia immaculata ambulat, sibi magis quam domino ministrat. Illud autem Iob, Quis dimisit onagram liberum, require in dictione, Iugum. Altera autem eius expositio habetur libro 30. capite uigesimo nono: Quis dimisit onagram liberum? Nec indignum (inquit) quis iudicet per tale animal incarnatum dominum posse figurari, dum constat omnibus, quia per significationem quadam in scriptura sacra, & uermis, & scabraeus ponatur, sicut scriptum est: Ego autem sum uermis, & non homo. Et sicut apud septuaginta interpretes per prophetam dicitur: Scarabeus de ligno clamauit. Quum ergo nominatis rebus tam abiectis, & uilibus figuratur, quid de illo contumeliosè dicitur, de quo constat, quod proprie nihil dicitur? Vocatur etenim agnus, sed propter innocentiam. Vocatur leo, sed propter potentiam. Aliquando etiam serpenti comparatur, sed propter mortem, uel sapientiam, atque ideo per haec omnia dici figuratè potest, quia de his omnibus credi aliquid essentialiter potest. Si enim unum horum quodlibet essentialiter existeret, alterum iam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur, leo iam uocari non poterat. Si leo proprie diceretur, per serpentem signari non posset. Sed haec in illo omnia dicimus tanto latius in figura, quanto longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatum dominum designare. Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus dominus gentilitati magis, quam Iudaeae profuit, animal corpus assumens, quasi non in domum, sed potius in agrum uenit. De quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: Species agri mecum est. Incarnatus itaque dominus, qui in forma Dei aequalis est patri, in forma serui minor est patre, qua minor est etiam seipso. Dicitur ergo a patre de filio secundum formam serui: Quis dimisit onagram liberum? &c. Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostrae factus est naturae, non culpa, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum: Inter mortuos liber.

Iob 24. b.
Onager, haereticus.

Hier. 2. e.
1. Cor. 8. d.

Pfal. 100. b.
Iob 39. d.

Onager, Christus.
Pfal. 21. b.
Aoc. 2. c.
Hieronymus,
lapis de ligno
&c.

Pfal. 49. b.

Ioan. 8. d.

Pfal. 87. d.

tuos liber. Dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis iugo nullatenus tenetur. Quem quamuis macula culpae nostrae non attigit, passio tamen nostrae mortalitatis astrinxit. Vnde recte adiungitur: Et uincula eius quis soluit? Vincula quippe eius tunc soluta sunt, quum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutatae. Quasi quaedam uincula dominus habuit, ea quae nos nequitiae merito patimur, nostrae mortalitatis infirma, quibus & usque ad mortem sponte ligari se uoluit, & quae per resurrectionem mirabiliter soluit. Esurire enim, sitire, lassescere, teneri, flagellari, crucifigi, nostrae mortalitatis uinculum fuit. Sed quum expleta morte uelum templi rumpetur, scinderetur petrae, monumenta panderentur, inferni claustra patefcerent, quid aliud tot argumentis tantae uirtutis ostenditur, nisi quod illa infirmitatis uincula soluebantur, ut is, qui ad suscipiendam serui formam uenerat, in ipsa serui forma ab inferni uinculis absolutus, ad coelum etiam cum membrum liber rediret? De quibus eius uinculis Petrus Apostolus attestatur, dicens: Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum teneri ab eo. Et diuus Hieronymus exponens illud Iob, Vir uanus in superbiam erigitur, & tanquam pulum onagri se liberum natum putat: Dicit eum (inquit) pullo onagri similem, effraeno, scilicet animali, & uago, eo quod ita existimet de se Iob, qui ad nullum debeat pertinere. Et exponens illud Iob, Quis dimisit onagram liberum &c. Onagri nomine nunc arbitramur populum Iudaeorum posse intelligi, quem Deus ob incredulitatem eius dimiserit, sicut ait: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Quod in multis alijs locis scripturarum Deus hoc futurum esse testatur. Cuiusque uincula praecipua esse legalia non absurde sentimus. Nam eundem contumacem populum, & rebellem, propheta ita obiurgat, & increpat, dicens: Vacca lasciuens Israel confregisti iugum, rupisti uincula. Hunc igitur quasi onagram, immundum uidelicet animal, ac effraeno reliquit dominus, ut ab eo iugo imperij sui, quia semper restitit obedire, a uinculis praceptorum diaboli solueretur, & secundum Apostolum seruus peccati, liber esset iustitiae. Sic enim ipse dominus de Iudaeis ait in psalmo: Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. ubi ipsa trinitas Dei hoc dixisse uidetur. Nam quemadmodum in Genesi in factura hominis pluraliter dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: ita & hic locutus est: Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Quem locum actus Apostolorum ita se habere manifeste declarant, ubi Apostoli ad Deum eleuauerunt uocem suam, atque dixerunt: Domine, tu qui fecisti coelum, & terram, mare, & omnia quae in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Ob hoc igitur scelus, quod in Christo filio Dei commissum est, ait pater, qui in spiritu suo hoc futurum praedixerat, dicens: Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Processit grande peccatum, ac nefandum, quo saluatorem crucifixerunt, ut merito ab eis uincula praceptorum Dei dirumperentur, & ita legis iugum proiceretur. Quod autem iugum, & uincula eorum dicta sunt, quum Dei fuerint potius quam Iudaeorum, quibus legem, ac praecipua dederat mandatorum, hoc maxime requirendum, quod ita dictum, quia Iudaei legem carnaliter intelligentes, quae ex operibus se implere arbitrabantur, quasi suam effecerant, sicut dicit Apostolus: Israel uero sectans legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed ex operibus. Et ideo de eisdem sequitur, dicens: Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quarentes statuere, iustitiae enim Dei non subiecti. Quod autem ait: Suam uolentes statuere iustitiam, non quia lex ab ipsis sit constituta hoc ait, sed in lege, quae ex Deo est, suam constituerant, quando eandem legem suis uiribus se implere posse credebant, & idcirco secundum hunc sensum Iudaeorum uincula dirupenda a Deo dicuntur, & proiciendum iugum ipsorum.

Vincula, mortalitatis infirma.
Matth. 27. f.

Act. 2. d.
Hieronymus.
Iob 11. c.

Iob 39. d.
Onager, Iudaeorum populus.
Pfal. 90. c.
Vincula, praecipua legalia.
Osee 4. d.

Romani. 6. d.
Pfal. 2. a.

Act. 4. a.

Pfal. 2. a.

Romani. 3. c.

Romani. 10. d.

Quid onocentaurus, & operculum, & oriens, & oriones mystice significent.
Cap. VIII.

Quid onocentaurus mystice significet, diuus ostendit Gregorius, libro Moralium 7. capite decimo quinto, exponens illud Esaiam, Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent daemonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Quid namque per dracones, nisi malitia, quid uero struthionum nomine, nisi hypocrisis designatur? Struthio quippe uolandi speciem habet, sed usum uolandi non habet, quia & hypocrisis cunctis intuitibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere uitam sanctitatis ignorat. In perversa igitur mente draco cubat, & struthio pascitur, quia & latens malitia callide tegitur, & intuentium oculis simulatio bonitatis antefertur. Quid uero onocentaurorum nomine, nisi & lubrici figuratur, & elati? Graeco quippe eloquio onos asinus dicitur, & appellatione asini luxuria designatur, propheta attestante, qui ait: Ut carnes asinorum carnes eorum. Tauri autem uocabulo, ceruix superbiae demonstratur, sicut uoce dominica de Iudaeis superbientibus per Psalmistam dicitur: Tauri pingues obfoderunt me. Onocentauri ergo sunt qui subiecti

Esa. 34. c.
Dracones, malitia.
Struthio, hypocrisis.
Onocentaurus, lubricus, elatusque.
Asinus, luxuria.
Ezech. 23. c.
Taurus, superbia.
Pfal. 21. c.

subiecti luxuriæ uitijis, inde ceruicem erigunt, unde humiliari debuerant. Qui carnis suæ uoluptatibus feruientes, expulsa longè uerecundia, non solum se amittere recititudinem non dolent, sed adhuc etiam de opere confusionis gaudent. Onocentauris autem dæmonia occurrunt, quia maligni spiritus ualde eis ad uotum deseruiunt, quos de his gaudere conspiciunt, quæ flere debuerunt. Vbi aptè subiungitur: Et pilosus clamabit alter ad alterum. Qui namq; alij pilosi appellatione figurantur, nisi hi, quos Græci Faunos (aliàs Panas) Latini uerò incubos uocant, quorū nimirum forma ab humana effigie incipit, sed bestiali extremitate terminatur. Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati asperitas designatur, quod & si quando quasi ab obtentu rationis incipit, semper tamen ad irrationabiles motus tendit, & quasi homo in bestiam desinit, dum culpa per rationis imaginem inchoas, usq; ad irrationabilem effectum trahit. Nam sæpe edēdi delectatio seruit gulæ, & seruire se simulat indigentia naturæ, quumq; uentrem ingluuie extēdit, membra in luxuriam erigit. Pilosus autē alter ad alterum clamat, quum perpetrata nequitia, ad aliam perpetranda malitiam prouocat, & quasi quadam cogitationis uoce, commissa iam culpa, culpam adhuc quæ committatur inuitat. Sæpe namq; (ut diximus) gula dicit: Si abūdanti alimēto corpus non reficis, in nullo utili labore subsistis. Quūq; mentem per desideria carnis accenderit, mox quoq; luxuria uerba propria suggestionis facit, dicens: Si misceri Deus homines corporaliter nollet, membra ipsa coeundi apta uisibus non fecisset. Quumq; hæc quasi ex ratione suggerit, mētem ad libidinum effractionem trahit. Quæ sæpe deprehensa, patrociniū mox fallaciæ, & negationis inquirat, reamq; se esse nō æstimat, si mētiendo uitam defendat. Pilosus ergo alter ad alterum clamat, quando sub aliqua ratiocinandi specie peruersam mentem culpa subsequens ex occasione culpæ præcedentis illaqueat. Quumq; hæc peccata dura, atq; aspera deprimunt, quasi conuocati in ea concorditer pilosi dominantur, sicq; sit, ut semper se gressuum semitæ deterius inuoluant, dum mentem reprobam culpa per culpam ligat.

Operculum quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 23. capite nono, exponēs illud Numeri, Vas quod nō habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundū erit: Tegmen (inquit) operculi, uel ligatura, est censura disciplinæ, qua quisquis nō premitur, quasi uas immūdum, pollutumq; reprobatur. An nō uas sine operculo Heliu fuerat, qui hæc esse partē suam æstimauerat, si ostenderet sciētiam, quam habebat: Quasi enim uas sine operculo, uel ligatura pollutum, qui per studium ostentationis patens, nullo uelamine taciturnitatis operitur. Prædicatores autem sancti partem suam reputant, si intus quidem ipsi de sapientia gaudeant, foris autem alios ab errore compescant, neq; à se ipsi ita loquendo exeunt, ut gaudium mentis in ostensione ponant disertæ locutionis, sed bonū scientiæ in cordis secreto meditantur, & ibi gaudēt, ubi hoc percipiūt, nō ubi inter tot tētationum laqueos innotescere compelluntur, quāuis quum bonum quod accipiūt, innotescūt, media interueniēte charitate, ex profectu audiētium, & nō ex propria ostensione gratulatur. Arrogantes enim quum scientiam accipiūt, nihil se accepisse æstimāt, si hanc eos occultam habere contingat. Nusquam quippe suum gaudium, nisi in ore hominum ponunt.

Oriēs quid mysticè significet, dictū est in dictione, Occidens. Et Greg. homilia decima octaua, exponēs illud Ezechielis, Et mensus est latitudinem &c. ad orientem, & ad aquilonem: Iudaicus (inquit) populus oriēs iure dictus est, de cuius carne ille est natus, qui sol iustitiæ uocatur. De quo per prophetam dicitur: Vobis autem qui timetis dominum, oriatur sol iustitiæ. Per aquilonem uerò, gētilitas figuratur, quæ diu perfidias suæ frigore torpuit, & in cuius corde ille regnauit, qui attente stante propheta, apud semetipsum dixit: Pōnam sedem meam ad Aquilonem. Quia itaq; incarnatus omnipotēs Deus alios perfectos ex Iudæa, alios ex gētilitate perfectos intra sanctā Ecclesiam fecit, cētum cubitos nō solum ad orientem mēsus est, sed etiam ad aquilonem. Possunt etiam intelligi per orientem, & aquilonem iusti, & peccatores. Oriēs quippe nō immeritō iusti nominantur, qui sicut in luce fidei nati sunt, in innocentia perstiterunt. Per aquilonem uerò rectè peccatores accipimus, qui mentis frigore dilapsi, sub peccati sui umbra torpuerunt. Sed quia omnipotentis Dei misericordia etiam tales ad pœnitentiam reuocat, compunctione, & lachrymis lauat, uirtutibus ditat, usq; ad perfectionis gloriam subleuat, nō centum cubitis solum ad oriētem, sed etiam ad aquilonem ducuntur. dum cum iustis etiam peccatores per dona, & pœnitentiam ad perfectionē ueniūt. Et homilia 22. Et notādum (inquit) quod hæc eadem gazophylacia inter portam aquilonis, & oriētis esse perhibetur, quia uidelicet post incarnationem dominicam, multitudo gētium ad fidem uenit, atq; inter ipsos fideles populos, & sacramenta dominicæ incarnationis, quæ medullitus diligunt, corda amātium surgunt. Habeāt ergo sancti gazophylacia, hinc oriētis portā, & inde aquilonis, quia inter ipsa redēptionis suæ mysteria, quæ sequuntur, & carnales quosdam, quos & intra sanctam Ecclesiam tolerant, multi in Deum fortī amore proficiunt, uirtutibus excresecunt, æterni iudicis aduentum quærunt, & inter ea, quæ amāt, atq; illa quæ tolerāt, quasi quædam gazophylacia, diuitias spiritus in mente seruant. Notandum uerò, quod inter portam austrī, & aquilonis, orientalis porta esse describitur, quia dominus, ac redemptor noster de Iudæa est natus, moxq; in fide sua Ecclesiam

Pilosi, qui di
partur.

Numeri 19. c.
Operculum, di
discipline cœsurā.

Oriēs, Iudaicus
populus.
Malac. 4. a.
Aquila, genti
litas.
Esa. 14. d.
Oriens, iustus.
Aquila, peccator.

Ecclesiam ex gentibus traxit. Quasi enim inter meridianam portam, & aquilonis apparuit, quia ex illa uenit, & istam in suo seruitio conuertit. Vnde bene dicitur, quod porta eadē orientalis ad uiam respicit aquilonis, quia natus dominus synagogā deseruit, & multitudinem gentium collegit. Oriones stellæ quid mysticè significet, require in dictione, Arcturus, & Hyades.

Quid os oris mysticè significet;

Cap. IX.

Quid os, oris mysticè significet, diuus ostendit Gregorius libro Moralium 27. exponēs illud Iob, Audiet auditionem in terrore uocis eius, & sonum de ore illius procedentem: Sonus (inquit) ex Dei ore, est uis timoris de superna irruēs aspiratione, quia quū nos de uerturis dominus aspirado replet, proculdubio de malè gestis præteritis terret. Potest autem per os Dei unigenitus designari filius, qui sicut brachium eius dicitur, quia per eum cuncta pater operatur, dicēte propheta: Et brachium domini cui reuelatum est, & Ioanne: Omnia per ipsum facta sunt: ita etiam os dicitur, per quem nobis omnia loquitur, ac si oris nomine patenter diceretur uerbum, sicut nos quoq; pro uerbis linguam dicere solemus, ut quum Græcā, uel Latinā linguā dicimus, Latina, uel Græca uerba mōstramus. Os ergo domini nō immeritō ipsum accipimus, unde & ei spōsa in Canticis Canticorum dicit: Osculetur me osculo oris sui. Ac si dicat: Tangat me dulcedine præsentia unigeniti filij redemptoris mei. Per sonum uero oris, potest eiusdem domini sanctus spiritus designari. Vnde & aliàs in eiusdem spiritus significatione scriptum est: Factus est repētē de coelo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis. Sonus igitur de ore domini procedit, quum consubstantialis ei spiritus ad nos per filium ueniens, surditatem nostræ insensibilitatis rumpit, sicut de eodem sono incircūscripto, atq; incorporeo os domini loquitur, dicens: De meo accipiet, & annūciabit uobis. Potest ergo & per terrorem uocis uis formidinis, & per sonum oris dulcedo consolationis intelligi, quia quos spiritus sanctus replet, prius eos de terrena actione terrificat, & postmodum spe celestium consolatur, ut tanto post cōfitendo de præmijs gaudeant, quāto prius sola supplicia conspiciendo, metuebant. Hinc est quod de unigeniti spiritu, quasi de hoc oris sono, Paulus dicit: Nō enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Hinc per semetipsum ueritas dicit: Accipite spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ecce cōuersorum terror uertitur in potestatem, quia dum mala sua pœnitēdo puniūt, usq; ad exercendum iudicium ascendunt, ut hoc in Deo posse accipiant, quod prius de Deo ipsi metuebāt. Et exponens illud Canticorum, Osculetur me osculo oris sui: Os (inquit) sponsi inspiratio Christi, osculum oris, dulcis amor inspirationis. Dicit ergo sponsa desiderio æstuās, & in amplexum sponsi sui inardescens: Osculetur &c. Ac si diceret: Ille, quæ super omnia, imò solum diligo, ueniat, qui dulcedine suæ inspirationis me tēgat, quia quum eius osculum sentio, subita mutatione me derelinquo, & in eius similitudinem ilico liquefacta transformor. Fastidit quippe sancta mens omnia, quæ per corpus sentit, & in illa spiritalia tota trāsmutari concupiscit, & dum ista obstrepūt, in illa fugit, seq; abscondere, ne hæc sentiat, appetit. Ideoq; osculum sponsi quærīt, quia si ille gratissimi amoris uinculo hæc non trahit, hæc ut suæ molestissimæ grauedinis detenta, quomodo se ad illum cōferat omnino nō inuenit. Os quoque prædicatio dicitur, ut habes in dictione, Malus arbor. Os quoque sensus nūcupatur interior, ut habes in dictione, Liber. Os quoq; dicitur cogitatio, ut inquit diuus Gregorius, exponēs illud Iob, Quum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua: In ore (inquit) hypocritæ, malum dulce est, quia ei est iniquitas suauis in mente. Os quippe cordis, cogitatio est, de qua scriptum est: Labia dolosa in corde, & corde, locuta sunt mala. Sed hoc malum, quod in ore hypocritæ dulce est, sub lingua eius absconditur, quia asperitas malitiæ, quæ latet in mēte, sub tegmine blandæ locutionis operitur. Malum nanque in lingua, & nō sub lingua esset, si loquens hypocrita malitiam suæ prauitatis aperiret. Sed sunt pleriq; iustorum, quum quosdam agere peruersē conspiciunt, qui duris sunt increpationibus feriendi, in lingua asperitatem sumunt, sed sub lingua mentis suæ benignitatem contegunt. Vnde & sanctæ Ecclesiæ sponsi uoce dicitur: Mel, & lac sub lingua tua. Qui enim mentis suæ dulcedinem aperire infirmis nolunt, sed loquentes quadam eos asperitate feriunt, & tamen inter uerba aspera quasi latenter quiddam dulcedinis intermittunt, hi uidelicet non in lingua, sed sub lingua habent dulcedinem, quia inter dura, quæ proferunt, emittūt quædam blanda, & dulcia, quibus cōtristati, mēs possit ex benignitate refoueri. Ita peruersi quicq; quia malum non in lingua, sed sub lingua habent, sermonibus dulcia prætendunt, & cogitationibus peruersa moliantur. Hinc est enim quod Ioab Amasæ mentum dextera tenuit, sed sinistram ad gladium latenter mittens, eius uiscera effudit. Dextera quippe mentum tenere, est quasi ex benignitate blandiri, sed sinistram ad gladiū mittit, qui latenter ex malitia percutit. Hinc de ipso quoque eorum capite scriptum est: Sub lingua eius labor, & dolor. Qui enim non apertè mala, quæ

Il ij cogitat,

Gregorius.
Iob 37. a.
Sonus, timor, os
Dei, superna
aspiratio, unige
nitus Dei.
Brachium, Dei
filius.
Esa. 53. a.
Ioan. 1. a.
Cantic. 1. a.
Sonus oris, sp
ritus sanctus.
Act. 2. a.

Ioan. 16. c.
Sonus oris, dul
cedo consolatio
nis.
Romā. 8. c.

Ioan. 20. f.

Cantic. 1. a.
Os oris, inspira
tio.
Osculum, dulcis
amor.

Os, prædicatio,
sensus, interior
cogitatio.
Iob 20. b.

Psal. 11. a.

Cantic. 4. c.

2. Reg. 20. c.

Psal. 9. e.

Prouer. 2. d.
Hieronymus.
Ecci 24. d.
Os, sanctus.
Esa. 59. d.
Prouer. 31. d.
Mutus, gentilis.
Origenes.
Cantic. 1. d.
Oscula, sensus.

Psal. 119. y.
Os, uirtus Dei.

cogitat, ostendit, laborem, ac dolorem eorum, quorum mortem appetit, non in lingua exerit, sed sub lingua premit. Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerborum, Quia dominus dat sapientiam, & ex ore eius scientia, & prudentia: Potest (inquit) in hoc uersiculo ipsa ineffabilis, & coaeterna Deo patri sapientia nauitas intelligi, de qua alibi dicit: Ego ex ore altissimi prodij primogenita. Potest os domini & in sanctis eius accipi. Vnde dici solet in prophetis, quia os domini locutum est. Et ex ore &c. Quia nisi ipse os humanum sanctificet, nisi hoc suum ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiam nullatenus ualet. Et exponens illud Prouerborum, Aperit os tuum muto: Os aperire muto praecipit, populo scilicet gentium fidei uerbum praedicare, qui diuina eloquia prius performare nesciebat, & non tantum Iudaeis, sed & cunctis per orbem nationibus curam salutis impendere. Et Origenes exponens illud Canticorum, Osculetur me ab osculo oris sui: Dum enim (inquit) inde capax fuerit, ut ipsius uerbi Dei caperet ueram, solidamque doctrinam, necessaria suscepit oscula, id est, sensus ab ore doctorum. Vbi uero sponte iam coeperit obscura cernere, enodare perplexa, inuoluta dissoluere, parabolas, & aenigmata, dictaque sapientum competentibus intelligentiae lineis explicare, tunc iam oscula ipsius sponsi sui, id est, uerbi Dei, suscepisse se credat. Ideo autem oscula pluraliter posuit, ut intelligamus uniuscuiusque obscuri sensus illuminationem, osculum esse uerbi Dei ad animam perfectam delatum. & secundum hoc forte dicebat prophetica, & perfecta mens: Os meum aperui, & atraxi spiritum. Os autem sponsi intelligamus uirtutem Dei, qua illuminat mentem, & uelut sermone quodam amoris ad eam factio (si tamen capere mereatur tantae uirtutis praesentiam) incognita quaeque sibi, & obscura manifestat. Et hoc est uerius, propiusque, & sanctius osculum, quod a sponso Dei uerbo porrigi dicitur sponsae, purae scilicet anime, & perfectae. Cuius rei imago est illud osculum, quod in Ecclesia sub tempore mysteriorum nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde nostro aliquid quod de diuinis dogmatibus, sensibusque quaeritur, absque monitoribus inuenimus, toties oscula nobis data esse a sponso Dei uerbo credamus. Vbi uero quarentes aliquid de diuinis sensibus inuenire non possumus, tunc affectu huius orationis assumpto, petamus a Deo uisitationem uerbi eius, & dicamus: Osculetur me ab osculo oris sui. Scit autem pater uniuscuiusque animae capacitatem, & nouit quo tempore, cui animae, quae oscula uerbi sui porrigere in intellectibus duntaxat, & sensibus debeat. Diui Bernardi expositionem require in dictione, Osculum,

Quid os ossis, mystice significet.

Cap. X.

Gregorius.
Iob 19. c.
Os ossis, fortitudo, dominus noster.
Caro, Christi discipuli.
Pellis, sancta mulier.

Matth. 26. g.
Ioan. 19. e.
Marci 14. c.

Marci 14. c.

Iob 4. c.
Ossa, fortia facta.
Psal. 33. d.

Psal. 34. b.

OS quid mystice significet, diuus enarrat Gregorius libro Moralium 14. capite 23. exponens illud Iob: Pellis mea consumptis carnibus adhæsit os meum: In osse (inquit) fortitudo, in carnibus uero infirmitas corporalis designat. Quia igitur Christus, & Ecclesia una persona est, quid per os, nisi ipse dominus designatur? Quid per carnem, nisi discipuli, qui passionis eius tempore infirma sapuerunt? Per pellem uero, quae exterior carne manet in corpore, quid nisi illae sanctae foeminae figurantur, quae ad praeparanda subsidia corporis, exterioribus domino ministerijs seruebant? Nam quum eius discipuli, quamuis necdum firmi, ueritatis fidem populis praedicarent, ossi suo inhærebant carnes. Et quum sanctae mulieres ea, quae necessaria erant, exteriora praepararent, quasi pellis exterius manebat in corpore. Sed quum ad crucis horam uentum est, eius discipulos grauis ex persecutione Iudaeorum timor inuasit, fugerunt singuli, mulieres adhæserunt. Quasi ergo consumpta carne, os domini pelliculae suae adhæsit, quia fortitudo eius, passionis tempore, fugientibus discipulis, iuxta se mulieres inuenit. Stetit equidem aliquandiu Petrus, sed tamen post territus negauit. Stetit etiam Ioannes, cui ipso crucis tempore dictum est: Ecce mater tua. Sed perseuerare minimè potuit, quia de ipso quoque scriptum est, quod adolescens quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone profugit ab eis. Qui & si post ut uerba redemptoris sui audiret, ad horam crucis rediit, prius tamen territus fugit. Mulieres autem non solum non timuisse, neque fugisse, sed etiam usque ad sepulchrum stuisse memorantur. Dicat ergo: Pellis mea &c. hoc est, hi qui meae fortitudinis propinquius inhærere debuerant, passionis meae tempore, timore consumpti sunt, & eas quas ad exteriora ministeria posui, in passione mea sine fortitudine inhærere mihi fideliter inueni. Et libro quinto, capite uigesimo secundo, exponens illud Iob, Et omnia ossa mea perterrita sunt: Quid (inquit) per ossa, nisi fortia acta signant? De quibus & per prophetam dicitur: Dominus custodit omnia ossa eorum. Et saepe ea, quae agunt homines, esse alicuius momenti aestimant, quia distractionis intimae quam sit subtile iudicium, ignorant. Sed quum per contemplationem rapiti, superna conspiciunt, ab ipsa aliquo modo praesumptionis suae securitate liquefcunt, & tanto magis in diuino conspectu trepidant, quanto nec bona sua digna eius examine, quem conspiciunt, pensant. Hinc est enim, quod is, qui fortia operando profecerat, per spiritum subleuatus, clamabat: Omnia ossa mea dicent, domine, quis similis tibi? Ac si diceret: Carnes

Carnes meae uerba non habent, quia infirma mea apud te funditus silent. Ossa autem mea tuae magnitudinis laudem dicunt, quia ipsa quoque, quae in me esse fortia credidi, tua consideratione contremiscunt. Et libro quinto cap. 34. exponens illud Prouerborum, Vita carnum sanitas cordis, putredo ossium inuidia: Quid enim (inquit) per uitam carnis, nisi infirma quaedam, ac tenera, & quid per ossa, nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit, ut quidam quum uera cordis innocentia, in nonnullis suis actibus infirmi uideantur, quidam uero iam quaedam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona, intus inuidiae pestilentia latenter tabescant. Bene ergo dicitur: Vita carnum, sanitas cordis, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, quoadque roborantur. Et recte subditur: Putredo ossium inuidia, quia per liuoris uitium, ante Dei oculos pererunt, etiam fortia acta uirtutum. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quaedam etiam robusta deperire. Et lib. 20. cap. 23. exponens illud Iob, Nocte os meum perforatur doloribus: Si (inquit) allegoricè mysterium perscrutemur, quid per ossa, nisi fortes quique in sancta Ecclesia corpore designantur? Qui quasi suo robore membra continent, dum mores infirmantium stabiliter portant. Sed quum tribulationis ultimae contra eam feruor excreuerit, in nocte os illius perforatur doloribus, quia nonnunquam tormentis uicti, etiam ipsi ad perfidiam defluunt, qui ad fidem alios tenere uidebantur. At ergo: Nocte os meum perforatur doloribus, ac si aperte dicat: Tribulationis tenebris pressi, ita afflictione tenebrantur, ut & ipsi, qui in me habebant uigorem fortitudinis, quasi iam quoddam habeant foramen timoris. Et lib. 23. cap. 24. exponens illud Iob, Et omnia ossa eius marcescere facit: Ossa (inquit) in scriptura sacra uirtutes accipimus, sicut scriptum est: Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex eis non coteretur. Quod, utique non de ossibus corporis, sed de uiribus dicitur mentis. Nam certè nouimus, quod & multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt, & persecutores domini, latronis illius, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, sicut latronis alterius, in cruce crura fregerunt. Quum ergo increpat per dolorem in lectulo, omnia ossa facit marcescere, quia quum in ea requie, quam nobis ab hoc saeculo praeparamus, flagello tentationis afficimur, qui fortasse de uirtutibus nostris inflari potuimus, cognitae infirmitatis nostrae taedio, extenuamur. Illud autem Psalmistae, Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea, require in dictione, Infirmitas. Et exponens illud Psal. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea &c. Per ossa (inquit) uirtutes accipimus, quia per eas animam, sicut corpus per ossa, sustentamus. Quae profecto inueterantur, quando a statu suae fortitudinis infirmantur. Sicut enim morborum infestationes corporis ossa debilitant, ita uitiorum importunae turbationes animae uirtutes infirmant. At ergo: Inueterauerunt ossa mea. Ac si dicat: Virtutes, & iustitia, uel ratio, & intelligentia ita in me debilitatae sunt, ut nec per me quidem uitij resistere, nec animam aegram, & ad ima ruentem, uirtutum ualeam fortitudine sustentare. Et homil. 18. super Ezechiel: Efferebuit (ait) coctio eius, & discocata sunt ossa illius in medio eius. Atque iterum: Congere ossa, quae igne succendam, consumentur carnes, & coquetur uniuersa compositio, & ossa tabescent. Pone quoque eam super prunas uacuum, ut incalcescat, & liquefiat aes eius. Tunc enim nobis olla posita est, quum haec est ciuitas constituta. Tunc in ea aqua missa est, & frusta eius congesta sunt, quando ad eam undique populi defluebant, qui uelut aqua calens actionibus mundi feruescerent, & quasi frusta carnum in ipso suo feruore liquarentur. De qua bene dicitur: Efferebuit coctio eius, & discocata sunt ossa eius in medio illius. Quia prius quidem in ea uehementer incaluit actio gloriae saecularis, sed post modum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes saeculi, per carnes uero populi designantur, quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes saeculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa omnes huius saeculi potentes ablati sunt, ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt, carnes eius liquefactae sunt. Dicatur itaque: Congere ossa, quae igni succendam, consumentur carnes, & coquetur uniuersa compositio eius, & ossa tabescent. Vbi enim senatus? Vbi iam populus? Contabuerunt ossa, consumptae sunt carnes, omnis in ea saecularium dignitatum ordo extinctus est. Et exponens illud Psalmistae, Et ossa mea sicut cremium aruerunt: Per ossa (inquit) rationem, & intelligentiam possumus accipere, quae quasi sicca remanent, dum factorum, & uirtutum pinguedinem non habent. De qua profecto pinguedine, dicit Propheta: Sicut adipe, & pinguedine impleatur anima mea. Vel per ossa fortiores, qui sunt in Ecclesia accipimus, quia sicut per ossa corpus nostrum uegetatur, ita per illos corpus Christi, quod est Ecclesia, regitur, & sustentatur. Habet enim & corpus Christi carnem suam, infirmos scilicet, uirtutum carentes fortitudine, qui perfectorum indigent sustentatione. De hac carne in persona Christi recte per Iob dicitur: Pellis mea consumptis carnibus adhæsit os meum. Quod nimirum in passione Christi impletum est, quando discipulis fugientibus mulieres steterunt, & usque ad crucem secutae sunt. Scimus enim quia in corpore hominis pellicula exterius eminet, carni uero ossibus introitus adhæret. Pellis ergo consumptis carnibus os Christi adhæret, quia fugientibus, & dubitantibus Apostolis, qui ei fami-

Prouer. 12. d.

Iob 30. c.
Ossa, fortes.

Iob 33. c.
Ossa, uirtutes.
Psal. 33. d.

Luc. 32. f.

Psal. 6. d.
Psal. 31. d.

Ezech. 24. d.
Illic.

Ossa, potentes saeculi.
Carnes, populi.

Psal. 101. d.

Psal. 62. d.
Ossa, fortes.

Iob 19. c.

liarius astiterant, mulieres, quæ quasi remotiores esse uidebatur, nec à cruce suspensi, nec à sepulchri monumento discedebant. Quia uerò sancti uiri imperfectis delinquentibus condolent, & eorum infirmitati compatiuntur, rectè nunc subditur: Ossa mea sicut cremium aruerunt. Quod euidenter ostendemus, si unum exemplū ad medium deducamus. Videamus unum de ossibus Christi, quomodo cum infirmantibus infirmetur, cum dolentibus doleat, cum arescentibus arescat. Ait enim: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Vides quomodo omnium in se infirmitates transfulerat, omnium casus, uelut proprios deslebat, Ideoq; ait: Vt lugeam omnes, qui peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiā. Deniq; & omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret. Ossa ergo sicut cremium consumpto adipe arent, quum perfecti quicq; carnalium infirmitatibus condolent, & se quasi spiritali pinguedine æstimāt uacuos, dum illos aspiciunt uirtutum auxilijs destitutos.

Osculum quid mysticè significet.

Cap. XI:

Osculum quid mysticè significet, diuus insinuat Bernardus sermone secundo super Cantica: Ardorem (inquit) desiderij patrum suspirantium Christi in carne præsentiam frequētissime cogitans, compungor, & confundor in memetipso, & nunc uix contineo lachrymas, ita pudet temporis, torporisq; miserabilium temporum horum. Cui nancq; nostrum tantum ingerat gaudiū gratiæ huius exhibitio, quātum ueteribus sanctis accenderat desiderium promissio: Ecce enim quā multi in hac eius, quæ proximè celebranda est, natiuitate gaudebunt, sed utinam de natiuitate, non de uanitate. Illorum ergo desiderium flagrans, & piæ expectationis affectum spirat mihi uox ipsa, Osculetur me osculo oris sui. Senferat nimirū in spiritu quisquis tunc spiritalis esse poterat, quāta foret gratia diffusa in labijs illis, propterea loquēs in desiderio animæ, aiebat: Osculetur me osculo oris sui, nimirū omnimodis cupiens tantæ suauitatis participio non fraudari. Dicebat enim perfectus quisq;: Quo mihi ora hæc seminiuerbia prophetarū? Ipse potius speciosus forma præ filijs hominum, ipse me osculetur osculo oris sui. Non audio iam Moysem, impeditioris siquidem linguæ factus est mihi, Esaiæ labia immunda sunt, Hieremias nescit loqui, quia puer est, & propheta omnes elingues sunt. Ipse, ipse quem loquuntur, ipse loquatur, ipse me osculetur osculo oris sui. Nō in eis iam, aut per eos loquat mihi, quoniā tenebrosa aqua in nubibus aëris, sed ipse me osculetur osculo oris sui, cuius gratiosa præsentia, & admirandæ fluētā doctrinæ fiant in me fons aquæ salietis in uitā æternā. Quem unxit pater oleo lætitiæ præ, cōsortibus tuis, nūquid nō ex ipso mihi uberior infunditur gratia, si tamen dignetur me osculari osculo oris sui. Cuius utiq; sermo uiuus, & efficax, osculum mihi est, non quidem coniunctio labiorum, quæ interdum pacem mentitur animorum, sed planè infusio gaudiorum, reuelatio secretorum, mira quædam, & quodammodo indiscreta commixtio superni luminis, & illuminatæ mentis. Adhærens quippe Deo, unus spiritus est. Meritò proinde uisiones, & somnia non recipio, & ænigmata nolo, ipsas quoq; Angelicas fastidio species. Quippe & ipse longè superat Iesus meus specie sua, & pulchritudine sua. Non ergo alium, siue Angelum, siue hominem, sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sanè præsumo me osculatum iri ab ore ipsius. Est enim hoc assumpti hominis unicæ felicitatis, & prærogatiuæ singularis, sed humiliter ab osculo oris sui peto me osculari, quod commune utiq; est multorum, qui dicere possunt: Et nos omnes de plenitudine eius accepimus. Intendite, Sit os osculans, uerbum assumens, osculatum, caro quæ assumitur, osculum uero, quod pariter ab osculante, & osculato conficitur, persona ipsa ex utroq; compacta, mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus. Hac ergo ratione sanctorum nemo dicere præsumebat: Osculetur me ore suo, sed tantum, osculo oris sui. Ipsi sanè seruantes prærogatiuam istam, cui singulariter, semelq; os uerbi impressum hinc est, quum ei se corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulsit (aliās inclusit). Felix osculum, ac stupenda dignatione mirabile, in quo nō os ori imprimitur, sed Deus homini unitur. Et ibi quidem cōtactus labiorum, complexum significat animorum, hinc autem consideratio naturarum diuinis humana componit, quæ in terra sunt, & quæ in cœlis pacificans. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ad hoc igitur osculum sanctus quisq; antiqui temporis suspirabat, eo quod iocunditatem, & exultationem thesaurizari super eum, & thesauros omnes sapientiæ, & sciētiae in ipso absconditos, præsentirēt, cuperentq; & ipsi de plenitudine eius accipere. Sed accipite & aliū sensum. Nō latuit sanctos, & ante aduentū saluatoris Deū sup mortaliū genus cogitare cogitationes pacis. Nec enim faceret uerbū super terrā, quod nō reuelaret seruis suis prophetis, erat tamen uerbū hoc absconditū à multis. Fuit nancq; in tempore illo rara fides in terris, & tenuis admodum spes, in pluribus quoq; illorum, qui expectabant redemptionem Israël. Qui uerò præsciebant, ipsi & prædicebant Christum in carne uenturum, & cum ipso pacem. Vnde quidam eorum dixit: Pax erit in terra nostra, quum uenerit, imò per ipsum Dei gratiam homines recuperaturus cum omni fiducia, sicut diuinitus acceperant, prædicabant, Quod & præcursor domini

Ioannes

Ioannes suo tempore impletum agnouit, & perhibuit, dicens: Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est, & ita uerum esse omnis nunc Christianus populus experitur. Cæterum illis prænunciatis pacem, moram autem faciēte autore pacis, mutabat (aliās nutabat) populi fides, dum non erat qui redimeret, neq; qui saluū faceret. Itaq; causabantur homines moras, q; ille toties nunciatus necdum ueniret princeps pacis, sicut locutus fuerat per os sanctorū, qui à læculo sunt prophetarum eius, & suspectas habentes promissiones signum promissæ reconciliationis, quod est osculum, flagitabant. Ita ergo uetus querela sacrosanctum osculum, id est, incarnandi uerbi mysterium exigebat, dum lōga, & molesta expectatione fatigata fides deficeret, & infidelis populus aduersus promissā Dei uictus tædio murmuraret. Felix tamē ex omnibus Simeon, cuius senectus in misericordia uberī. Is nempe exultauit ut uideret desiderij signum, & uidit, & gauisus est, acceptoq; osculo pacis, in pace dimittitur, antè tamen aperit pronuncians Iesum esse natum in signum cui contradicendum erat. Et sermone tertio, de triplici osculo: Beatæ (inquit) pœnitentis exemplo prosternere & tu o misera, ut desinas esse misera, prosternere tu in terram, amplectere pedes, placcā osculis, riga lachrymis, quibus tamen non illum laues, sed te, & fias una de grege tonfarū, quæ ascendunt de lauacro, ita sanè ut suffusum pudore, ac mœrore uultum, non antè sustollere audeas, quā audias & ipsa: Dimittitur tibi peccata tua, q; audias: Consurge, cōsurge captiua filia Sion, consurge, excutere de puluere. Supto itaq; ad pedes primo osculo, nec sic quidē præsumas statim ad osculū oris assurgere, sed erit tibi gradus ad ipsum mediū quoddā aliud osculum, quod secūdo loco ad manū accipies. Per manū tibi trāsitus sit. Illa prius te tergat, illa te erigat, dādo unde præsumas. Quid istud? Decor cōtinentiæ, & dignæ pœnitentiæ fructus, quæ sunt opera pietatis, hæc te de stercore erigēt in spem audēdi potiora. Sanè accipiēdo donū osculare manū, hoc est, nō tibi, sed nomini eius da gloriā. Da semel, & da iterū, tum pro donatis criminibus, tū pro collatis uirtutibus. Primo igitur ad pedes procidamus, & ploremus corā dño, qui fecit nos, ea quæ fecimus nos. Secūdo manum quæramus subleuātis, & roborātis genua dissoluta. Postremo quū ista multis precibus, & lachrymis obtinemus, tum demum audemus forsitan ad ipsum os gloriæ caput attollere, pauens, & tremens dico, non solum specularum, sed etiam osculandum, quia spiritus ante faciem nostram Christus dominus, cui adhærentes in osculo sancto unus spiritus ipsius dignatione efficitur. Tibi domine Iesu, tibi meritò dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Nempe auditam fecisti mihi manè misericordiam tuam, quum iacētī primum in puluere, tuq; deosculanti reuerēda uestigia, quod malè uixeram, remisisti. Porro in progressu diei lætificasti animam serui tui, quum deinde in osculo manus etiam bene uiuendi gratiam indulsisti. Et nunc qd restat o bone domine, nisi ut iam in plenitudine lucis, in feruore spiritus ad oris quoq; osculum dignanter admittens, adimpleas me lætitiā cum uultu tuo? Et sermone quarto: Osculum pacis (inquit) iudicium esse omnes nouimus. Porro autem si (ut scriptura loquitur) peccata nostra separāt inter nos, & Deum, tollatur de medio quod interest, & pax est. Quum ergo satisfacimus, ut ablato, quod separat, peccato, recōciliemur, indulgentiam, quam accipimus, quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Idq; interim non alibi quā ad pedes sumēdum. Humilis quippe, & uerecunda debet esse satisfactio, qua emendatur superba transgressio. At quum etiam ad uiuendum emendatius, deoq; dignius conuersandum, placita quadam amplioris gratiæ familiaritate donamur, quum ampliori fiducia caput iam leuamus de puluere, largitori (ut assolet) manū osculaturi, si tamen de accepto munere non nostram, sed autoris gloriā quærimus, eiq; sua dona, & nō nobis ascribimus. Alioquin si in te, & non magis in domino gloriaris, propriam profecto, & nō domini manum osculari conuinceris, quod (iuxta beati Iob sententiam) est iniquitas maxima, & negatio in Deum. Si ergo ad scripturæ testimonium propriam gloriā quærere, propriam est osculari manum, profecto qui dat gloriā Deo, Dei dicitur non incōgruè manum osculari. Et in hominibus quidem ita esse uidemus, seruos uidelicet offensorum dominorum osculari solere pedes, quum ab ipsis ueniam petunt, & pauperes diuitum manus, quum ab eis munus accipiunt. Et sermone octauo: Osculetur (inquit) me osculo oris sui. Videte nouam sponsam, nouum osculum accipientem, non tamē ab ore, sed ab osculo oris. Insufflauit (inquit) eis, id est, Apostolis, siue primitiæ Ecclesiæ, & dixit: Accipite spiritum sanctū. Osculum profecto fuit. Non fuit corporeus ille flatus, sed inuisibilis spiritus, qui propterea in illo dominico flatu datus est, ut p hoc intelligeretur, & ab ipso pariter tanq; à patre procedere, tanquā uerè osculum, quod osculanti, osculatoq; commune est. Itaque sufficit sponsæ, si osculetur ab osculo sponsi, etiam si non osculetur ab ore. Nec enim exiguum quid, aut uile putat osculari ab osculo, quod nō est aliud nisi infundi spiritu sancto. Nēpe si rectè pater osculās, filius osculatus accipitur, nō erit ab re osculū spiritum sanctū intelligi, utpote q patris, filijq; imperturbabilis pax sit, glutē firmū, indiuiduus amor, indiuisibilis unitas. De ipso igitur audet spōsa, ipsumq; infundi sibi fidenter sub osculi noiē petit. Tenet qpe aliqd, unde nō desit occasio præsumēdi. Dicēs em̄ filius: Nemo nouit filiū nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius,

Psal. 101. d.

2. Cor. 11. g.

2. Cor. 12. g.

1. Cor. 9. c.

Bernardus.

Cant. 1. d.

Cant. 1. d.

Psal. 44. d.

Exod. 4. c.

Esa. 6. d.

Hier. 6. d.

Psal. 17. b.

Ioan. 4. b.

Psal. 44. d.

Heb. 4. c.

1. Cor. 6. d.

Ioan. 1. b.

1. Tim. 2. b.

Col. 2. b.

Ephes. 2. c.

Ioan. 1. b.

Amos 3. b.

Ioan. 1. d.

Luc. 2. e.

Luc. 7. f.

Luc. 7. g.

Esa. 52. d.

Psal. 94. b.

Psal. 26. c.

Psal. 142. b.

Psal. 15. c.

Esa. 59. d.

Iob 31. c.

Ioan. 20. e.

Osculum, spiritus sanctus.

Matth. 11. d.

filii, adiecit: Aut cui filius uoluerit reuelare. Non autem diffidit spōsa, quin sibi uelit, si cui uoluerit. Petit ergo audenter dari sibi osculum, hoc est, spiritum illum, in quo sibi & filius reueletur, & pater. Alter enim sine altero nequaquam innotescit. Vnde est illud: Qui uidet me, uidet & patrem meum. Et illud Ioannis: Omnis qui negat filium, nec patrem habet; qui autem confitetur filium, & patrem habet. Ex quibus liquidō constat, quia nec pater sine filio, nec filius sine patre agnoscitur. Meritō proinde nō in alterius tantum, sed in utriusq; cognitione constituit summā beatitudinem, qui dicit: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Deniq; & qui sequuntur agnum, referuntur habere nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis, quod est de utriusq; notitia gloriari. Et ubi pater, & filius pfectē agnoscitur, utriusq; bonitas, quæ spiritus sanctus est, non ignoratur. Trinæ ergo huius agnitionis infundi sibi gratiam quantum quidem capi in carne mortali potest sponsa petit, quum osculum petit. Petit autē à filio, quia filij est cui uoluerit reuelare. Reuelat ergo filius seipsum cui uult, reuelat & patrem. Reuelat autem sine dubio per osculum, hoc est, per spiritum sanctum, Apostolo teste, qui ait: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. At uerō dando spiritum, per quem reuelat, etiā ipsum reuelat. Dando reuelat, & reuelando dat. Porro reuelatio, quæ per spiritum sanctum fit, non solū illustrat ad agnitionem, sed etiam accendit ad amorem, dicente Paulo: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et ideo forsitan de his, qui cognoscentes Deum, non tanquam Deū glorificauerunt, non legitur, quod spiritu sancto reuelante cognoscerent, quia quum cognoscerent, non amauerunt. Sic quippe habes: Deus enim illis reuelauit. Nec enim adiunctum est, per spiritum suum, ne sibi sponsæ osculum mentes impiæ usurparent, quæ contentæ ea quæ inflat, eam quæ ædificat, nescierunt. Deniq; ipse Apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea (inquit) quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Vnde & constat, quia nec pfectē cognouerunt, quem minimē dilexerunt. Neuter ergo se osculum percepisse putet, siue qui ueritatem intelligit, nec diligit, siue qui diligit, nec intelligit. Sanē in osculo isto nec error locū habet, nec tepor. Quamobrē geminæ gratiæ sacrosancti osculi suscipiendæ paret è regione duo labia sua, quæ spōsa est, intelligentiæ rationem, sapientiæ uoluntatem, ut de pleno osculo glorians mereatur audire: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Ioan. 14. b. 1. Ian. 2. c.

Ioan. 17. a. Apoc. 14. a.

1. Cor. 2. c. Rom. 5. a.

Rom. 1. c. 1. Cor. 8. a.

Rom. 1. c.

Psal. 44. a.

Ostium quid mysticè significet.

Cap. XII.

Quid ostium mysticè significet, diuus enarrat Gregorius lib. Moral. 28. cap. 16. exponens illud Iob. Et posui uectem, & ostia &c. Quid per ostia, nisi prædicatores sancti, quid per uectem, nisi incarnatus dominus designatur? Qui hæc, uidelicet ostia contra sæuentis maris impetum tanto ualentiora opposuit, quanto ea sua obseratione roborauit. Quia enim ista sanctæ Ecclesiæ ostia uectis huius oppositione solidata sunt, potuerunt quidem tundi fluctibus, sed effringi nequiuerunt, ut ea exterius unda persecutionis illideret, sed nequaquam cordis eorum interna penetraret. Et quia doctores sancti prædicatione quidem sequentibus aperti sunt, autoritate autem sua resistentibus clausi, nō immeritō ostia uocantur, id est, aperta conuersationi humiliū, & clausa terroribus superbiorum. Non immeritō ostia uocantur, quia & ingressum fidelibus aperiant, & rursus sese perfidis, ne ingrediantur, opponunt. Pensemus quale Ecclesiæ ostium extitit Petrus, qui inuestigantem fidem Cornelium recepit, precio quærentem miracula Simonem repulit, illi dicēs: In ueritate comperi, quoniā non est personarū acceptor Deus, secreta regni benignē aperuit, huic inquiens: Pecunia tua tecum sit in perditionem, per distinctæ damnationis sententiā cœlestis aulae aditum claudit. Quid cuncti apostoli, nisi sanctæ Ecclesiæ ostia existunt, quum uoce redemptoris sui audiunt: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retenta sunt? Ac si illis apertē diceretur: Per uos ingredientur ad me hi, quibus uosmet ipsos panditis, & repellētur quibus obseratis. Igitur dum mare sæuit, dominus uectē, & ostia opponit, quia ab amarīs, & perfidis cordibus, dum persecutionis procella se dilatat in mundo, Deus unigeniti sui gloriam, prædicatorumq; eius reuerentiam exultat, & dum innotescit mysteria diuinæ fortitudinis, frangit in impijs fluctus furoris. Si autem hoc in loco mare accipere non specialiter turbam persequentium, sed generaliter sæculum debemus, secundō contra hoc mare dominus ostia opposuit, quia & prius humano generi præcepta legis, postmodū nouæ gratiæ testamētū dicit: Secundō obiectis ostijs huius maris impetū clausit, quia eos quos ad obsequiū sui cultus assumpsit, & prius ab idolis data lege cœrcuit, & post ab intellectu carnali gratia reuelata correxit. Secundō mare ostia accepit, quia humanum genus prius Deus ab operibus iniquitatis prohibuit, postmodum uerō etiam à cogitationis culpa constrinxit. Et libro uicesimonono, capite sexto, exponens illud Iob, Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrofa uidisti? Portæ (inquit) mortis, sunt potestates aduersæ: Quas descendens dominus aperuit, quia earum fortitudinem

Gregorius. Iob 38. b. Ostia, prædicatores.

A. G. 10. c. A. G. 8. d.

Ioan. 20. c.

Mare, turba persequentium, sæculum.

Iob 38. b. Portæ mortis, potestates aduersæ.

dinem moriendo superauit. Quæ appellatione quoq; alia tenebrofa ostia uocantur, quia dum per occultationis suæ insidias nō uidentur, deceptis mentibus uiam mortis aperiant. Quæ tenebrofa ostia dominus uidet, quia immundorum spirituum fraudulentam malitiam & respicit, & premit. Quos nisi ipse nobis nescientibus uidendo prohiberet, & nil de insidijs eorū mens nostra cognosceret, eisdem insidijs capta deperiret. Quæ tenebrofa etiam nos ostia cernimus, quando supernæ lucis radijs illustramur. Vnde & per prophetā dicitur: Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos. Hostes igitur nostros ipse uidet, qui suo eos munere nobis uisibiles facit. Vel certē tenebrofa tunc ostia dominus uidit, quū claustra inferni penetrās, crudeles spiritus percudit, & mortis præpositos moriendo damnauit. Quod idcirco hīc non adhuc de futuro, sed iam de præterito dicitur, quia hoc, quod facturus erat in opere, nimirum iam fecerat in prædestinatione. Ostiū quoq; dicitur fides, & species, ut habes in dictione, Gradus. Ostium quoq; est historicus intellectus legis, ut habes in dictione, Mēsa. Ostiū etiā dicitur doctor, ut diuus inqt Gregorius homilia 20. in Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum: Gazophylacia (inquit) sunt corda doctorum, quæ scientiæ diuitias seruāt. Frontes autem portarum sunt uerba, atq; opera prædicatorū, in quibus eos foris agnoscimus quales apud se intrinsecus uiuant. Est autem ostium per gazophylacia singula in frontibus portarū, quia unusquisq; doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis, & operibus patrum. Quum enim Petri Apostoli prædicationem discutimus, quum Pauli uerba perscrutamur, quum Ioānis Euangelium inuestigamus, atq; ex eorū uerbis auditores nostros ad interiorē intellectu trahimus, quid aliud agimus, nisi ostium in portarum frontibus aperimus? Dicatur ergo: Et per singula &c. quia si doctor hoc quod loquitur Apostolorum dictis minimē cōfirmat, in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium nō habet, dici iam gazophylacium spiritalis ædificij nō potest, quia si intellectum nō aperit, doctor non est. Quum uerō auditores boni per ora docentium Apostolorum dicta, & opera cognoscūt, culpas suas apud semetipsos tacitē reprehendunt, & lachrymis insequuntur omne quod se egisse iniquē meminerunt. Et exponens illud Cantorum, Pessulū ostij aperui dilecto meo: Pessulū ostio facimus, quādo per uoluptates carnis aditum cordis cōtra sponsum obferamus. Pessulum uerō aperimus, quando remotis uoluptatibus fluxis cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, soluimus, & sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne uiuimus, quia repentē fieri nō potest, restat ut magis, ac magis quotidie faciamus. Nemo enim (sicut scriptum est) repētē fit summus. Aliquādo enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum quærimus, magis nobis elongari, quā appropiare uidetur. Et exponens illud Cantorum, Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis: Ostiū (inquit) bene esse Ecclesiam dicimus, quā ab ipso Christo potestatem apertēdi, & claudēdi accepisse scimus. Ostiū proculdubio in suis prædicationibus existit, quia per eos aditum ad uitam se nobis aperit. Vnde & ipsi primo pastori Ecclesiæ dicitur: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Vel ostium in ipso capite suo existit, quia ipse de se ueraciter dicit: Ego sum ostium. Ostium uerō tabulis cedrinis compingitur, quia sancta Ecclesia prædicās, multitudinibus populorum decoratur, & dum populi uarijs uirtutibus asperguntur, ut uidelicet alius de rebus quas possidet, indigentibus necessaria tribuat, alius omnia abiciens, etiam à legitimo connubio se absteineat, alius uerō tantū proficiat, ut aliorum etiam prædicator fiat, tanquam pictura multis coloribus, sic Ecclesia multis distinctionibus honestatur, quæ sancto spiritu conualescens, hilariter respondet, dicens: Ego murus, & ubera &c.

Ostia tenebrofa, immundi spiritus.

Psal. 117. a.

Ostium, fides, species, historicus sensus, doctor.

Gazophylacia, corda doctorū. Frontes portarū, uerba, & opera prædicatorum.

Cant. 5. b.

Cant. 8. c. Ostiū, ecclesia.

Matth. 16. c.

Ostium, Christus.

Ioan. 10. d.

Quid oua mysticè significent.

Cap. XIII.

Quid oua mysticè significent, diuus enarrat Gregorius libro Moral. 31. cap. 7. exponēs illud Iob, Quæ derelinquit in terra oua sua: Quid em per oua, nisi tenera adhuc proles exprimitur, quæ diu fouēda est, ut ad uitū uolatilē perducatur? Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamē calefacta, in uiuis uolatilibus cōuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores, ac filij certum est, quod frigidi, insensibilesq; remaneant, nisi doctoris sui sollicita exhortatione calefiāt. Ne igitur derelicti in sua insensibilitate torpescant, assidua doctorum uoce fouendi sunt, quousq; ualeant, & per intelligentiam uiuere, & per cōtemplationem uolare. Quia uerō hypocritæ, quamuis peruersa semper operētur, loqui tamē recta nō desinūt, bene autē loquēdo in fide, uel cōuersatione filios pariūt, sed eos bene uiuēdo nutrire non possunt, rectē de hac struthione dicit: Quæ derelinquit in terra oua sua. Curam nanq; filiorū hypocrita negligit, quia ex amore intimo rebus se exterioribus subdit, in quibus quāto magis extollitur, tantominus de prolis suæ defectu cruciatur. Oua ergo in terra dereliquisse, est natos per cōuersionē filios nequaq; à terrenis actibus interposito exhortationis nido suspēdere. Oua in terra dereliquisse, est nullū cœlestis uitæ filijs exēplum præbere. Quia enim

Gregorius. Iob 39. b.

Ouum, tenera proles, paruus auditor.

enim hypocritae per charitatis uiscera non calent, de torpore prolis aeditae, id est, de ouorum suorum frigore nequaquam dolent, & quanto se libentius terrenis actibus inferunt, tanto negligētius eos, quos generant, agere terrena permittunt. Sed quia derelictos hypocritarū filios superna cura non deserit, nonnullos nanq; etiam ex talibus intima electione praescitos, largitae gratiae respectu calefacit, recte subiungitur: Tu forsitan in puluere calefacies ea; &c.

Job 1.4.

Ouis, innocens.

Camelus, gentilis tortuosus.

Ioan. 10.4.

Cyrillus.

Oues, fideles Deo obsequentes.

Sap. 3.4.

Augustinus.

Ioan. 10.1.

Pascua bona, uita aeterna.

Chrysostomus, Ioan. 10.4.

Quid autem oues mystice significant, diuus insinuat Gregorius lib. Moral. 1. cap. 13, exponens illud Job, Et fuit possessio eius septē milia ouium, & tria milia camelorum: Quia (inquit) fideles auditores ex uaria conuersatione collecti sunt, quod prius uniuersaliter memoratis filiis, & filiabus dicitur, hoc distincte postmodum appellatione animalium subinfertur. Quid enim aliud in septē milibus ouium, nisi perfectam quorundam innocentiam exprimit, quae ad perceptionem gratiae (alias perfectionis gratiam) ex legis pascuis uenit? Quid uero in tribus milibus camelorum, nisi ad plenitudinem fidei ueniens, torta gentium uitiositas designatur? Et dominus in Euangelio ait: Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meae uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Ego & pater unum sumus. Causam quare non credant Iudaei uerbis, & operibus eius, Christus subiungit, quia non sunt ex ouibus suis, neque de illorum numero, qui ad aeternam uitam praeuersi sunt, sed perpetuae perditioni addicti. Et ne gratis aut praeter rationem id dixisse uideatur, manifestum ponit signum, quo oues suae ab iis, qui ad se non pertinent, discernantur. Oues (inquit) meae uocem meam audiunt, fidem scilicet synceram amplectentes, & mandatis meis obtemperantes, & ego agnosco eas, electione gratuita ad uitam aeternam, & sequuntur me, imitatione scilicet bonorum operum, & beatitudinis assequutione. Oues suas dominus fideles, & sibi obsequentes dicit, qui eum pastorem diligunt, & sequuntur, atque ad pascua aeternae satietatis, boni pastoris imitantes uestigia, perueniunt. Itaque eos, qui in se credere nolebant, dicebat non esse ex ouibus suis, quia uidebat iam eos aeternae perditioni praeparatos, nec sui sanguinis precio ad uitam perpetuam comparandos. Suis autem ouibus dominus aeternam uitam se dare affirmat, pascua scilicet uberrima, bonorum omnium copia affluentia, ubi lux clarissima, pax secura, quies dulcissima, gloria perpetua. Et non peribunt in aeternum, quia pastor eorum, & saluator talis est, apud quem nihil omnino perire possit. Videbantur quidem perire sancti martyres, quum hanc mortalem uitam per tormenta amittebant, sed non peribant in aeternum, quia soluti uinculis carnis, debita sibi praemia a Christo percipiebant, quemadmodum dicit sapiens: Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Iustorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiae. Et non rapiet eas quisquam de manu mea, id est, potestate mea, dicit dominus. Bos enim quos semel praedestinando Christus assumpserit, nulla uis diabolicae temptationis, non immanitas humanae persecutionis, de sorte, & latere eius potest auferre. Sed nonne Iudas dicitur quispiam in aeternum perijt, & surreptus est a sathana de manu domini? Et multi uiam domini ambulat, a qua tandem decidunt. Verum ad finem usque in bono perseverantes, duntaxat oues domini sunt, & dicuntur. Qui igitur post perceptam gratiam, de numero ouium Christi pereunt, hi certe in Dei oculis oues non sunt, quare nec Iudas, nec alij retro abeuntes, ad ouile Christi pertinere dicendi sunt. Et Augustinus tractatu 48. in Ioannem, Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis: Iam (inquit) supra didicistis quae sint oues, estote oues, oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorem non contemnendo sunt, oues per ostium intrando sunt, oues exeundo, & pascua inueniendo sunt, oues aeterna perfruendo sunt, quomodo ergo istis dixit, non estis ex ouibus meis? Quia uidebat eos ad sempiternum interitum praedestinos, non ad uitam aeternam sui sanguinis precio comparatos. Oues meae uocem meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam aeternam do eis: Ecce sunt pascua. Si recolitis, superius dixerat, Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo, sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeamus. Sic enim per istud ostium egredimur, ut pascua inuenire possimus. Bona pascua, uita aeterna dicitur, ibi nulla haerba arefcit, totum uiret, totum uiget. Solet quaedam haerba dici semper uiua, est haerba quae semper dicitur uiuere, ibi solum uiuere inuenitur. Vitam aeternam (inquit) dabo eis, ouibus meis, uos calumnias propterea quaeritis, quia de uita praesenti cogitatis. Et Chrysostomus homilia 60. in Ioannem: Sed dixi uobis (inquit) & non creditis mihi, quia non estis de ouibus meis. Ego enim officium pastoris feci, si uos me non sequimini, nonne eod accidit, quod oues meae non estis? Oues meae (inquit) uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam aeternam do eis, & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Quia pater meus, qui dedit mihi, maior est omnibus, & nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego, & pater unum sumus. Animaduerte quomodo eos reiiciendo, ut sequantur, hortatur: Vos me (inquit) non audistis, Neque enim estis oues, qui sequuntur, hi sunt ex ouili, Haec autem dicebat, ut oues fieri anniterentur, Inde quum dicit,

καὶ ἀκολουθοῦσιν μοι

καὶ ἀκολουθοῦσιν μοι, id est, & sequuntur me, eos tangit, & excitat, & insequendi cupiditatem impellit. Quid ergo, si propter patris uirtutem nemo rapit, tu ergo imbecillis es, & custodire non potes? Minime. Nam ut intelligas illam particulam: Quia pater meus, qui dedit mihi, propter illos dicitur, ne iterum Deo contrarium, quum dixisset, Nemo rapiet eas de manu mea, prosequens sua, & patris manum unam esse ostendit, quod ni ita esset, consequens erat dicere: Pater qui dedit mihi, maior omnibus est, & non potest eas rapere de manu mea. Verum non ita dixit, sed de manu patris mei. Inde ne arbitremini quod sit imbecillis, eo quod uirtute patris tuae oues sint, addidit: Ego & pater unum sumus, Quasi dicat, Non propterea dixi neminem propter patrem eas rapturum, ac si ipse imbecillis essem. Nam unum sumus, hoc est, secundum potentiam. Nam de hac loquitur: Quod si eadem est, constat etiam eandem esse substantiam.

De eisdem ouibus.

Cap. XIII.

Cassiodorus autem exponens illud Dauidicum, Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, insuper & pecora campi: Oues (inquit) electum populū signat Christianum, sicut & in Euangelio dominus Petro dicit Apostolo: Pasce oues meas. Qui ideo comparantur ouibus, quia se, praestante domino, innoxia conuersatione moderantur, deinde quia mundi excubias sine aliquo sensu doloribus amittunt. Nam sicut ouis tondentem se non increpat, ita nec iustus cupiditatem se expoliantis accusat. Boues autem praedicatores designant, qui humana pectora madatis coelestibus exarantes, uirtutum messem germinare fecerunt. Nec uacat quod dicit, Insuper, quia non solum illi sancti subiecti sunt, sed etiam peccatores. Saepe enim de conuersis talibus maiore gloria triumphat dominus Christus. Pecora enim sunt, dum in camporum libertate, id est, in mundi istius uoluptate pascuntur. Oues sunt, quum iam intra septa domini clauduntur. Volucres coeli, & pisces, qui perambulāt semitas maris. Volucres coeli, superbi sunt homines, qui inflati uento iactantiae, quasi per inane aeris efferuntur, & humilia despiciunt, quum altius eleuantur. Volucres enim a uolatu crebro dictae sunt. Pisces uero maris philosophos fortasse significat, qui huius mundi naturam erraticam curiositate pertractant. Nam sicut illi posita fronte itinera sibi referat pelagi, inundatione confusa, ita & illi capite demisso uenas rerum ratione humana assiduo labore perquirunt. Sed quum sint pisces & fluminum non uacat, quod hic posuit maris, propter eos, qui sibi uidentur esse sapientes. Verum isti tales, eorumque similes domini pedibus feliciter subiunguntur, quando ad Christianae uenerint religionis affectum. Nam licet illi omnia iure dominationis inclinata sint, illos tamen dicimus proprie subiectos, qui ad eius onus leue, & onus suae peruenire meruerunt. Et diuus Augustinus, Oues, & boues uniuersas: Videtur (inquit) relictis coelestibus uirtutibus, & potestatibus, & omnibus exercitiis Angelorum, relictis etiam ipsis hominibus, tantum ei pecora subiecisse. Nisi oues, & boues, intelligamus animas sanctas, uel innocentiae fructum dantes, uel etiam operantes, ut terra fructificet, id est, ut terreni homines ad spirituales ubertatem regenerentur. Has ergo animas sanctas, non hominum tantum, sed etiam omnium Angelorum oportet accipere, si uolumus hinc intelligere omnia esse subiecta domino nostro Iesu Christo. Nulla enim creatura subiecta non erit, cui primates (ut ita dicam) spiritus subiunguntur. Sed unde probabimus oues posse accipi etiam sublimiter beatos, non homines, sed Angelicae creaturae spiritus? An ex eo quod dominus dicit reliquisse se nonaginta nouem oues in montibus, id est, in sublimioribus locis, & descendisse propter unam? Si enim unam ouem lapsam humanam animam accipiamus in Adam, quia etiam Eua de illius latere facta est (quorum omnium spiritualiter tractandorum, & considerandorum, nunc tempus non est) restat, ut nonaginta nouem relictas in montibus, non humanas, sed Angelici spiritus intelligantur. Nam de bobus facilis expositio est huius sententiae, quoniam ipsi homines non ob aliud boues dicti sunt, nisi quod euangelizando uerbum Dei Angelos imitarentur, ubi dictum est, Boui trituranti os non infranabis. Quomodo igitur facilius ipsos Angelos nuncios ueritatis, boues accipimus, quando Euangelistae participatione nominis eorum, boues uocati sunt. Subiecisti ergo oues, & boues uniuersas, id est, omnem sanctam spirituales creaturam. In qua etiam sanctos homines accipimus, qui sunt in Ecclesia, in illis uidelicet torcularibus, quae sub alia similitudine lunae, & stellarum insinuata sunt. Insuper (ait) & pecora campi. Nullo modo uacat, quod additum est, Insuper. Primo quia pecora campi possunt intelligi oues, & boues. Ut si rupium, & arduorum locorum pecora caprae sunt, bene intelligantur oues pecora campi. Itaque etiam si ita positum esset: Oues, & boues uniuersas, & pecora campi, recte quaeretur quid sibi uellent pecora campi, quum etiam oues, & boues hoc possunt intelligi. Quod uero additum est, Insuper, cogit omnino ad nescio quam differentiam cognoscendam. Sed sub hoc uerbo quod positum est, Insuper, non solum pecora campi, sed etiam, Volucres coeli. Et Psalmo 94. Nos autem populus eius, & oues pascuae eius: Pascua significant superna dona (inquit Cassiodorus) quibus anima suaui epulatione saginatur. Et bene definitum est, quis sit populus Christianus, oues nepe pascuae, qui aeternis delictis felici sorte satiat. Oues significant cordis simplicitatem, quam habere constat

Cassiodorus.

Psal. 94.

Ouis, electus

populus.

Ioan. 21.4.

Bos, praedicator.

Volucres, superbi.

Pisces, philosophi.

Augustinus.

Oues, Angelicae creaturae.

Matth. 19.6.

Deut. 25.4.

Psal. 94. a.

Pascua, superna dona.

Cassiodorus.

m m populum,

populum, qui pastori suo mansueta pietate consentit. Sed his omnibus proponitur una conditio. Hodie si uocem eius audieritis, scilicet quam inferius dicitur est. Nam qui uocem ipsius non audit, nec grex ipsius dicitur, nec in pascuis collocatur, sicut in Euangelio legitur: Oues meae uocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego cognosco eas, & nullus rapit eas de manu mea. Hodie significat semper, quia iugiter audiendus est, qui salutariter monet. Cuius sermonis uim Apostolus potenter expressit: Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur. Et diuus Augustinus, Nos autem populus pascuae eius, & oves manuum eius. Vides quam eleganter uerborum ordinem commutauit, & tanquam non propria reddidit, ut ipsas intelligamus oves, qui sunt, & populi. Non dixit, Oues pascuae eius, & populus manuum eius, quod magis putabatur posse congruere, quia oves ad pascua pertinent, sed ait: Populus pascuae. Ergo populus oves sunt, quia dicit: Populus pascuae eius. Has oves sibi ipse facere dignatus est gratia sua, de quibus in Canticis: Dentes tui sicut grex detonsarum. Dentes tui o Eccelesia per quos loqueris, sicut grex detonsarum, id est, quae sarcinas saeculi deposuerunt. Ascendentium de lauacro, id est, de mundatione. Quae geminos pariunt, id est, duo illa praecipua in quibus tota lex pendet, & propheta.

INCIPIIT LIBER TERTIVSDECIMVS AD MY-

STICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid palea, palliumque mystice significent.

Cap. I.



Vid palea mystice significet, require in Dictione, Foenum. Et diuus Hieronymus, exponens illud Hieremiae, Quid paleis ad triticum dicit dominus? Quid (inquit) sibi uolunt haereticorum paleae ad triticum Ecclesiae? De quo Ioannes Baptista plenius loquitur, quod purget dominus aream suam, & uentilabro paleas, uentorum flatibus dispergas, uendasque ignibus derelinquat, triticum autem condat in horrea, ut fiat caelestis panis, & loquatur unusquisque credentium, Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus. Et pulchre doctrina peruersa paleis comparatur, quae medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conteruntur. Et exponens illud Esaiam, Et leo quasi bos comedit paleas: Paleas (inquit) puto in scripturis sanctis uerba simplicia intelligi. Triticum autem & interiore medullam, sensum qui inuenitur in litera: & frequenter euenit, ut homines saeculi, mystica nescientes, simplici scripturarum lectione pascantur. Et diuus Augustinus, libro unico de uera religione, cap. 6. Haec (inquit) Ecclesia catholica carnales suos, id est, uiuentes aut sentientes carnaliter, tanquam paleas tolerat, quibus in area frumenta tutiora sunt, donec talibus tegminibus exuantur. Sed quia in hac area pro uoluntate quisque, uel palea, uel frumentum est, tandiu sustinetur peccatum, aut error cuiuslibet, donec aut accusatorem inueniat, aut prauam opinionem pertinaci animositate defendat. De palea require in Dictione, Area.

Pallium Ecclesiam significat, iuxta illud Geneseos: Lauit in uino stolam suam, id est, in passione carnem suam, & in sanguine uuae pallium suum, id est, Ecclesiam suam. Et diuus Bernardus in sententijs. Pallia quibus nostra nuditas operitur quatuor sunt. Uetustas erroris, & nequitiae: quae est quasi perizoma uerendorum. Nouitas conuersationis: & uitae, qua Rebecca descendens de camelo, operuit uultum suum. Integritas caelestis sanctimoniae, quam Helias reliquit Helisaeo: & diuidit Iordanem. Claritas immortalitatis aeternae, quod est pallium saphirinum: quo in die festo utitur Mardocheus. Et Rupertus exponens antedicta Geneseos uerba: Lauit in uino &c. Idcirco ergo ligabit ad uineam pullum suum, & ad uitam asinam suam, ut lauet uino stolam suam, & sanguine uuae pallium suum. Nihil uerius. Quod per pullum & asinam, idem per pallium & stolam, id est, unam, eandemque intellige Ecclesiam. Nam una, eademque gentilitas, antequam lauacro isto renasceretur, asina uel pullus petulcus erat. Postquam uero lauit eam Christus, stola uel pallium eius est, de quo in Psalmo dicitur: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius. Lauabit ergo uino stolam suam, & sanguine uuae pallium suum, id est, emundabit spiritu sancto Ecclesiam suam, & sanguine passionis fidelem populum suum. Uua enim ipse est, de quo in Canticis Cantorum sponsa dicit: Botrus Cypri dilectus meus mihi. Haec uua, siue hic botrus, torculari crucis expressus, sanguinem suum fudit, & spiritum sanctum dedit: unde & lauit stolam suam, id est, mundauit Ecclesiam suam, ut exhiberet sibi sponsam gloriosam, non habentem maculam, aut rugam. Et diuus Greg. exponens illud Cantorum, Tulerunt pallium meum custodes murorum: Custodes (inquit) percipiunt sponsam, & uulnerat, quia praedicatores sancti, dum caelestia loquuntur, amantem animam afficiunt, & maiori amore sagittant. Pallium tollunt: quia si quid populi secularis residuum erat in corde: exhortationibus suis ab animo auferunt: Pallium tollunt: quia aliquando ante uerba praedicatorum nos non cognoscebamus, ipsique omne quod interius latebat, dum loquuntur, detegunt.

Quid Pal

Quid Palma mystice significet.

Cap. II.

Quid palma mystice significet, diuus insinuat Gregorius libro Moral. 19. cap. 24. exponens illud Iob, Et sicut palma multiplicabo dies: Palma (inquit) tarde proficit, sed diu in uiriditate sublitit. Cum multis autem difficultatibus sancta Ecclesia ad fidei statum uenit, & pro collectione plurimorum in eiusdem fidei gloria diutius stare concupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dies credidit, quae, emergente subitae tentionis articulo, pacis suae gratiam, & tarde a fidelibus adeptam, & citius ab infidelibus interceptam dolet. Et cap. 25. Nec immerito iustorum uita palmae comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, & quasi aridis corticibus obuoluta, superius uero & uisu & fructibus pulchra, inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchrae uiriditatis expanditur. Sic quippe est electorum uita, despecta inferius, superius pulchra, in imo ista quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustatur, in summo uero illa, quasi pulchrae uiriditatis folijs, amplitudine retributionis expanditur. Habet quidem aliud palma, quo a cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robore iuxta terram uasta subsistit, sed crescendo superius angustatur, & quanto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma uero minor ab imis inchoat, & iuxta ramos, ac fructus ampliori robore exurgit, & quae tenuis ab imis proficit, uastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbuta, nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia, inferius uasta, superius angusta? Quia nimirum omnes huius saeculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in caelestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro caelesti mercede, uel tenuissimi uerbi ferre contumelias recusant, terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione uero coram domino uel unius horae momento lassantur. Saepe nuditatem, deiectionem, famem, pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant, & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant, superna autem laboriose quaerere tanto magis dissimulant, quanto ea retribuui tardius putant. Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum uasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens uita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in caelestibus debiles, sed longius, atque distantius studiosos se deo exhibent, quam saeculo fuisse meminerunt. Nam quum quibusdam per praedicatorum nostrum dicitur: Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestrae: Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiae, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem, eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu honorum operum, quales fuistis dudum in actione uitiorum, ne debiliores uos habeat sancta libertas haeredes, quos in carne ualidos habuit usus terrenae uoluptatis. Sunt uero nonnulli, qui quum caelestia appetunt, atque huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantiae pusillanimitate deficiunt. Quibus hos, nisi arbutis reliquis similes dixerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? Hi quippe ad conuersionem uenientes, non tales quales coeperunt, perseverant, & quasi more arborum, inchoatione uasti sunt, sed tenues crescunt: quia paulisper per augmenta temporum patiuntur detrimenta uitae. Sensim quippe in eis desideria superna languescunt, & qui robusta, ac fortia proposuerant, debilia, atque infirma consummant, dumque aetatis augmento proficiunt, quasi flexibiles crescunt. Palma uero (sicut dictum est) uastior in summitate est, quam esse coeperit ex radice: quia saepe electorum conuersio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando, & si tepidius prima inchoat, feruentius extrema consummat: uidelicet semper inchoare se aestimat, & idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Hanc scilicet iustorum constantiam propheta intuens, ait: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem suam, assumunt pennas ut aquilae, currunt & non laborabunt, ambulabunt & non deficiunt. Mutant quippe fortitudinem: quia fortes student esse in spiritali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas ut aquilae: quia contemplando uolant. Currunt, & non laborant, quia uelocibus magna celeritate praedicant. Ambulant, & non deficiunt, quia intellectus sui uelocitatem retinent, ut tardioribus condescendant. In cunctis uero bona quae accipiunt, quanto alijs libenter accommodant, tanto ipsi incommutabiles in nouitate perdurant, & qui tenues a radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione conualescunt. Dicat itaque beatus Iob ex persona sua, dicat ex uoce sanctae Ecclesiae his quos pacis tempore ad se conuersos habuerat, atque in bonis moribus perseveraturos credebat. Dicebamque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Quasi enim palmam multiplicare se dies credidit, quae mentes fidelium ad extremum usque robustiores exurgere putabat. Quum enim multorum corda persecutionibus coeperint lassata mollescere, dolet iam in se quasi ad debilitatem redere, quos mirabatur fortia proposuisse. Et Homilia decima septima, super Ezechielem, exponens illud Eze-

mm ij chielis,

Ioan. 10. b.

Heb. 3. c.

Augustinus.

Cant. 4. d.

Hieronymus.
Hierem. 23. f.
Matth. 3. c.

Psal. 33. b.
Palea, doctrina
peruersa.
Esa. 11. b.
Palea, uerbum
simplex.
Triticum, uerbo-
rum interior sen-
sus mysticus.
Augustinus.

Pallium, eccle-
sia.
Gen. 49. b.
Bernardus.
Gen. 3. b.
Gen. 24. g.
4. Reg. 2. b.
Ester. 8. d.
Rupertus.
Gen. 49. b.
Asinus, gentili-
tas.
Stola, pallium,
ecclesia.
Psal. 132. a.
Cant. 1. d.
Botrus, Chri-
stus.
Ephes. 5. f.
Cant. 5. c.
Gregorius.

Gregorius.
Iob 29. c.
Palma, ecclesia.

Rom. 6. c.

Esa. 40. g.

Ezech. 40. c.

Palma, premiū uictoriae. Apoc. 7. c.

chielis, Et ante frōtes pictura palmarū: Quid (inquit) per palmas nisi prēmia uictoriae designantur? Ipsae quippe dari uincensibus solent. Vnde de his quoque qui in certamine martyrii antiquum hostem uicerant, & iam uictores in patria gaudebant, scriptum est: Et palmae in manibus eorum, & clamabant uoce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronū, & agno. Palmas quippe in manibus tenere, est uictorias in operatione tenuisse. Cuius operationis palma tibi retribuetur, ubi iam sine certamine gaudebit. Vnde & hic non dicitur: Palmae ante frontes, sed ante frontes pictura palmarum. Ibi enim uictoriae palma uidebitur, ubi iam sine fine gaudebit. Nam hic plerūque sanctos uiros aspiciamus mira agere, uirtutes multas facere, leprosos mundare, daemōnia eijcere, tactu aegritudinis corpora sanare, prophetiae spiritu uentura praedicere, Cuncta itaque haec necdum palmae sunt, sed adhuc pictura palmarum. Nam haec aliquando dantur & reprobis. Vnde & per Euangelium ueritas dicit: Multi dicēt mihi in die illa: domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine daemōnia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos: Discedite à me, qui operamini iniquitatem. Vnum uerò signum electionis est soliditas charitatis, sicut scriptum est: In hoc scietur, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Haec autem miracula, quum electi faciunt, longè distimiliter à reprobis fiunt: quia quod electi ex charitate, hoc reprobi student agere per elationē. Sed eisdem electis ipsa mira, quae per charitatem faciunt, nō iam palmae sunt, sed adhuc pictura palmarum: quia de eis foris ostenditur, quales apud omnipotentem dominum intus habeantur. Ibi autem eis palma erit, ubi iam mortis contentio non erit. Nam praedicator egregius tunc aspexit palmam ueram uincensibus dari, quum resurrectionem prauidit mortuorum fieri, sicut dicit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors stimulus tuus? Tūc erit perfecta uictoria, quum mors plenè fuerit absorpta. In omne autem quod modo mirabiliter de signis agi cōspicimus, non iam ipsam uictoriam, sed adhuc imagines uictoriae uidemus: Quia plerūque sanctis etiam & in locis sublimioribus positis, ut ad bona opera alij prouocentur, uirtutes, & signa dantur, ante frontes interioris aedificij palmarum pictura ostenditur.

Matth. 7. c.

Ioan. 13. d.

1. Cor. 15. g.

Ibidem.

De eadem palma.

Cap. III.

Ezech. 40. d.

Palmarū caelatura, bonorum operum demonstratio. Matth. 5. b.

ET diuus Gregorius Homilia 19. super Ezechielē, exponens illud Ezechielis, Et caelatae palmae erant, una hinc, & altera inde in frōte eius: Quid est hoc (inquit) quod prius in frōtibus pictura palmarum, nunc autem caelatae palmae in fronte esse memorantur? Sed sicut iam superius diximus, pictura palmarum, est ostensio signorum. Nunc uerò caelatura palmarum dicitur, ut bonorum operum demonstratio designetur. Ipsi enim summis praedicatoribus dicitur: Videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrū, qui in caelis est. Qui igitur in uita sua impressa esse sancta opera demonstrant, palmas in fronte caelatas habent, quia quanta illos in posterum uictoria sequatur: iam nunc in sanctis suis operibus ostendunt. Vel certè, quia fidem per orientis, spem per Aquilonis: Charitatē uerò per Australē portā diximus designari. Notandū uerò nobis est, quia in Orientis porta pictura palmarū, in Aquilone uerò & Meridie caelatura esse perhibetur: quia contingit saepe, ut hi qui adhuc inchoantes sunt, necdum se in operibus solidis, ac magnis exerceant: hi uerò qui post iniquitates ad uirtutē redeunt, plerūque ut culpas suas ante omnipotentis Dei oculos tegere ualeant, in magnis operibus exercentur. Et quia iam feruore spiritus actibus, & uirtutibus excreuerunt, quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In Orientis ergo porta, pictura est, in Aquilonis uerò & meridiei, caelatura: quia signum uictoriae, quod inchoantibus ostēditur, hoc in reuertentibus, atque feruentibus iam solidius, & robustius tenetur. Notandū quoque magno opere est, quod dicitur hinc, & inde. Omnes enim qui ad uitae aditum tendimus, & ex dextro, & sinistro latere habere palmā debemus. Quod enim hinc, & inde dicit, latus utriusque signatur. A dextro igitur palmam habet is, quem prospera non extollunt. A sinistro palmam habet is, quē aduersa non desiciunt. Quasi ex utraque parte portabat Paulus palmam, quum diceret: Per arma iustitiae à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & ueraces. Non hunc aduersa frangebāt, non prospera in mentis tumorem subleuabāt. Hinc inde ergo gestabat palmam, quia & in aduersitate fortis, & in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur, habere in dexterā partem palmam nescit. Quisquis in aduersitatibus frangitur, portare palmam à sinistro latere ignorat. Vt ergo hinc, & inde palma gestetur in fronte, adesse semper nostris mētibus debet, & in aduersis fiducia, & in prosperis timor, ne aut aduersa in desperationem pertrahant, aut prospera animum in sui fiduciam extollant. Hinc est quod idem egregius praedicator dicebat: Scio & humiliari, scio & abundare: ubique & in omnibus institutus sum, Et satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo qui me con-

2. Cor. 6. b.

Phillip. 4. c.

me confortat. Et exponens illud Canticorum. Comae eius sicut elatae palmarū, nigrae sicut coruus. Quid per comas Christi, nisi fideles quosque intelligimus? Qui dum fidem trinitatis in mente custodiunt, & deo adherentes, quod credunt, faciunt, quasi in capite pendentes honorem portant conferunt. Palma autem in altum ualde crescendo proficit, & uictoriam significatione sua praetendit. Comae ergo sicut elatae palmarum sunt, quia electi quique, dum semper ad alta uirtutum se effecerunt: per Dei gratiam quandoque ad uictoriam se perducunt. Nigrae autem sicut coruus existunt: quia quamuis uirtutibus in caelum se erigant: semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Et exponens illud Canticorum: Statura tua assimilata est palmae, & ubera tua botris. Palma (inquit) dum crescit, deorsum stringitur, & sursum dilatatur. Sic sancta anima ab imis ad minima incipit: & paulatim ad maiora crescendo, usque ad amplitudinem perfectae charitatis peruenit. Nemo enim (sicut scriptum est) repente fit summus. In Psalmo autem de iusto homine dicitur: Iustus ut palma florebit. Uera autem sponsae duo praecepta charitatis existunt: quae animā, quam possident, uino coelesti inebriant & nutriunt. Potest tamen per palmam crux Christi intelligi. Palma enim in sublime ualde crescens, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi coelestem cibum nobis praeparauit. Cui statura sponsae assimilatur: quia pro Christo mori non dubitat, quisquis Christum ualde diligens digne imitatur. De palma sequitur sponsus dicens: Dixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Dixit uerè, & ascendit, quia sicut ante saecula pro morte nostra mori disposuit: sic in fine mundi propitius, & uerax adimpleuit. In palmam ergo ascendit, & fructus eius apprehendit: quia in cruce suspensus, fructum uitae inuenit, ac apprehendit, & nobis tribuit. Et Ambrosius libro tertio Hexameron, cap. 17. Palma (inquit) uirens semper manet cōseruatione, & diuturnitate, non immutatione filiorum. Nam quae primo germinauerit folia, ea sine ulla substitutionis successione conseruat. Imitare ergo eam o homo, ut dicatur & tibi: Statura tua similis facta est palmae: Serua uiriditatem pueritiae tuae, & illius innocentiae naturalis, quam recepisti à primordio, ut plantatus secus decursus aquarum, fructum tuum in tempore tuo habeas praeparatum, & folium tuū non defluat. Hanc uiriditatem gratiae semper florentis in Christo secuta Ecclesia dicit: In umbra eius cōfugi & sedi. Hanc praerogatiuam doni uirentis acceperunt & Apostoli, quorum nec foliū unquam potuit elabi, ut eorum etiam umbra curaret aegrotos. Obumbrat enim infirmitati corporis, fides mentis, & florentia merita uirtutum. Mane ergo plantatus in domo domini, ut in atrijs eius sicut palma floreas, & ascēdat in te gratia Ecclesiae, ut sit odor narium tuarum sicut mala, & fauces tuae sicut uinum optimum, ut inebrieris in Christo.

Cant. 5. c.

Comae, fideles.

Cant. 7. c.

Palma sancta anima.

Psal. 91. c.

Uera sponsae, duo praecepta charitatis.

Palma, crux Christi.

Cant. 7. c.

Ambrosius.

Cant. 7. c.

Psal. 1. a.

Cant. 2. a.

De eadem palma.

Cap. III.

RVPertus autem exponens illud Canticorum, Comae eius sicut elatae palmarū, hoc modo scribit: Comae huius capitis sunt omnes scripturae ueritatis. Sicut enim comae de capite prodeunt, & capitis quoddam sunt ornamentum: ita omnes scripturae diuinitus inspiratae, de plenitudine huius uerbi siue electi acceptae sunt, & omnes huic electo perhibent testimonium. Ista comae sicut elatae palmarum, id est, sicut folia palmarum, quae uidelicet folia, idcirco dicuntur elatae, quod eleuentur sursum, quia non pendēt deorsum, sicut aliarum arborum. Est autem palma arbor, insignis uictoriae, ramis oppansis in modum palmae hominis, procerō, ac decoro uirgulto, diuturnisque uestita frondibus, & folia sua sine ulla successione conseruans. Verè ergo comae eius, uidelicet, electi siue aurei capitis dilecti sicut elatae palmarum, quia uidelicet scripturae ueritatis, quarū utique principium est caput illud, scilicet Deus uerbum: non sicut scripturae hominum, terram aspiciunt, sed sursum tendunt, & quae sursum sunt quærunt: siquidem non occidentem literam, sed uiuificationem sequaris spiritum, & ualde diuturnae sunt, sicut imò plusquam elatae, siue folia palmarū. Quia coelum, inquit, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt, Et Iota unum, aut unus apex nō praeteribit à lege donec omnia fiant. Sunt autem nigrae quasi coruus, quia, sicut alibi dictū est: Te nebrofa aqua in nubibus aëris, id est, occulta scientia in prophetis, atque legalibus scripturis, ita ueraciter dicas, nigredo magna in comis capitis dilecti, ut sensus siue intellectus idē sit. Et exponens illud Canticorum: Dixi ascendam in palmā &c. Magna (inquit) humilitas, quam ista pulchritudo sonat: statura tua assimilata est palmae, quia tale est, ac si dicam: Mihi assimilata es omni habitu mentis tuae, mihi, inquam, assimilata es, in eo quod in crucē ascendī mitis, & humilis corde. Hunc ergo ascēsum meum futurum dixi, nec quisquam amicorū dubitauerit, quin dixerim tibi. Si enim ipsis amicis dixi: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, & alia multa ad hunc sensum pertinentia, imò si & inimicis dixi: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quanto magis o charissima dixi, aut dicere debui, Ascendā in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua sicut botri uinae, & odores tui sicut malorum: guttur tuum, sicut uinum optimum? Hoc erat dicere, exaltabor in crucē uictoriosam, & moriendo moriamur in fructu

Cant. 5. c.

Rupertus.

Comae, scripturae ueritatis.

Luc. 21. g.

Matth. 5. b.

Psal. 17. b.

Cant. 7. b.

Matth. 20. c.

Ioan. 12. c.

Cant. 7. c.

te fructuosa, operabor uelociter salutem omnium credentium, & deinde doctrina tua, doctrina legalis, atq; Euangelica, tēpore opportuno palam prādicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus ubiq; diffunditur odor bonorum operum tuorum, & dulcissimum, atq; delectabile mihi erit eloquium tuum sicut uinum optimum.

Quid palmes mysticē significet.

Cap. V.

Palmes mysticē Christi designant discipulos, iuxta illud Euangelicū: Ego sum uitis, & uos palmes &c. Diuus Augustinus tractatu 81. in Ioannem hoc pacto scribit. Quum adhuc de seipso, qui est uitis, & de suis palmitibus, hoc est discipulis loqueretur: Manete (inquit) in me, & ego in uobis. Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrunq; autem prodest, non ipsi, sed illis. Ita quippe in uite sunt palmes, ut uitae non conferant, sed inde accipiant unde uiuant, ita uero uitis est in palmitibus, ut uitale alimentum subministraret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrunq; non Christo. Nam praeciso palmitē, potest de uia radice alius pullulare, qui autem praecisus est, sine radice non potest uiuere. Deniq; adiungit, & dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Magna gratiae commendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superbiorum. Ecce si cui audent respondeant, qui ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes, & ad bona opera faciēda Deum sibi necessarium non putantes. Nonne huic resistit ueritati, homines mente corrupti, reprobī circa fidem, qui respondent, & loquuntur iniquitatem dicentes: A Deo habemus, quod homines sumus, à nobis ipsis autem, quod iusti sumus. Quid dicitis, quid uos ipsos decipitis, non assertores, sed praecipitatores liberi arbitrii, ex alto elationis per inania praesumptionis in profunda submersi. Nempe uox uestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam. Hoc est altum uestrae elationis, sed ueritas contradicit, & dicit. Palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite. Qui ergo à semetipso se fructum existimat ferre, in uite non est, qui in uite non est, in Christo non est, qui in Christo non est, Christianus non est. Adhuc ueritas adiungit, & dicit: Ego sum uitis, uos palmes. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitem ferre, non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere, quia & si parum attulerit palmes, eum purgat agricola, ut plus afferat, tamen nisi in uite manserit, & uixerit de radice, quantumlibet fructum à semetipso non potest ferre. Quamuis autem Christus uitis non esset, nisi homo esset, tamen istam gratiam palmitibus non praerberet, nisi etiam Deus esset. Verum quia ita sine ista gratia non potest uiui, ut mors in potestate sit. Si quis (ait) in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Ligna itaq; uitae tanto sunt contemptibilia, si in uite non manserint quanto gloriosiora si manserint: deniq; sicut de his etiam per Ezechielem prophetam dominus dicit, praecisa nullis agrorum usibus profunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum de duobus palmiti congruit, aut uitis, aut ignis. Si in uite non est, in igne erit. Vt ergo in igne non sit, in uite sit. Et Rupertus eadē uerba exponēs hoc pacto scribit: Ego sum uitis &c. Ecce per similitudinem notae, & uisibilis rei, suae passionis demōstrat utilitatem, ut iam ex hoc mundus cognoscere incipiat, cur mandatum dederit illi pater, cur ad eum principem mundi huius uenire permittat, in quo princeps ille non habeat quicquam, id est, cum illum ad crucifigendum, uel occidendum tradat pater, qui nullam habeat mortalitatis causam: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Nonne (inquit) uitis, quum sit nigrū, & hispidum, aridūq; corticis lignum, ut palmes suos latius extendat, & suauem in tempore suo botrum profert, uino cor hominis laetificatura: nonne inquam propter hoc agricolae studio plantatur in terra, prius hyemis horrorem, imbrumq; passura molestias? Et ego utiq; uitis uera sum, uera inquam uitis, scilicet ad distinctionem uitae alienae, id est, gentis huius sodomiticæ, de qua Moyses in Cantico suo. De uinea (inquit) sodomorum, uinea eorum, & de suburbanis Gomorrae. Uua eorum uua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Igitur me uitam adeo ueram, ut is qui uenit princeps mundi huius (sicut paulo ante dixi) non habeat in me quicq;. Idcirco pater meus agricola caelestis, in hoc mundo plātare, & sarculo passionis colere dignū duxit, ut palmes meos, quorū primū uos estis, latius extendā, & post horridam, quae nunc inflat tribulationis, & mortis hyemem, suauē botrū, id est, gratiā resurrectionis profert, quo per fidem praegustato, sponsa dicat in Canticis: Botrus Cyprī dilectus meus in uineis Engaddi. Quomodo autē nonnunq; uitis eodē ex stipite, tam steriles, q̄ fructuosos palmes emittit, sed intus agricola sterilē amputat, omnēq; fructiferū purgat, sic eadē ex fide, uel cōfessione nominis mei, tam

reprobis

reprobis compluribus, q̄ electis pullulātibus pater meus, huius uitae agricola facturus est. Nam omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit, ut fructum plus afferat. Ecce Iudam filium perditionis palmitem inutilem, imō & damnosum uerem, radici huius uitae imminentem, uidetis qualiter amputauit, traditum Sathanæ, ut cōtinuo deportetur in ignem gehennæ. Vos palmes residuos, qui haecenus fructum fertis aliquantulū, euangelizantes, & curantes ubiq; ueruntamen in una tantum Iudæorum gente: uos in quā qui fructum plus afferatis, ecce purgat agricola participatione passionis, & mortis meae, ut compluti sanguine meo suauem excipiat austrum, id est, spiritum sanctum, quem dat uobis in remissionem peccatorum. Et infra. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. O quam terribilē cunctis praesumptoribus huic manae potestatis inopiam, quam ueram corporis Ecclesiae caput eius Christus dominus, commendat, & defendit unitatem: Manete (inquit) in me, & ego in uobis. Quid enim? Videntur sibi nimij assertores liberi arbitrii, non indigere auxiliantis, & miserantis gratiae Dei, tanq; uolentes, & currentes, sua uelocitate uitae sempiternae fructum comprehendere possint. Sed dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ergo praesumptores, & superbi palmes mali, horrida manu agricolae iure tollendi estis: nisi omnem pulchritudinem, omnemq; fructum uenustatem, non ex uobis, sed ex uitae intima radice procedere confessi fueritis. Itemq; & uos o schismatici ab Ecclesiae corpore uos praecedentes, & proprijs adinuentorum uestrarum sarculis praecisi, nolite putare, q̄ uitalem fructum ferre possitis. Quis enim uitis, & palmitum eius nesciat unitatem? Quamdiu palmes in uite manent tandiu ascendentes per uenas intimas genuinum radicis eius humorem bibunt, & uiuunt, florentq; & flores fructus parturiunt. At uero si de uite palmes excisus fuerit, iam boni succi eius particeps esse non potest, ideoq; specie quidem palmitis habet, sed nec uiuit, nec usum habet alium, nisi ut in igne mittatur, & ardeat. Haec ergo ipsius domini, & discipulorum eius idonea similitudo data est. Quamdiu enim per unitatem fidei magistro concordant ueritatis, mandata dilectionem seruantes, id ipsum sentiendo omnes in Christo manent, & singuli de spiritu eius uiuentes, internae ueritatis gratiam habent, uiuuntq; in salutem communicantium illis, quodcūq; celebrant sacramentum in Ecclesia Christi. Christus namq; in eis loquitur, & quicquid ab eis fit, à deo factum, & spiritu eius confirmatum esse recte creditur. At uero ubi dissentient, seq; per haereses, & schismata ab unitate fidei diuidentes, à Christo praecidunt, mortuum est eorum omne uerbum, & sacramentum, & quicquid agere uidentur in seculum, quicquid sacrificare putant, pollutum est. De qualibus Apostolus dicit: Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Verbi gratia baptismum aquae uisibiliter cōferre possunt, sed eum in quo tota consistit uirtus Baptismi, spiritum sanctum conferre nequeunt. Eis tamen, qui ab illis baptizantur, si reuertantur ad Ecclesiam catholicam, non repetitur lauacrum carnis, si tantum baptizati sint in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quod multi haeretici, & haereticarum fecerunt, & alio nihilominus erroris ferramento praecisi sunt. Non inquam eis repetitur baptismus aquae uisibilis, sed tantum per catholicæ fidei professionem, perq; sanctæ Ecclesiae reconciliationē, ueræ uitae, id est, Christo inferuntur, & ita sanctum accipientes dilectionis spiritum uirescunt, & fructum salutarem facere possunt. Igitur à uite, & manentibus palmitibus sumpta similitudine, sui, discipulorumq; secum manentium in uno dilectionis spiritu: Manete (inquit) in me, & ego in uobis, uidelicet, sicut palmes manent in uite, ut maneat pinguedo uitae in palmitibus. Non enim quia genuinus humor uitae in palmes se diffudit, iccirco palmes in uite manent, sed quia palmes manent in uite, iccirco uitis illos participes efficiat pinguedinis suae. Ita nimirum non quia spiritus dilectionis de uera uite Christo in cunctos palmes suos diffunditur, & uniuersam Ecclesiam toto orbe plantatam gratiae sempiternae fructuosas onustat charismatibus: non inquam iccirco singuli palmes in eadem uite manemus, alioquin nunquam aliquis praecideretur, quia nunquam deest huic uitae pinguedo sancti spiritus, sed quia singuli per unius ueræ & catholicæ fidei confessionem in Christo manemus, iccirco spiritus eius omnes participes sumus, & uiuit omne sacramentum, quodcumq; nos, imō ipse per nostrum ministerium operatur. Recte ergo non ait, maneam ego in uobis, & uos in me: sed prius, manete (inquit) in me, deinde, & ego in uobis, & ut plenius notum faciat, quam uere necessarium sit nobis manere in illo, ut maneat ipse in nobis: sicut palmes (inquit) non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Eant igitur, & fructum ferre gestiant plantaria mortis, & surculi æternis ignibus deputati, Cherintus uidelicet, & Arrius, cæteri que ficti, quos spiritus disciplinae sanctus effugit. Nam quicquid apud eos agitur, quodcumq; quasi sacrum, uel sacramentum celebratur, tam uero uerbo uitae, & spiritu ueritatis caret, quam uere palmes, nisi manserit in uite, fructum ferre non potest, quam uere manus abscissa à corpore, uiuere, uel operari non ualet: Sequitur Ego sum uitis, uos palmes, iccirco repetiuit, quod iam ante dixerat: Ego sum uitis, ut

m m iij manifest

manifestius exprimeret, quod nōdum fecerat, quos uellet intelligi palmites. Nam supra dixit: Ego sum uitis, pater meus agricola est, nūc autē: Ego sum (inquit) uitis, uos palmites. Et adiecit: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū, quia sine me nihil potestis facere. Propterea dixi (inquit) manete in me, & ego in uobis, quia sine me nihil potestis facere. Parū est autē, eū palmitē, qui nō manet, in uite, nihil posse facere. Sed quid? Si quis in me nō māserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligēt eū, & in ignē mittēt, & ardet, Non solū nihil facit palmes excisus, sed & de illo nihil fit. Verbi gratia, non uasculū, aut paxillus, uel cuiuslibet artis, aut operis instrumētum, nec omnino quicquā est propter quod illum sumere libeat artificem lignarium. Vnde ad prophetam Ezechielem dominus dicit: Fili hominis, quid fiet ligno uitis ex omnibus lignis nemorum, quae sunt inter ligna sylvarum? Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut depēdeat in eo quodcunq; uas? Ecce igni datum est in escam. Huic sententiā propheticā consentit, Apostolus, non ut existimauit Nouatus, poenitentiae remedium, lapsis denegans, sed difficultatem renouationis eorum, qui alta sapientes, de hac uite praecisi, & haereticarum facti sunt, terribiliter pronuntians. Impossibile est enim (inquit) eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt etiam nihilominus bonum Dei uerbum, uirtutesque saeculi uenturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Quam enim hic aliam desperationem poenitentiae docet Apostolus, nisi ipsam de qua ad Titum scribens: Haereticum (inquit) hominem post unam, & secundam commonitionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, quum sit proprio iudicio cōdemnatus. Igitur de illo, qui se ab unitate uerae uitae, id est, Christi praecidit, haereticus, uel haereticus factus, uno ore, pariterque sensu consonant Christus, Propheta, & Apostolus: Christus enim: Si quis in me non manserit (inquit) mittetur foras sicut palmes, & arefcet. Et colligēt eum, & in ignem mittent, & ardet. Propheta autem: Nunquid (ait) tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus? Ecce igni datum est in escam. Denique de illo qui nunquam uitae, id est, Christianae fidei professus est speciem siue decorem, idem quod de agresti ligno sperari potest, scilicet quod aliquod uas fieri, aut paxillus possit fabricari utilis domui Dei. De illo uero qui infertus eidem uerae uitae, bonum radicis eius succum gustauit, & particeps (sicut iam dicitur Apostolus ait) factus est spiritus sancti, gustando bonum dei uerbum, uirtutesque saeculi uenturi, de illo inquam, quum praecisus, uel prolapsus est, hoc solum restare putandum est, ut colligatur, & in ignem mitatur, & ardeat: quia uidelicet iuxta alium Euangelij locum, tale eius peccatum est, quod non remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Quid palpebrae Dei & hominum mystice significant.

Cap. VI.

Quid palpebrae Dei mystice significant, diuus Gregorius libro Moralium 28. Ca. 8. exponens illud Psalmiste, Palpebrae eius interrogant filios hominum: Palpebris (inquit) apertis ceruimus, clausis nihil uidemus. Quid ergo per palpebras Dei, nisi eius iudicia accipimus? Quae iuxta aliquid clauduntur hominibus, iuxta aliquid referantur, ut homines qui se nesciunt, semetipsis innotescant, quatenus, dum quaedam intelligendo comprehendunt, quaedam uero cognoscere omnino non possunt, eorum corda sese latenter inquirant, si illos diuina iudicia, uel clausa non stimulant, uel aperta non instant. Hac enim interrogatione Paulus probatus est, qui post perceptam internam sapientiam, post aperta claustra paradisi, post ascensum tertij coeli, post supernae locutionis mysteria adhuc, dicit: Ego me non arbitror comprehendisse. Et rursus: Ego sum, minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus. Et rursus: Non quia sufficientes sumus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Apertis ergo palpebris Dei interrogatus Paulus, recte respondit, quia & superna secreta attigit, & tamen in humilitate cordis humiliter stetit. Qui rursus, quum secreta Dei iudicia de repulsione Iudaeorum, & gentium uocatione discutere, atque ad ea peruenire non posset, quasi clausis Dei palpebris interrogatus est. Sed rectum ualde responsum reddidit, qui deo se in ipsa sua ignorantia scienter inclinauit, dicens: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Ecce enim abconsis mysterijs, quasi clausis palpebris inquisitus, placita, ac recta respondit, qui secreti aditum pulsans, quia per cognitionem intromitti ad interiora non ualuit, per confessionem ante ianuas humilis stetit, & quod intus comprehendere non potuit, foris timendo laudauit. Et libro 13. Cap. 11. exponens illud Iob, Et palpebrae meae caligauerunt: Palpebrae (inquit) recte appellati sunt, qui ad prauidenda peccata itinera uigilant. Sed quia occulta Dei iudicia nec praepositi uigilantes intelligunt, palpebrae sanctae Ecclesiae caligant, i. occulta omnipotentis Dei iudicia mirantur, sed penetrare nequeunt. Et lib. 33. ca. 35. exponens

exponens illud Iob, Et oculi eius, ut palpebrae diluculi: Per oculos (inquit) qui inhaerentes capiti utilitati uisionis inseruunt, non immerito eius consiliarij designantur, qui dum peruersis machinationibus, quae qualiter agenda sunt, prauident, malignis eius operarijs, quasi ostium pedibus iter praebent. Qui recte palpebris diluculi comparantur. Palpebras namque diluculi extremas noctis horas accipimus, in quibus quasi nox oculos aperit, dum uenturae lucis iam initia ostendit. Prudentes igitur saeculi malitiae Antichristi peruersis consilijs inhaerentes, quasi palpebrae sunt diluculi, quia fidem, quam in Christo inueniunt, quasi erroris noctem asserunt, & uenerationem Antichristi uerum esse mane pollicentur. Spondent enim se tenebras repellere, & ueritatis lucem signis clarescentibus nunciare, quia nec persuadere quae uolunt, possunt, nisi exhibere se meliora fateantur. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae: Palpebrae eius &c. Palpebrae (inquit) dicitur a palpando. Sunt enim quaedam luminum thecae: & quasi folles oculorum: quas claudimus dormientes, ut fatigatum corpusculum reparare possimus. Ergo quia in domino membrorum ministeria per allegoriam frequenter aptantur: dicit eum non solum, quando intendit oculis: sed etiam tunc requirere, id est, considerare filios hominum: quum ea negligere, quasi dormiens, aestimatur. Et diuus Augustinus: Palpebrae eius interrogant filios hominum. Hic filios hominum, illa regula libenter acceperim, de ueteribus regeneratos per fidem. Hi quippe quibusdam scripturarum locis obscuris tanquam clausis oculis Dei exercentur, ut quaerant. Et rursus quibusdam locis manifestis, tanquam apertis oculis Dei illuminantur, ut gaudeant. Et ista in sanctis libris crebra apertio, atque adaptio, tanquam palpebrae sunt Dei, quae interrogant, id est, quae probant filios hominum, qui neque fatigantur rerum obscuritate, sed exercentur, neque instantur cognitione, sed confirmantur. Et diuus Hieronymus exponens illud Prouerborum: Oculi tui recta uideant, & palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Iter iustitiae, quo ingredi debeas, diligenter edisce: & in cunctis, quae agere disponis, sollicitus ad quem sint finem uentura, prauide. Hoc est enim palpebras recta uidentium oculorum, tuos praecedere gressus, bonum opus quod acturus es sedula cogitatione praeuire, & quia secundum Deum sit meditando prauidere. Item palpebrae gressus praecedunt, quum operationem nostram consilia recta praeueniunt. Qui enim negligit considerando prauidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit: sed prauidendo sibimetipsi non antecedit, atque idcirco citius corrumpit: quia quo pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non prauidet.

Quid panis mystice significet.

Cap. VII.

Quid panis mystice significet, diuus exponit Greg. libro Moralium 23. cap. 25. exponens illud Iob, Abominabilis ei fit in uita sua panis: In scriptura (inquit) sacra panis, aliquando ipse dominus, aliquando spiritualis gratia, aliquando diuinae doctrinae eruditio, aliquando haereticorum praedicatione, aliquando subsidium uitae praesentis, aliquando iocunditas humanae delectationis accipitur: In pane dominus signatur: sicut ipse in Euangelio dicit: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi. Rursum per panem gratia doni spiritualis accipitur: sicut per prophetam dicitur: Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem: & claudit oculos suos, ne uideat malum, iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est. Quid est enim obturare aures suas, ne audiat sanguinem: nisi peccatis suadetibus, quae de sanguine, & carne nascuntur, non praebere consensum? Et quid est, ne malum uideat, oculos claudere, nisi omne quod reuerentia aduersum est, non approbare? Iste in excelsis habitabit: quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimitatibus fixit. Munimenta saxorum sublimitas eius: quia qui obiecta desideria terrena conuersationis calcant, ad supernam patriam per praecedentium patrum exempla se subleuat. Et quia per contemperationem donum gratia spirituali satiatur, apte subiungitur: Panis ei datus est, id est, refectionem spiritualis gratia percipit: quia se a bonis infimis caelestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta Ecclesia per Dauid dominus dicit: Pauperes eius saturabo panibus: quia in illa mentes humilium posita, spiritualium implentur refectione donorum. Rursum per panem diuinae doctrinae eruditio designatur: sicut per prophetam dicitur: Qui habitatis in terra Austri, cum panibus occurrite fugienti. In terra quippe Austri habitat: qui in sancta Ecclesia positi, superni spiritus charitate perfiantur. Fugit autem, qui huius mundi mala euadere concupiscit. Qui ergo in terra Austri habitat, fugienti cum panibus occurrat, id est, is qui iam sancto spiritu intra Ecclesiam plenus est: eum qui mala sua euadere nititur, eruditionis alloquio consoletur. Fugienti scilicet cum panibus occurrere, est metuenti aeterna supplicia, doctrinae sacrae escas offerre: & modo tumorem terrore comprimere, modo pauorem exhortatione refouere. Quia panis refectionis scripturae sacrae non inconuenienter accipitur: per eundem Prophetam Iudaeis solam literam seruantibus dicitur: Quare appenditis argentum: & non in panibus? Ac si diceret: Pensatis sacra eloquia, sed non in refectione: quia dum solam literam speciem custoditis, de spirituali intelligentia pinguedinem internae refectionis amittitis. Vnde illic apte subiungitur: Et laborem uestrum non in saturitate.

Rursum

Iob 41. b.
Oculi consilia
rij.Cassiodorus.
Psal. 10. b.Augustinus.
Psal. 10. b.Hieronymus.
Prouer. 4. b.Gregorius.
Iob 33. c.Ioan. 6. e.
Panis, dominus.
Esa. 33. c.
Panis, gratia
spiritus sancti.Psal. 131. c.
Panis, diuinae
doctrinae eru
ditio.
Esa. 21. d.

Esa. 55. a.

Ezech. 15. a.

Hebr. 6. 4.

Tit. 3. c.

Ezech. 15. a.

Hebr. 6. 4.

Matth. 12. c.
Luc. 12. b.Gregorius.
Psal. 10. b.
Palpebrae Dei,
iudicia Dei.

2. Cor. 12. a.

Philip. 3. c.
1. Cor. 15. b.
2. Cor. 3. b.

Rom. 11. d.

Iob 16. c.
Palpebrae pra
uidentes pedum
itinera, praepo
siti uigilantes.

Panis, hæreticorum prædicatio. Rursum per panē hæreticorū prædicatio designatur: sicut per Salomonē mulier hæreticæ Ecclesæ typum gestās, & stultos cōuocans dicit: Panes occultos libenter edite. Vel sicut in nostra trāslatione scriptum est: Aquæ furtiua dulciores sunt: & panis absconditus suauior. Sunt enim nonnullæ hæreses, quæ apertè metunt prædicare, quod sentiūt: & apud infirmorū mentes uerba sua tanto magis cōdiunt, quāto quasi amplius reuerēter abscondunt. Vnde nō immeritō dicitur: Panes occultos libenter edite. Miseris enim cordibus occulta hæreticorū uerba eo magis sapiūt, quo cū reliquis cōmuniter nō habentur. Rursum per panē subsidium præsentis uitæ accipitur: sicut Iacob ad Laban trāsiens, ait: Domine Deus, si dederis mihi panem ad māducandum, & uestem ad induēdum. Et sicut in Euāgelio dominus turbis se sequētibz dicit: Quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia māducastis ex panibus meis, & saturati estis. De septem enim panibus fuerāt saturati. Et per eorum personā dominus illos intra sanctā Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad dominū propinquantes, nō in eisdem ordinibus uirtutū merita, sed subsidia uitæ præsentis exquirūt: nec cogitant quid uiuendo imitari debeāt, sed quæ compēdia percipiendo satientur. Satiatos quippe de panibus dominum sequi, est de sancta Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse. Et nō pro signis est dominū, sed pro panibus quærere: ad religionis officium non pro augendis uirtutibus, sed pro requirendis subsidijs inhære. Rursum per panem iocūditas humanæ delectationis accipitur. Vnde Hieremias propheta quum synagogæ perditos mores defleret, dixit: Omnis populus eius gemēs, & quærēs panem: dederūt preciosa quæq; pro cibo ad refocillandā animā. Gemens enim populus quærīt panem, dum praua hominum multitudo affligitur: quia nō ad uotum de præsentis uitæ iocunditate satiat. Sed & preciosa quæq; pro cibo dat: quia uirtutes mentis in appetitum delectationis transitorie inclināt. Et refocillare animam nititur: quia peruersis suis desiderijs satisficere conatur. Vnde bene mox ex uoce illic electæ multitudinis subdit: Vide domine, & cōsidera: quia facta sum uilis. Vilis quippe plebs Dei efficitur, quādo prauorū numero crescēte, in eis nō summa, & celestia: sed abiecta, & terrestria sectatur. Et diuus Hieronymus exponēs illud Esaiæ: Et nobiles eius interierunt fame. Quod autem (inquit) omnis sermo doctrinæ panis appelletur & aqua, illud docet Euāgelicum: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur ex ore Dei. Et quicumq; biberit de aqua, quam dederō ei, nō sitiet in æternum. Et in Psalmo dicitur: Super aquas refecit me. Vnde dominus non uult esurientes in eremo dimittere, ne laesentur, & corruant, & interficiantur fame. Et de iusto uiro dicitur: Iuuenis fuit, & senex, & non uidit iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Illud autem Ecclesiasticis: Mitte panem tuum super aquam, require in dictione, Imber. Et exponens illud Ezechielis: Panem suum esurienti dedit. Per quod (inquit) docemur elemosynam non saturis faciendā, sed esurientibus, nec dandum panem his qui ructant plenitudine, sed his qui inanitate cruciantur. In pane autem omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, suum: ne de rapinis, & usuris, & alieno malo quæsitum panem uertamus in misericordiam. Redemptio enim animæ uiri, propria diuitiæ. Quod multos facere cōspicimus, clientes, & pauperes, & agricolas, ut taceam de militantium, & iudicum uiolentia: qui opprimūt per potentiā: uel furta committūt, ut de multis parua pauperibus tribuāt, & in suis sceleribus gloriētur. Publiceq; diaconus in Ecclesijs recitet offerētium nomina, tātum offert illa, tātum ille pollicitus est: placentq; sibi ad plausum populi, torquente eos cōscientia. Damusq; materiā miseris, ut gaudeāt ad ea quæ tribuunt, & nō lugeāt ad ea quæ rapuerint. Melius autem est, ut intelligamus panem iusti eum esse, qui dicit: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: & quem in oratione nobis tribui deprecamur: Panem nostrum substantiuum, siue superuenturum da nobis: ut quem postea semper accepturi sumus, in præsentī sæculo quotidie mereamur accipere. Hunc panem iustus esuriētibus tribuit: de quibus scriptum est: Beati qui esuriūt, & sitiūt iustitiam. Quia qui iustus est, communem omnium panem, suum facit proprium: qui defecerat in Iudæa, propheta dicente: Auferam ab eis fortitudinem, siue baculum panis. Hoc quod loquimur, si tamē Christi sumus, imō quod propheta commemorat, panis credentium est, & esuriētium. Qui omnino non dādus est his, qui māducauerunt, & biberunt, & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt: de quibus dicitur: Væ qui saturati estis nunc: quia esuriētis: ne euomant illum, dicente Salomone: Euomet enim, & contaminabit sermones tuos bonos. Quod alijs uerbis saluator loquitur: Ne detis sanctū canibus: nec mittatis margaritas uestras ante porcos. De pane cœlesti qui est Christi corpus plura habes in dictione, Manna, in multis capitulis.

Paradisus quid mysticè significet, require in dictione, Hortus, & in dictione, Malū punicum.

Quid papyrus mysticè significet.

Cap. VIII.

Gregorius. **Q**uid papyrus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius libro Moralium 13. capite septimo, enarrās illud Esaiæ. Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trās flumina Aethiopiæ, quæ mittit in mari

in mari legatos, & in uasis papyri super aquas: Terra quippe, cui uæ dicitur, ille principaliter homo damnatus est, qui alarum cymbalū uocatur, quia hi qui per superbiam in altitudinem cogitationis euolant: eundem peruersum hominem prædicando sonant. Quæ scilicet terra rectè trans flumina Aethiopiæ esse perhibetur. Aethiopia etenim nigrum populum mittit: & omnem hominem mundus iste, quia peccatorem profert, quasi nigrum Aethiopia populū parit. Sed terra, cui uæ dicitur: trans flumina Aethiopiæ esse perhibetur: quia damnatus ille homo tanta immensitate iniquus est, ut omnium peccantium peccata transcendat. Qui mittit in mari legatos: quia prædicatores suos in sæculo spargit. De quibus rectè subditur qualiter mittatur: dū dicitur, In uasis papyri super aquas. Ex papyro quippe charta est. Quid itaq; per papyrus: nisi sæcularis sciētia designatur? Vasa ergo papyri sunt corda doctorum sæcularium. In uasis igitur papyri super aquas legatos mittere, est prædicationem suam in sapientum carnalium sensibus ponere: & defuētes ad culpam populos uocare. Qui ergo illic per uasa papyri: ipsi hic, quia carnaliter uident, per oculos designantur. Alij (ut inquit Hieronymus) putāt, quod apostropha dirigatur ad dominum, & sit sensus: O Deus qui mittis in mare sæculi istius prophetas, & quasi per epistolas nauigantes, populum commonēs, tuis imperas nuncijs: Ite uelociter ad gentem meam laceratam, atq; conuulsam &c.

Quid paralysis & paralyticus mysticè significet, diuus enarrat Hieronymus, exponens illud Marci, Et uenerunt ad eum ferentes paralyticum: Paralysis (inquit) typus est torporis, quo piger iacet in mollicie carnis, habens desiderium salutis, & torporis ignauia, & duplis cogitationibus, ac si eneruatus membrīs offendit, quem portant quatuor uirtutes cardinales ad tegulas diuinitatis, & sapientiæ in domo carnis Christi patefactas. Cui uice dicitur muneris, portare carnem, quæ se portabat, ut per aliam uiam cum Magis in suam redeat regionem. Et Thomas exponens illud Euāgelicum, Dñe puer meus iacet in domo paralyticus: Paralytici qui non possunt membra mouere sunt incontinentes, qui ex infirmitate peccant. Puer ergo, id est, inferior pars mentis, siue animæ iacet, quando non potest sese erigere. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. Et malè torquetur. Si quidem qui peccant ex infirmitate, quum ceciderint, ex dolore torquentur. Hæc ex illo. Sunt autem qui dicunt paralyticum morbum esse, qui membra reddit mollia, atque dissoluta, & dissipata. Quod merito peccantibus ex infirmitate conuenit, qui molles sunt, quoniam omni cedunt tentationi, atque aduersitati, Et quia timoris, uel amoris non habent uinculum, dissoluti congruè dicuntur. Et quia peccantes ex infirmitate sapius respiscere proponūt à peccato, sed in bono non perseverant proposito, propterea dici possunt dissipati, atque contracti.

Pardus autem quid mysticè significet, Rupertus enarrat, exponēs illud Apocalypsis: Et bestia quam uidi similis erat pardo &c. Pardus in uisione Danielis, ubi quatuor bestia grandes ascendebant de mari diuersæ inter se, regnum significat Macedonum. Est autem bestia uelocissima, quæ præceps fertur ad sanguinem, & saltu in mortem ruit. Comparatur ergo illi regnū Macedonum, regnū Alexandri, cuius uictorijs uelocius nihil fuit: Quippe qui ab Illyrico, & Adriaco mari usq; ad Indicum oceanū, & Gangem fluuium, nō tam prælijs, quā uictorijs percurrit, & sex annis Europæ partem, & omnem sibi Asiā subiugauit. Illi regno eiusmodi pardo similis erat, inquit, bestia, quam uidi: uidelicet, secundum malignitatem supra dicti Antiochi, qui, ut idem Daniel prædixit, magnificatus est usque ad fortitudinem cœli, siue usque ad principem fortitudinis, & ab eo iuge sacrificium tulit. Denique hoc plerique doctorum ita ad Antichristum referūt, ut quod sub illo Antiocho in typo factum est, sub Antichristo in ueritate dicant esse complendum. Igitur similis erat pardo, id est, cōplebit Antichristus illud quod per Antiochum præfiguratum est de illo: Et pedes (inquit) eius sicut ursi. Vrsus in eadem Danielis uisione regnum Persarum, atque Medorum significat, uidelicet propter eiusdem regni duritiam atque ferocitatem. Illius ursi pedibus, pedes huius bestia comparatur. Qui porrō erunt huius pedes nisi nequitia eius satellites, pessimarum eius legationum per totum mundum ad effundendum sanguinem portitores? Et qui illius ursi, scilicet illius regni Persarum, atque Medorum pedes fuerunt, nisi complices Aman Agag ite hostis Iudæorum, qui susceptas imō impetratas à rege crudeles epistolas de occidendis Iudæis, sæua mandata continentes, portare festinauerunt? Quod ergo dicit: Et pedes eius similes ursi, id est, ac si diceret: & ministri eius, sicut Aman ad effundendum sanguinem erunt festini. Et os eius sicut os leonis. In eadem uisione Danielis nō Leo, sed quod sauius est, Leæna regnum Babylonium significat, uidelicet, propter sauitiam eius, & crudelitatem, siue propter luxuriam, & uitam libidini seruientem. Igitur os eius sicut os leonis, uidelicet, quum superba loquitur, atque crudelia, uelut ille rex Babylonis, quum diceret: Et quis est Deus qui eripiat uos de manu mea? Et nota quod illic in uisione Danielis, prima ponitur leæna, deinde alia similis urso, deinde alia quasi pardus, deinde bestia quarta sine nomine terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, hic autem ordine reciproco regnum Antichristi primum, bestia dicitur nomine generali absque nomine speciali: deinde in ea similitudo pardi, deinde in pedibus eius similitudo ursi, deinde in ore eius similitudo leonis.

Prouer. 9. d.
Panis, presentis uitæ subsidium.
Gen. 28. d.
Ioan. 6. c.

Panis, humana delectationis iocunditas.
Thren. 1. d.

Ibidem.
Esa. 5. d.
Hieronymus.
Deuter. 8. a.
Matth. 4. a.
Ioan. 4. b.
Psal. 22. a.

Psal. 36. e.
Eccis. 11. a.
Ezech. 18. b.

Prouer. 13. b.

Ioan. 6. c.
Matth. 6. b.
Matth. 5. a.

Esa. 3. a.

Luce 6. d.
Prouer. 23. b.
Matth. 7. a.

Terra, Antichristus.

Papyrus, secularis scientia.

Marci 2. a.

Matth. 9. a.

Gal. 5. c.

Apoc. 13. a.

Rupertus.
Pardus, regnū Macedonum.

Apoc. 13. a.

Danie. 7. b.
Vrsus, regnū Persarum, & Medorum.
Pedes, ministri.

Leæna, regnū Babylonium.

Daniel. 3. b.
Daniel. 7. b.

do leonis. Per quod mysticè apostasia diabolici spiritus, qui in homine illo totus redundabit, significatur, quam pertinax sit, mala sua recipiendo, seq̄ in sua uestigia reuoluendo. Pardi quoq̄ sunt hypocritæ, ac discordes, ut diuus inquit Gregorius, & habes in dictione, Leo, cap. decimonono. Et Homilia 16. in Ezechielè exponēs illud Esaia: Habitabit lupus cum agno, & pardus cū hœdo accubabit. Per sanctæ (inquit) charitatis uiscera lupus cum agno habitat, quia hi qui in sæculo raptiores fuerunt, cum m̄auctis, ac mitibus in pace cōquiescunt. Et pardus cum hœdo accubabit, quia is qui peccatorū suorum maculis uariis fuit, cum eo qui se despicit, & peccatorem fatetur, humiliare cōsentit. Vbi & subditur: Vitulus, & leo, & ouis simul morabūtur. Quia & is qui per cōtritum cor ad quotidianum se Deo sacrificium præparat, & alius qui tanquam leo ex crudelitate sæuiebat, & alter qui uelut ouis in innocētiæ suæ simplicitate perdurat, in caulis sanctæ Ecclesiæ conuenerunt. Ecce qualis est charitas, quæ per diuersitates mentiū accēditur, cōcremat, cōflat, & quasi in unam auri speciem reformat. Sed in eo quod se electi sic amāt, ad illū necesse est ut festinent, quem æterno gaudio in cœlis uidere mereātur. Vnus est etenim dominus, ac redēptor noster, qui & hic electorum suorum corda ad unitatem ligat, & ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. Vnde & illic subditur: Et puer paruulus minabit eos. Quis iste est puer paruulus, nisi de quo scriptum est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Qui simul habitātes minat, quia ne in terrenis rebus corda nostra inhæreāt, hæ per internum desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum eius minare, est ad suum nos amorem incessanter accēdere, ne quum nos uicissim diligimus, mēte in hoc exilio remaneamus: ne quies huius uite sic placeat, ut ad obliuionem patriæ perducatur: ne delectata mens prosperis torpeat. Vnde & donis suis flagella permiscet, ut nobis omne quod nos in sæculo delectabat, amarescat, & illud incēdiū surgat in animo, quod nos semper ad cœleste desiderium in quiete excitet; atq̄ ut ita dicam, delectabiliter mordeat, suauiter cruciet, hilariter contristet. Puer ergo nos paruulus minat, quia is qui paulominus quā Angeli minoratus est, per charitatē, quam nobis tribuit, in hoc nos mūdo mētem figere nō permittit. De pardo require & in dictione, Hœdus. Et Ambrosius libro sexto Hexameron, cap. 3. De pardi specie nec scriptura siluit, quod uarietate coloris motus uarios animæ suæ prodat. Dicit enim Hieremias: Si mutabit Aethiops pellem suā, & pardus uarietatem? Nō solum enim de figura, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur, eo quod tenebrosis, & inquietis, ac mobilibus in fide mentis, atq̄ animi mutationibus decoloratus populus Iudæorum, boni propositi gratiā iam tenere nō posset, nec ad emēdationem ullam, correctionemq̄ remeare, qui semel ferinam induerit immanitatem. Et Cyrillus libro secundo dialogorum de trinitate. Si immutauerit (inquit) Aethiops cutem suam, & pardus maculas suas &c. Pardus (inquit) uarijs notis, & omnigenis coloribus interstincto tergo est, illi uerò (nempe hæretici Arriani) inæqualem, & non cohærentem animum habent, sermonem, quem in cordibus tenent, sursum mittunt &c.

Quid paries mysticè significet.

Cap. IX.

Gregorius. **Ezech. 13. b.** **Paries, peccati duricia.** **Cantic. 2. c.** **Paries, Christi humanitas.** **Bernardus.** **Cantic. 2. c.** **Paries, Caro.** **Esa. 53. b.** **Hebr. 5. c.** **Psal. 102. c.** **Hebr. 4. d.** **Gregorius** libro Moralium 18. cap. 3. exponēs illud Ezechielis, Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebāt; Partetis (inquit) nomine, peccati duricia designatur. Aedificare ergo parietem, est cōtra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem linunt, qui peccata perpetrātibus adulātur, ut quod illi peruerse agētes ædificāt, ipsi adulātes quasi nitidum reddāt. Et exponēs illud Canticorum, En ipse stat post parietem nostrū &c. Quasi post parietem nostrum Christus incarnatus stetit: quia in humanitate assumpta diuinitas latuit. Et quia eius immensitatem, si ostēderet, infirmitas humana ferre nō posset, carnis obstaculum obiecit. Et quicquid magni inter homines operatus est, quasi post parietē latitās fecit. Per fenestras autem, & cācellos qui aspiciunt, partim uidetur, partim uerò se abscondit. Sic & dominus Iesus Christus, dum & miracula per diuinitatis potētiam fecit, & abiecta per carnis infirmitatē pertulit, quasi per fenestram, & cācellos prospexit: quia in alio latēs, in alio quis esset apparuit. Et diuus Bernardus sermone 56. super Cātica: Secūndum literā (inquit) uideēt dicere, quia is qui cū saltibus aduentare prospiciebatur, appropriasset usq̄ ad contuberniū spōsæ, & stās post parietē curiosus intraspiceret per fenestras, & uerecūde nō præsumeret sese ingerere. Secūndum autem spiritum appropriauit parietem, quum adhæsit carni. Caro paries est, & appropriatio spōsi, uerbi incarnatio. Porro cācellos, & fenestras, per quas respicere perhibetur, sensus (ut opinor) carnis, & humanos dicit affectus, per quos experimentum cœpit omnium humanarum necessitatum. Deniq̄ languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionibus, sensibusq̄ corporeis pro foraminibus usus est fenestris, ut miserias hominum homo factus experimēto sciret, & misericors fieret. Sciebat & ante, sed aliter. Sciebat deniq̄ uirtutem obediendi ipse dominus uirtutum, & tamen teste Apostolo didicit ex his quæ passus est obedientiam. In hunc modum & misericordiam didicit, & si misericordia domini ab æterno. Docet hoc quoq̄ idē gentiū doctor, ubi eum asserit tēptatum per omnia

per omnia, pro similitudine absq̄ peccato, ut misericors fieret. Vides ne factum esse quod erat, & quod non nouerat, didicisse, & sibi apud nos quæsisse ruinas, & fenestras per quas calamitates nostras diligentius exploraret? Tot autem in nostro ruinoso, & pleno rimarum pariete inuenit foramina, quot nostræ infirmitatis, & corruptionis in suo corpore sensit experimēta. Sic itaq̄ spōsus post parietem stans: & per fenestras, & cancellos respiciens erat. Et bene stans: quia solus reuera in carne stetit, qui carnis peccatum non sensit. Possumus & hoc fideliter sapere: quia stetit per diuinitatis potentiam, qui per carnis infirmitatem occubuit: dicente ipso, Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Et Rupertus. En ipse stat post parietem nostrum &c. Diligenter animaduertite, ut sciatis rem. Non enim res parua est, quam dico parietem nostrum, propter quem tam morosè uenit iste, qui & antequam ueniret, festinus, & celer uocatus est, & quum uenisset illud propter quod uenerat, tam cito, tam uelociter operatus est. Quid enim? Quā longum expēdit tempus in faciēdo id quod de ipso scriptum est. A summo cœlo egressio eius, & occursum eius usq̄ ad summum eius: Spacio annorum plusq̄ triginta duorum, tantam exultando cucurrit uiam, saliens, atq̄ transiliens, tanq̄ caprea, siue hinnulus ceruorum, de cœlo in uterum meum, de utero meo in cruce, de cruce in sepulchrum, de sepulchro rursus in cœlum. Propter quem ergo parietem nostrum tandiu moratus est, quistam uelox in opere est? Nimirum propter parietem inimicitiarum, qui non de uno tantum originali peccato, uerūetiam de multis actualibus peccatis congestus est. Eorum uidelicet actualium peccatorum, primum illud fuit: quod filij Iacob, filij Isaac, filij Abraham, ad quem primum repromissio facta fuerat, fratrem suum Ioseph per inuidiā in seruum uendiderunt, & ille quatuordecim annis seruiuit. Quum enim sedecim esset annorū, tunc uenditus est: & quando educus de carcere, stetit in conspectu regis Pharaonis, triginta annorum erat. Itaq̄ sicut quodam loco iudex iustus, id est, dominus dicit, iuxta numerum dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: ita & illic iustū esse arbitremur iudicium, ut diceret, iuxta numerum quatuordecim annorum, quibus seruiuit uenditus Ioseph, generatio pro anno imputabitur, & quatuordecim generationibus semē quod promisi patribus uestris, differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham usq̄ ad Dauid generationes quatuordecim, subauditur, & Christus non uenit, & eo usq̄ distulit eum iratus dominus: unde & Moyses, loco supra dicto congemuit. Porro Dauid, in quem generationes quatuordecim terminatæ sunt, quum iam & ipse promissionem accepisset eandem cum iuramento domini, peccauit & ipse nō minus q̄ priores illi. Vriam Etheum percussit gladio, & uxorem eius tulit, & interfecit eum gladio filiorū Ammon. Itaq̄ non minus super hoc irasci debuit dominus, quam dudum fuerat iratus: & iccirco à Dauid usq̄ ad trāsmigrationem Babylonis, ait, Generationes quatuordecim, subauditur, & Christus non uenit. Porro in trāsmigratione Babylonis, quæ pœna fuit trāsmigratis illis, non minoris erat peccati, uel criminis, quod reges Iuda, maximeq̄ Manasses, sanguinem innoxium fuderant multum, donec implerent Hierusalem usq̄ ad os, absq̄ peccatis suis, quibus peccare fecerunt Iudam, ut facerent malum coram domino. Igitur & à trāsmigratione Babylonis usq̄ ad Christum generationes quatuordecim, subauditur, & non nisi post tot generationes idem Christus uenit. Post huiusmodi parietem nostrum en ipse stat, id est, propter hæc & alia peccata generis nostri, cui repromissus fuerat, ipse iustas fecit moras. Stat (inquit) respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, id est, uisitans nos per prophetas, memor nostri propter patres nostros. Nam fenestra in hoc pariete fuerunt Moyses, & propheta, suo quicq̄ tempore intra multitudinem peccantium, in ipsa congerie peccatorum claruerunt, parietem non ita contiguum esse sinentes, quin dilectus haberet aditum, quo huc introrsus respiceret, & uocem audibilem daret, locutionem intelligibilē faceret. Porro cācelli, scilicet anterior pars ædificij, fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, primi patres generis nostri, per quos in eo prospexit, quod propter eos misertus est nostri, recordatus est, quod eis promiserit, quid iurauerit, hoc est quod ipsa cecini: Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordie suæ. Sicut loquutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sæcula. Et diuus Augustinus in enarratione Psalmi 95. exponens illud Actuum: Percutiet te Deus paries dealbate. Quid est (inquit) paries dealbatus, nisi hypocrisis, id est, simulatio? Foris lucet, intus lutum est.

Quid pascua mysticè significant.

Cap. X.

Gregorius. **10an. 10. b.** **Homili. 14.** **Pascua, interna gaudia.** **Luc. 1. e.** **Augustinus.** **Act. 23. a.** **Gregorius** exponens illud Euangelicū: Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Ingreddietur (inquit) ad fidem, egredietur uerò à fide ad speciem, à credulitate ad contemplationem, pascua autem inueniet in æterna refectione. Oues ergo eius pascua inuenient, quia quisquis illū corde simplici sequitur, æternæ uiriditatis pabulo nutritur. Quæ autem sunt istarum ouium pascua, nisi interna gaudia semper uirentis paradisi? Pascua nāq̄ electorum sunt, uultus præfens Dei, qui dum sine defectu conspicitur, sine fine mens uitæ cibo satiatur. In istis pascuis de æternitatis satietate lætati sunt

nn tati sunt

tati sunt, qui iam laqueos uoluptuosæ temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorū chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solemnitas à peregrinationis huius tristi labore redeuntū. Ibi prouidi prophetarum chori. Ibi iudex Apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum uictor exercitus, tanto illic lætior, quāto hic durius afflictus. Ibi confessorum cōstantia, præmij sui perceptione consolata. Ibi fideles uiri, quos à uirilittatis suæ robore, uoluptas sæculi emolire non potuit. Ibi sanctæ mulieres, quæ cum seculo & sexum uicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes, quos hic & ætas debiles reddidit, & uirtus operis non reliquit. Quæramus ergo fratres charissimi hæc pascua, in quibus cum tantorum ciuium solemnitate gaudeamus. Ipsa nos lætantium festiuitas inuitet. Certè sicubi populus nundinas celebraret, si ad alicuius Ecclesiæ dedicationem denunciata solēnitate cōcurreret, festinarem omnes simul inueniri, & interesse uniusquisq; satageret. Graui se damno afflictum crederet, si solēnitatem communis lætitiæ non uideret. Ecce in cœlestibus electorum ciuium lætitia agit, uicissim de se omnes in suo cōuentu gratulantur, & tamen nos ab amore æternitatis tepidi, nullo desiderio ardemus, interesse tantæ solēnitati non quærimus, priuamur gaudijs, & læti sumus. Et diuus Augustinus tractatu 45. in Ioānem, Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur &c. In hoc euidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium: Sed quid est, Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet? Ingredi quippe in Ecclesiam per ostium Christum ualde bonum est: exire autem de Ecclesia, sicut ait iste ipse Ioannes euangelista in epistola sua: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nō est utiq; bonum. Talis ergo egressus non posset à bono pastore laudari, ut diceret, & ingredietur, Et egredietur, & pascua inueniet. Est ergo aliquis non solum ingressus, uerū etiam egressus bonus per ostium bonum, quod est Christus: sed quid sit iste, laudabilis, & beatus egressus, possem quidē dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus, egredi autem, quando exterius aliquid operamur. Et quoniam, sicut dicit Apostolus per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autē per Christum secundū ipsam fidē etiam foris, id est, coram hominibus operari: unde & in psalmo legitur: Exiet homo ad opus suum: & ipse dominus dicit: Luceant opera uestra coram hominibus: sed plus me delectat, quod ipsa ueritas tāquam pastor bonus, & ideo bonus doctor quodāmodo, nos admonuit, quēadmodum intelligere debeamus, quod ait: Ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, consecutus adiunxit: Fur non uenit, nisi ut furetur, & macet, & perdat, ego ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant. Videtur enim mihi dixisse, ut uitam habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisq; per ostium, id est, per Christum egredi ad uitam æternā, quæ erit & specie, nisi per ostium ipsum, hoc est, per eundem Christum in Ecclesiam eius, quæ est ouile eius, intra uerit ad uitam temporalem, quæ est in fide, ideo ait: Ego ueni, ut uitam habeant, hoc est, fidem, quæ per dilectionem operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur, ut uiuant, quia iustus ex fide uiuit. Et abundantius habeant, qui perseverando usq; in finem, per illud ostium, id est, per fidē Christi egrediuntur, quoniam ueri fideles moriuntur, & abundantius habebunt uitā, ueniendo quo pastor ille præcessit, ubi nunquā deinde moriatur. Quāuis ergo & hic in ipso ouili nō desint pascua, quoniā ad utrūq; possumus intelligere quod dictum est, & pascua inueniet, id est, & ad ingressum, & ad egressum: tamen tunc uera pascua inueniet, ubi saturantur, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, qualia pascua inuenit, cui dictū est. Hodie mecū eris in paradiso. Et Chrysostomus: Ego sum &c. Hoc est, securus erit, & liber. Pascua autem, & pabulum, ouium potestatem, atq; libertatem signat, hoc est, nemo eum inde expellit: quod & Apostolis usu uenit, qui audēter ingressi sunt, & egressi, tanquā uniuersi orbis domini, & à nemine eijci potuerūt. Et Cyrillus: Per me si quis introierit &c. Quanta maneat eos utilitas, qui per Christum introierint, quātus per hunc introitum bonorū cumulus ipsis accedat, manifestius exprimit Christus his uerbis: qui ut summè bonus, quū nostri nō indigeat, tamen pollicitationibus, & promissis non desinit nos prouocare, ut suæ bonitatis ad eum uenientes efficiamur participes, & confortes. Quisquis itaq; introierit per Christū, saluabitur, quia ipse fons est salutis in totum orbem diffusus, per quem in omnes deriuatur ueræ salutis gratia. Ipse uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, & ut saluum faciat populum à peccatis eorum. Ille itidem ingredietur per bonos, & pulchros cogitatus, interiorē componēs hominem, & animi penetralia cum intima pace, & tranquillitate subiens. Egredietur uerò, per exteriorum bonorum operum exercitium, quæ alijs cedant in profectum, & exemplum, & per exterioris etiam hominis, & membrorum, quæ sunt super terram, mortificationem. Pascua demum inueniet æternæ felicitatis in futuro sæculo: non hyberno marcentia frigore, sed perpetua uiriditate florentia, ubi copia rerū sine penuria, fertilitas sine sterilitate, exuberantia bonorum omnium sine indigentia: ubi canet cum Propheta. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Et Theophylactus. Ego sum ostium &c. Qui ingressus, inquit, per meum ostium, & oblatus patri, & ouis illius factus fuerit, saluabitur, & nō solum saluabitur,

Augustinus.
Ioan. 10. b.

1. Ioan. 2. c.

Eph. 3. d.

Psal. 103. c.
Matth. 5. b.Gal. 5. a.
Abacuc. 2. a.Luc. 23. f.
Chrysostomus.

Cyrillus.

1. Tim. 1. d.
Matth. 1. d.Psal. 22. a.
Theophylactus

lum saluabitur, sed & sicut dominus magnam, habebit securitatem. Hoc enim significat per hoc quod dicit, Ingredietur, & egredietur, sicut & apostoli ingrediebantur, & egrediebantur, coram tyrannis libere loquentes: nam & eieci, læti erant, & inuicti. Et pascua, inquit, inueniet, hoc est copiosum cibum, Et aliter: Quia duplex est noster homo, internus, & externus, ut dicitur à Paulo. Ingreditur quidem ille, dixerit quis, qui curam egerit interni hominis: & egreditur iterū, qui mortificauit membra super terram, & opera corporis in Christo. Talis igitur pascua inueniet, & in futuro sæculo, secundum quod dicit propheta: Dominus regit me, & nihil mihi deerit &c. Et Rupertus: Per me si quis introierit &c. Ita distinguens non unum ouile, duo ostia (quod uulgo facile est fieri) sed quod longe mirabilius est, unum ostium duobus ouilibus attribuit, ut necessario consequatur, quod dicitur est paulopost: Et fiet unum ouile, & unus pastor: Et ingredietur (inquit) & egredietur, & pascua inueniet. Olim quicumq; ingrediebatur siue indigena Israëlites, siue aduena profectus, pascua legis, & prophetarum inueniebat, sed egrediens, quia paradisi nōdum referatus erat, egrediens inquam à præsentī uita, pascua non inueniebat. Deinceps autē, si quis introierit (inquit) saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, quia uidelicet & per fidem ingressus præsentis Ecclesiæ ouile, uirecta carpet, tam legalis doctrinæ, quàm & Euāgelicæ gratiæ, & egrediens per mortem carnis, statim delicijs perfruetur paradisi, cuius usq; ad interiora iam peruiū factum est hoc ostium, dominus Iesus per mysterium suæ sacrosanctæ passionis.

De eisdem pascuis.

Cap. XI.

Scriptum quoq; est in Psalmo: Dominus regit me (siue pascit me) & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit &c. ubi Cassiodorus hoc pacto scribit. Vir ille sanctissimus, qui per gratiam baptismatis innouatus: pauperem se domini, abiecta sæculi pompa, noscebat: in conscientia cubili lætus exultat: & à domino se protegit: iocunditate dulcissima proficitur. Dicit enim regi se à domino ubi est defensio fortis, & magna securitas: ubi nemo metuit inimicum: ubi iam nullus sua imbecillitate turbatur. Addendo autem: Nihil mihi deerit: diuitias suas pauper ille noscebat: quum sibi à domino substantiam spiritualem crederet nihilominus conferendam. Sed audiamus in sublequentibus: quoniam sit diues ista paupertas, quæ tantis bonis repletur: quanta contineri regū thesauraria non merentur. Quæ figura dicitur Synatriamos: latinè congregatio: quoties multa in unū colliguntur: et uelut pondere facto, audientium animis offeruntur. Hoc schema, siue in laudibus, siue in uituperationibus inter oratores uolentissimum haberi solet. In loco pascuæ ibi me collocauit. Primam partem munerum fidelis iste, quem diximus gratanter exponit: quod tamen ad uniuersalem Christi Ecclesiam merito cognoscimus pertinere. Afferit se ergo in locis pascuæ constitutū: non unde caro, corpusq; saginetur: sed unde anima cœlesti pabulo refecta: spiritualis lætitiæ nitore pinguescat. Illa enim Dei sunt pascua: quæ non uentris digestionibus dilabuntur: ubi iterum importuna non succedit esuries: sed anima, quum semel coepit esse saturata: in idipsum cœlesti munere perseverat. Locis autem iste, qui dicitur pabulorum: diuina lectio est. Nam sicut pecudum corporibus pinguedinem præstat ager depastus: ita & sermo diuinus animam nouit fideliter saginare meditatus. De his pascuis saturatus eructauit ille, qui dixit Deo: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel, & fauum ori meo. Et in Ezchiele scriptum est: In pascuis uberrimis pascā eas, & in montibus excelsis erunt pascua earum. Ibi requiescent in hærbitis uirentibus, & in pascuis pinguibus pascentur sup mōtes Israël &c. Vbi diuus (ait) Hieronymus. Tunc educuntur de terris, ut inducantur in terram suam, quæ est terra uiuentium, & ipse eas pasceret in montibus Israël, de quibus loquitur Dauid: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliū mihi. Et non solum in montibus, sed in riuis, & in cunctis sedibus terræ, in pascuis uberrimis scripturarum, & in monte excelso, de quo Esaias & Micheas plenius uaticinantur, siue in montibus excelsis Israël. Ibi requiescent in hærbitis uirentibus, & dicēt: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit &c. Et pascentur in pascuis pinguisissimis super montes Israël. Est infinita promissio, spesq; beatitudinis: quādo ipse dominus pollicetur dicens: Ego pascam oues meas: & nequaquam eas committam malis pastoribus, & ego eas accubare faciam, dicit dominus Deus: ut requiescant in sinu Abraham, Isaac, & Iacob. Tunc quod perierat in gentium populis, requiretur: & quod errauerat in hæreticorum persuasionē, reducet, & quod contractum fuerat, alligabit, & quod contritum, atq; infirmum, consolidabit: ut impleatur quod scriptum est: Qui sanat infirmitates eorū, & alligat contritiones eorum. Cor contritum & humiliatum Deus non spernit. Vnde & sanctus loquitur: Sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et in tricesimo septimo Psalmo pœnitens. Non est, inquit, pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et quod pingue (ait) & forte, custodiam: ne uoretur à bestijs. Et pasceret oues suas in iudicio: sciens cui ouis quæ pascua debeantur. Diuersæ enim sunt māsiones apud patrem, & nō iudicat pater quēquam: sed omne iudiciū dedit filio. Hæc aduersum pastores loquutus est: nūc loquitur ad oues, id est, ad populū: & ad utriusq; filii, & ad utriusq; pecoris

2. Cor. 4. d.

Psal. 22. a.
Rupertus.Psal. 22. a.
Cassiodorus.Psal. 119. n.
Ezech. 34. d.

Hieronymus.

Psal. 120. a.
Pascua scripturara.
Psal. 22. a.Psal. 102. a.
Ibidem. 50. d.
Psal. 6. a.
Psal. 37. a.Ioan. 14. a.
et 5. d.

nn ij pecoris

pecoris gregem, id est, ouium, & caprarum, & non solum ad oues, & capras, sed & ad arietes, & hircos, qui sunt in gregibus principes: quibus ait: Nonne uobis satis erat, quod bonis scripturarum pas-

Quid passer mystice significet.

Cap. XII.

Hieronymus. Psal. 83. 4.

Quid passer mystice significet require in dictione Nidus. Et diuus Hieronymus exponens illud Psalmistae: Et enim passer inuenit sibi domum &c. Interim (inquit) simpliciter interpretetur, Videte quid dicat. Desidero domine aeterna tabernacula tua, concupiscit, & deficit anima mea in aeterna domini. Sedem aliquam, & nidulum animae meae, & corpori meo habere desidero. Aues quae liberè huc, atque illuc uagantur, tamen postquam uolauerint, habent locum, & nidulos ubi requiescant. Quantomagis anima mea, & caro mea debet sibi locum praeparare, ubi possit requiescere? Nunc altius aliquid ascendamus. In domino (inquit) confido quomodo dicitis animae meae transmigra in montes sicut passer. Videte ergo, quia nemo transmigrat in montes, nisi qui passer est. Saepe passerem loco prudentiae poni legimus. Ideo isti dicunt haeretici. Transi ad nos sicut prudens, quum passerem loco prudentiae poni legimus. Et exponens illud Ecclesiastis: Et consurgat ad uocem uolucris (siue passeris.) Nec mirandum (inquit) si angeli tubam passeri comparemus, quum omnis uox ad Christum comparata, sit tenuis. Et quantum ego possum animo recordari, nunquam passerem in mala parte legisse me noui. Sed Cassiodorus exponens illud Psalmistae: In domino confido &c. Ad persuasores haeticos hic sermo dirigitur, qui uolunt loqui quod impium est, ut contentionibus prauis seducant animas innocentes. Hic ergo uir fidelis dicit. Dum ego sum in religionis fixo cacumine constitutus, quemadmodum mihi suadetis, Transmigrare in montem, id est, ad haeticam prauitatem, mentientes ibi esse Christum, ubi ueritas nullum probatur habere uestigium? Mons enim in scripturis diuinis aequiuocus est, quod dissimilibus rebus pro aliqua comparatione deputatur. Frequenter enim & in bono, & in malo ponitur. Nam quum in bono mons dicitur, firmitas eius consideratur, & honorabilis altitudo, cum uero in malo, stupor mentis, & eleuata superbia. Passerum quoque plura sunt genera. Alij gaudent ad foramina parietum, alij ualles rosidas requirunt, nonnulli montes appetunt, quales. Sed nunc de illis dicit, qui ad altissima loca terrarum leuissima uoluntate rapiuntur, ut his merito similes aestimetur, qui ad nequissimas praedicationes leuitate inconstantis animi transferuntur. At Augustinus hoc pacto exponit. Vnum motem teneo, in quo confido, quomodo dicitis, ut ad uos transeam tanquam multi sint Christi? Aut si uos montes esse dicitis per superbiam, oportet quidem esse passerem pennatum uirtutibus, & praecipis Dei. Sed ea ipsa prohibet uolare in istos montes, & in superbis hominibus spem collocare. Habeo domum ubi requiescam, quia in domino confido, Nam & passer inuenit sibi domum. Et exponens illud Psalmistae: Vigilauit & factus sum sicut passer singularis in tecto. Ergo (inquit) dormieras in parietinis, & dixeras: Ego dormiui, quia uolui, dormiui, noctem amando dormiui, sed uigilaui, id est, exurrexi, & ascendi in caelum factus sicut passer uolando, id est, ascendendo singularis in tecto, id est, in caelo. Ergo pellicanus sui nascendo, nyctacorax moriendo, passer resurgendo. Ibi in solitudine uelut solus, hic in parietinis, uelut ab eis occisus, qui stare non potuerunt in aedificio, hic uero iam uigilans, & uolans singularis in tecto, ibi interpellat pro nobis, Caput enim nostrum passer est, corpus illius turtur. Et tenim passer inuenit sibi domum, id est, caelum, ubi interpellat pro nobis. Et turtur nidum sibi, id est, Ecclesia Dei, nidum de ligno crucis ipsius, ubi ponat pullos suos, id est, paruulos suos. Et Cassiodorus. Venit (inquit) ad tertium genus auis, quod idem similitudine passeris indicatur, ut qui mundi crimina lugebat, per omnium satisfactionum modos discurrere uideretur. Passer est auis parua, sed nimia sagacitate sollicita, quae nec facile irretitur, nec per illuuium uentris escarum ambitione decipitur. Haec propter infirmitatem suam, ne aut ipsa a praedatore capiatur, aut foetus eius serpentinis deuoretur insidijs, inter aues unica cautione munita ad domorum fastigia excelsa concurrat, ut a suspectis casibus reddatur aliena, quae multis periculis probatur obnoxia. Huic merito comparatur, qui diaboli insidiosa formidans, specialiter ad Ecclesiae septa se conferens, in eius fastigio uigilans tutissimè perseuerat. Vnde dicit passerem, propter charitatem, quae ex multis unum facit. In aedificio (siue in tecto) propter altitudinem fidei, & fortitudinem mentis. Hic locus exponitur a Ruperto ut habes in dictione Leprosus, ubi agitur de emundatione ipsius. Cap. 29. libri

Psal. 10. 4.

Passer, prudens, prudentia, prudentia. Ecclesiast. 12. b.

Passer nunquam in mala parte. Cassiodorus. Psal. 10. 4.

Mons aequiuocus sermo.

Passerum plura genera.

Augustinus.

Psal. 83. 4.

Psal. 101. b.

Passer, iustus. Turtur, corpus siue ecclesia. Cassiodorus. Passeris natura.

29. libri noni. Et in alio Psalmo scriptum est. Illic passeres nidificabunt. Vbi Cassiodorus hoc pacto scribit. Passer minuta, & cautissima nimis auis, monachorum significat paruitatem, qui in cedris libani, id est, in patrimonio potentium christianorum, uelut in quibusdam ramis monasteria sibi quasi nidos aliquos aedificare monstrantur, eorumque robore sustentati, uelut passeres laudes domini assidua uoce praecinunt. Coelestis in terra uita, imitatio fidelium angelorum, spiritualiter in carne uiuere, & mundi uitia non amare, uitam praesentem contemnere, & futurae beatitudinis gaudia semper exquirere, ad postremum ipsius templum fieri, cuius imaginem conditio humana suscepit. Amoenus reuera paradisus, in quo tanta florent poma uirtutum. His enim tale propositum est, hostes suos non reluctando uincere, sed patiendo superare. Triumphus illis omnis est in proprii corporis passione, & tunc aduersarios efficaciter uincunt, quando laudabili humilitate succumbunt. Reuera milites Christi, qui nullam praesumptionem in humanis uiribus ponunt, sed aduersa omnia uirtute domini superare se posse confidunt. Hi cum alijs non habent iurgia, sed secum semper litigant. Misereantur omnibus, sibi solis non parcunt, & coelesti charitate flammati, bona, quae sibi euenire cupiunt, alijs communicare contendunt. Sed magna est gloria illi arbori, ubi nidus iste contingitur. Audiat enim a domino se fuisse plantatum, qui tale continere noscitur institutum: Et diuus Augustinus, Et cedri, inquit, libani quas plantauit, illic passeres nidificabunt. Vbi passer (inquit) nidificabunt? In cedris libani. Iam audiui mus quae sunt cedri libani, nobiles saeculi, excelsi genere, opibus honoribusque. Aues equidem & uolantia caeli minuta, sunt passeres. Sunt ergo quidam spirituales nidificantes in cedris libani, id est, sunt quidam serui Dei: audientes in Euangelio: Dimitte omnia tua, uel uende omnia tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. Et non tantum hoc audierunt magni, sed audierunt, & parui, & uoluerunt hoc facere & parui, & esse spirituales, non iungi uxoribus: non macerari cura filiorum, non habere proprias sedes quibus deligarentur, sed ire in uitam quandam communem.

Psal. 103. 6. Cassiodorus.

Monasteriorum laudes.

Augustinus.

Cedri, nobiles, diuitesque.

Passer, Dei seruus.

Matth. 19. c.

Quid pauimentum mystice significet,

Cap. XIII.

Pauimentum quid mystice significet diuus indicat Gregorius exponens illud Ezechielis. Et pauimentum stratum lapide. Habent (inquit) homilia 18. in Ezechielis ipsa gazophylacia pauimentum per circuitum, quia eis adhaeret, ac subiacet humilitas auditorum. Quod pauimentum recte stratum in atrium dicitur, quia in latitudinem charitatis uicissim sibi iunctae sunt animae fideles, quae & lapides appellatur: pro fortitudine fidei, & strata in pauimento sunt, in copage humilitatis. Require & in dictione Gazophylacium. Et Cassiodorus exponens illud Dauidicum: Adhaesit pauimento anima mea &c. Ad quartam litteram uenit fidele conciliium: in qua se dicit corporali quod necessitate constitutum: sed sola domini pietate saluandum: petens ut ab eo uias iniquitatis amoueat: quoniam uiam ueritatis elegerat. Pulcherrius autem allusionibus exponitur humana conditio. Pauimentum est soli alicuius in lenitate maximam constructa soliditas: quae merito nostro corpori comparatur: quoniam & ipsum simili nitore leuigatur. Adhaesisse se ergo dicit carni suae: quod uitiosum esse non dubium est. Anima enim si adhaereat corpori: delictis fauet: si uoluntate sit diuisa: uirtutibus. Quapropter merito se petebat per uerbum, id est, per Christum dominum uiuificari: quia per consensum carnis se noscebat extinguere. Sed per scrutandum est: quare illud conciliium beatorum, quod superius dixerat: Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus: hic confiteatur adhaesisse pauimento animae suae? Ut reuera intelligamus, quauis sancti gratia domini perfruatur, multaque uirtutum uarietate colluceat, quoadiu sunt in hac carne mortali, esse tamen unde se deprecetur absoluti: sicut in Euangelio magister optimus dicit: Postquam omnia feceritis: dicit te serui inuiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et alibi scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Et Augustinus: Adhaesit pauimento &c. Quid est (inquit) adhaesit pauimento anima mea? Nam quum adiungit, & dicit: Uiuifica me secundum uerbum tuum: quare se uiuificari poscat, utique causam praemisit dicendo: Adhaesit pauimento anima mea. Ergo quia propterea se uiuificari petit, quia pauimento adhaesit anima eius, mirum si boni aliquid hinc uult intelligi. Ita quippe se habet tota ista sententia, tanquam diceret: Mortuus sum, uiuifica me. Quid est enim pauimentum? Si tanquam unam quaedam domum magnam uniuersum mundum uelimus accipere, uideamus uelut eius camerae caelum, pauimentum terram. Erit igitur pauimentum terrenis serui, in terrae esse, & cum Apostolo dicere, Conuersatio nostra in caelis est. Proinde terrenis adhaerere mors animae est. Cui malo contraria poscitur uita, quum dicitur, uiuifica me. Sed uidentur est, utrum congruat huic uerba ista, qui superius talia dixerat, quibus magis Deo uideatur adhaesisse, quam pauimento, ut conuersatio eius non in terrenis, sed in caelestibus haberetur. Quomodo enim potest intelligi terrenis adhaesisse, qui dicit: Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus: Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuae? Haec sunt enim uerba eius antecessoria, quorum antecessentium ista sunt consilia tua: Adhaesit pauimento anima mea. An ex hoc intelligere debemus, quatenus libet quisque proficiat in iustificationibus domini habere eum mortalis carnis affectum circa ista terrena, in quibus uita humana tetra- tio est super terram, & ab hac morte, si perseuerat proficit quotidie reuiuiscere, uiuificate illo, cuius gratia homo

Ezech. 40. c. Gregorius.

Pauimentum, auditorum humilitas.

Cassiodorus. Psal. 118. d.

Pauimentum, corpus nostrum.

Luc. 17. c.

Prouer. 18. c.

Augustinus.

Pauimentum, terra.

Phil. 3. d.

cto sunt: sub tecto potius, quia sub carne sunt. Ille super carnem passer qui praecepta Dei non taceat, nec sit carnalis, ut subijciatur tecto. Qui enim in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo: & quod in aure auditis, praedicate super tecta. Ista tres aues, & tria loca: & unus homo potest habere personam trium auium, & tres homines possunt habere personam trium auium: & tria genera locorum, tria genera sunt hominum: tamē solitudo, parietinae, & tectum, nō nisi tria genera sunt hoim. Sed qd his plurimū: Ipsum dñm uideamus, ne forte ipse sit: & melius ipse agnoscat, & pellicanus in solitudine, & nycticorax in parietinis, & passer singularis in tecto. Dicat nobis pauper iste caput nostrū, paup uoluntate, loquatur pauperibus in necessitate. Quod em dicitur, uel etiā legitur de hac auē, id est, pellicano, nō taceamus: nō aliqd affirmātes temere, sed tamē nō taces, quod qui scripserūt, & legi, & dici uoluerūt. Vos sic audite, ut si uerū est: cōgruat, si falsum est, nō teneatur. Dicuntur hae aues tanq̄ colaphis rostrorū occidere paruulos filios suos, eosdēq̄ in nido occisos à se lugere per triduū. Postremò dicūt matrē seipsam grauius uulnerare, & sanguinem suū super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscūt. Fortasse hoc uerū, fortasse falsum sit: tamen si uerū est, quēadmodū illi cōgruat, q̄ nos uiuificauit sanguine, uidete. Cōgruit illi quod matris caro uiuificat sanguine suo filios suos, satis cōgruit. Nā & ipse gallinā se dicit super pullos suos, Hierusalem Hierusalē quoties uolui congregare filios tuos, tanq̄ gallina pullos suos sub alas suas, & noluiisti. Habet em paternā autoritatē, maternum affectū, sicut & Paulus & pater est & mater est, nō per seipsum, sed p̄ Euāgeliū: Pater ubi dicit, Et si habeatis multos paedagogos in Christo, sed non multos patres, in Christo em Iesu p̄ Euāgeliū ego uos genui: Mater ergo ubi ait, Filioli mei quos iterū parturio, donec Christus formetur in uobis. Habet ergo hae auis, si uerē ita est, magnā similitudinē carnis Christi, cuius sanguine uiuificati sumus. Sed quomodo cōgruat Christo, q̄ ipsa occidit filios suos? An & illi non congruit: Ego occidam, & ego uiuificabo, ego percutiam & ego sanabo? An uerò Saulus persecutor moreretur, nisi de cœlo percuteretur? Aut praedicator excita retur, nisi illius sanguine uiuificaret? Sed hoc uiderint qui scripserunt, non in incerto intellectum nostrum constituere nos debemus. Hae autem potius in solitudine cognoscamus: Hoc enim inde psalmus uoluit ponere, pellicanus in solitudine. Puto enim ego hic intelligi Christum natum de uirgine. Solus enim sic, ideo solitudo. In solitudine natus est, quia solus ita natus. Post natiuitatem uentum est ad passionem. A quibus crucifigebatur: Nunquid à stantibus? Nunquid à lugentibus? Ergo tanquam in nocte ignorantiae ipsorum, & tanquam in parietinis ruinis ipsorum. Ecce nycticorax, & in parietinis amat & noctem: Nā nisi amaret, unde diceret, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt? Deinde natus in solitudine, quia solus ita natus: passus in tenebris iudaeorū tanq̄ in nocte, in praeruaricatione tanq̄ in ruinis. Et diuus Greg. Similis factus sum pellicano &c. Pellicanus auis est amās solitudinē, in qua uenenatis animalibus uescitur, & ideo per eā peccator designatur, qui in deserto huius mūdi corde habitans, ærumnosis huius uitae captus illecebris ueneno delectatur diabolicæ psuasionis: Nycticorax qui alio noie bubo dicitur, in dirutarū domū adibus moratur. Solet autem nocte cantū cātare, per quod notatur hi qui in tenebroso tripudiant opere, & in mentū suarū exultāt destructione. Et Cassiodorus. Similis factus sum pellicano &c. Per hae nomina uoluerūt, ut arbitror, diuersa nobis poenitentū genera declarantur. Pellicanus em auis Aegyptia est, ciconijs corporis grāditate cōsimilis: quae naturali macie semp affecta est: quoniam sicut physiologi uolunt: tenso intestino per uiscera quicquid escarū accipit: sine aliqua discotione trāsmittit. Hinc fit, ut adipe pprio minime farciatur: quia paruissimo ciborū succo reficitur. Quae nō gregatim, ut caeterae aues, uolat: sed delectatione se solitaria cōsolatur, Eorū unū genus dicitur esse quod stagnis inhabitat. Aliud (sicut dictum est) quod in desertis locis, secretisq̄ uersatur. Per hoc igitur autum genus pulcherrimē significatur Eremita: qui hominum cōsortio derelicto: timore dñi remota se afflictione discruciant. Sequitur: Factus sum sicut nycticorax in domicilio. Aliud genus introducit poenitentium. Nycticorax: graeco uocabulo dicitur noctis coruus: quem quidā bubonē: quidā noctuā esse dixerunt. Alij magis coruo magnitudine & colore consimilem: quem specialiter in Asiae partibus inuenire posse testantur. Istum sicut diei fulgur abscondit: ita aduētus noctis producit: & cōtra cōsuetudines auium: tūc magis uigilare, & escas quaerere incipit: quādo se in soporem animantia cuncta cōponunt. Ita & poenitens iste nocturno tempore escas animae sollicita curiositate perquirat: modo Psalmodiae operam dando, modo elemosynas faciendo, modo carceres occultē uisitādo: solum Deum uult habere testem: cui caligo nocturnū nō tollit aspectū. Et nota quia sicut pellicanus designat eremitam, atq̄ solitarium: ita nycticorax illum declarat: qui se domicilio suo retinens à publica uisione remotus est.

Matth. 24. b.
Pellicani natura Christo conueniens.
Matth. 23. d.
1. Cor. 4. c.
Galat. 4. c.
Deut. 32. f.
Luc. 23. e.
Gregorius.
Psalm. 101. b.
Pellicanus, peccator.
Nycticorax, id est, bubo, qui in tenebroso opere tripudiat.
Cassiodorus.
Psalm. 101. b.
Pellicani natura, Eremitis cōuenit.
Nycticorax qd signet.

Quid pellis mysticē significet. Cap. XVI.

Gregorius. **Q**uid pellis mysticē significet diuus insinuat Grego. libro Moral. 25. cap. 22. hoc pacto scribens, Ad Moysen diuina uoce praecipitur, ut ad tegenda interiora sancta sanctorū ex bysso cocco, atq̄

cocco, atq̄ hyacintho uela texantur, iussimq̄ est, ut ad protegēdū tabernaculū, uela cilicina, & pelles extēderet, quae nimirū uel pluuias, uel uentos, uel puluerē tolerarent. Quid ergo per pelles, & cilicia quibus tabernaculū tegitur, nisi grossas hominum mētes accipimus, quae aliquādo in Ecclesia occulto Dei iudicio, quāuis durae sint, praerūtur? Quae, quia seruire curis tēporalibus non timent, oportet, ut tentationū uētos, & pluuias de huius mundi cōtrarietatibus portent. Quid uerò per hyacinthū, coccū, byssumq̄ signatur, nisi sanctorum uita tenera, sed clara? Quae dum cautē in tabernaculo sub cilicijs, & pellibus absconditur, sua integra pulchritudo seruatur. Vt enim in interiora tabernaculi byssus fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus ceruleo colore resplendat: de super pelles, & cilicia, imbres, uentos, & puluerē portat. Qui igitur magnis uirtutibus in sanctae Ecclesiae sinu proficiūt: praepositorū suorū uitam despiciere nō debēt: quū uacare eos rebus exterioribus uident: quia hoc quod ipsi securi intima penetrāt, ex illorū adiuuēto est, qui cōtra procellas huius saeculi exterius laborāt. Quā enim cādorū sui gratiā retineret, si byssum pluuiā tāgeret? Aut quid fulgoris, atq̄ claritatis, coccus, uel hyacinthus ostēderet: si hae susceptus puluis foedaret? Sit ergo de super textura cilicij fortis ad puluerē: sit inferius color hyacinthinus aptus ad decorem. Ornent Ecclesiam, qui solis rebus spiritalibus uacāt, tegāt Ecclesiam quos & labor rerum corporalū nō grauat. Nequaquā ergo cōtra rectorē suum exteriora agentē murmuret is qui intra Ecclesiam sanctam iam spiritaliter fulget. Si enim tu securē interiora, ut coccus rutilas, ciliciū, quo protegeris, cur accu fas? Et diuus Bernardus exponēs illud Cantiorū: Nigra sum &c. sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, hoc pacto scribit sermone 27. super Cantica. Noli (inquit) respicere ad istum Salomonem, quū indagare cupis cuiusmodi se pellibus similem in decore spōsa gloriatur. Formosa (inquit) sum sicut pelles Salomonis, de quo dicitur: Ecce plusquam Salomon hic. Nā usq̄ adeo is meus Salomon, Salomon est, ut nō modo pacificus, sed & pax ipsa uocetur. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraq̄ unum. De huius Salomonis pellibus scriptū est: Extendens cœlū sicut pellem: Huius enim uox est, Quādo praeparabat cœlos aderā. Aderat sine dubio patri praeparanti cœlos sua uirtus, suaq̄ sapientia. Et postea subiūgit: Quia eram cum eo cuncta componēs. Quaecunq̄ enim pater facit, hae & filius similiter facit. Et ipse itaq̄ extendit cœlū sicut pellē. Pulcherrima pel lis, quae in modum magni cuiusdā tentorij uniuersam operiēs faciē terrae, solis, lunae, ac stellarū uarietate tam spectabili humanos oblectat aspectus. Quid ac pelle formosius? Quid ornatius cœlo? Minimē tamē uel ipsum ullatenus conferendū gloriā & decori spōsae: eo ipso succumbens quod praerit, & hae figura ipsius: ut pote corporea, et corporeis subiacēs sensibus. Quae enim uidetur tēporalia sunt: quae autem nō uidentur, aeterna. Sed est rationalis quaedam sponsae species: spiritualesq̄ effigies: ipsaq̄ aeterna: quia imago aeternitatis. Decor eius (uerbi gratia) charitas est: & charitas (sicut legitis) nunquā excidit. Et certe & iustitia: & iustitia eius (inquit) manet in saeculū saeculi. Est etiā patientia: & legitis nihilominus: quia patientia pauperū non peribit in finē. Quid uoluntaria paupertas: quid humilitas? Nōne altera regnum aeternū: altera aequae exaltationem promeretur aeternam? Eo quoq̄ spectat & Timor domini sanctus permanens in saeculū saeculi. Sic prudentia, sic temperantia, sic fortitudo, & si quae sunt uirtutes aliae, quid nisi margaritae sunt quaedā in spōsa ornata: splendore perpetuo coruscantes? Perpetuo (inquit) quia sedes, & fundamentū perpetuitatis. Nec em perpetuae, beataeq̄, uita omnino locus in anima est: nisi medijs quidē, interiorisq̄ uirtutibus. Vnde ppheta Deo (qui utiq̄ uita beata est) iustitia (inquit) & iudiciū praeparatio sedis tuae. Et Apostolus dicit Christū habitare nō omnimodo quidē, sed signāter per fidē in cordibus nostris. Dño quoq̄ sessuro sup asellū uestes suas discipuli substrauerūt: significātes saluatore seu salutem nequaquā insidere nudae animae, quā nō uidelicet uestitā inuenerit doctrina, & moribus Apostolorum. Et ideo Ecclesia promissionē habēs futurae foelicitatis: curat interim praeparare, & praearnare se in uestitu deaurato: circūdata uarietate gratiarū, atq̄ uirtutū (qualē quidē ex parte descripsimus) quo digna, & capax plenitudinis gratiae inueniat. Caeterū spiritali huic tam pulchrae uarietati: quā de prima interim stola in quadā ueste suae sanctificationis accepit: nullo pacto ego cōparauerim in decore cœlū hoc uisibile, atq̄ corporeū: quū in suo genere qdē siderea uarietate pulcherrimū. Sed est cœlū cœli: de quo ppheta: Psallite (inquit) dño: qui ascēdit sup cœlū cœli ad orientem. Et hoc cœlum intellectuale ac spirituale: & qui fecit cœlos in intellectu creauit illud, & statuit in sempiternum, ipsumq̄ inhabitat. Ne uerò putes sponsae deuotionem, citra illud remanere cœlum: in quo scit habitare dilectum. Vbi enim thesaurus eius: ibi & cor eius. Aemulatur sanē assistentes uultui ad quem supirat: & quibus se interim non ualet uidendo associare: studet conformare uiuendo: moribus magis, q̄ uocibus clamās. Dñe dilexi decorē domus tuae, & locū habitationis gloriæ tuae. Prorsus de hoc cœlo minimē sibi indignū ducit ducere similitudinē: hoc extentū sicut pellis: nō spacijs tamē locorū: sed affectibus animorū. Hoc miris, uarijsq̄ artificijs distinctū operibus. Diuisiones autē sunt nō cœlorū, sed beatitudinū. Nā alios quidē posuit angelos: alios autem archangelos: alios uero uirtutes: alios dominationes: alios principatus: alios potestates: alios thronos: alios cherubim:

Cilicia, mentes boiu grosse.
Bernardus.
Cant. 1. b.
Matth. 12. d.
Ephes. 2. c.
Psalm. 103. d.
Prouerb. 8. c.
Ibidem.
Ioan. 5. d.
1. Cor. 7. f.
2. Cor. 4. d.
1. Cor. 13. b.
Psalm. 111. b.
Psalm. 9. d.
Psalm. 118. c.
Psalm. 88. c.
Ephes. 3. d.
Matth. 21. d.
Psalm. 67. g.
Psalm. 135. d.
Matth. 6. c.
Psalm. 25. b.

cherubim: atq; alios seraphim. Sic stellatū cœlum hoc. Sic depicta hæc pellis. Hæc una de pellibus mei Salomonis: & hæc præcipua in omni ornatu multiformis gloriæ eius. Habet autē grandis ista pellis quamplurimas in se æque Salomonis pelles: quoniam unusquisq; beatus, & sanctus, qui ibi est: pellis est utique Salomonis. Benigni siquidem sunt, atq; extēti in charitate: pertingētes usq; ad nos: quibus gloriā, quam habēt, non inuidēt, sed optant, ita ut ex ipsis huius rei gratia demorari apud nos non grauentur: seduli circa nos: & curam gerētes nostri: omnes administratorij spiritus missi in ministeriū propter eos qui hæreditatē capiūt salutis. Quāobrem sicut cœlum cœli singulariter dicitur uniuersa multitudo illa collecta beatorum: sic & cœli cœlorum propter singulos: qui utique cœli sunt, nominātur: & ad singulos spectat quod dicitur: Extendēs cœlū sicut pellem. Vidētis credo quānam illæ pelles: & cuius sint Salomonis, de quarum sponsa similitudine gloriatur. Et Rupertus de beata uirgine exponēs. Nigra sum (inquit) sed formosa, Nigra sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pellis Salomonis. Sicut enim Ismael, ad quem pertinet Cedar, niger, id est, ferus homo iure fuit eiectus cum matre sua, dicente Sara: Eijce ancillam, & filium eius: Non enim erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ, & E regione omnium fratrum suorum in solitudine fixit tabernacula, ita & ego iure eijciēda uisa sum, ita ut uir meus Ioseph nollet traducere, sed uellet occulte dimittere me. Multum erat miserationis in eo, quod occulte dimittere uoluit, quū lex multo asperius cēseat de puella eiusmodi: qualis ego, dum prægnās essem, poteram existimari. Ergo nigra ego sicut tabernacula Cedar: quia sicut ille cum matre sua, ita & ego cum eo quod conceperam uidebar eijciēda, uiri mei domo, & hæreditate indigna. Cedar, ut iam dictum est, pertinet ad Ismael. Quare autem magis hic placuit dicere tabernacula Cedar, quā tabernacula Ismael? Videlicet quia Cedar tenebræ, Ismael interpretatur exauditio Dei, magisq; nomen tenebrarū, quā exauditiois Dei, congruit meæ, quæ putabatur ingenij nigredini. Contra, sicut pellis Salomonis, id est, exterior cultus, omnis dignitas sapiētissimi regis incomparabiliter splenduit, ita ut nullus ei regum potuerit unquam comparari, ita & uirginitatis meæ splendor præ omnibus sanctis, & filijs regni Dei est admirabilis, nec ei qui ex me natus est: quisquam sanctorū, nec ipse Isaac, eidem Cedar logē prælatus, & præferēdus, potuit unquam, uel poterit cōparari. Quare autem non dixi, sicut Salomon, sed sicut pellis Salomonis? Videlicet, quia formosa quidē pellis Salomonis, sed nō ipse Salomon ualde formosus fuit. Intus enim quādam deformitatem habuit, etiam quādo fulgebatur formositas pellis. Dixit enim dominus illi: Quia habuisti apud te hoc, & nō custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mādauī tibi, dirumpens scindam regnum tuum &c. Quid nam est dicere, habuisti apud te: nisi ac si diceret, Qualem te nūc ostēdisti, sequēdo deos alienos: talis eras etiam, quū de foris me honorares omni adoratione, & pulchri templi ædificio. Igitur melius dicere fuit, sicut pellis Salomonis, quā sicut Salomon, ita formosa sum, quia non sicut habuit apud se, sed sicut de foris ædificauit templum manufactum, & sicut dixit: Sapientia ædificauit sibi domum: ita ex me Deus templum sibi nō manufactum & nō manufactam sapiētia sibi ædificauit domum.

Quid penna mysticē significet.

Cap. XVII.

Penna est immortalitas, atq; corporum incorruptibilitas. Vnde scriptū est in Malachia: Orietur uobis timētibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. His uerbis gemina timētium Deum fœlicitas pulchrē exprimitur. Nam in eo quod dicit sol iustitiæ, iustificationem significat animarum, qua timētes dominum fœlices erūt in die illa, in eo uerō quod ait: Et sanitas in pennis eius, immortalitatē, atq; incorruptibilitatem designat corporū, qua fœlices erunt timentes dominum in eadem, & ex eadem die. Et diuus Hieronymus exponēs illud Ezechielis: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni (siue alæ uni secūdum lxx.) Quidam (inquit) quatuor Euangelia, quos nos quoq; in proœmio commētariorum Matthæi secuti sumus, horum animalium putāt nominibus designari. Matthæi, quod quasi hominē descriperit, Liber generatiōis Iesu Christi &c. Leōis ad marcū referūt, Inittū Euāgelij Iesu Christi &c. Vituli ad Lucæ Euāgelij, quod à Zachariæ incipit sacerdotio. Aquilæ ad Ioānis exordiū, qui ad excelsum euolās cœpit: In principio erat uerbū &c. Et facies, & pēnas per quatuor partes habebāt &c. Iuncta sibi sunt Euangelia, hærentq; mutuo, & in toto orbe uolūtaria huc, illucq; discurrūt, nec habēt finem uolatus, nec aliquādo superantur, & recedūt, sed semper ad ulteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit præteritorum obliuiscens, & in futurum me extendens. Et diuus Gregorius. Et quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Sancta quatuor animalia (inquit) quæ prophetiæ spiritu futura præuidēt, subtili narratione describūt, quū dicit: Quatuor facies uni, & quatuor pēnæ uni. Quid per faciē nisi noticiā, & quid per pēnas nisi uolatus exprimit? Per faciē quippe unusquisq; cognoscitur. Per pēnā uerō in altū auit corpora subleuātur. Facies itaq; ad fidē pertinet, pēna ad contēplationē. Per fidē nanq; ab oipotētī Deo cognoscimur, sicut ipse de suis ouibus dicit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas: & cognoscūt me meæ. Qui rursus ait: Ego scio quos elegerim. Per contēplationē uerō, qua super nosmetipsos

nosmetipsos tollimur, quasi in aère leuamur. Quatuor ergo facies uni sunt, quia si regras qd Matthæus de incarnatione dñi sentiat: hoc nimirum sentit quod Marcus, Lucas, & Ioānes. Si quæras quid Ioannes sentiat: hoc proculdubio quod Lucas, Marcus, & Matthæus. Si quæras quid Marcus: hoc quod Matthæus, Ioānes, & Lucas. Si quæras qd Lucas: hoc quod Ioānes, Matthæus, & Marcus sentit. Quatuor ergo facies uni sunt, quia notitia fidei, qua cognoscitur à Deo, ipsa est in uno, quæ est simul in quatuor. Quicquid enim in uno inueneris, hoc in omnibus simul quatuor cognosces. Et quatuor pennæ uni, quia Dei omnipotentis filium dominum nostrum Iesum Christum simul omnes concorditer prædicant, & ad diuinitatē eius mentis oculos leuantes, penna contēplationis uolant. Euangelistarum ergo facies ad humanitatem pertinet domini, penna ad diuinitatem: quia in eo quem corporeum aspiciunt, quasi facies intendunt. Sed dum hūc esse incircumscriptum, atq; incorporeum ex diuinitate annunciant, per contēplationis pennam quasi in aère leuantur. Quia, itaq; una est fides incarnationis eius in omnibus, & par contēplatio diuinitatis eius in singulis, rectē nūc dicitur: Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni. Sed quæ uirtus esset, si fides, atq; contēplationem domini habentes prædicatores illius, sancta opera non haberent? Et Homilia quarta, exponens illud: Et facies eorum & pennæ eorum extētæ desuper. Facies (inquit) & pennæ extētæ desuper describuntur, quia omnis intentio, omnisq; contēplatio sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci quod in cœlestibus appetit. Siue enim bono operi, siue uerō inuigilet contēplationi, tunc ueraciter hoc quod agit bonum est, quādo ei complacere concupiscit à quo est. Nam qui bona agere uidetur, & per hæc nō Deo, sed hominibus placere desiderat, intētionis suæ faciem deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea quæ diuinitatis sunt contēplatur, ut per hoc quod intelligit occupari ad quæstiones possit, quia nō dulcedine quæsitæ beatitudinis fatiari appetit, sed doctus uideri, iste nimirum intellectus sui pennas desuper non extendit: sed quoniam sensus sui uigilantiam in terreno appetitu occupat, pennas quas subleuare in altum, & quibus subleuari ipse potuit, in imis deponit. Quia in re pēfandum est, ut omne bonū quod agitur, per intētionem semper ad cœlestia leuetur. Qui enim per bona quæ fecit, terrenam gloriā concupiscit, pēnas suas, & faciem suam deorsum deprimit. Hinc enim per prophetam de quibusdam dicitur: Victimæ in profundū deferebāt. Quid enim sunt lachrymæ orationis, nisi uictimæ oblationis nostræ: sicut scriptum est: Sacrificium Deo spiritus cōtribulatus. Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, ut aut terrena commoda acquirāt, aut hominibus sancti esse uideantur. Quid isti, nisi, uictimæ in profundum deferunt? Qui per hoc, quod in imo sunt quæ requirūt, orationis suæ sacrificium deorsum deponūt. Electi autem quia & in bono opere omnipotētī Deo placere appetunt, & per contēplationis gratiam, æternam iam beatitudinem degustare cōcupiscunt, facies & pennas desuper extendūt. Sequitur: Duæ pennæ singulorum iungebātur, & duæ tegebāt corpora eorum. Dictum fuerat: Et facies, & pennæ eorum extētæ desuper: atq; mox subiunctum est hoc quod protulimus, quia duæ pennæ singulorum iungebantur. Vbi aperte intelligitur, quia extendebātur desuper, & iungebātur, duæ; uerō tegebāt corpora eorum. Quid autem pennæ animalium, nisi alæ nominantur? Quia in re nobis diligentī perscrutatione quæredum est, quæ sint quatuor pennæ sanctorum, ex quibus duæ superius extētæ iungūtur, duæ uerō eorum corpora contegunt. Si enim uigilāter aspiciamus, quatuor esse uirtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant: in futuris uidelicet amor & spes, de præteritis autem timor & pœnitentia. Pennæ ergo sibi met iunctæ superius extendūtur, quia sanctorum mētem amor, & spes ad æterna subleuāt. Quæ apte quoq; cōiunctæ nominātur, quia electi proculdubio & amant cœlestia quæ sperāt, & sperant quæ amāt. Duæ uerō corpora contegunt, quia timor, & pœnitentia ab omnipotētis Dei oculis eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaq; (ut dictum est) pennæ iunguntur sursum, quādo amor, & spes electorum corda ad superiora eleuāt, ad cœlestia suspendunt. Duæ autem pennæ tegūt corpora, quādo eorum mala præterita à cōspectu æterni iudicis timor, & pœnitentia abscondunt. In eo enim quod se peccasse meminerūt, quia pertimescunt, & desent, quid aliud quā: corpus cooperiūt? Qui facta carnalia per superducta bona opera à districto examine abscondunt. Scriptum est enim: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Peccata enim tegimus, quum bona facta malis actibus superponimus. Omne enim quod operitur, inferius ponitur: & hoc unde operit, desuper ducitur. Quādo ergo abdicamus mala quæ fecimus, & eligimus, bona quæ faciamus, quasi tegmen ei rei supducimus, quæ erubescimus uideri. Quilibet em sancti uiri in hac adhuc uita sint, habēt tamē quod ante Dei oculos opire debeant, quia oīno est impossibile ut aut in opere, aut in locutione, aut in cogitatione nunquā delinquāt. Et Homil. 7. exponēs illud Ezechielis: Sub firmamēto autē pennæ eorū rectæ alterius ad alterū. Tūc pēnæ uirtutū sub firmamēto rectæ sunt, quādo bonū quod alter habet, hoc alteri impedit, ut g terrenā substantiā accipit, indigētis pximi inopiā subleuet. Qui doctrinæ gratia plenus est, ignorātis proximi tenebras uerbo suæ prædicatiōis illustret. Qui tēporali potestate subnixus est, oppressos à uiolentijs

Heb. u. d.

Psal. 103. 4.

Rupertus.

Gen. 21. b.

Galat. 4. c.

Gen. 16. d.

Matth. 1. c.

Deut. 22. c.

3. Reg. 11. b.

Proverb. 9. a.

Malach. 4. a.

Rupertus.

Pēna, immortalitas.

lit. a.

Hieronymus.

Philip. 3. c.

Gregorius.

Ezech. 1. b.

Homilia 3. in

Ezech.

Facies, notitia,

fides.

Penna, contēplatio.

Ioan. 10. b.

Ioan. 13. b.

Ezech. 1. c.

Os. 5. a.

Psal. 50. d.

Psal. 31. a.

à uiolētis releuet. Quis prophetiæ spiritu plenus est, à uita proximi mala, immētia bona suadēdo, declinet. Qui gratiā curationis accipit; intercessione sua saluti infirmātium piē, & humiliter impendat. Qui à terrenis actibus liber soli Deo uacare meruit, pro delinquentibus proximis exoret. Fit autem sæpe, ut qui in terrena substantia nimis occupatur, orationi non quātum debet, inuigilet. Et fit plarumq; ut is qui ad exorandum dominum cunctis mūdi oneribus exutus uacat, sustentationem uiuendi non habeat. Et infra: Et quod ille ait: Rectæ pennæ alterius ad alterum; hoc Ecclesiæ pastor dicit, Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam ministrantes. Pennæ enim nostræ rectæ iam nō sunt, si ad utilitatem nostram solūmodo reflectūtur, Sed tunc rectæ fiunt, quum in utilitatem proximi dirigimus, quod habemus. Quia enim bona nostra non à nobis sunt, sed ab eo hæc accepimus à quo factū est, ut essemus, tanto ea nobis non debemus retinere priuata, quāto ea nobis conspicimus ab autore nostro ad cōmunem utilitatem data. Vnde rectē Petrus Apostolus in exhortatione huius rei subdit dicēs: Sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Atq; adhuc adiicit: Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex uirtute, quā administrat Deus. Ac si apertē dicat: Humiliter impendite bonum proximis, quia scitis uobis non à uobis esse quod habetis. Quælibet enim penna uirtutis, quū ad proximum impartiendo tenditur, recta non erit, si humilitate caruerit. De pennis uide in dictione Columba, & in dictione Argentum, & in dictione Aquila, & in dictione Herodius, & in dictione Accipiter.

Pepones quid mysticè significant, require in dictione Manna.

1. Pet. 4. b.

Ibidem.

Quid perdix mysticè significet.

Cap. XVIII.

Gregorius. Exod. 1. b.

Hierem. 17. b.

Rupertus.

Perdix, diabolus. Eja. 10. d.

Gen. 1. c.

Ioa. 12. c.

Hieronymus. Hier. 17. b.

Perdix, diues, diabolus. Luc. 12. c.

Quid perdix mysticè significet Origenes homilia prima super Exod. exponēs illud Exodit: Ne forte accidat nobis bellum, & consentiant, & hi cum aduersarijs nostris. Ex propheti- cis (inquit) uocibus præuidit uenturum sibi bellum, & derelinquendum se à filijs Israël, & quia cō- sentiant aduersario eius, & adijciatur ad dominum. Hoc est enim quod de eo Hieremias propheta prædixerat: Clamauit perdix: congregauit quæ non peperit: fecit diuitias suas, non cum iudicio: in dimidio dierum eius derelinquent eum: & in nouissimis suis erit stultus. Intelligit ergo perdicem se dictum: quæ non peperit, congregasse: & quod hi quos nō cum iudicio cōgregauit: in dimidio dierum suorum derelinquent eum, & sequentur dominum: & creatorem suum Christum Iesum: qui nos genuit. Ille autem congregauit: quos non genuit. Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis: quū ad factorē, & ad parētem suū uniuersa: quæ nūc pro huius tyrānide cōgemiscit: creatura cōfugerit. Et Rupertus lib. 1. in Deuteronomium, cap. 14. antedicta citans uerba: Perdix fouit &c. Perdix auicula fouit (inquit) quæ nō peperit. Solet enim furari, & fouere oua cōparis sui. Nati autē pulli, audiūt clamorē eius, quæ oua peperit, & cōtinuo relicta illa, quæ furata est, & oua furtiua fouit, ut diuitias faceret, & nidū suū ditaret, & nō in iudicio, id est, de rapina, recurrūt ad eā, quæ mater est; quæ peperit prima. Propterea dicit: In dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Insipienter enim, dum deludere cupit, delusa est, & ars eius à natura uicta est.

Perdix iste, diabolus est, qui astutia sua massam generis humani, in primis parētibus creatori surripuit, & extunc fouit, quæ nō peperit, id est, in uitijs huius mundi male blanditus est eis, & in peccato nasci fecit eos, quos non creauit. Vnde in Esaja sub nomine Assur gloriabundus dicit: Et detraxi quasi potēs in sublime residentes, & inuenit, quasi nidum, manus mea fortitudinē populorū. Itaq; quasi oua de nido sublimi, de nido alieno surripuit, de quibus pulli erant nascituri, quādo de paradiso fraude eduxit homines, de quibus nascituri erāt omnes filij Dei iam prædestinati, dicēte domino: Crescite, & multiplicamini. Fecitq; diuitias, & nō in iudicio, quia uidelicet princeps mundi huius factus est, & ab hominibus in templis idolorum, pro Deo cultus est ordine peruerso. Sed in dimidio dierum suorum (inquit) derelinquet eas, quod iam factum est, & in nouissimo suo erit insipiens, quod futurum est. Vniuersitas namq; dierum eius usq; ad ultimum iudiciū protenditur. Verū ante illud iudicium qui iudicaturus erat, uenit iudicandus, & sine iudicio raptas cum iudicio raptori per passionem suam sustulit diuitias, quæadmodū dicit: Nunc iudicium est mundi, nūc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Tandē in nouissimo suo erit insipiens, id est, insipientiæ coarguetur, tunc uidelicet, quando uidentibus cunctis præcipitabitur. Et diuus Hieronymus: Perdix fouit &c. Aiunt scriptores naturalis historiæ, tam bestiarum, & uolucrum, quàm arborum, hæbarumq;: quorum principes sunt apud Græcos Aristoteles, & Theophrastus; apud nos Plinius secundus, hanc perdicis esse naturam, ut oua alterius perdicis, id est, aliena furetur; & in eis incubet, foueatq;: quūq; fetus adoleuerit: auolare ab eo: & alienum parentem relinquere. Huiuscemodi diuites sunt, qui aliena diripiunt: & absq; cogitatione iudicij Dei, faciunt diuitias nō cum iudicio, quas in medio tempore relinquūt, & subita morte subtracti, quando dicitur eis: Stulte, hæc nocte repetent animam tuam à te: quæ autem præparasti,

parasti, cuius erunt: Nihilq; insipientius, quàm non prouidere nouissima; & breuia putare perpetua. Alij uerò & propter superiorē historiam, & propter alteram qua dicūt: perdicem esse pugnantissimum, & immundum, ita ut uictum polluat: diabolus sub eius nomine interpretatur: quod alienas sibi diuitias congregarit, dicens ad dominum: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quem relinquent diuitiæ suæ, quæ malè ab eo fuerant congregatæ: & per Apostolos conuertentur ad dominum, & qui sibi uidebatur esse prudentissimus, erit omnium iudicio insipiens. Quodq; à lxx. dicitur: Clamauit perdix: ad hæreticorum personam referendum est: quod perdix iste diabolus clamauerit per principes hæreticorum, & congregauerit quæ non peperit: & deceptorum sibi multitudinem congregarit, quæ postea dimittat eum, & omnium iudicio stultissimus cōprobetur. Et diuus Augustinus libro 13. cōtra Faustum, cap. 12. eadem uerba pertractans ait. Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit &c. Perdix enim nimis contentiosum animal notum est quāta auditate ipsius contētionis currat in laqueū. Nō enim disputare amat hæretici, sed quoquo modo superare impudentissima peruicacia, Congregent (sicut hic dicit) quæ nō pepererunt. Christianos enim, quos maxime Christi nomine seducunt, iam per ipsius Christi Euangelium natos inueniūt, & faciunt illos diuitias suas, non sanè cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. Non enim intelligunt sibi esse ueram, & salubrem, & quodammodo germanam, atq; radicalē societatem, unde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt. Et quia de talibus dicit Apostolus: Sicut enim Ioannes & Mambres resisterunt Moyfi, sic & isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient: Demētia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Sequitur & hic propheta, & dicit de perdice qui congregauit, quæ nō peperit: In dimidio dierum eius derelinquent eū, & in nouissimis suis erit insipiens, id est, qui primo tanq; per pollicitationē, & ostētationem excellētis sapiētiae seducebat, erit insipiens, id est, apparebit insipiens. Eis q; quibus primo sapiēs erat, tūc erit insipiens, quū apparebit, quia demētia eius nota erit oibus. Et libro unico de pastoribus, cap. 12. Perdix (inquit) cōgregauit, quæ non peperit, faciēs diuitias suas nō cū iudicio. Cōtra istū perdicē facientē diuitias suas nō cū iudicio, pascit iste pastor cū iudicio. Ille sine iudicio, quia cōgregauit quæ nō peperit, iste cū iudicio, quia fouet quod peperit. Perdix quidē illa à quibusdā maioribus, & ante nos scripturas tractantibus diabolus intellectus est, cōgregans, quæ nō peperit. Nō enim ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cū iudicio. Nō enim ad eum pertinet, quis isto, aut illo modo erret, omnes errantes uult quibuslibet erroribus. Quàm diuersæ sunt hæreses, quàm diuersi errores, ille in oibus uult errare homines. In dimidio dierum &c. Venit ille cōgregans undiq; oues suas in dimidio dierum eius, priusquam sperabat, antequam putabat, derelinquet eas, & erit insipiens in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiens erat, ut in nouissimis suis sit insipiens: Audite fratres. Dicitur aliquando in scripturis sapientia abusiue pro stultitia, ut illud: Vbi sapiens, ubi scriba, ubi cōquisitor huius sæculi: Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Et iste perdix, idem draco, idem serpens sapiens erat, quādo Adam per Euam deceptus: uerum dicere putatus est, bonum cōsiliū dare existimatus est, contra Deum creditus est. Quod uerò dicitur sapientia abusiue uerbi & in malo, cōsuetudine quidē scripturarum nostrarum: Nam quæadmodum loquantur autores mūdi, quid ad nos? Habes in eodē libro: Erat ibi serpens sapientior omnibus bestijs. Iste sapientior omnibus bestijs, astutus, & acutus ad decipiendū agnoscitur, postea nō ei creditur. Et dicitur ei: Renūciamus tibi, sufficiat, quod incautos primo decepisti. Ergo ita erit in nouissimis suis insipiens: apertæ erūt fraudes eius, & ideo iam fraudes non erunt. In nouissimis suis erit insipiens, qui congregauit quæ non peperit, & fecit &c.

Matth. 4. d.

Augustinus.

2. Tim. 2. d.

Hier. 17. b.

1. Cor. 1. c.

Gen. 3. d.

Gregorius.

Iob 28. d.

Lib. Moral. 18.

cap. 19.

2. Cor. 8. b.

Pedes, prædicatores.

Act. 13. g.

Iob 29. d.

Iob 30. b.

Pedes, extrema

ecclesiæ membra.

Iob 13. d.

Lib. 11. Moral.

cap. 25.

Quid pedes mysticè significant.

Cap. XIX.

Quid pedes mysticè significēt, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob: Eos quos oblitus est pes egentis. Quis hoc loco alius accipitur egenus homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur: Qui propter nos egenus factus est, quum diues esset: Cuius uidelicet egentis hominis pedes sancti prædicatores fuerunt, per quorum profecto præsentiam gentilitatē circuiēs, mundum perambulauit uniuersum. Dicit ergo: Eos (id est) Iudæos, quos prædicatores domini per humilitatem pauperis, pro superbiæ suæ tumore reliquerunt, eorumq; omnino oblitus sunt, dum prædicationis suæ semina, ad solam fructificationem gentium transfulerunt, iuxta illud: Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gentes. Et exponens illud Iob: Quādo lauabam pedes meos butyro &c. Requiere in dictione Butyrum. Et exponens illud Iob, Pedes meos subuerterunt &c. Quid (inquit) per pedes Ecclesiæ, nisi extrema illius mēbra signātur? Hos itaq; pedes aduersarij subuertūt, quū extrema mēbra illius ad sui dogmatis errorē trahūt. Et exponens illud Iob: Posuisti in neruo pedē meum, & obseruasti omnes semitas meas: & uestigia pedū meorū cōsiderasti. In neruo Deus (ait)

Nervus, distrib. Etionis sententia. Via, actio. Semita, cogitatio. Iob 23. c. Psal. 67. c. Matth. 5. g. Luc. 6. c. Iob 18. b. Hieronymus. Ephe. 6. c. Ioan. 14. a. Ephe. 6. c. Psal. 118. n. Ambrosius. Psal. 35. d. Psal. 35. c. Psal. 114. b. Cant. 5. b. Ioan. 13. b. Ibidem a. Psal. 121. a. Gal. 4. d. Philip. 3. d. Augustinus. Cant. 5. b. Matth. 23. d. Ioan. 1. g.

pedem hominis posuit, quia prauitatem illius forti distractionis suae sententia ligauit. Cuius omnes semitas obseruat, quia subtiliter singula eius quaeque diiudicat. Semita etenim angustior solet esse, quam uia. Quia autem uitas actiones, non immerito semitas ipsas actionum cogitationes accipimus. Deus itaque omnes semitas obseruat, quia in singulis quibusque actibus nostris etiam cogitationes nostras perscrutat. Et uestigia pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum, quam recte ponantur, examinat, ne & hoc quod bonum agitur, non recto desiderio agatur. Possunt quoque per pedum uestigia quaedam male acta signari. Nam pes in corpore est, uestigium in uia. Et plerumque dum quaedam praeue agimus, intuentibus hoc fratribus, exemplum malum praebemus, & quasi inflexo extra uiam pede, sequentibus uestigia distorta relinquimus, dum per nostra opera ad scandalum aliena corda prouocamus. Et exponens illud Iob: Vestigia eius secutus est pes meus. Quasi (inquit) quidam gressus Dei, ipsae quas cernimus operationes eius, quibus bonus quisque, malusque regitur, quibus iusti, iniusti que suis ordinibus disponuntur, quibus & subiectus quisque ad meliora quotidie ducitur, & auersus ad deteriora corruens, toleratur. Iuxta illud: Visti sunt gressus tui Deus. Nos itaque quum uirtutem longanimitatis, atque pietatis eius intuemur, & intuentes imitari contendimus, quid aliud quam gressum eius uestigia sequimur, quia extrema quaedam eius operationis imitamur? Haec enim patris sui uestigia ueritas admonebat imitari, quum diceret: Orate pro persecutibus & calumniatibus uos, ut sitis filii patris uestri, qui in caelis est, qui solus suum oriri facit super bonos, & malos. Et exponens illud Iob: Et inuoluent pedes eius. Pedes (inquit) si inuoluti fuerint, gressus liberos habere non possunt, & nullum carere iter ualent, quia sua eos inuolumenta retinent. Prava itaque desideria ad pessimam actionem trahunt, sed pessima actio restringit in formidine, quae uidelicet formido inuoluit pedes, ne in rectam exire ualeant actionem. Et saepe contingit, ut idcirco quisque bonus esse metuat, ne hoc a prauis ipse patitur, quod se bonis fecisse reminiscitur, dumque hoc pati quod fecit, metuit, undique territus, undique suspectus, quasi pedes inuolutos habet, qui timore irretitus, nihil libere agere praeuaret, qui in bono opere, quasi inde gressum perdidit, unde ad mala, quae concupierat excessit. Et diuus Hieronymus, exponens illud Apostolicum: Et calciati pedes in praeparatione Euangelij pacis. Diligentius (inquit) obseruate, quod uirtutem quandam animae appellauerit pedes, quibus ingredimur in eo qui dicit: Ego sum uia, & quos nos oportet calciare in praeparatione Euangelij pacis. Et diuus Ambrosius sermone 13. in Psalmum 118. exponens illum uersiculum: Ab omni uia mala prohibui pedes meos, ut custodiam uerba tua. Non utique (ait) corporis pedes prohibuit, qui mentis praeuarentur obsequuntur arbitrio. Neque enim prohibendi sunt, quum prodeunt ad Dei templum. Pes autem qui iure prohibetur est ille de quo ait: Non ueniat mihi pes superbiae. Est etiam pes iniquitatis, qui cito labitur, qui stare non potest, sicut perfidorum est, de quibus scriptum est: Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Prohibe ergo pedes tuos, ne cadas. Sunt enim non solum criminum, sed etiam infirmitatis pedes. Stans cum domino, poteris dicere: Erui pedes meos a lapsu. Ab omni ergo uia mala (inquit) prohibui pedes meos, id est, ab istius saeculi uanitate, ab istius mundi lubrico reuocauit pedes animi mei, & mentis incessum, restitit cupiditatibus, obstitit motibus, qui uidentur irruere sicut bestiae atque iumenta, ut teneros fructus, & noua ruris huius culta depascant. Et libro de uirginibus tertio, exponens illud Canticum: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Didicisti (inquit) in Euangelio, quod pedes lauare, fidei mysterium, humilitatis insigne sit, iuxta quod scriptum est: Si ego laui pedes uestros dominus, & magister, quantomagis uos debetis alter alterius lauare pedes? Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quantum uero ad mysterium, pedes debet lauare suos, qui uult partem habere cum Christo. Si enim non lauero (inquit) tibi pedes, non habebis partem mecum. Quum hoc Petro dicitur, quid de nobis censeatur? Qui lauit igitur pedes, non necesse habet iterum lauare, & ideo caueat, ne inquinat eos. Et bene sancta Ecclesia dicit: Laui pedes meos. Non dicit quomodo iterum lauabo eos, sed quomodo iterum inquinabo eos, quasi oblita maculae ueteris, oblita contagij. Admonet igitur in ministerio corporali, quoadmodum spirituale debeamus actuum nostrorum diluere uestigium. Itaque pedes, quum semel laueris aeterni fontis irriguo, & mysterij mundaueris sacramento, caue iterum corporeae cupiditatis illuuiem, ne lutulenti actus sordibus inquinentur. Isti sunt pedes, quos David lauit in spiritu, qui te docet, quoadmodum eos inquinari non possis dicens: Stantes erant pedes nostri in spiritu, qui te docet, quoadmodum eos inquinari non possis dicens: Stantes erant pedes nostri in aeternis tuis Hierusalem. Vtique hic non corporis, sed animi intellige pedes. Quomodo enim terrenus homo in caelo haberet corporis pedes? Hierusalem enim (sicut Paulus te docuit) in caelo est. Et idem te docuit quoadmodum in caelo stare possis, quum dicit: Nostra autem conuersatio in caelis est. Conuersatio morum, conuersatio factorum, conuersatio fidei. Et diuus Augustinus tractatu 57. exponens illud Canticum: Laui pedes meos &c. O admirabile sacramentum o grande mysterium. Ergo ne timet inquinare pedes ueniendo ad eum qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram uenit ad eum qui etiam in terra est, quia suos hic constitutos non deserit. An non ipse ait: Ecce ego uobiscum suum usque ad consummationem saeculi? An non ipse ait: Vobis debitis caelos apertos, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes ad filium hominis? Si ascendunt ad

dunt ad eum propterea, quia sursum est, quomodo ad eum descendunt, si etiam non hic est? Dicit ergo Ecclesia: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? In eis hoc dicit qui praedicat Christum, & aperit illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit, quum deliberant, utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte alijs praedicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim ueritas auditur, quam praedicatur, quoniam quum auditur, humilitas custoditur, quum autem praedicatur, uix non surrepit cuius hominum quantum lacunae iactantia, in qua utique inquinentur pedes. Respicens ergo ad eos qui praedicare, & populos acquirere, ac regere, ac sic Christo aperire utique possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui (inquit) pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quisquis enim in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui &c. Quadoquidem lego, & audio: Nolite multi magistri fieri fratres, quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Sed ecce surgo, & aperio, Christe laua eos: dimitte nobis debita nostra, quoniam non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quando te audimus, exultant tecum in caelestibus ossa humiliata. Sed quando te praedicamus, terram calcamus, ut tibi aperiatur: & ideo si reprehendimur, perturbamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed quum ad aperiendum tibi per terram pergitur, inquinatos.

Quid Pessulus, petraque, pharetra, phiala, pignus, pilus mystice significent. Cap. XX.

Pessulus quid mystice significet diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticum: Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Pessulum ostio facimus, quado per uoluptates carnis, aditum cordis contra sponsum obseramus. Pessulum uero aperimus, quando remotis uoluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, soluimus: & sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne uiuimus: quia repente fieri non potest, restat, ut magis, ac magis quotidie faciamus. Nemo enim, sicut scriptum est, repente fit summus. Et Rupertus. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Pessulum (inquam) ostij mei, id est, clausuram oris mei. Quid namque per pessulum, nisi silentij signatur firmamentum? Pessulum ergo ostij dilecto meo aperitur, quum inditum ori silentium propter Christum resoluatur, ut audientes edificetur. Et quam pulcher, quam rationalis, & disciplinatus ordo loquendi? Prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrha probatissima pleni monstrantur, ac deinde pessulus ostij dilecto aperitur, id est, prius uita laudabilis in exemplum praeparatur, & deinde doctrina fidem quaerens audientium palam profertur. Hinc de ipso dilecto scriptum est, quia coepit facere & docere. Non prius dictum est docere, & deinde facere: sed prius facere, & deinde docere.

Petra uero quid mystice significet diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob: In petris manet &c. In sacro (inquit) uelocuo, quum singulari numero petra nominatur, quis alius, quam Christus accipitur? Paulo attestate, qui ait: Petra autem erat Christus, quum uero petrae pluraliter appellantur, membra eius, uidelicet sancti uiri, qui illius robore solidati sunt, exprimentur. Quos nimirum Petrus Apostolus lapides uocat, dicens: Vos tanquam lapides uiui coaedificamini domus spirituales: ista itaque aquila, quae ad ueri Solis radios cordis oculos exerit, in petris manere dicitur: quia in dictis antiquorum, & fortium patrum mentis statione collocatur. Eorum quippe uitam, quos in uia Dei praesse conspiciat, ad memoriam reducit, atque in celsitudine illorum fortitudinis stando, nidum sibi construit sanctae meditationis. Quumque eorum acta, dictaque tacite cogitat, quum praesentis uitae gloriam in comparatione aeternae excellentiae, quam sit abiecta considerat, quasi sub se esse ima terrarum in petris residens, obseruat. Possunt etiam petrae sublimes uirtutum caelestium potestates intelligi, quas non iam quasi more arborum huc, atque illuc uentus nostrae mutabilitatis inclinat: quia uelut petrae in arduis sitae, ab omni motu mutabilitatis alienae sunt, & ad soliditatem fixae celsitudinis, ipsa cui inhaerent aeternitate durauerunt. Vir itaque sanctus, quum terrena despicit, more se aquilae ad altiora suspendit, & per contemplationis spiritum subleuatus, perennem angelorum gloriam praestolatur, atque huic mundo hospes, illa appetendo quae aspicit, iam in sublimibus figitur. Recte ergo dicitur: In petris manet, id est, intentione cordis inter illas caelestes uirtutes residet, quae & per aeternitatis suae fortitudinem tanta iam soliditate fixae sunt, ut in nullo culpa latere queunt in petris equi: Petra (inquit) Christus est, qui donauit Apostolis, ut ipsi quoque petrae uocentur: Tu es petrus, & super hanc petrae aedificabo Ecclesiam meam. Qui in istis petris fuerit, aduersariae potestates, quae appellantur equi: persequi eum non poterunt, cursibus praepeditis, & per singulas petras corruentibus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae: Et statuit supra petrae pedes meos &c. Si

Pfal. 39. b.

cut duobus modis operari præcipit Christianū: ut declinet à malo, & faciat bonum: ita duplici ratione dñm dicit profutura cōcedere. Primū est em̄, ut nos educat de mūdi istius profundissima calamitate: cuius aptè designata est maligna latitudo lacus miseritæ, lutosq; facilentus. Et ut exprimeret delictorum crassitudinē, corpulentiamq; lutū addidit: qui lacu continetur: ne peccata solis aquis cognosceres, q̄uis densissimis cōparata. Nam sicut lutos lacu foetidus, atq; grauis est, ita & hominum delicta limosa sunt: quæ & fetoribus horrescunt: & grauitate demergūt. Deinde pedes nostros supra petrā statuit: quum in Christi dñi iussionibus ambulamus. Ipse est em̄ nobis spiritalis petra: q̄ in se fixa nō sinit demergi uestigia, Et respice: quia sicut peccata uirtutibus cōtraria sunt: ita & earū uirtutes probātur esse dissimiles. Illa em̄ sicut sunt mollia, & dissoluta: in itineris sui cœnoscitate uoluūtur. Virtutes autem quæadmodum rigidae sunt, & immobiles: sic habent uiam petralem: ubi non inquinatis: sed mundis pedibus ambulatur.

Iob 30. c. Gregorius. Lib. 31. cap. 24. & 25. Pharetra, occultū cōsiliū. Iob 30. b. Sagitta, Dei sententia. Pharetra, prauorum machinatio. Psal. 10. 4.

Pharetra quid mysticè significet, habes partim in dictione Sagitta. Et diuus Grego. exponens illud Iob: Super ipsum sonabit Pharetra. In scriptura sacra pharetræ nomine aliquādo iustum Dei, occultūq; cōsiliū: aliquādo uerò clādestina prauorū machinatio designatur. Per pharetrā iustum Dei, occultūq; cōsiliū exprimitur: sicut idem beatus Iob superiore parte testatur dicens: Pharetram em̄ suā aperuit, & afflixit me, id est, occultū suum cōsiliū detexit: & publica me percussione uulnerauit. Sicut em̄ in pharetra sagittæ: sic in occulto Dei cōsilio latet sententiæ: & quasi ex pharetra sagitta educitur, quādo ex occulto cōsilio apertam Deus sententiā iaculatur. Pharetræ quoq; noie prauorū machinatio designatur: sicut p̄ Prophetā dicit: Parauerūt sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde. Iniq; em̄, quū dolos, quos bonis excogitāt, secretis machinationibus occultāt: quasi in pharetra sagittas parant, & in hac præsentis uitæ caligine, uelut in obscuro rectos corde feriūt, quia malitiosa eorū iacula, & sentiri p̄ uulnus possunt, & tamē ueniētia deprehendi nō possunt. Igitur quia equus Dei nulla aduersitate terretur, eiq; quo magis obuiatur, eo uel intentionis suæ super armatos hostes feruētior ducitur: persecutores eius, qui se etiā ferietes uinci sentiunt, turbati ad cōsiliū reuertuntur, dolos præparāt, & uelut ex longinquo mittendo, uulnera occultant. Vnde nunc rectè dicitur, quod sancti uiri nec insidijs, nec minis, nec disputationibus, nec pœnis terretur. Super ipsum sonabit pharetra, ut eū ex abscondita machinatione longè feriat, cui apertis cōgressionibus inaniter appropinquāt. Hæc tūc super equū Dei pharetra sonuerat: quum quadraginta uiri, qui in eius mortem cōiurauerant, educi de carcere Paulū quærebāt: ut cōsiliorū suorum ictibus, quasi clare sagittarum dolo interficerent: quæ cōgressionem persecutionis publicæ superare nequaquam possent. Pharetra ergo sonuit: quia occultæ machinationis ad Paulū causa peruenit. Quāuis si uigilanter quærimus, adhuc in pharetræ sonitu aliquid subtilius inuenimus, sæpe enim aduersarij cōsilia cōtra bonos ineunt: prauis inuentionibus innituntur: ad excogitandos dolos se conferunt: sed tamen qui eosdem dolos proderi bonis debeant, ipsi instituūt latenter, ipsi transmittunt: ut crudelis suppliciorū præparatio, dum quasi furtim innotescitur, amplius timeatur: & audiētis animū plus suspecta uulnera, quā percepta perturbēt. In pharetra em̄ sagittæ, dum latent, & sonant, mortē etiā non uisæ denūciant. Pharetra ergo contra equū sonitū reddit: quū cōtra prædicatorem sanctum occulta prauorū machinatio cōsiliū suum, quod fraudulenter operit, fraudulētius innotescit, ut præmissis minis quasi ex sonitu pharetræ terreat, quū prædicator Dei apertas contumelias, uelut cōminus ferientia iacula, non formidat. Quū uerò eisdem minis minimè terretur: mox persecutorū crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Et diuus Hieron. exponens illud Esaiæ: Et posuit me sicut sagittam electā, in pharetra sua abscondit me. Quādo dicit sagittam electam: ostēdit habere Deū sagittas plurimas, sed nō electas, quæ sagittæ prophetæ sunt & Apostoli: qui in toto orbe discurrunt. De quibus & in alio loco canitur: Sagittæ tuæ acutæ potēssime: populi sub te cadent. Et iterū: Sagittæ potentis acutæ cū carbonibus desolatorijs. Christus autē de multis sagittis, & filijs plurimis, una sagitta electa, & filius unigenitus est, quam in pharetra sua abscondit, id est, in humano corpore, ut habitaret in eo plenitudo diuinitatis corporaliter: Rarū est erediētū fides. Cui & supra dicitur: Tu es Deus absconditus, & nesciebamus. Qua sagitta & spōsa uulnus accipiens, loquitur in Cantico Canticorum: Vulnerata charitate ego sum. Et exponens illud Threnorum: Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Filias (inquit) pharetræ, sagittas dicit. Misit ergo in renibus filias pharetræ, quum carnalia desideria in hominibus iuxta modū dispensationis suæ cōgrua castigatione corripuit. De hac quippe pharetra in Iob ita scriptum est: Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me. Quid per pharetram Dei, nisi occultum iudicium, uel cōsiliū designatur? Sagittæ uerò de pharetra dominus eicit, quādo de occulto iudicij cōsilio apertam sententiā emittit. Quia enim flagellatur quisque, agnoscimus: sed ex qua causa flagellū ueniat, ignoramus. Quum uerò post flagella uitæ correctio sequitur, & ipsa cōsiliij uirtus aperitur. Pharetra igitur clausa, est cōsiliū occultum. Sed aperta pharetra affligimur, quādo per id quod post flagellum sequitur: quo cōsilio flagellamur, uidemus. Quū peccata dominus uidet, & tamen

Esa. 49. a. Hieronymus. Sagitta, ppbetæ, Apostoli. Psal. 44. b. Ibidem 119. b.

Sagitta electa, Christus. Pharetra, huius mundi corpus. Cant. 45. c. Thre. 3. a. Iob 30. b. Pharetra, occultū iudicium.

manum ad

manum ad uindictam non cōmouet, quasi clausam pharetram tenet: sed feriendo indicat: quātum ei in nobis displicuit, hoc quod diu uidendo tolerauit.

Phiala uerò quid mysticè significet, diuus Gregorius libro Moral. 20. cap. 2. insinuat, dicens. Iubente domino non solum phialæ ad mensam tabernaculi, sed etiā cyathi præparantur. Quid enim per phialas, nisi larga prædicatio? Quid uerò p̄ cyathos: nisi minima & tenuis de Deo locutio designatur? In mensa igitur domini, & phialæ præparantur, & cyathi: quia in doctrina sacri eloquij nō solum exhibenda sunt magna, & arcana, quæ deebriant, sed etiā parua, & subtilia, quæ quasi per gustum notitiā præstant.

Phiala, larga prædicatio. Cyathus, minima de Deo locutio.

Pignus autem (ut diuus ait Greg. lib. Mor. 16. cap. 2. exponēs illud Iob: Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa) duo potissimum mysticè significat. Nam in scriptura sacra (inquit) pignoris appellatione aliquando dona spiritus sancti signantur, sicut per Paulum dicitur: Qui dedit nobis pignus spiritus. Ad hoc enim pignus accipimus, ut de promissione, quæ nobis fit, certitudinem teneamus. Donum ergo sancti spiritus pignus dicitur, quia per hoc nostra anima ad interioris spei certitudinem roboratur. Aliquando pignoris nomine, peccati confessio solet intelligi, sicut in lege scriptū est: Quū debet tibi quippiam frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Frater etenim noster debitor nobis efficitur, quū quilibet proximus in nos aliquid deliquisse mōstratur. Peccata quippe debita uocamus. Vnde peccatori seruo dicitur: Omne debitum dimisti tibi. Et in dominica oratione: Dimitte nobis debita nostra &c. A debitore autem nostro pignus accipimus, quando ab eo qui in nos peccasse cognoscitur, peccati eius iam confessionem, tenemus, per quam relaxare peccatū, quod in nos perpetratum est, postulamus. Qui enim peccatum, quod commisit, fatetur, & ueniam petit, iam quasi pro debito pignus dedit. Quod nimirum pignus ante solis occasum reddere iubemur, quia priusquam in nobis per dolorem cordis sol iustitiæ occidat, debemus ei cōfessionem ueniæ reddere, à quo confessionem accipimus culpæ, ut qui se deliquisse in nos meminit, à nobis mox relaxatum sentiat, quod deliquit.

Pignus, dona spiritus sancti. 2. Cor. 1. d. Exod. 22. d. Matth. 18. d. Matth. 6. b.

Pilus quid mysticè significet, require in dictione Capillus.

Quid piscis, plantaq; siue plantatio mysticè significant. Cap. XXI.

Pisces maris sunt curiosi huius sæculi, ut dictum est in dictione Iumenta. Et diuus Greg. libro Moral. 5. cap. 6. Per Moysen (inquit) dicitur: ut pisces qui pennulas non habent, nō edantur. Pisces nanq; qui habent pennulas, saltus dare super aquas solēt. Soli ergo in electorum corpore, quasi pisces transeunt, qui in eo quod imis deseruiunt, aliquando ad superna conscendere mentis saltibus sciunt, ne semper in profundis curarū lateant, & nulla eos amoris summi quasi liberi aëris aura contingat. Quid autem piscis assus mysticè significet, diuus ostēdit Gregorius, Homil. 24. in Euangelia. Inter hæc (inquit) ut hesterni sancti Euangelij lectio, & hodierna nos admonet, ut uigilanter debeamus inspicere, cur dominus, & redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim uacat à mysterio, quod iteratur in factis. In hac etenim lectione panem, & assum piscem: in illa uerò, quæ hesterni die lecta est, cum asso pisce etiam fauū mellis comedit. Quid autem signare piscem assum credimus, nisi ipsum mediator em Dei, & hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani, capi uoluit laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione assatus est tēpore passionis suæ. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione, fauus mellis nobis extitit in resurrectione. Nam qui in pisce asso figurari uoluit tribulationē passionis suæ, in fauo mellis utraq; naturā exprimi uoluit personæ suæ. Fauus quippe mel in cæra est. Mel uerò in cæra est diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoq; lectione nō discrepat: Nam piscem comedit, & panem. Qui enim assari, ut piscis, potuit ex humanitate, pane nos reficit ex diuinitate, qui ait: Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Assum ergo piscē comedit, & panē: ut ipso cibo suo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humanitate pertulit, & refecit nostram ex sua diuinitate procurauit. Quod si uigilanter inspicimus, nobis quoq; qualiter ad imitandum congruat uidemus. Sic enim sua facta redemptor indicat, ut imitationis uia nobis sequentibus sternet. Ecce in cibo suo dominus noster pisci asso coniungere fauum uoluit, quia uidelicet illos in suo corpore ad æternam quietem suscipit, qui quum hic tribulationes pro domino sentiūt, ab amore internæ dulcedinis non recedunt. Cū asso pisce fauus sumitur, quia qui hic afflictionem pro ueritate suscipiunt, illic dulcedine uera satiantur.

Pisces, curiosi. Gregorius. Leuit. 11. b.

Piscis assus, Christus passus. Aqua, genus humanum. Fauus, Christus in resurrectione. Mel, diuinitas. Cæra, humanitas. Ioan. 6. e.

Plantationem primā, & secūdam require in dictione Radix. Et plātare, & rigare, adiuua est, ut inquit diuus Greg. lib. Mor. 17. cap. 9. exponēs illud Apostolicū: Adiutores em̄ dei sumus. Sed inter hæc (inquit) sciendū est, quod plārūq; etiā Deum, qui uidelicet imbecillis nō est, humiliter agētes adiuuamus. Vnde & per Paulū dicitur: Adiutores enim Dei sumus. Nā quū ei, quē ipse per internā gratiā infundit, nos exhortationis uoce concurrimus, hoc quod ille per spiritum sanctum

Gregorius. 1. Cor. 3. b. 1. Cor. 3. b.

Ibidem.

Luc. 17. c. Augustinus. Matth. 15. b. Plantatio, carnalis cupiditas, infidelitas. Luc. 17. c. Hieronymus. 1. Cor. 3. b. Ibidem.

Hierem. 2. d. Liberum arbitrium. Chrysostomus. Matth. 15. a.

Exod. 20. b. Ibidem. Theopylactus. Luc. 17. c.

Gregorius. Iob 38. c.

Pleiades, sacri.

Gen. 4. a. Esa. 53. g. Ioh. 1. d.

agit intrinsecus, nos exterius ministerio uocis adiuuamus, & tunc solū nostra exhortatio ad perfectionē ducitur, quum in corde Deus fuerit, qui adiuuetur. Vnde & aliās dicit: Neq; qui plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Plātare quippe, & rigare, adiuuare est. Quod utrūq; uacūū erit ministeriū, si in corde Deus nō dat incrementū. Sed qui de sensu suo alta sapiūt, esse humiliter Dei adiutores nolunt, quia dum se Deo utiles esse aestimāt, à fructu se utilitatis alienant. Vnde & ueritatis uoce discipulis dicitur. Quū feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Et diuus Augustinus lib. 1. quæstionum Euāgeliorū, quæst. 17. exponēs illud Euāgelicū: Omnis plātatio, quā non plātauit & c. hoc est (inquit) ois carnalis cupiditas, secundū quā sentiētes offendebātur de prætermisissis rerum signis, uel etiā traditionibus suis, & præcepta uitæ nō curabāt, quæ cupiditate animū purgāt. Et libro unico contra Adimantū Manichæū, cap. 15. Omnis plātatio & c. Infidelitatē Iudæorū plātationē appellauit, quā nō plātauit pater cœlestis. Et diuus Hieronymus. Ois plātatio & c. Etiā quæ plana uidentur in scripturis, plena sunt quæstionibus. Ois inq; plātatio, quā nō plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ergo eradicabitur & illa plātatio, de qua Apostolus ait: Ego plātaui, Apollo rigauit. Sed soluitur quæstio ex eo quod scribitur: Deus autem incrementū dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Et in alio loco: Cooperatores Dei sumus. Si autē coopatores: igitur plantate Paulo, & rigate Apolline, Deus cū operatoribus suis plātat & rigat. Abutūtur hoc loco qui diuersas naturas introducūt, dicētes: Si plātatio quā non plātauit pater, eradicabitur: ergo quā plantauit ille, nō potest eradicari. Sed audiāt illud Hieremias: Ego uos plātaui uineā uerā, quomodo uersi estis in amaritudinē uitis alienæ? Plātauit quidē Deus, & nemo potest eradicare plātationem eius. Sed quoniā ista plātatio in uolūate proprii arbitrii est, nullus alius eā eradicare poterit, nisi ipsa præbuerit assensum. Et Chrysostomus hom. 52. Ois plātatio & c. Quod de lege dictū esse Manichæi cōtendunt, sed ea quæ præcesserūt ora ipsorū penitus obstruūt. Nam si de lege hoc dictum est, quomodo superius acerrimē pro lege ipsa pugnabat, dicēs: Quare mādatū Dei propter obseruādas traditiones uestras transgredimini? Quomodo etiā prophetā in mediū induxit? Non igitur de lege, sed de illis ipsis, ac de traditionibus suis hæc disputat. Præter ea si à Deo dictum est: Honora patrē tuū, & matrem tuā, quomodo nō est plantatū à Deo, quod à Deo dictum est? A se quētib; autē patet, nō de lege, sed de ipsis, & traditionibus dictū esse. Quippe quum subiūxerit: Duces sunt cæci cæcorū, ita legē ab omni accusatione uindicauit, & ad illos omnē culpā traiecit. Quod si de lege dictū esset, dixisset utiq;: Dux est cæcus cæcorū. Et Theopylactus. Omnis plātatio & c. Seniorū (inquit) traditiones, & Iudæorū præcepta eradicatū iri dixit, nō legalia, ut existimant Manichæi. Lex enim plātatio est Dei, nō igitur illa eradicata est. Manet em̄ radix eius, spiritus qui in occulto est. Folia autem, hoc est, apparens litera, defluunt. Legem enim ultra nō iuxta literam, sed iuxta spiritum intelligimus.

Platea præsentis uitæ latitudinem signat, ut dictum est in dictione Sanctuarium.

Quid Pleiades mysticè significant. Cap. XXII.

Quid Pleiades mysticè significant diuus insinuat Greg. exponēs illud Iob: Nunq; cōiungere ualebis micātes stellas pleiades? Pleiades stellæ à πλειστον, id est, à pluralitate uocatae sunt. Ita autē uicinæ sibi, & diuisæ sunt cōditæ, ut & simul sint, & tamē cōiūgi nequaquā possint, quatenus uicinitate quadā cōiunctæ sint, sed tactu distūctæ. Quid enim micātes pleiades, quæ & septē sunt, aliud quā sanctos omnes denūciant, quæ inter præsentis uitæ tenebras septiformis spiritus gratiæ nos lumine illustrāt, qui ab ipsa mūdi origine usq; ad eius terminū diuersis tēporibus ad prophetādum missi, & iuxta aliqd sibi cōiuncti sunt, & iuxta aliquid distūcti: Stellæ enim pleiades (sicut supra dictū est) uicinitate sibi cōiunctæ sunt, & tactu distūctæ. Simul quidē sitæ sunt, & tamen lucis suæ uariatim radios fundūt. Ita oēs sancti alijs, atq; alijs ad prædicādum tēporibus apparentes, & distūcti sunt per uisionē suæ imaginis, & cōiuncti per intētionē mētis. Simul micāt, quia unū prædicāt, sed nō semetipsos tangunt, quia in diuersis tēporibus partiūtur. Quā diuersis tēporibus Abel, Esaias, & Ioānes apparuerunt. Diuisi quidem fuerunt tempore, sed nō prædicatione. Nam Abel redemptoris nostri passionem significās, agnū in sacrificio obtulit, de cuius passione Esaias ait: Sicut agnus coram tondēte se obmutescet, & nō aperiet os suum. De quo Ioānes quoq; ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Ecce diuisi quidem tēporibus missi, & tamen concorditer de redemptoris nostri innocentia sentientes, eundem agnum Ioānes ostendit. Esaias præuidendo, Abel offerendo locutus est, & quem Ioannes in ostēsiōne, quæ Esaias in locutione, hunc Abel significando in manibus tenuit. Quia igitur quomodo pleiades stellæ de humanitate redemptoris sibi concinnāt, diximus, nunc quomodo in ostēdenda unitate trinitatis concorditer luceant, demonstremus. Diuersis quippe tēporibus huic mundo Dauid, Esaias, & Paulus apparuit: sed tamen nullus eorum alteri diuersum sensit, quia & si semetipsos nō nouerant facie, unum

facie, unum tamen didicerant ex diuina cognitione. Dauid quippe ut autorem omnium deum in trinitate ostēderet, dixit: Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus. Ac ne tertio Deū nominans, tres Deos dixisse putaretur: ilico unitatem eiusdem trinitatis insinuans, addidit: Et metuant eum omnes fines terræ. Qui enim non eos, sed eum subdidit, unum tria, quæ dixerat, intima uit. Esaias quoq; quū laudem de unitate trinitatis aperiret, Seraphim uoces exprimēs, ait: Sanctus, sanctus, sanctus, ac ne tertio sanctum nominans, unitatem diuinæ substantiæ scindere uideretur, adiunxit: Dominus Deus sabaoth. Quia ergo non domini dii, sed dominus Deus addidit, unū existere quod tertiuū sanctū uocauerat, idicauit. Paulus quoq; ut operationē sanctæ trinitatis ostēderet, ait: Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, atq; ut unitatem eiusdem trinitatis intimeret, protinus addidit. Ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen. Qui igitur non ipsis, sed ipsi subdidit, unū naturaliter, tria secundum personas innotuit, quod superius tertio idipsum dixit: Quasi ergo & uno in loco pleiades sitæ sunt, quia de deo concorditer sentiunt, & tamen semetipsas nō tangunt: quia, sicut dictum est, per huius mundi tempora diuersa partiuntur. Et infra. Tunc & pleiades plenius iungit, quum gyrum arcturi destruit: quia tunc nimirum sancti omnes etiam uisionis sibi specie copulantur, quando in fine mundi sancta Ecclesia ab his, quos modo sustinet laboribus, soluitur. Dicit ergo: Nunquid coniungere ualebis micātes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? subaudis ut ego, qui tunc sanctorum uitam etiam per speciem unio, quum gyrū uniuersalis ecclesiæ corporaliter soluo. Et quis hominum solius diuinæ hoc esse uirtutis ignorat? Sed ut cognoscat homo quid ipse sit, memoretur assiduē quid solus dñs possit. Habemus adhuc quod de stellis pleiadibus, atq; arcturo aliud sentiamus. Pleiades quippe ab oriente, arcturus uerò ex parte Aquilonis surgit. Quocunq; autem se per gyrum suum arcturus uerterit, pleiades ostendit, & quū lux diei iam uicina efficitur, stellarum eius ordo ostenditur. Potest igitur per arcturū, qui à plaga frigoris nascitur, lex: per pleiades uerò, quæ ab Oriente surgunt, testamēti noui gratia designari. Et infra. Pleiades uerò, quæ ipsæ quoq; (sicut superius diximus) septem sunt, testamēti noui gratiā tanto apertius indicāt, quāto cuncti liquidò cernimus, quod per illā fideles suos spiritus sanctus septiformis muneris lumine illustrat. Quæquā igitur se arcturus uertit, pleiades ostendit, quia per omne quod testamētum uetus loquitur, testamēti noui opera nunciantur. Sub textu enim literæ, tegit mysterium prophetiæ. Et quasi inclinat se arcturus, & demonstrat, quia dum ad spiritalem intellectum flectitur, significata per illud lex gratiæ septiformis aperitur. Et propinquante diei luce, stellarum eius ordo distenditur: quia postquā per semetipsam nobis ueritas innotuit, ab obsequijs carnalibus literæ præcepta laxauit. Redemptor autē noster in carne ueniens, pleiades iunxit, quia operationes septiformis spiritus simul in se, & cunctas, & manentes in se habuit. De quo per Esaiā dicitur: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cōsiliij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. De quo Zacharias ait: Super lapidē unum septē oculi sunt. Atq; iterum: Et in candelabro aureo lucernæ septem. Nullus uerò hominū operatione sancti spiritus simul omnes habuit, nisi solus mediator Dei, & hominū, cuius est idē spiritus qui de patre ante sæcula procedit. Bene ergo dicitur: Super lapidē unum septem oculi sunt. Huic enim lapidi septē oculos habere, est simul omnem uirtutē spiritus septiformis gratiæ in operatione retinere. Alius nāq; prophetiā, alius scientiā, alius uirtutes, alius genera linguarū, alius interpretationes sermonum iuxta distributionē sancti spiritus accipit, ad habenda uerò cuncta eiusdē spiritus munera nemo pertingit. At uerò cōditor noster infirma nostrasuscipiēs, quia per diuinitatis suæ potentiā simul se habere omnes sancti spiritus uirtutes edocuit, micātes proculdubio pleiades iunxit. Dum uerò pleiades iungit, arcturi gyrū dissipat, quia dum semetipsum factum hominē habere cūctas sancti spiritus operationes innotuit, in testamēto ueteri literæ laborē soluit, ut fidelis quisq; iā cū libertate spiritus illud intelligat, cui prius in formidine iter tot discrimina seruiēbat. Audiāt itaq; beatus Iob: Nunquid cōiungere ualebis micātes stellas pleiades? Ac si dicere. Habere quidē lumina quæ rundā uirtutum potes, sed nunquid exercere simul omnes operationes sancti spiritus sufficis? Me ergo cōiungentē pleiades in cūctis uirtutibus cōtemplare, & tu de paucis ab elatione compescere.

Quid plumbum mysticè significet. Cap. XXIII.

Quid plūbū mysticè significet diuus insinuat Greg. lib. Mor. 14. Ca. 26. & 27. exponēs illud Iob. Et plūbi lamina: Rectē (inq;) p plūbi laminā eos accipimus, quos auaritiæ pōdus grauat, quibus p increpātē pphetā dicit: Filij hominū usquequo graui corde? Per plūbū nāq; cuius natura grauis est pōderis, peccatū auaritiæ specialiter designat: quod mētē, quā infecerit, ita graue reddit, ut ad petēda sublimia attolli nequaquā possit. Hinc em̄ Zacharia scriptū est: Leua oculos tuos, & uide. Quid est hoc quod egredietur? Et dixit: Quid nā est? Et ait: Hæc est āphora egrediēs. Et dixit: Hæc est oculus eorū in uniuersa terra. Et ecce talētū plūbi portabat, et ecce mulier una sedēs in medio am-

Trinitatis ostensio cum substantiæ unitate. Psa. 66. b. Ibidem. Esa. 6. a.

Rom. 11. d.

Arcturus, lex? Pleiades, testamenti noui gratia.

Esa. 11. a.

Zach. 3. d. Zach. 4. a.

1. Cor. 12. b.

Iob. 39. c.

Gregorius. Iob. 19. d. Psa. 4. a. Plūbū, peccatū auaritiæ. Zach. 5. c.

phoræ, & dixit. Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius. Qui de hac uisione amphoræ, & mulieris & plumbi, ut latius quid cognouisset, ostendit: adhuc secutus, adiunxit: Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earū, & habebant alas, quasi alas milui, & leuaerunt amphoram inter cœlum, & terram. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò istæ deferūt amphorā? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, Quod propheta testimonium inuuliter pro documento plumbi protulimus, si non etiam repetentes, exponamus. Ait enim: Leua oculos, & uide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi: Quid nam est? Et ait: Hæc est amphora egrediēs, Volens deus propheta ostendere humanum genus, ex qua ab eo maxime culpa dilabitur: per imaginē amphoræ, quasi patens os auaritiæ designauit: Auaritia quippe uelut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertū tenet. Et dixit: Hæc est oculus eorum in uniuersa terra. Multos obtusi sensus homines cernimus, & tamen eos in malis actibus astutos uidemus: propheta quoq; attestante, qui ait: Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nesciunt. Hi itaq; sensu torpent: sed in his, quæ appetūt, auaritiæ stimulis excitantur, & qui ad bona uidenda cæci sunt, excitantibus præmijs ad peragēda mala uigilantes fiunt. Vnde rectē de hac eadem auaritia dicitur: Hæc est oculus eorū in uniuersa terra. Ecce talentum plumbi portabatur. Quid est talētum plūbi, nisi ex eadem auaritia pōdus peccati? Et ecce mulier una sedens in medio amphoræ. Quam mulierem, ne fortassis quæ esset dubitare possimus, ilico angelus innotuit. Nam illic mox sequitur: Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eā in medio amphoræ. Impietas in medio amphoræ projicitur: quia nimirum in auaritia semper impietas tenetur. Et misit massam plumbi in os eius. Massa plumbi in os mulieris mittitur: quia scilicet impietas auaritiæ, peccati sui pondere grauat. Si enim ad ea, quæ deorsum sunt, non ambiret, erga Deum, ac proximos impia nequaquā existeret. Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earū. Quid aliud in his duabus mulieribus accepimus, nisi duo principalia uitia, superbiā uidelicet, & gloriā inanem, quæ impietati absq; ulla dubitatione cōiuncta sunt. Quæ & in alis suis spiritum habere narrantur, quia in actionibus suis sathanæ uolūtati deseruiunt. Ipsum quippe propheta spiritum appellat, de quo Salomon ait. Si spiritus potestatem habentis ascēderit super te, locum tuum ne dimiseris. Et de quo in Euangelio dominus dicit: Quum immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida, & inaquosa. Spiritus in alis earum est: quia superbiā, & inanis gloria per omne quod agunt, sathanæ uoluntati famulantur. Et habebāt alas, quasi alas milui. Miluus semper naturæ studet insidiari pullorū. Istæ ergo mulieres alas habēt, quasi alas milui: quia actiōes earū diabolo sunt, pculdubio similes, qui insidiatur semp uitæ paruulorū. Et leuaerūt amphorā inter cœlū, & terram. Superbiā, & uana gloria habēt hoc proprium: ut eum, quem in fecerint, in cogitatione sua super cæteros homines extollant, & modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatum, quem semel captum tenuerint, quasi in honoris altitudinē eleuent. Qui autem inter cœlum, & terram est, & ima deserit, & superiora minimē attingit. Leuant ergo istæ mulieres amphoram inter cœlum, & terram, quia superbiā, & inanis gloria mentem per auaritiā honoris captam ita eleuāt: ut quoslibet proximos despicientes, quasi ima deserant, & alta gloriātes petant, sed tales quicq; dum superbiunt, & eos mente transeunt cum quibus sunt, & superioribus ciuitibus minimē iunguntur. Amphora ergo leuata inter terram, & cœlum, dicitur: quia auari quicq; per superbiā, atq; inanem gloriā, & proximos iuxta se despiciūt: & superiora quæ ultra ipsos sunt, nullatenus apprehendunt. Inter terram itaq; & cœlum feruntur, quia nec æqualitatem fraternitatis in infirmis per charitatem tenent, nec tamen summa pertingere sese extollendo præualent. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quò istæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Eidem amphoræ ædificatur domus in terra Sennaar. Sennaar quippe fœtor eorū dicitur. Et sicut bonus odor ex uirtute est, Paulo attestāte qui ait: Odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo: ita ecōtrario fœtor ex uitio. Radix enim est omniū malorū cupiditas. Et quia quodlibet malū per auaritiā gignitur, dignū est ut domus auaritiæ in fœtore cōstruatur. Sciendū quoq; est, q Sennaar latissima uallis est, in qua turris à superbientibus ædificari cœperat, quæ linguarum facta diuersitate destructa est. Quæ scilicet turris Babylon dicta est: pro ipsa uidelicet menūm, atq; linguarū cōfusione. Nec immeritō ibi auaritiæ amphora ponitur, ubi Babylon, idest, confusio ædificatur: quia dum per auaritiā, & impietatem certum est omnia mala exurgere: rectē hæc ipsa auaritia, atq; impietas in confusione perhibetur habitare. Hæc paucis per excessum diximus, ut peccati pondus exprimi per plumbi laminam monstrarem. Quæ tamen beati Iob uerba sanctæ quoq; Ecclesiæ congruunt, quæ duo sacri eloquij testamenta custodiens, quasi secundo sermones suos scribi expetit dicens: Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro? Quæ quia fortis sententia modo per pondus auaritiæ grauibus, modo autem duris cordibus, loquitur: stylo ferreo in plumbi lamina, uel celte in silice scribit. Sed tunc beatum Iob redemptoris nostri,

Amphora, auaritia. Hier. 4. f.

Plūbi talentum, auaritiæ pōdus.

Mulieres duæ, superbiā, & inanis gloria. Ecclesi. 10. a. Matth. 12. d.

Miluus, diabolus.

1. Cor. 2. d.

nostri, eiusq; Ecclesiæ uti uocibus dicimus, si quid de eodem redemptore nostro quod aperte loquitur inuenimus.

Quid pluuiā mysticē significet, require in dictione Imber, & in dictione Hyades.

Quid Pomum, porcus, portaq; mysticē significent. Cap. XXIII.

Quid pomum mysticē significet diuus insinuat Gregorius exponēs illud Canticorū: Omnia poma noua, & uetera dilecte mi seruaui tibi. Hic per poma sensus scripturarum sanctarum intelliguntur: quæ dum ex patribus sanctis ad nos usq; perueniunt, & creduntur, quasi ex arboribus poma exurgunt, quibus animæ delectantur. Omnia ergo poma noua, & uetera dilecto suo sponsa seruat: quia sic nouum testamentum Ecclesia catholica recipit, ut uetus non abiciat, sic uetus ueneratur, ut nouum semper in ipsis sacrificijs carnalibus per spiritum intelligat, in nouo scilicet Christum uenisse congaudens, in ueteri autem semper uenturum expectans: Illud autē Canticorum: Vt uiderem poma conuallium, require in dictione Hortus, uel Nux. Et de pomo require etiam in dictione Malum punicum. Diuus autem Gregorius lib. Mor. 9. Cap. 24. exponens illud Iob. Pertransierunt quasi naues poma portantes, hoc modo scribit. Naues, quum poma portant: fructus terræ uidelicet per fluctus ferunt. Terra uerò hominis paradysus extitit, quæ hunc incōcūsum tenere potuit: si per innocentiam stare uoluisset. Sed quia ad mutabilitatis undas per culpam cecidit: ad præsentis uitæ Maria per terram uenit. Poma etiam terræ huius fuerunt mandati sermo, concessa possibilitas operis, naturæ indita intelligentia conditoris. Sed hæc poma, & edere in terra renuimus: per maria iam portamus, quia concessa bona tot munerum inconcussi custodire in paradiso noluimus: & seruare nunc in tentationibus conamur, tendentes ad terminum aera uitæ præsentis impellimur, mutabilitatis nostræ fluctu fatigamur. Sed quia per crucis mysterium ad ingenta naturæ bona restringimur, quasi per lignum poma portamus. Quod tamen intelligi & aliter potest. Naues etenim, quum poma portant, suauitatem odoris habent, sed grauitatem ponderis non habent. Et humanum genus à paradisi gaudijs expulsum uim contemplationis perdidit, robur conditæ fortitudinis amisit. Quicq; ad superna repetenda se erigit, fragrat quidem odore memoriæ, sed dignè non exerit pondus uitæ. Pomorum ergo odoribus repletur, & tamen huc, illucq; leuiter mentis nostræ nauis impellitur, quia & paradisi celsitudinem cum ardoris recordatione meminimus, & importunos temptationum fluctus ex carne toleramus.

Porcus quid mysticē significet require in dictione Margarita. Porta quid mysticē significet, diuus ostendit Gregorius lib. Mor. 6. Cap. 2. exponens illud Iob: Et conterentur in porta, non erit qui eripiat. Quis alius (inquit) portæ nomine, nisi mediator Dei, & hominum debet intelligi, qui ait: Ego sum ostiū, per me si quis introierit, saluabitur? Filij igitur huius stulti, id est, Iudæorum populū extra portam proficiunt, & in porta conteruntur, quia prauæ Iudæorum soboles ante mediatoris aduentum in legis obseruatione floruerunt, sed in ipsa redemptoris nostri præsentia, à diuinitatis obsequio perfidia suæ meritis repulsi, ceciderunt. Quos nimirum non est qui eripiat, quia scilicet, dum ipsum redemptorem extingueret conati sunt, oblata sibi remedium ereptionis absciderūt. Portæ quoq; nomine unusquisq; prædicator intelligi potest, ut diuus scribit Greg. homil. 15. in Ezechielē, quia quisquis nobis ianuā regni cœlestis ore suo aperit, porta est. Vnde & duodecim portæ, uel in Iōanis Apocalypsi, uel in extrema huius prophetæ uisione describuntur. Potest etiā portæ nomine, scripturæ sacræ scientia non incōuenienter intelligi, quæ dum nobis intellectum aperit, cœlestis regni ianuam pandit. Possumus portæ nomine & fidē accipere, quā primā cōtingimus, ut ad uirtutum ædificia intremus. De his portis require in dictione Ianuā, & in dictione Limen, & in dictione Gazophylacium. Portæ autē mortis quæ sint declarat lib. Mor. 29. Ca. 6. exponēs illud Iob: Nunquid aperta tibi sunt portæ mortis, & ostia tenebrorū uidisti? Portæ (inquit) mortis sunt potestates aduersæ, quas descendens dominus aperuit, quia earum fortitudinem moriēdo superauit. Quæ appellatiōe quoq; alia tenebrosa ostia uocantur, quia dū per occultationis suæ insidias non uidentur, deceptis mētibus uitam mortis aperiuūt. Quæ tenebrosa ostia dñs uidet, quia immundorū spiritū fraudulentā malitiā & respicit, & præmit. Quæ autem sint portæ inferi exponit idē Grego. enarrās illū uersum Psalmistæ. Initio tu dñe terrā fundasti &c. Terra (inquit) dicta est Ecclesia, tum quia in messe fidelium populorum spiritali foecūditate exuberat, tum quia in soliditate fidei perpetua firmitate immobiliter perseuerat. Vnde per Salomonē dicitur: Terra in æternum stat. Terra quippe in æternum stare dicitur: quia sancta Ecclesia in hoc sæculo à catholica fide nequaquā deficiet, & in futuro cum Deo æterna stabilitate permanebit. Nam quod in hac uita nullis aduersitatibus frangenda sit, nullis persecucionibus superanda: ipse super quem ædificata est, euidenter ostendit, quum ait: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam, Portæ inferi hæreses sunt, quæ dum multos in fide infirmos fucata uerborum calliditate decipiunt, quasi infernorum eis aditum pandunt. Sunt etiam portæ inferi quædam potestates huius

Gregorius. Cant. 7. d.

Pomum, scripturarum sensus.

Cant. 6. d.

Iob. 9. c.

Iob. 5. d.

Iōan. 10. b. Porta, christus.

Porta, prædicator.

Apoc. 21. c. Ezech. 48. d.

Porta, scripturæ sacræ scientia, fides.

Iob. 38. b. Portæ mortis, potestates aduersæ.

Psalm. 101. d. Terra, ecclesia.

Ecclesi. 1. a. Matth. 16. c.

Portæ inferi, hæreses, hæretici, potestates mundi, temporales persecutores, peccata.

tes huius mundi, Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iste qui hoc tempore Ecclesiam persequitur, nunquid non omnes portas inferi? Quis cogitare sufficiat quanti promissionibus eorum de uorati sunt: quanti eorum metu perterriti: quanti afflictionibus eorum superati? Quos omnes perpetuae mortis profundum absorbit, & ad cruciandum damnationis aeternae infernus admittit. Sed Ecclesia in illius (de qua dictum est) petrae soliditate fundata, nec minarum uentis concutitur, nec persecutionum fluminibus mouetur, nec corporalium poenarum incommodis titubat, nec mortis ipsius timore uacillat. Illi uero qui inferni aditum sequacibus suis, utpote portas aperiunt, eam impugnare, & persequi modis omnibus non desistunt. In quo quid aliud faciunt, nisi quod ueritatis uerba euacuare contendunt? Non praeualebunt aduersus eam portas inferi dicit dominus: & tamen, ut ei praeualeant, conantur. Et Theophylactus. Et portas inferi non praeualebunt aduersus eam. Remunerat Petrum dominus, mercedem illi dans magnam, quod super eum aedificauit Ecclesiam. Quia enim confessus erat eum Dei filium Petrus, dixit, quod haec confessio, quam confessus est, fundamentum erit futurum creditum, ita ut omnis homo extructurus fidei domum, hoc iacturus sit fundamentum. Nam licet innumeras condamus uirtutes, non habeamus autem fundamentum rectam confessionem, inutiliter aedificamus. Quum autem dixit, ecclesiam meam, ostendit se dominum uniuersi: Deo enim seruiunt omnia. Portae autem inferi, temporales sunt persequutores, qui ad infernum mittere conantur Christianos. Et haeretici quoque portae sunt ad infernum ducetes. Multis igitur persequutoribus, & multis haereticis praeualuit Ecclesia. Est autem & unusquisque nostrum Ecclesia, quae sit domus Dei. Si igitur in confessione Christi confirmati fuerimus, portae inferni, hoc est peccata non praeualebunt nobis. De his enim portis exaltatus Dauid, dicebat: Qui exaltat me de portis mortis. Quales portae o Dauid? Duae, caedis scilicet, & adulterij.

Quid porta clausa in Ezechiele mystice significet.

Cap. XXV.

Scribitur autem in Ezechiele: Et conuerti me secundum uiam portae sanctorum exterioris, quae respicit ad orientem, & haec erat clausa. Et ait ad me dominus: Porta haec clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, quoniam dux hic sedebit in ea, ut manducet panem in conspectu domini. Secundum uiam portae intrabit, & secundum uiam eius exibit. Quae uerba diuus Ambrosius hoc pacto exponit libro de institutione uirginis, Cap. 7. & 8. Quae est porta, nisi Maria? Ideo clausa, quia uirgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando uirginali fufus est partu, & genitalia uirginitatis claustra non soluit. Mansit intemeratum septum pudoris, & inuoluta integritatis diu rauere signacula, quum exiret ex uirgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset. Haec, inquit, porta clausa erit, & non aperietur. Bona porta Maria, quae clausa erat, & non aperiatur. Transiuit per eam Christus, sed non aperuit. Et ut doceamur, quia portam habet omnis homo per quam Christus ingreditur. Tollite inquit, portas principis uestri, & eleuamini portae aeternales, & introibit rex gloriae. Quanto magis ergo porta erat in Maria, in qua sedit Christus corporaliter, et exiuit? Est enim & porta uentris. Vnde ait Iob sanctus: Intenebrescant (inquit) stellae noctis illius, quia non conclusit portas uestris matris meae. Est ergo & porta uentris, sed non omnis clausa semper, uerum una sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium, uirginis partus exiuit. Ideo ait propheta: Porta haec clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum, quoniam dominus inquit Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post transitum domini erit clausa, & non aperietur a quoquam. Nec aperta est, quoniam habuit semper ianuam suam Christum qui dixit: Ego sum ianua, quam nemo ab ea potuit auellere. Haec porta ad orientem aspiciebat, quoniam uerum lumen effudit, quae generauit orientem, peperitque solem iustitiae. Audiant ergo imprudentes, clausa inquit haec porta est, quae solum recepit Deum Israel. Si igitur de eo dictum est ad Ecclesiam: Quoniam confortauit feras portarum tuarum, suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam. Denique non est aperta. Audiant igitur prophetam dicentem. Non aperietur, eritque clausa, hoc est non aperietur ab eo cui despicietur. Non licebit enim, ut aperiat, per quam dominus transibit. Et post eum (inquit) erit clausa, hoc est, non aperiet eam Ioseph, quoniam dicitur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim ex ea nascetur, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa uirginitas est, & hortus clausus uirginitas, & fons signatus uirginitas. Et Epistola 81, Quae autem est illa porta sanctorum, illa exterior ad orientem, quae manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, nisi solus Deus Israel? Nonne est haec porta Maria, per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Haec porta iustitiae, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem iustitiam. Haec porta est beata Maria, de qua scriptum est, quia dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum, quia uirgo concepit, & genuit. Quid autem incredibile si contra usum originis naturalis peperit Maria, & uirgo permanet quando contra usum naturae mare uidit, & fugit,

Matth. 16. c.
Theophylactus

Ezech. 44. a.

Ambrosius.

Psal. 23. b.

Iob. 3. b.

Ecclesi. 44. a.

Ioan. 19. b.

Psal. 147. a.

Matth. 1. d.
Porta clausa,
uirginitas.

Matth. 3. d.

fugit, atque in fontem suum Iordanis flueta remearunt? Non ergo extendit fidem, quod uirgo peperit, quando legimus, quod petra uomuit aquas, & in montis speciem maris unda solidata est. Non ergo excedit fidem, quod homo exiuit de uirgine, quando petra profluxit, scaturiuit ferrum super aquas, ambulauit homo super aquas. Ergo si hominem unda portauit, non potuit hominem uirgo generare, atque hominem, de quo legimus: Et mittet illis dominus hominem, qui saluos faciet eos, & notus erit dominus Aegyptijs: In ueteri itaque testamento, uirgo Hebraeorum per mare duxit exercitum: in nouo testamento uirgo generis aula coelestis electa est ad salutem.

De eadem porta.

Cap. XXVI.

Origenes autem Homilia 14. in Ezechielem hoc pacto scribit. Porta haec clausa erit &c. Portas plures templi describit spiritualiter Ezechiel filius hominis: & quod de singulis descripsit portis, nunc rursus exponit his qui habent aures ad audiendum: de porta sanctorum exterioris: quae respicit contra orientem: & clausa sit semper. Et ait dominus ad eum: Porta haec clausa erit: non aperietur, & nemo per eam transibit: quia dominus Deus Israel ingreditur per eam, & egredietur, & erit clausa. Et aliam causam addit, cur clausa sit porta: non solum, quia dominus Deus transibit per eam, sed quia & dux sedebit in ea: ut comedat panem coram domino secundum uiam eloam: quod interpretatur uestibulum portae. Et ingreditur secundum uiam eius: et egredietur. Dominus Deus uniuersitatis auditor per aliquam portam, quae ex sensibili materia est: atque clausa semper ingreditur, & egreditur, & eius causa qui coelum terramque fundauit, ingrediens, & egrediens, nusquam porta referabitur. Verum alia ratio est portae exterioris, & secundum uiam sanctorum. Quae est ergo illa ratio, ut clausa permaneat? Supradictus dux ibi sedet: ut nemo eum uideat edentem panem in conspectu domini. Qui haec obseruare legit: nonne quodammodo scripturam audit loquentem: Surge qui dormis? Nonne stimulator, ut exurgat a mortuis, & ea quae clausa sunt quaerant? Ego audenter dicam secretiora, quae clausa esse, & manifestiora referata, & non esse clausa. Aperientes ea, quae clausa sunt, haec nos dicimus, sed Euangelia testatur: Vae uobis scribae, & Pharisei hypocritae: & uobis legis doctoribus: uae, quia tulistis clauem scientiae: & ipsi non intrastis: & ingrediētes prohibuistis. Est igitur quaedam clauis scientiae ad ea quae sunt clausa referata, & sunt plurimi: neque ipsi ingredienti, neque eos permittentes qui ingredi uolunt. Et in alio loco sensus scripturarum liber dicitur esse signatus, ut habes in dictione Liber. Et infra, Verum est quaedam porta & una, & clausa, per quam nemo transiit. Sunt quippe quaedam uniuersae creaturae incognita, & uni tantummodo nota. Neque enim quicquid nouit filius, hoc mundo aperuit. Non capit creatura, quod capit Deus, & ut ad maiora ueniam, non capiunt signa aequaliter cognitionem. Plus erat in Paulo, quam in Timotheo, quum esset uas electionis. Et uere magnum in domo uas Timotheus, rursum capit quae ego capere non possum. Et est forsitan aliquis: quiescitiam me minus capiat: sunt quaedam quae solus Christus capit, & idcirco clausa est ianua templi domini Dei. Quae est enim ista obsecro exterior: quae extra mundanas res, & incorporeas, & (ut ita dicam) immateriales aperit? Neque enim frustra positum est: exteriorem ianuam semper esse clausam. Quae est ista ianua exterior? Sanctorum. Quare clausa? Quia dominus Deus Israel solus ingreditur, & egreditur per eam. Quare egreditur? ut cognoscatur. A quo? A duce. Quis ad clausam portam Dux iste? Saluator est, qui panem comedit: qui portam cum patre claudit, qui spiritali pascitur cibo: Meus cibus est, dicens: ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Clausa est itaque ianua: ut nemo uideat magnum sacerdotem panem in sanctis sanctorum comedentem. Et diuus Hieronymus eadem uerba exponens, hoc pacto scribit. Et conuerti me ad uiam portae sanctuarij exterioris, quae respiciebat: &c. Eritque clausa principi. Pro eo quod in Hebraico scriptum est: Erit clausa principi, Lxx. translulerunt, erit clausa, quia dux ipse sedebit in ea. Multae sunt portae, quas in descriptione templi Ezechielis scriptura commemorat, tam intus, quam foris. Altaris quoque figuram, & consecrationem, & sacrificia sermo praeteritus percucurrit. Quo finito, uenit ad portam sanctuarij exteriorem, quae respiciebat ad orientem, & erat clausa: statimque uir ille, qui erat ductor prophetae, & ei omnia demonstrabat, locutus est ad eum: Porta haec, quam respicis clausam, semper clausa erit, & non aperietur, nullusque uirorum transibit per eam. Et reddit causam cur clausa sit semper: Quoniam dominus Deus Israel ingressus est (uel ingreditur) per eam, eritque clausa (iuxta Hebraicum) principi, quem ducem Lxx. translulerunt. Qui princeps, & dux, id est, Natus, sedebit in ea, ut comedat panem coram domino, & per uiam uestibuli portae ingreditur, & per ipsam egredietur. Quae nam porta ista est, quae semper clausa est, & solus dominus Deus Israel ingreditur per eam? Nempse illa de qua saluator loquitur in Euangelio: Vae uobis scribae & pharisei hypocritae, & uae uobis doctoribus legis: qui tollitis clauem scientiae, ipsi non ingredimini, & intrantes prohibetis. De hac sub nomine libri scribit & Esaias: Erunt uerba libri istius sicut uerba libri signati, quem quum dederis homini nescienti literas,

Psal. 118. a.

Nume. 20. b.

4. Reg. 6. a.

4. Reg. 2. b.

Esa. 19. b.

Origenes.

Ezech. 44. a.

Ibidem.

Eph. 3. d.

Matth. 23. b.

Luc. 11. g.

Ioan. 4. e.

Hieronymus.

Ezech. 44. a.

Matth. 23. b.

Luc. 11. g.

Esa. 29. d.

litteras, & dixeris ei, lege, respondebit tibi, nescio litteras. Et dabunt illum homini scienti litteras, dicentes, lege, & dicit: Non possum legere, quia signatus est. Iste autem liber est: cuius nemo potest soluere, & aperire signacula: neq; in caelo, neq; in terra, neq; sub terra: nisi ille de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur: Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix, & genus Dauid, ut aperiat librum, & soluat signacula eius. Prius enim quam saluator humanum corpus assumeret, & humiliaret se formam serui accipiens, clausa erat lex, & prophetæ, & omnis scientia scripturarum: clausus erat paradysus. Postquam autem ille pependit in cruce, & locutus est ad latronem: Hodie mecum eris in paradiso; statim uelum templi scissum est, & aperta sunt omnia: ablatoq; uelamine dicimus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam. Sin autem reuelata sunt omnia: In Christo enim iuxta sermonem Pauli omnia reuelantur, quo modo porta clausa erit, & non aperietur, & uir non transibit per eam? Ex quibus discimus, quam uis ad summam scientiam uenerimus, comparatione diuinæ scientiæ, nunc ex parte nos scire, & ex parte cognoscere, quando autem uenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Vnde & in alio loco ipse Apostolus imperfectum se esse loquitur, rursumq; perfectum. Quod si interpretatione caret, uidetur esse contrarium. Dicit enim: Non quia iam accepi, aut quia iam perfectus sum. Fratres ego me non arbitror comprehensisse. Vnum uero, posteriora obliuiscens, & ad priora me extendens, statutum persequor ad brauium supernæ uocationis Dei. Quisq; putaret eum secundum professionem suam non esse iam perfectum: & magis querere, quam inuenisse quod uerum: non solum se, sed & alios dicit esse perfectos. Quotquot ergo perfecti sumus hoc sapiamus. Est autem sensus huius loci. Ad comparationem hominum cæterorum, qui curam non habent notitiæ scripturarum, nec mysteriorum Dei, perfectum me esse fateor: quantum autem ad scientiam diuinæ maiestatis, nunc in ænigmate uideo & per nubilum, & caliginem, & dico cum propheta: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Hæc igitur porta, quæ omnibus clausa est (Vir enim non transibit per eam) erit clausa principi siue duci, & illius aduentu referabitur, qui sedebit in ea, ut comedat panem coram domino: de quo ipse in Euangelio proficitur, dicens: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit, & compleam opus eius. Ipse est princeps, & pontifex secundum ordinem Melchisedech, & hostia, & sacerdos, qui in conspectu patris nobiscum cœlestem comedit panem, & uinum bibit, de quo loquitur in Euangelio: Non bibam de genimine uitis huius, nisi quum bibero illud nouum in regno patris mei, in illo uidelicet regno, de quo & ipse alibi ait: Regnum Dei intra uos est, clausaq; erit porta. Nemo enim potest passionis domini, corporisq; eius, & sanguinis pro maiestate rei sacramenta cognoscere. Tantæq; bonitatis est, & clementiæ princeps noster: ut quum solus sedeat in porta, quæ clausa est, & panem coram domino comedat, uelit mensæ suæ atq; conuiuij plures habere consortes, & dicat. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, ingrediar ad eum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Solus autem panem comedit coram domino: quia substantia eius, diuinæq; natura, à cunctis creaturarum substantijs separata est. Ipse per eandem uestibuli portam ingreditur, & egreditur: quia & intus & foris, hoc est infusus, & circumfusus omnibus: ingrediensq; per portam, ut secum introducat eos qui absq; doctrina, & eius auxilio intrare non possunt: & egrediens, ut rursum alios introducat, & loquatur eis qui difficiliora non capiunt. Quod autem porta orientalis extra terminos mundi semper clausa sit, & humano nequaquam pateat aspectui, Ioannis Euangelium probat dicentis: Deum nemo uidit unquam: Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quasi alijs uerbis dixerit: Eritq; clausa principi. Princeps solus sedebit in ea, ut comedat panem perfectæ, & consummatæ scientiæ. Nemo enim nouit filium, nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, Pulchre quidam portam clausam per quam dominus Deus Israël ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam uirginem intelligunt: quæ ante partum, & post partum uirgo permansit. Etenim tempore, quo angelus loquebatur: Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit te: Quod autem nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei, & quando natus est, uirgo permansit æterna: ad confundendos eos qui arbitrantur eam post natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrum eius, qui uocatur in Euangelio. Super qua quæstiuicula Romæ aduersum Heluidium illius temporis hæreticum, in adolescentia non grande librum scripsisse me noui.

Posteriora Dei quid mysticè significant, require in Isagogis ad litteras sacras. Cap. 50. & 52.

Quid præsepe, & propitiatorium mysticè significant.

Cap. XXVII.

Præsepe quid mysticè significet diuus indicat Gregorius lib. Mora. 31. Cap. 2. exponens illud Iob: Aut morabitur ad præsepe tuum? Præsepe (inquit) hoc loco ipsa scriptura sacra non incouenienter accipitur, in qua uerbi pabulo animalia sancta satiantur, de quibus per prophetam dicitur:

dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Hinc etiam natus dominus à pastoribus in præsepe reperitur, quia eius incarnatio in ea qua nos reficit prophetarum scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaq; iste, id est, omnis elatus in primordijs nascentis Ecclesiæ quum patriarcharum dicta, quum prophetarum mysteria, quum Euangelij arcana audiret, irridebat, quia tanto in prædicatorum præsepi claudi, satiarq; contempserat, quato in uoluptatibus proprijs dimissus, desperationis suæ campum tenebat. Sed omnipotens Deus diu quidem Rhinocerotem hunc per prauæ uoluptatis campum uigantem pertulit, & tamen, quum uoluit, repente ad suum præsepe religauit, ut uitæ pabulum bene clausus accipiat, & ne uitam funditus male liber amittat.

Propitiatorium quid mysticè significet Origenes lib. 3. in Epistola ad Romanos, exponens illud Apostolicum: Quem proposuit Deus propitiatoriu (siue propitiatorem) per fidem in sanguine eius. Certum est in omnibus penè locis Apostoli sensum ex legis, & prophetarum manare thesauris. Inquiramus ergo ubi appellationem propitiatorij potuerit inuenire: & unde hoc nomen assumpserit. Memini in Exodo loquentem ad Moysen, & præcipientem, quæ oporteat eum facere: primo quidem mandare arcæ, & uestes eius, atq; annulos periarçæ latera fieri. Post hæc. Et facies inquit propitiatorium ex auro puro: duobus cubitis, & semis longitudinem eius; & unum cubitum, & semis latitudinem eius, & facies duo Cherubim aurea tornata: & superpones ea per singula latera propitiatorij. Et facies, ut Cherubim duo sint ex duobus lateribus eius extendentia alas suas: & obumbrata super propitiatorium. Et facies eorum contra se super propitiatorium erunt, & facies cherubim: & imponentes propitiatoriu super arcam, & in arcam mittes testimonia, quæ dabo tibi, & innotescant tibi inde, & loquar ad te desursum super propitiatorium inter medium duorum cherubim, que sunt super arcam testamenti secundum opera, quæ præcipiam tibi ad filios Israël. Euidenter apparet, quod nomen propitiatorij Apostolus in his locis inuenit: in suis nunc literis posuit, de quo nobis sermo est. Et uidetur propitiatorium hoc de quo scriptum est in Exodo, ad nullum, nisi ad saluatorem dominum retulisse, quum dicit: Quia huc posuit Deus propitiatorium per fidem. Quo modo, huius sane ueri propitiatorij forma, & figura fuerit illud quod in Exodo describitur ex auro purissimo factu, operæpretium est inuestigare. Et primo quidem considerandum est quibus in locis aurum, quod in opere assumitur: aurum purum dicatur, quibus uero in locis aurum tantummodo sine ulla adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obseruans: deprehendisse mihi uideo, quod sicubi cum adiectione aurum purum dicitur: indicet sanctam illam, & puram Iesu animam, quæ peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & ipsi conueniant mensuræ istæ longitudinis, ac latitudinis propitiatorij. Hæc quamuis explanare sit arduum: & aptare illi animæ sanctæ singula quæq; quæ de propitiatorio referuntur. Primo ergo uideamus quod dicit longitudinem propitiatorij neq; duos solum cubitos habuisse, qui numerus sociandis, generandisq; aptari corporibus solet, neq; tres integros, qui numerus excedere appellationem creaturæ consueuit, & naturæ incorporeæ consecrari. Duos ergo cubitos, & dimidium longitudinem dicit propitiatorij, & unum, ac dimidium latitudinem. Quod si audere in talibus fas est: quoniam dicit idem Apostolus De Christo, quod Dei, & hominum mediator est: uidetur mihi inter Deum, & hominem media hæc esse anima, quæ inferior quidem sit à trinitatis natura minus aliquid habens, nec tamen quum inde infra sit, duali numero qui in corpore positus deputatur, absq; eximia, & præcellenti uirtutum suarum eminentia misceatur. Hoc enim ostenditur, quod mensura eius supra duos habere aliquid designauit, licet minus tribus. Sed & quod latitudo eius unum, & dimidium memoratur cubitum habere. Propterea quidem interdum etiam pro immundis ponitur, creuisse. Quamuis enim carnem naturæ nostræ suscipere: ex incontaminata tamen uirgine assumpta: & casta sancti spiritus operatione formata est. Propterea ergo & Apostolus de mediatore differens euidenti distinctione signauit, dicens: Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus: Quo scilicet mediatorem non ad deitatem Christi: sed ad humanitatem, quæ est eius anima referendum doceret. Longitudo ergo ponitur eius, & latitudo. Longitudo illud significat quod tendit ad Deum, trinitatq; sociatur. Latitudo quod inter homines, qui latam, spaciosamq; uiam incedere soleant, conuersatur. Et ideo rectè mediatoris nomine nuncupatur, quia (ut diximus) anima hæc sancta media quidem fuit inter diuinitatem trinitatis, & fragilitatem humanitatis. Hæc ergo intelligi potest propitiatorium secundum ea quæ supra diximus, cui superponi dicuntur duo cherubim, unus ex latere hoc: & unus ex latere altero. Cuius ergo formam duo ista cherubim habere existimanda sunt: Cherubim enim in nostrâ linguâ interpretatum, plenitudinem scientiarum significat. Vbi ergo dicimus plenitudinem scientiarum: nisi in eo de quo dicit Apostolus. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. De uerbo Dei utiq; hæc dicit Apostolus. Sed & de spiritu sancto similia scribit, quum dicit: Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, Spiritus enim omnia scrutatur: etiam alta Dei, Significat igitur pp (ut ego

Psal. 67. b. Luc. 2. a.

Origenes. Rom. 3. d.

Exo. 25. b.

Aurum purum, sancta Iesu anima.

Esa. 53. e. 1. Petri. 2. d.

1. Timo. 2. b.

Col. 2. a. 1. Cor. 2. c.

(ut ego arbitror) in isto propitiatorio, hoc est in anima Iesu, & uerbu Dei qui est unigenitus filius, & spiritum eius sanctum temper habitare, & hoc est, quod indicant duo cherubim propitiatorio superposita. Sed & illud obserua, quod non dixit cherubim unum ex latere dextero, & cherubim aliud ex latere sinistro, sed ait, cherubim unum ex latere hoc, & cherubim aliud ex latere altero, ut ostenderet in illo propitiatorio, hoc est, in anima Christi, sinistrum nihil fuisse. Sunt autem & pena- ta duo haec cherubim, & non solum pennata, sed & alas suas pendentia. Si quis sanctorum summum habere a Deo testimonium meruit, dictum est, quod Deus esset cum eo, sicut ad Iesum Naue dicitur: Et erat Deus cum ipso, sicut fuit cum Moyse famulo eius. Sicubi uero pollicitatio maioris a Deo muneris datur, dicitur: Et ero in eis, & ambulabo inter illos. Nullam uero inter homines ita beatam, & ita excelsam reperies animam, nisi hanc solam, in qua tantum latitudinis: tantum capaci- tatis inuenit uerbum Dei, & spiritus sanctus, ut non solum habitaret: sed & alas expandere, & nouo sacramenti ritu aliquando etiam uolitare dicatur. Faciem quoque contra se inuicem super hanc bea- tam animam cherubim utraq; habere dicuntur, per quod contorsit: & consonus a filio Dei, & a spiritu sancto diuinitatis pensus infunditur. Vbi autem superponitur haec anima Deo plena, in qua complacuit habitare omnem plenitudinem deitatis? Super arcam inquit testamenti. Potest arca tes- tamenti sancta eius caro: in qua beata haec anima collocatur, intelligi, habens in se testimonia Dei, quae intelliguntur Christi quas in carne pertulit passiones diuinis olim praedicatae testimonijs. Pos- sunt etiam coelestes uirtutes intelligi arca Dei, quae & ipsae capaces quidem Dei sunt uerbi, & spi- ritus sancti, sed praepositur eis anima Iesu, & ipsa quodam modo mediatrice gratiam diuinam la- gitationis accipiunt. Post haec, & innotescam tibi, inquit, inde & loquar ad te desuper de propitiato- rio. Non solum Moyse, sed unicuique sanctorum, qui famulus Dei est, non aliunde innotescit Deus, nec aliunde cognoscitur, nisi de propitiatorio isto, quod supra exposuimus: & de medio cherubim. Hoc & Abacuc propheta significat, ubi dicit: In medio duorum animalium cognosceris: dum ap- propinquant anni cognosceris: & quum affuerit, tempus ostenderis. Nemo enim scit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Sed & Paulus dicit, quod nobis reuelauit Deus per spiritum suum. Propterea ergo dicit quod innotescam tibi inde: & loquar tibi desuper propitiatorio inter duo cherubim, quae sunt super arcam testamenti. Puto autem, quod non importune ea quae de Exo- do assumptimus explanata sint, ut euidens fieret sensus quomodo Paulus Apostolus in praesenti loco propitiatorij nome assumpserit, quum dicit: Quem proposuit Deus propitiatorium per fide. Sed & hoc ipsum, quod dixit, proposuit, magis de anima Iesu, quam de deitate eius dictum sentire tur. Proposuit enim intelligitur, quasi prius posuit, hoc est priusquam esset. Quod enim est, ponitur, quod nondum est, proponitur. Non ergo conuenit de eo qui semper erat, id est, de uerbo Dei, dici, quia propositus est: sed de anima eius, quae licet inseparabilis a uerbo Dei, creata tamen est, & unigeniti deitate posterior. Nec inconuenienter uidebitur de ea dictum, quod antequam esset, pro- posita est, & praedeterminata, ut esset propitiatorium. Quia ergo secundum ea quae supra exposuimus Iesum Christum proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine eius, necessarium uidetur requirere de diuinis legibus, quae sit propitiatio, quae per sanguinem fiat, ut ex his colligere possi- mus quomodo etiam per sanguinem Iesu propitiatio facta sit. Scriptum est in Leuitico post ponti- ficis hostiam. Quod si omnis synagoga Israel ignorauerit, & latuerit sermo ab oculis eius, & fece- rit unum de mandatis domini, quae non fieri: & deliquerit, & innotuerit eis peccatum quod pecca- uerunt, adducet synagoga uitulum ex bobus pro peccato. Et post pauca. Et inferet sacerdos qui unctus est ex sanguine uituli in tabernaculum testimonij. Et post pauca iterum. Et faciet uitulum, inquit, quemadmodum fecit uitulum pro peccato, & repropitiabit pro his sacerdos: & remittetur eis. Per sanguinem uero repropitiat sacerdos pro omni synagoga, ut remittatur eis. Requiramus nunc singula quaeque nomina, quae de saluatore scripta sunt, & in singulis appellationibus, quae sint quae designentur, diligentius contemplemur. Inuenies igitur quoniam quidem in ipso complacuit habitare omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter esse ipsum & propitiatorium, & pontifice, & hostiam, quae offertur pro populo. Et quidem de propitiatorio iam satis dictum. Sed & de ponti- fice euidenter Dauid in Psalmo: & Apostolus Paulus ad Hebraeos scribit. Quod autem sit & hos- tia: testatur Ioannes, dicens. Hic est agnus Dei qui tollit peccata mundi. Secundum hoc ergo, quod hostia est, pro fusione sanguinis sui propitiatio efficitur, in eo quod dat remissionem praecedentium delictorum. Quae tamen propitiatio ad unumquemque credentium per uiam fidei uenit. Nisi enim da- ret remissionem praecedentium delictorum, propitiatio non probaretur effecta. Quum uero remis- sio peccatorum tribuatur: certum est propitiationem effusione sacri sanguinis adimpletam. Absque sanguinis enim effusione (sicut Apostolus dicit) non fit remissio peccatorum. Verum ne Paulus tibi solus proposuisse propitiationis nomen uideatur in Christo, audi quomodo & Ioannes consono de hoc sensu loquatur, quum dicit: Filii mei haec scribo uobis, ut non peccetis, & si quis peccauerit aduocatum

Iosue. 1. d.

Leuit. 26. d.

Arca, caro Christi.

Abacuc. 3. d.

Matth. 11. d.

1. Cor. 2. c.

Rom. 3. d.

Leuit. 4. c.

Ibidem. d.

Coof. 2. b.

Psal. 109. b.

Hebr. 7. a.

Ioan. 1. d.

Hebr. 9. f.

1. Ioan. 2. d.

aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis no- stris. Non solum autem pro nostris, sed & pro uniuerso mundo. Vno igitur, eodemque sensu Apo- stoli propitiatorium, uel propitiationem, uel ut in latinis codicibus frequentius inuenitur: propitia- torem nominant Christum. Sed nihil interest, siue propitiator, siue propitiatorium, siue propitiatio: siue etiam exoratio scriptum sit: quum apud graecos, uno semper, eodemque sermone proferatur. Nisi forte uideatur quibusdam propitiatio ipsa eius diuina substantia. Propitiator uero, qui dispen- sationes in hominibus explet, intelligi. Sed & quod dixit Ioannes: quia ipse est exoratio, siue propi- tatio pro peccatis nostris, non solum pro nostris: sed & pro uniuerso mundo, quaedam nobis intu- lisse uidetur augmenta mysterij, ut ostendat Iesum propitiatorem esse, non solum credentium, ue- rum & totius mundi. Non tamen prius mundi, & tunc nostrum, sed prius nostrum, & ita demum totius mundi. Quamuis enim uniuersa creatura gratiam redemptoris expectet, unusquisque tamen ueniet in suo ordine ad salutem. Hoc indicari arbitror & in Leuitico ubi repropitiationis hostiae per pontificem mandatur offerri. Nec tamen in his sacrificiorum confusus ordo proponitur. Sed primo quidem dicitur quae sit propitiatio, & qualis hostia, si sacerdos peccauerit offeratur. Secundo si omnis synagoga deliquerit per ignorantiam, cuiusmodi uictimis placetur Deus. Tertio si princeps peccauerit: quo ordine purificandus sit scribitur. Quarto si anima una peccauerit: etiam de hoc qui sit expiandi ritus exponitur. Quae singula mystico intellectu per figuram Christi propitiationem non solum pro peccatis nostris, sed pro uniuerso mundo certis quibusque ordinibus, & modis, causisque designant. Si quis tamen haec secundum illam reuelationem, quae Moyse in monte demonstrata esse dicitur, sancto spiritu illuminatus aspiciat.

Propugnaculum require in dictione Murus.

Pruina require in dictione Nix.

Ibidem.

Leuit. 4. a.

Ibidem. c.

Ibidem. e.

Ibidem. f.

Quid Purpura, putatio, puteusque, mystice significant.

Cap. XXVIII.

Purpura (ut inquit diuus Gregorius) libro Moraliu 30. Cap. decimo exponens donaria taber- naculi, est cruor ac tolerantia passionum amore regni coelestis exhibita. Et diuus Hierony- mus exponens illud prouerbiorum: Byssus, & purpura indumentum eius. Byssus (inquit) in conuersione, purpura in effusione preciosi sanguinis. Byssus namque candidi coloris est, purpureus autem color, & de sanguine animantis, quod purpura uocatur, conficitur, & ipse sanguinis habet speciem. Vnde pulchre dictum est a patribus, quia sancta Ecclesia electorum floribus uernans, in pace habet lilia, in bello rosas. Item quia byssus de terra uirens oritur, sed per exercitationes longas ac multifarias amisso humore, ac uire uero natiuo, ad decorem candidae uestis perducitur. Purpura au- tem regalis est habitus. Byssus induitur Ecclesia, quae castigant corpora sua electi, & seruituti subi- ciunt: purpura autem, quum eandem continentiam, non ob fauorem uulgi, sed ad acquirendam bea- tudinem regni perennis exercent. Sed hic uirtutum habitus in praesenti quidem nescientibus ui- detur contemptibilis, sed in futuro qualis fuerit, manifeste patebit. Vnde pulchre in Apocalypsi sua Ioannes sanctorum se uoces audisse refert dicentium: Gaudeamus, & exultemus, quia uenerunt nuptiae agni, & uxor eius praeparauit se, & datum est ei, ut cooperiat se byssino splendenti, & can- dido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et in Canticis scriptum est: Comae capitis tui, ut purpura regis iuncta canalibus. Purpura per fasciculos (inquit Gregorius) in canalibus ligatur, super quos, dum aqua proicitur, per canales ad uestem, quae supposita est, currit, ut uestis tingatur, & inde nomen accepit, ut tincta colore purpureo purpura uocetur, quae omnia sanctae menti con- gruunt, si intelligentur. Comae quippe capitis sunt cogitationes mentis, quae in canalibus ligantur: quia in scripturis diuinis, ne inutiliter fluant, stringuntur. Super quas aqua proicitur, quae ueste regiam currens tingit, quia dum in cogitationibus sanctae mentis, gratia coelestis suscipitur, totam animam in coeleste ornamentum componit, ut iam tota anima in uitam aeternam inardescat, & ad aeternum sponsum etiam per sanguinem martyrij pergere concupiscat. De tota quippe Ecclesia, Paulus dicit: Qui exhibuit sibi Ecclesiam, uestem sine macula, & ruga. Et de singulis Ecclesiarum: si- delibus dicitur: His omnibus uelut ornamento uestieris. Rupertus autem de uirgine exponit, Co- mae capitis, id est, sensus cordis tui in meditando, uel cogitando mysteria legis Dei. Exempli gra- tia, quid mysterij contineat uitulus immaculatus, iussus offerri pro peccato sacerdotis, qui pecca- uerit & populum delinquere fecerit, quid hircus de capris, quid capra, & quid ouis, quid turtur, & quid pullus columbae, cunctis sacrificij ritus: meditando, in quam, in his, & in caeteris huiusmodi, comae capitis tui, id est, sensus cordis tui, sunt sicut purpura regis, uidelicet cuncta referendo ad sa- cramentum passionis dilecti tui, qui propter ipsum, quod passus est, rex constitutus, & gloria, & ho- nore coronatus, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et recte passio regis, dicitur purpura regis, pp ij non solum

Gregorius.

Purpura, passio

nisi tolerantia.

Hieronymus.

Prouer. 31. c.

Byssus quid des

signet.

Purpura quid

notet.

Apoc. 19. d.

Cant. 7. c.

Gregorius.

Comae, cogita

tiones.

Eph. 5. f.

Esa. 49. c.

Rupertus.

Comae, sensus.

Heb. 2. c.

Purpura, passio.

non solum propter purpureum colorem sanguinis, quem in passione effudit, uerum etiam propter purpuram derisoriam, quam circumdederunt ei; protinus tribus poenis passum, quod consummandum, scilicet flagellandum, crucifigendum, lancea percutiendum. Nam illi quidem in idētes purpuram circumdederunt ei, tanquam regi, sed ille serio, & purpuram admisit, & calamum pro sceptro suscepit in dextera, quia certissime per hanc fiebat, ut & in caelo, & in terra purpuram regni, & sceptrum acciperet imperij. Proinde purpura illa recte dicitur iuncta canalibus, quia sicut purpura eo magis tingitur, & preciosior fit, quo uicinius, atque diutius iuncta fuerit tincturae canalibus: ita passio dilecti eo gloriosior est, quo amplius praecunctis sacrificijs processit secundum consilium diuinitatis, cuius uidelicet consilij arcana, quasi quidam canales sunt, per quos cucurrit preciosissima haec tinctura purpurea, qua dilectus iste, qui erat uirginitate candidus, factus est morte uel passione sua, & permanet in aeternum rubicundus, Deus uere gloriosus, & homo ualde speciosus, & in utraque substantia rex unus semper, & ubique uictoriosus.

Puteus quid mystice significet, require in dictione, Fons.

INCIPIT LIBER QUARTVSDECIMVS, AD
MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Quid numerus quadragenarius mystice significet.

Cap. I.



Vid numerus quadragenarius mystice significet, diuus insinuat Greg. hom. 16. in Euangelia, exponens illud Euangelicum, Et quum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt: Quia (inquit) quadraginta tempus inchoamus, discutiendum nobis est, cur haec ipsa abstinentia per quadraginta dierum numerum custoditur, Moyses enim, ut legem acciperet, secundò diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse autor hominum ad homines ueniens, in quadraginta diebus nullum omnimodo cibum sumpsit. Nos quoque in quantum possumus, annuo quadagesimae tempore carnem nostram per abstinentiam affligere conemur. Cur ergo in abstinentia quadragenarius numerus custoditur, nisi quia uirtus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij impletur? Denarius etenim quater ductus, in quadragenarium surgit, quia tunc decalogi mandata perficimus, quum profecto quatuor libros sancti Euangelij custodimus. Ex qua re sentiri & aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, & per uoluptates eiusdem corporis, praecipis dominicis contrahimus. Praecepta autem dominica per decalogum sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria, decalogi mandata contempnimus, dignum est, ut eandem carnem quaterdecies affligamus. Quamuis ergo de quadagesimali tempore est adhuc aliud quod possit intelligi: A praesenti etenim die usque ad paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadae ueniunt. Quarum uidelicet dies quadraginta duo fiunt. Ex quibus dum sex dies dominici abstinentiae subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam triginta, & sex dies remanent. Dum uero per trecentos, & sexaginta quinque dies annus ducitur, nos autem per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus, ut qui nobismetipsis per acceptum annum uiuimus, auctori nostro nos in eius decimis per abstinentiam mortificemus. Et Augustinus libro quaestionum in Genesim primo cap. 169. Quadraginta dies sepulturae (inquit) quos commemorat scriptura, forte significant aliquid poenitentiae, qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam quadraginta dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moyses, & Helias, & ipse dominus ieiunauit, & Ecclesia praecipua obseruatione ieiuniorum quadagesimam uocat. Unde & in Hebraeo de Ninuittis apud Ionam prophetam scriptum perhibent: Quadraginta dies, & Ninuē euerteretur, ut per tot dies accommodatos uidelicet humiliationi poenitentium, intelligatur in ieiunijs sua deflexisse peccata, & impetrasse misericordiam Dei. Nec tamen putandum est istum numerum luctui poenitentium tantummodo conuenire, alioquin non quadraginta dies fecisset dominus cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis, & exiens, manducans, & bibens, qui dies utique magnae laetitiae fuerunt. Nec septuaginta interpretes, quos legere consueuit Ecclesia, errasse credendi sunt, ut non dicerent quadraginta dies, sed triduum, & Ninuē euerteretur. Maiore quippe auctoritate praediti quam interpretum officium est, prophetico spiritu, quo etiam ore uno in suis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, consonuisse firmanur, triduum posuerunt, quamuis non ignorarent, quod dies quadraginta in Hebraeis codicibus legerentur, ut in domini nostri Iesu Christi clarificatione intelligerentur dissolui, abolerique peccata, de quo dictum est:

Qui traditus

Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Clarificatio autem domini in resurrectione, & in caelum ascensione cognoscitur. Unde & bis numero, quamuis unum, & eundem spiritum sanctum dedit, primo postquam resurrexit, iterum postquam ascendit in caelum. Et quoniam, post triduum resurrexit, post quadraginta autem dies ascendit, unum horum quod posterius factum est, per numerum dierum codices Hebraei significant: alterum autem de triduo, quod ad eandem etiam rem pertineret, septuaginta commemoratione, non interpretationis seruitute, sed prophetiae auctoritate uoluerunt. Non ergo dicamus unum horum falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus, quum & illi, qui ex Hebraeo interpretantur, probent nobis hoc scriptum esse, quod interpretantur, & septuaginta interpretum auctoritas, quae tanto etiam diuinitus facto miraculo commendatur, tanta in Ecclesijs uetustate firmetur. Et libro secundo de consensu Euangelistarum, cap. 4. Illud autem quod deinceps insinuat, reuera, ut aduertit, & uideri posset, lectorem attentissimum, & diligentissimum requirebat. Acute quippe animaduersum est, Matthaeum qui regiam in Christo instituerat insinuare personam, excepto ipso Christo, quadraginta homines in generationum serie nominasse. Numerus autem iste illud tempus significat, quo & in hoc saeculo, & in hac terra regi nos oportet à Christo secundum disciplinam laboriosam, qua flagellat Deus, ut scriptum est, omnem filium, quem recipit, de qua dicit Apostolus: Per tribulationem oportere intrare in regnum Dei. Quam significat etiam illa uirga ferrea, de qua in Psalmo legitur: Reges eos in uirga ferrea, quum superius dixisset: Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius. Reguntur enim etiam boni in uirga ferrea, de quibus dicitur: Tempus est ut iudicium incipiat à domo domini. Et si initium à nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Euangelio? Et si iustus uix saluus erit, peccator, & impius ubi parebunt? Ad quos pertinet quod sequitur: Tanquam uas figuli conteres eos. Reguntur enim boni per hanc disciplinam, mali uero comminuntur, qui tanquam iidem ipsi commemorantur propter una, atque eadem sacramenta, quae habent mali cum bonis. Quia ergo numerus iste laboriosi huius temporis sacramentum est, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolum dimicamus, etiam illud declarat, quod quadraginta dierum ieiunium, hoc est, humiliationem animae consecrauit, & lex, & prophetae, per Moysen, & Heliam, qui quadragenis diebus ieiunauerunt, & Euangelium per ipsius domini ieiunium, quibus diebus quadraginta etiam tentabatur à diabolo, quid aliud quam per omne huius saeculi tempus tentationem nostram in carne sua, quam de nostra mortalitate assumere dignatus est, praefigurans? Post resurrectionem quoque non amplius quam dies quadraginta cum discipulis suis in hac terra esse uoluit, huic eorum uitae adhuc humana conuersatione commixtus, & cum illis alimentum mortalium, quamuis iam non moriturus accipiens, ut per ipsos quadraginta dies significaret, se occulta praesentia quod promiserat impleturum, quando ait: Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Cur autem iste numerus hanc temporalem uitam, terrenamque significet, illa interim causa de proximo occurrit, quamuis sit alia fortasse secretior, quod & tempora annorum quadripartitis uicibus currunt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur, quas aliquando uentorum nomine scriptura commemorat, ab oriente, & occidente, & aquilone, & meridie. Quadraginta autem, quater habet decem. Porro ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero consummatur. Ad hunc igitur mundum, & ad istam terrenam, mortalemque uitam hominum, ad nos regendos in tentatione laborantes, uenientem regem Christum Matthaeus suscipiens, exorsus est ab Abraham, & enumerauit quadraginta homines. Ab ipsa enim gente Hebraeorum, quae à ceteris gentibus ut distingueretur, Deus de terra sua, & de cognatione sua separauit Abraham, Christus uenit in carne, ut & hoc ad eum distinctus prophetandum, & praenunciandum maxime pertineret, quod promittebatur ex qua esset gente uenturus. Quum enim quater decem generationes tribus distinxisset articulis, dicens: Ab Abraham usque ad Dauid generationes esse quatuordecim, & à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis alias quatuordecim, totidemque alias usque ad natiuitatem Christi: non tamē eas duxit in summam, ut diceret: Fiunt omnes quadraginta duae. Unus quisque in illis progeneratoribus bis nominatur, id est, Iechonias, à quo facta est quaedam in extraneas gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est. Vbi autem ordo à rectitudine deflectitur, atque ut eat in diuersum, tanquam angulum facit, illud quod in angulo est, bis numeratur, in fine scilicet prioris ordinis, & in capite ipsius deflexionis. Et hoc ipsum iam praefigurabat Christum à circūfessione ad praeputium, tanquam ab Hierusalem, ad Babyloniam quodammodo migratum, & hinc, atque hinc utrisque in se credentibus tanquam lapidem angularem futurum. Haec tunc in figura praeparabat Deus, rebus in ueritate uenturis. Nam & ipse Iechonias, ubi angulus iste praefiguratus est, interpretatur praeparatio Dei. Sic ergo iam non quadraginta duae, quod faciunt ter quatuordecim, sed propter unum bis numeratum, quadraginta una generationes fiunt, si & ipsum

pp iij Christum

10. 19. d.

Matth. 20. c.

Gregorius
Matth. 4. a.

Exo. 34. d.
3. Reg. 19. b.

Augustinus
Genes. 50.

10. 3. b.

Act. 1. a.

10. 3. b.

Rom. 4. d.

Matth. 1.

Hebr. 11. d.

Act. 14. d.

Psalm. 2. c.

1. Pet. 4. d.

Matth. 28. d.

Christum annumeremus, qui huic regendae uitae nostrae temporali, atq; terrenae, tanquam numero quadragenario regulariter praesidet. Quem ad istam mortalitatem nobiscum participandam, quia descendente uoluit significare Matthaeus, ideo & ipsas generationes ab Abraham usq; ad Ioseph, & usq; ad ipsius Christi natiuitatem, descendendo commemorauit, ab initio Euangelij sui: Lucas autem non ab initio Euangelij sui, sed a baptismo Christi generationes narrat, nec descendendo, sed ascendendo, tanquam sacerdotē in expiandis peccatis magis assignans, ubi eum uox de caelo declarauit, ubi testimonium Ioannes ipse perhibuit, dicens: Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo autem transit ab Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati, & expiati reconciliamur. Merito & adoptionis originem ipse suscepit, quia per adoptionem efficitur filij Dei, credendo in filium Dei: Per carnalem uero generationem filius Dei potius propter nos filius hominis factus est. Satis autem demonstrauit, non se ideo dixisse, Ioseph filium Heli, quod de illo genitus, sed quod ab illo fuerit adoptatus, quum & ipsum Adam filium Dei dixit, quum sit factus a Deo, sed per gratiam, quam postea peccando amisit, tanquam filius in paradiso constitutus sit. Quapropter in generationibus Matthaei, significatur nostrorum susceptio peccatorum a domino Christo. In generationibus autem Lucae significatur nostrorum abolitio peccatorum a domino Christo. Ideo eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod enim dicit Apostolus: Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, haec est susceptio peccatorum. Quod autem addit: Ut de peccato damnaret peccatum in carne, haec est expiatio peccatorum. Proinde Matthaeus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit. Lucas uero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per quem prophetam Deus peccatum illius expiavit. Ipse quoque numerus quem Lucas exequitur, certissime prorsus abolitionem indicat peccatorum. Quia enim Christi aliqua iniquitas (qui nullam habuit) non est utique coniuncta, iniquitatibus hominum, quas in sua carne suscepit, ideo numerus penes Matthaeum, excepto Christo, est quadragenarius. Quia uero iustitiae suae, patrisque nos expiatis ab omni peccato, purgatosque coniungit, ut fiat quod ait Apostolus: Qui autem adharet Deo, unus spiritus est, ideo in eo numero, qui est penes Lucam, & ipse Christus a quo incipit enumeratio, & Deus ad quem peruenit, connumerantur, & fit numerus septuagintaseptem, quo significatur omnium prorsus remissio, & abolitio peccatorum. Quam etiam ipse dominus per huius numeri mysterium euidenter expressit, dicens, remittendum esse peccanti, non solum septies, sed etiam septuagiessepties. Nec frustra iste numerus ad peccatorum omnium pertinet mundationem, si diligenter inquiratur. Denarius quippe tanquam iustitiae numerus, in decem praecipis legis ostenditur. Porro peccatum est legis transgressio. Et utique transgressio denarii numeri congruenter dubitet ad peccati significationem cilicium pertinere? Ac per hoc quia uniuersum tempus septenario dierum numero uoluitur, conuenienter uenarius septies multiplicato ad numerum septuagesimum, & septimum, cuncta peccata perueniunt. In quo numero etiam sit plena remissio peccatorum, expiante nos carne sacerdotis nostri, a quo nunc iste numerus incipit, & reconciliante nos Deo, ad quem nunc iste numerus peruenit per spiritum sanctum, qui in columbae specie in hoc baptismo, ubi numerus iste commemoratur, apparuit,

Quid quinquarius & uicenarius, & quinquagenarius numerus mystice significant.

Cap. II.

Gregorius.
Ezech. 40. b.

Quid numerus quinquarius mystice significet, diuus insinuat Gregorius, homilia decimasexta super Ezechielem, exponens illud Ezechielis, Et mensus est portam a tecto thalami usq; ad tectum eius latitudinem uiginti, & quinq; cubitorum: Quinq; (inquit) carnis sensibus praeditus sumus, uidelicet uisu, gustu, olfactu, auditu, atq; tactu. Idem uero quinquarius numerus per semetipsum multiplicatus, ad uicesimum, & quintum numerum surgit. Operari autem exterius quiddam de mandatis caelestibus, sine istis corporeis quinq; sensibus non ualemus. His quippe officijs suis iudex animus iterius praesidet, & quod exterius agere iuste, uel misericorditer possit, quasi eisdem officijs renunciantibus, ac deseruentibus agnoscit. Quum ergo timore omnipotentis domini animus impletur, necesse est ut quinq; nostri sensus nobis, uelut subiecta officia in bona operatione deseruiant. Per quos, quum aliquid agere misericorditer coeperimus, plus se quotidie ipsa misericordia aperit; & quasi quidam sinus boni operis expandit. Quinq; igitur sensus multiplicatur in se, dum hoc, quod

quod per ipsos agitur, in bono quotidie opere per profectum multiplicatur. Unde & latitudo esse uiginti & quinq; cubitorum dicitur, quia timor, tenacia, & pigredo angustia est. Quisquis enim ideo indigentem dare panem metuit, ne sibi desit, adhuc in angustia timoris est. Quisquis igitur testamentum argenti non porrigit, quia hoc solus habere concupiscit, adhuc tenaciae suae angustia coarctatur. Quisquis ideo bonum non agit, quia tepore animi torpescit, ipse ei suus torpor angustia est. Respicere autem inopem, exaudire precem, largiri stipem, praebere defensionem, atq; pro eiusdem defensione pauperis, aduersantis cuiuslibet inimicitias non timere, magnae mentis latitudo est. Mensuretur ergo inter thalamum, & portam ea quae interest latitudo, cubitis uiginti, & quinq;, quia in exteriori sensuum operatione probatur, & cognoscitur quae intrinsecus largitas bonitatis habeatur.

Quinquagenarius numerus quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius libro Moralium primo, capite decimoquinto, exponens illud Iob, Quingenta quoque iuga bouum, & quingentae arietum: In quinquagenario (inquit) numero, qui septem hebdomadibus monade addita impletur, requies designatur, denario autem numero summa perfectio exprimitur. Quia uero fidelibus perfectio quietis promittitur, quasi quinquagenario decies ducto, ad quingentesimum peruenitur.

Require & in dictione, Iubilaeus, & in dictione, Anfula.

Et Cassiodorus Psalmum exponens quinquagesimum hoc modo scribit: Huius autem Psalmi nec numerus uacat. Pertinet enim ad annum Iubilaeum qui apud Hebraeos contra iectus ueteres obligationesque soluebat: quem in Leuitico dominus annum remissionis uniuersos habitatores terrae uocare praecipit. Pertinet quoque ad Pentecosten, quando post ascensionem domini apostolis spiritus sanctus aduenit, miracula faciens, & charismatum dona concedens. Sic & Psalmus hic calculo quinquagesimo constitutus, si corde puro dicatur, delicta dissoluit, chirographum nostrae obligationis euacuat: & nos a debitis delictorum tanquam remissionis annus, praestante domino, reddit immunes.

Quid quadrigae mystice significant.

Cap. III.

Quid quadrigae mystice significant, diuus ostendit Gregorius, exponens illud Cantorum, Nesciui: Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab: Ac si diceret, Tot uitutes in sancta Ecclesia fieri uident, quare in tanto tempore non percepi? Quare incredula persisti? Cur tam diu per infidelitatem meam in tenebris ignorantiae remansi? Sed propter quadrigas Aminadab conturbatur, quia quandoque per Christi praedicationem, ad fidem suscipiendam excitatur. Aminadab enim spontaneus populi mei interpretatur. Et bene proculdubio Christus Iesus a patre spontaneus populi mei dicitur, quia uere spontanea charitate ad populum saluandum descendit, & ut nos a morte releuaret, pia uoluntate, & benigna gratia morte in cruce suscepit. Unde & ipse ad patrem ait: Voluntarie sacrificabo tibi. Et unus ex redemptis ad Christum loquens, aiebat: Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua. Propter quadrigas ergo Aminadab synagoga conturbatur, quia quando tandem quatuor Christi Euangelia in mundo currentia, in cordibus hominum feruentia per fidem contemplatur, mox infidelitatis suae tenebris confunditur, & oborta confusione salubri, ad poenitentiam commouetur. Et Rupertus: Anima mea conturbauit me &c. Vbi nam hoc dictum fuit? Quum dicerent eis amici nostri: Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia dominum eum, & Christum Deus fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis. His auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad eos: Quid faciemus uiri fratres? Et quidam tantum notissimus ita dicit: Fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. His, atq; alijs modis dixit poenitens synagoga, siue aliqua synagoga pars: Nesciui. Anima mea conturbauit me &c. Quare autem dixit: Anima mea conturbauit me &c. & non dixit: Conturbauerunt me quadrigae Aminadab? Considerate amici prius istas quadrigas Aminadab, & uidebitis multum pertinere ad rem: Anima mea &c. Quadrigae Aminadab, quatuor sunt Euangelica sacramenta dilecti, uidelicet incarnatio, uel diuinitas eius, passio eius, resurrectio eius, & ascensio eius. Propter huiusmodi quadrigas, Anima mea (inquit) conturbauit, id est, coetus Pharisaeus in seditiones excitauit me, ut talium quadrigarum cursum non possem discernere, uidelicet praeventa quadrigarum earundem non bona aestimatione secundum suauitates, & iniqua consilia illius talis animae meae. Coetus namque pharisaicus erat, uel esse debebat anima mea, id est, plebem uiuificare, uel regere, sicut corpus, uel omnia membra corporis uiuificat, uel uegetat anima, utpote magistri, uel sapientes, legem, & prophetas scientes, imo & totam clauim scientiae tollentes. Talis anima mea conturbauit me, ut ad scientiam non possem introi-

pp iij re, &

Gregorius.
Iob 1. a.
Quinquagenario numero, requies designatur, denario summa perfectio.

Cant. 6. d.
Gregorius.

Psal. 53. b.
Psal. 68. d.
Quadrigae, quatuor Euangelia.

Cant. 6. d.
Rupertus.

A. 2. f.
1. Tim. 1. c.

Quadrigae, quatuor Euangelica sacramenta.

re, & intelligere quadrigas Aminadab, quod testimonium eis perhiberent lex, & propheta. In quo, uel unde dilectus Aminadab? Quo pertinuit, ut tali in re uocaretur Aminadab? In eo nimirum, quod unus, idemque dilectus, rex est, & pontifex magnus, & in se uno personam utranque coniunxit, uidelicet sacerdotis, & regis secundum typum, uel similitudinem illius uiri Aminadab, qui quum esset de tribu Iuda, scilicet de tribu Iuda, dedit filiam suam in coniugium homini sacerdoti Aaron de tribu Leui, sicut in Exodo scriptum est: Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth, filiam Aminadab, sororem Naafon, quae peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Et ille quidem Aminadab filiam suam semel datam illi Aaron ad semetipsum non reduxit, aut reducere debuit. Iste autem Aminadab, iste dilectus, & primogenitus, sacerdotium suum, quod semper ante Moysen, & Aaron primogenitorum fuit, pro tempore autem, & propter quandam dispensationem, de qua multa essent dicenda, praestitum est tribui Leui sacerdotium (inquam) suum exaltando, & quadrigis iam dictis uiam suam currendo, repetijt, & ad se reduxit, in omnibus spontaneus, sponte incarnatus, & natus, sponte passus, & in ipsa passione sua ipse sacerdos, & ipse hostia sponte factus, secundum hoc ipsum nomen Aminadab. Interpretatur enim populi mei spontaneus. Non solum autem sacerdotium suum ita repetijt, & ad se reduxit, uerumetiam ad antiquam speciem, formamque pristinam reuocauit, sicut in spiritu praedixerat Dauid: Iurauit dominus, & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Igitur anima mea conturbauit me (ait) propter quadrigas Aminadab, uidelicet malo zelo ipsa turbata, & confusa praenuidia, causam suam quasi dolendam declamans, eod quod cursores, siue aurigas quadrigarum istarum audisset, dicentes: Quoniam Iesus Nazarenus destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Et multa his similia, seu ante, seu postquam cursum suum perfecit iste Aminadab. Et Rupertus exponens illud Naum, In itineribus conturbati sunt, quadrigae collisae sunt in plateis, aspectus earum quasi lampades, & quasi fulgura discurrentia: Fuerit (inquit) exercitus ille Chaldaicus contra Ninuiem tam uelox, tam properans, tamque pomposus, quadrigis concurrentibus tam multis, ut praenitudine uiam inuenire non possent, atque inter se colliderentur in plateis, & aspectus Babyloniorum ita fulgurei, aut nescio quo lumine luminosi, ut ante uisu aduersarios terrerent, quam mucrone profternerent: nobis tamen ex abundanti est, ut huic sensui literali immoremur, potius spiritum sequamur, & post ipsum curramus. In hac die praeparationis iudicij, quo iudicandus mundus est, cuius illa Ninuie, & pars fuit, & typum gessit, in hac (inquam) die praeparationis, conturbati sunt uiri Ninuiae, diuersa conturbatione in itineribus, & in plateis, quadrigis collisae. Quibus in itineribus, uel quibus in plateis? Nimirum in illis, in quibus Euangelica uoce sapientia clamauit, sicut habemus in parabolis: Sapientia foris praedicat, in plateis dat uocem suam, in capite turbarum clamat, in foribus portarum urbis profert uocem suam. Item: Nunquid sapientia non clamat, & prudentia dat uocem suam? In summis, excelsisque uerticibus super uiam in medijs semitis, stans iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens: O uiri, ad uos clamito &c. Ergo non in occulto, sed in itineribus, non in angulis, sed in plateis conturbati sunt, audita sapientiae uoce, audito Euangelio, in quo reuelatur (ait Apostolus) ira Dei de caelo, super omnem impietatem, & iniustitiam eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent. Conturbati, & commoti sunt, tremor apprehendit eos, audientes aliam, & meliorem esse ciuitatem, quam suam Ninuiem, aliud saeculum esse, quam saeculum praesens, & hoc iudicandum esse per ignem. Ibi dolores ut parturientis, ibi (inquam) id est, in illa conturbatione, in illo tremore, dolor non sine fructu, sicut non sine fructu dolor est parturientis. Multi enim audientes, quid praepararetur Ninuie, id est, mundo huic, ita conturbati sunt, ut contristarentur ad poenitentiam, & ita tremuerunt, ut cito quaereret quomodo possent fugere a uentura ira, & euadere illud iudicium. Alij autem, qui increduli fuerunt, ita conturbati sunt, & ita commoti sunt, ut irati seipsum dirigerent, & exagitarent, contra hoc magnae praeparationis Euangelium, unde & paulo ante agitatos nominati sunt. Quae porro, uel cuius quadrigae collisae sunt in plateis? Vtque quadrigae Aminadab, quod interpretatur spontaneus populi mei. Iste Aminadab Christus est, & huius quadrigae collisae sunt in plateis, occurrentes occurrentibus sibi quadrigis superbi huius saeculi, de quibus in Zacharia dicit: Ipse pauper, & ascendens super asinam, & pullum filium asinae, & dispergam quadrigam ex Effraim, & equum de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli. Quadrigae Aminadab, quatuor sunt Euangelia, de quibus nobis contra Ninuie quatuor magna praedicant sacramenta, incarnatio ipsius Aminadab, cuius facies, facies est hominis, passio eiusdem, quae facies est uiculi, resurrectio eius, quae facies est facies leonis, accessio eiusdem, quae facies est aquilae uolantis. Magna ibi conturbatio, quia magna quadrigarum collisione. Qui bene conturbati sunt, qui ad poenitentiam contristati sunt, per collisionem quadrigarum confitentur, & satisfaciunt, quod in illa collisione fuerunt, non per malitiam, sed per ignorantiam. Dicit enim quilibet illorum, puta Saulus, siue quispiam alius, prius aduersarius, postea correctus, & fidelis quad

Exod. 6. d.

Psal. 109. d.

Act. 6. d.
Naum 2. b.
Rupertus.

Proverb. 1. c.

Ibidem 8. d.

Rom. 1. b.

Psal. 47. b.

Zach. 9. b.

lis quadrigarum socius: Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Nesciui, & ignoras feci, ignoras in incredulitate obtitui, quum repente uidissem quadrigas Aminadab, nunc autem considerata dignitate quadrigarum eius, conturbauit me anima mea, sana contritiones eius o Aminadab. Quam pulchrae quadrigae, quam splendidi aurigae. Aspectus (inquit) eorum quasi lampades, & quasi fulgura discurrentia. Lampades illuminant, fulgura terrent. Sic isti habentes uirtutes, siue uirtutum operationem habentes, sicut in Psalmo scriptum est: Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa, dum praedicant ubique domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis: mentes hominum & de cognitione ueritatis illuminant, & de miraculis ad audiendum, atque credendum magis excitant. Et recte dixit, fulgura discurrentia, quia non in una tantum mundi parte, sed per mundum uniuersum uisa, & audita sunt praedicationis Euangelicae miracula.

Cant. 6. d.
1. Tim. 1. c.

Psal. 67. c.
Marc. 16. d.

De eisdem quadrigis.

Cap. III.

ET exponens illud Zachariae, Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, & uidi, & ecce quatuor quadrigae egredientes de medio duorum montium &c. Meminisse (inquit) oportet unam esse, & unius noctis uisionem, ab eo quod dixit: Uidi per noctem: Et ecce uir ascendens super equum rufum, usque ad id, quod postmodum dicturus est: Et factum est in anno quarto Darij regis, secundum rerum ordinem, quae tunc gerenda erant, nunc autem gesta sunt ferè omnes, praeter secundum uiri eiusdem, scilicet domini nostri Iesu Christi aduentum. Consideramus uisionem pulcherrimam, & non minimè delectatam est animus gloriam talis uiri quaerens, ac diligens, quia recto hic ordine inuenit historiae salutis, historiae gratiae, & ueritatis, quomodo Deus, & uerbum, siue filius Dei, memor propositi, memor ad Abraham, & Dauid dictae, atque iuratae promissionis reuersus est ad Hierusalem in misericordijs, & in ea domus eius aedificata est. Et quatuor cornua, quae uentilauerunt Iudae, & Hierusalem, id est, quatuor regna, per quae conatus est diabolus eandem abolere promissionem, detrita sunt, & tunc uenit dominus, o filia Sion, & habitauit in medio tui. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Atque idem Deus filius Iosedech, quod est filius domini iustitiae, mutatoris indutus, id est, propter passionem mortis, gloria, & honore coronatus est, ascendensque in caelum, factusque candelabrum magnum, candelabrum aureum septem lucernarum, clariuit per mundum uniuersum, dando Apostolis, uel praedicatoribus suis sanctum septiformem spiritum, & qui lumen tantum extinguere uoluerunt, impleta paternorum mensura scelerum, suam (sicut nouissime dictum est) amphoram, & impietatem blasphemiae deportandam in terra Sennaar, cum plumbea damnationis massa receperunt. Quid deinde factum est post illorum excidium, quod dignum sit intelligi, per quatuor huiusmodi quadrigas, egredientes de medio duorum montium, quarum in prima sunt equi rufi, in secunda equi nigri, in tertia equi albi, in quarta equi uarij fortes? Leuemus cum propheta oculos nostros, & prospectum extendamus per mundum uniuersum. Et ecce mundus plenus est, & ex quo beati Apostoli de candelabro illo sunt illuminati, coepit impleri quadrigis feruentibus, & currentibus, de quibus & Abacuc decantans domino: Qui ascendes (ait) super eos tuos, & quadrigae tuae saluatio. Quadriga prima in qua erant equi rufi, Apostolorum est, & martyrum: quadriga secunda in qua erant equi nigri, poenitentium est, qui ab Apostolorum temporibus incipientes, in his, qui sanguinem Christi fuderat, uitam nobis coenobialem sanxerunt. Vnde usque hodie per orbem niger tam professione, quam habitu perseuerat ordo monachorum. Quadriga tertia in qua erant equi albi, ordo est uirginum utriusque sexus, totum caedore suo perornans equitatum Iesu Christi domini exercituum. Vnde illud notandum, quia quum dixisset: In quo erant equi nigri, egrediebantur ad terram aquilonis, ait, & albi egrediebantur post eos. Illum namque uitae ordinem, qui facinorosus erat necessarius, quemque priores illi susceperunt, ut fructus dignos poenitentiae agerent, subleuantur quam plurimi, neque homicidij, neque adulterij, siue alterius cuiuslibet criminis rei, imò & plerique corpore incorrupti, atque integri, quos beatus papa Gregorius, quid (inquit) nisi & iustos, & poenitentes dixerim? Planè hoc ipsum est egredi ad terram aquilonis, uitam austeriorem exequi, quae tantum differt a uita remissiore multis uentel delictis, non tamen illicitis, aut lege prohibitis, quantum rigor aquilonis a sua uitate austris, siue fauonij, quantum hyemalis aliorum a uernis distat blanditijs. Vnde notanda litera, quia sic dictum est: In quo erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis, ut sit sensus: Propter quod erant sibi peccatorum conscij, in propositum se dimiserunt uitae arctioris. Quadriga quarta, in qua erant equi uarij fortes, pastorum, atque doctorum est, & omnium in quibus eminent illae gratiarum diuisiones, de quibus Apostolus: Alij (inquit) per spiritum datur sermo sapientiae, alij fides, alij generalium linguarum, alij gratia sanitarum &c. Num paruū hoc est, aut indignū fuit inter illa magna, quae uetera erant,

Zach. 6. a.
Rupertus.

Ioan. 1. b.

Psal. 8. b.

Hebr. 2. c.

Zach. 5. d.

Abacuc 3. b.
Equi rufi, Apo-
stoli, & marty-
res.

Nigri, monachi.
Albi, uirgines.
Varij, pasto-
res, & doctores.

1. Cor. 12. a.

ra erant, & de quibus iam dictum, atq; adhuc dicendum est. Istos Ecclesiae gentium ordines propheta uisione demonstrari, imò quis prophetarum de huiusmodi tacuit, & gentes saluandas (unde ordines istos diuinitas assumpsit) nō declamauit in gaudio spiritus sancti: Quid porrò sunt duo mōtes illi, quorum de medio quadrigae istae uidentur egredi, qui uidelicet montes dicuntur aerei? Montes isti, duo testamenta sunt, Lex, & Euangelium, dicunturq; montes, propter altitudinem, siue dignitatem caelestium, quae continent sacramentorum, quam uidelicet altitudinem illud quoq; significat quod & lex in monte data est. Et Euangelicum sermonem, dominus in monte sedens, atq; os suum aperiens, exorsus est. Montes isti, montes aerei, uidelicet propter sonoritatem, atque diuturnitatē tam legis, quam Euangelij, quia non potest solui scriptura tam legalis, quam Euangelica. Nam iota unum, siue apex unus (ait dominus) nō peribit à lege, donec omnia fiant, & coelum, & terra transibunt, uerba autem mea, non transibunt. De medio montium istorum, quatuor quadrigae egressae sunt, quia uidelicet utrumq; testamentum quatuor iam dicti ordines Ecclesiae recipiunt, & sicut in alia similitudine dictum est. De medio petrarum dabūt uocem, ita hic rectè dicas, quia de medio duorum mōtium aereorum, quadrigae istae procurant, id est, de communi legis, & Euangelij sensu, siue consensu seruabunt uitae ordinem, scientiae, uel doctrinae puritatē. Quid tandem est, quod percunctanti prophetae: Quid sunt isti domine mi, respōdens Angelus: Isti sunt (ait) quatuor uenti coeli, qui egrediuntur, ut stent coram dominatore uniuersae terrae? Quid nisi quod sapientia dicit: Quia multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum? Idcirco nimirū quatuor quadrigae istae quatuor uenti coeli dicuntur esse, quia sicut uenti perflando nebulas, siue pruinas euerunt, aëremq; qui per quietem corruptior fieret, inquietando sanioerem efficiunt: sic ordines isti, quos diximus, singuli in suis officijs stando, & quum tempus postulat discurrendo, atq; festinādo suscitant homines ad cognoscendum Deum creatorem suum, qui nisi crebra commonitione solliciti redderentur, nec cogitarent quidem corrupti mēte, restare quicquam post praesens saeculum, aut in fine distare quippiam inter hominem, & iumentum. Hinc est illud quod Ioannes in Apocalypsi: Vidi (ait) quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor uentos, ne flarent super terram, neq; super mare, neq; super ullam arborem. Quatuor namq; Angeli, quatuor angulorum mali principes, id est, angelicae fortitudines fuere quatuor regnorū principalium, Babylonici, Persici, Macedonici, atq; Romani, de quorū uno Angelus bonus, qui Danieli loquebatur. Princeps (ait) Persarū restitit mihi, uiginti, & uno diebus. Regnis, siue regnorū principibus illis hoc fuit tenere quatuor uentos coeli, cohibere à cultu, siue seruitio Dei quadrigas istas, id est, colentium Deum, id est, quos diximus ordines, & seruentiū creatori, sed in clamauit, & cōpescuit illos alter Angelus, qui ascēdit ab ortu solis, habens signum Dei uiui: qui non est alius, nisi uir iste, qui in initio uisionis huius super equū rufum ascēdit, & post eum equi rufi, uarij, & albi, qui erant sancti prioris populi ueteris testamenti. Nam istae quadrigae, isti quatuor uenti coeli, qui abeuntibus illis mulieribus cum amphora sua egressi sunt de medio duorum mōtium, ut assisterent dominatori uniuersae terrae, sancti sunt iunioris populi, qui (negante Christum synagoga, ut dudum negauerat, dicendo: Nō est nobis pars in Dauid, neq; haereditas in filio Isai, mulier altera scilicet decem tribuum scissura) crediderunt in eum, & assistunt illi nūc usq; sicut ueraciter dominatori uniuersae terrae. Inter quos ista equorum non praetereunda est distantia, quod illic nigri nō erāt equi, tantummodo rufi, uarij, & albi, hic autem rufi, nigri, albi, & uarij.

Montes aerei, duo testamēta. Matth. 5. a. Ioan. 10. f. Matth. 5. b. Matth. 24. c.

Psal. 103. c.

Sapient. 6. d.

Apoc. 7. a.

Daniel. 10. c.

2. Reg. 20. a.

INCIPIT LIBER QVINTVSDECIMVS AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTVRAE SENSVS.

Radix quid mysticè significet. Cap. I.



Vid Radix mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, ut dictum est libro nono, cap. 8. in principio, & cap. 42. in dictione Lignum. Et lib. 12. cap. 23. & 24. exponēs illud Iob, Nec mittet in terram radicem suam: Si hoc in loco (inquit) terram, aeternae uitae retributionē accipimus, de qua propheta ait: Portio mea in terra uiuentium, iniquus iste in terram radicem suam non mittit, quia nunquam ad aeternae uitae desiderium, cordis sui cogitationem plantat. Quod enim radix arbori, hoc unicuiq; hominū cogitatio sua est, quia in hoc quod exterius uidetur, per illud tenetur, quod exterius nō uidetur. Vnde & per prophetā dicitur: Mittet radicē deorsum, & faciet fructū sursum. Quū em cogitationē nostrā ad cōpatiendū indigenti proximo tendimus, quasi radicē deorsum mittimus, ut retributionis fructum superius faciamus. Require & in dictione Iuniperus. Scriptū quoq; est de antichristo, Propterea

Iob 15. d. Terra, aeternae uitae retributio. Psal. 141. b. Esa. 37. f.

pterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium. Destruet (inquit) Deus in hac uita prosperrimē, quos iterum aedificare decreuerit. In finem autem qui destruitur, aeternis supplicijs deputatur. Nam propter illa, quae superius dicta sunt, in fine saeculi ore domini tyrannus ille plectendus est, ut tam ingens nequitia aduentu summi iudicis destruat. Euellet te &c. Poena ingens, formidolosa damnatio, de amoenissimo domini tabernaculo euelli, & perpetuis ignibus mancipari, ubi nec uiuere cuiquam datū est, nec florere concessum, sed tanquam a bor grādeua radicitus euulsa, aeterna sterilitate siccabitur. Potest etiam quosdam mouere, quod uerba ista antichristo nequeant conuenire. Dicit enim: Emigrabit te &c. Quū homo paganissimus ibi non uideatur esse plantatus. Sed hoc à membris ipsius potest accipi, qui in Ecclesia quidem corpore uidentur esse, nō animo, quia sicut fideles membra sunt domini saluatoris, ita & ille suos cōplices in unā colligit nequitiae societatem. Et radicem &c. Radices erunt antichristi cōsentanei, ministriq; diaboli. Et ideo radicem ipsius cum ipso de terra uiuentium dicit esse euellendam, quia cum sanctis domini diabolus, nec antichristus, neq; sequaces eorum habebunt aliquā portionem. Et exponēs illud Psalmistae. Et plāstati radices eius, & impleuit terram: Radices (inquit) eius sunt prophetae caelestis regis operatione plantati, ex quibus illa fcelices palmites tendēs, uniuersum mundū, quasi amoenis fidei umbraculis occupauit. Et diuus Ambrosius de institutione uirginis, cap. 9. Audi uirgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore, aperi manus, ut te pauper agnoscat, claudē ostium, ne temerator irrepat, aperi mentem, serua signaculum. Virga quoq; à radice uirginitas est. Sic enim scriptū est: Exiet uirga à radice Iesse, & flos à radice ascendet. Non cauata est haec uirga, sed solida: Nemo ergo adurat uirgā tuā, ut florem suum custodiat. Et libro secūdo de spiritu sancto, cap. 5. Exiet uirga de radice Iesse &c. Radix Iesse, patriarchae, familiae Iudaeorum, uirga Maria, flos mariae, Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe uirginali ex utero germinauit, sicut ipse dixit: Ego flos campi, & lilium conuallium. Flos odorem suum succisus referuat, & contritus accumulatur, nec auulsus amittit. Ita & dominus Iesus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euauit, sed illa lanceae punctioe succisus, sacro speciosior fusi coloris cruore uernauit. Mori ipse nescius, & mortuis aeternae uitae munus exhalās. In hoc igitur spiritus sanctus uirgae regalis flore requieuit. Bona uirga (ut quidam putant) & caro domini, quae de radice terrena ad superna se subrigens, odoriferos sacrae fructus religionis circūtulit mundo, mysteria diuinæ reuelationis, & gratiam caelestibus altaribus super effundens. Sed diuus Hilarius in enarratione Psalmi secūdi, hoc pacto scribit: Hanc uerbi doctrinam uirgam nuncupari, ex ueteri ita cognitum est, quum dicitur: Virga directionis, uirga regni tui, quia haec eadem est uirgae directio, qua per doctrinam in aequam uiam, utilemq; dirigimur: Haec uirga regni est, necesse est ipsa illa doctrina sit regni. Ipsum autem dñm nostrum ob doctrinae suae uilem, ac moderatam praedicationem uirgam nuncupatū ita accepimus, dicente Esaia: Exiet uirga de radice Iesse. Ac ne tyrannicā in eo seueritatem per uirgae nuncupationem auderet quisquam opinari, continuo propheticus sermo adiecit: Et flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, ut uirgae seueritatem floris suauitas temperaret, quum unicuiq; nostrum doctrinae terror regimen perfectae beatitudinis admoneret. Et Rupertus lib. 11. de uictoria uerbi, cap. 13. exponens illud Esaia: Et excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cum excelsis cadet. Et egredietur uirga de radice Iesse &c. Quāuis (inquit) sub istam metaphoram quales translatae sint res, non ignoret mundus, non taceat uniuersus, qui in mundo est Ecclesiae chorus, perspice hinc tamen gemium, quas per cōdensas saltus intelligimus tyrannos, ac duces, imperatores, & consules, inde Iudaicae gentis, quam per libanum intelligi placet, reges, & tetrarchas, atq; summos sacerdotum principes, & inter istas altitudines, siue magnitudines subortam humilem de domo Dauid Mariam uirginē Christum parientem Deum, & hominem, & magnam uictoriae uerbi Dei concipies admirationem, quod in hunc mundum ingrediens, non quaesuit de altis, uel sublimibus parentem habere quēpiam, solum se sibi sufficere sciens absq; opere humano contra illius Assur, id est, diaboli superbiam ad obtinendum sibi regnum, ad possidendum Dauid patris sui solū, imò Dei patris aeternum imperium. Et cap. 18. Vbicunq; Christiana, uel catholica fides, ipsa suis auribus audiuit, & ipsa uidet suis interioribus oculis, quod uirga ista, uirga gracilis, & pulchra, uirga humilis quidem, sed recta est beata uirgo Maria, & flos, qui de uirga ista ascendit, fructus uentris eius, est Christus Dei filius, & uirginis filius est, in quo qui promisit Deus, fidelis, & uerax inuentus est, qui iurauit Deus iustus, & Deus sanctus cōprobatus est. Quærēdū uerò hic est, cur placuerit spiritui sancto dicere: Egrediet uirga de radice Iesse, magis q; dicere, De radice Dauid, siue Abraham, quibus promisit, quibus Deus iurauit. Ad haec (inquit) si dixisset, de radice Dauid, uictoricē quidem praenunciaret ueritatē promissionis, sed ipsa dictio minus cōtineret sacramētū. Nūc autē plus habet mysterij, quia cū praenonio ueritatis tēdētis in semē Dauid, simul nos mittit in secretū paternae domus eius in

Psal. 51. d. Cassiodorus.

Radices, mltitudo stri diaboli.

Psal. 79. b. Radices, prophetae. Ambrosius.

Esa. 11. a. Virga, uirginitas. Radix, Patriarcha, familiae Iudaeorum. Virga, Maria. Flos, Christus. Cant. 2. a.

Flos cur dicitur Christus. Virga, caro Christi. Hilarius. Virga, uerbi doctrina. Psal. 44. b. Virga, dominus noster.

Esa. 11. a. Ibidem. Rupertus. Esa. 10. g. Esa. 11. a.

Saltus, tyranni, duces, imperatores. Libanus, gēs Iudaea, principes sacerdotum.

Virga, beata uirgo. Flos, Christus.

Esa. 11. a.

eius in rationem temporis, uel diei, quo missus est propheta Samuel ad ungendum regem, quera projecto Saule, prouiderat sibi dominus in filiis Iesse, qui & Isai. Quomodo enim dictū, quomodo factum est? Vitulum (inquit dominus) de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandū Deo ueni. Timebat enim Samuel. Audiet (inquit Saul, & interficiet me. Et impleuit cornu oleo, iuxta præceptum domini, & iuit. Ad immolandū (ait) domino ueni. Sanctificamini, & uenite mecum, ut immolem. Sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & uocauit eos ad sacrificium. Quumq; ingressi essent, uidit, Heliab, & ait: Num coram domino est Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelem &c. usq; Et unge eū &c. Et cap. 21. Nulla potest uerbis lingua cōsequi, imo nec cuiusquā cogitatu comprehendere mens hominis, quanta uobis cōmoda prouenerunt, ex eo quod humilitas diuinitatis, humilitas uerbi Dei, non diuitem, sed pauperem uirginem matrem sibi elegit, quod ancillam suam respexit, tanto apud se coram diuitibus, uel superbis humilem, quāto constat excelsis libani cedris minorem esse uirgam quamlibet de radice uetusta egredientem. Si enim parentes Christus diuites elegisset, quis hodie pauperibus in Ecclesia Christi locus esset? Et in librum primum Regum, cap. 23. exponens illud Apocalypsis, Ego sum genus, & radix Dauid: Nā (inquit) qui postea per nouam carnis natiuitatem factus est genus Dauid, ipse iam per antiquam diuinitatis naturam erat radix Dauid, spiritus sancti uerum oleum, ueramq; pinguedinem subministrans, unde floreret, fronderet, fructumq; faceret, imo & pater ipsius esse fieret Dauid. Igitur quemadmodum arbor a radice pinguedinem sumit, unde fructificet temporibus suis, sic iste ab illa radice sua sumpsit quæ thesaurizaret testimonia domino suo filio suo, factis mysticis, dictis prophetis. Et in Apocalypsi eadem uerba exponēs, hoc pacto scribit. Ego sum radix, & genus Dauid &c. Ac si dicat: Ego sum ille Iesus, qui dominus, & filius sum Dauid, qui secundum hominem passus, & sepultus, mane resurrexi a mortuis. Nam quia dominus, & creator sum Dauid quēadmodum testatur ipse dicens in spiritu: Dixit dominus dño meo sede a dextris meis. Idcirco radix, & quia filius Dauid natus, uel factus ex semine eius secundū carnem, idcirco genus sum Dauid. Et nunc quidem, qui diu in hoc uiuentes per fidem ambulatis, stella uobis sum splendida, & matutina, ex quo resurrexi a mortuis. Tūc autem me solem habebitis, quum in ciuitatem talem, quam audistis, intraueritis, quā claritas Dei illuminauit, quæ nō eget lumine solis, aut lunæ, propter hoc ipsum, quia illuminauit eam claritas Dei. Et alibi eadem uerba exponēs: Quare (inquit) dixit de tribu Iuda radix Dauid, quum sic dicere potuisset, de tribu Iuda, de stirpe Dauid? Christus enim ut de tribu Iuda, ita & de semine Dauid est. Cur ergo ut de tribu Iuda non ita dixit, de stirpe, uel de semine Dauid? Videlicet quia tali dictione rem, uel causam non tetigisset, unde leo sit, & unde uincere potuerit. Christus nanq; unde de tribu Iuda est, & ex semine Dauid, non inde Deus est, neq; inde mortem uicit, aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanquam agnus mori, uel occidi potuit. Magnificentius ergo dictum est, ut dici debuit, Radix Dauid. Magnificum quippe, & mirabile est eius esse radicem, de cuius stirpe descendit. Nam si ad carnem respicias Christi, sic non est ille radix Dauid, quoniam non radicem uitis portat, sed uitem radicem. Itaq; secundum diuinitatem dictum est, Radix Dauid: quia uidelicet sicut radix uitem, aut palmitem, ita patrem suæ carnis Dauid portat Christus secundum suam diuinitatē. Vnde enim Dauid, & tota gens illa scripturis prophetis uinea domini dici cōsueuit, nisi quia per fidem uenturo inhærebat Christo, qui dicit: Ego sum uitis; Deniq; sicut Apostoli palmites, sic Dauid uitis huius est palmes, nec aliquis ueterū, aut nouorum ad uineam dñi pertinere potest, aut potuit, nisi qui per fidē uitū huic inhæret, aut inhæsit.

De eadē radice & Ramo, & Ramno, & rana, & rationale, & reclinatorio. Cap. II.

ET Origenes exponens illud Apostoli: Et si radix sancta, & rami. Radicem (inquit) hanc alij Abrahamā nomināt, alij Seth, alij aliquem unum ex patribus bonæ mentis ponunt. Ego autem radicem aliā quæ sancta sit, & sanctas primitias nescio nisi dominū nostrum Iesum Christum. Ipse est enim primitiæ omnium, uel delibatio, ut in præsentī loco habemus Apostoli, secundū id quod alibi dicitur de eo: Qui est primogenitus omnis creaturæ. Huic nāq; radici omnis qui saluatur inferitur, & ex hac delibatione sancta, omnis massa humani generis sanctificatur. Et uerē sicut radix sancta, manentibus in se ramis sanctitatis, pinguedinem præbet, dum per spiritum suum sanctum adherentes sibi uiuificat, uerbo excolit, sapientiā floridos reddit, & in omnium uirtutum plenitudine afferre fructus uberes facit, ita ut & ipsa dicat de eis: Ego autē sicut oliua fructifera in domo Dei, Etenim si rami, qui fracti sunt, propter incredulitatem fracti sunt, & qui stant, fide stant, quis alius erit in quo stant nisi Iesus Christus? Et quis est alius, a quo per incredulitatem fracti sunt, nisi ipse, cui non crediderunt? Semper ergo quicumq; aduenæ ad fidem, uel ad conuersationem Israël ueniebāt, Christo, qui erat uerus Israël, inferebātur. Præcipuè tamen ex tēpore aduētus eius multus oleaster insertus huic radici, uel ramis eius, Apostolis uidelicet, & prophetis Dei, ut qui inseruntur

1. Reg. 16. a.
Apoc. 22. c.
Apoc. 22. c.
Psal. 109. a.
104. 15. a.
Roma. 11. b.
Primitiæ, uel de libatio, Christi.
Col. 1. b.
Psal. 51. b.

runtur eis, focij fiant radicis, & pinguedinis Christi. Post hæc docet nos Apostolus, nō extolli aduersus radicem fractos ramos Israëlitas, neq; insultare eis, quia non nos radicem portamus, sed radix nos. Non enim habemus quod non accepimus. Si autem accepimus, quid gloriamur, quasi nō acceperimus? Et diuus Hieronymus, exponens illud Salomonis, Radix autem iustorū proficiet: Quia nimirum (ait) fides, & charitas electorum, qua radicati sunt in Christo, nequaquam eos fallit, sed ad perfectiora semper crescens, plusquam sperare nouit, in futuro percipiet. Et exponens illud Iob, Nec mittet in terram radicem suam: Quia tanquam (inquit) arbor euulsa est moriturus, ideo in terra uiuentium stabilitatem æternam, siue eorum consortium non habebit, eo quod hic prius spem, uel radicem fidei non præmisit, auram etiā salutis, ut sub umbra uiuat, refrigerij nō habebit. Ramus quid mysticè significet, habes in dictione, Radix. Ramus quoq; dicitur fidelis, ut habes in dictione, Lignū. Et diuus Gregorius, exponens illud Iob, Ramos eius arefacit flamma, id est, adherentes ei: Si enim sibi quosdam æternam patriam quærentes adiungeret, ramos in se uirides haberet. Sed quia ipsi quoq; qui ei coniuncti sunt, terrenis desiderijs æstuant, dum desideriorum flamma, clientium eius animos accendit, ramos eius arefacit, ut fructum boni operis nō ferat, quia ad appetenda infima per nequitiam anhelant.

Rhamnus autem quid mysticè significet, diuus indicat Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Priusquam intelligerent spinæ uestræ rhamnū, pro quo ipse legit, priusquam producat spinas uestras rhamnus tanquā uiuētes, tanquā in ira cōbibit eos: Rhamnus (inquit) spinarum genus est densissimarū. Primò hæc herba est mollis, & pulchra, ibi sunt tamē spinæ postea processuræ. Modo ergo delectat peccata, & quasi non compungunt. Priusquam ergo producat &c. id est, priusquā miserarum delectationū, & uoluptatū manifesta tormenta procedāt. Interrogent se, qui aliquid amant, & ad id peruenire non possunt, uideant, si non cruciantur desiderio, & quum peruenerint ad id, quod illicitè desiderant, attendāt, si non cruciantur timore. Videant ergo hīc pœnas suas, antequā ueniat illa resurrectio, quum in carne resurgentes, non immutabuntur. Omnes enim resurgemus, sed non omnes immutabimur. Habebunt quippe corruptionem carnis in qua doleāt, non in qua moriātur, alioquin & illi dolores finiētur. Tunc spinæ illius rhamnū, id est, dolores omnes, & compunctiones tormentorum producentur. Quales spinas patietur illi, qui dicturi sunt: Hī sunt, quos aliquādo habuimus in risum? Spinæ compunctionis pœnitentiæ, sed feræ, & infructuosæ sunt, sicut spinarum sterilitas. Pœnitentia huius temporis, dolor medicabilis est, pœnitentia illius temporis, dolor pœnalis est. Non uis illas pati spinas, hīc compungere spinis pœnitentiæ, ut facias quod dictum est: Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Peccatum meum cognoui, & iniquitatem meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduersus me delictum meum domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Modo fac, modo compūgere, ne in te fiat quod dictum est de quibusdam detestabilibus: Discissi sunt, nec compuncti sunt. Ecce præter Ecclesiā sunt, nō eos pœnitent, ut redeāt unde discissi sunt, producet postea spinas eorum rhamnus. Nolūt modo habere compunctionem medicinalem, habebunt postea pœnalem. Sed etiam modo priusquam producat spinas rhamnus, supercecidit ignis, qui eos nō permittit uidere solem, qui eos adhuc uiuentes in ira Dei combibit. Ignis concupiscentiarum malarum, bonorum uanorum, superbix, auaritiæ suæ, & quicquid eos premit, ne cognoscant ueritatem, ne uicti uideātur. Ergo ille ignis concupiscentiarum malarum, qui supercecidit, ut non uideāt solem, combibit rhamnum priusq; producat spinas eorum, id est, occultat eorum malam uitam, priusquam pariat eadem uita manifestos in fine cruciatos, sed in ira Dei occultat rhamnum ignis iste. Non enim parua pœna est, quod modo nō uident solem, nec spinas pœnarum credunt ex hac uita malas sibi postea processuras. Vos enim (inquit) rhamnus estis, quem rhamnū, id est, uos ipsos uiuentes, id est, adhuc in hac uita cōstitutos, priusq; in futuro iudicio spinas pœnarum uestrarum manifestas producat, nūc in ira combibit, id est, quasi absorbendo apparere nō sinit. Nō dixit autem uiuentes, sed tanq; uiuentes, quia falsa est hæc uita impiorum. Neq; enim uiuūt, sed uiuere sibi uidentur. Et sic dixit: Tanq; in ira, & non, In ira, quia tranquillitas hoc facit Deus. Nam & hoc scriptum est: Tu autem domine uirtutum, cum tranquillitate iudicas.

Rhamnus significat & diabolus, ut habes in dictione, Ficus, cap. 21. Rana quid mysticè significet, diuus insinuat Hieronymus, exponēs illud Psalmi, Et ranam, & disperdidit eos: In ranarum uocibus (inquit) poetarum carmina designantur, quæ per inflationem uerbositatis exterminationū fabulas intulerunt. Et exponēs illud Psalmistæ, Et dedit terra eorum ranas &c. In ranis poetarum carmina designantur, qui a catholica regula discrepantes, regum terrenorum corda deceptionum fabulis replent. Rationale quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius in epistola ad Ioānem episcopum: Diuina (inquit) uocē præcipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicij uittis ligantibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola cōstringat.

1. Cor. 4. b.
Prouerb. 12. b.
Hieronymus.
Iob 15. d.
Gregorius.
Iob 15. d.
Augustinus.
Psal. 57. b.
Rhamnus, spinae genus, peccatum.
1. Cor. 15. g.
Sapient. 5. a.
Psal. 31. a.
Psal. 34. c.
Psal. 57. b.
Sapient. 12. c.
Psal. 77. e.
Rana, poetae carmen.
Hieronymus.
Psal. 104. c.
Gregorius.
Exod. 28. c. & d. & e.
Nec ind

Nec indiscretum quid, uel inutile cogitet, qui ad exemplum alijs constitutus, ex grauitate semper debet ostendere, quantam in pectore rationem portet. In quo etiā rationale uigilanter adiungitur, ut duodecim patriarcharum nomina describantur. Ascriptos enim patres in pectore ferre, est antiquorum uitā sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur, quum exempla patrum praecedentium indefinenter intuetur, quū sanctorum uestigia sine cessatione considerat, & cogitationes illicitas deprimit, ne extra ordinis sui limitē pedem operis tendat. Et Rupertus libro quarto in Exodum, cap. 22. Pulchrē (inquit) hoc ipsum quod in medio est, appellatur rationale. Ratione enim cūcta plena sunt, & terrena haerent caelestibus, imò ratio terrenorum, & temporum, caloris, & frigoris, & duplex inter utrunq; temperies de caeli cursu, & caeli ratione descendit. Vnde & rationale cum Ephod fortius stringitur. Porro quod dicitur, pones in rationali iudicij doctrinam, & ueritatem, hoc ipsum significat, quod nunquam in Dei ratione mendaciū sit, sed & ipsa ueritas, multis signis, & argumentis mōstretur hominibus, & usq; ad mortales ueniat. Vnde factū est, ut rationem solis, & lunae, & anni, & mensiū, & temporū, & horarū, tempestatum quoq; serenitatis, & uentorum, & rerum omnium nosceremus, accipientes à Deo insitam sapientiam, & ipso habitatore, atq; doctore domicilij sui, atq; nobis, & fabricae scientiā demonstrante.

Lapides duodecim, duodecim patriarcharum nomina. Rupertus,

Rupertus. Cant. 3. d.

Ferculum, scriptura sacra. Psal. 22. a. Pascuae locus, scriptura diuina. Ascensus purpureus, Deus, & homo.

Psal. 71. a.

Ligna Libani, homines sancti.

Deut. 8. a.

Argentum, exterius eloquiū.

Aurū, interior sensus. Psal. 11. a.

Matth. 22. d.

Deut. 10. c.

Quid reclinatorium mysticē significet, require in dictione, Lignū. Et Rupertus exponēs illud Cantico, Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascēsum purpureum: Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem; Ferculum (inquit) regis Salomonis, scripturae sunt ueritatis, omnes una mensa domini cuncta regētis, & omnibus prouidētis, quēadmodum dicit: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit. Quid enim est, in loco pascuae ibi me collocauit, nisi fecit me studere in scripturis? Ibi regit me, scilicet ne quid prauē intelligam, & nihil mihi deerit, uidelicet quod ad intelligendum mihi necessarium sit. Altissimum est huiusmodi ferculum, & habet ascēsum. Qualem ascensum? Purpureum. Quid est ascensus purpureus? Deus, & homo Christus pro salute hominum passus, & sanguine suo purpuratus. Istud credere, ascēdere est. Qui sic ascēdit, illum ad resurrectionem uitae, quae est in scripturis diuinis admittit. Nam qui sic non ascendit, qui nō credit, nunquam scripturas intelligit. Idcirco Iudaei nō intelligūt, & caeci sunt, quia nō ascendūt per hūc ascensum purpureum, nō credūt Christum de Maria uirgine natum, & eum qui à patribus ipsorū crucifixus, Deum esse, ac dominum regem, Salomonem uerum, regem aeternum. Exempli gratia: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis &c. Quomodo haec, & horum similia intelligit, qui alium Salomonem, alium regem, siue filium regis nō recipit, nisi illum hominem, qui suo tempore regnauit, & mortuus est sicut ceteri homines? Nimis arduum est illi ferculum hoc regis, nec attingere potest quicquam de uitalibus cibis, quos ibi sapientia praeparauit. Vnde rex Salomon hoc ferculum fecit. De lignis Libani, id est, de hominibus sanctis, hominibus fidei imputribilibus, quorum quādam similitudinem habent ligna Libani, id est, cedri, per id quod sunt naturae impubilis. Quomodo fecit? Eo uidelicet modo, quo ad illos factum est uerbum domini. Ipse enim rex Salomon erat uerbum domini, & per spiritum sanctum corda illorū impleuit, & linguas disertitas fecit, ut de caelestibus scirent eloqui, qui non ab hominibus, neq; per homines fuerāt docti, atq; ita locuti sunt, & scripserūt, quae pascua uitae, in quibus homo uiuit, quemadmodū ipse dicit: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Ibi est argentum, ibi est aurū. Nā colūnas eius fecit argēteas, reclinatoriū aureū. Quod est illud argētū, & quod illud aurū? Argentū illud est exterius eloquiū ualde nitidū, aurum uero interior maiestas sensuū. Aurū (inquā) imò desiderabiliora sunt super aurū, & lapidē preciosum multū, quae intrinsecus latent, nitidiora uerò super argentū, quae extrinsecus patēt: Eloquiū dñi (inquit Psalmista) eloquiū casta, argētum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplū. Quod dicit casta, quod dicit argentum, ad hanc similitudinē dicit, quia sicut casta mulier à labe corruptionis est immunis, & sicut argentum bene excoctum, à cūctis sordibus redditur uacuum; sic uerbis, siue eloquijs domini nihil falsitatis, nihil superfluitatis potest esse admixtum. Cunctam hominum sapientiam, cunctam rectorum saeculi huius eloquentiam exuperat hoc regis Salomonis ferculum, scilicet omne canonicae corporis scripturarum, unde hīc animae uiuere incipiunt, & in aeternum uiuunt. Media charitate constrauit, propter filias Hierusalem. Quomodo constrauit, ipse dicat rex Salomon. Audiuius quia dicit ipse: In his duobus mandatis, uniuersa lex pendet, & prophetae. Dixerat enim interrogatus à Phariseis, quod esset mandatum magnum in lege: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Statimq; intulit: In his duobus mandatis, uniuersa lex pendet, & prophetae. Verè dixit, & antiquam ueritatem dixit. Quid em̄ aliud ab antiquo dominus petit? Et nūc Israel (inquit Moyses) quid dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas, & diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua? Ergo media ferculi rex

culi rex Salomon charitate cōstrauit, id est, in medio scripturarum principatum charitatis posuit, quia reuera de quo pendent cetera omnia, illud rectē mediū, ac principale dicitur, & est. Vt quid media taliter charitate constrauit? Propter filias Hierusalem. Quas propter filias Hierusalem? Quae sunt illae filiae Hierusalem? Animae fideles, amantes quidem Hierusalem ueluti matrē, sed uirilem, id est, perfectam, necdum habentes in operibus iustitiae uirtutē, scilicet in hoc, ut omnia relinquere propter regem Salomonem, & suum quoq; pro illo ualeat erogare sanguinem, ut in uirgineo proposito sacram, & beatam sponsi, & sponsae, dilecti, & dilectae, de quibus hic sermo est, iugem celebrare festiuitatem. Quomodo, uel in quo filiabus huiusmodi proficit, quod media ferculi rex Salomon charitate constrauit? Nimirum in eo, quod facere possunt, & suum faciūt illud quod est aliorum, quod est uirorum, siue fortium. Verbi gratia: Non sunt carne uirgines, sed bonū uirginis tatis in te, o beata Maria, diligendo, suum faciunt. Non alia praeter te genuit regem Salomonem, regem tam magnum, tam magnificum, sed ille, diligendo in te hoc tam grande priuilegium, regis eiusdem matres fiunt. Item: Non sunt martyres, neq; sufficiunt inter fortes praleari, & pro amore regis Salomonis fundere sanguinem suum, sed martyres diligunt, & diligendo illos, gloriā eorum suam faciunt. Amplius dicam: Non sunt dñj, sed diligendo Deum, dñj, uel filij Dei sunt, sicut scriptum est: Ego dixi dñj estis, & filij excelsi omnes.

Psal. 81. d.

Quid regnum caelorum mysticē significet.

Cap. III.

Quid regnum caelorum mysticē significet, diuus significat Gregorius, libro Moralium de cimonono, capite sexto, exponens illud Euangelicum, Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum: Regnum caelorum Ecclesiam praesentem appellat, de qua scriptum est: Et colligent de regno eius omnia scandala. In supremo etenim regno scandala, quae ex eo colligi debeant, non habentur. Qui ergo soluit opere, & sic docet uoce, in isto regno caelorum erit minimus, in illo nec minimus. Et homilia undecima in Euangelia, exponens illud Euangelicum, Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias &c. Ille (inquit) in sancta Ecclesia doctus praedicator est, qui & noua scit proferre de suauitate regni, & uetusta dicere, de terrore supplicij, ut uel poenae terreant, quos praemia non inuitant. Audiatur de regno quod amet, audiatur de supplicio unusquisq; quod timeat, ut torpentem animum & terrae uehementer inhaerentem, si amor ad regnum nō trahit, uel timor mineat. Et in principio homiliae hoc pacto scribit: Simile est regnum caelorum thesauro abscondito &c. Caelorum (inquit) regnum idcirco terrenis rebus simile dicitur, ut ex his, quae animus nouit, surgat ad incognita, quae non nouit, quatenus exemplo uisibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea quae usu didicit, quasi confriatus incalescat, ut per hoc quod scit notum diligere, discat & incognita amare. Ecce enim caelorum regnum thesauro abscondito in agro comparatur. Regnum quoq; caelorum (ut idem Gregorius ait homilia 20. in Euangelia) dicitur locus iustorum, iuxta illud: A diebus Ioannis Baptistae usque nunc regnum caelorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Quae supernae uerba sententiae nobis sunt magnopere perscrutanda. Nam quaerendum est, quomodo uim pati regnum caelorum possit. Quis enim caelo uiolentiam irrogat? Et rursum quaerendum est: Si pati uim regnum caelorum potest, & uiolenti rapiunt illud, cur eandem uim à diebus Ioannis Baptistae, & nō etiam ante pertulerit? Sed quum lex dicat: Si quis haec, uel illa fecerit, morte moriatur, cunctis legentibus liquet, quia peccatores quosque poena suae seueritatis perculit, non autem poenitentiam ad uitam reduxit. Quum uerò Ioannes Baptista, redemptoris gratiam praecurrens, poenitentiam praedicat, ut peccator qui ex culpa mortuus est, per conuersionem uiuat, profectio à diebus Ioannis Baptistae regnum caelorum uim patitur. Quid est autem regnum caelorum, nisi locus iustorum? Solis enim iustis caelestis patriae praemia debentur, ut humiles, casti, mites, atq; misericordes ad gaudia superna perueniant. Quum uerò quis uel superbia tumidus, uel carnis facinore pollutus, uel iracundia accensus, uel crudelitate impius, post culpas ad poenitentiam redit, & uitam eternam percipit, quasi in locum peccator intrat alienum. A diebus ergo Ioannis Baptistae regnum caelorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, quia qui poenitentiam peccatoribus indixit, quid aliud, quam regno caelorum fieri uiolentiam docuit? Recogitemus ergo mala quae fecimus, & nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Haereditatem iustorum, quam nō tenuimus per uitam, rapiamus per poenitentiam. Vult à nobis omnipotens Deus talem uiolentiam perpeti. Nam regnum caelorum rapi uult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur. Et diuus Ambrosius sermone decimoquinto, de natali domini: Magna (inquit) est elemosyna, quae ardentium criminum globos beneuolentiae suae fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incedia delictorum, ut quamuis offensus Deus,

Gregorius. Matth. 5. c.

Regnum caelorum, ecclesia praesens. Matth. 13. f. Matth. 13. g.

Matth. 15. f.

Regnum caelorum, locus iustorum. Matth. 11. b.

Exod. 19. b. & 21. b.

Matth. 3. a.

Ambrosius.

quamuis criminibus provocatus, cogatur liberare eleemosynis, quæ disposuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodo, dum compellitur pro actibus nostris mutare sententiam, & in uno, eodemque homine, nunc seueritate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis Deus est, quum bene agimus, iudex noster est, quum peccamus. Compellitur ergo operibus nostris dominus, ut nobis sua misericordia largiatur, atque ideo ipse in Euangelio sancto dixit: A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum cogitur. Regnum cælorum, non nisi Christus dominus, qui regnat in cælis. Cogi autem uerbum tunc solet dici, quum res aliqua rarior assidua operatione densatur. Ex quo ergo Ioannes Baptista saluatoris annunciauit aduentum, ex eo regnum cælorum, quod prius fluidum, & remissum apud Iudæos iacebat, credentium populorum cepit assiduitate densari, & omnis illa regni raritas prædicationum frequentatione solidari. Tam enim rarum fuit apud Iudæos regnum, ut transiret ad gentes, tam fluidum, ut emanaret ad populos. Nunc autem tanta credentium cogitur densitate, ut fixum, & solidum maneat sine fine, sicut scriptura dicit: Et regni eius non erit finis. Cogimus ergo regnum cælorum, & uim quodammodo facimus, sicut ait Euangelica lectio: Et uim facientes diripiunt illud. Vim (inquam) facimus Deo, non compellendo, sed fiendo, non prouocando iniurijs, sed lachrymis exorando, non blasphemando per superbiam, sed per humilitatem mœrendo. O beata uiolentia, quæ non indignatione percutitur, sed misericordia condonatur. Beata (inquam) uiolentia, quæ uim patienti bonitatem elicit, & utilitatem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur, uis admittitur, & religio propagatur. Quisquis enim uiolentior Christo fuerit, religiosior habebitur à Christo. Aggredimur ergo in itinere dominum, siquidem ipse est uia, & more latronum suis eum spoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros, & uitam: sed ille tam diues, & largus est, ut non abnuat, non resistat, & quum omnia dederit, nihilominus omnia ipse possideat. Aggredimur (inquam) illum, non ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in congressione certamus. Ut autem his armis uti in ui inferenda possimus, antè corporibus nostris uim quodammodo faciamus. Expugnemus membrorum uitia, ut uirtutum præmia consequamur. Prius enim ipsi regnare debemus in nobis, ut regnum possimus diripere saluatoris. Ait ergo Euangelium: Et uim facientes diripiunt illud. Raptores igitur sumus, raptores autem non nisi diripiunt aliena. Agnosco ueram esse sententiam. Christum enim Ecclesia rapuit synagogæ, & alienæ gentis regnum uim faciendo possedit. Nam saluator missus sub lege, natus in lege, nutritus iuxta legem, dum à Iudæis negligitur, à gentibus occupatur, & dum à sacerdotibus perditur, à peccatoribus inuenitur, sicut ipse ait: Publicani, & peccatores præcedunt uos in regno cælorum. Raptores igitur sumus, mirandum non est. Quippe qui à tali autore descendimus. Scriptum est enim de patriarcha nostro Beniamin: Lupus rapax. Rapit enim quod suum non est, ita & nos uelut filij rapacis lupi alienarum pastorem ouium nostra intentione præripimus, sicut ipse dicit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israël. Rapitur itaque Christus, quum à Iudæis dimittitur, & ab alijs prædicatur. Rapitur Christus, quum occiditur à Iudæis, & sepelitur à nobis. Rapitur Christus à uigilantibus discipulis, à dormientibus perditur Phariseis, sicut mentiendo ipsi confessi sunt, dum custodias ponerent sepulturæ post resurrectionem domini, dicentes: Quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Unde spiritualiter intelligimus, quia Christum omnes dormientes perdunt, uigilantes inueniunt. Et diuus Augustinus sermone primo, de natiuitate Ioannis Baptistæ, A diebus Ioannis regnum cælorum uim patitur &c. Nouimus quia familiariter mens humana in diuersis huius mundi illecebris, & concupiscentijs deuiecta fugit laborem, expetit uoluptatem, & uix adducitur, ut consuetudinem à se uitæ prioris excludat, sed quum cœperit cogitare ultimi diei necessitatem, ac futuri iudicij pœdus, incitata, & stimulata uel spe præmij, uel timore supplicij, uoluntarium bellum indicit passionibus, & uim facit pristinis suis desiderijs, & uiolenter se uincere ipsa contendit. Non enim sine uiolentia fieri potest, ut de abundantia, & delictijs ad famem, & sitim, ad abstinentiam, & crucem transeat, ut somno prius, atque ocio amicam carnem contritione, uigilijsque conficiat. Non (inquam) sine uiolentia fieri potest, ut unusquisque iracundiam patientia, superbiam humilitate commutet, amore paupertatis diuitiarum, ac sufficientiæ affluentiam superet, uiolentiam sobrietate, luxuriam castitate condemnet, & homo subito in uirum transformetur perfectum, & quodammodo alter reddatur ex altero, ac sic à talibus per uiolentiam regnum cœlestis diripitur. Duo autem sunt abstinentiæ, & crucis genera, unum corporale, aliud spiritale. Vnum à potu, atque epulis temperare, appetitum gulæ à delectationibus, & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quæ per tactum, & gustum, uisumque decipiunt sensum uiriliter reuocare, ac uiolenter abstrahere. Alterum abstinentiæ, & crucis genus est preciosius, atque sublimius, motus animi tegere, & perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare, iræ, ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrænare, litigare quotidie contra uitia sua, increpare se

Matth. 11. b.
Regnum cælorum
Christus.

Luc. 1. c.
Matth. 11. b.

Ioan. 14. d.

Matth. 11. b.

Matth. 21. b.

Gen. 49. d.

Matth. 15. c.

Matth. 28. c.

Augustinus,
Matth. 11. b.

pare se quadam censura austeritatis, & uirtutis, & rixam quodammodo cum homine interiore conserere. Preciosa in conspectu Dei, & gloriosa crux, cogitationes malas in potestatem redigere, uoluntates proprias abnegare, easque interiori examinatione discutere, & regentis imperio subiugare, à sermone, atque opere quo anima læditur tanquam à cibis noxijs abstinere, & sensum ab his quæ contraria sunt spiritali temperantia sobriū custodire. Hæc qui facit, prærupto passionis muro, uolenter ad cælorum regna conscendit. Vim itaque sibi factura est anima, ut palmam laborum, quam sibi subtrahi multis inimicis aduersantibus senit, uiribus contendat eripere. Necessè ergo est cum summo labore ex hoc mundo rapere palmam salutis, & quasi excubantibus, & circumiectis hostibus obsessos peruigili intentione fructus decerpere, & prædam à thesauro uitæ, uelut de medio abreptam sæculi huius incendio reportare. Est & aliud direptionis genus, quando alijs promissa, & oblata diripimus. Saluator ad hoc uel maximè suscepta incarnatione descenderat, ut Iudæorum populū iustificaret, sicut ipse in Euangelio loquitur: Non sum (inquit) missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. Sed & discipuli ita incredulam Synagogæ plebē coarguebant: Vobis (inquiunt) prius oportuerat uerbum Dei loqui, sed quia uos indignos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ergo quum Iudæi munera sibi parata respuerent, publicani, & peccatores ex gentibus crediderunt, ac sic rapit Ecclesia synagogæ regnum. Regnum enim nostrum Christus est. Rapimus itaque eum illis dormientibus, sicut ipsi in Euangelio cōsitentur: Dicite (inquit) quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Surgat ergo qui dormit, ne forte Christum per negligētiam resolutus, amittat, dum mens eius in infidelitate, & in corpore dormitat. Rapitur itaque regnum cælorum, dum negatur à domesticis, & à gentibus adoratur. Rapitur cum alijs ad salutem mittitur, ab alijs inuenitur. Quum enim eum sui recusant, percipiunt alieni. Insestantur proprii, complectuntur inimici. Quando hæreditatem ciuis respuit, peregrinus inuadit. Filius repudiat, seruus recognoscit. Adhuc, & alio ordine regnum cælorum uim patitur, quando illud homines acquirunt, quod Angeli perdidit, quando illud ceptatū humiles ascendunt, unde superbi incolæ ceciderunt. Ergo quum inter tantos inuidos, inter tantos latrones, & inuisibiles insidiatores uiuamus, quibus tandem uiribus cælorum regna capiemus? Quis (inquam) nisi obediendo doctoribus, & uitijs, & iniustitijs ex cupiditate nascentibus resistendo, declinando peccata, & ea ieiunijs, atque eleemosynis redimendo? Et Theophylactus, A diebus autem Ioannis Baptistæ &c. Videntur hæc superioribus non cohærere, sed non sic habet. Vide igitur. Etenim de se dixerat Christus, quod maior sit Ioannes, & cogit illos, ut ei credant, ostendens, quod multi rapiant regnum cælorum, hoc est, fidem in se. Opus autem est uirtute multa. Relinquere enim patrem, & matrem, & animam suam contemnere, quanta uis?

Matth. 25. c.
A. E. 13. g.

Regnum, Christi
suis.

Matth. 28. c.

Theophylactus
Eius.

De eodem regno.

Cap. III.

Diuus quoque Augustinus libro unico de fide, & operibus, hoc modo scribit: Hæc est (inquit) fides de qua dicitur: Regnum cælorum intra uos est. Hanc enim diripiunt, qui uim faciunt credendo, impetrantes spiritum charitatis, ubi est plenitudo legis, sine qua lex in litera reos faciebat, etiam præuaricationis. Non itaque putandum est ideo dictum: Regnum cælorum uim patitur, & qui uim faciunt, diripiunt illud, quia etiam mali tantummodo credendo, & pessimè uiuendo perueniunt in regnum cælorum: sed quia reatus ille præuaricationis, quem sola lex, id est, litera sine spiritu iubendo faciebat, credendo soluitur, & uiolentia fidei spiritus sanctus impetratur, per quem diffusa charitate in cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore completur. Et libro secundo, quæstionum Euangeliorum, quæstione tricesima septima, Regnum (inquit) cælorum uim patitur &c. Non solum ut quisque ista temporalia contemnat, sed etiam linguas deridentium se talia contemnentem. Hic enim ui facta inuadit quodammodo quasi prædator uiolentus regna cælorum. Hoc enim subiunxit Euangelista, quum dixisset derisum fuisse Iesum à phariseis, quum de contemnentis terrenis diuitijs loqueretur. Et libro primo de sermone domini in mote: Quisquis (inquit dominus) uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus. Quam uerum est, quod regnum cælorum uim patitur, & qui uim faciunt, diripiunt illud. Quanta enim ui opus est, ut homo diligat inimicos, & oderit patrem, & matrem &c. Vtrūque enim iubet, quia regnum cælorum uocat. Et quomodo hæc non sint contraria, ipso duce ostendere facile est, sed ea intellecta implere, difficile est, quanquam & hoc eodem ipso adiuuante facilissimum. Regnum enim æternum, quo discipulos suos, quos etiam fratres appellat, uocare dignatus est, non habet huiusmodi necessitates temporales &c. Sancti quoque dicuntur regnum Dei, ut diuus scribit Augustinus libro unico ad Orosium contra Priscillianistas, capite septimo: De regno (inquit) Christi, non secundum id, quod in principio

Augustinus,
Luc. 17. e.

Matth. 11. b.

Rom. 5. d.

Matth. 11. b.

Luc. 14. f.

Matth. 11. b.

Matth. 28. c.

Augustinus.

cipio uerbum Deus apud Deum. (Nam illinc nemo unquam dubitauit, quod sit rex omnium saeculorum) sed secundum hominis susceptionem, & mediatoris sacramentum, & ex uirgine incarnationem, apertissime dictum est, quod finem non sit habiturum. Et regnabit (inquit) in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Nunquid autem regnum in domo Iacob, & in sede David intelligi potest, nisi in Ecclesia, & in eo populo, qui est regnum eius, de quo etiam dicit Apostolus: Quum tradiderit regnum Deo, & patri, id est, quum perduxerit sanctos suos ad contemplationem patris, utique & ad suam, secundum id quod Deus est aequalis patri: Non enim sic tradit, ut ipse amittat, quia & pater dedit filio habere uitam in semetipso, nec utique amisit ipse. Ac per hoc si regni eius non erit finis, profectio sancti eius, qui sunt regnum eius, cum illo sine fine regnabunt. Quod autem illo loco dicit Apostolus: Deinde finis, quum tradiderit regnum Deo, & patri, ibi finem non consumentem, sed perficiemem significat, sicut dictum est: Finis enim legis, Christus &c. Et libro de trinitate primo, capite decimo: Tradet (inquit) regnum Deo, & patri dominus noster Iesus Christus, non se inde separato, nec spiritu sancto, quando perducet credentes ad contemplationem Dei, ubi est finis omnium bonarum actionum, & requies sempiterna, & gaudium quod nunquam auferetur a nobis.

Luc. 1. 6.

1. Cor. 15. 6.

Rom. 10. 4.

Quid regulus serpens, & renes mystice significant.

Cap. V.

Quid regulus serpens mystice significet. Diuus indicat Gregorius, libro Moraliu decimo quinto, capite octauo, exponens illud Esaiæ, Oua aspidum ruperunt, & telas aranearum texerunt, Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum est, erumpet in regulum: Oua (inquit) aspidum prauis hominibus rumpere, est malignorum spirituum consilia, quae in eorum cordibus latent, peruersis operibus aperire. Telas quoque aranearum texere, est pro huius mundi concupiscentia, temporalia quaelibet operari, quae dum nulla stabilitate solidata sunt, ea proculdubio uentus uitae mortalis rapit. Qui comederit &c. quoniam qui immundorum spirituum consilia recipit, uitam in se animae occidit. Et quod confotum &c. quia consilium maligni spiritus, quod corde tegitur, ad plenam iniquitatem nutritur. Regulus namque serpentum rex dicitur. Quis uero reproborum caput est, nisi antichristus: Quod ergo confotum fuerit, erumpet in regulum, quia is, qui in se enutrienda aspidis consilia respicit, membrum iniqui capitis factus, in corpus antichristi accrescit. Et libro tricesimo tertio, capite tricesimo octauo: Leuiathan non solum serpens, sed etiam regulus dicitur, pro eo quod immundis spiritibus, uel reprobis hominibus principatur, sicut Esaias ait: De radice colubri, egredietur regulus. Inspiciendum nobis summopere est, qualiter regulus perimat, ut ex operatione reguli, huius nobis malitia apertius innotescat. Regulus namque non morsu perimit, sed flatu consumit. Saepe quoque aërem flatu afficit, & quicquid uel positum longè contigerit, sola narium inspiratione tabefacit. Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore uitae temporalis aestum congerit multiplicium cogitationum.

Gregorius. Esa. 59. 4. Oua, consilium. Aspis, malignus spiritus. Telo aranearum, temporalia bona.

Regulus serpens, antichristus.

Esa. 14. 8.

Regulus quo patet perimat.

Renes, cogitationes. Psal. 7. c. Corda, cogitationes. Renes, delectationes.

Cassiodorus.

Renum nomine, cogitationes designantur, ut diuus ait Augustinus, siue delectationes, iuxta illud, Scrutans corda, & renes Deus: Videt enim Deus omnium cogitationes, quae nomine cordis significatae sunt, & delectationes, quae nomine renum intelliguntur. Rectè quippe temporalium, & terrenarum rerum delectatio renibus tribuitur, quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est, ubi carnalis generationis uoluptas habitat, per quam in hanc aerumnosam, & fallacis laetitiae uitam, per successionem prolis natura humana transfunditur. Scrutans ergo cor nostrum Deus, & perspicuus ibi esse ubi est thesaurus noster, id est, in caelis: Scrutans etiam renes, & perspicuus nos non acquiescere carni, & sanguini, sed delectari in domino, dirigit iustum in ipsa conscientia coram se, ubi nullus hominum uidet, sed solus ille qui perspicit quid quisque cogitet, & quid quaeque delectet. Finis enim curae delectatio est, quia eò quisque curis, & cogitationibus nititur, ut ad suam delectationem perueniat. Videt igitur curas nostras, qui scrutatur cor. Videt autem fines curarum, id est, delectationes, qui perscrutatur renes: Ut cum inuenerit, non ad concupiscentiam carnis, neque ad concupiscentiam oculorum, neque ad ambitionem saeculi, quae omnia transiunt tanquam umbra, inclinari curas nostras, sed ad gaudia rerum aeternarum sustollere, quae nulla commutatione uiolantur, dirigit iustum, scrutans corda, & renes Deus. Opera enim nostra, quae factis, & dictis operamur, possunt esse nota hominibus, sed quo animo fiat, & quò per illa peruenire cupiamus, solus ille nouit, qui scrutatur corda, & renes Deus. Et Cassiodorus: Haec propria uirtus est Dei, & corda nostra discutere, & animi nostri uigorem potentiae suae luce penetrare. Nam licet nobis multo celliores sint

res sint potestatestates caelorum, nulli tamen creaturarum datum est cogitationum nostrarum plenissime secreta cognoscere. Agnoscit enim perfecte in nobis solus ipse qui iudicat. Propter quod dictum aestimo: Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Id est, qui cogitationes eius non intelligis. Nam nec nos ipsi, nobis sic manifesti esse possumus, quoadmodum diuinis aspectibus apparemus, quum de homine legatur: Peccata quis intelligit? Consideremus etiam corda ad cogitationes posita, renes ad constantissimum animi uigorem, siue ad corporeas delectationes. Et diuus Gregorius, libro Mor. 11. cap. 9. exponens illud Iob, Balteum regum dissoluit, & praecingit fune renes eorum, hoc pacto scribit: Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito reges uocantur. Sed quum de ipsa continentia elatione mens agitur, plerumque omnipotens Deus eius superbiam deserens, hanc in immundiciam operis cadere permittit. Regum itaque balteum dissoluit, quando in his, qui bene regere sua membra uidebantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Quid uero in fune accipitur, nisi peccatum? Sicut per Salomonem dicitur: Iniquitates suae capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et quia in renibus carnis delectatio principatur, districtus conscientiarum iudex, qui regum balteum dissoluit, fune praecingit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorum membris, delectatio peccati dominetur, ut quos in occulto superbia inquinat, quam sint delectabiles etiam in publico ostendat. Et homilia 22. in Euangelia: Quid in renibus, nisi delectatio carnis accipitur? Vnde & Psalmista postulat, dicens: Vre renes meos. Si enim uoluptatem libidinis in renibus esse nesciret, eos uri minime petisset. Vnde quia potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriam praeualuit, de illo uoce dominica dicitur: Potestas eius in libis eius. Qui ergo pascha comedit, habere renes accinctos debet, ut qui solennitatem resurrectionis, atque incorruptionis agit, corruptioni iam per uitia nulla subiaceat, uoluptates edomet, carnem a luxuria restringat. Neque enim cognouit quae sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Haec quibusdam dura sunt, sed angusta porta est, quae ducit ad uitam. Et diuus Augustinus, exponens illud Psalmistae, Vre renes meos, & cor meum: Quid est (inquit) Vre renes meos, & cor meum? Vre delectationes meas, ure cogitationes meas, ne aliquid mali cogitem, ne aliquid mali me delectet. Vre calore spiritus tui, de quo dicitur: Non est qui se abscondat a calore eius. Vre igne, de quo dictum est: Ignem ueni mittere in terram. Et exponens illud Psalmistae, Et renes mei mutati sunt: Quando (inquit) me delectauerunt temporalia ista, mutati sunt renes mei. Potest & sic intelligi, quia delectatum est cor meum in Deum, & renes mei mutati sunt, id est, libidines meae mutatae sunt, & castus totus factus sum.

Rom. 14. 4.

Psal. 18. d.

Gregorius.

Iob 12. c.

Reges qui dicuntur.

Balteus, castitas.

Funis, peccatum.

Prouer. 5. d.

Renes, carnis delectatio.

Psal. 25. a.

Iob 40. b.

Exo. 12. b.

Matth. 7. b.

Psal. 25. a.

Psal. 18. b.

Luc. 12. f.

Psal. 72. c.

Quid rete & rhinoceros mystice significant.

Cap. VI.

Quid rete mystice significet, diuus insinuat Gregorius exponens illud Euangelicum, Vado piscari &c. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis: Quid enim (inquit) mare, nisi praesens saeculum signat, quod se casuum (alias causarum) tumultibus, & undis uitae corruptibilis illidit: Quid per soliditatem littoris, nisi illa perpetuitas quietis aeternae figuratur? Quia ergo discipuli adhuc fluctibus mortalis uitae inerant, in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat, post resurrectionem suam in litore stabat. Ac si ipsum resurrectionis suae mysterium rebus discipulis loqueretur, dicens: Iam uobis in mari non appareo, quia uobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est, quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dixit: Haec sunt uerba, quae locutus sum uobis, quum adhuc essem uobiscum. Neque enim cum ipsis non erat, quibus praesens corporaliter apparebat, sed tamen iam se esse cum ipsis positus, fatetur non se esse cum ipsis, hoc quoque hic situ corporis indicat, quum adhuc eis nauigantibus, esse se iam in litore demonstrat. Facta est autem discipulis piscationis magna difficultas, ut magistro ueniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dixit, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis: Bis in sancto Euangelio legitur, quia dominus iussit, ut ad piscandum retia mitterentur, ante passionem uidelicet, & post resurrectionem. Sed priusquam redemptor noster pateretur, & resurgeret, mitti quidem rete ad piscandum iubet, sed utrum in dexteram, an in sinistram mitti debuisset, non iubet. Post resurrectionem uero discipulis apparatus, mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt, ut retia ruperentur. In ista autem & multi capti sunt, & retia rupta non sunt. Quis uero nesciat bonos dextra, & malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio, in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat, non iubetur, praesentem Ecclesiam designat, quae bonos simul, ac malos colligit, nec eligit quos trahat, quia &

Ioan. 21. a.

Mare, praesens saeculum.

Littus, quietis aeterna.

Luc. 24. f.

Luc. 5. a.

Ioan. 21. b.

Luc. 5. b.

Ioan. 21. d.

quos eligere possit, ignorat. Hæc autem piscatio post domini resurrectionem facta, in solam dextera missa est, quia ad uidentiam claritatis eius gloriam, sola electorum Ecclesia pertingit, quæ de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione præ multitudine piscium rete rumpitur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobis tantum intrant, qui ipsam quoque Ecclesiam hæresibus scindant. In ista uero piscatione & multi pisces, & magni capiuntur, & rete non rumpitur, quia sancta electorum Ecclesia in continua auctoris sui pace quiescens, nullis iam dissensionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus, ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram. Iam credo quod uestra charitas aduertat, quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta Ecclesia est commissa. Ipsi specialiter dicitur: Simon Ioannis amas me, pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in uoce, hoc nunc signatur in opere. Et libro Mor. 14. cap. 4. exponens illud Iob, Immisit enim in rete pedem suum, & in maculis eius ambulat: Qui pedes (inquit) in rete mittit, non quum uoluerit, efficit: sic qui in peccatis se deijcit, non mox, ut uoluerit, surgit, & qui in maculis retis ambulat, gressus ambulando suos implicat, & quum expediri ad ambulandum nititur, ne ambulet, obligatur. Sæpe namque contingit, ut quis huius mundi delectatione persuasus, in eo ad honoris gloriam pertingat, ad desideriorum suorum effectum perueniat, & peruenisse se ad hoc quod expetijt, lætetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, & plerumque habita uilescunt, precipiendo discit, quam sit uile quod expetijt. Vnde reuocatus ad mentem, exgrit qualiter sine culpa fugiat, quod se cum culpa conspicit adeptum, sed ipsa eum dignitas, quæ implicauit, tenet, & sine culpis alijs fugere non ualet hoc, ubi non sine culpa peruenit. Immisit ergo in rete pedes suos &c. quia quum expediri nititur, tunc ueraciter conspicit quam duris nexibus tenetur. Neque enim uerè obligationem nostram cognoscimus, nisi quum euadere nitentes, quasi leuare pedes conamur. Et diuus Hieronymus exponens illud Pro- uerbiorum, Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum: Frustra (inquit) laqueus persecutionis, aut mortis tenditur electis, qui pennas habent spei, & charitatis, ceterarumque uirtutum, quibus celestia, dum uiuunt, desiderant, ut ad hæc post mortem mereantur pertingere. Habent & oculos mentis, per quos & mala, quæ ab impijs sustinent, ocios transitura, & bona, quæ sustinendo meruerunt aeternè mansura præuideant. Quibus simul oculis, & reproborum superbiam cito consumendam, & tormenta sequentia semper mansura prospiciunt. Potest & ita accipi, quod rete dicat perniciosam malorum doctrinam, quam ab eo loco contexit, ubi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Frustraque iacitur rete ante eos, qui mundis oculis cordis superna contemplantur, qui dicere norint cum propheta: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Facile enim laqueos, qui in terra tenduntur, cauet, qui pennis uirtutum subuectus, conuersionem habet in cœlis. Vtrumque ergo rete frustra bonis parant reprobi, quia etsi suadent iniqua, superantur iustorum sapientia, & si insidijs inferunt aduersa, contemnuntur patientia. Siue oculi pennatorum sunt animæ beatorum, uirtutum pennis suffultæ, quæ acuto uisu celestia contemplantes, ad superna euolant, ante quorum intuitum, frustra ab impijs deceptionis rete præterditur, quia diuinitus adiuti, cunctos eorum laqueos facile transcendent, ad superna transeunt. Et exponens illud Ezechielis, Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in fagena mea (siue extraham te in hamo secundum septuaginta): Rete domini (inquit) ueteris, & noui testamenti ratione contextum, mittitur super draconem, qui habitat in populorum multitudine, & semper turbis, & populorum multitudine delectatur, ut extrahat eum in fagena sua, siue in hamo suo. Ista est fagena, quæ in mare huius sæculi mittitur, & extrahit pisces multos, alios eligendos, & alios abijciendos. Siue iste est hamus, de quo in Iob scriptum est: Adduces autem draconem in hamo, & circumdabis capistrum circa nares eius, pro quo interpretatus est Aquila, Extrahes Leuiathan in hamo, & funibus colligabis linguam eius: Extrahitur autem draco, siue Leuiathan de mari hamo, uel fagena domini, ut proijciatur, siue extendatur super terram, & omnes spiræ eius, quibus suas insidias occultabat, aperiantur, & proferantur in publicum, & in terram abijciantur, & iaceat, qui in cœlo posuerat os suum, & se altissimo similem esse iactabat.

Rhinoceros quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 31. cap. 1. exponens illud Iob, Nunquid uolet rhinoceros seruire tibi? Rhinoceros (inquit) indomitæ omnino naturæ est, ita ut si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe (ut fertur) ilico moritur. Eius uero nomē latina lingua interpretatum sonat in nare cornu. Et quid aliud in nare, nisi fatuitas, quid in cornu, nisi elatio designatur? Nam quia in nare fatuitas solet intelligi, Salomone attestante didicimus, qui ait: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Hæreticam namque doctrinam nitore uidit eloquij resplendere, nec tamen sapientiæ apto intellectu congruere, circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra, & circumflexa locutio in sensibus mentis stultæ, cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenæ intentionis potere moris sui ad superiora non respicit. Quod sequutus exposuit, dicens: Mulier pulchra, & fatua, id est, doctrina hæretica, pulchra

Ioan. 21. d.
Iob 19. b.

Prover. 1. b.

Hieronymus.

Laqueus, persecutor, mors.

Penna, spes, charitas.

Rete, pernicio-

sa malorum doctrina.

Psal. 123. d.

Ezech. 32. d.

Rete, uetus ac nouum testamētum.

Matth. 13. f.

Iob 40. d.

Esa. 14. d.

Gregorius.

Iob 39. b.

Naris, fatuitas

Cornu, elatio.

Prover. 11. c.

Mulier, doctrina hæretica.

pulchra per uerbum, fatua per intellectum. In cornu uero elatio frequenter accipitur, propheta attestante, qui ait: Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Quid ergo in Rhinoceros hoc, nisi potentes huius sæculi designantur, uel ipsæ in eo summæ principatum potestates, qui typo fatuæ iactationis elati, dum falsis exterius inflantur honoribus, ueris miserijs intus inanescunt: Quibus bene dicitur: Quid superbis terra, & cinis? In ipsis uero inijtis nascentis Ecclesiæ, dum contra illam diuitem se potestas extolleret, atque in eius necem immensitate tantæ crudelitatis anhelaret, dum tot cruciatibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet, quis tunc credere potuit, quod illa erecta, & aspera superborum colla sibi subijceret, & iugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Sed diuina gratia dispensante, & illa moriendo uiuificata conualuit, & cornu suum rhinoceros iste feriendo lassatus, inclinauit, quodque impossibile hominibus fuit, deo difficile non fuit. Quasi de quodam indomito rhinoceros dominus loquebatur, quum diceret: Diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Cui quum responsum esset: Et quis poterit saluus fieri? Illico adiunxit: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possible sunt. Ac si diceret: Rhinoceros iste humanis uiribus mansuescere non potest, sed tamen diuini subdi miraculis potest. Et infra: Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo? Id est, Nunquid potentes huius sæculi in sua fatua elatione confidentes, ad laborè prædicationis diriges, & sub disciplinæ uinculo restringes, ut ego, qui id egi, quum uolui, quia persecutores meos, quos prius hostes pertuli, ipsos postmodum rectæ fidei defensores feci? &c.

Esa. 24. d.
Rhinoceros, potentes huius sæculi.
Eccles. 10. b.

Matth. 19. c.

Iob 39. b.

Quid riuus, siue riuulus, & romphæa, & ros mysticè significant.

Cap. VII.

Quid riuus, siue riuulus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 19. cap. 12. exponens illud Iob, Et petra fundebat mihi riuos olei: Petra (ut inquit) Apostolus erat Christus, quæ petra nunc ad usum sanctæ Ecclesiæ olei riuos fundit, quia in ea loquens dominus, prædicamēta unctiois intimæ emanat. De hac petra olei riuus exijt liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, liber Ioannis. In diuersis huius mundi partibus quot prædicamenta ædificat, tot petra hæc per ora Apostolorum omnium olei riuos fundit. Toties adhuc de petra hac olei riuus funditur, quoties à sancto spiritu ungentis mentibus auditorum, ea quæ in libris ueteribus de Christo dicta sunt, explanantur. Et riuus uocantur olei, quia decurrunt, & unguunt, in quibus quisquis tingitur, ungitur, quisquis ungitur, interius impinguatur. De qua nimirum pinguedine Psalmista ait: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Potest nomine olei ipsa sancti spiritus unctio designari (ut habes in dictione, Oleum). Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depressa, dona spiritus, & miracula quæ nunc habet prædicamenta ad memoriam reuocet, & suum silentium deploret, dicens: Petra fundebat mihi riuos olei. Et exponens illud Iob, In petris riuos scidit, id est, in duris gentium cordibus fluuios prædicationis aperuit, sicut per prophetam quoque de irriganda dicitur ariditate gentium: Posuit desertum in stagnum aquæ, & terram sine aqua, in exitus aquarum. Et in Euangelio promittit dominus, dicens: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquæ uiuæ de uentre eius fluent. Ecce enim prædicatoribus sanctis, & non ex Iudæa progenitis, per cunctam Ecclesiam toto orbe diffusam, fluenta celestia mædatorum ubertim manant ore gentium. Nam quia in petris riuos aperuit, ex duris quoque cordibus fluuius sanctæ prædicationis emanauit. Illud autem Esaiæ, Locus fluuiorum, riuus latissimi, & patentes, expositum est in dictione, Flumē, cap. 31. libro 3. ubi multa habes de riuo. Scriptum quoque est: Riuos eius inebria. Riuos (inquit) Cassiodorus dicit Apostolos, uel alios fideles, qui de illo Dei semper repleta flumina biberunt. Sed ne potum ipsorum crederes esse tenuissimum, dicit riuos ipsos inebriandos, ut ad tantam satietatem perueniant, quantum & ipsis abundè sufficiat, & alijs profutura concedat. Et in Ioēle scriptum est: Et per omnes riuos Iuda, id est, per omnium fidelium, siue confessorum corda, ibunt aquæ salientes in uitam æternam.

Gregorius.
Iob 29. d.
1. Cor. 10. b.
Petra, Christus.

Psal. 26. b.
Oleum, sancti spiritus unctio.

Iob 28. b.
Petra, duragētium corda.
Psal. 106. d.
Ioan. 7. f.

Esa. 33. d.
Psal. 64. c.
Cassiodorus.

Ioel. 3. d.

Apoc. 2. d.
Romphæa, domini sermo.

Hebr. 4. c.

Romphæa quid mysticè significet, Rupertus insinuat, exponens illud Apocalypsis, Hæc dicit qui habet romphæam ex utraque parte acutam. Et postmodum ait: Si quo minus, id est, nisi poenitentiam egeris, ueniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Ergo romphæa, ex utraque parte acuta, uel gladius iste oris domini sermo Dei est, de quo & Apostolus dicit: Uiuus enim sermo Dei est, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, & medullarum, discretor cogitationum, & intentionum cordis. Discernit enim inter animam, & spiritum, quia uidelicet ipse nouit quid homo animalis cogitet, aut faciat propter terrena comoda, & quid spiritualis propter celestia. De hac romphæa require in dictione, Gladius.

Ros quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Et ros morabitur in messioe mea, quod expositum est in dictione, Messis. Et li. Mor. 29. c. 20. exponens illud Iob, Quis genuit stillas roris?

Iob 29. c.
Iob 38. c.

Stille roris, san-
Eti predicator
res.
Hier. 3. b.
1. Cor. 2. d.

2. Cor. 6. c.
Deut. 32. d.
Gen. 27. d.
Rupertus.

Ioan. 12. c.
Psal. 103. b.
Exo. 16. c.
Rupertus.
Ros, spiritus san-
ctus.
Psal. 132. a.
Barba, Aposto-
li.
Rupertus.
Deut. 32. d.
Canti. 5. a.
Rupertus.
Psal. 68. b.
Ibidem.

Gregorius.
Ros, frigus men-
tium carnaliu.
1. Cor. 11. a.
Hier. 6. b.

Cincinnati, populi

Mich. 3. c.

Dan. 3. c.

roris? Sullæ (inquit) roris ipsi sancti prædicatores sunt qui arua pectoris nostri inter mala uitæ præ-
sentis, quasi inter tenebras, sicæ noctis arentia, gratia supernæ largitatis infundunt. De his stillis cõ-
tumaci Iudææ dicitur: Propterea prohibita sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber nõ fuit. Ipsæ
quippe stillæ roris sunt, quæ stillæ pluuiarum. Quando enim dispensatione aliqua prædicationem
temperant, quasi rorem tenerum aspergunt, sicut Paulus quum Corinthiis diceret: Non enim
iudicauit me scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Quædo uerò ea quæ
de supernis sentiunt, uirtute, qua præualent, loquuntur, quasi ubertim manantem pluuiam fundunt,
sicut manabat Apostolus, dicens: Os nostrum patet ad uos, ô Corinthiis, cor nostrum dilatatum est.
Hinc est, quod Moyses, qui & ualida fortibus, & tenera infirmis dicturum se nouerat, dicebat: Expe-
ctetur sicut pluuiæ elo quium meum, & descendant sicut ros uerba mea. In Genesi quoque dictum est:
Det tibi Deus de rore cœli &c. Est autem rationali creaturæ ros cœli non aliud, quam gratia spiri-
tus sancti, quæ peccata remittit, pinguedo autem terræ uel abundantia frumenti, & uini adaperito
est sensus ad intelligenda quæ latent in scripturis mysteria regni Dei. Illic enim latet granum frumẽ-
ti, quod cadens in terra, mortuum fuit, & multum fructum attulit, & uinum, quod lætificat cor ho-
minis, & oleum in quo facies hilarescit. Et in alio loco scriptum est: Manè quoque ros iacuit in circula-
tu castrorum. Ros spiritum sanctum significat, de quo in Psalmo habemus: Sicut unguentum &c.
sicut ros Hermon &c. Sic bonum, & iocundum est habitare fratres in unum. Quod fit per unum,
& solum dilectionis spiritum. Aaron quippe qui interpretatur Mōtanus, Christus est, cui sicut bar-
ba capiti, sic adhaerentes perfecti, & fortes Apostoli, tunc eiusdem capitis unguento maduerunt,
quando eius sancto spiritu repleti sunt, & eiusdem unguenti ros, id est, gratuitum donum descen-
dit in montes Hermon, atque Sion, id est, in Ecclesiam utriusque populi, gentilis, & Iudæi. Ros ergo
qui cum manna descendit, spiritum sanctum significat, per cuius sanctificationem ad inuocationẽ
sacerdotis conficitur corpus Christi. Et scriptum est: Fluat ut ros eloquium meum &c. Ros sine
nubibus nocturno frigore cõcretus, de cœlo in terram matutino sereno cadit, sic cœli isti, qui enar-
rauerunt nobis gloriam Dei, quam per solam Dei didicerunt reuelationem. Quod per solam Dei
reuelationem acceperunt, quasi rorem nocturnum meditando, atque contempnando congregauerunt,
& prædicando, uel etiam scribendo, super læta fidei, uel spei nostræ gramina distillauerunt. Et in li-
bro Cantorum scriptum est: Caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Ex-
traneus factus sum quippe fratribus meis, & pegrinus filijs matris meæ, & sicut eius qui foris est,
& tectum non habet, caput plenum est rore, & cincinnati, siue supremi capilli, pleni sunt guttis no-
ctium: ita opprobria exprobratium ceciderunt super me, & ab ipsis sacræ sensibus prauis inficiun-
tur scripturæ, quæ omnes ita mihi, scilicet uerbo Dei, sicut cincinnati inhærent capiti. Sicut me extra
portas suas, ut crucifigerent, elecerunt, ita de cordibus suis longè fecerunt, odientes, & me, & pa-
trem meum: & sicut illa nocte sua faciem meam conspuerant, ita pertinaciter blasphemias in caput
meum iactabant, & cincinnos meos commaculabant, similes ipsi rori cadenti, siue caducis guttis
noctium, quia de gratia Dei ceciderunt, dum me Deum Dei filium esse blasphemantes, negant, &
scripturas, quæ testimonium perhibent de me, sensu contrario conturbant. Et diuus Gregorius
hæc eadem exponens uerba, hoc pacto scribit: Quid per caput sponsi nisi Deus, & quid per ro-
rem in hoc loco, ubi lamentando dicitur, nisi frigus mentium carnalium accipitur? Scriptum est
enim: Caput Christi Deus, Et de frigore cuiuslibet carnalis mentis iterum scriptum est: Sicut frigi-
dam facit cisterna aquam, sic frigidam fecit malitiam suam. Caput ergo Christi plenum est rore,
quia multi in Ecclesia positi, & Deum eum credunt, & tamen frigidi persistentes, ad ardorem cha-
ritatis non accenduntur. Per cincinnos autem eiusdem, populos intelligimus, quos in fide diuinitatis,
quasi in capite Christi pendentes, & opprimentes scimus. Sed cincinnati pleni esse dicuntur guttis
noctium, quia dum in torpore (aliàs tempore) huius tenebræ temporalitatis se suspendunt, ma-
gis, ac magis stillationibus iniquitatum fluunt. Ad hos accendendos sponsa excitatur, dum spirita-
lis quilibet pro ædificatione plurimorum, ab ocio ad prælationem Ecclesiæ uocatur. Sed quoniam
metuit, ne si ad prælationem uenerit, sollicitudinibus mundi occupari necesse sit, sicque dum per oc-
casionem ædificationis plurimorum, temporalibus se inclinauerit, quietem amittat, eamque sordibus
peccatorum efficiat, ideo clamanti sponso respondet, dicens: Expolui me tunica mea &c. Et diuus
Hieronymus exponens illud Michææ, Et erunt reliquæ Iacob in medio populorum multorum
quasi ros à domino: Reliquæ (inquit) Iacob, quos Apostolos intelligimus, & primam de Iu-
dæis Ecclesiam, erunt in medio populorum multorum, quasi ros à domino cadens. Ardebant
enim ignitis diaboli faculis, corda populorum. Et omnes gentes adulterantes à Deo habe-
bant corda quasi clibanus igne succensus. Vnde ros à domino cadens, factus est sanitas
infirmorum. Et quod in Anania, Azaria, & Misael legimus, quod spiritus roris sibilan-
tis fornacem

tis fornacem ignis extinxerit, hoc de omnibus generaliter sentiamus, quod in medio uniuersarum
gentium doctrina Apostolorum, quasi ros à domino sit aspersa, Et exponens illud Aggei, Pro-
pter hoc super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra continuit germen suum: Non so-
lum (inquit) cœli pluuiam non dederunt, quibus irrigata humus, fruges facit, sed ne rorem quidem
matutinum, atque nocturnum, ut arentes agri, saltem humore modico temperarentur. Terra quoque
deuorauit, agricolis non redditura sementem, & quæ sponte solet gignere, auaro sinu tenuit. Ego
hunc arbitror esse rorem, de quo in benedictione dicitur ad Iacob: Det tibi Deus de rore cœli, &
rorem Hermon, qui descendit super montem Sion, & descendit, non de aère, in quo multiplex uo-
litas aquillarum, & accipitrum, & uulturum numerus, sed de cœlo, ut si cuius anima ardet perturba-
tionibus, & iaculo diaboli uulnerata est, refrigeret hoc rore, & æstus suos temperet. Quo retento,
terra quoque non affert germen suum. Neque enim sine rore Christi potest ulla anima afferre frumẽta.

Quid rota mysticè significet. Cap. VIII.

Quid rota mysticè significet, diuus insinuat Gregorius homilia sexta in Ezechielem, ex-
ponens illud Ezechielis, Quumque aspicerem animalia, apparuit rota una super ter-
ram, iuxta animalia, habens quatuor facies: Et aspectus rotarum, & opus earum
quasi uisio maris, & una similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum, & opera, quasi sit
rota in medio rotæ: Per quatuor partes earum euntes ibant, & non reuertebantur, quum ambula-
rent, statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: Quid (inquit) rota, nisi sacram scri-
pturam signat, quæ ex omni parte ad auditorum mentes uoluitur, & nullo erroris angulo à prædi-
cationis suæ uia retinetur? Ex omni autem parte uoluitur, quia inter aduersa, & prospera, & recte,
& humiliter incedit. Circulus quippe præceptorum illius modo sursum, modo deorsum est, quia
quæ perfectioribus spiritaliter dicuntur, infirmis iuxta literam congruunt. Et ipsa quæ paruuli iux-
ta literam intelligunt, docti uiri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Rota ergo quasi per
terrâ trahitur, quia paruulis humili sermone concordat, & tamẽ magnis spiritalia infundens, quasi
circulum in altum leuat. Et inde sursum erigitur, unde terram tangere pauloante uidebatur. Quia
uerò undique ædificat, quasi per circulum rota currit. Propheta igitur, dum sancta animalia uideret,
adiunxit: Quumque aspicerem animalia, apparuit rota una &c. Qua in re quærendum est, quum in-
ferius rotæ describantur, cur una rota prius apparuisse dicitur, nisi quia antiquo populo uetus solus
modo testamentum datum est, quod ad erudiendam mentem illius quasi rota uolueretur? Bene au-
tem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum est: Terra es, & in
terram ibis. Rota ergo super terram apparuit, quia Deus omnipotens legem super corda peccan-
tium dedit. Sed quia hæc pennata animalia sanctos Euangelistas designant, quomodo prius anima-
lia, & postmodum rota una aspicitur, dum ante testamentum uetus fuerit, & postmodum sancti Euan-
gelistæ secuti sint? Sed intelligere in his possumus, quod illi prius à propheta uisi sint, qui merito
transcendunt. Nam quantum sanctum Euangelium testamentum uetus præcedit, tanto & prædi-
catores eius in descriptione prophetica præferri debuerunt. Quamuis sit adhuc aliud, quod in hac
descriptione consyderari debeat, quia prophetiæ spiritus sic intra semetipsum anteriora, & poste-
riora simul colligit, ut hæc simul prophetæ lingua proferre nõ possit. Sed ampla, quæ uidet de præ-
teritis sermonibus, emanat, & nunc ultima post prima, nunc uerò prima post ultima loquitur. Vnde
Ezechiel propheta sub figura sanctæ uniuersalis Ecclesiæ, & Euangelistarum gloriã per quatuor
animalium similitudinem uidet, & tamen repente illa subiungit, quæ anterioribus temporibus ge-
sta sunt, ut patenter indicet simul se uidisse, quod carnis lingua non sufficeret simul dicere. Quia
uerò per quatuor animalia etiam perfectos omnes significare diximus, consyderandum quoque est,
quosdam sanctorum & ante legem fuisse, qui naturali lege districtè uterent, & omnipotenti do-
mino placerent. Post animalia ergo rota describitur, quia electorum multi apud omnipoten-
tem dominum perfecti, & ante legem fuerunt. Sin uerò animalia solos (ut diximus) Euan-
gelistas debemus accipere, est adhuc aliud, quod consyderare debemus. Videbat enim in
spiritu propheta, quia hæc ipsa uerba, quæ obscuritatibus obuoluta proferebat, non Iudæo
populo, sed gentibus panderentur. Nobis igitur loquens, prius animalia, & post rotam
describere debuit, quia nos ad fidem domino largiente uenientes, non per legem Euan-
gelium, sed per sanctum Euangelium legem didicimus. Vbi uerò, uel qualis rota apparue-
rit, adiungit, quum dicit: Iuxta animalia habens quatuor facies. Vbi adhuc subditur: Et
aspectus rotarum, & opus earum &c. Quid est hoc, quod quum una rota diceretur, pau-
lo post adiungitur, quasi si sit rota in medio rotæ, nisi quod in testamenti ueteris litera te-
stamentum nouum latuit per allegoriam? Vnde & rota eadem, quæ iuxta animalia apparuit, qua-
tuor facies

tuor facies habere describitur, quia scriptura sacra per utraq; testamenta in quatuor partibus est distincta. Vetus etenim testamentum in lege, & prophetis, nouum uero in Euangelis, atq; Apostolorum actibus, & dictis. Scimus autem quia ubi faciem intendimus, ibi quod necesse est, uidemus. Rota ergo quatuor habet facies, quia prius refecanda mala in populis uidit per legem, postmodum uidit per prophetas, subtilius uero per Euangelium, ad extremum autem per Apostolos ea quae in culpis hominum refecantur, aspexit. Potest quoque intelligi, quod quatuor facies rota habeat, propter hoc quod scriptura sacra per gratiam praedicationis extensa, in quatuor mundi partes innotuit. Vnde & bene rota eadem una prius iuxta animalia apparuisse, & postmodum quatuor facies habuisse describitur, quia nisi lex Euangelio concordaret, in quatuor mundi partibus non innotesceret. Sequitur: Et aspectus rotarum, & opus earum quasi &c. Recte sacra eloquia uisioni maris similia narrantur, quia in eis magna sunt uolumina sententiarum, cumuli sensuum. Nec immerito mari similia scriptura sacra dicitur, quia firmatur in ea sententiae locutionis sacramento baptismatis. Vel certe considerandum est, quia nauibus in mare nauigamus, quum ad desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio, nisi illa terra, de qua scriptum est: Portio mea in terra uiuentium? Ligno autem (ut dixi) euehitur qui mare transit. Et scimus quia sacra scriptura lignum crucis per legem nobis praenunciat, quum dicit: Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quod de redemptore nostro Paulus attestatur, dicens: Factus pro nobis, maledictus. Per prophetas quoque lignum insinuatur, quum dicitur: Dominus regnabit a ligno. Et rursum: Mittamus lignum in panem eius. Per Euangelium uero lignum crucis aperte ostenditur, ubi ipsa domini passio, quae prophetata est, declaratur. Per Apostolum autem haec eadem crux etiam in uerbis, & operibus tenetur, quum Paulus dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et rursum: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nobis ergo, qui ad aeternam patriam tendimus, scriptura sacra per quatuor suas facies mare est. Quae crucem annunciat, quia nos ad terram uiuentium ligno portat. Nisi autem mari scripturam sacram similem cerneret propheta, minime dixisset: Repleta est terra scientia domini, sicut aquae maris operientis. Sequitur: Et una similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum, & opera, quasi si sit rota in medio rotae. Vna similitudo est ipsarum quatuor, quia quod praedicat lex, hoc etiam prophetae, quod denunciant prophetae, hoc exhibet Euangelium, quod exhibuit Euangelium, hoc praedicauerunt Apostoli per mundum. Vna ergo est similitudo ipsarum quatuor, quia diuina eloquia & si temporibus distincta, sunt tamen sensibus unita: Et aspectus earum, & opera &c. Rota intra rotam, est testamentum nouum (sicut diximus) intra testamentum uetus, quia quod designauit testamentum uetus, hoc testamentum nouum exhibuit. Vt enim pauca de multis loquar, quid est quod Adam dormiente, Eua producitur, nisi quod moriente Christo, Ecclesia formatur? Quid est, quod Isaac ad immolandum ducitur, & ligna portat, arae superimponitur, & uiuit, nisi quod redemptor noster ad passionem ductus lignum sibi crucis ipse portauit? Et sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus, ut tamen immortalis maneret ex diuinitate. Quid est, quod homicida post mortem summi pontificis absolutus ad terram propriam, nisi quod humanum genus, quod peccando sibi metipsum mortem intulit, post mortem ueri sacerdotis, uidelicet redemptoris nostri, peccatorum suorum uinculis soluitur, & in paradisi possessione reparatur? Quid est quod in tabernaculo propitiatorium fieri iubetur, super quod duo Cherubim, unum a summitate una, & alterum a summitate alia, ex auro mundissimo ponuntur expandentes, alas, & operientes oraculum? Quid est, quod se mutuò respiciunt uersis uultibus in propitiatorium, nisi, quod utraq; testamenta ita sibi in mediatorem Dei, & hominum concordant, ut quod unum designat, hoc alterum exhibeat? Quid enim per propitiatorium, nisi ipse redemptor humani generis designatur? De quo per Paulum dicitur: Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Quod uero per duo Cherubim, quae plenitudo scientiae dicuntur, nisi utraq; testamenta signata sunt? Ex quibus unum a summitate una propitiatorij, aliud uero a summitate altera stat, quia quod testamentum uetus de incarnatione nostri redemptoris cepit prophetando promittere, hoc testamentum nouum perfecte narrat expletum. Duo autem Cherubim ex auro mundissimo facta sunt, quia utraq; testamenta pura, ac simplici ueritate describuntur. Expandunt uero alas, & oraculum operiunt, quia nos, qui omnipotentis Dei oraculum sumus, a culpis imminentibus scripturae sacrae aedificatione protegimur. Cuius, dum sententias sollicitè aspiciamus, ab errore ignorantiae eius alis uelamur. Duo ergo cherubim in se mutuò respiciunt, uersis uultibus in propitiatorium, quia utraq; testamenta in nullo se distrepant. Et quasi ad semetipsa uicissim facies tenent, quia quod unum promittit, hoc aliud exhibet, dum inter se positum mediatorem Dei, & hominum uident. Facies quippe a semetipsis Cherubim auerterent, si quod unum testamentum promitteret, aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore Dei, & hominum loquuntur, ut uicissim se respiciant, in propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rotae est, quia inest testamento ueteri testamentum nouum. Et, sicut saepe iam diximus, quod testamentum uetus promissit, hoc nouum exhibuit, & quod illud occultè annunciat, hoc istud exhibitum

exhibitum aperte clamat. Prophetia ergo testamenti noui, testamentum uetus est, & expositio testamenti ueteris, testamentum nouum.

De eisdem rotis.

Cap. IX.

Sequitur, Per quatuor partes earum ibant, & non reuertebantur. Quod alibi diuina eloquia, nisi ad corda hominum uadunt? Sed per quatuor partes euntes ibant, quia scriptura sacra per legem ad corda hominum uadit, signando mysterium. Per prophetas uadit paulò apertius, prophetando dominum. Per Euangelium uadit, exhibendo quod prophetauit. Per Apostolos uadit, praedicando eum, quem pater in nostra redemptione exhibuit. Habent ergo rotae facies, & uias, quia ostendunt sacra eloquia notitiam praceptorum, cum exhibitione operum. Et per quatuor partes uadunt, quia distinctis (ut praediximus) temporibus, loquuntur, uel certe quia in cunctis mundi regionibus incarnatum dominum praedicant. De quibus aperte mox subditur, Et non reuertebantur, quum ambularent. Haec superius de animalibus dicta sunt, sed non eadem intelligi de rotis, quae de animalibus possunt. Rotis quippe signari testamenta diximus. Et testamentum uetus ambulauit quidem, quia per praedicationem ad mentes hominum uenit, sed post ad seipsum reuersum est, quia iuxta literam in praecipis suis, & sacrificijs usque ad finem seruari non potuit. Non enim sine immutatione permansit, quum in eo spiritalis intelligentia defuit. Sed quum redemptor noster in mundum uenit, hoc spiritaliter fecit intelligi, quod carnaliter inuenit teneri. Itaque dum spiritaliter litera eius intelligitur, omnis in eo illa carnalis exhibitio uiuificatur. Testamentum uero nouum etiam per testamenti ueteris paginas testamentum aeternum appellatum est, quia intellectus illius nunquam mutatur. Bene ergo dicitur quod rotae euntes ibant, & non reuertebantur, quum ambularent, quia nouum testamentum non rescinditur, dum uetus iam spiritaliter intelligitur. Post se non redeunt, quia usque ad finem mundi immutabilia persistunt. Ambulant ergo, sed non reuertuntur, quia sic spiritaliter ad cor nostrum ueniunt, ut eorum praepcepta, uel studia ulterius non mutantur. Sequitur, Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus. Quid est, quod in scripturae sacrae eloquijs tria haec inesse narratur, ut staturam, altitudinem, & horribilem aspectum, id est, terribilem habere memorentur? Quarendum nobis magnopere est, quae diuinae scripturae statura, quae altitudo, quis horribilis aspectus dicitur. Sciendum ergo est, quia stare, ad uitam congruit bene operantis. Vnde per Paulum dicitur: Qui stat, uideat ne cadat. Qui etiam discipulis dicit: Sic stete in domino charissimi. Et propheta, qui se uita, ac moribus ante dominum stare uidebat, ait: Viuit domuius, in cuius conspectu sto. Altitudo uero, est coelestis regni promissio. Ad quam tunc pertingitur, quando iam mortalis uitae omnis corruptio subiugatur. Horribilis uero aspectus est terror gehennae, quae sine fine reprobos cruciat, & semper in cruciatum conseruat. Statura ergo in rectitudine praedicationis, altitudo in celsitudine supernae promissionis. Horribilis uero aspectus in minis, atque terroribus supplicij sequentis. Scriptura igitur sacra staturam habet, quia mores ad standum dirigit, ut auditorum mentes ad terrenam concupiscentiam non curuetur. Altitudinem habet, quia in coelesti patria aeternae uitae gaudia promittit. Horribilem quoque aspectum habet, quia omnibus reprobis gehennae supplicia minatur. Ostendit igitur staturam suam in aedificatione morum. Ostendit altitudinem in promissione praemiorum. Ostendit terribilem aspectum in terroribus suppliciorum. Recta est enim in praecipis, alta in promissionibus, horribilis in minis. Habet staturam, quum per prophetam dicit: Quiescite agere per uersè, discite bene facere, quaerite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et rursum: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosque induc in domum tuam. Quum uidem nudum, operi eum, & domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem, quum per eundem prophetam dicit: Non erit tibi sol amplius ad lucem dum per diem, nec splendor lunae illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Habet horribilem aspectum, quum infernum describens, dicit: Dies ultionis domini annus retributionis iudicij Sion, & conuertentur torrentes eius in picem, & fumus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem die, ac nocte, non extinguetur in sempiternum. Quam beatus quoque Iob describit, dicens: Terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriae, & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Habet staturam, quum per eum dominus propitius pollicetur, dicens: Sicut coeli noui, & terra noua, quae ego stare facio coram me, dicit dominus, sic stabit semen uestrum, & nomen uestrum. Illi enim ueraciter coram domino stant, qui uitam suam in prauitate non dissipant. Habet altitudinem, quum statim subdit: Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & ueniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Quid est mensis, nisi perfectio dierum? Et quid est sabbatum, nisi requies, in qua fieri opus seruire non liceat? Mensis ergo ex mense est, quia qui hic perfecte uiuunt, illuc ad perfectionem gloriae perducuntur. Sabbatum uero ex sabbato est, quia qui hic cessant a

Gregorius.

Stare, est bene operantis rectitudo.

1. Cor. 10. c. Philip. 4. d. 4. Reg. 3. b.

Esa. 1. c.

Esa. 38. b.

Esa. 60. d.

Esa. 34. b.

Iob 10. d.

Esa. 66. g.

Ibidem.

Mensis, perfectio dierum.

Sabbatum, requies.

rr peruerso

peruerso opere, illic quiescunt in caelesti retributione. Habet etiam horribilem aspectum, quoniam prorsus adiungit: Et egredientur, & uidebunt cadauera uirorum, qui prauaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis uulnera suscipere, & dolores uulnerum nunquam finire? De hoc horribili aspectu rotarum bene per Sophoniam dicitur, quum superuenire duris mentibus dies iudicii denunciatur: luxta est dies domini magnus, iuxta, & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulatur ibi fortis. Dies irae, dies illa, dies tribulationis, & angustiae, dies calamitatis, & miseriae, dies te nebrarum, & caliginis, dies nebulae, & turbinis, dies tubae, & clangoris. Sed quia exterioris rotae dicta posuimus, restat nunc, ut interioris quoque staturam, altitudinem, & horribilem aspectum proferre debeamus. Habet quippe rota interior staturam suam, quum per sanctum Euangelium ad terrena desideria incuruare nos prohibet, redemptoris nostri uocibus dicens: Attendite ut non grauetur corda uestra in crapula, & ebrietate, aut in curis huius uitae. Habet altitudinem, quum de eodem redemptore promittit, dicens: Quotquot autem crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quid enim hac potestate altius, quid hac altitudine sublimius dici potest, in qua creatus quisque filius efficitur creatoris? Habet horribilem aspectum, quum de reprobis loquitur, dicens: Ibunt in supplicium aeternum. Habet staturam, quum ueritas discipulos admonet, dicens: Vendite quae possidetis, & date eleemosynam. Facite uobis sacculos non ueterascentes. Habet promissionis altitudinem, quum dicit: Venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum. Habet horribilem aspectum, quum subdit: Filii autem regni eiciuntur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Quibus rursum uoce ueritatis dicitur: Vos in peccatis uestris moriemini. Habet staturam, quum primi pastoris uocibus dicit: Ministrare in fide uestra uirtute, in uirtute autem scientia, in scientia autem abstinentia, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietate, in pietate autem amore fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitate. Habet altitudinem, quum paulo post subdit: Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in aeterno regno domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui rursus bonis pastoribus pollicetur, dicens: Quum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam. Habet horribilem aspectum, quum dicit: Adueniet autem dies domini ut fur, in qua caeli magno impetu transierint, elementa uero calore soluentur. Quum haec igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in aduentum diei Dei, per quam caeli ardentes soluentur, elementa uero ignis ardore tabescent. Habet staturam, quum per Paulum nos a terrenis desideriis erigit, dicens: Mortificate membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quae est idolorum seruitus. Habet altitudinem, quum promittit, dicens: Vita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Quum enim Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Habet horribilem aspectum, quum minatur, dicens: Terribilis quaedam expectatio iudicii, & ignis amulatio, quae consumptura est aduersarios. Qui rursus ait: Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Quae omnia breuiter quoque sententia stringit, dicens: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Lata quippe est charitas, quia & inimicorum dilectionem capit, & per eam charitatem, qua nos Deus omnipotens late diligit, etiam loganimitate portat. Hoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis a creatore nostro conspicimus exhiberi. Latitudo itaque & longitudo ad staturam pertinet, quia per amore mores dilatat, ut fraterna mala charitas loganimitate portet. Sublimitas autem est aeternorum illa remuneratio praemiorum, de cuius immensitate dicitur: Quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinem, quia aeterna sanctorum gloria nulla nunc praualent cogitatione penetrari. Profundum quoque est illa inestimabilis donatio superplacitorum, quae eos, quos suscepit, in imis demergit. In quibus, sacra eloquia horribilem aspectum habent, quia inestimabilem terrorem audientibus incutiunt, quum supplicia inferis loquuntur. Bene ergo dicitur: Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: Quia scriptura sacra in utroque testamento, & admonendo recta est, & promittendo alta, & minando terribilis.

Quid rubigo mystice significet, dictum est supra in dictione, Eruca.

Ibidem.
Ibidem.
Sopho. 1. b.

Luc. 21. f.
Ioan. 1. b.

Matth. 25. d.
Luc. 12. d.
Matth. 3. b.
Ibidem.
Ioan. 8. c.
2. Pet. 1. b.

Ibidem.
1. Pet. 5. d.
2. Pet. 3. c.

Col. 3. a.
Ibidem.
Hebr. 10. e.
Hebr. 10. f.
Eph. 3. d.

1. Cor. 2. c.

Gregorius.
Exo. 3. a.

Quid rubus, ac ruga mystice significet.

Cap. X.

Rubus uero quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, homilia septima super Ezechielem, hoc pacto scribens: Moyses, quum de ardenti rubo uocatus fuisset, accessit propius, ut uideret uisum, & ecce rubus ardebat, & non consumebatur. Magnum est hoc miraculum. Si solam in eo historiam requiras, est unde legentis nutriatur animus, ut uideas, quod in ligno ignis ardeat, & non

& non consumat. At uero si typicam intelligentiam quaeras, quid flamma, nisi legem, de qua scriptum est: In dextera eius ignea lex? Et quid rubus ille, nisi Iudaicum populum designauit, peccatorum suorum spinis obsitum? Sed rubus ardens consumi non potuit, quia Iudaicus populus, & ignem quidem legis accepit, & tamen peccatorum suorum spinas non deseruit, nec eius uitia diuini seminis flamma concremauit. Fortasse in hoc facto alius maiora per typum contemplari desiderat. Huius quia sensus excrescit, eleuantur pariter & rotae. Inter homines enim perfectus homo factus est unicus Dei filius, qui peccata non habuit, sed spinas nostrae nequitiae suscepit, atque usque ad passionem pro nobis humiliari dignatus est, & in semetipso ignem tribulationis nostrae suscipere. Sed arsit, & non arsit, quia ex humanitate est mortuus, & tamen immortalis ex diuinitate permansit. Suscepit a nobis unde sacrificium fieret pro nobis, & tamen impassibilis, atque incommutabilis permansit in proprijs, ut nos commutaret a nostris. Et diuus Bernardus homilia 2. super, Missus est: Quid (inquit) rubus ille quondam Mosaicus portendebat, flamma quidem emittens, sed non ardens, nisi Mariam parientem, & dolorem non sentientem? Et in sermone de beata Maria: Merito (inquit) admirandis Moyses sancte, & curiosius desideras intueri. Verumtamen solue calciamenta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis. Vado (inquit) & uidebo uisionem hanc magnam. Magna plane uisio rubus ardens sine combustione, magnum signum, mulier illa sa manens, amicta sole. Non est rubi natura opertum undique flammis manere nihilominus incombustum, non mulieris potentia, ut sustineat solis amictum. Non est uirtutis humanae, sed nec Angelicae quidem, sublimior quaedam necessaria est. Spiritus sanctus (inquit) superueniet in te. Et tanquam respondeat illa, quoniam spiritus est Deus, & Deus noster ignis consumens est. Virtus (ait) non mea, non tua, sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali obumbraculo talis etiam a muliere sustineatur amictus. Et Rupertus: In beata uirgine Maria clarius, atque conspicabilius est. Totus enim hic ignis nouem in utero eius mensibus habitauit, & leuem carnis, uel animae eius stipulam, siue foenum, non solum non combussit, uerum etiam maiore cum uirginitatis honore, gratiaque formati exinde hominis, quem assumpsit, perenniter illustrauit.

Flamma, lex.
Deut. 33. a.
Rubus, Iudaicus populus.
Bernardus.
Exo. 3. a.
Rubus, Maria.
Ibidem.
Apoc. 12. a.
Luc. 1. d.
Deut. 4. d.
Rupertus.

Rugae quid mystice significant, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Et rugae meae testimonium dicunt contra me: Quid per rugas (inquit) nisi duplicitas designatur? Rugae itaque sunt sanctae Ecclesiae omnes qui in ea dupliciter uiuunt, qui fidem uocibus clamant, operibus denegant. Hi nimirum pacis tempore, quia huius mundi potestatibus eandem silem honoris esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur. Sed quum sanctam Ecclesiam subita aduersitatis procella turbauerit, illico ostendunt quid in perfida mente moliantur. Has autem rugas in electis suis sancta Ecclesia non habet, quia uidelicet nesciunt aliud de se foris ostendere, & intus aliud habere. Vnde recte egregius praedicator dixit: Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam. Maculam quippe, aut rugam non habet, quae & turpitudine operis, & duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet, quum tempus persecutionis exarserit, ipsos hostes patitur, quos praedicationis uerbis alere ante uidebatur. Dicat ergo, Rugae meae testimonium dicunt contra me, id est, ipsi me insequendo increpant, qui nunc in meo corpore positi, duplicitatis suae in se malitiam non emendant.

Gregorius.
Iob 16. b.
Ruga, duplicitas.
Eph. 5. f.

INCIPIT LIBER SEXTVSDECIMVS, AD MYSTICOS SACRAE SCRIPTURAE SENSUS.

Quid sagitta mystice significet.

Cap. I.



Agittarum nomine (ut diuus prodidit Gregorius, libro Mor. 7. cap. 2. exponens illud Iob, Sagittae domini in me sunt) aliquando praedicationis uerba designantur, quia in eo, quod uitia feriunt, male uiuentium corda transfigunt, iuxta illud: Sagittae tuae acutae potentissime, populi sub te cadent in corde. Et Esaias: Mitam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes &c. tenentes sagittam. Aliquando animaduersionis sententiae, siue percussio, sicut loas regi per Helisaeum dicitur: Iace sagittam. Quo iacente, ait: Percussit Syria, donec consumas eam. Dicat igitur uir sanctus: Sagittae domini &c. Ac si diceret: Ego in exilij damnatione non gaudeo, sed sub iudicio positos doleo, quia uim perfectionis agnosco. Plerique autem sunt, quos tormenta cruciant, sed non emendant. Quo contra aperte subiungitur: Quarum indignatio ebibit spiritum meum. Quid enim est spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagittae autem domini spiritum hominis ebibunt, quum supernae animaduersionis sententiae afflictam mentem ab elatione compescunt, quando intentum exterioribus introrsus trahunt. Et exponens illud Iob, Pharetram enim suam aperuit, & affixit me: Quid per

Iob 6. a.
Sagitta, praedicationis.
Psal. 44. b.
Esa. 66. f.
4. Reg. 13. c.
Spiritus hominis, elatio.
Iob 30. b.
Pharetra, occultum consilium.

rr ij pharetram

Sagitta, sententia.

Psal. 76. d. Iob 41. c. Sagittæ, prædicatorum uerba. Cant. 2. b. Psal. 63. b. Psal. 44. b. Psal. 37. d.

Sagittæ, mortalitas, & passibilitas.

Sagittæ, dei uerba. Psal. 7. d. Cassiodorus. Arcus, utrumque testamentum. Sagittæ, Apostoli, Dei præconia. Arcus, scriptura sacra. Cant. 2. b. Psal. 119. d.

Rom. 8. f.

2. Cor. 2. d.

Psal. 10. a. Cassiodorus. Arcus, madata diuina siue scriptura.

2. Cor. 2. d.

Psal. 17. b. Augustinus. Sagittæ, Euangeliæ. 2. Cor. 2. b. Psal. 37. d. Sagittæ, poena, uindicta, dolor.

pharetram (inquit) Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam uero de pharetra dominus eiecit, quando de occulto consilio aperta sententia emittit. Quia enim flagellatur quisque, cognoscimus, sed qua ex causa flagellum ueniat, ignoramus. Quum uero post flagella uita correptionis sequitur, etiam ipsa consilij uirtus aperitur. Sancta itaque electorum Ecclesia tribulationibus pressa, dicat; Pharetrâ &c. Et lib. 29. cap. 15. exponens illud Psalmistæ, Etenim sagittæ tuæ pertransierunt; Sagittæ (inquit) pertransierunt quæ uerba prædicationis eius ab auribus ad corda descendunt. Et exponens illud Iob, Non fugabit eum uir sagittarius: Quid (inquit) per sagittas, nisi uerba prædicatorum accipimus? Quæ dum uoce bene uiuentium distringuntur, audientium corda transfigunt. His sagittis sancta Ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat: Vulnerata charitate ego sum. De his Psalmista ait: Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, quia scilicet uerba humilium penetrauerunt animas superbiorum. De his & Psalmista: Sagittæ tuæ acutæ &c. Et exponens illud Psalmistæ, Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam; Quanto (inquit) quisque plus coeperit quod amisit, intelligere, tanto plus incipit corruptionis suæ sententiam, quam subiuit, lugere. Fidelis ergo anima perpensans quod perdidit, considerans quod inuenit, uidens se à paradisi gaudijs uenisse ad miserias uitæ præsentis, à societate angelorum transisse ad curas necessitatum, pœnat quod subiacet periculis, quæ peccando gloriam perdidit æternæ incorruptionis. Nouit etiam, quia mortem nulla possit ratione euadere, quæ possit, si non peccasset, semper uixisse. Has ergo sibi sagittas infixas esse conqueritur, quia iam nobis est naturaliter inditum, quod primo homini fuit pro culpæ uindicta illatum. Mortalitas, & passibilitas sunt sagittæ, quæ nimirum nobis infixæ sunt, quia quædiu in præsentis sæculo uiuimus, ab eis liberari aliqua ratione nequimus: Et confirmasti super me manum tuam, id est, miseriarum frequentiam, & assiduitatem, sicut studiosus magister frequenter uerberare uerbum corripit. Possumus etiam per sagittas uerba Dei intelligere, quæ corda quidem nostra transodiunt, quum nobis altius infixæ, amoris Dei nos uulnere compungunt. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit: Hic (inquit) distributio diuinæ legis ostenditur, quia per arcum, id est, per uetus, & nouum testamentum & effectus mortis uenit, & sagittis ipsius uita præstat. Egressæ sunt autem de isto arcu tanquam sagittæ, id est, Apostoli, qui ardentibus, hoc est, desiderantibus animis in modum sagittarum præcepta salutaria transmissi sunt, unde & impij fauciarerunt, fidelibus efficacis cura proueniret. Et diuus Augustinus: Arcum suum tendit &c. Arcum istum (inquit) scripturas sacras libenter acceperim, ubi fortitudine noui testamenti quasi neruo quodam, duricia ueteris flexa, & edomita est. Hinc tanquam sagittæ emittuntur Apostoli, uel diuina præconia iaculantur. Quas sagittas ardentibus operatus est, id est, qui percussis diuino amore flagrant. Quæ enim alia sagitta percussa est, quæ dicit: Inducite me in domum uini, constituite me inter unguenta, cõstipate me inter mella, quoniam uulnerata charitate ego sum? Quibus alijs sagittis accenditur, qui redire ad Deum cupiens, & ab ista peregrinatione remeare aduersus dolosas linguas petit auxiliũ, & ei dicitur: Quid detur tibi, aut quid adijciatur tibi aduersus linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus uastatorijs, quibus percussus, atque inflammatus tanto amore ardeas regni cœlorum, ut omnium resistentium, & à proposito reuocare uolentium, linguas contempnas, & persecutiones eorum derideas, dicens: Quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia &c. Latina quædam exemplaria habent, ardentibus. Sed siue ipsæ sagittæ ardeant, siue ardere faciant, quod utique non possunt, nisi & ipsæ ardeant, integer sensus est. Nec mirũ si idem Apostoli, & uasa mortis sunt eis, à quibus persecutionem passi sunt, & igneæ sagittæ ad inflammanda corda credentium. Apostolus enim dicit: Alijs sumus odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem. Scriptum quoque est: Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra &c. Quæ uerba enarrans Cassiodorus, hoc modo scribit: Arcum mandata diuina debemus aduertere, quæ hæreticus tractans, & in sua prauitate ponens, ad uulnus animæ tendit operandum, ut non ad salutem compungat, sed æterna morte transfodiat. Et bene arcus ponitur in sacratissimis scripturis, quia in unum duo testamenta coniungens, aut defensionem tribuit, aut ruinam, sicut Apostolus dicit: Alijs quidem sumus odor mortis in mortem, alijs odor uitæ in uitam. Parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. Permanet in comparatione sagittarij. Nam sicut iste habet sagittas in pharetra, ita ille gestat in corde uerba uenenosa. In obscuro uero, siue quum persecutionibus perturbatur Ecclesia, quando timore periculi carnales homines creduntur facilius immutari, siue in abscondito consilio, quum opportunius putant Christianos decipere, quando eos iudicant sua consilia non uidere. Sed quum dicit, rectos corde, insidias eorum ostendit inanes, & uacuas. Recti enim corde non sunt, nisi qui nulla iniqua decipi per uersionem potuerunt. Et diuus Augustinus exponens illud Psalmistæ, Et misit sagittas suas &c. Id est, & emisit Euangelistas pennis uirtutum recta itinera transuolantes, non suis, sed eius à quo missi sunt, uiribus: Et disponens illud Psalmistæ, Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: Ipsam (inquit) poenam, in ipsam

ipsam uindictam, & forte dolores, quos hic necesse est pati, & animi, & corporis, ipsas dicit sagittas, quas dixit Iob sibi infixas. Solemus tamen & uerba Dei sagittas accipere. Sed nunquid ab his posset iste sic dolere se percuti? Verba Dei tanquam sagittæ excitant amorem nondum excitatum, non dolorem. An quia & ipse amor non potest esse sine dolore? Quicquid enim amamus, & non habemus, necesse est ut doleamus. Inde Ecclesia ait: Quoniam uulnerata charitate ego sum. Vulnerata se dicit charitate. Amabat enim quiddam, & dolebat, quia nondum habebat. Sed hoc uulnus ad ueram salutem rapiebat. Possumus itaque etiam sic sagittas infixas accipere, id est, uerba tua infixæ sunt cordi meo, & ex ipsis uerbis tuis factum est, ut recordarer sabbati, & ipsa recordatio, & nondum retentio, facit me nondum gaudere. Et dominus Iesus est sagitta, iuxta illud: Et posuit me sicut sagittam electam. Et quia ipse est charitas, sunt utique iacula charitatis, quibus uulnerat sese quærentes. Require in dictione, Pharetra.

Iob 6. a.

Cant. 2. b.

Esa. 49. d.

Quid sal mysticè significet.

Cap. II.

Quid sal mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? In lege sal literæ, est intelligentiæ uirtus occultæ. Quisquis ergo obsequijs carnalibus intentus, hanc intelligere spiritaliter uoluit, quid aliud quam insulsum cibum comedit? Sed hoc in cibo sal cognita ueritas misit, quum latere in lege sapore occultæ intelligentiæ docuit, dicens: Si crederetis Moysi, crederetis utique & mihi. De me enim ille scripsit. Et rursum: Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos. Sed quia ante mediatoris aduentum Iudæa legem carnaliter tenuit, præceptis eius dura iubentibus, gentilitas subdi recusauit. Insulsum ergo cibum comedere noluit, quæ priusquam spiritus condimentum percepit, seruare uim literæ expauit. Quis namque gentilium hoc quod illic præcipitur, ferret, filiorum carnem pro obsequio religionis incidere, uerborum culpas morte refecare? Beatus ergo Iob, quia membrum est sanctæ Ecclesiæ, eius etiam loquatur ex uoce, Aut poterit comedi insulsum &c. Ipsa quippe ex eruditione legis, ex unius Dei cognitione sal habuit, & cunctas gentes non aliter, quam animalia bruta despexit. Sed quia societatem gentilium ad semetipsam recipere, præceptis legis erudita, contempserat, quid aliud quam insulsum cibum sumere fastidiebat? Diuina quippe sententia proposita morte uetuerat, ne plebs Israëlita fœdus cum alienigenis iungeret, & uitam sanctæ religionis inquinaret. Et in Euangelio clamant: Omnis enim igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos. Quæ uerba Theophylactus enarrans, hoc modo scribit. Omnis enim igne salietur, hoc est, probabitur, id quod & Paulus dicit, quod in igne probabuntur omnia. Et omnis (inquit) uictima &c. Hoc autem ex Leuitico dixit. Ibi enim inquit Deus: Omne donum uictimæ uestræ salietur. Bonum igitur est, uos sale condire sacrificia uestra, sale Dei, hoc est, non offerre uictimas infirmas, & pigras, sed uegetas, & ualidas. Sal autem dicit Apostolos dominus, & omnes simpliciter, qui uirtutem habent cõseruandi, & à putredine cohibendi. Nam sicut sal carnem prohibet, & non sinit uermes procreare, ita & sermo doctoris, si recens, & mordax sit, carnales homines constringens, non sinit in ipsis generari uermes irrequietum. Si autem doctor insulfus fuerit, nihil habeat quod cõstringat, & cohibeat, in quo salietur, hoc est, condietur? Habete igitur in uobis ipsi sale, hoc est, spiritus gratiam, quæ cohibeat, ita ut pacifici sitis. Nam qui constringitur charitate erga proximum, hic salē habet, & pacificus est cum fratre suo. Et exponens illud Matthæi, Vos estis sal terræ &c. Prophetæ (inquit) ad unam gentem missi sunt, uos autem totius terræ sal estis, mordentes, & condientes doctrina, & reprehensionibus dissolutos, ut non pariant uermes perpetuos, propterea ne abijciatis mordacitatem reprehensionum, etiã si persecutionem patiamini, & uobis exprobrent. Ideo dicit: Quod si sal &c. salietur, id est, corrigetur. Tunc igitur foris proijcietur à dignitate doctorum, & cõculcabitur, id est, despicietur. Et exponens illud Lucæ, Bonum est sal: Si uero sal infatuatum fuerit, per quod condietur? Neque in terram, neque in sterquilinum utile est, foras proijciunt illud; Christi (inquit) discipulus, sal esse debet, non solum ipse bonus existens, sed & malitiæ non particeps, alijsque comunicans bonitatem. Ita enim se habet sal. Ipsum enim quum maneat, nesciũ erit corruptionis, & alia seruare ualet, ne corrumpatur, quibus suam qualitatem comunicat. At si naturam suam sal abiecerit, omnino inutile, neque terræ, neque stercorei accommodum. Quod autem dicit, ita se habet: Ego quidem omnem Christianum utilem, & condire ualentem esse uolo, non solum eum cui concedit docendi donum, quales sunt doctores, & pastores, sed etiã exigo ut laici ipsi bonæ frugis, & utiles sint proximis. Iam si profuturus alijs reprobis fiat, & à Christianorum ordine eijciatur, neque prodesse, neque utilitatem capere poterit. Neque in terram (inquit) neque in sterquilinum utile est. Insinuat autem per terram, quod utilitatem capiat, per sterquilinum autem, quod proficit. Ideo reijciatur, & reijciendus est, tanquam qui nec proficit, nec utilitatem percipiat. Et quoniam obscurus, parabolicusque sermo ille fuit, excitans auditores dominus, ut non simpliciter suscipiant dictum de sale, dicit: Qui habet aures ad audiendum, audiat, hoc est, qui habet intellectum, intelligat

Iob 6. a.

Lib. mor. 7. c. 4.

Sal, intelligentiæ occultæ uirtus.

Ioan. 5. g.

Ioan. 5. g.

Mar. 9. g.

Mar. 9. g.

Theophylactus

1. Cor. 3. c.

Leuit. 2. d.

Sal, Apostoli.

Matth. 5. b.

Sal, spiritus gratia.

Matth. 5. b.

Luc. 14. g.

Aures, sensus, uirtus animae, ad intelligendum aptitudo, Col. 4. a.
Hieronymus. Sal, cur Apo. stoli dicantur.
Iudic. 9. f. Sap. 6. a.
Hieronymus. Mar. 9. d. Leuit. 2. d. Sal, sapientia, spiritus sancti gratia. Victima, quis dicitur, genus humanum. Phil. 3. d. Rom. 12. a. Altare, cor fidelium. Sacrificium, bonum opus. Victima, genus humanum. Ignis purgatorius. Sal, increpatio.
Eccles. 24. c.
Matth. 13. f. Luc. 9. c.
Chrysostomus.
Matth. 5. b.
Ibidem.

telligat. Aures enim hoc loco sensitiuā uirtutem animae, & ad intelligendum aptitudinē significant. Omnes itaq; fideles sal sunt, ex diuinis sermonibus, & superna gratia qualitatē suscipiētes. Et quod gratia sal sit, audi Paulū dicentem: Sermo uester sit in gratia sale conditus. Et ita si fuerit sermo *ἀχαρισ*, hoc est, sine gratia, insulsus dicitur. Igitur si diuinorum eloquiorum qualitatem contempserimus, & non susceperimus eam in nos, stulti, & intellectu carentes efficiemur. Et profectō infatuatum est sal nostrum, si nō habuerit supernae gratiae qualitatem. Et diuus Hieronymus: Sal appellatur Apostoli, quia per illos uniuersum hominū conditur genus. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Si doctor errauerit, à quo alio doctore emendabitur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Exemplum de agricultura sumptū est. Sal etenim sicut in ciborū condimentum, & ad siccādas carnes necessarium est, ita alium usum non habet. Certē legimus in scripturis, urbes quasdam ita uictorū sale seminatas, ut nullum in ipsis germen oriretur. Caueāt ergo doctores, & episcopi, & uideant: Potentes potenter tormētā sustinere, nihilq; esse remediū, sed maiorum ruinam ad tartarum ducere. Et diuus Hieronymus exponens illud Euāgelicum, Omnis enim &c. Mirē dictum est. Quod enim sale conditur, uermis putredinē arcet. Quod uerō, id est, asperso sale carnem quaeq; contumit, hoc secundum legem in hostijs fiebat, quae in altari cremabatur. Vnde in omni uictima, & sacrificio sal offerri praecipit. Sal, dulcedo sapientiae, & ignis spiritus sancti gratia. Omnis ignis salietur, quia omnis electus sapientia conditur, ut digna uictima Dei altaribus efficiatur. Vnde bene addit, Et omnis uictima sale salietur: Ille em̄ uerē uictima domini est, qui corpus, & animam à uitijs emundando, Deo per amorem spiritus sancti consecrat, nec sale aspergitur, sed igne consumitur, quando non peccati tantum contagio pellitur, sed & praesentis uitae delectatio tollitur, & futurae cōuersationi tota mente suspiratur. Vnde: Nostra cōuersatio in caelis est. Et: Obsecro per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra &c. Altare Dei est cor bonorū, hostiae, & sacrificia, bona opera fidelium. In omnibus sacrificijs sal, quia nullum opus bonum sine sapientia. Ignis sacrificia in altari cōsumit, de quo ipse nos baptizauit spiritu sancto, & igne. Ignis tribulationes respicit, hoc ad superiora, ubi scandalizantia membra euelli praecipit, quia & hoc est igne saliri, tentationibus exerceri, ob Christi amorem dilectos, & proximos nobis abnegare. Omnis enim uictima salietur. Victima domini, est genus humanum, quod hic ratione sapientiae salietur, dum corruptio sanguinis custodia putredinis, id est, mater uermium consumitur, & illic purgatorio igne examinatur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit &c. Sal insulsum, qui amat principatum, qui increpare non audeat, & confiteri, ne de synagoga eiiciatur, diligens gloriam hominum magis quam Dei. Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos. Salitudinem correctionis, amor proximi temperet, & dilectionem proximi sal iustitiae condiat. Et in domo iterum discipuli eius interrogabant eum de eodem. Et hoc proprie iterata scientia uerbi, non fastidium, sed esuriam, & sitim praestat, ut est illud sapientiae: Qui me comedunt, adhuc esurient, & qui me bibunt, adhuc sitient. Melliflua sapientiae eloquia gustata diligentius, multimodum saporem reddunt. Quando pluit dominus manna ad manducandum sub sole liquefcens, ut caera, reddens mollita dicta, ut est illud: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ad ignem duratur, ut panis hominis confirmans. Ad aspera, ut est: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et Chrysostomus homilia decimaquinta in Mathæum: Postquam igitur (inquit) prout oportuit, ad uirtutum studia cohortatus est, rursus eos laudum admixtione permulcet. Quia enim erant praecipua sublimia, multoq; quam in ueteri lege maiora, ne trepidarent, ne ue turbarentur, ac dicerent, Et quae admodū haec implere poterimus? attendite quid dixerit, Vos estis sal terrae. Per quod ostēdit quā necessariē ista praecipiat. Non enim pro uestra (inquit) salute tantūmodo, sed pro uniuerso prorsus orbe haec uobis doctrina cōmittitur. Non ad duas quippe urbes, aut decem, aut uiginti, neq; ad unam uos mitto gentem, sicut etiam prophetas, sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumq; mundum, & hunc uarijs criminibus oppressum. Dicendo enim, Vos estis sal terrae, ostendit omnium hominum infatuatam esse naturam, conculecatamq; peccatis, & idcirco illas ab eis maximē uirtutes requirit, quae cunctis necessariae, atq; utiles sunt futurae. Quum enim mansuetus aliquis, ac modestus, quum misericors fuerit, & iustus, non in semetipso tantūmodo haec rectē facta concludet, uerum in aliorum quoq; utilitatem bonos hos faciet emanare fontes. Sed qui mundo corde est, atq; pacificus, & qui persecutio- nem pro ueritate perpetitur, nihilominus in commune commodum uitae suae statuit exemplum. Ne igitur opinemini ad mediocria uos ducendos esse certamina, neq; pro exiguis rebus uobis hunc insonare sermonem, Vos estis sal terrae. Quid igitur? Ipsi ne putrefacta medicati sunt? Nequaquam: Nec enim possibile est, ut ea quae corrupta sunt, salis perfricatione reparentur. Non hoc fecerunt ergo, sed ante se mota, sibiq; tradita, atq; ab illa iam putredine liberata, perfricabant sale, inq; hac nouitate seruabant, quam à domino utiq; susceperant. Liberare quippe à putredine peccatorum, Christi profectō uirtutis est, ut autem

ut autem non ad illa iterum reuertantur, Apostolorum cura est, ac laboris. Vides quem- admodum paulatim etiam prophetis eos meliores esse patefecerit? Non enim illos filios ue- teris testamenti, neq; mediocres ponit magistros, sed seueros quosdam, atq; terribiles. Hoc est enim omnino mirabile, quia non aduantes, neq; palpantes, sed è diuerso salis instar uren- tes, ferē omnibus se tam desiderabiles reddiderūt. Nolite ergo (inquit) mirari, si alios omittēs, uos potissimum doceo, atq; ad pericula tanta succingo. Considerate quippe quantis urbibus, quan- tisq; populis uos sim missurus magistros. Propterea non uos tantūmodo uolo esse sapiētes, sed ut tales faciatis & ceteros. Huiusmodi autem magistros in quibus certē tātorum periclitatur sa- lus, maxima decet pollere prudentia, tantasq; illis uirtutum adesse diuitias, ut alijs quoq; utilitatem aedificationis impertiant. Nisi (inquit) fueritis omnino tales, ne uobis quidem ipsis sufficere profe- ctō poteritis. Nolite igitur de difficultate conqueri, quasi qui doctrinam meam molestā esse dica- tis. Infatuus enim, conculcatisq; populis, per uos ad sapientiā redire possibile est. Si uerō id etiam patiamini uos ipsi, uobiscum perdetis & reliquos. Itaq; quanto etiam maiorum uobis rerum cura cōmittitur, tanto potiore indigetis & studio. Propter quod intulit, Si autem sal euanuerit &c. Alij enim etiam si saepe delinquant, possunt tamē ad ueniam peruenire, si uerō hoc magister ipse patia- tur, omni satisfactione priuabitur, & supplicia extrema perfoluet. Ne enim audientes, Quum ex- probrauerint uobis, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos, in mediū pro- dūre formident, dicit: Quoniam nisi ad ista fueritis parati, frustra etiam proditis in publicum. Non enim uos oportet maledicta hominū timere, sed laudes, quas, si audire cupiatis, tunc uerē infatua- di estis, atq; calcādi: si uerō perseuerabitis, uosmetipfos undiq; castigātes, & deinde audieritis ma- la, gaudete. Hoc enim est opus salis, laxa quaeq; urere, atq; restringere. Itaq; iam necessaria subse- quitur maledictio, nihil uobis prorsus incommodans, imō etiā testimonium uestrae perhibens fir- mitatis. Si uerō illa timētes, fortitudinem uobis uilem deseratis, multo sauiora patiemini, & malē scilicet audientes, & contempti à cunctis, atq; despecti, hoc nanq; est ab omnibus conculcari.

Matth. 5. a. Luc. 6. d.

Quid salua, salix, mysticē significent. Cap. III.

Salua quid mysticē significet, diuus ostendit Gregorius lib. Mor. 8. cap. 21. exponēs illud Iob, *Salua* (inquit) in os ex capite labitur, ab ore uero ad uentrē ducitur. Quid ergo saluae nomine, nisi sapor intimae contem- plationis accipitur, qui ad os de capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac uita nos po- sitos, uix gutta reuelationis tāgit? Vnde & redemptor noster ueniens saluā luto miscuit, & caeci nati oculos reparauit, quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem suae contemplationis irradiat, & ab originali cecitate hominem ad intellectum reformat. Nam quia à paradisi gaudijs expulsum in hoc iam exilio natura aedidit, quasi à natiuitate homo sine oculis pro- cessit. Sed, sicut sanctus uir insinuat, haec salua ad os quidem labitur, ut uerō ad uentrem usq; per- ueniat, non glutitur, quia diuinitatis contemplatio sensum tangit, sed plenē mentē non reficit, quo- niam perfectē animus cōspicere nō ualet, quod adhuc, quia caligo corruptionis praepedit, raptim uidet. Et infra: In ore gustus est, in uentre satietas. Saluā itaq; glutire nō possumus, quia supernae claritatis bono satiari non p̄mittimur, quod adhuc ex tenuitate gustamus. Rectē ergo dicitur, *Salua* quequo &c. ac si apertē diceretur: Tunc homini plenē parcis, quum hunc ad perfectionē tuā con- templationis admiseris, ut claritatem tuā raptus interior uideat, & eum carnis suae corruptio exte- rius non repellat, tunc permittis ut saluam glutiam, quum me sapore tuae claritatis usque ad abun- dantiam satietatis infuderis, ut nequaquam iam per indigentiam gustu oris esuriam, sed in te soli- datus, irrigato mentis uentre, subsistam.

Gregorius. Iob 12. d. Salua, itima cōtemplationis sa- p̄r.

Ioan. 9. a.

Salices quid mysticē significent, diuus enarrat Gregorius libro Moralium trigesimalotertio, ca- pite sexto, exponens illud Iob, Circundabunt eum salices torrentis: Infructuosae quidem (ait) arbo- res sunt salices, sed tamen tantae uiriditatis sunt, ut arescere uel absicifae radicitus, & proiecctae, uix possint. Vnde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro uiriditate boni, aliquando pro steri- litate reprobī designantur. Nisi enim electorū uitam per constantiam suae uiriditatis exprimerent, nequaquam de sanctae Ecclesiae filijs propheta dixisset: Germinabit inter haerbas, sicut salices iuxta praeterfluentes aquas. Sanctae enim Ecclesiae filij inter haerbas sicut salices germinant, dum inter arescentem uitam carnalium hominum, & multiplici numerositate, & perpetua mentis uiriditate perdurāt. Qui bene iuxta praeterfluentes aquas germinare perhibētur, quia unusquisq; eorū uberi- tatē ad fructū percipit ex doctrina sacri eloqui, quae tēporaliter percurrit. Et rursus, nisi per ste- rilitatem salicum uita peccantium signaretur, nequaquam ex uoce praedicantiū contra Babiloniam Psalmista dixisset, In salicibus in medio eius suspēdimus organa nostra. Babylonis gippe in medio salices esse describuntur, quia nimirum infructuosi quicq; atq; ab amore patriae caelestis alieni, totis

Gregorius. Iob 40. c.

Salix, boni uiriditas, reprobis, uita peccantiū. Esa. 44. a.

Psal. 136. a.

uiseribus cordis in hac saeculi confusione radican- tur. Vnde & praedicatorum sancti in istis salici- bus non exercent organa, sed suspendunt, quia quum infructuosas, ac reprobas mentes aspiciunt, uim suae praedicationis non exhibent, sed potius lugetes silent. Torrens autem est huius mortalis uitae cur- sus, iuxta illud: De torrente in uia bibit &c. quia uidelicet redemptor noster mortalis uitae poena in quodam transitu attingit, & idcirco diu eidem morti, cui sponte succubuit, non inhaesit. Vnde die tertia hoc quod moriendo posuerat, resurgendo caput eleuauit. Bene igitur dicitur, Circudabunt eum salices torrentis, quia infructuosi quicquid, dum amori uitae temporalis inseruiunt, antiquo hosti peruersis moribus familiariter obsequuntur. Et Cassiodorus, exponens illud Psal. In salicibus in medio eius sus- pendimus organa nostra: Hic doloris exaggeratur acerbitas, quando delectatione suam, qua se populus poterat consolari, uelut non necessaria suspendebatur arboribus. Quid enim illic agerent organa dulcia, ubi tempora uitae amarum erant lamentationibus occupata? Verum hic historia ad spiri- tualem intelligentiam transferatur. Salices sunt arbores supra ripas fluminis pinguisima uiriditate gaudetes, quae frequenter excisis palis, atque humidae terrae recoditis, altissima radice merguntur, & fluentis necari nequeunt, quauis copiosa irrigatione fatientur. His comparantur sancti, ac fideles ho- mines, sicut Esaias dicit: Exorietur tanquam foenum in medio aquae, & tanquam salix supra effluentem aquam. Talibus ergo uiris organa nostra suspendimus, quando comunicata gratia de scripturarum diuinarum lectione conferimus. Ipsa sunt enim nostra organa, quae & psalmodiae gratiam praestant, & alterna nos collatione laetificant. In medio eius: Babyloniae ciuitatis dicit, non fluminis, quia necesse est in medio mundi sit sanctissimus Christianus, quous ad superna animo uideatur esse translatus. Et diuus Augustinus; In salicibus in medio &c. Habent organa sua ciues Hierusalem, scripturas Dei, praec- cepta Dei, promissa Dei, meditatione quadam futuri saeculi, sed quum agunt in medio Babyloniae, organa sua in salicibus eius suspendunt. Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, ut non aliquid boni possit intelligi de salicibus. Alibi autem forsitan potest. Modo ligna intelligit sterilia, nascencia super flumina Babylonis. Rigantur haec ligna de fluminibus Babyloniae, & nullum fructum ferunt. Sicut sunt homines cupidi, auari, steriles in omni opere bono, ita ciues Babyloniae, ut etiam ligna sint illius regionis, ex istis uoluptatibus rerum transeuntium pascuntur, tanquam irrigata a fluminibus Babyloniae. Quare fructum, & nusquam inuenies. Quando tales patimur, uersamur cum eis, qui sunt in medio Babylonis. Multum enim interest inter medium Babylonis, & exteriora Babyloniae. Sunt qui non sunt in medio eius, id est, non tanta concupiscentia saeculi, & delectationibus obrutum. Qui uero, ut aperte dixerim, & breuiter, multum mali sunt, in medio Babylonis sunt, & ligna sunt sterilia, tanquam salices Babylonis. Quando illos uidemus, & tam steriles eos inuenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliquid unde possint duci ad fidem rectam, uel ad bona opera, uel ad spem futuri saeculi, uel ad concupiscentiam liberationis a captiuitate mortalitatis, scripturas nouimus, quas eis dicamus. Sed quia nullum fructum in eis inuenimus unde incipiamus, auertimus ab ipsis faciem, & dicimus: Adhuc isti non sapiunt, non capiunt, quia quicquid illis dixerimus, sinistri sunt, & aduersum habebunt. Ergo disser- endo circa eos scripturas, suspendimus organa nostra in salicibus. Non enim dignos habemus qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inferendo alligamus, sed differendo suspendimus. Salices enim sunt Babyloniae ligna infructuosa, pasta in temporalibus uoluptatibus, tanquam flu- minibus Babyloniae.

Quid sanctuarium, sanguis, uel sanguisugae mystice significant. Cap. III.

Quid sanctuarium mystice significet, diuus insinuat Greg. parte secunda Pastoralis, cap. 7. exponens illud Threnorum, Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Quid namque auro, quod metallis ceteris praeminet, nisi excellentia sanctitatis? Quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur? Quid per sanctuarij lapides, nisi sacrorum ordinum personae figurantur? Quid platearum nomine, nisi praesentis uitae latitudo signat? Quia enim Graeco eloquio πλαται & latitudo dicitur, profecto a latitudine plateae sunt uocatae. Per semetipsam uero ueritas dicit: Lata, & spaciofa uita est, quae ducit ad perditionem, Aurum igitur obscuratur, quum terrenis actibus sanctitatis uita pol- luitur. Color optimus commutatur, quum quorundam, qui degere religiose credebantur, aestimatio antea acta minuitur. Nam quum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato, ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallefcit. Sanctuarij quoque lapides in pla- teas dispergunt, quum causarum saecularium foras lata itinera expetunt, hi qui ad ornamentum Ecclesiae in- ternis mysterijs quasi in secretis sanctuarij uacare debuerunt. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fie- bant, ut intra sancta sanctorum in uestimento summi sacerdotis apparerent. Quum uero ministri religio- nis a subditis honorem redemptoris nostri ex merito uitae non exigunt, sanctuarij lapides in ornamento potius non sunt. Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacet, quum personae sacrorum ordinum uoluptatum

Psal. 109. 4.

Psal. 136. 4. Cassiodorus.

Esa. 44. 4.

Augustinus. Psal. 136. 4. Organa, scripturae, Dei praeccepta.

Thren. 4. 4.

Aurum, sanctitas excellentia. Color optimus, religionis reuerentia. Lapides sanctuarij, sacrorum ordinum personae. Platea, praesentis uitae latitudo. Matth. 7. b.

uoluptatum suarum libidini deditae, terrenis negocijs inhaerent. Et notandum, quod non hos disper- sos in plateis, sed in capite platearum dicit, quia & quum terrena agunt, summi uideri appetunt, ut & la- ta itinera teneant ex uoluptate delectationis, & tamen in platearum sint capite ex honore sanctita- tis. Nil quoque obstat, si sanctuarij lapides eosdem ipsos, quibus constructum sanctuarium existerat, accipimus, qui dispersi, in platearum capite iacent, quando sacrorum ordinum uiri terrenis actibus ex desiderio inseruiunt, ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare uidebatur. Saecularia itaque negocia aliquando ex compassione toleranda sunt, nunquam uero ex amore requirenda, ne quum mentem diligentis aggrauant, hanc suo uictam pondere ad ima de coelestibus immergant. At contra sunt nonnulli, qui gregis quidem curam suscipiunt, sed sic sibi uacare ad spiritalia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur.

Sanguis mystice significat peccatum, iuxta illud, Sanguis sanguinem tetigit: Solet enim (ut inquit Gregorius lib. Mor. 13. cap. 10.) sanguinis nomine signari peccatum. Vnde is, qui a peccatis liberari desiderat, per poenitentiam clamat: Libera me de sanguinibus, Sanguis ergo sanguinem tangit, quum culpa culpam cumulauerit. Et exponens illud Iob, Terra ne operias sanguinem meum: Pecanti (inquit) homini dictum est: Terra es, & in terram ibis. Quae scilicet terra redemptoris nostri sanguinem non abscondit, quia unusquisque peccator redemptionis suae precium sumens, confitetur, ac lau- dat, & quibus ualeat proximis, innotescit. Terra etiam sanguinem eius non operuit, quia sancta Ec- clesia redemptionis eius mysterium in cunctis iam mundi partibus praedicauit. Notandum quod subditur: Neque inueniat in te latendi locum clamor meus. Ipse enim sanguis redemptionis, qui sum- mitur, clamor nostri redemptoris est. Vnde etiam Paulus dicit: Et sanguinis asperionem melius lo- quentem, quam Abel. Et de sanguine Abel dictum fuerat: Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra, sed sanguis Iesu melius loquitur, quam Abel, quia sanguis Abel mortem fratricidam fra- tris petijt, sanguis autem domini uitam persecutoribus impetrauit. Vt ergo in nobis sacramentum dominicae passionis non sit ociosum, debemus imitari quod sumimus, & praedicare ceteris quod ueneramur. Locum enim latendi clamor eius in nobis inuenit, si hoc, quod mens credidit, lingua taceret: sed ne in nobis clamor eius lateat, restat ut unusquisque iuxta modulum suum uiuificationis suae mysterium proximis innotescat. Et Origenes homil. 26. in Mathaeum, exponens illud Euangelicum, Propter quod ueniet super eos omnis sanguis iustus, quem effundunt, per hoc ipsum, quod euertere uolunt ueritatem scripturarum, quae recte sanguis, & uita dicitur scripturarum, quia omnis scri- ptura nisi secundum ueritatem intelligatur, mortua est. Effundunt ergo ueritatem scripturarum quasi sanguinem earum, sicut effusus est sanguis Abel. Et non solum tunc uox sanguinis Abel clamabat ad Deum, sed semper ueritas scripturarum ab impijs effusa, secundum quod diximus a sanguine Christi, id est, a ueritate Euangelij cepta, per omnes scripturas interpellat ad Deum, aduersus eos, qui auertere eam uolunt, & sanguis testamenti, id est, ueritas scripturarum prophetarum, ad- uersus eos, qui immundam eam aestimauerunt, & noluerunt sanctificari in ea, quasi in sanguine ui- uo, & sanctificant. Sic effundunt etiam sanguinem Zachariae, qui interpretatur memoria Dei. Omnis enim qui memoriam Dei perdere festinat in eis quos scandalizat, Zachariae sanguinem uidetur effundere filij Barachiae, qui & ipse interpretatur benedictio Dei. Per benedictionem Dei memo- res sumus Dei. Si autem nec Abel nomen indiscussum debemus relinquere, dicimus quoniam Abel luctus interpretatur. Qui ergo suscipit quod scriptum est, Beati qui luget, saluat Abel, qui autem non recipit, sanguinem effundit Abel, hoc est, ueritatem luctus salutaris. Et hom. 16. in Numeros, exponens illud Numerorum, Non dormiet donec comedat praedam, & sanguinem uulneratorum bibat: In his uerbis (inquit) quis ita erit historicae narrationis cotentiosus adfertor, imo quis sic obru- tus inuenitur, qui non horrensus sonum literae ad allegoriae dulcedinem ipsa necessitate cofugiat? Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tam magnificus, de quo tanta praeconia sermo Dei enumerat, in hoc ueniet, ut sanguinem uulneratorum bibat, quum tam ualidis praecceptis cibus san- guinis interdicitur a Deo, ut etiam nos, qui ex gentibus uocati sumus, necessario iubeamur absti- nere, sicut ijs, quae idolis immolantur, ita & a sanguine? Dicant ergo nobis: Quis est iste populus, qui in usu habet sanguinem bibere? Haec erant quae & in Euangelio audientes hi, qui ex Iudaeis dominum sequebantur, scandalizati sunt, & dixerunt: Quis potest manducare carnem, & sanguinem bibere? Sed populus Christianus, populus fidelis audit haec, & amplectitur, & sequitur eum, qui dicit: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis ipsis, quia caro mea uere cibus est, & sanguis meus uere potus est. Et utique qui haec dicebat, uulnera- tus est pro omnibus, ipse uulneratus est pro peccatis nostris, sicut Esaias dicit: Biberent autem di- cimur sanguinem Christi, non solum sacramentorum ritu, sed & quum sermones eius recipimus, in quibus uita consistit, sicut & ipse dicit: Verba quae locutus sum, spiritus, & uita sunt. Est ergo ipse uulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, id est, doctrinae eius uerba suscipimus. Sed & illi nihilominus uulnerati sunt, qui nobis uerbum eius praedicauerunt, & ipsorum enim, id est, Apostolorum

Osea 4. 4. Gregorius. Sanguis, peccatum. Psal. 50. c. Iob 16. d. Gen. 3. d.

Heb. 12. f. Gen. 4. b.

Origenes. Matth. 23. d.

Sanguis, ueritas.

Matth. 5. a.

Numer. 23. d.

Ioan. 6. f. Ibidem. Esa. 53. b.

Ioan. 6. g.

Nam. 23. d. Apostolorum eius uerba, quum legimus, & uitam ex eis consequimur, uulneratorum sanguinem bibimus. Nō ergo (inquit) dormiet, donec comedat pradam, iste enim populus, qui catulo leonis, uel leoni comparatur, non quiescet, nec dormiet, donec rapiat pradam, id est, donec rapiat regnū cœlorum, quia à diebus Ioannis regnum cœlorum uim patitur, & uim facientes diripiūt illud. Vt autem euidentius cognoscas hæc de nostro populo, qui in sacramentis Christi confederatus est, *Matth. 11. b.* scribi, audi quomodo & in alijs Moses similia pronūciat, dicens: Butyrū bouum, & lac ouium cum adipe agnorum, & arietum filiorum, taurorum, & hircorum, cum adipe renum, frumenti, & sanguinem uuæ bibēt uinum, & hic ergo sanguis, qui nominatur uuæ, illius uuæ est, quæ nascitur ex illa uite, de qua saluator dicit: Ego sum uitis uera, discipuli uerò palmites. Pater autem agricola est, qui purgat eos, ut fructum plurimum afferant. Tu ergo es uerus populus Israël, qui scis sanguinē bibere, & nosti carnem uerbi Dei comedere, & sanguinem bibere, & uuæ sanguinem illius quæ est ex uera uite, & illis palmitibus, quos pater purgat, haurire. Quorum palmitum fructus, uulneratorum sanguis meritō dicitur, quem ex uerbis eorum, & doctrina bibimus, si tamē simus ut catuli leonis exurgentes, & ut leo exultantes.

Prouer. 30. b. Sanguisugæ quid mysticè significant, diuus insinuat Hieronymus, exponens illud *Prouerbiorum*, Sanguisugæ duæ sunt filia, dicētes, affer, affer: Sanguisuga (inquit) diabolus est, qui siti peccati, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Huic duæ sunt filia, quia duæ specialiter humani generis illecebræ. Hunc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria uidelicet, & philargyria. Nam & luxuriæ, quò liberius fræna laxantur, eò noxius delectatur. Et sicut quidam ait poetarum: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Iuuenalis.

Quid sapphirus, sardonyx, ac sartago mysticè significant. Cap. V.

Iob 28. c. Quid sapphirus, sardonyx, & sartago mysticè significant, diuus ostendit Greg. lib. Moral. 18. cap. 30. ac 31. exponens illud *Iob*, Nec lapidi sardonyco preciosissimo (nempe cōferetur, siue comparabitur) uel sapphiro: Sardonycum (inquit) uel sapphirū lapides preciosos esse, quis nesciat? Et dum multi alij preciosi sint lapides, qui longè istos æstimatione magnitudinis antecellant, cur sapphirus, uel sardonycus potissimum preciosus nominatus est, quum uterq; lapis iste aliorum lapidum comparatione uilissimus sit, nisi ut eos lapides, qui preciosi describuntur, dum preciosos non esse cognoscimus, in eorum intelligentia aliud exquiramus? Sardonycus quippe terræ rubræ similitudinem tenet, sapphirus uerò aëream habet speciem. Possunt ergo in sardonyco per terrā rubram homines, in sapphiro autem per aëream uisionem Angeli designari. Nam quum rubræ terræ speciem lapis sardonycus habeat, nō immeritō hominem designat, quia & Adam, qui primus est conditus, latino sermone terra rubra nominatur. Quid est ergo quod dicitur, quia hæc sapientia lapidi sardonyco, uel sapphiro non confertur, nisi quod is, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia, mediator scilicet Dei, & hominum Christus Iesus, tanta magnitudine excellat omnia, ut ei nec in terra primi homines, nec in cœlo Angeli comparētur? Vnde & per Psalmistam dicitur: Quis in nubibus æquabitur domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei? Possunt autē per sardonycum lapidem patres testamenti ueteris, per sapphirū uerò, prædicatores exprimi testamenti noui. Illi quippe quāuis magnam iustitiæ uitam tenerent, carnali tamen propagini seruebant. Quia igitur constat, quod quædam terrena agerent, nō immeritō per sardonycum lapidem, qui terræ rubræ tenet speciem, designantur, per sapphirum uerò, qui & aërei coloris testamenti noui congruè prædicatores accipimus, qui carnalis propaginis desideria postponentes, cœlestia sola sectati sunt. Vnde propheta admirās, ait: Qui sunt hi, qui ut nubes uolant? Ac si apertè dicat: Nos per terram gradimur, qui adhuc coniugijs implicamur, & propagandæ soboli opera carnis impēdimus: isti uerò in terra nō ambulant, sed ut nubes uolant, qui dum cœlestia appetunt, de terrenis desiderijs nihil tangunt. Ait ergo: Quia Dei sapientia sardonyco, uel sapphiro lapidi nō confertur, ac si patenter insinuet, dicēs: Ei qui homo inter homines cernitur, nec in antiquis quisquam, nec in nouis patribus æquatur, quia ex deitate habet, quod in humanitate quēquam similem non habet.

Sardonyx, homo Christus, patres antiqui.

Psal. 55. b.

Sapphirus, prædicator noui testamenti.

Esa. 60. b.

Rupertus. Leuit. 2. b.

Sartago, amulatio.

Sartago uerò quid mysticè significet, Rupertus ostēdit, exponens illud *Leuitici*, Si oblatio tua fuerit de sartagine similæ conspersæ oleo, & absq; fermento, diuides eam minutatim, & fundes de super oleum, hoc est (ait): Et si intus habueris pugnas uerborum à falsis fratribus, pro sacræ studio scripturæ, quā cum charitatis oleo, & absq; falsitatis tractaueris fermento, diuides eam minutatim, id est, diligentissimè singula dicta discuties, ne fortè quippiā reprehendi iuste possit, & fundes supra oleum. Similæ iam conspersæ oleo, iterū minutatim diuisæ superfundes oleū, id est, scripturæ sanctæ per charitatē elucidatæ, iterū singulatim retractatæ aduersus cōtradictores, nō amaritudinis zelū, sed ardētioris, ut eos lucrifacias, superaddes eiudē charitatis oleū. Sartago uas à strepitu soni uocatū, sonat enim, & strepit, dū in ea frigitur oleū. Internū ergo significat fraternæ amulationis incendium, id est, interius perfonante, ac perstrepenste salforū fratrum inuidiam. Notādum, quod si de sar

si de sartagine est oblatio, minutatim diuidi, & sic oleum supra fundi iubetur. Nam cōtra falsos fratres, qui sub nomine Christiano, ueritati insidiantur, diligentissima diuisione, ac subtili discretionis minutatione opus est. Quippe qui sub eisdem nominibus, quibus pro fide utimur, & ipsi malitiosè delitescunt, contra fidem nituntur. Vnde dominus noster: Attēdite à falsis prophetis, qui ueniūt ad uos in uestimētis ouium, intrinsecus autem, sunt lupi rapaces. Nam sicut ipse dominus noster, quum à Iudæorum pontificibus, scribis, ac pharisæis, tanquā in sartagine stridula seditioso strepitu quæstiunculis obiectis frigeretur, subtili commemoratione scripturarum causam iustitiæ suæ tuebatur. Et exponens illud *Ezechielis*, Et tu summe tibi sartagine ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circumdabis eam. Signum est domui Israël: Hæc (inquit) est ira Dei, de qua dictū est: Erit enim pressura magna super terrā, & ira populo huic. Sartago quippe ferrea, quæ & murus ferreus cœlestis iræ nimietatem significat, cuius seueritatem excurrere nō possit misericordia, ut ad clausos, uel obsessos perueniat. Hæc autem expositio ex Hieronymo sumpta est, qui in commētarijs hoc pacto scribit: Sartago ferrea, quæ instar muri inter prophetam, & urbem ponitur, grandem iram demonstrat Dei, quæ nullis precibus fatigetur, nec flectatur ad misericordiam. Sicut enim omnia metalla ferrum domat, nihilq; eo durius est, sic incredibilia scelera Hierusalem, Deum natura mollem, suo uitio fecerunt esse durissimum. Sartago quoq; dicitur medius inter populum, & Deū murus oppositus, ut ostendat omnem multitudinem in breui esse frangendam, redigendamq; ad nihilum. Obfirmatio autem uultus contra urbem, seueritatis indicium est, iuxta illud, quod alibi scriptum legimus: Facies domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Matth. 7. b.

Ezech. 4. a.

Sartago, ira diuina

Hieronymus.

Psal. 33. c.

Quid scabellum, scabies, scalaq; mysticè significant. Cap. VI.

Quid scabellum mysticè significet, insinuat Orig. homil. 23. in *Matth.* exponens illud *Dauidicum*, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Non est (inquit) æstimandum similiter ponere Deum inimicos Christi scabellum pedum eius, quemadmodum ponuntur inimici sub pedibus regum terrenorum exterminantium proprios inimicos. Nōne illi sine misericordia conculcant aduersarios proprios? Deus autem non ad perditionem ponit inimicos Christi scabellum pedum eius, sed ad salutem ipsorum. Scriptum est enim: Quomodo contenebricauit dominus in ira sua filiam Sion, deiecit de cœlo in terram gloriam Israël, & non fuit memor scabelli pedum suorum? Et illud: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Nō ignominiam, sed gloriam significat terræ, quæ de Deo modicam aliquam, & nouissimā intelligit partem, quæ moraliter appellatur pedes eius. Sic & Ecclesia super terrā in initijs quidē culturæ Dei, & notitiæ Dei scabellum pedum eius, sicut & poenitentiam agens mulier illa peccatrix ad pedes erat Iesu in principijs poenitentiae suæ. Nec enim poterat unguentum odoris actuum suorum bonorum effundere super caput Christi. Optabile enim erat uelut secus pedes domini stare, & ungeri. Et Apostolus in prima ad Corinthios talem inducit sensum scripturæ, ut ad subiectionē intelligamus eorum, qui aliquando fuerant inimici, fieri eos scabellum pedū Christi, hoc modo dicens: Quum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & uirtutem. Oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos eius sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius &c. Vide quomodo in omnibus istis nomen subiectionis ad salutem ponitur subiectionum. Et *Cassiodorus*: Scabellum ab eo dictū est, quod scandatur, id est, ascenditur. Et consyderanda, quod hic, Donec, finitum pro infinito sit positum. Quasi uerò ad dexteram patris non est ille sessurus, postquam inimici ipsius, ut scabellū pedibus eius fuerint inclinati. Vfus enim scripturæ diuinæ est uerbum istud & pro breui tempore dicere, ut est illud: Claude os tuum pusillum, donec transeat ira domini, & pro æternitate depromere, iuxta illud: Ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Et in Euangelio: Non cognouit eā donec peperit filium suum primogenitum, & ita hoc in loco: Pedibus autem domini, stabilitas æterna significatur, ubi ille tanquam uestigijs positus omnipotentiae suæ uirtute consistit. His pedibus constat esse subdendos, qui quotidie uitiorum contrarietate derelicta reuertuntur ad dominum, & tanquam scabellum pedibus, ita eius prædicationibus inclinantur. O beatum scamnum, quod pedibus sanctis apponitur, supra omnia regna euehitur, cui subiectio tāta præstatur. Nam quum sedenti ad dexteram scabellum subditur, sine dubio de illis inimicis dicitur, qui conuersi ad dexteram collocantur. Et diuus Hieronymus, exponens illud *Psalmistæ*, Et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est: Multæ (inquit) de scabello opinioniones sunt, sed hic propheta corpus dominicū dicit, in quo maiestas diuinitatis tanquam super scabellum stat. Sanctum enim eum dici sæpe docuimus. Quod autē adorari debeat, eo ascendente Apostoli docuerunt, quū adorātes regressi sunt in Hierusalem. Sed ad crucem dñicam, & ad animam sanctam hæc referenda sunt. Et diuus Augustinus, Et adorate scabellum &c. Suppedaneum dicitur scabellum, quod dicitur Græci

Origenes. Psal. 109. a.

Thren. 2. a.

Esa. 66. a.

Luc. 7. f.

1. Cor. 15. d.

Cassiodorus.

Esa. 26. d.

Psal. 122. a.

Matth. 1. d.

Pes, stabilitas æterna.

Hieronymus. Psal. 98. a.

Scabellum, corpus dominicum.

Luc. 24. g.

Augustinus.

Esa. 66. a. *ἵπποδρόμῳ*, dixerunt Latini scabellū, & alij dixerunt suppedaneum. Alio loco scriptura dicit: Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: Sine impietate adoratur scabellum pedum eius, & terra, quæ est scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit. Quis est sanctus? In cuius amore adoras scabellum pedum eius. Et *Calliodorus*: Quoniam (inquit) beatus Augustinus diligentissimus exquisitor, corpus domini, quod de Maria uirgine sumpsit, scabellū diuinitatis eius afferuit debere sentiri propter naturam humanitatis, quam est dignatus assumere, illi enim uirtuti esse subiectū, atq; unitum, omnibus creaturis constat excelsius, sicut dicit Apostolus. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Et alibi de eodem Christo Iesu Apostolus dicit: Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Pedes autem stabilitatem diuinitatis significāt, quæ semper in naturæ suæ omnipotēti gloria, tāquam pedū indefecta stabilitas, perseverat. Huius ergo uerbi assumptum corpus, quamuis gloriosum, quamuis magnum, quamuis adorabile, tamē propter humilitatem humanitatis, scabellum pedum competenter accipimus. Et nota, quod nō dixit, Quoniam sanctus est, sed, Quoniam sanctū est, scilicet ut corpus à deitate mentis cōtemplatione disceres, sed ad unā personā referes, id est, ad uerbū, quod caro factū est, & habitauit in nobis.

Ioan. 1. b. *Luc. 21. d.* Quid scabies mysticē significet, diuus insinuat Greg. parte secunda Pastoralis, cap. 11. Iugē (ait) uero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor uiscerum ad cutem trahitur, per quam rectē luxuria designatur, quia si cordis tentatio usq; ad operationem profilit, nimirum feruor intus usq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus lauciat, quia dum in cogitatione uoluptas non reprimitur, etiā in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, quum dicebat: Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Ac si apertē diceret: Humanum quidem est tentationē in corde perpeti, Dæmoniacum uerō est in tentationis certamine in operatione superari.

Rupertus. *Gen. 28. c.* Scala quid mysticē significet, Rupertus indicat, exponens illud Geneseos, Viditq; in somnis scalam stantem super terram &c. Hunc (inquit) imitantur, quicūq; benedictione Dei patris, & filij eius Iesu Christi, cum gratia spiritus sancti missi ad spirituale semen seminandum, depositis sæculi oneribus, nudī, & expediti ad destinatū tendunt, uigilantq; & in omnibus laborant, & sobrii sunt, nihil se scire iudicātes, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, & cum Apostolo dicentes: Non habemus hīc ciuitatem permanentē, sed futuram inquirimus. Illis porta cœli aperitur, & ascendentes scala hæc erigitur, quæ huic apparuit per quam ei ascendentes, & descendētes Angeli monstrantur. Non aliud sine dubio descēsus ille, & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descēdere, & humilitate ascendere. Scala uerō ipsa erecta, nostra est uita, in hoc sæculo, quæ humillato corde à domino erigitur ad cœlum. Latera enim eius scalæ dicimus, nostrum esse corpus, & animam. In quæ latera diuersos gradus humilitatis, uel disciplinæ euocatio diuina inseruit ascendendos. Verūtamen ut ad rem præsentem, propriamq; uiatoris attingat personam, dicēdum est iuxta allegoriam, quid significet scala hæc sublimitate sua tangens cœlos, portamq; apertam habens in nixo sibi domino. Hæc planē magna est dignatio supernæ propitiationis, quæ super hūc peregrinum talem, uel profugum uiscera sua non contuuit, quin properaret ostēdere, quā tutum illi, & semini eius præpararet refugium in altitudine cœli. Quid enim illi est scala hæc tantæ altitudinis, nisi illa seminis series, quam omnes nouimus secundum Euangelicum librum generationis Iesu Christi filij Dei? Eius namq; gradus scalæ supremus est, cui & dñs fuit innixus, nō alius quā Ioseph in illa generatione nouissimus, uir Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Nōne scalæ innixus fuit dominus, quum huius paterna ope, & pia uectatione indigēs uteretur Deus, homo factus de loco ad locū fugiens, Herode persequēte, pupillis in hoc mundo, id est, absq; carnali patre genitus? Vidit igitur scalam summis suis innixum habentem dominum, tangētem cœlos, aperientemq; cœli portam, & tali figura præuidit innixum dominum generationem suam, id est, de se incarnatum habituram, per quam cœlos attingeret, & portam cœli hæcenus clausam hominibus introiret. Et hoc somnium rei congruit, ac tempori, secundū personam, uel negociū eius, qui uidit. Tunc enim ibat cum benedictione Dei, & præcepto patris sui, ut uxorem acciperet de filiabus Laban auunculi sui, cū fide, & spe eius, quæ ad auum ipsius facta est, repromissionis. Vidit & Angelos ascendētes, & descendētes per eam. Angeli Dei, id est, nūcij, sancti prædicatores sunt ueritatis, nūcij, uel testes utriusq; diuinæ pariter & humanæ generationis Iesu Christi. Hi nunquam sursum, aut deorsum fixi cōsistunt, nunquam enim purum Deum, aut purum hominem prædicant esse semen Abraham Iesum Christum, sed sursum, ac deorsum inoffenso pede currētes, dicunt ascendentes, quia, in principio erat uerbum, dicunt descendētes, quia, Verbum caro. Descendendo Deum hominem factum, ascendendo fatentur Deo hominē unitum. Idcirco rectē duo generationis huius prædicatores, Matthæus, & Lucas, ascensum hunc, & descensum sibi diuiserunt, ut ille ab Abraham descēderet usq; ad uirginis uterum, hīc ab ipso qui putatur filius Ioseph, ascenderetq;

ascenderetq; usq; ad Deum: Terram (inquit) in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Hoc de semine carnis dictum est. Porro quod sequitur, Dilataberis ad occidentem, & orientem, & septentrionem, & meridiem, de semine fidei dixit. Sic enim conclusit: Et benedicetur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Illud ante hoc post Christi seminis eius aduentum factum est. Nam in duodecim tribubus suis terram in qua dormiebat, tunc illi dedit. In Christo totum mūdum per quatuor partes eius benedixit. Et lib. de gloria trinit. & processione spiritus sancti, quinto. Quūq; uenisset ad quēdam locum &c. Deniq; magnū hīc est filij Dei sacramentum, si ritē scalam agnoscis, si quid sit dominum scalæ innixum, ritē perpēdis. Siquidem saluo morali intellectu, quo dicere possumus scalam esse uitæ nostræ profectum, & scalæ huius latera nostrum corpus, & animā, gradus autem eiusdem scalæ diuersarum esse ascensiones uirtutum, saluo (inquam) hoc morali intellectu, generatio domini nostri Iesu Christi per scalā illam debet intelligi, cuius quasi duo latera sunt duo patriarchæ magni, scribente Euangelista: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Ad istos namq; patres Deus eūdem Christum nasci de semine eorū cum iuramento repromisit. Quomodo supremo gradu scalæ dominus innixus fuit? Ita nimirū ut pupillus, id est, absq; patre secundum carnem natus in hoc sæculo, opus haberet adoptiuo patre, & nutricio Ioseph. Igitur Angelus qui eruit me (ait Iacob) de cunctis malis, ipse est Deus Dei filius, ac proinde quia taliter orauit, tertio Deū nominās, palam constat, quia sanctam trinitatem inuocauit. Et diuus Augustinus lib. duodecimo, contra Faustum, hoc modo scribit: Amen amen dico uobis (inquit) uidebitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes super filium hominis. Hoc enim Israël uiderat, quū illū lapidem ad caput habebat, à terra in cœlum scalas, per quas ascēdebāt, & descendebant Angeli Dei. In quibus significati sunt Euangelistæ prædicatores Christi, ascendentes utiq; quum ad intelligēdam eius supereminētissimā unitatem excedūt uniuersam creaturā, ut eum inueniant in principio Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia; descendentes autem, ut eum inueniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt, redimeret. In illo enim scalæ à terra usq; ad cœlum, à carne usq; ad spiritum, quia in illo carnales proficiendo, uelut ascendendo spirituales fiunt, ad quos lacte nutriendos, etiā ipsi spirituales descendunt quodammodo, quum eis non possunt loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Sic & ascenditur, & descenditur super filium hominis, filius enim hominis, sursum in capite nostro, quod est ipse saluator, & filius hominis deorsum in corpore suo, quod est Ecclesia. Ipsum & scalas intelligimus, quia ipse dixit, Ego sum uia. Ad ipsum ergo ascenditur, ut in excelsis intelligatur, & ad ipsum descenditur, ut in membris suis paruuli nutriatur. Et per illum ascenditur, & descenditur; exemplum quippe eius sequētes prædicatores eius, non solum se erigunt, ut eum sublimiter expectent (aliās spectent) sed etiā humiliant, ut eum temperanter annuncient. Videte Apostolum ascendentem: Siue (inquit) mente excessimus Deo. Videte & descendētem: Siue (inquit) temperātes sumus, uobis. Dicat & per quem ascēderit, & descenderit: Caritas enim (inquit) Christi compellit nos, iudicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

Quid scirpus, scirpus, securis, sedesq; mysticē significant.

Cap. VII.

Scirpus quid mysticē significet, diuus ostendit Gregorius lib. Moral. 8. cap. 27. exponēs illud Iob, Nūquid uirere potest scirpus absq; humore, aut crescere carectum sine aqua? Scirpi (inquit) uel carecti nomine, hypocrita uitam signat, quæ specie quidē uiriditatis habet, sed ad humanos usus fructum utilitatis nō habet, quæ sterilitate operis arida permanens, solo sanctitatis colore uiridescit. Sed neq; sine humore scirpus, neq; sine aqua carectū proficit, quia hypocrita uita ad bona opera infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cunctis quæ agit, exteriores laudes appetēs, à fructu perfectæ infusionis inanescit. Sed quia hanc in usum propriæ laudis arripit, in aqua quidem uirides, sed tamen inanes crescunt. Bene autem subditur: Quum adhuc sit in flore, ne carpatur manu, ante omnes hæc arefcit. Scirpus in flore, est hypocrita in laude. Ac utis uero angulis surgens carectū, manu nō carpitur, quia exasperatis per arrogantiam sensibus, de prauitate sua hypocrita corripit designatur. In flore suo manum carpētis incidit, quia in laude hypocrita positus, ne hunc quisquam corripere audeat, asperitate sua protinus uitam corripientis secat.

Scirpus quid mysticē significet, require in dictione, Locusta.

Securis quid mysticē significet, diuus insinuat Hieronymus, exponens illud Euāgelicum, Iam enim securis ad radicem arboris posita est, id est, prædicatio sermonis Euāgelici, qui ex utraque parte acutus est gladius, securis appellatur, iuxta Hieremiam prophetam, qui uerbum domini securi comparat cædenti petram. Et Theophylactus: Securi uocat iudicium domini, arbores autem, singulos. Igitur qui non crediderit, iam stirpitus excinditur, & in gehēnam mittitur. Et diuus Gregorius in Euāgelia, homilia uigesima: Iā enim securis ad radicē arboris posita est &c. Arbor

huius

Arbor, humanum genus. huius mundi, est uniuersum genus humanum. **Securis, redemptor noster.** Securis uero, est redemptor noster, qui uelut ex ma-
Ibidem. nubrio, & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate. Quae uidelicet securis iam ad ra-
Rami fructuosus, si, malorum filij. dicem arboris posita est, quia & si per patientiam expectat, uidetur tamē quid factura est. Omnis enim arbor nō faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, quia unusquisq; peruer-
Origenes. sus paratam citius gehēnæ concremationem inuenit, qui hīc fructum boni operis facere contēnit. **Esa. 66. a.** Et notandum, quōd securim non iuxta ramos positam, sed ad radicem dicit. Quū enim malorum filij tolluntur, quid aliud, quā rami infructuosae arboris abscinduntur? Quū uerō tota simul pro-
Ibidem. genes cum parente tollitur, infructuosa arbor à radice abscissa est, ne iam remaneat, unde prauae iterum soboles succrescant. In quibus Ioannis Baptistae uerbis constat, quōd audientium corda turbata sunt, quum protinus subinfertur, Et interrogabāt eū turbæ, dicētes: Quid ergo faciemus?
Philip. 3. d. Quid sedes mysticē significet, Origenes insinuat homilia prima, super Genesim: Carnales (in-
Esa. 2. b. quit) isti homines, qui intellectu diuinitatis ignorant, sicubi in scripturis de Deo legunt: Quia cœlesti mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum, suspicāt Deum tam ingentis esse corpo-
Matth. 6. e. ris, ut putent eum sedentem in cœlo, pedes usq; ad terram protendere. Hoc autem sentiunt, quia non habent illas aures, quae dignē possint audire uerba Dei de Deo, quae per scripturam referun-
Mat. 25. c. tur. Quod enim dicit, Cœlum mihi sedes est, ita dignē de Deo intelligitur, ut sciamus, quia in his, **Homilia nona, in diuersos.** quorum in cœlis conuersatio est, Deus requiescit, & residet. In his autem, qui adhuc terrenū pro-
Psal. 121. b. positum gerunt, ultima pars eius prouidētiae inuenitur, quod in pedum appellatione figuratim in-
Sedes, sancti pfecti, Angeli q & Throni di- cuntur. dicatur. Ex quibus si qui fortē studium, ac desiderium sumpserint fieri cœlestes, perfectione uitae, & intellectu altitudine, efficiuntur etiam ipsi sedes Dei, facti prius peritia, & conuersatione cœlestes, qui etiam dicunt: Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in cœlestibus. **Psal. 121. b.** Sed & illi, quorum thesaurus in cœlo est, cœlestes dici possunt, & sedes Dei, quoniam ibi est cor eorum, ubi est thesaurus eorum. Et exponens illud Euangelicum, Quum uenerit filius homi-
Matth. 19. d. nis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cū eo, tunc sedebit in sede maiestatis suae &c. Sedes (in-
Matth. 25. d. quit) eius, aut certē quidam perfectiores dicuntur sanctorum, de quibus scriptum est: Quoniam illic sederunt sedes in iudicio, aut quaedā uirtutes Angelicæ, de quibus dicit: Siue sedes, siue dñationes. Ergo rex saeculorum Deus uerbum, qui & in forma factus est hominis, sedebit super huiusmodi sedem gloriae, & congregabuntur ad eū omnes gentes &c. De sede autem Dei, requirere in dictio-
Sap. 7. d. ne, Dextera. Et Cassiodorus exponēs illud Psalmistæ, Quia illic sederūt sedes in iudicio, sedes su-
Esa. 66. a. per domum Dauid, hoc modo scribit: Illos quos superius dixit: Illic ascenderunt, ne eos crederes minus fortassis honorandos, dicit: Quia illic sederunt. Illic utiq; ubi & ascenderunt, & cum domi-
Ioan. 5. d. no iudicabunt. Tantus enim honor sanctis promittitur, ut etiam cū illo cœlesti iudice iudicare me-
Psal. 13. reantur, sicut & in Euangelio ipse testatur: Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israēl. Honorabilis sessio, dignitas admiranda, per Dei gratiā homines iudices fieri, qui fue-
Matth. 19. c. rant peccatis faciētibus rei. Sed quum dominus dicat utrūq; quod legitur: Ite in ignem aeternum: Et: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. quomodo cum domino sancti iudicabūt? Cum ipso reuera iudicabunt, quando iam mente purgati, & in contemplatione perfectissima con-
Matth. 19. c. stituti, hoc sine dubio iudicabunt esse faciendū, quod à domino cognouerint constitutum. Volun-
1. Cor. 15. e. tas enim compar audientium unum facit esse iudicium, quāuis reliqui tacuisse noscātur. Sederunt autem quod dictū est, præteritū tempus ponitur pro futuro, quia omnia uerba Dei sic firma sunt, ut quāuis credātur esse uentura, stabilitate sui æstimes esse iam facta. Sed pscrutemur quid sit hoc, quod sedes sedisse dicat? Merito, quoniam sancti uiri, sedes sunt Dei. In ipsis enim sedendo gratia eos suae maiestatis illuminat, sicut legitur: Sedes sapientiae anima iusti. Et alibi: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem uerba mea? Sequitur, In iudicio. Quo scilicet nisi illo futuro de quo legimus: Pater nō iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit filio? Sed quamuis non posuerit quale iudicium uelut intelligi, absoluta tamē ratione cognoscimus illud esse, & ubi & sancti sedebunt, & simul cum domino iudicabunt. Quod in scripturis diuinis frequenter inuenis dictum, ut exprimitur res ipsa, quae dicitur, sed tamē det hominibus intelligen-
Psal. 13. dum quod rationabiliter sentiatur, sicut iam in alio Psalmo dictum est: Quis est homo, qui uult ui-
Matth. 19. c. tam? Et in Euangelio dominus: Si uis uenire ad uitam, serua mādata. Non enim dixit: Aeternam, quod est omnimodis sentiendū. Hæc figura dicitur Eclipsis, & quia illi deest necessarius sermo, de-
1. Cor. 15. e. fectus uocatur. Sed tamen quae sint istae laudes, laudando consequenter exponit, dicens: Sedes su-
Matth. 19. c. per domum Dauid. Super domum dicit, super familiam Christi, quia clariores ibi erunt aliqui san-
1. Cor. 15. e. ctorum à reliquis fidelibus, sicut dicit Apostolus: Stella à stella differt in claritate, sic erit & resur-
Matth. 19. c. rectio mortuorum. Nam si alicui seruorum, hīc inter cōfamulos suos de domini sui animo aliquid amplius scire gloriosum est, quantomagis in illa domo Christi potest esse mirabile aliquā contem-
Matth. 19. c. plationem domini plus habere, ut tanto magis ab alio distet, quanto eum diuinitatē eius contigerit amplius intueri? Dauid uerō significat Christū, nomē ex parēte carnis assumptū, Et intueri quē-
admodum

admodum ciuitatis illius facta descriptio est, ut diceret quid ibi agendum sit, quemadmodum con-
Sap. 7. d. struitur, qui illuc ascendat, quid ibi acturi sunt. Quod schema dicitur Characterismos, quae latine informatio, uel descriptio nūcupatur. Et diuus Augustinus, Quoniam illic sederunt sedes in iudi-
Matth. 19. cio &c. Mirum ænigma, mira quæstio, si non intelligatur. Thronos Græci fellas dicunt, tanquam honorabiles. Non est mirum, si sedeant homines in sedibus, in fellis: ut autem ipsae sedes sedeant, quomodo possumus intelligere? Deus dixit: Cœlum mihi thronus est, siue sedes est. Isti sunt iusti, in quibus sedet Deus, & de ipsis iudicat. Dictum est alio loco: Anima iusti, thronus sapientiae. Ma-
Sap. 7. d. gna res dicta est: Thronus sapientiae anima iusti, id est, in anima iusti sedet sapientia, tanquam in sella sua, tanquam in throno suo, & inde iudicat quicquid iudicat. Apostoli ergo erāt throni sapien-
Matth. 19. tia, & ideo dixit illis dñs: Sedebitis super duodecim thronos, iudicātes duodecim tribus Israēl. Sic & ipsi sedebunt super duodecim sedes, & ipsi sunt sedes Dei, de quibus dictum est: Ibi sederūt se-
Sap. 7. d. des in iudicio, id est, animae iusti, qui sunt sedes sapientiae. Sedes super domum Dauid, id est, super familiam Christi, cui dederunt cibaria in tempore.

Quid semen, semita, mysticē significant. Cap. VIII.

Semen quid mysticē significet, dominus insinuauit in parabola seminantis, ubi ait, Exijt qui se-
Matth. 13. a. minat seminare &c. Semē (inquit) est uerbū Dei. Diuum autem Gregorium require & supra **Mar. 4. a.** in dictione, Noualia. Et diuus Hieronymus, exponēs illud Esaiæ, Beati qui seminatis super omnes **Luc. 9. a.** aquas, immittentes pedē bouis, & asini. Beati (inquit) estis apostoli, ceteriq; doctores, qui semina-
Esa. 32. d. tis super omnes aquas, id est, super omnes aquas scripturae sanctae, in quibus calcat bos, mundum animal propter electionem patrū, Et asinus immundus, propter idololatriam quondam gentilium, ut & de circuncisione, & de præputio Ecclesia domini congregetur.

Semita quid mysticē significet, diuus insinuat in parabola Gregorius, exponēs illud Iob, Nūquid semitam **Iob 22. c.** saeculorum custodire cupis, quam calcauerunt uiri iniqui? Sicut (inquit) semita redemptoris nostri **Iob 24. c.** humilitas, ita semita saeculorum superbia est. Saeculorum itaque semitam uiri iniqui calcant, quia per huius uitae desideria in elatione perambulant. Et exponens illud Iob, Nescierunt uias eius, **Iob 37. c.** nec reuersi sunt per semitas illius: Angustior (inquit) est semita quā uia. Qui autem bona mani- **Matth. 7. b.** festiora agere contēnunt, nequaquā ad subtiliora intelligenda perueniunt. Expectauit autē omni-
Psal. 22. a. potens Deus, ut per eius semitas pergerēt, sed utinā per eas, uel reuerti uoluissent, ut uitae itinera, quae noluerunt per innocentiam, saltē per poenitentiam tenerent. Et lib. Moral. 27. cap. 24. exponēs **Psal. 17. e.** illud Iob, Nunquid nosti semitas nubium magnas? Habent (inquit) istae nubes semitas subtilissimas, scilicet sanctae praedicationis uias. Angusta quippe porta est, quae ducit ad uitā. Eos ergo per se-
Sap. 7. d. mitas astringunt, qui ab intentionis eorum tramite per lata mundi desideria euagādo non exeunt. Arcta enim bene uiuendi censura, non est ampla uia, sed semita, in qua praedicator quisq; studiosē **Psal. 22. a.** constringitur, qui sub praepceptorum custodia sollicitē coangustatur. An non quasi quaedam angus-
Sap. 7. d. tia est itineris, in hoc quidem mundo uiuere, sed de huius mundi cōcupiscentia nihil habere, alle-
Esa. 66. a. na nō appetere, propria nō tenere, laudes mūdi despiciere, & pro Deo opprobria amare, gloriā fu-
Matth. 7. b. gere, despectū sequi, adulātes despiciere, despiciētes honorare, & mala nocentū ex corde dimitte-
Psal. 22. a. re, & erga eos dilectionis gratiā immobilem in corde retinere? Quae uidelicet omnia semitae sunt, sed magnae, quia quanto in praesenti uita pro ipsa uiuendi custodia angustae sunt, tanto amplius in **Psal. 17. e.** aeterna retributione dilatantur. Et Cassiodorus, exponēs illud Psalmistæ, Deduxit me super semi-
Sap. 7. d. tas iustitiae, propter nomen suum: Quartū beneficiū memorat, quod est sollicitus indagandū. Nam quum iustitiae semitas ambulare superbiae sit, cur sanctus uir illuc se gaudet esse per ductum, quod **Psal. 17. e.** dominicis regulis uidebatur esse cōtrarium? Sed hīc, super, taliter accipiendū est, quēadmodum si **Psal. 17. e.** dicatur, positus est super populū corrigendum, quos debeat iustitiae semitas edocere, sicut & alius **Psal. 17. e.** propheta dicit: Super excelsa statuit me, ut uincā in claritate ipsius. Quod autē ait, Propter nomē suum, famulus Christi gaudebat se ad illā scientiā peruenisse, ut posset dñi iussa uulgare. Semitae enim iustitiae, sunt duo praepcepta salutaria, in quibus lex, & prophetalis sermo cōcluditur: Diliges **Psal. 17. e.** dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximū tuum, sicut te ipsum. Merito **Psal. 17. e.** ergo super semitas iustitiae deductū se esse gaudebat, qui animi contemplatione profecerat. Addi-
Psal. 17. e. dit, propter nomen suū, ut nemo diceret meritis suis collatū, quod diuina gratia probat esse cōces-
Psal. 17. e. sum. Et exponens illud Psalmistæ, Vias tuas dñe notas fac mihi (aliās demonstra) & semitas tuas **Psal. 17. e.** edoce me. Inter uias, & semitas, non parua distantia est. Vias enim dicimus, quas cōmeantium ge-
Psal. 17. e. neraliter licentia peruagatur, quae dictae sunt à uehendo. Semitae uerō sunt, quae angusto calle diri-
Psal. 17. e. guntur, nec uulgō notae sunt, sed occultis itineribus ambulatur. Dicta est enim semita, quasi semi-
Psal. 17. e. uia. Quapropter uias dicamus ad uitae ordinem pertinere, in quo ambulat & doctorum conuersa-
Psal. 17. e. tio, & simplicium multitudo. Semitas autem legis intelligentiam debemus accipere, quae & pau-
Psal. 17. e. cis notae,

cis notæ, & difficultate sui probantur angustæ. Sequitur enim, Edoce me. Qui sermo non ad callem, sed ad legem magis noscitur pertinere.

Quid senarius numerus mysticè significet.

Cap. IX.

Gregorius.
Iob 1. a.
Millenarius numerus, cur perfectus.
Senarius numerus, cur perfectus.
Gen. 2. d.
Septenarius numerus cur i scriptura perfectus.
Denarius numerus, cur perfectus.
Matth. 20. a.
Matth. 22. d.
Millenarius numerus cur i scripturis perfectus.
Psal. 104. d.
Exod. 21. a.
Hebræus, transiens.
Exod. 3. a.
Psal. 36. g.
Senarius numerus, actiua uitæ perfectio.
Septenarius numerus, uita contemplatiua.

Quid senarius numerus mysticè significet, diuus insinuat Gregorius lib. Mor. 35. cap. 19. & 20. exponēs illud Iob, Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum &c. Apud sæcularem (inquit) scientiam millenarius numerus, idcirco perfectus habetur, quia denarii numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta, sunt centum, quæ iam figura quadrata, sed plana non est. Ut autem in latitudinem surgat, & solida fiat, rursus centum decies multiplicatur, & mille sunt. Senarius autem numerus idcirco perfectus est, quia primus in numeris compleitur partibus suis, id est, sexta sui parte, & tertia, & dimidia, quæ sunt unum, & duo, & tria, quæ in summam ducta sex fiunt. Nec alius ante senarium numerum reperitur, qui in suis partibus, dum diuiditur, tota eius summa compleatur. Sed quia cuncta hæc per sacræ scripturæ celsitudinē proficiendo transcendimus, ibi senarium, ibi septenarium, ibi denarium, ibi millenarium, unde sit perfectus inuenimus. Senarius quippe numerus in scriptura sacra perfectus est, quia in mundi origine dominus ea quæ primo die cepit, sexto die opera impleuit. Septenarius in ea perfectus est, quia omne opus bonum septem per spiritum uirtutibus agitur, ut & fideles simul & opera cõsummentur. Denarius numerus in ea perfectus est, quia lex in decem præceptis concluditur, omnisq; culpa non amplius, quàm per decem uerba cohibetur, atq; enarrate ueritate, operatores uinæ denario remunerantur. In denario quippe, tria iunguntur ad septem. Homo autē qui ex anima cõstat, & corpore, in septem qualitatibus cõtinetur. Nam tribus spiritualiter, & quatuor corporaliter uiget. In dilectione etenim Dei tribus qualitatibus spiritualiter excitatur, quæ ei per legē dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Corporaliter uerò quatuor qualitatibus cõtinetur, quia uidelicet ex materia calida, & frigida, humida, & sicca cõponitur. Homo ergo qui ex septem qualitatibus constat, denario remunerari dicitur, quia in illa perceptione supernæ patriæ, septem nostra ad tria iunguntur æterna, ut homo cõtemplationem trinitatis accipiat, & de remuneratione operis, quasi quodam denario cõsummat, uiuat. Vel certè, quod septem uirtutes sunt, quibus in hac uita laboratur, dumq; eis in remuneratione cõtemplatio trinitatis redditur, uita laborantium denario remuneratur. Sed perfectus quisq; etiam in hac uita denarium accipit, dum eisdem septem uirtutibus, spem, fidem, charitatemq; coniungit. Millenarius quoque numerus in sacro eloquio perfectus accipitur, quia appellatione eius uniuersitas designatur. Vnde scriptum est: Verbi quod mādauit in mille generationes. Quum enim nequam credendum sit quod ad centum generationes mundus extenditur, quid aliud mille generationibus, nisi uniuersitas generationum figuratur? Beatus igitur Iob quatuordecim milia ouium recepit. Quia enim in sancta Ecclesia uirtutum perfectio ad utrunq; sexum ducitur, septenarius in ea numerus duplicatur. Et sex milia camelorum, quia plenitudinem in illa operis accipiunt, qui ab illa dudum uitiorum suorum cõditate perierunt. Et homilia tertia in Ezechielem, exponēs illud Exodi, Si emeris seruū Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali ueste intrauerit, cum tali exeat. Si habens uxorem, & uxor egredietur simul. Sin autem dederit illi dominus uxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt domini sui, ipse uerò exibat cum uestitu suo. Quod si dixerit seruus, Diligo dominum meum, & uxorem, & liberos, nō egredietur liber, offerat eū dominus dñs, & applicabitur ad ostium, & postes, perforabitq; aurē eius subula, & erit ei seruus in sæculum. Paulò latius testimoniū dedimus, ut distinctionem seruitutis, atq; libertatis in utraq; uita monstremus. Sed onerosum esse non debet, si hoc exponēdo exequimur, unde ista quæ diximus, affirmemus. Hebræus enim, trāsītēs interpretat. Et seruus Hebræus emittitur, quādo unusquisq; qui iā ab hoc sæculo mēte trāsīt, seruitio omnipotentis dñi subdit. Ille etenim uerè Deo seruire appetit, qui ab hoc sæculo mēte trāsire didicerit. Sic Moyses transiuit, ut uideret uisum, Sic Dauid quū uideret impiū exaltatū, & eleuatū super cedros Libani, trāsīuit, & ecce non erat. Quia iniquorū potētias esse magnū aliquid fortasse credimus, nisi ad permanēs sæculū mēte trāsīeamus. Seruus uero Hebræus, emptus sex annis seruire præcipit, ita ut in septimo liber exeat gratis. Quid enim per senariū numerū, nisi actiua uitæ perfectio designatur? Quid per septenarium, nisi cõtemplatiua exprimitur? Sex ergo annis seruit, & septimo egreditur liber, qui per actiua uita, quam perfectè exhibuerit, ad cõtemplatiua uita libertatem transit. Et notandum, quod gratis liber egreditur, quia hi postquam omnia fecerint, dicunt se inuitiles seruos. Eis procul dubio sicut ipsa actiua fuit ex munere, ita erit ex gratia etiam cõtemplatiua. Quū quali ueste &c. quia omnino necesse est ut unusquisq; nostrum in hoc quod incipit perseueret, atq; usq; ad finem operis in ea quam inchoauit intentione perduret. Ille quippe ad cõtemplatiua uita, qui in actiua uita

ua uita intentionis suæ uestem ad deteriora non mutauerit. Et sunt nonnulli, qui priusquam omnipotentis Dei seruitio in sancta conuersatione socientur, tam bona operari diligunt. Sunt uerò alij qui bona opera, postquam ad seruitium omnipotentis Dei uenerint, discunt. Qui ergo operationem bonam, & priusquam ad Dei seruitium ueniret habere studuit, Hebræus seruus cum uxore emptus est. Et plerūq; is, qui talis est, potest ad cõtemplatiua uita transire, & tamen actiua nō deferere. Vnde & illic subditur: Si habens uxorem, & uxor egredietur simul. Cum eo enim ad libertatem & uxor egreditur, quando is qui ad cõtemplationem peruenit, etiam foris actionem boni operis, qua prodesse possit alijs, non relinquit. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & pepererit filios, & filias, mulier, & liberi eius erunt domini sui, ipse uerò exibat cū uestitu suo. Seruo empto dominus dat uxorem, quum prædicator quisq; eum, quem iuri omnipotentis Dei mancipauerit, bonæ actioni coniungit. Nam & prædicatores domini uocantur, sicut Helisæo propheta de prædicatore suo dicitur: Scis, quod dominus tuus tollatur à te? Vxor uero serui empti filios, & filias parit, quando bona actio fortes, uel teneros fructus generat. Sed mulier, quæ à domino data est, eidē domino cum filijs remanet, ipse uerò seruus exit cum uestitu suo, quia bona actio, uel eiusdem bonæ actionis fructus, prædicatoris mercede reputatur. Ipse uerò in desiderij sui intentione perdurans, per supernam gratiam ad cõtemplationem liber egreditur. Quod si dixerit seruus, Diligo dominum meum &c. Seruus dominum suum diligit, quando prædicatoris uerba sollicita mente custodit. Vxorē quoq; amans, & liberos, liber egredi recusat, quādo actiua uita, eiusq; fructus diligens transire ad cõtemplatiua non uult, quia bona se opera habere in ministerij sui seruitute cõsiderans, ad libertatis quietem recusat secedere. Sed offerat eum dominus dñs, & applicetur ad ostium, & postes, & perforet aurem eius subula, ut sit ei seruus in sæculum. Is em̄ qui in actiua uita disposuit perdurare, à dño dñs offertur, quādo à prædicatore suo antiquorum patrum dictis imbuitur, qui nobis in uia omnipotentis domini sacerdotis fuerunt. Atque ad ostium, & postes tabernaculi ducitur, ut de ingressu cœlestis habitaculi aliquid audiat, & tremendi iudicij diem subtiliter agnoscat, ne per bona opera quæ facit, placere hominibus appetat. Sicq; auris eius subula perforatur, dum mens illius timoris Dei subtilitate percutitur, ut uerbi acuminē transfixa, sub omne quod agit, nouerit ingressum regni semper attendere, & quasi ab ostio, & poste tabernaculi perforatam aurem portare, qui erit seruus in sæculo, ut esse post sæculum liber possit. In sæculo etenim seruus est, qui per actiua uita hominibus seruire disposuit, ut post præsens sæculum ad libertatem ueram ualeat peruenire, de qua per Paulum: Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Tunc enim in nobis uera libertas erit, quum ad gloriam filiorum Dei adoptio nostra peruenerit. Nunc uerò nō solum actiua uita in seruitute est, sed ipsa quoq; cõtemplatio, qua super nos rapimur, libertatem mentis adhuc perfectè obtinet, sed imitatur, quia illa quies intima in ænigmate uidetur. Ipsa tamen in quantalibet sit cõtemplationis angustia, actiua uita iam ualde est latior, atq; sublimior, quæ ad quādam mentis libertatem transit, temporalia non cogitans, sed æterna.

Septenarius numerus, & septuagenarius numerus, qd significet, require in dictione, Senarius,

Serpens quid mysticè significet.

Cap. X.

Quid serpens mysticè significet, insinuat Ioānis tertio: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto &c. Quæ uerba enarrans Theophylactus, hoc pacto scribit: Postquam dixit de regeneratione per baptismum, nunc dicit de beneficio, quod per crucem nobis factum est. Crux enim, & mors autor nobis sit gratiæ, quæ per baptismum data est. Siquidem dum baptizamur, mortem domini repræsentamus. Non dicit autem manifestè, crucifigendus sum, sed meminit serpentis, & ueteris historiæ. Interim discimus uetera cognata nouis, & unum esse legislatorem ueteris, & noui testamēti, tamen Marcion, & Manichæus, & reliqua id genus hæreticorum cohors, reproberit, dicentes ueterem à malo opifice esse conditam. Docet item, quod quum Iudæi uidentes ærei serpentis imaginem, mortem effugerint, multo magis nos ad crucifixum respicientes, & credentes, animæ mortē effugituros. Vide autem (oro) figuram, & confer cum ueritate. Illic serpens similitudo, formam quidem habet bestię, uenenum autem non habet. Ita & hoc loco homo dominus, sed à peccati ueneno liber, in similitudine carnis peccati uenit, hoc est, in similitudine carnis peccato obnoxia, quæ minimè caro peccati esset. Et tunc quidem uidentes, euadebant mortem corporis, nunc autem qui uident, mortem animæ. Tunc quidem suspensus, serpentium ictus sanabat, nunc autem spiritalis draconis plagas curat Christus. Exaltatum autem audiens, intellige quidem & suspensum esse. In summo enim suspensus est, ut & aërem sanctificaret, qui terram sanctificarat, in illa ambulando. Intellige autem quid sit gloriari. Nam reuera gloria Christi, crux

fuit. Per hoc enim quo uisus est condemnari, condemnauit huius mundi principem, ut clarius dicam: Adam iuste mortuus est, peccarat enim, dominus iniuste mortuus est, Non enim peccarat. Igitur usque ad crucifixionem domini, iuste præualuit hominibus mors. Quia autem absque peccato inuentus est Christus, quid igitur in illo iuris habebat diabolus, ut occideret ipsum, atque ita, quia iniuste mortuus est, uicit eum, à quo occisus, & sic liberauit Adamum à morte, quæ illi iuste inferebatur, utpote ei, qui peccarat. Et aliter: Duo fuerunt, quæ dominium habebant in humanum genus, uoluptas, & tristitia. A duobus autem illis inuictus repertus est dominus. Nam assumpserat quidem illum in montem, tentans per uoluptatem, & quum experiretur hac uia uinci non posse, maiorem postea machinam, tristitiam scilicet, adhibuit, ut saltim per illam deuinceret, & propterea commouit omnes contra illum discipulos, ut negarent, milites, ut illuderent, prætereuntes, ut blasphemarent, & in summa Iudæos, ut crucifigerent, & sic quoque inuictum comperit. Non enim potuit crucis dolor efficere, ut crucifigentes haberet odio, sed diligebat eos, & pro eis orabat, dicens: Ne statuas illis pater peccatum hoc. Vides quomodo uicerit per hoc ipsum, quo uidebatur uictus esse. Sic igitur exaltatio, & gloria eius, crux fuit. Et Chrysostomus: Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto (inquit) sic exaltari oportet filium hominis: Hoc quoque uidetur & superioribus alienum, maximè autem consentit. Nam quum incredibilem suam erga humanum genus per baptismum liberalitatem ostendisset, addit huius causam, neque illa minorem, hoc est, per crucem. Quemadmodum igitur Paulus ad Corinthios hæc simul iungit beneficia, inquit, Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Siquidem hæc duo maximè ineffabilem Christi in nos amorem præ se ferunt, & quod pro inimicis passus sit, & mortuus, & per baptismum integram peccatorum ueniam largitus. Sed quam gratia non manifestè se crucifigendum aperuit, sed ad ueterem figuram auditores relegauit? Primum quidem ut ueterum ad noua cognationem intelligeret, deinde ut intelligas non inuitum ad passionem uenisse, & præterea nullum sibi ex eo dandum, sed multorum salutem secuturam. Ne igitur quispiam diceret, quomodo possunt in crucifixum credentes salui fieri, quum se à morte non liberauerit, ueterem in medium adducit historiam. Nam si ad ærei serpentis simulacrum aspicientes Iudæi morte liberabantur, quanto maiori qui in crucifixum credunt, beneficio fruuntur? Neque enim quod crucifixus est, idcirco eum imbecillitatis arguas, neque Iudæos superiores dixeris, sed mundum Deus amauit. Ideoque animale eius templum crucifixum est, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Vides crucis causam, & ex ea salutem? Vides ut figura ueritati consentiat? Illuc mortem fugerunt Iudæi, sed temporalem, huc sempiternam fideles. Illic ictus serpentum suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affixus curauit: illic corporeis oculis suscipientes corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatorum remissionem consecuti sunt. Illic æs suspensum erat in serpentis effigiem, hic dominicum corpus à spiritu formatum. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat: hic mors perdidit, & mors saluum fecit. Ad hæc qui interimebat serpens, ueneno sauebat, qui liberabat, nullo. Itaque perdidit mors peccatum, tanquam serpentis uenenum habuit, domini mors id omne ut æreus serpens uenenum abstulit: Peccatum enim (inquit) non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Hoc est quod significauit Paulus, Expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Quemadmodum enim, quum fortis athleta hostem alie erectum prosternit, clariorē facit uictoriam: ita Christus toto orbe spectante, hostiles conatus evertit, & qui in solitudine formidabant, eos ab omnibus feris in cruce suspensus tutatus est. Sed non dixit, suspendi, sed exaltari, ut neque auditoribus ignominiosum, neque à figura abhorrēs uideretur. Et Cyrillus, Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto &c. Quum causam (inquit) attulerit quare ad sublimiora sermo sibi non exit, ad ea descendit, quæ obumbratè à Mose facta fuerunt. Non enim ignorabat potius eum figuris, quam spiritali doctrina ad ueritatis uix posse cognitionem deuenire. Oportere autem omnino seipsum asserit modo Mosaiici serpentis exaltari, ita historiarum inquisitionem, latentesque in ea figuras rimari hortatur, ac illud quasi rursus inculcat: Scrutamini scripturas, quia ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Serpentes enim in Iudæos olim in deserto insiliebant. Quumque more spicarum tempore messis caderent, diuinam opem supplices requirerent. Misericors autem dominus serpentem ex ære, Mosi exaltare iussit, ut ea in re discerent fide salutem sperare. Morsu enim serpentis laborantibus, unicum erat remedium, exaltatum cum fide serpentem aspicere. Hæc quidem historia, in qua uelut in tabula, totum figuratæ incarnationis mysterium obumbratur. Serpens enim peccatum, quod humanum genus pascebatur, significat, quodque uarijs moribus uenenum hominibus infundit, quod effugere nullo alio pacto natura humana poterat, nisi auxilio, atque ope diuina. Verbum igitur Dei factum in similitudine carnis peccati, in carne sua peccatum damnauit, ut scribitur: Respicientibusque in eum fide sincera, æternæ salutis largitor ostenditur. Quod autem in sublime serpens exaltatus fuit, in eam cognitionem passionem

Luc. 23. 6.

Chrysostomus.
Ioa. 3. b.

1. Cor. 15. b.

Num. 21. b.

Ioa. 3. b.

Esa. 53. 6.
Col. 2. 6.Cyrillus.
Ioa. 3. b.

Ioa. 5. f.

Num. 21. b.

Serpens, peccatum.
Rom. 8. a.

passionem Christi peruenturam denotabat, ut sicut ipse quoque prædixerat, nemo sit, qui in cruce passum fuisse ipsum ignoret. Et diuus Augustinus tractatu 12. in Ioannem: Et sicut (inquit) Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari &c. Magnum sacramentum, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audiant uel qui non legerunt, uel qui forte lectum, uel auditum obliu sunt. Prosternebatur in eremo populus Israël moribus serpentum, siebat magna strages multarum mortium, plaga enim Dei erat corripientis, & flagellantis, ut erudiret. Demonstratum est ibi magnum sacramentum reifuturæ, ipse dominus testatur in hac lectioe, ut nemo possit aliud interpretari, quam quod ipsa ueritas de se indicat. Dicitur enim ad Moysen à domino, ut faceret æneum serpentem, & exaltaret in ligno in eremo, & admoneret populum Israël, ut si quis morsus esset à serpente, illum serpentem in ligno exaltatum attenderet, & factum est, Mordebantur homines, intuebantur, & sanabatur. Quid sunt serpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors domini in cruce. Quia enim à serpente mors, per serpentis effigiem figurata est mors. Morsu serpentum lætalis, mors domini uitalis. Attenditur serpens, ut nihil ualeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, ut nihil ualeat mors. Sed cuius mors? Mors uitæ, si dici potest mors uitæ, imò quia dici potest, mirabiliter dicitur. Sed nunquid non erit dicendum, quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere, quod dominus pro me dignatus est facere? Nonne uita Christus? Et tamen in cruce Christus. Nonne uita Christus? Et tamē mortuus est Christus, sed in morte Christi mors mortua est, quia uita mortua occidit mortem, plenitudine uitæ deglutiuit mortem, absorpta est mors in Christi corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione, quando iam triumphantes cantabimus: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres, ut à peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur, quia sicut Moyses (inquit) exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet &c. Quomodo qui intuebantur illum serpentem non peribant moribus serpentum, sic qui intuentur fide mortem Christi, sanantur à moribus peccatorum. Sed illi sanabantur à morte ad uitam temporalem, hic autem ait: Ut habeant uitam æternam. Hoc enim interest inter figuratam imaginem, & rem ipsam: figura præstabat uitam temporalem, res ipsa, cuius illa figura erat, præstat uitam æternam.

Augustinus.
Ioa. 3. b.

Num. 21. b.

Serpentes, peccata.

1. Cor. 15. g.
Ioa. 3. b.

Ibidem.

Ioa. 3. b.
Rupertus.

Num. 21. b.

Ioa. 3. b.

Luc. 2. e.

Esa. 53. d.

Esa. 53. c.

De eodem serpente.

Cap. XI.

ET Rupertus: Sicut exaltauit (inquit) Moyses serpentem in deserto, sic exaltari & cœtera. Serpentem in figuram sui factum fuisse consentit, imò serpentem fieri se præcepisse testatur in figuram sui. Quis enim hoc, & cœtera fecit, uel fieri præcepit, nisi Deus, nisi uerbum Dei? Hic autem homo, hic ipse Christus, qui hæc loquitur, uerbum domini est, quod ad Moysen, & ad omnes sanctos prophetas factum est. Ipse idem ergo, qui fieri madauit, factum esse testatur in similitudinem sui. Nota historia est. Locutus populus contra Moysen, & dominum, quia tædebat eos itineris, ac laboris: Cur (inquit) eduxisti nos ex Aegypto, ut moreremur in solitudine? Quamobrem immisit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum morsus, & plagas plurimorum, quum clamarent ad Moysen, & ille oraret ad dominum: Fac (inquit dominus) serpentem æneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, uiuet, quod & factum est. Huius signi sui recordata humilitas, quæ ut nos ad cœlum leuaret, semetipsum ad terram deposuit. Sicut exaltauit (inquit) Moyses serpentem &c. Signi ergo eiusdem similitudo, quæ illa nocte Nicodemo prædicta, uel commemorata est, nobis in clara die perspicienda nunc est. Et quidē plura sunt, quæ similitudinem exaltationis huius filij hominis perficiunt. Primum quod contra morsum serpentum signum datum est, deinde quod non quaecumque signum, sed serpentis simulacrum propositum est, tertio quod non lapideum, aut ligneum, sed æneum factum est, quarto quod aspicientibus solo uisu remedium conferbat. Hæc enim omnia domini nostri principis, & saluatoris, ad dandam poenitentiam, & remissionem peccatorum exaltati, quandam similitudinem perficiunt. Morsus enim serpentum peccata sunt, quibus plagatum est humanum genus, ex quo primum hominem per serpentem decepit diabolus, quo contra signum datum est, scilicet ipse, qui hic de seipso loquitur Christus, de quo dixit Simeon, quum teneret eum in ulnis suis: Ecce positus est hic in ruina, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur. Quomodo autem, uel à quibus huic signo contradicendum est? Videlicet maximè à Iudæis illi contradicendum est, dicentibus illum esse magum, maleficum, seductorem, & hoc in clamando tam diu perstiterunt, donec illum in cruce exaltatum, iuxta quod propheta prædixerat, inter sceleratos deputarent. Ergo serpentis similitudo quædam extitit, quia nihil aliud de illo dici, uel æstimari uolebāt, nisi magus est, seductor est. Et ipse qui dem talis dici, & iudicari potuit, sed quemadmodum serpens ille, forma quidem, imò effigie sola, serpens erat, serpentis autem uenenum non habebat: ita ipse in similitudine carnis peccati damnatus hominum iudicio, & crucifixus est inter peccatores, aut maleficos, sed peccatum non fecit nec dolus

nec dolus inuentus est in ore eius. Hoc idem intelligendum esset, si ligneus, aut lapideus serpens factus fuisset. Veruntamen hoc ad mysterium amplius ualet, quod aeneus fieri iussus est, tum quia ut tale simulacrum fuerit, non ferro caedente, sed igni confluente actum est, tum quia natura aeris ualde sonora est, praeterea quia diurnum est, & rubigine corrupti difficilime potest. Nam Deus homo non maritali opere, sed ueri ignis conflatione, id est, sancti spiritus operatione conceptus est, & cum hominibus loquens, non ut ueri serpentes, id est, susurriones, aut detractores occulte aliquid insibilabat, sed tanquam sonorum aë clarè cōcrepans, publice praedicabat, sicut ipse de seipso perhibuit: Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil, & caro eius tanquam aenea nulla cuiuslibet uitij rubigine solubilis extitit. Ad summū, totius perfectio similitudinis in hoc est, quod sicut de illo aeneo serpente dictum est, qui percussus aspexerit eum, uiuet: ita & hic de filio hominis, ut omnis (inquit) qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat uitam aeternam. Hæc similitudo intantum ualet apud fidelem populum desideratē uiuere abolitis spiritualium morsibus serpentum, ut sicut serpens ille uisibiliter pro signo exaltatus est, & corporalibus aspiciēbatur oculis: ita corporaliter quoque Ecclesia exaltet signum huius filij hominis, & mente sequens, atque explorans absconditum in in cœlo, corporeis quoque oculis inhæreat uisibili eius signo.

Simila, quid mysticè significet, require in dictione, Sartago.
 Sinapi quid mysticè significet, require in dictione, Granum.
 Sinistra quid mysticè significet, require in dictione, Dextera.

Sinus, solq; quid mysticè significant.

Cap. XII.

Ioan. 18. d.

Gregorius, Iob 31. d. Sinus, mens.

Psal. 79. c.

Iaco. 5. d. Prouer. 23. b.

Sol, dominus. Gregorius. Malac. 4. a. Sapient. 5. a.

Iob 41. d.

Sap. 5. a.

Apocal. 12. a. Sol, ueritatis illustratio.

Luna, mutabilitas temporalitatis.

Sol, persecutio. Matth. 13. a.

Sol, manifeste uisionis ostensio.

Psal. 19. a.

2. Reg. 12. c.

Sol, sapientium intellectus.

Apoc. 16. b.

Quid sinus mysticè significet, diuus ostendit Gregorius lib. Mor. 22. cap. 14. exponens illud Iob, Et celauit in sinu meo iniquitatem meam; Scriptura (inquit) sacra plerumque sinum ponere pro mente consueuit, sicut uoce Ecclesiae de persecutoribus nostris, qui nobis natura quidem coniuncti sunt, sed uita dissociati, per psalmistam dicitur: Redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum. Ac si aperte diceret: In mente sua recipiant hoc, quod in nostris corporibus saeuientes operantur, ut dum nos exterius ex parte puniunt, ipsi interius perfecte puniantur. Quia igitur sinus secretum mentis accipitur, in sinu iniquitatem celare, est hanc in conscientiae latibulis occultare, nec per confessionem detegere, sed per defensionem uelare. Quo contra Iacobus dicit: Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Salomon quoque ait: Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur.

Sol quid mysticè significet, dictum est in dictione, Luna. Solis appellatione dominus signatur, Vnde scribit diuus Gregorius, libro Mor. 8. cap. 33. Saepè (inquit) in sacro eloquio dominus solis appellatione figuratur, sicut per prophetam dicitur: Vobis autem qui timetis nomē domini, oriens sol iustitiae. Et sicut repulsi in iudicio impij dicere in Sapientia libro describuntur: Errauimus à uia ueritatis, & lumen iustitiae non luxit nobis, & sol non est ortus nobis. Et lib. 34. cap. 6. exponens illud Iob, Sub ipso erunt radij solis: In scriptura (inquit) sacra, quum figuratè sol ponitur, aliquando dominus, aliquando persecutio, aliquando de re qualibet manifestae uisionis ostensio, aliquando autem intelligentia sapientium designatur. Per solem quippe dominus figuratur, iuxta illud: Sol nō est ortus nobis. Ac si aperte dicant: Interim nobis luminis radius non refulsit. Vnde Ioannes ait: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. In sole uerò illustratio ueritatis, in luna autem, quae mensuris suppletioibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta autem Ecclesia, quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole uestitur, quia uerò cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus premit. Rursum sole persecutio designatur, sicut in Euangelio ueritas dicit, quod nata sine radicibus semina, orto sole aruerunt, quia uidelicet uerba uitae in corde terrenorum hominum temporalis momento uidentia, superueniente persecutionis ardore siccantur. Rursum sole manifestae uisionis ostensio designatur, sicut propheta dominum cunctorum oculis apparentem denunciat, dicens: In sole posuit tabernaculum suum. Ac si diceret: Humanitatis assumptae sacramentum in lumine manifestae uisionis ostendit. Et sicut eidem prophetae diuina uoce per Nathan dicitur: Tu fecisti in abscondito, ego uerò facta uerbu istud in conspectu omnis Israël, & in conspectu solis. Quid em per conspectu solis, nisi cognitione inuariat manifestae uisionis? Rursum solis nomine, sapientium intellectus exprimitur, sicut in Apocalypsi scriptum est: Quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi aestu afficere homines, & igni. Phialam uidelicet in solem effundere, est persecutionis supplicij uiris sapientiae splendore fulgentibus irrogare. Et datum est illi, ut afficeret homines aestu, & igni, quia dum sapientes uiri cruciatibus uicti, malè agendi errore tanguntur, illorum exemplo persuasi infirmi quaeque temporalibus desiderijs inardescunt. Rursum nae nanque fortium augmenta praestant perditionibus infirmorum. Quia sole acumen sapientiae designatur,

designatur, per comparisonem quoque à Salomone dicitur: Sapiens ut sol permanet, stultus ut luna mutatur. Hoc ergo loco quid per solis radios, nisi acumina sapientium demonstrantur? Quia enim multi, qui in sancta Ecclesia luce sapientiae resplendere uidebantur, tunc uel per suasionibus capti, uel minis territi, uel cruciatibus fracti, Leuiathan istius seditioni subiiciuntur, rectè dicitur: Sub ipso erunt radij solis. Ac si aperte diceretur: Hi qui intra sanctam Ecclesiam per acumina sapientiae quasi radios uidebantur lucis aspergere, & per auctoritatem rectitudinis desuper resplendere potestati, Leuiathan istius iniqua se operatione substernunt, ut non iam recta praedicatio desuper luceant, sed ei peruersè obsequendo famulentur. Solis ergo radij sub ipso sunt, quum nonnulli etiam docti uiri sapientiae suae acumina non liberè agendo subleuant, sed ad uestigia Leuiathan istius, & peruersitate operis, & blandimento adulationis inclinant, ut intelligentia, quae illis sicut sol desuper fuit, ex caelesti munere antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena cupiditate. Et in Apocalypsi scriptum est, Et signū magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius & c. quae uerba exponens Rupertus, hoc modo scribit: Verè magnum, & magnae rei fuit hoc signum. Significabat namque mulier illa sanctam Ecclesiam, quam & in multis prophetarum locis scripturarum inuenimus appellari mulierem, uiro suo, id est, Deo coniunctam, & dilectam, imò & nonnunquam pro parte prauaricatorum, uitij, & peccatis idololatriae seruientium redargui uelut adulterā. Hæc mulier extunc rectè dicitur amicta sole, ex quo Christum, uerum iustitiae solem accepit in repromissione. Luna sub pedibus eius, id est, temporalium bonorum claritas sub administratione eius. Luna namque pro sui mutabilitate rectè mundi huius bona mutabilia significat, quibus stultus seruit sapiens imperat. Hoc ergo laudè est sanctis patribus, quod diuites quidem fuerunt, sicut sacrae historiae tradunt, sed ipsas diuitias non passi sunt suis affectibus dominari, sed ipsi dominati sunt diuitijs dispensando ut poscebat usus priuatus, aut publicus, atque ita laudabiliter eiusmodi diuites excusant, quia non est census in crimine, sed affectus. At contra quisquis credit quidem in Christum, sed affectu inhæret, & seruit lucris rerum temporalium, seruus est, nō dominus illarum, neque dici rectè potest de anima eius, quod sit mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, sed nimia peruersè amicti luna, solemque nititur habere sub pedibus. Sequitur, Et in capite eius corona duodecim stellarum conspicitur, quia in initio nascentis Ecclesiae duodecim patriarchae, itemque in initio renascentis eiusdem duodecim Apostoli notissimi, ac splendidi dinumerantur. Nunc interim ordinem mirabilium caelestium secuturi, coronam duodecim stellarum, numerum intelligimus duodecim filiorum, siue trium Israel. Nam & Ioseph somnium narrans, Videbam (inquit) solem, & lunam, & stellas undecim adorare me. Etenim pater ipse propter Christum, quē in promissione habebat, quasi sol erat, mater autem quaecumque illi adoptiua erat (quoniam naturalis mater obierat) luna erat, pro eiusdem Christi fide lucida, undecim autem fratres, quibus somnium narrabat, undecim stellae futurae erant. Ioseph ipse stella erat duodecima. Igitur in capite mulieris corona stellarum duodecim, in initio Ecclesiae chorus filiorum, uel trium Israel duodecim. Et in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Quid erat habere in utero, nisi promissionis fidem seruare in cordis secreto? Etenim quādo primum ad Abraham locutus est Deus, dicens: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes (quod profectò semen Christus est) ille promittenti credidit, in eandem fidem sperantibus eius posteris, extunc mulier in utero habere coepit. Erat autem Deus qui promiserat eiusdem mulieris uir, paterque, & autor illius conceptionis, id est, fidei, per quam Christus, qui uenturus erat, iam in patrum credentium cordibus habitabat. Proficiente autem per tempora credentium multitudine, successerunt Moses, & prophetae, qui fidem, quam susceperant loquendo pariter, & scribendo, nō sine magna desiderij intentione significabant. Sequitur ergo, Et clamabat parturiens & c. Quod dixit, Et clamabat parturiens, hoc repetiuit, imò compleuit addendo, Et cruciatur ut pariat. Parum quippe fuisset dixisse hoc tantum, Et clamabat parturiens. Videretur enim nihil amplius intelligi uelle, quā ac si dixisset, quum pareret, coepit clamare. At illa priusquam pareret, priusquam partum effunderet, parturiuit, & clamauit. Parturire namque est ante partum cruciari, quia uidelicet parturire meditatum, parere autem perfectum uerbum est. Igitur quomodo mulier carnaliter grauida instante hora pariendi, tota est in meditatione partus sui, tandiu in illa expectatione occupata est, tandiu cruciatu sustinet, donec pariat: ita & illa talis mulier spiritualiter praegrans, Clamabat (inquit) parturiens, & cruciatur ut pariat. Clamores eius multos ad medium proferre possemus, sed exempli gratia, unus hic in Esaia propheta sufficit locus: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiētis. Non est species ei, neque decor. Et uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem: Et quasi absconditus uultus eius, & despectus, unde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Hæc & his similia dicentes sancti prophetae, quum clamarent, & dolerent, nunquid

Sol, acumen sapientiae. Ecclesi. 27. b. Iob 41. d.

Apocal. 12. a. Rupertus. Mulier, sancta Ecclesia.

Sol, Christus. Luna, bona mutabilia.

Stellae duodecim, duodecim patriarchae, duodecim Apostoli.

Gen. 37. c.

Vterus, cordis secretum. Gen. 23. d.

Esa. 53. a.

Matth. 13. b.
Luc. 10. d.

nunquid eiusdem clamoris, uel doloris sui causam euenire, certam ue esse nolebant? Imò maxime cupiebant, ipso attestante domino, quum dicit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi prophetæ, & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Nonne in hoc quoq; uera est similitudo mulieris parturientis, & parturiendo clamantis? Illa nanq; parturiendo quidem clamat, quia dolet, sed nimirum sic mauult dolere, quam sano utero sterilis permanere.

Quid solium, somnusq; somniumq; mysticè significent. Cap. XIII.

Gregorius.
Iob 23. d.
Solium Dei, Angelici spiritus.

Solium quid mysticè significet, diuus scribit Greg. lib. Mora. 16. cap. 13. exponens illud Iob, Et ueniam usq; ad solium eius: Quid est solium (inquit) Dei, nisi illi Angelici spiritus, qui scriptura teste, throni uocati sunt? Qui ergo usq; ad solium Dei uenire uult, quid aliud quam interesse angelicis spiritibus concupiscit? Vt nulla iam defectiua temporum momenta sustineat, sed ad permanentem gloriam in contemplatione æternitatis exurgat. Quæ tamen uerba etiam in hac uita positus iustis conueniunt. Nam quum contra uotum suum, atq; desiderium quodlibet agi conspiciunt, ad occulta Dei iudicia recurrunt, ut in eis uideant, quia inordinatè intus non disponitur, quod inordinatè foris currere uidetur. Quum enim præsidem Angelicis spiritibus creatorem omnium, fidei oculis contemplantur, ad eius nimirum solium ueniunt. Et quia consyderant, quoniam is qui mirè Angelos regit, iniuste homines non disponit, profectò inueniunt causales rationes quam iustæ sint, dū ipsæ causæ extrinsecus uideantur iniustæ, dumq; id humiliter faciunt, semetipsos sæpe in sua uoluptate reprehendunt, sua in se nonnunq; uota diiudicant, dum meliora esse ea, quæ disponit cõditor, pensant. De folio require in dictione, Nebula, & in dictione, Sedes.

Gregorius.
Somnus, culpa.
1. Cor. 15. e.
Eph. 5. d.
Rom. 13. d.
Prouerb. 24. d.
6. c.

Somnus quid mysticè significet, require in dictione, Dormire. Et diuus Gregorius lib. Mor. 8. cap. 10. Dormire (inquit) est in peccatis lacere. Si enim somni appellatiõe culpa designata nõ esset, nequaquam Paulus discipulus diceret: Euigilate iusti, & nolite peccare. Vnde & auditorem suum admonet, dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et rursum: Hora est iam nos de somno surgere. Vnde & Salomon peccantem increpat, dicens: Viquequo piger dormis? Electus igitur quisq; quum peccati somno premitur, ad iustitiæ uigilias exurgere conatur, sed sæpe, quum surrexerit, ipsa se extolli uirtutù magnitudine sentit. Vnde & tentari se præsentis uitæ aduersitatibus post uirtutes desiderat, ne peius ex uirtutum confidentia cadat. Si enim seruari se melius per tentationem non cognosceret, nequaquam Psalmista diceret: Proba me domine, & tenta me. Bene ergo nunc dicitur: Si dormiero, dicam: Quando consurgam? Et rursum: Expectabo uesperam, quia & in peccati somno, lumen iustitiæ quæritur, & quum uirtutum prospera mentem eleuant, adiuuatrix aduersitas desideratur, ut profectò animus quum uirtutum suarum gaudio plusquam debet, attollitur, per contrarietatem præsentis uitæ, ædito mœrore solidetur.

Psal. 25. d.
Iob 7. d.

Somniorum quatuor genera.
Gregorius.

Somniorum genera enumerat diuus Greg. lib. Mor. 8. cap. 18. Ne quis (inquit) hæc studeat iuxta literam perscrutari, exquirendum magnopere est quot modis tangant animam imagines somniorum. Aliquando enim somnia uentris plenitudine, uel inanitate, aliquando uerò illusionem, aliquando autem cogitatione simul, & illusionem, aliquando autem reuelatione generantur. Sed duo, quæ prima diximus, omnes experimento cognoscimus, subiuncta autem quatuor in sacra scripturæ paginis inuenimus. Somnia etenim nisi plerunq; ab occulto hoste per illusionem fierent, nequaquam hoc uir sapiens indicaret, dicens: Multos errare fecerunt somnia, & illusiones uanæ. Vel certè: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Quibus profectò uerbis cuius sint detestationis, ostenditur, quæ augurijs cõiunguntur. Rursum, nisi aliquando ex cogitatione simul, & illusionem procederent, Salomon minime dixisset: Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis orirentur, Ioseph præferendum se fratribus per somnium non uideret, nec Mariæ sponsum, ut ablato puero in Aegyptum fugeret, per somnium ueritas admoneret. Rursum, nisi aliquando somnia cogitatione simul, & reuelatione procederent, nequaquam Daniël propheta Nabuchodonosor uisionem differens, à radice cogitationis inchoasset, dicens: Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ uentura sunt. Et paulò post subiungit, dicens: Videbas, & ecce quasi statua una grandis, statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te &c. Daniël itaq; dum somnium, & implendum reuerenter insinuat, & ex qua ortum sit cogitatione manifestat, patenter ostenditur, quia hoc plerunq; ex cogitatione simul, & reuelatione generatur. Sed nimirum quum somnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis difficilior debet, quanto, & ex quo impulsu ueniant, ita facilius non elucet. Sæpe nanq; malignus spiritus his quos amore uitæ præsentis uigilantes intercipit, prospera etiam dormientibus promittit, & quos formidare aduersa consyderat, eis durius somnij imaginibus intentat, quatenus indiscretam mentem diuersa qualitate afficiant, eamq; aut spe

Ecc. 34. d.
Leuit. 9. f.

Ecc. 5. d.

Matth. 1. e.

Daniel. 2. e.

aut spe subleuans, aut deprimens timore confundat. Sæpe autem etiam sanctorum corda afficere somnijs nititur, ut ab intentione cogitationis solidæ ad tempus saltem, momentumq; deriuentur, quauis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant. Sed hostis insidians quòd eos uigilantes minimè superat, eò dormientes grauis impugnat. Què tamen hæc malignè agere superna dispensatio benignè permittit, ne in electorum cordibus ipse saltem à passionis præmio somnus uacet. Bene ergo rectori omnium dicitur: Si dixero, cõsolabitur me lectulus meus, & releuabor. Quens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties, quia nimirum Deus mirabiliter cuncta dispensat, & ipse facit quod malignus spiritus iniuste facere appetit, qui hoc fieri non nisi iuste permittit. Sed quia iustorum uita, & per uigilias tētationum quatitur, & per somnium illusionem fatigatur, foris correptionis suæ molestias tolerat, intus apud semetipsam grauius illicitas cogitationes portat. Quid est quod faciat, ut pedem cordis à tot scandalorum laqueis euellat? Ecce beate uir, quanta undiq; premeris perturbatione, cognouimus, sed quod consilium contra hanc inuenias, audiamus.

Iob 7. c.

Quid speculum mysticè significet. Cap. XIII.

Quid speculum mysticè significet, Anselmus insinuat, exponens illud Apostolicum, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autè cognosca, sicut & cognitus sum. Inde potest uideri (inquit) quomodo quæ perfectio uenerit, euacuabitur imperfectio, quia nunc, id est, caligine præsentis uitæ, uidemus per speculum, id est, cognoscimus Deum per imaginem suam, sed tunc, id est, in futuro sæculo manifestè uidebimus. In speculo enim cernit imago. Et nos qui sumus imago Dei, conamur utcumq; uidere eum per hæc imaginem suam tanq; per speculum. Speculum est anima rationalis, in cuius cõsyderatione aliquo modo uidemus Deum, sed obscure: Videmus enim per speculum &c. Aenigma autè est nõ omnis, sed obscura allegoria. Nã sicut omnis equus animal est, non autem omne animal equus, ita omne ænigma allegoria est, non autem omnis allegoria ænigma. Allegoria uerò est, quum aliud ex alio significatur, id est, aliud dicitur, & aliud intelligitur, sicut est, Non alligabis os boui trituranti, id est, non prohibebis prædicatorem uiuere de prædicatione. Sed ibi solummodo allegoria est ænigma, ubi difficile patet intellectus. Vbi autem facile intelligitur, nõ est ænigma. Quum ergo dicitur: Videmus nunc &c. sicut nomine speculi imago designatur, ita nomine ænigmatis similitudo obscura, & ad perspiciendū difficilis. Nemo itaq; miretur etiam in hoc uidendi modo, qui concessus est huic uitæ per speculum scilicet in ænigmate laborare nos, ut quomodocunq; uideamus. Nomen quippe hic non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Nunc uidemus per &c. sed tunc quum uenerit illa perfectio, uidebimus facie ad faciem, id est, manifestè ad similitudinem duorum, qui se inuicem directo uultu, sine aliqua re interposita respiciunt. Facies autem Dei, manifestatio eius intelligenda est, facies uerò nostra, intentio cordis nostri. Videbimus ergo facie ad faciem, id est, manifestatione Dei posita ad nostræ mentis intentionem, ut nihil inter nos, & ipsum inter sit. In nullo enim membro tam bene cognoscitur quisq; sicut in facie. Et quum facies unius directa est in faciem alterius, tunc sine aliqua ambiguitate se cognoscunt. Sic uidebimus eum in semetipso manifestè: Modo enim non uidemus eum in facie, sed in extranea, & multum ab eo diuersa creaturarum similitudine. Et ego etiam ipse, qui tanta scientia præcæteris donatus sum, nunc cognosco Deum ex parte, sed tunc cognoscam eum ita, sicut ab eo cognitus sum. Magna enim est interpositio cordis nostri ad contemplandam sublimitatem Dei ipsa infirmitas nostra. Sed tunc ad purum intuebimur eum, à quo nunc subtiliter intuemur, cum hac infirmitate disposita ad contemplationis internæ gratiam uenerimus. Quem cognoscam &c. id est, purè cognoscam, sicut & ipse me nouit, qui tunc non per aliud uidebimus, sed manifestè contemlabimur in illo ipso hoc quod ipse est, sicut ipse hoc quod nos sumus perfectè cognoscit: Vel tunc cognoscam eum, ita sine ambiguitate in manifesta uisione: Sicut olim antequam essem, cognitus sum ab eo, in prædestinatione. Et diuus Augustinus libro de Trinitate decimoquinto, capitulo nono, hoc pacto scribit: Videmus nunc per speculum in ænigmate: Quantum (inquit) mihi uidetur, sicut nomine speculi imaginem uoluit intelligi, ita nomine ænigmatis quamuis similitudinem, tamen obscuram, & ad perspiciendum difficilem. Quum igitur speculi, & ænigmatis nomine quæcunq; similitudines, ab Apostolo significatæ intelligi possint, quæ accommodatæ sunt ad intelligendum Deum, eo modo quo potest: nihil tamen est accommodatius, quam id quod imago eius non frustra dicitur. Nemo itaq; miretur etiam in isto modo uidendi qui concessus est huic uitæ, per speculum scilicet in ænigmate laborare nos, ut quomodocunq; uideamus. Nomen quippe hic non sonaret ænigmatis, si esset facilitas uisionis. Et hoc est grandius ænigma, ut non uideamus quod non uidere non possumus. Quis enim non uidet cogitationem suam? Quis uidet cogitationem suam, non oculis carnalibus dico, sed ipso interiore conspectu? Quis non eam uidet, & quis eam uidet? quandoquidem cogitatio uisio est animi quædam, siue assint

Anselmus.
1. Cor. 13. d.

Speculum, anima rationalis.
Aenigma, obscura allegoria.
Allegoria quid sit.
1. Cor. 9. b.
1. Cor. 13. d.

Facies Dei, manifestatio eius.

Augustinus.
1. Cor. 13. d.
Aenigma, similitudo obscura, ac difficilis.

siue affint ea quæ oculis quoq; corporalibus uideantur, uel cæteris sentiantur sensibus, siue non affint, & eorum similitudines cogitatione cernantur, quæ nec corporalia sunt, nec corporalium similitudines, sicut uirtutes, & uitia, sicut ipsa deniq; cogitatio cogitatur, siue illa quæ per disciplinas traduntur, liberalesq; doctrinas, siue istorum omnium causæ superiores, atq; rationes in natura immutabili cogitentur, siue etiam mala, & uana, ac falsa cogitemus, uel non consentiente sensu, uel errantem consensu. Et Rupertus lib. 2. in Leuiticum, cap. 3. exponens illud Leuitici, Labrum quoq; cum oleo si sua sanctificauit oleo: De hoc labro (inquit) ita superius dictum est; Fecit & labrum æneum de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Sic enim locutus fuerat dominus, dicens; Facies & labrum æneum cum basi sua ad lauandum, ponesq; illud inter tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt testimonij tabernaculum, & quædo accessuri ad altare, ut offerant in eo thymiama domino, ne fortè moriantur. Legitimum sempiternum erit, ipsi, & semini eius per successiones. Significat autè hoc labrum, quod Moyses, iubente domino, fecit, hanc ipsam scripturam sanctam, quam idem ille Deo inspirante scripsit. Nam specula mulierum, unde labrum illud factum est, mysticè exèpla sanctarum sunt animarum, de quibus hæc omnis scriptura condita est. Verbi gratia, Abraham, Isaac, & Iacob, & ipsius qui scripsit Moysi, quæ uidelicet animæ tãquam mulieres pulchræ, Deum amatorem suum quærentes, excubabant in ostio tabernaculi cœlestis, nondum aperti, quãdiu sacerdos magnus Christus nondum inunctus fuit. Ad quid huiusmodi labrum Moyses fecit? Ad lauandum (inquit) ut missa aqua, lauarent in eo Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes, ingressuri testimonij tabernaculum. Hoc nempe expedit, & optimum est, ut ingressuri cœleste tabernaculum sacerdotes, lauent manus suas, ac pedes in illis sanctarum animarum speculis, in fide scilicet, & obedientia Abraham, in fide, & patientia Isaac, in fide, & lenitate Iacob, cœterorumq; uirtutibus limpidißimis, manus (inquam) suas, & pedes lauent, id est, per compunctionem ex illorum imitatione, operum simul, & cogitationũ, quæ tãquã puluis pedibus, ita sensibus mētis adhærēt, quotidiana peccata emundent. Non solum filij, sed Aarō (inquit) & filij eius lauabunt. Et hoc perspicuum est, quia primus, & præ omnibus Aaron noster, mons fortitudinis, sacerdos, uel pontifex magnus Christus lauit. Sanctificauit enim semetipsum pro nobis, lauit (inquam) quia scripturas omnes impleuit, & quum mundas haberet manus, & pedes, cuncta patienter ferendo, ut impleretur scripturæ, sordes omniũ nostrum in semetipso emundauit.

Quid sphæra, siue sphærola mysticè significet.

Cap. XV.

Quid sphæra mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, homilia sexta super Ezechielem, exponens illud Exodi, Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, & cyphos, & sphærolas, ac lilia ex ipso procedentia; Quis in candelabro, nisi redemptor humani generis designatur? Qui in natura humanitatis infulsit lumen diuinitatis, ut mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in gibus iaceret tenebris, uideret. Qui pro eo quod naturam nostrã sine culpa suscepit, candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile autem feriendo producit, quia & redemptor noster, qui ex conceptione, & natiuitate perfectus Deus, & homo extitit, passionum dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Ex auro ergo mundissimo, ductile candelabrum fuit, quia & peccatum non habuit, & tamẽ eius corpus per passionis contumelias ad immortalitatem profecit. Nam iuxta uirtutes animæ quibus percussioibus potuisset proficere, omnino non habuit. In membris autem suis (quæ nos sumus) quotidie percussioibus proficit, quia dum nos tundimur, & efficimur ut eius corpus esse mereamur, ipse proficit. De eius autem corpore scriptum est; Ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones ministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei. Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus uerò, & coniunctiones corpus ligatur, quia dum capiti pectus, dum pectori brachia, dum brachijs manus, dum manibus digiti sunt coniuncti, ac membra cœtera membris inharerent, corpus omne perficitur, sicut sancti Apostoli, quia redemptori nostro propinqui steterunt, quasi pectus capiti inharuit. Quos quia martyres sunt secuti, quasi coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores, & doctores subiuncti sunt per bona opera, manus brachijs inharerunt. Hoc uerò omne corpus redemptoris nostri quotidie per nexum, & coniunctionem ministratum est in cœlo, quia quum ad eum illuc electæ animæ ducuntur, ei sua membra colligantur. De quo bene dicitur; Ministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei, quia Deus omnipotens redemptor noster, qui in se, quo proficiat, non habet, adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Vnde rursum scriptum est; Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Hastile uerò eiusdem candelabri, ipsa Ecclesia debet intelligi, quæ corpus eius est, quia inter tot aduersa libera stat, Calami autem, qui de hastili, procedunt, prædicatores

tores sunt, qui dulcem sonum in mundo ædiderunt, uidelicet canticum nouum. Cyphi autem uino repleri solent. Quid ergo mentes auditorum nisi cyphi sunt, quæ sanctis prædicantibus uino scientiæ replentur? Sphærola autem quid est aliud, nisi uolubilitas prædicationis? Sphæra autè ex omni parte uoluitur. Et prædicationis, quæ nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, sphæra est. Et inter aduersa fortis, & inter prospera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo figi non ualet, quia per cuncta se uolubiliter trahit. Vt autem hoc, quod exèpli causa protulimus, exequamur, bene post calamos, cyphos, & sphærolas, in candelabro lilia describuntur, quia post eam, quam diximus, prædicationis gratiam, atq; uolubilitatem, illa uirens patria sequitur, quæ animabus sanctis, id est, floribus uernat æternis. Sphærolæ ergo ad laborem pertinent, lilia ad retributionem. Itaq; sicut apud Moysen sphærola doctrina prædicationis accipitur, ita hinc per rotam ipsa sacra scriptura significatur. Et Rupertus; Facies & candelabrum ductile ex auro mundissimo &c. Totam candelabri æquè, ut cœterorum, quæ præscripta sunt fabre facturam scriptura legendum materiam permanere non ualentibus, ipsarum ratione permanente, sit rerum æterna memoria. Sphærolarum, atq; liliorum in candelabris, quæ hodieq; passim fiunt, uel habentur, pauca sunt persunt uestigia. Nam sphærolæ, id est, nodi rotundi in hastilibus, lilia uerò in capitibus candelabrorum, passim uisuntur. Cœterum cyphi si autoritate scripturæ præsentis fierent, uel si usquam fiunt, profectò intuentium oculis, & ipsi operoso decore placent. Sed iam quia sunt exemplaria cœlestiũ, cœleste ex ipso speculemur candelabrum, id est, Christum incarnatum, cuius septem lucernæ, septem spiritus Dei sunt, quorum exemplares septem lucernæ fuerunt, quæ (sicut sequentia docent) super illud materiale candelabrum positæ sunt. Facies (inquit) & lucernas septem, ut luceat ex aduerso, Christus ergo super quem requieuit spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini, ipse est candelabrum cœli, candelabrum, & lux mundi, septem eiusmodi semper lucens inextinguibilibus lucernis. Qui propter incarnationis mysterium per arcam, propter passionis, & sanguinis sui precium, per propiciatorium, propter corporis, & sanguinis sui sacramentum, quod nobis in cibum, & potum tradidit, per mensam, ipse propter septiformem spiritum, qui super eum requieuit, quæq; gloria, & honore coronatus, & ad dextram patris residens, hominibus dedit, per candelabrum septem lucernarum rectè figuratus est. Quare autem sex calami de lateribus candelabri, id est, maioris hastilis egrediebantur? Videlicet, quia huius nostri candelabri prima claritas, quam nouimus, ex eo est, quod per illud senario dierum numero cuncta fecit Deus. Tres ex uno latere, & tres ex altero calami egrediebantur, quia uidelicet tribus primis diebus per uerbum suum, mundi fabricam explicuit Deus, diebus autem reliquis tribus, impleuit illum creaturis mobilibus, atq; sensibilibus. Quare & tres cyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærolæq; simul, & liliũ? Videlicet quia & hoc ad claritatem candelabri huius pertinet, quod nos scientiæ uino inebriat, ut quæ amamus mundi oblectamenta, obliuiscamur. Sphærola, quæ ex omni parte uoluitur, uolubilitatem prædicationis, quam accepimus ex quo candelabrum istud illuxit, significat, quæ quia nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, sphærola est. Et bene post cyphos, & sphærolas in candelabro lilia ascribuntur, quia post hanc prædicationis ebrietatem, atq; uolubilitatem, illa uirens patria sequitur, quæ animabus sanctis, quasi æternis uernat floribus. Itaq; cyphi, & sphærolæ ad laborem, lilia ad retributionem pertinent. Igitur quia & sex diebus omnia per uerbum facta sunt, septimus autem dies, in quo requieuit Deus, ipse est filius (sicut in exordio præsentis operis diximus) rectè de uno hastili, id est, de uno candelabro, sex calami egrediebantur, & quia quando uerbum ipsum caro facta est, quando egressa est uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, requieuit super eum septiformis spiritus domini, rectè nihilominus super candelabrum septem lucernæ dinumerantur, Vt luceant (inquit) ex aduerso, id est, contra mensam. Hoc enim postmodum exprimit, dicendo; Et contra mensam candelabrum pones in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Per hoc mysticè innuitur, quia lux candelabri nostri, id est, Euangelica gratia domini nostri Iesu Christi filij Dei, ab austro, id est, à magna charitate Dei patris, nobis effulsit, qui eramus in parte aquilonis, illius uidelicet, de quo diabolus; Sedebo (inquit) in monte testamenti in lateribus aquilonis; Nobis (inquam) qui eramus aquilonarij, id est, infidelitate frigidi, mensa prædicta præposita est, & à meridiana charitate Dei, cœlestis sanctuarij candelabrum Christus effulsit. Omne pondus candelabri, cum uniueris uasis suis, id est, cū emunctorijs, & ubi quæ emuncta sunt, extinguantur, habebit (inquit) talentum auri mundissimi; Talentum maximum censum librarum est & uiginti. Magnum pondus, grande significat talentum mundi, quod appensum in libra crucis, appositam lancem prægrauando excussit, & peccata nostra in mare proiecit. Quod quia mundissimum aurum est, id est, quia Deus ab omni sordidissimo Christus est, tota in pondere eius redemptio nostra peracta est, Et quia quum perfectus Deus, & homo sit, passionum

t dolores

Leuit. 8. b.

Exo. 38. d.

Exo. 30. c.

Labrum, scriptura sancta. Specula, sanctorum exempla.

Gregorius.

Exo. 25. d.

Candelabrum,

Christus.

Col. 2. d.

Eph. 4. c.

Hastile, Eccles.

Sia.

Calami, prædicatores.

Cyphi, auditorum mentes.

Sphærola, prædicationis uolubilitas, prædicationis doctrina.

Rotæ, sancta scriptura.

Rupertus.

Exo. 25. d.

Candelabrum, Christus.

Lucernæ septem,

septem spiritus sancti dona.

Exo. 25. d.

Esa. 11. d.

Arca, incarnatio

nationis Christi

mysterium.

Propiciatorium,

precium Christi

Mensa, corporis

Christi sacramentum.

Ex Gregorio

accepta.

Gen. 2. d.

Esa. 11. d.

Candelabri lux,

Euangelica gratia.

Auster, patris

charitas.

Aquilo, diabolus.

Esa. 14. d.

dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit, recte candelabrum ductile fuit. Spina quid mystice significet, require in dictione, Frumetum, & in dictione, Rubus. Significat autem & curas, siue sollicitudines, ut nobis exposuit dominus in Euangelio. Stare Dei, quo pacto intelligatur, require in primo libro, ut in indice &c.

Matth. 13. a. Luc. 8. a.

Quid statera mystice significet.

Cap. XVI.

Gregorius libro Mor. 21. cap. 6. Iob 31. a. Scire Dei, scire facere. Gen. 22. c. Statera, Christi stur.

Quid statera mystice significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Si ambulauit in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam: Scire (inquit) Deus dicitur, scire nos facere, usitato nostrae locutionis modo, qui laetum diem dicimus, ex quo contingit, ut laetemur. Hinc est enim quod ad Abraham dominus dicit: Nunc cognoui, quod timeas dominum. Neque enim creator temporum quicquam cognouit ex tempore, sed cognoscere eius est, ex cuiuslibet causae emergentis articulo nobis cognitionem praebere. Quis uero statera nomine, nisi mediator Dei, & hominum designatur? In quo aequa lae omnia merita nostra pensantur, & in cuius praecipis agnoscimus, quid in nostra uita minus habeamus. In hac autem statera appendimur, quotiens ad uitae eius exempla prouocamur. Hinc namque scriptum est: Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccauit non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui quum malediceretur, non maledicebat, dum pateretur, non comminabatur. Hinc per Paulum dicitur: Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusionis contempta. Ad hoc itaque dominus apparuit in carne, ut humanam uitam admonendo excitaret, exempla praebendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet. Quum ergo nulla in se beatus Iob iure redarguenda reperit, ad excedentem omnia redemptoris uitam mentis oculos tendit, ut in illa cognoscat ipse quid minus habeat, quum dicit: Si ambulauit in uanitate, & festinauit in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Ac si aperte dicat: Si qua unquam leuiter, si qua pernitiose perpetravi, Dei, & hominum mediator appareat, ut in eius uita cognoscam, an ego ueraciter simplex fuerim. Qui enim (ut diximus) suorum temporum uires excefferat, mediatorem Dei, & hominum quaerebat, ut in illo pensatus agnosceret, si uitam simplicem uere tenuisset. Dicat ergo: Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Quod est, scire me faciat. Ac si patenter fateatur, dicens: Quantum ad humanam uitam modum nulla in me reprehendenda iam uideo, sed nisi mediator Dei, & hominum cum subtilioris uitae praecipis appareat, quantum adhuc a uera simplicitate discrepem, non cognosco. Rectus uero ordo seruetur, si prius in uanitate, & postmodum pes in dolo festinauit dicatur. Vanitas quippe ad leuitatem, dolus uero ad malitiam pertinet. Et nonnulli plerumque ad quaedam post malitiosa perueniunt, quia prius leuia non declinant.

1. Pet. 2. d.

Hebr. 12. d.

Iob 31. d.

Iob 3. b. Stelle, recte uiuentes. Phil. 2. b.

Apocal. 12. b. Draco, antichristus.

Caligo, apertus error.

Iob 36. d. Stelle, legendum tamē secundum ueros codices, stillat.

Quid stella mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moral. 4. cap. 13, exponens illud Iob, Obtenebrentur stellae caligine eius: In scriptura sacra stellarum nomine aliquando iustorum iustitia, quae in huius uitae tenebris lucet, aliquando uero hypocritarum fictio demonstratur, qui bona, quae faciunt ad percipiendas laudes, hominibus ostendunt. Si enim recte uiuentes stellae non essent, nequaquam Paulus discipulis diceret: In medio nationis prauae, & peruersae, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Rursum, si inter eos qui recta agere uidentur, quidam de actione sua retributionem fauoris humani non quaerent, nequaquam stellas Ioannes ruere a caelestibus uideret, dicens: Misit draco caudam, & traxit tertiam partem stellarum. Draconis enim cauda stellarum pars trahitur, quia extrema persuasionis antichristi quidam, qui uidentur lucere, rapiuntur. Stellas namque in terram trahere, est eos qui uidentur studio uitae caelestis inherere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris inuoluere. Sunt namque nonnulli, qui ante humanos oculos, uelut magnis operibus lucent: sed quia haec ipsa opera a mundo corde non prodeunt, capti in occultis cogitationibus noctis huius tenebris obscurantur. Qui saepe ea quae mundo corde non faciunt, etiam opera amittunt. Quia ergo nox praeualere permittitur, quando & inter bona opera cordis intentio minime mundatur, dicatur recte: Obscurentur stellae caligine eius, id est, eos qui humanos oculos quasi bonis operibus splendent, malitia antiqui hostis obscurare praeualeat, & hoc quod ante humana iudicia sumpserint, lumen laudis deponant. Caligine quippe noctis obscurantur, quum eorum uita aperto errore confunditur, ut ni mirum tales etiam foris in actione appareant, quales apud semetipsos intus diuino parere iudicio non formidant. De stella require & in dictione, Luna & in dictione, Manipulus. Et lib. Moralium 27. cap. 4. exponens illud Iob, Qui aufert stellas pluuiae, & effundit imbres ad instar gurgitum: Duo in hac uita sunt genera iustorum. Vnum uidelicet bene uiuentium, sed nulla docentium, aliud uero recte uiuentium, & eadem recta docentium, sicut & in caeli facie aliae stellae prodeunt, quas nullae pluuiae subsequuntur, aliae prodeunt, quae arenam terram magnis imbris infundunt. Igitur quoties in

sancta

sancta Ecclesia recte quidam uiuunt, sed tamen praedicare eandem rectitudinem nesciunt, stellae quidem sunt, sed in siccitate aeris natae, quia per exemplum bene uiuendi lucere caeteris possunt, sed per praedicationis uerbum pluere nequeunt. Quum uero in ea quidam & recte uiuunt, & alii eadem rectitudinem uerbis praedicationis influunt, quasi ad proferendas pluuias in caelum stellae producuntur, quae sic uitae suae meritis luceant, ut etiam sermone praedicationis pluant. Sed quia terra arefceret, si subductis stellis pluuiae superna funditus flueta cessarent, recte dicitur: Qui aufert stellas pluuiae, & effundit imbres ad instar gurgitum. Nam quum prophetas abstulit, eorum uice dominus Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, postquam subductis antiquis patribus exteriora legis praedicatione tacuissent. Stellas ergo pluuiae abscondit, & ad instar gurgitum imbres fudit, quia dum praedicatores legis ad secreta, & intima retulit, per dicta sequentium uberius uis praedicationis emanauit. Possunt quoque per stellas pluuiae, sancti Apostoli designari, de quibus Iudaea reprobata per Hieremiam dicitur: Prohibita sunt stellae pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Stellas ergo pluuiae dominus abstraxit, atque ad instar gurgitum imbres fudit, quia quum de Iudaea praedicantes Apostolos abstulit, doctrina nouae gratiae mundum rigauit. Quod utriusque factum in Ecclesia potest non inconuenienter intelligi, quia quum solutis corporibus ad secretos supernorum sinus Apostolorum animas retulit, quasi a caeli facie stellas pluuiae abscondit. Sed ablatis stellis pluuiae, in morem gurgitum imbres dedit, quia etiam reductis ad superna Apostolis, per expositorum sequentium linguas, diuinae scientiae diu abscondita largiori effusione patescit. Nam quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponendo isti multipliciter auxerunt. Vnde & non immerito ipsa expositorum praedicationis gurgitibus comparatur, quia dum multorum praecedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod astruunt, profundius dilatantur. Nam dum testimonia testimonijs iungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt. Quorum uerbis, dum quotidie gentilitas docetur, quia peccatorum mens caelestem scientiam accipit, quasi stans in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaquam se eis de Apostolis expositores in scientia praefertant, quum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos eiusdem scientiae inuentiones acceperunt.

Gurgites, Apoc. stoli.

Stellae, apostoli. Hier. 3. b. Stellae, legendum. stille.

Quo pacto intelligatur illud Apocalypsis, Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. Cap. XVII.

Quo pacto autem intelligatur illud Apocalypsis, Cauda autem eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, &c. diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 32. cap. 14. Coelum (inquit) est Ecclesia, quae in hac nocte uitae praesentis, dum in se innumeras sanctorum uirtutes continet, quasi radiantibus desuper syderibus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deiecit, quia illa sathanae extremitas per audaciam assumpti hominis erecta quosdam, quos uelut electos Dei in Ecclesia inuenit, obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de caelo in terram cadere, est relicta nonnullis spe caelestium, illo duce, ad ambitum gloriae saecularis inhiare. Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & usque ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo abstulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium, propter peccata, & prosterneretur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. De fortitudine quippe, & de stellis deiecit, quum nonnullos & luce iustitiae resplendentes, & uirtute operis robustos frangit. Qui usque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum autorem uirtutis extollitur. Iuge uero sacrificium tollit, quia studium conuersationis Ecclesiae in eis, quos ceperit, interrumpit. Robur uero ei propter peccata contra iuge sacrificium datur, quia nisi pereuntem merita exigerent, eos, qui recti credebantur, obtinere aduersarius nequaquam posset. Veritas in terra prosternitur, quia fides tunc rerum caelestium ad desiderium uitae temporalis inclinatur. Et faciet, & prosperabitur, qui tunc non solum in reprobis mentibus, sed etiam in electorum corporibus crudelitate inestimabili sine qualibet obiectio ne grassatur. Et Rupertus, Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum &c. Stellas caeli filios Israel significare iam supra diximus, & duodecim stellarum coronam, quam in capite suo mulier habebat, duodecim fuisse patriarchas, per quos Ecclesia in initio propagata est, iuxta illud somnium Ioseph, dicentis: Videbam solē, & lunam, & stellas undecim adorare me. Ipse namque Ioseph, stella erat duodecima. Ad omnem quoque multitudinem filiorum Israel Moses dicit: Dixique uobis illo in tempore: Non possum solus sustinere uos, quia dominus Deus uester multiplicauit uos, & estis hodie sicut stellae caeli plurimi. Quis autem nesciat in illa oppugnatione mulieris, ubicumque draco illam impugnavit, plerumque ex illa gente fouisse, atque adiuuasse dolosam nequitiam draconis? Nam exempli gratia: Vbi in Antiocho iam dicto draco iste saeuire coepit, sic scriptum est: In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quae circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus uisus est sermo in oculis eorum, Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potestatem

Apoc. 12. b. Coeli, Ecclesia.

Draco, Sathanas.

Daniel. 8. c.

Rupertus. Apocal. 12. b. Stelle, filij Israel. Gen. 37. c. Deut. 1. b.

1. Maccab. 1. b.

tt ij statem,

statem, ut facerent iustitiam gentium. Et aedificauerunt gymnasium in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi praepudia, & recesserunt a testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & uenundati sunt ut facerent malum. Plura omittimus, quae proferrī possent in exemplum stellarum eiusmodi cadentium, de altitudine caeli, de dignitate testamenti Dei, ita ut etiam adiuuarent partes diaboli, impugnando illos, qui perseverabant in religione paternae fidei. Cauda ergo draconis palam est, quia trahebat tertiam partem stellarum caeli. Et misit eas (inquit) in terram: Ut uidelicet terrae incumberent, qui caelo intendere debuerant, terrae tantum cuperent, qui beatam caelestium spiritus expectare iussi fuerant. Et exponens illud Apocalypsis, Et stellae caeli ceciderunt super terram: Stellae (inquit) sua aestimatione Iudaei populares comparabiles erant, praesertim, quum audirent dicentem Moysen: Dixi quoque uobis illo tempore, Non possum solus sustinere uos, quia dominus Deus noster multiplicauit uos, & estis hodie sicut stellae caeli plurimi. Dominus Deus patrum uestrorum addat ad hunc numerum multa milia. Ex hoc quoque Moyses non humana lenitate, sed pro diuina dixit autoritate, Quippe qui dominum nouerat, & scripserat dixisse ad Abraham: Suspice caelum, & numera stellas, si potes. Et rursum: Sic (inquit) erit semen tuum. Et quidem secundum hanc autoritatem semen Abraham stellae caeli comparabile erat, ueruntamen non omnino, uel utcumque, sed pro parte electorum, id est, eorum, qui non tantum carnis, sed promissionis sunt filij. Et enim non qui filij carnis (inquit Apostolus) hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, aestimantur in semine. At illi non promissionis, sed tantum carnis filij erant. Quod etiam improperebat illis prophetica ueritas, dicendo: Qui exiit de aquis Iuda. Ceciderunt ergo qui uidebantur sibi esse stellae caeli, ceciderunt (inquit) non ut uerae stellae caeli, sed sicut grossi immaturi fructus ficī, magno uento mouente, agitati, id est, spiritu diabolico multum exagitati. Congrua sane similitudo ab arbore ficī, & grossis eius caducis, quia uidelicet illi quoque, qui tunc temporis in Christum crediderant ex Iudaeis, & erant quasi primi fructus crucis Christi, exciderunt magno uento mouente, uento inuidiae, scilicet odientes gentium salutem, & contra fidem Euangelij suam aemulantes plerique circūcisionem, sicut & actus Apostolici testantur. Itaque sponte excidentes a gratia Christi, recte ceciderunt etiam in ore gladij ferē omnes Iudaei, & qui superauerunt, captiui in omnes gentes ducti sunt, non stellae (ut iam dictum est) sed pulueri, quem proiecit uentus a facie terrae, comparabiles.

Quid stellio, sterilis quoque, mystice significet.

Cap. XVIII.

Quid stellio mystice significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 6. cap. 4. exponens illud Salomonis, Stellio manibus nititur, & moratur in aedibus regum: Plerumque (inquit) aues, quas ad uolatum penna subleuat, in uepribus resident, & stellio qui ad uolatum pennas non habet, nitens manibus, regni aedificium tenet, quia nimirum saepe ingeniosi quique, dum negligentia torpent, in prauis actionibus remanent, & simplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad optinenda aeterni regni moenia uirtus operationis leuat. Stellio ergo, dum manibus nititur, in regis aedibus moratur, quia illo simplex per intentionem recti operis peruenit, quod ingeniosus minimè ascendit. Et diuus Hieronymus, Stellio &c. Stellio qui manibus nititur, quia nimirum alas, quibus feratur, non habet, & moratur in aedibus regis, illorum significat humilitatem, qui quum non sint iuxta naturam ingeniosi, solertia tamen industriae suae, uel ad diuinarum notitiam scripturarum, uel ad uirtutum gratiam, quibus ingressum regni caelestis mereantur, attingunt. Plerumque etenim aues &c. ut supra in diuo Greg.

Sterilis quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius, lib. Mor. 17. cap. 1. exponens illud Iob, Pauit enim sterilem, & quae non parit: Quae hoc loco sterilis (inquit) nisi caro nominatur? Quae dum sola praesentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit. Iniquus ergo sterile pascit, & uidua, id est, animae, benefacere negligit, quia carnis desiderijs seruans, curam animae, uitamque contemnit. Totam namque intentione, omnique studio cogitat, quomodo sine ullis necessitatibus caro moritura subsistat, & curare animae uitam despicit, quae uel in morte, uel in beatitudine proculdubio in perpetuum uiuit. Et exponens illud Iob, Egestate, & fame sterile: Omnes (inquit) haeretici, dum in sacro eloquio plus secreta Dei studēt perscrutari, quam sapiunt, fame sua sterile fiunt. Neque enim ea quaerunt ex quibus semetipsos ad humilitatem erudiant, mores in tranquillitate disponant, patientiam seruent, longanimitatem exhibeant, sed ea solummodo, quae eos doctos, atque loquaces demonstrant, illa scire appetunt, ex quibus singulariter eruditi uideantur. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum laetantem: Ecclesia (inquit) ante aduentum sponsi sui sterilis fuerat, sed facta est mater laeta filiorum, quando praedicationibus Apostolorum ex aqua, & spiritu sancto copiosos filios in toto orbe procreauit.

Stratum quid mystice significet, require in dictione, Lectus.

Stola quid mystice significet, require in Indice.

Struthio hypocritam, siue simulatorem signat, ut inquit diuus Greg. lib. Mor. 20. cap. 28. exponens illud Iob, Frater sui draconum, & socius struthionum: Struthio (inquit) penas habet, & uolatum non habet,

non habet, quia simulatores quique speciem sanctitatis habent, sed uirtutem sanctitatis non habent. Visio quippe eos bonae actionis decorat, sed a terra minimè penna uirtutis leuat. Require de struthione in dictione, Onocentaurus, & in dictione, Herodius.

Quid fudes mystice significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 33. cap. 11. exponens illud Iob, Et in sudibus perforabis nares eius: Quid aliud fudes, id est, palos accipimus, qui uidelicet acuntur, ut figantur, nisi acuta sanctorum consilia? Quae huius Behemoth nares perforant, dum sagacissimas eius insidias, & uigilando circumspiciunt, & superando transfigunt. Per nares uero odor trahitur, & deducto flatu hoc agitur, ut res etiam, quae longe est posita, cognoscatur. Naribus ergo Behemoth callidae eius insidiae designantur, per quas sagacissimè nititur, & occulta cordis nostri bona cognoscere, & haec pessima persuasione dissipare. In sudibus itaque dominus nares eius perforat, quia callidas eius insidias acutis sanctorum sensibus penetras, eneruat. Et cap. 12. Possunt per fudes acuta ipsius per carmen manifestatae sapientiae uerba signari, ut quia naribus odor trahitur, per Behemoth nares illa antiqui hostis exploratio figuretur. Qui quum Deum incarnatum esse dubitaret, hoc expetitis miraculis uoluit tentando cognoscere, dicens: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Quia ergo signorum indicijs odorem diuinitatis eius cognoscere concupiuit, quasi flatum naribus traxit. Sed dum ei responderetur, Non in pane solo uiuit homo &c. Non tentabis dominum Deum tuum, quia sententiarum suarum acuminibus indagacionem antiqui hostis ueritas percudit, quasi nares eius sudibus perforantur.

Sulphur quid mystice significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Mor. 14. cap. 10. exponens illud Iob, Aspergatur in habitaculo eius sulphur: Sulphur quid aliud quam fomentum ignis est? Quod tamen sic ignem nutrit, ut foetorem grauissimum exhalet. Quid itaque in sulphure, nisi peccatum carnis accipimus? Quod dum peruersis cogitationibus, quasi quibusdam foetoribus mentem replet, aeterna ei incendia preparat, & dum foetoris sui nebulam in mente reproba dilatat, contra eam flammis subsequentibus, quasi nutrimenta subministrat. Nam quia per sulphur foetor carnis accipitur, ipsa sacri eloquij historia testatur, quae contra Sodomam ignem, & sulphur pluuisse dominum narrat. Qui quum carnis eius scelera punire decreuisset, in ipsa qualitate ultionis notauit maculam criminis, Sulphur quippe foetorem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad peruersa desideria ex carnis foetore arferant, dignum fuit, ut simul igne, & sulphure perirent, quatenus ex iusta poena discerent, ex iniusto desiderio quid fecissent. Hoc ergo in tabernaculo iniqui sulphur aspergitur, quotiens peruersa carnis delectatio in eius mente dominatur.

Sufurrium quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius, lib. Mor. 5. cap. 20. exponens illud Iob, Et quasi furtiue suscepit auris mea uenas sufurrij eius: Venas superni sufurrij, auris cordis furtiue suscepit, quia subtilitatem locutionis intimae, afflata mens, & rapitum, & occulte cognoscit. Nisi enim se ab exterioribus desiderijs abscondat, interna non penetrat. Occultatur autem ut audiat, & audit ut occultetur, quia & subtracta a uisibilibus, inuisibilia conspiciunt, & repleta inuisibilibus, uisibilia perfecte contemnit. Notandum uero, quod non ait: Quasi furtiue suscepit auris mea sufurrium eius, sed uenas sufurrij eius. Sufurrium quippe occultum uerbi, est haec ipsa locutio aspirationis internae. Venae autem sufurrij dicuntur causarum origines, quibus haec ipsa aspiratio ad mentem ducitur. Quasi enim uenas sufurrij sui aperit, quum nobis Deus latenter insinuat, quibus modis ad nostrae intelligentiae aurem uenit.

Sycomorus quid significet, diuus ostendit Greg. lib. Mor. 27. cap. 26. enarrans illud Euangelicum, Quomodo Zacchaeus, quum uidere praeterea saluatorem non posset, sycomorū arborem ascendit, ut transirentem dominum cerneret: Sycomorus quippe, ficus fatua dicitur. Pusillus itaque Zacchaeus sycomorum subijt, & dominum uidit, quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem namque nostram ad uideendum dominum turba praepedit, quia infirmitatem humanae mentis, ne lucem ueritatis intendat, curarum saecularium tumultus premit. Sed prudenter sycomorum ascendimus, si prouidē eam, quae diuinitus praecipitur, stultitiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultius, quam amissa non quaerere, possessa rapiētibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere, imò adiunctis alijs patientiam praebere? Quasi enim sycomorum nos ascendere dominus praecipit, quum dicit: Qui aufert quae tua sunt, ne repetas. Et rursum: Si quis te percusserit in dexteram maxillam, praebere illi & alteram. Per sycomorum dominus transiens cernitur, quia per hanc sapientem stultitiam & si necdum ut est solide, iam tamen per contemplationis lumen Dei sapientia quasi in transitu uidetur. Quam iuxta Helium uerba uidere nequeunt, qui sibi sapientes esse uidentur, quia ad conspiciendum dominum in elata cogitationum suarum turba deprehensi, adhuc sycomorū arborem non inuenerunt.

tt iij Incipit

Apoc. 6. d.
Stellae, Iudaei populares.
Deut. 1. b.

Gen. 15. b.

Rom. 9. b.

Act. 15. a.

Gregorius.
Prouer. 30. d.

Stellio, simplex, humilis.

Hieronymus.
Prouer. 30. d.

Gregorius.
Iob 24. d.
Sterilis, caro,
Ecclesia.
Vidua, anima.

Iob 30. a.

Cassiodorus.
Psalm. 122. a.

Iob 30. d.
Struthio, hypocrita.

Gregorius.
Iob 40. d.
Sudes, acuta sanctorum consilia, acuta sapientiae uerba.
Nares, callidae insidiae.

Matth. 4. a.

Gregorius.
Iob 19. c.
Sulphur, peccatum carnis.

Gen. 19. c.

Gregorius.
Iob 4. c.
Sufurrium, subtilitas locutionis intimae.

Venae, causarum origines.

Luc. 19. a.

Sycomorus, mundi stultitia.

Luc. 6. e.
Matth. 5. f.

Quid tabernaculum mysticè significet.

Cap. I.

Iob 11. c.
Tabernaculum,
mens.
Gregorius, lib.
Mor. 10. c. 16.
Manus, opus.



Abernaculum, nostram designat mētem, iuxta illud Iob, Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula. Quæ uerba diuus Gregorius exponit: Omne peccatum, aut sola cogitatione, committitur, aut cogitatione simul, & opere perpetratur. Iniquitas ergo in manu, est culpa in opere. Iniustitia uerò in tabernaculo, iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculū non incongruè uocatur, in qua apud nosmetipsos abscondimur, quum foris in opere non uidemur. Prius ergo à manu iniquitatem subtrahi, & post à tabernaculo admonet iniustitiā abscondi, quia quisquis iam praua à se opera exterius resecat, necesse profectò est, ut ad semetipsum rediens, solerter sese in mentis intentione discernat, ne culpa, quam iam in mentis intentione discernat, ne culpa, quam iam in actione non habet, adhuc in cogitatione perduret. Et exponens illud Iob, Et scias, quòd pacem habeat tabernaculum tuum: In scriptura (inquit) sacra aliter pax plena dicitur, atq; aliter inchoata. Inchoatam quippe ueritas discipulis dederat, quum dicebat: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et plenam Simeon desiderauerat, quum exoraret, dicens: Nunc dimitte seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Pax enim nostra ex desiderio conditoris inchoatur, ex manifesta autem uisione perficitur. Plena quippe tunc erit, quum mens nostra nec ignorantia cæcatur, nec carnis suæ impugnatione concutitur. Sed quia eius, exordia tangimus, quum uel mentem Deo, uel carnem menti subiugamus, tabernaculum iusti habere pacem dicitur, quia uidelicet eius corpus, quod mente inhabitatur, à peruersis desideriorum motibus prius inquietatum, nunc sub iustitiæ dispositione refrænatur. Et lib. 9. cap. 41. Et tabernaculum impiorum non subsistet. Tabernaculum quippe construitur, ut ab æstu corpus, & frigore defendatur. Quid itaq; hoc loco tabernaculi nomine, nisi ædificatio terrenæ felicitatis exprimitur, per quam super se reprobi casura multiplicant, ut se à præsentis uitæ necessitatibus, quasi ab æstu, & imbribus, defendantur? Honoribus namq; ex crescere ambiunt, ne despecti uideantur, terrena aggregando exaggerant, ne inopiæ frigore tabescant, contemnunt curare quod sequitur, & tota intentione satagunt, ne quid in præsentibus desit, student nomen dilatare, ne lateant, & si cuncta ad desiderium suppetant, munitos se in omnibus, & felices putant. Vbi ergo mentis habitationem construunt, ibi proculdubio tabernacula fixerunt, aduersa impatiēter perferunt, remissè in prosperis lætantur, sola quæ assunt, cogitant, nec ad affectum cœlestis patriæ ulla recordatione respirant, gaudent sibi suppetere bona, quæ cupiunt, atq; ubi carne requiescunt, ibi & mētem extinguendo sepeliunt, quia læcularis curæ telo trucidati, terrenarum rerum aggerem, quem foris extinguendo multiplicant, hunc semper interius per cogitationem portant. Et libro decimosexto, cap. octauo, exponens illud Iob, Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo: Fidelem (inquit) populum hæretici à Deo discessisse existimant, quia eum suis prædicationibus resistentem uident. Quem quum malis præsentibus afflictum conspiciunt, quasi per admonitionem ad conditoris gratiam trahere conantur, dicentes: Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis. Ac si aperitè dicant: Quia nostris dogmatibus resistendo à domino recessisti, idcirco à iustitiæ ædificatione destructus es. Tabernaculum uerò aliquando accipimus habitaculum corporis, aliquando uerò habitaculum cordis. Nam sicut anima habitamus in corpore, ita per cogitationes habitamus in mente. Iniquitas ergo in tabernaculo mentis, est peruersa intentio in studio cogitationis. Iniquitas autem in tabernaculo corporis per expletionem operis actio carnalis. Eliphaz itaq; quia amicus beati uiri extitit, quædam uera sentiens, & tamen in his, in quibus à rectitudine deuiat hæreticorum speciem tenens, beatum Iob ex uirtutibus flagellatum nesciens, errasse credidit, quem percussum uidit, eiq; si reuersus ad omnipotentem fuerit, pollicetur, dicens: Longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo, ac si patenter dicat: Quisquis ad deum post errata reuertitur, in cogitatione simul, & in opere mundatur. Quare autem tabernaculum intus bysso, cocco, atq; hyacintho, extrà uerò pellibus, & cilicijs tegetur, require in dictione, Pellis, & in dictione, Gleba. Et Rupertus exponens illud Apocalypsis, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus &c. Ecce demonstrantis aduerbium, magnum est magnæ gratulationis indicium lætatis ore prolatum, quia quæadmodum Psalmista dicit, Lætabitur dñs in operibus suis. Hoc nēpe tabernaculū opus domini est, uniuersa ornāmēta eius ab intus, & de foris pulchra

Iob 5. d.
Pax plena, &
inchoata.
Ioan. 14. d.
Luc. 2. c.

Tabernaculum,
corpus, habitatio
terrenæ felicitatis.

Iob 22. d.

Tabernaculum,
corpus, cor, intentio.

Rupertus.
Apocal. 21. d.
Psalm. 103. d.

pulchra sunt opera domini, digna præconia demonstrantis domini, digna lætitia cordis domini, ut sicut iam dictum est, propheta testante, lætetur in illis. Ex quo formato homine primo, costam de latere eius tulit, & ædificauit eam in mulierem, ex tunc Deus hoc tabernaculum suum ædificare non desijt, aut desinit, donec compleat, & dicat: Ecce tabernaculum Dei. Porro quod addit, Cum hominibus, idem est, ac si dicat, ex hominibus. Totum namq; hoc tabernaculū ex hominibus ædificatum est. Vnde & lapides uiui dicuntur, tusionibus, pressuris expoliti, & suis quicq; locis per manum artificis Dei bene dispositi. Quomodo autē & Deus habitabit cum eis, nisi quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, Deus homo factus secundum ueritatem naturæ est, & semper erit unus ex nobis? Et quia per passionem autor salutis nostræ cōsummatum est, rectè dictum est, Et ipsi populus eius erunt. Et quia ipse qui possidet, eorum, quos possidet, possessio est, addit adhuc, Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

De eodem tabernaculo.

Cap. II.

Origenes quoq; homilia nona, in Exodum, hoc pacto scribit: De tabernaculo multis quidem in locis memorant scripturæ diuinæ, & indicare quædam uidentur, quorum uix capax esse possit humanus auditus. Præcipuè tamen Apostolus Paulus de intelligentia tabernaculi quædam nobis prodit scientiæ excelsioris indicia. Sed nescio quo pacto fragilitatem fortassis inueniens auditorum, claudit quodammodo ipsa quæ pandit. Dicit namq; ad Hebræos scribēs, Tabernaculum enim factum est primum, in quo erat candelabrum, & propositio panum, quod dicebatur sancta sanctorum. Post secundum autem uelamen, tabernaculum quod dicitur sanctum, habens aureum altare incensæ, & arcam testamenti, & intra eam duas tabulas, & mānam, & uirgam Aaron, quæ fronderat. Sed ihs addidit, de quibus non est modo dicendum per singula. Quòd ergo ait, de quibus non est modo dicendum, quidam ad illud tempus referunt, quo Hebræis scribebat epistola. Alijs uero uidetur, quòd pro mysteriorum magnitudine omne tēpus præsentis uitæ ad hæc explananda idoneum neget. Verum non usquequaq; tristes nos relinquit Apostolus, sed ut sibi moris est, aperit pauca de multis, ut clausum sit quidem negligentibus, inueniatur autem à pulsantibus, & quærentibus aperiatur. Repetit ergo rursum de tabernaculo, & dicit: Non enim in sancta manu facta ingressus est Iesus exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui Dei per uelamen, id est, per carnem suam. Qui ergo uelamen interioris tabernaculi carnem Christi interpretatus est, sancta autem ipsum cœlum, uel cœlos, dominum uerò Christum pontificem, eumq; dicit introisse semel in sancta, æterna redēptione inuenta. Ex his paucis sermonibus, si quis intelligere nouit Pauli sensum, potest aduertere quantum nobis intelligentiæ pelagus patefecerit. Sed qui satis amant literam legis Moysei, spiritum uerò eius refugiunt, suspectum habent Apostolum Paulum, interpretationes huiusmodi proferentem. Videamus ergo si nō etiam ueterum sanctorum aliqui opinionem tabernaculi longè aliam, quàm isti nunc existimant, habuere. Dauid eximius prophetarum, quàm magnificè de tabernaculo sentit, ausculta, Dum dicitur (inquit) mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? Hæc memoratus sum, & effudi in me animam meam, quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domū Dei. Et iterum Psalmo quatuordecimo inquit: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā &c. Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis, ex quo peruenitur usq; ad domum Dei, cuius, quia memor factus est, effusa est in ipso anima eius, & uelut quodam intolerabili desiderio resolutus est? Ita ne tandem credendum est, quia istud tabernaculum, quod ex pellibus, & cortinis, atq; operimentis, cilicijs, alijsq; nostri usus materijs constabat, propheta desiderans effunderetur animo, ac tota mēte corrueret? Vel certè quomodo uerum erit de isto dici tabernaculo, quòd non habitet in eo, nisi innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in uano animam suam, quum regnorum prodar historia habitasse in tabernaculo Dei sacerdotes pessimos, filios pestilentiæ, & ipsam quoq; arcam testamēti ab allophylis captam, apud impios, & prophanos fuisse detentā? Ex quibus omnibus constat, longè alio sensu Prophetam sentire de tabernaculo hoc, in quo dicit, quòd non habitet in eo nisi innocens manibus, & mundo corde, & qui nō accepit in uanum animam suam, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximum suum. Talem ergo oportet esse huius habitatorum tabernaculi, quod finxit dominus, & non homo. Sed uentamus etiam ad Euangelia, si quid in ipsis dici de tabernaculis inuenimus, ut per sententiā domini indubitātū possit esse quod quærimus. Inuenimus ergo ipsum saluatorem Iesum Christum tabernaculum non unum, sed plura memorantem, & non temporalia, sed æterna, quum dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona, ut quum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Audisti pronunciantē dominum æterna esse tabernacula, audi nūc & Apostolū dicentē: Tabernaculū nostrū quod de cœlo est, & superindui cupiētes, Nondū tibi ex his oibus iter aperitur, quòd derelicta terra sequēs propheti-

Gen. 2. d.

Ioan. 1. b.

Origenes.

Heb. 9. d.

Psalm. 41. b.

Psalm. 14. a.

Psalm. 23. a.

Heb. 8. a.

Luc. 16. b.

2. Cor. 5. d.

cum, & Apostolicum sensum, & (quod omnium maximū est) sequēs uerbum Christi tota mente, & toto sensu ascendas in cœlum, atq; ibi æterni tabernaculi magnificentiam quæras, cuius figura per Moysen adumbratur in terris. Deniq; sic ad eum etiā dominus dicit: Vide (inquit) omnia facito secundum figuram, quæ tibi ostensa est in monte. Verūm humana mens, & nostra præcipue, qui nos minimos, aut etiā nullos in diuina sapientia nouimus, eousq; fortassis possit accedere, ut sentiat quidem hæc, quæ diuinis uoluminibus inferuntur, non de terrenis, sed de cœlestibus dici, & formas esse non præsentium, sed futurorū bonorum, non corporalium, sed spiritualium rerum. Quomodo autem horum narratio aptari possit cœlestibus, & æternis, nec nostræ mensuræ est dicere, nec uestræ (ut opinor) capacitatis audire. Pauca tamen, si nos, orantibus uobis, dominus illuminare dignetur, quæ ad Ecclesiæ ædificationem pertineat, aperire tentabimus. Iubetur ergo uniuersus populus, unusquisq; pro uiribus conferens facere tabernaculum, ut quodammodo omnes simul unum sint tabernaculū. Collatio autem ipsa nō fit necessitate, sed sponte. Ait enim dominus ad Moysen, ut unusquisq; sicut uisum fuerit cordi eius, aurum, argentum, lapides preciosos, æs, tum præterea byssum, coccum, hyacinthū, & purpurā, pelles etiā arietum rubras, & pelles hyacinthinas, sed & ligna imputribilia, pilos quoq; caprarum ad cōstructionem tabernaculi offerat. Mulieres quoq; sapientes in arte textrina requiruntur, & fabri, qui aurum, uel argentum, uel æs, lapides etiā aptare nouerint, aurum, & ligna formare. Tum deinde mēsuræ tradūtur atriorum. Quæ atria extēta tentorijs, colūnis erecta, seris stabilita, & funibus distēta firmātur. Fiūt præterea quædam uelaminibus distincta, quæ appellātur sancta, & alia nihilominus secūdo dirempta uelamine, quæ dicūtur sancta sanctorū. Collocatur intrinsecus arca testamēti, supra quam Cherubim extēsis alis, seq; inuicem cōtingentibus statuūtur, ibiq; ex auro uelut basis eis quædā collocatur, ac sedes, quod appellatur propiciatorium, sed & altare aureum incēsi. Tum præterea in exteriori loco candelabrum ponitur aureum in parte austrī, ut respiciat ad aquilonē. In parte uerō aquilonis mēsa collocatur, & propositio panum super eam, necnō & altare holocaustorum iuxta uelamen interiorius ponitur. Sed quid ego de his reuoluo per singula? Vix ad hæc tantū enumeranda sufficimus, uix nobis ipsa rerum materialū forma, adduci ante oculos potest. Et quomodo quis latentia in his mysteria expedire sufficiet? Verū tamen causa pro qua fieri deberet tabernaculū, in superioribus inuenitur prædicta, dicēte domino ad Moysen: Facietis (inquit) mihi sanctificationem, & inde uidebor uobis. Vult ergo Deus, ut faciamus ei sanctificationē. Promittit enim, quia si fecerimus ei sanctificationem, possit à nobis uideri. Vnde & Apostolus ad Hebræos dicit: Pacem sequimini, & sanctificationem, sine qua nemo uidebit Deum. Hæc ergo est sanctificatio, quā iubet dominus fieri, quam & apostolus in uirginibus esse uult, ut sint sanctæ corpore, & spiritu: Sciēs sine dubio, quod qui fecerit domino sanctificationem per cordis sui, & corporis puritatē, ipse uidebit Deum. Faciamus ergo & nos sanctificationem domino, & omnes unā, & unusquisq; per singulos unam, ut omnes sanctificationem Ecclesiam faciamus, quæ est sancta, non habens maculam, aut rugam. Hoc modo, si columnas habeat doctores, & ministros suos, de quibus dicit Apostolus: Petrus, Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. In tabernaculo ergo hoc columnæ seris interiectis iunguntur, dum in Ecclesia doctores, datis sibi dextris sociantur. Sed columnæ istæ inargentatæ sint, & bases earum inargentatæ. Binæ autem bases columnis singulis deputentur. Vna quæ caput dicitur, & superponitur. Alia quæ uerè basis appellatur, & columnæ uelut fundamentum subiicitur. Inargentatæ ergo sunt columnæ, idcirco, quia qui uerbum dei prædicant, accipient per spiritum eloquia domini, quæ sunt eloquia casta, argentum igne probatum. Isti autem prædicationis suæ bases prophetas habent. Super fundamentum enim Apostolorum, & prophetarum collocantur, quorum testimonijs utentes, fidem Christi confirmant. Caput autem columnarum est ille (ut opinor) de quo dicit Apostolus, quia caput uirī Christus est. Seras uero columnarum, societatis Apostolicæ datas sibi inuicem dextras, supra iam diximus. Tentoria, quæ ansulis affuta, & circulis suspensa, atq; innexa funibus, ad modum cortinarum uiginti & octo in longum, atq; in latum quatuor cubitis distēduntur, habeatur reliqua credentium plebs, quæ hæret, & pendet in funibus fidei. Funis enim triplex nō rumpitur, quæ est trinitatis fides, ex qua dependet, & per quam sustinetur omnis Ecclesia. Viginti autem & octo cubitorum, quot in longum distēduntur, & in latum quatuor atrij unius mensura, puto quod inserta lex Euāgelij designetur. Septenarius namq; numerus legem significare solet, pro multis septimi numeri sacramentis. Si cōsociatur, ad quatuor. Quater septem consequēter, uigesimum octauum numerum faciunt. Decem uerò hæc atria fiunt, ut integrum perfectionis numerum teneant, & legis decalogum signent. Iam uerè cocci, & hyacinthi, byssi, ac purpuræ specie multa, ac diuersa opera explicant. Inde tentoria, inde uelum exterius, & interius, inde tota sacerdotalis, & pontificalis uestis auro, & gemnis expeditur adiunctis. Sed ne diutius per singularum demoremur species uirtutum, possumus breuiter dicere illa significari per hæc, quibus ornaretur Ecclesia

Exod. 25. d.

Exod. 25. d.

Heb. 12. d.
1. Cor. 7. f.

Ephef. 5. f.
Gal. 2. b.

Psal. 11. a.
Bases, prophetæ.
1. Cor. 11. a.
Gal. 2. b.

Funis, fides.
Eccis 4. c.

Septenarius numerus legē designat.

Ecclesia. Fides enim auro conferri potest. Sermo prædicationis eius argento, lapidibus preciosis, æs patientiæ, lignis imputribilibus scientia, quæ per lignum uenit, aut incorruptio castitatis, quæ nunquam ueterascit, bysso uirginitas, cocco confessionis gloria, purpuræ charitatis fulgor, hyacintho spes regni cœlorum. Istæ sint interim materiæ, ex quibus omne tabernaculum construatur. Induantur sacerdotes, ornentur & pōtifex. Quorum indumēta quæ sint, uel qualia, in alio loco pronunciat propheta, & dicit: Sacerdotes tui induāt iustitiam. Sunt ergo omnia ista indumenta iustitiæ. Et iterum Paulus Apostolus dicit: Induite uos uiscera misericordiæ. Sunt ergo indumenta misericordiæ. Sed & alia nihilominus Apostolus indumēta nobiliora designat, quom dicit: Induite uos dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis ad concupiscentias. Istæ sunt ergo indumenta, quibus ornatur Ecclesia.

Aurū, fides.
Argēū, prædicationis sermo.
Æs, patientia.
Lignum imputribile, scientia, castitas.
Byssus, uirginitas.

Coccus, confessionis gloria.

Purpura, charitatis fulgor.

Hyacinthus, spes regni cœlorum.

Psal. 131. b.
Col. 3. b.

Rom. 13. d.
Tabernaculum, singuli hoies.

Colūna argentea, patientia rationabilis.

Atrium, cordis dilatatio.

2. Cor. 6. c.
Sera, dilectiōnis unanimitas.

Basis, uerbi Dei stabilitas.

Caput aureum, fides.

1. Cor. 11. a.
Gal. 5. d.

Psal. 131. a.
Taurus, supbia.

Aries, iracūdia.

Hircus, luxuria.

Brachium dextrum, opera bona & dextra.

Pectusculū integrū, cor rectū.

Maxilla, uerbu Dei.

Luc. 12. d.
Math. 6. c.

Hier. 1. c.
1. Pet. 5. b.

Panes duodecim, Apostolicus sermo.

Abac. 3. a.
2. Cor. 2. d.

Psal. 11. a.
Psal. 102. d.

Vrna mānæ, intellectus uerbi Dei subtilis, ac dulcis.

Virga Aaron, doctrina sacerdotis.

De eodem tabernaculo moraliter.

Cap. III.

Potest autem & unusquisq; nostrum etiā in semetipso construere tabernaculū Deo. Si enim (ut quidam ante nos quoq; dixerunt) tabernaculum hoc totius mundi tenet figuram, mundi autem etiā singuli quicq; habere imaginē possunt, cur nō & tabernaculi unusq; in semetipso formam possit explere? Has ergo debet colūnas sibi aptare uirtutū, colūnas argēteas, id est, patientiam rationabilē. Potest enim esse quidē in hoie, quæ uideatur patientia, sed quæ rationabilis nō sit. Nam & qui nō sentit iniuriā, & propterea nō reddit, patiens uidetur, sed nō est rationabilis ista patientia. Iste ergo habet quidē colūnas, sed nō sunt argēteæ. Qui uerō propter uerbū Dei patitur, & fortiter fert, iste colūnis argēteis decoratus est, & munitus. Potest in se & atria distēdere, quom dilatauerit cor suū secundum Apostoli uocē, dicētis ad Corinthios: Dilatamini & uos. Potest se & seris munire, quū se unanimitate dilectionis astrinxerit. Potest super argēteas bases stare, quū super stabilitatē uerbi Dei, uerbi prophetici, & Apostolici collocatur. Potest habere in colūna deauratū caput, si caput aureū sit ei fides Christi. Omnis namq; uiri caput Christus est. Decē uerò atria potest in semetipso distēdere, quom nō in uno tantum uerbo legis dilatatur, neq; duobus, aut tribus, sed in toto decalogo legis spiritualis intelligentiæ dilatate amplitudinem potest, aut fructum spiritus gaudium, pacem, patientiam, benignitatem, bonitatem, modestiam, fidem, cōtinentiam, adiecta (quæ est mater omnium) charitate, protulerit, habeat adhuc in se anima ista, quæ non dederit somnum oculis suis, nec palpebris suis dormitationem, nec requiem temporibus suis, donec inueniat locum domini, tabernaculum Deo Iacob. Habeat (inquam) in se defixum & altare, in quo orationum hostias, & misericordiæ uictimas offerat Deo, in quo continētiæ cultro superbiā quasi taurū immet, iracūdiā quasi arietem iugulet, luxuriam, omnemq; libidinem tanquam hircos, & hœdos litet. Sciat tamen ex his etiā sacerdotibus separare dextrum brachium, & pectusculum, & maxillas, id est, opera bona, & opera dextra. Nam sinistrum nihil reseruet. Pectusculū quoq; integrum, quod est cor rectum, & mens Deo sacrata, & maxillas ad uerbū Dei loquēdum. Sciat sibi in sanctis etiā candelabrum luminis collocandum, ut sint ei lucernæ semper ardentes, & lumbi succincti, & ipse tanquam seruus, qui expectat dominum suum redire de nuptijs. De his enim lucernis & dominus dicebat: Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Sed istud candelabrum lucernarum in austro collocet, ut ad aquilonem respiciat. Accenso etenim lumine, id est, uigilanti corde, respicere semper debet ad aquilonem, & obseruare eum, qui ab aquilone est. Sicut & propheta uidere se dicit succensum lebetem, uel ollam, & faciem eius à facie aquilonis. Ab aquilone enim accenduntur mala uniuersæ terræ. Vigilās ergo, & sollicitus, & ardēs intueatur semper astutias diaboli, & semper aspiciat unde sit uentura tentatio, unde hostis irruat, unde inimicus obrepit. Dicit enim & Petrus Apostolus, Quia aduersarius uester diabolus sicut leo rugiēs circuit, quærens quem trāsueret. Mensa quoq; propositionis habens duodecim panes, in parte collocetur aquilonis, respiciens ad austrum. Panes isti Apostolicus ei tam numero, quā uirtute sit sermo, quo indefinenter utimur quotidie. Namq; hos ante dominum iubetur apponere. Rursum respiciat ad austrū, unde dominus uenit. Dominus enim ex Theman ueniet, sicut scriptum est, quod est de austro. Habeat in penetralibus pectoris sui etiā altare incēsi, ut ipse dicat, quia Christi bonus odor sumus. Habeat & arcā testamenti, in qua sint tabulæ legis, ut in lege Dei meditetur die, ac nocte, & memoria eius arca, & bibliotheca efficiatur librorū Dei. Quia & propheta beatorum dicit eos, qui memoria tenent mādata eius, ut faciāt ea. Sit intra ipsum urna mānæ reposita, intellectus uerbi Dei subtilis, & dulcis. Sit & uirga Aaron intra eū doctrina sacerdotalis, & florida seueritas disciplinæ. Supra oēm uerò gloriā, sit ei pōtificalis ornatus. Potest enim intra se agere pontificatum pars illa, quæ in eo est preciosissima omnium, quod quidam principale cordis appellant, alij rationalem sensum, aut intellectualem substantiam, uel quocunq; modo appellari potest in nobis portio nostri illa, per quam capaces esse possumus Dei. Ista ergo pars in nobis uelut quidam pontifex exornetur indumentis, &

Podern, castitas. mentis, & monilibus preciosis, ac podere byssino. Indumenti hoc genus est, quod usq; ad pedes deducitur, totum contegens corpus. In quo designatur, ut primo omnium totus sit castitate uestitus. *Humeral gemmatum, operum fulgor.* Accipiat postmodum & humerale gemmatum, in quo fulgor operum collocatur, ut uidentes homines opera uestra bona, magnificent patrem uestrum, qui in caelis est. Accipiat & logium, quod rationale dici potest, pectori superpositum, quaterno lapidum ordine distinctum. Sed & aurea lamina in fronte resplendeat, quod petalum appellatur, in quibus utriusq; ueritas, & manifestatio dicitur collocata. Ego in his, quae in pectore locari dicuntur, sermonem Euangelicum sentio, qui quadruplicato ordine, ueritatem fidei nobis, & manifestationem trinitatis exponit, cuncta referens ad caput, ad unius scilicet Dei naturam. In his est ergo omnis ueritas, & omnis manifestatio ueritatis. Igitur si recte uis pontificatum gerere Deo, Euangelicus sermo, & trinitatis fides semper tibi habeatur in pectore. Cui conuenit etiam Apostolicus sermo tam uirtute, quam numero, tantum ut nomen Dei semper habeatur in capite, & ad unum Deum cuncta referantur. Habeat etiam in interioribus pontifex partibus opera sua, habeat pudenda contexta, ut corpore, & spiritu sanctus sit, & cogitationibus, & operibus purus sit, habeat etiam per indumenti circuitum tintinnabula, ut ingrediens (inquit) sancta, det sonitum, & non intret cum silentio. Et haec tintinnabula, quae semper sonare debent, in extremo uestimenti sunt posita, idcirco credo, ut de extremis temporibus, & fine mundi nunquam fileas, sed inde semper sones, inde dispuces, & loquaris secundum eum qui dicit: Memor esto nouissimorum tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum homo noster interior Deo pontifex adornetur, ut introire possit, non solum in sancta, sed in sancta sanctorum, ut possit adire propiciatorium, ubi sunt Cherubim, & inde appareat ei Deus. Sancta possunt esse ea, quae in praesenti saeculo habere sancta conuersatio potest. Sancta uero sanctorum in quae semel tantummodo intratur, ad caelum esse transitum puto, ubi est propiciatorium, & Cherubim, ubi & mundis corde apparere poterit Deus. Vel quia dominus dicit: Ecce regnum Dei intra uos est. Haec interim quantum ad praesens in transcurso occurrere sensibus nostris potuit quantum cunctis moderari auribus potuimus auditorum de tabernaculo dicta sint, & unusquisq; nostrum studeat facere intra se tabernaculum Deo. Non enim frustra de patribus refertur, quia in tabernaculis habitauerunt. Ego sic intelligo Abraham habitasse in tabernaculis, & Isaac, & Iacob. Construxerunt namque isti intra se tabernaculum Deo, qui se tantis, ac talibus uirtutum splendoribus adornauerunt. Refulgebat namque in eis insigne regium purpura, propter quod dicebatur ad Abraham a filiis Heth: A Deo rex in nobis tu es. Splendebat & coccus, propterea enim ad iugulandum duxit Deo unicum, & propterea dextram illius Angelus tenuit. Splendebat hyacinthus, quum coelum semper intuens, caeli dominum sequebatur. Sed & in coeteris similiter ornabatur. Ego sic intelligo & diem festum tabernaculorum, qui mandatur in lege, ut exeat populus certa die anni, & in tabernaculis habitet, habens ramos palmarum, & frondes salicis, ac populi, & ramos arboris frondosae. Palma uictoriae signum est illius belli, quod inter se caro, & spiritus gerit. Arbor autem populus, & salix tam uirtute quam nomine uirgulta sunt castitatis. Quae si integre conserues, habere potes, & nemorosae, ac frondentis arboris ramos, quae est aeterna, ac beata uita, quum te dominus in loco uiridi collocauerit super aquam refectionis.

Tabulae quid mystice significant, require in dictione, Bases, & in dictione, Tabernaculum.

Quid talaris tunica, talentumq; mystice significant. Cap. III.

Gregorius. Talaris tunica, actio est consummata, ut diuus inquit Gregorius, libro Moralium primo, capite quadragesimo primo: Quid est (inquit) talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica, talum corporis operit, quum bona actio ante Dei oculos usq; ad uitae nos terminum tegit. Hinc est quod per Moysen caudam hostiae in altari offerre praecipimur, ut uidelicet omne bonum, quod incipimus, etiam perseveranti fine compleamus. Bene igitur coepta, cunctis diebus agenda sunt, ut quum malum pugnando repellitur, ipsa boni uictoria constantiae manu te neatur. Et homilia uigesima quinta, in Euangelia: Praecepto (inquit) legis cauda hostiae in sacrificio iubetur offerri. In cauda quippe finis est corporis, & ille bene immolat, qui sacrificium boni operis usq; ad finem debite perducit actionis. Hinc Ioseph inter reliquos fratres talaris tunicam habuisse describitur. Tunica quippe usq; ad talum, est opus bonum usq; ad consummationem, Et uoce ueritatis dicitur: Qui autem perseverauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Talentum autem quid mystice significet diuus ostendit Gregorius homilia nona, in Euangelia, exponens illud Euangelicum. Homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum &c. Quis est (inquit) iste homo, qui peregre proficiscitur, nisi redemptor noster, qui in ea carne, quam assumpserat, abiit in caelum? Carnis enim locus proprius, terra est, quae quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem

redemptorem nostrum in caelo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens, seruis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem quinque talenta. Quinque etenim sunt corporis sensus. Quinque ergo talentis donum quinque sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus uero, intellectus, & operatio designatur. Vnius autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur. Sed is qui quinque talenta acceperat, alia quinque lucratus est, quia sunt nonnulli, qui & si interna, ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione tamen supernae patriae docent recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quae acceperunt, duplum talentum portant. Dicit se a carnis petulantia, & a terrenarum rerum ambitu, atq; a uisibilibus uoluptate custodiant, ab his etiam alios admonendo compescunt. Et sunt nonnulli, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum, atq; operationem percipiunt, subtilia de internis intelligunt, mira in exterioribus operantur, quumq; intelligendo, & operando alijs praedicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant. Bene autem alia quinque, uel alia duo in lucrum uenisse referuntur, quia dum utriusq; sexui praedicatione impenditur, quasi accepta talenta geminantur. Sed is, qui unum talentum acceperat, abiens foras in terram, & abscondit pecuniam domini sui, id est, acceptum ingenium terrenis actibus implicauit, lucrum spirituale non quaesuit, cor a terrenis cogitationibus nunquam leuauit: Sunt namque nonnulli, qui donum intelligentiae perceperunt, sed tamen sola quae carnis sunt, sapienter, de quibus per prophetam dicitur: Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Sed dominus qui talenta contulit, rationem positurus reddit, quia is, qui nunc pie spiritalia dona tribuit, districte in iudicio merita exquirat. Quid quisq; accepit, considerat, & quod lucrum de acceptis reportet, praesat. Seruus qui geminata talenta retulit, a domino laudatur, atq; ad aeternam remunerationem intro mittit, quum ei uoce dominica dicitur, Euge serue bone &c. Pauca quippe bona sunt omnia praesentis uitae, quilibet multa esse uideantur, comparatione retributionis aeternae. Sed tunc fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omni corruptionis molestia, de aeternis gaudijs in illa caelesti sede gloriatur. Tunc ad domini sui gaudium perfecte intronitur, quando in aeterna illa patria assumptus, atq; Angelorum coetibus admixtus, sic interius gaudet de munere, ut non sit iam quod exterius doleat de corruptione. Notandum quod inutilis seruus durum dominum uocat, cui tamen ad lucrum deseruire dissimulat, & timuisse se dicit in lucrum talentum expendere, qui hoc solum timere debuerat, ne hoc sinelucro ad dominum reportaret. Sunt enim plerique intra sanctam Ecclesiam, quorum iste seruus imaginem tenet, qui melioris uitae uias aggredi metuunt, & tamen iacere in sui corporis ignauia non pertimescunt. Quumq; se peccatores considerant, sanctitatis uias arripere trepidant, & remanere in suis iniquitatibus non formidant. Et Origenes eadem exponens uerba: Iste (inquit) qui quasi homo peregre est profectus, uocauit seruos suos, & tradidit eis probata pecuniam suam in eloquijs castis, quoniam eloquia eius, eloquia sunt casta, argentum ignitum, probabile, purgatum septies. Et uni dedit quinque talenta &c. Ergo si quando uideris eorum qui acceperunt a Christo dispensationem eloquiorum Dei, alios quidem habere amplius, & diuinius, & abundantius, alios autem minus, & (ut ita dicam) neq; in dimidio intelligentes rerum negotia, comparatione eorum, qui multo sunt meliores, alios autem adhuc minus habere, uidebis differentias eorum, qui eloquia Dei susceperunt a Christo, quoniam alia fuit uirtus eorum, quibus data sunt quinque talenta, alia quibus duo, alia quibus unum, & altera alterius non capiebat mensuram. Et qui accepit talentum unum, accepit quidem datum non contemptibile: Multum est enim & unum talentum talis domini. Tamen tres sunt proprii serui eius, qui peregre profectus est, quasi homo, sicut tria genera sunt eorum qui fructum faciunt. Quorum quidam quidem faciunt centum, quidam autem sexaginta, quidam uero triginta. Sed ibi etiam ille, qui triginta fecit, saluatur: hic autem sermo arguit eum, qui unum acceperat talentum, & abscondit in terram. Et quaero, qui quinque acceperat talenta, si possunt intelligi perfectiores, qui diuiniorem, & sublimiorem acceperunt sensum scripturae, qui duo autem acceperunt, super literam quidem paulo superius ascenderunt, & non ad magnitudinem illam ascendere potuerunt, tertij autem qui nihil super literam, quam acceperunt in primis. Est ergo & de numeris omnino, in his quae loquimur, dignus sermo tali nostro domino saluatore. Dico autem de quinque, & duobus, & uno. Nos autem modici, & talia minus explicare potentes, aestimamus, ne forte qui omnia quidem sensibilia scripturarum possunt deducere ad sensus diuiniorem, quos Salomon diuinos appellat, & quos dicit Hieremias, sensus cordis, & qui ad Hebraeos dicuntur a Paulo sensus exercitatus ad discretionem boni quoq; & hi sunt, qui extra quinque talenta, alia quinque sunt lucrati, operantes in eis, & per doctrinam exercitates seipsos, & ad maiorem scientiam erigentes. Couersati enim salutariter, & studiosè docetes, operati sunt, & lucrati sunt alia quinque, quia nemo facile additamantum accepit uirtutis alterius, nisi eius, quam habet, ut puta sapiens in sapientia crescit, fidelis in fide. Aut ita alia acquisiuit quinque, quoniam unusquisq; quod ipse scit, hoc docet alterum, & quanta ipse scit, tanta alterum docet, non amplius. Propterea quicquid habuerit quis in se, hoc alterum docendo acquirit in altero, faciens eum habere quod habet ipse. Propterea quinque habuit, & non amplius acquisisse dicitur, nisi quinque

Talenta quinque, donum quinque, sensuum, id est, exteriorum scientia. Talenta duo, intellectus, & operatio. Talentum unum, intellectus.

Hierem. 4. f.

Origenes. Matth. 25. b. Psal. 11. a.

Hier. 4. c. Heb. 5. d.

nisi quinque, quæ habuit, & qui duo, non amplius, nisi duo, quæ habuit. Si autem debemus & de duobus talentis dicere, & de illis dicimus, quoniam qui non permanerunt in litera, sed quærentes ascendere sensu suo super eam, non potentes peruenire super ordinem prædictorum duorum, hi sunt qui ab eo qui cognoscebat uirtutem eorum acceperunt talenta duo, corporalem doctrinam edocuit. Duo enim uidetur carnalis numerus esse, & super hæc lucrati sunt duo, id est, corporalem ædificationem, & aliam paulo eis sublimiorem, Erat autem aliquis seruatorum minorem colligens sibi uirtutem, propter quam quasi minus potenti unum talentum paterfamilias dedit, quod accipiens seruus habens aliquam terram fodit, & in altitudines posuit eius, quum debuisset sursum & in mensas id mittere. Quoniam autem proprii serui tres referuntur illius patrisfamilias esse, quæro si possint postquam crediderint, & serui facti sunt eius, quasi potentes negociari. Postea acceperunt a paterfamilias pecuniam eius, ut quidam quidem & operatus sit, & lucratus, alius autem lucratus, alius uero præ timore non satis fidelis, domini sui infodit, & abscondit pecuniam. Et apparet in ipsa defensione per quam loquitur, quod timuit quidem dominum, habens Dei timorem, sicut alter zelum Dei, non autem secundum scientiam, timens abscondit talentum suum in terra. Tales autem sunt, qui neque mouent, neque discutiunt quæ dicuntur, neque seipsos ad prolificandas animas tradunt, sed latere uolunt quæ acceperunt, & crediti sunt &c. Et diuus Chrysostomus homil. 53. in Matthæum: Et tradidit illis bona sua &c. Non inuidens alij plus dedit, alij minus, sed considerans diuersitatem fidei eorum. Qui autem inuidus est, aut parcus, omnibus est parcus, & inuidus, neque quasi acceptor personarum fecit differentiam gratiarum. Vis scire? Considera quomodo penè æqualiter remunerauit eum, qui minus obtulit, & eum qui amplius. Si enim acceptor personarum fuisset, utique non tantum in danda gratia, quantum in reddenda mercede esset æqualis ambobus. Manifestum est, quod in danda gratia non personas aspexit, sed uirtutem uniuscuiusque considerauit, ne supra uirtutem opus iniungens, ipse occasio offensionis existeret, & non esset reus qui peccauit, si supra uirtutem pondus imposuisset. Volens ergo dominus socios nos habere in regno cœlesti, opera nobis diuersarum iustitiarum commisit, non quia non habeat potestatem & sine operibus nos glorificare, sed ideo opus præmisit, quia sicut opera sine præmijs uacua sunt, sic præmia sine operibus sunt ingrata. Abijt autem qui quinque talenta acceperat &c. De talento agnitionis Christi acquisiuit unam iustitiam bene uiuendo, de presbyterio autem ipso acquisiuit iustitiam sollicitè prædicando. De baptismo lucratus est uerbo acquisiuit iustitiam, uerbum ueritatis synceriter prædicando. De sacrificio, acquisiuit iustitiam, tam mundum, & immaculatum sacrificium populo offerendo, & pro peccatis populi exorando. Similiter & ille, qui duo talenta accepit, lucratus est alia duo, id est, duas iustitias, unam bene uiuendo, quam acquisiuit à fide Christi, alteram synceriter ministrando, quam fecit ex ministerio diaconatus. Qui autem unum accepit &c. Primum uideamus, ut quid neque ille, qui duo talenta habuit, abscondisse talenta sua proponitur, quum multi diacones inueniantur inutiles, neque ille qui accepit quinque, quum multi doctores inueniantur inutiles, sed ille tantum qui unum accepit, id est, populus. Attende, Deus secundum præscientiam suam, licet sciat qui iusti futuri sint, & qui iniusti: tamen omnes uocat ad fidem, dans eis gratiam credendi in Christum, quod est talentum bonis quidem ad salutem, malis autem ad præiudicium, ut inexcusabiles fiant. Diaconibus autem, & doctoribus secundum præuidentiam suam illis uidetur Deus iniungere ministerium diaconatus, aut presbyteratus, qui sunt iusti: qui autem inueniuntur iniusti, illos homines ordinasse uidentur, non Deus. Ab exitu ergo rei cognoscitur, qui à Deo ordinatus est, & qui ab hominibus. Qui enim ministerium suum bene consummauerit, apparet, quia ex Deo fuerat ordinatus: qui autem ministerium suum non bene consummauerit, ex hominibus ordinatus est. Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifestè in libro octauo canonum Apostolorum dicitur. Qui autem ex hominibus ordinatus est, quantum ad Deum non est diaconus, aut sacerdos. Ergo in sacerdotibus quidem, & diaconibus non est inuentus ut perdat talenta, qui secundum præscientiam ordinatur à Deo. In popularibus autem euenit quomodo etiam qui peccator futurus est, à Deo accepit fidei gratiam.

Quid taurus, templumque mysticè significant.

Cap. V.

Quid taurus mysticè significet, diuus insinuat Greg. lib. Mor. 23. cap. 3. In tauro (inquit) ceruix superbiæ, in ariete autem ducatus gregum sequentium designatur. Quid itaque est, pro eis tauros, arietesque mactare, nisi eorum superbiam ducatum interficere, ut de se humilia sentiant, & post se corda innocetium iam non seducant? Ceruice enim tumentis ab Ecclesiæ uniuersitate resisterant, & infirmos post se populos, quasi sequentes greges trahebant. Veniant igitur ad beatum Iob, id est, reuertantur ad Ecclesiam hæretici septenario sacrificio tauros, & arietes mactandos offerant, quia ut uniuersali Ecclesiæ coniungantur, humilitate interueniente interficiant quicquid prius

Gregorius, Iob 42. b.
Taurus, superbus.
Aries, prælati.

tumidum de superbo ducatu sapiebant. Require de tauro in dictione, Onocentaurus. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistæ, Tauri pingues obsederunt me: Tauri (inquit) pingues principes Iudæorum designant, qui in uicem tauri malitiam, superbiamque suam erectis ceruicibus inflauerunt, & innocentis sanguinem truculentis cornibus effuderunt. Aptè uero addidit, Pingues. Tunc enim ipsum animam nimis redditur inquietum, quando pinguedine multa refertum est, & de mansueto ferox efficitur, quum præsumptione luxuriantis corporis animatur.

Templum Salomonis corporis Christi typus fuit, de quo scribitur in libro Regum, quod quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israël Salomon ædificare cepit domum, id est, templum domino. Hæc domus (inquit Rupertus) aut templum domini, cuius in figuram, uel typum ædificatum sit, non nostra coniectura, sed scripturarum tradendum est testimonij. Primus ipse dominus, quum interrogaretur in templo à Iudæis dicentibus, Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis, respondit, & dixit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem (inquit Euangelista) dicebat de templo corporis sui. Profecit quum hæc dicit, templum illud manufactum, templi non manufacti, id est, corporis sui fuisse typum, uoluit intelligi. Et idem Euangelista in Apocalypsi dicit: Et templum non uidi in ea, uidelicet ciuitate sancta Hierusalem. Dominus enim omnipotens templum illius est, & agnus. Sed & ipse Salomon significans cuius in typum templum illud ædificauerit, Sapientia (inquit) ædificauit sibi domum, excidit columnas septem &c. Quibus uerbis quid aliud, quam Christi Dei uirtutem, & Dei sapientiam, templum sibi ædificasse docet humani corporis, septem solum, uel ornatum columnis, quæ uniuersa sunt dona septiformis spiritus sancti. Igitur templum illud manufactum sine dubio templi sancti, templi dominici corporis typus fuit, cuius de latere dextro iuxta Ezechiel, aquæ uiuentes, aquæ salubres egressæ sunt, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos &c. Hæc mensurarum distinctio tam pulchra, quam mystica est. Nam templi prædicti inhabitator, deus Dei filius ipse est, per quem & senario dierum numero, cuncta opera sua condidit pater Deus, & per quem in monte Sina decem præcepta legis scripsit in tabulis idem Deus, uel Dei digitus. Ergo templi huius longitudo pulchrè sexaginta cubitorum est, qui numerus ex senario, denario per latitudinem conficitur, ut erubescat Cherinthus, uel omnis hæreticus, quicumque asserere ausus est, quod templum hoc Maria uirgine non fuerit longius, id est, quod ex Maria sumpsit initium Christus. Porro latitudo uiginti cubitorum habitantem, atque diffusam in isto templo significat charitatis amplitudinem. Hic nepe numerus, id est, uicenarius in deceno limite binarius est. Dicit autem iste, quia in duobus præceptis, scilicet in dilectione Dei, & in dilectione proximi uniuersa lex pendet, & propheta. Igitur latitudo hæc templi manufacti, perfectio est geminæ dilectionis plenariæ, permanentis in illo templo non manufacto dominici corporis. Nam & patrem diligit, & nos, quibus per carnem proximus factus est, & usque ad mortem dilexit. Siquidem de dilectione Dei patris dicit, Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. De dilectione autem, qua nos diligit, quum dixisset, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, continuo subiunxit, Sicut dilexi uos. Et quasi quæreremus, quomodo, uel quantum dilexisti nos: Maior est (ait) hæc dilectione nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis. Tandem altitudine cubitorum triginta, quid pulchrius, gloriosius, magnificentius? Denique tricenarius numerus ipse est in deceno limite ternarius. Et quis fidelium nesciat, quia pulcherrima dominici corporis fabrica, usque ad præcellam sanctæ trinitatis gloriam alta est: Siquidem dominicus homo una ex tribus, una (inquam) in trinitate persona est. Nec enim quia geminæ gigas substantiæ, quia Deus, & homo est, idcirco etiam duarum personarum Christus est, sed idem Deus, & homo una, eademque persona est. Igitur altitudo templi triginta cubitorum est, quia dominicus homo in altissima sanctæ trinitatis gloria est. Sciendum tamen, quia terna erant in templo laquearia, prima uidelicet post triginta cubitos à pavimento, secunda post cubitos sexaginta contra summam porticum, tertia post cubitos centum uiginti in summitate totius domus. Et porticus erat ante templum uiginti habens cubitos longitudinis &c. Porticus ante templum uitam, uel conuersationem designat eiusdem domini nostri, qua uixit, uel conuersatus est ante passionis suæ sacramentum. Nam quædiu hic uixit, quædiu in terra conuersatus est, sui qui erant cum eo, qui illum sequebantur, non eum cognoscebant, non intelligebant, nec enim spiritus sanctus datus erat, necdum aperuerat illis sensum, ut intelligerent scripturas, quarum sine lumine non erat intrare, aut uidere templi illius interiora. Itaque uita, uel conuersatio eius cum hominibus, quasi porticus erat, in qua credentes in se, ad hoc disponebat, ut perfecta passione, & resurrectione sua, tunc demum intromitteret eos ad uidendum, quale, quam speciosum ipse diuinitatis templum erat. Et porticus uiginti habebat cubitos longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, per quam uidelicet latitudinè, charitatè eius iam diximus designari. Opus quippe erat, ut ambulans inter homines inuicta charitate patiens esset, & longanimis tot ir-

Cassiodorus, Psa. 21. c.
Tauri pingues, Iudæorum principes.
3. Reg. 6. a.
Templum, Christi corpus.
Rupertus.
1. Ioan. 2. d.
Apoc. 21. g.
Proverb. 9. a.
Columna septem, dona septem spiritus sancti.
Ezech. 47. a.
Gen. 2. a.
Deut. 9. b.
Cherinthi hæresis.
Matth. 22. d.
1. Ioan. 14. d.
1. Ioan. 15. d.
1. Ioan. 15. b.
Porticus, uita, uel Christi conuersatio.
1. Ioan. 7. f.
Luc. 24. g.
Latitudo, charitas.

82 SANTIS PAGNINI LVCEN. ISAGOGAE LIB. XVII.

o gatis iniurijs, contumelijs, terroribus, blasphemijs, & ad ultimum flagellis, & ipsa amaritudine mortis. Hæc longanimitatis profectio porticus longitudo fuit iuxta mensuram latitudinis templi, iuxta amplas diuitias habitantis in illo supradictæ charitatis, qua non laceſcebat, nec inuitus patiebatur. Sed tanquam esuriens saturabatur opprobrijs. Latitudo porticus eiusdem decem cubitorum erat. Ergo porticus ipsa latitudine, scilicet tēpli, angustior erat. Quare? Videlicet quia dum adhuc cum hominibus conuersaretur, non ita charitas eius ut nunc actu diffundebatur. Angustiabatur adhuc paulisper, ita ut diceret: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Iam quidem & ante constitutionem mundi tam uoluntate, quam potestate habebat se extendere usque ad gentes, sed actu (ut iam dictum est) solas admittebat oues Israël. Ita quæ latitudo porticus latitudine templi minor erat, illa uidelicet latitudine, qua dixit: Euntes, docentes omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quare de altitudine porticus nihil scriptura dixit? Verè & in hoc magna subest pulchritudo mysterij. Nā quādiu hîc uixit, quādiu mortalis fuit, nullius apud hoies erat altitudinis, sed erat despectus, sed erat uirorum nouissimus. Vnde est illa uox eius in Psal. Ego autē sum uermis, & non homo. Pulchrè ergo de altitudine porticus scriptura tacuit, quia dū in hoc mūdo militaret sub obediētia patris, tanquā homo mēdicus, & pauper nimia humilitate cōtēntus fuit. Fecit & fenestras obliquas in tēplo: Tēplo manufactio necessariū fuit fenestras fieri, quia uidelicet absque illis nō templū uenerādæ uisionis, sed carcer esset tenebrarū, & caliginis. At uerò tēplum hoc nō manufactū, templū hominis dñici, nō de foris lumē petit, non aliunde poscit claritatē solis, aut diei, quū sit templū luminis, tēplum ignis æterni. Num ergo nullas esse putā dum est fenestras in hoc tēplo Dei? Imò fenestras habet plurimas, nō ut de foris lumē accipiat, sed ut toti sanctæ ciuitati (cuius templum est) uerum de semetipso lumen effundat, sitque eiusdem (ut in Apocalypsi scriptum est) ciuitatis lucerna. Quales illæ fenestræ? Fenestræ obliquæ, penè occultæ. Nam hinc est quod dicitur, quodque ait habitator templi huius, & templum ipsum Deus, & homo Christus: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quò uadat. Fenestræ igitur obliquæ sunt, id est, occultæ uia, occultæ diuisiones habitantis in illo gratiæ, & exinde diuidentis singulis prout uult, qua mensura, quo tempore, quo sine, nouit solus ipse.

De eodem templo.

Cap. VI.

ET ædificauit super parietes tēpli tabulata per gyrum in parietibus domus &c. Pulchrè sapiēs architectus unam, eandemque domum triplici ordine sursum ampliavit, & ita capacem magnæ multitudinis effecit. Nimirum & in hoc diuinitatis templo, in hoc Deo, & homine Christo, tria tabulata sunt, & necesse est, ut quisque in Christo manere desiderans, in quolibet eorum fideliter consistat. Quæ nam sunt tabulata hæc? Profectio tres bene uiuendi distinctiones, tres in Christū credentium ordines, quos & ipse mysticè discernens, Duo (inquit) in agro, duæ molentes in unum, duo in lecto, unus assumetur, & alter relinquetur. Iidem isti sunt ordines, quos in Ezechiel propheta sub nominibus intelligimus, Iob, Noë, & Daniel. Primus, uel infimus ordo est, operantium in agro, id est, cōiugatorum, qualis fuit Iob, qui Deo complacuit per fidem, & patientiā cum coniugio. Hoc planè primum tabulatum est in Christo diuinitatis templo, quinq; habens cubitos, quam per mensuram rectè intelligitur quinq; corporis sensus occupans exteriorū opus, & labor. Medius ordo molentium est, id est, eorum qui bene præfunt, & uerbum Dei prædicando, quasi molendo, circumeunt, qualis fuit Noë, qui gubernando arcam in fluctibus, exemplū præbuit cunctis rectoribus sanctæ Ecclesiæ. Hoc tabulatum secundum est, sex habens cubitos, quæ illorum mensura est mystica, qui laborant in uerbo, & doctrina. Senario namque dierum numero Deus sua perfecit opera, & idcirco rectè illorum, qui operantur opus Dei latitudo hæc significat statū. Tertius ordo, qui & supremus, quiescentium in lecto est, id est, contemplationi uacantium, qualis fuit Daniël, qui coniugio carens, & quasi in lecto suauissimo solitarius dormiens, clarè quasi facie ad faciem uidebat Dei uisiones. Hoc nimirum dominici templi tabulatum tertium est, septem habens cubitos, quo in numero sabbatismus Dei est, illam significans requiem animæ, Deum suscipiētis, de qua ipse quū dixisset: Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, subsecutus, Et inuenietis (ait) requiem animabus uestris. In hoc tabulato supremo, sancta iam sabbatizat anima, sæculo altior, & quum adhuc teneatur in corpore angusto, iam per contemplationis requiem fruitur cœlo, spaciatur inter Angelos, assistit Deo. Igitur in templo domini tria tabulata sunt, quia manentium in Christo tres legitimi ordines sunt. Ostiū (inquit) lateris mediij in pariete erat &c. quod est ostium lateris mediij, per quod introitur in tabulatum primum, ut ascendatur in medium, & à medio in tertium. Ostium lateris templi, uulnus est in latere lanceato dominici corporis, præter quod non est aditus, nō est ostiū, uel ianua, qua intret quis, ut in quouis ordine coram Deo stare possit. Nam ex illo latere, quum lancea percussum esset, sanguis, & aqua profluxit, quo sacramento deletum est peccatum

peccatum mundi, in quo & baptizati sumus, dicente Apostolo: Quia quicūque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo unum est ostium, unum bapisma, per quod introitur in illud Dei templum, quo, quum admittus fuerit, tunc domum ascendere licet, uel à primo in medium, uel à medio in tertium, prout delectauerit quæcūque ascensus uirtutū, uel celsitudo meritorum. Trabes autem posuit &c. Muris templi hæere, est hoc solū consyderare, quòd Christus homo est, quòd passibilis erat, quòd homines impij murum corporis eius clauis, & lancea suffodere potuerunt, ut interficerent eum. Verum hoc tantum consyderare, hoc solum respicere, & pro hoc illum cōtemnere, Iudæorum est, & hæreticorum, atque gentilium. Trabes igitur tabularum muris templi non hæreant, id est, una cunctorum Ecclesiæ ordinum fides, non solum in Christo respiciat carnis naturam, sed ad internam diuinitatis gloriam tendat: Domus autem, quum ædificaretur, lapidibus de dolatis, atque perfectis ædificata est &c. Hoc & pro uniuersitate sanctæ illius supernæ ciuitatis Hierusalem, sic rectè intelligi potest, quia lapides uiui, lapides sancti, de quibus illa construitur, hîc dolantur, hîc in mundo uisionibus, atque pressuris expoliuntur: ibi autem in pace per manum artificis locis suis aptantur, ita ut nullus persecutoris malleus, nulla cædentū securis, nullum ferrantium ferramentum ulterius audiat. Verum quia hîc non de ciuitatis ædificio, sed de ciuitatis templo sermo est, illud rectè intelligitur, quia sine opere humano, sine uirili complexu, conceptus est Deus & homo Christus Dei filius. Igitur malleus, siue securis, atque omne ferramentum, nō sunt audita in domo, quum ædificaretur, quia nullum affuit opus humanum, ut Christus cōciperetur. Foris dolati sunt lapides, quibus hæc domus ædificata, quia prius patres, uel iusti omnes more naturæ, uel opere humano generati sunt, quorum fide in beatam uirginem coadunata, Christus conceptus est. Hîc ferramentū quodlibet audiri, scelus est, & quicūque se audisse somnauit, hæreticus est. Aedificauitque quadraginta cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina &c. Nō solum oraculum, quod erat uiginti cubitorum, sed & ipsum, quod præ foribus oraculi quadraginta cubitorum erat, operuit auro purissimo, nihilque erat in templo, quod nō auro tegetetur. Sed & totum (inquit) altare oraculi textit auro. Magnum, & mirificum templi manufacti opus, gloriam præfigurabat templi nō manufacti, id est, hominis Christi, quæ credimus, quam prædicamus, cuius uisionem desiderantes, expectamus. Quod est enim templi illius aurum, siue aurea claritas, nisi sedentis ad dexteram patris immortalitas, atque impassibilitas? Denique antequam passus, uel mortuus resurgeret, templum quidem erat lapideum, & cedrinis tabulis quasi contextum, sed nondum auro tectum, quia solida quidem, & nullo uitio putribilis in illo nostra erat natura, sed nondum sua fulgebat gloria, qua post passionem mortis coronandus erat. At postquam resurrexit à mortuis, iam nihil in tēplo est, quod non immortalitatis auro tegatur, semel quippe mortuus, & uiuens Deo, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Auro uilius templi substantia tegitur, non destruitur, quia uidelicet gloria resurrectionis, siue immortalitatis, natura carnis non absorbetur, sed superinduitur. Quod tādē in hoc templo est oraculum, quod dicitur sancta sanctorum? Oraculum in templo, deus est in Christo. Vnde Apostolus dicit: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Oraculum autem & præ foribus oraculi templi, sicut nō duo templa, sed unum templum, sic hominem, & in homine Deum, non duos Christos, sed unum confitemur Christum. De uocibus, siue responsis huius oraculi, de dispositione uerbi incarnati, illud sacrum corporis templum inhabitantis, non soli Apostoli, sed & ipse Christus iugiter secundum hominem pependit, ut nihil à semetipso faceret, aut iudicaret, ita ut (uerbi gratia) gentē suam, uel ciuitatem Hierusalem, ruituram flere posset, flendo quum non liberaret. Oraculum illud quanti longitudo, tantæ & latitudinis, tantæ nihilominus erat & altitudinis, quia uidelicet Christi dñi nostri diuinitas, quātæ antiquitatis, quæ p longitudinē, quātæ maiestatis, quæ per altitudinē, tantæ omnino charitatis est, quæ intelligitur per latitudinē. Fecit in oraculo duo Cherubim de lignis oliuarū decem cubitorū altitudinis: In tabernaculo Moysi, duo Cherubim obubrancia propiciatoriū, mysticè duo testamēta sunt, mediatori Dei, & hominū Christo, cōcorditer perhibentia testimoniū, quia ipse est propiciatio pro peccatis nostris. In his itidē, quæ fecit Salomō, ipsum intelligimus mysteriū. Et ille intra uelum, & hîc intra tabulatū, quo distinguebatur à templo propiciatoriū, posuit Cherubim. Planè saluo mysterio poterat posuisse in templo extra propiciatorium, quia uidelicet templum diuinitatis homo Christus utrūque memoriter capiebat testamentū, & ab utroque tam diuinitatis, quam humanitatis suæ uerum habet testimonium. Sed hoc sciendum, necessariò recōdita hæc fuisse, tam nunc intra oraculum, quā tūc intra uelum, uidelicet ne populus instabilis, & idololatriæ nimis appetitor, pulchras effigies miratus, pro Deo adoraret, sicque uerum, & uiuum offenderet Deum. Denique in hoc libro regum scriptum est, Confregitque Ezechias serpentem æneum, quem fecerat Moyses, siquidem usque ad illud tempus incensum adolebant ei filij Israël. Si non tantum aureum uitulū, sed & serpentem populus ille pro Deo adorare poterat æneum, quātomagis Cherubim adoraret spectabilem, imò & quasi cœlestium mirator specierum? Ergo necessariò hæc (ut præ-

uu ij dictum est)

Gal. 3. d.

Aurū, immortalitas, impassibilitas.

Rom. 6. b.

Oraculū, Deus, diuinitas.

2. Cor. 5. d.

Exod. 25. b. Cherubim duo, duo testamēta.

1. Ioan. 2. d.

4. Reg. 19. d.

Num. 1. g.

Ligna oliuarū,
uiri misericor-
diarum.

Eccī 44. b.

Ostiola, scriptu-
rarum sanctarū
expositiones.
Luc. 9. b.

dictum est) recondita sunt, ut sola sacerdotalis maturitas, ea certis temporibus intueretur, ita dicen-
te domino per Moysen: Quia si quis externus accesserit, morte moriatur. Veruntamen & mysti-
cè idcirco testamentum utrunq; intrinsecus recondatur, ut scripturarum arcana nullus atrectare
audeat prophanus, ne dum uerba spiritus sancti discutit alieno spiritu, fiat hæreticus, atq; ita iuxta
sententiam legis diuinæ, morte moriatur: De lignis (inquit) oliuarū fecit eos. Ligna oliuarum uiri
sunt misericordiarum, de qualibus scriptum est: Hi sunt uiri misericordiae, quorum iustitiæ obli-
uionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum,
& in testamentis itetit semen ipsorum. Tales quippe per uiros utrūq; conditum est testamentum,
qui quasi ligna oliuarum, id est, uasa misericordiae fuerunt, eorūq; fides, & merita utriusq; Cheru-
bim materia sunt. Extendebant alas suas Cherubim, & tangebant ala una parietem, & ala Cherub
secundi tangebant parietem alterum. Alæ autem alteræ in mediâ parte templi se inuicem continge-
bant à pariete usq; ad parietem alterū, quicquid erat oraculi obfibrabant: Cherubim, quia uidelicet quicquid
quid est de uerbo Dei, quicquid sciri, uel prædicari oportet, de incarnatione, de uera diuinitate &
humanitate filij Dei duobus ita cōtinetur testamētis, ut extra hæc nihil sit quod annūciari debeat,
aut credi. Totū in his cōprehenditur cœleste oraculū, quod tam firmiter scire debemus, ut extra
hæc audire nec hominē nobis liceat, nec Angelū: Texit quoq; Cherubim auro, ut uidelicet ois
literæ utilitas splēdeat spiritalis intelligētiæ fulgore diuino: Et in ingressu oraculi fecit ostiola de li-
gnis oliuarū. Ostiola, quæ claudantur, & aperiuntur, sanctorū sunt expositiones eloquiorū, quæ pro-
diuersa capacitate audientū alijs claudēdæ, alijs aperiēdæ sunt, quæadmodū dicit: Vobis datū est
nosse mysteriū regni Dei, cœteris autē in parabolis. Postes (inquit) angulorū quinq; &c. Factura
hæc pētagoni speciē exprimit, maximè clausis ostiols, ut uidelicet illis præcipuè claudi debeāt se-
creta cœlestis oraculi, quorum capacitas quinq; sensuum facultatem non excedit, adeo ut spiritua-
lium comparatione non tam homines, quàm iumenta possint æstimari. Et sculpsit in eis picturam
Cherubim, & palmarum species: In ostijs, & in parietibus cum Cherubim palmarum quoq; spe-
cies pinguntur, quia scientiam Dei fideliter suscipientibus, & pro illa certatibus uictoriæ de cœlo
promittuntur. Fecit & introitu templi postes &c. Itaq; quatuor erant ostia, quoniā utrūq; ostium
duplex erat. Planè in introitu templi nō manufacta quatuor ostia sunt, quia notitiā quatuor Euā-
gelistarum, narratione incarnationis dominicæ accipimus. Hæc ostia se inuicem tenentia aperiun-
tur, quia profectò summa euangelistarum concordia est, seq; inuicem tenent, & in nullo à se illos
discrepare sentit, & credit qui quis pio spectat intuitu.

Quid tenebræ mysticè significant.

Cap. VII.

Gregorius.

Iob 3. a.

Tenebræ, inflia
Et penitentia
lamenta, occul-
ta iudicia, cœci-
tas.Dies, mentis de-
lectatio.

Psal. 17. b.

Iob 19.

Ioh. 12. f.

Iob 12. d.

Matth. 10. c.

Umbra mortis,
legis duricia, ob-
liuio.

Quid tenebræ mysticè significēt, diuus insinuat Gregorius libro Moral. 4. cap. 19. exponēs
illud Iob, Obscurent eū tenebræ, & umbra mortis: Diem (inquit) tenebræ obscurant, quan-
do delectationem mentis inflia poenitentia lamenta transfuerberant. Possunt etiam per tenebras
occulta iudicia designari. In luce nāq; quod uidemus, agnoscimus: in tenebris uerò aut omnino ni-
hil cernimus, aut incerto uisu caligamus. Occulta nāq; iudicia quasi quædam ante nostros oculos
tenebræ sunt, quia perscrutari nequaquam possunt. Vnde & de Deo scriptū est, Posuit tenebras
latibulum suum. Et quia absolui non meremur, agnoscimus, sed præueniēte nos diuina gratia, per
eius occulta iudicia liberamur. Diem igitur tenebræ obscurant, quum flendum nostræ delectatio-
nis gaudium, ab illo iustæ animaduersionis radio, inscrutabilia eius iudicia misericorditer occul-
tant, Vnde & aptè subiungitur, Et umbra mortis. Et libro nono cap. 46. exponens illud Iob, Ter-
ram miseriæ, & tenebrarum: Miseria (inquit) ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatē. Ea ergo
quæ à conspectu districti iudicis expulsos tenet, miseriæ, & tenebrarum terra perhibetur, quia for-
rīs dolor cruciat, quos diuisos à uero lumine, intus cæcitas obscurat. Quāuis miseriæ, & tenebra-
rum terra intelligi & aliter potest. Nam hæc quoq; terra in qua nascimur, est quidē miseriæ, sed te-
nebrarū non est, quia multa hīc corruptionis nostræ mala patimur, sed tamen adhuc in ea per con-
uersionis gratiā ad lucē redimus, ueritate suadēte, quæ ait: Ambulate dum lucē habetis, ne uos te-
nebræ comprehendant. Illa uerò simul miseriæ, & tenebrarum terra est, quia quisquis ad toleran-
da eius mala descenderit, nequaquam ulterius ad lucem redit. Et lib. 11. cap. 11. exponens illud Iob,
Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis: Quum (inquit) quæq; my-
stica de occultis prophetarum uerbis à credentibus agnoscuntur, quid aliud, quàm profunda de
tenebris reuelant: Vnde ipsa quoq; ueritas discipulis in parabolis loquēs, ait: Quod dico uobis in
tenebris, dicite in lumine. Quum enim mysticos allegoriarū nodos per explanationem soluimus,
in lumine dicimus, quod in tenebris audiuimus. Umbra autē mortis, erat legis duricia, quæ unū-
quēq; peccantem morte corporis puniri sanciebat. Sed postquam redemptor noster asperitatem
legalis sanctionis per mansuetudinem temperauit, nec iam pro culpa mortem carnis inferri con-
stituit,

stituit, sed mortem spiritus, quantum timēda esset, indicauit, in lucem proculdubio umbram mor-
tis produxit. Et libro 17. cap. 14. exponens illud Iob, Terminū circūdedit aquis, usq; dum finiantur
lux, & tenebræ: Quia (inquit) plerūq; in sacro eloquio (ut supradiximus) aquarū nomine po-
puli designantur, aquas dominus termino circūdat, quia humani generis ita scientiam modera-
tur, ut quousq; uicissitudines alternantium temporū transeant, perfectè ad cognitionem clarita-
tis intīmæ nō pertingat. Sin uero lucis nomine iustos accipimus, tenebrarū uerò appellatione pec-
catores. Vnde & Paulus dicit: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, hoc ipsum
quod diximus, sentiri nihil obstat, quia perfecta æternitatis scientia nulli tribuitur, quosq; cursus
iustus iustorum, iniustorumq; finiatur. Et libro uigesimo quinto, capite quarto, exponēs illud Iob,
Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi, qui operantur iniquitatem: Quid
per tenebras (inquit) nisi ignorantiam, & quid per umbram mortis, nisi obliuionē studuit designa-
re: De quorundam quippe ignorantia dicitur: Tenebris obscuratum habētes intellectum. Et rur-
sum de obliuione, quæ in morte contingit, scriptum est: In illa die peribūt omnes cogitationes eo-
rum. Quia ergo per mortem funditus obliuioni traditur quicquid uiuendo cogitatur, quasi quæ-
dam umbra mortis obliuio est. Sicut enim agit mors interueniens non esse quod fuit in uita, ita in-
terueniens agit obliuio non esse quod fuit in memoria. Rectè itaq; umbra eius dicitur, quia uelut
de ipsa exprimitur, dum uim illius sopiēdo sensus imitatur. Deus autem quia mala hominum nec
cogitata ignorat, nec perpetrata obliuiscitur, nisi ab eius oculis poenitendo deleantur, congruè di-
ctum est: Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquita-
tem. Ac si diceret: Idcirco eius iudicio nullus absconditur, quia nullatenus potest aut non uidere
quod facimus, aut obliuisci quod uidet. Quāuis intelligi tenebræ, uel umbra mortis aliter possunt.
Omnis nāq; immutatio, uelut quædam mortis imitatio est. Id enim quod mutat, quasi ab eo quod
erat interficit, ut desinat esse quod fuit, & incipiat esse quod non fuit. Lumē igitur uerū, creator ui-
delicet noster, quia nulla mutabilitatis uicissitudine tenebrescit, nullis naturæ suæ defectibus obū-
bratur, sed eius esse sine mutabilitate fulgere est, tenebræ, uel umbra mortis dicitur ei non inesse.
Vnde aliās scriptum est: Apud quem non est trāsmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Et unde
rursus Paulus Apostolus dicit: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem.

Iob 26. c.

Aque, populi.

Lux, iustus.

Tenebræ, pec-

catores, ignorā-

tia.

Ephes. 5. b.

Iob 24. c.

Ephes. 4. e.

Psal. 145. a.

Iacob. 1. c.

1. Tim. 6. c.

Quid terra mysticè significet.

Cap. VIII.

Quid terra mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moral. secūdo, cap. 29. & 30.
exponens illud Iob, Et tonso capite corruēs in terram adorauit: Quid per decisos capillos,
nisi sacramentorum subtilitas, quid per caput, nisi summa sacerdotij designatur: Vnde & ad Eze-
chielem prophetam dicitur: Tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radētem pilos, & assumes
eum, & duces per caput tuum, & barbam, ut uidelicet propheta factio iudicium redemptoris ex-
primatur, qui in carne apparēs, caput rasit, quia à Iudaico sacerdotio præceptorum suorum sacra-
menta abstulit. Barbam rasit, quia regnum Israëliticum deserens, decorem uirtutis eius amputa-
uit. Quid uerò hoc loco per terram, nisi homo peccator exprimitur: Primo quippe peccati homi-
ni dictum est: Terra es, & in terram ibis. Terræ ergo nomine peccatrix gētilitas designatur. Nam
quum iustam Iudæa se crederet, constat, quàm reproba de gentilitate sentiret, Paulo attestāte, qui
ait: Nos natura Iudæi, & non ex genibus peccatores. Mediator igitur noster quasi deo capite
in terram corruit, quia Iudæā deserens, dum sacramēta sua ab eius sacerdotio abstulit, ad notitiā
gentilium uenit. Capillos enim à capite rasit, quia sacramēta legis ab illo suo primo sacerdotio su-
stulit, & in terram corruit, quia saluandis se peccatoribus dedit, dumq; eos qui sibi iusti uidebātur
deseruit, hos qui se iniustos & fatebantur, & nouerant, assumpsit. Et libro 19. cap. 29. exponens
illud Genesis, Germinet terra hærbam uirentem, & facientem semen &c. Quod sic est ueraciter
factum, ut significaret aliquid ueraciter faciendum. Per terram quippe figuratur Ecclesia, quæ &
uerbi pabulo nos reficit, & patrociniū umbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando
protegit, ut nō solum hærbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis, arborem protectio-
nis. Et libro Moral. 22. cap. 23. exponens illud Iob, Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa
sulci eius desint, si fructus eius comedi absq; pecunia, & animam agricolarū eius afflixit, pro fru-
mento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Quid est clamare terram, deslere sulcos, & fru-
ctus proprios emendo comedere? Cui unquam necesse est sua emere? Quis clamantē audiuit ter-
ram? Quis sulcos deslentes uidit? Et quum sulci terræ semper ex terra sint, quid est, quod pronun-
tiatione distincta, & clamasse terram, & sulci eius cum ea deslente denegantur? Quum enim nihil
sit aliud sulcus terræ, quàm terra, magnæ distinctionis ratione non caret, dum subiūgit, Et cum ea
sulci eius deslēt. Qua uidelicet in re quia ordo historiarū deficit, sese nobis intellectus mysticus qua-
uu iij si aperta

Gregorius.

Iob 1. d.

Capilli decisi,

sacramentorum

subtilitas.

Caput, summa

sacerdotij.

Ezech. 5. a.

Terra, peccato-

tor.

Gen. 3. d.

Gal. 2. c.

Gen. 1. b.

Terra, eccle-

sia.

Iob 31. d.

si apertis iam foribus ostendit. Ac si patenter clamat: Quia rationem litteræ defecisse cognoscitis, nimirum restat, ut ad me sine dubitatione redeatis. Omnis enim qui uel priuato iure domesticam familiam regit, uel pro utilitate communi fidelibus plebibus præest, in hoc quod iura regiminis in commissis sibi fidelibus possidet, quid aliud, quam terram incolendam tenet? Ad hoc quippe diuina dispensatione cæteris unusquisque præponitur, ut subiectorum animus quasi subacta terra prædicationis illius semine foecundetur. Sed terra contra possessorem clamat, si contra eum, qui sibi præest, aliquid iniustum, uel priuata domus, uel sancta Ecclesia murmurat. Clamare quippe terram, est contra regis iniustitiam rationabiliter subiectos dolere. Vbi rectè subiungitur: Et cū ea sulci eius desilent. Terra enim etiā nullis operibus exculta, plerumque ad usum hominis aliquod alimentum profert, exarata uerò fruges ad satietatem parit. Et sunt nonnulli, qui nullo lectionis, nullo exhortationis uomere præcissi, quædam bona, quamuis minima, tamē ex semetipsis proferunt, quasi terra necdū exarata. Sunt uerò nonnulli, qui ad audiendum semper, atque ad retinendū sanctis prædicationibus, ac meditationibus intenti, à priori mentis duricia quasi quodā linguæ uomere scissi, femina exhortationis accipiunt, & fruges boni operis per sulcos uoluntariæ afflictionis reddunt. Sæpe uerò cōtingit, ut hi qui præfunt, iniusta aliqua faciant, sicut ut ipsi subiectis noceant, qui prodesse debuerant. Quæ dum rudes quicquid conspiciunt, commoti contra rectorem murmurant, nec tamē ualde proximis per compassionem dolent. Quis uerò hi qui iam aratro lectionis attriti sunt, atque ad frugem boni operis exculti, grauari uel in minimis innocentes aspiciunt, per compassionem protinus ad lamenta uertuntur, quia uelut sua plangunt ea quæ proximi iniuste patiuntur. Perfecti namque, quum semper de spiritualibus moueantur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quāto iam edocti sunt, nō dolere de suis. Omnis ergo qui præest si peruersa in subditis exercet, contra hunc terra clamat, & sulci desilent, quia contra eius iniustitiam rudes quidem populo in murmurationis uocibus erumpunt, sed perfecti quicquid pro prauo eius opere se in fletibus affligunt, quod imperiti clamāt, & non desilent hoc probatoris uitæ subiecti desilent, & tacēt. Quum clamante ergo terra sulcos plangere, est per hoc unde multitudo fidelium iuste contra rectorem queritur, uberioris uitæ homines ad lamenta peruenire. Sulci itaque & ex terra sunt, & tamen à terræ uocabulo distinguuntur, quia hi, qui in sancta Ecclesia mentem suā labore sanctæ meditationis excolunt, cæteris fidelibus tanto meliores sunt, quanto per accepta semina foecundiores operum fruges reddunt. Et sunt nonnulli, qui sanctis plebibus prælati, uitæ quidem stipendia ex Ecclesiastica largitate consequuntur, sed exhortationis ministeria debita non impendunt. Contra quos adhuc exemplum sancti uiri rectè subiungitur, quum ab eo protinus subinfertur: Si fructus eius comedi &c. Et libro nono, capite uicesimoprimo, exponens illud Iob, Terra data est in manus impij, uultum iudicium eius operit: Terræ (inquit) nomine caro exprimitur, impij uero diabolus, Manus huius impij fuerunt hi, qui in redemptoris nostri morte crassati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere per se tentando non ualuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum permissus extinxit, & dispensationem supernæ pietatis nesciens, ex hac ipsa permissione seruiuit. Tribus enim redemptorem nostrum tentationibus pulsans, cor Dei temerare non ualuit. Sed iudæ mentē ad mortem carnis eius excitauit, cūque ei cohortem, atque à pontificibus, & pharisæis ministros tradidit, nimirum iste impius manus ad terram tetendit. Huius terræ iudices, sacerdotes, & principes, Pilatus, atque illufores milites fuerunt. Iste itaque impius uultum iudicium eius operuit, quia corda persequentium, ne autorem suum cognoscerent, malitiæ nubilo uelauit. Vnde & per Paulum dicitur: Usque in hodiernū diem, quum legitur Moyfes, uelamen est positum super cor eorū. Qui rursus ait: Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Vultus ergo iudicū opertus extitit, quia mens persequentium eum, quem carne tenere potuit, Deum nec per miracula agnouit. Quia uero antiquus hostis cum iniquis omnibus una persona est, sic plerumque scriptura sacra de iniquorum capite, id est, diabolo loquitur, ut repente ad eius corpus, id est, ad sequaces illius deriuetur. Potest ergo nomine impij, infidelis, ac persecutor populus designari, cui & hoc cōgruit omnino quod subditur, Quod si non ille est, quis ergo est? Ac si aperte diceretur: Quis unquam impius esse putandus est, si ille populus, qui ipsam pietatem persecutus est, impius non est? Sed conlyderata uir sanctus Iudaicæ plebis perfidia, ad semetipsum mētis oculos reuocat, dolet quod uidere nequeat, quem amat, morte afficitur, quia ex præfenti mundo antè subtrahitur, quā salus mundi reuelatur. Terra, animam designat iusti, ut habes in dictione, Fundamentum. Terra quoque uerbum Dei signat, ut diuus ait Gregorius, libro Moralium tricesimoprimo, capite duodecimo. Terra (inquit) uerbum Dei, quam quāto labor inquirentis exigit, tantō largius fructum reddit. Debet ergo intellectus sacri eloquij multiplici inquisitione uentilari, quia & terra, quæ sapius arando uertitur, ad frugem uberior aptatur.

Testa

Testa, thalamus, thesaurusque, quid mysticè significant.

Cap. IX.

Testa quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, lib. Moral. 3. cap. 14. exponens illud Iob, Testa saniem radebat. Quid (inquit) aliud in manu domini testa est, nisi caro ex nostræ substantiæ luto sumpta? Etenim testa igne solidatur: Caro autem domini eō ex passione sua robustior extitit, quō per infirmitatem moriens, à morte sine infirmitate surrexit. Vnde rectè etiam per prophetam dicitur, Exaruit uelut testa uirtus mea. Sicut testa enim eius uirtus exaruit, qui susceptæ carnis infirmitatē, passionis suæ igne roborauit. Quid uerò per saniem, nisi peccatum debet intelligi? Per carnem quippe, & sanguinem, solent carnis peccata designari. Vnde per psalmistam dicitur: Libera me de sanguinibus. Sanies itaque putredo sanguinis est. Quid uerò accipimus sanie, nisi carnis peccata ex longa uetustate peiora? Vulnus itaque in sanie uertitur, quum neglecta culpa, usu deterius grauatur. Mediator itaque Dei & hominū homo Christus Iesus, corpus suum manibus persequentium tradens, sanie testa rasit, quia peccatū carne deleuit. Venit enim (sicut scriptum est) in similitudinem carnis peccati, ut de peccato dānaret peccatum, dumque hosti obijcit innocentiam carnis suæ, exterfit contagia carnis nostræ, & ex qua nos captiuos inimicus tenuit, per illam nos liberos expiauit, quia quam nos instrumentum fecimus culpæ, hæc nobis per mediatorum uersa est in arma iustitiæ. Testa ergo sanies raditur, quum carne culpa superatur.

Thalamus quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, homilia 15. super Ezechielē, exponens illud Ezechielis, Et thalamū uno calamo in longum, & uno calamo in latum: Conlyderemus (inquit) quid agi in thalamo soleat, atque exinde hoc, quod in sancta Ecclesia agitur, colligamus. In thalamo quippe sponsus, & sponsa foederantur, sibi que in amore iunguntur. Qui ergo sunt in Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus animæ per amorem sponso inuisibili iunguntur, ut eius desiderio mens ardeat, nulla iam, quæ in mundo sunt, concupiscat, præfentis uitæ longitudinem poenam deputet, exire festinet, & amoris amplexu in cœlestis sponsi uisione requiescat? Mens itaque, quæ iam talis est, nullam præfentis sæculi cōsolationem recipit, sed ad illam, quam diligit medullitus suspirat, feruet, anhelat, anxiat. Vilis ei fit ipsa salus sui corporis, quia transfixa est uulnere amoris. Vnde & in Canticis dicit: Vulnerata charitate ego sum. Et intrā: Pensemus (inquit) qualis thalamus Pauli mens fuerit, qui dicebat: Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Omnipotentī Deo in quantum se amore coniunxerat, qui sibi uitam Christum tantummodo, & mori lucrum esse deputabat? Hinc est quod iterum dicit: Desideriū habens dissolui, & cum Christo esse, multo magis melius. Sed ecce qui dissolui desiderat, quo amore langueat, uideamus. Quia interim differri te conspiciamus, fulciri (quæso) floribus non requiris? Quærit planè. Nam sequitur: Permanere autem in carne necessarium propter uos. Et proficientibus discipulis dicit: Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne uos ante dominum nostrum Iesum Christum? Hinc est, quod idem thalamus uno calamo in longo, & uno calamo in lato dicitur mēsus. Longitudo quippe ad longanimitatem expectationis pertinet, & latitudo ad amplitudinem charitatis. Tantum ergo unusquisque thalamus habet in longitudinem, quantum & in latitudinē habere potuerit, quia mens cœlesti desiderio succensa, quantum amorem habuerit ad colligendum proximum, tantum & longanimitatem exhibet ad expectandum Deum, & patienter portat moras longitudinis, quia se in profectu proximi dilatat amplitudo charitatis. Potest etiam ipsa longitudo longanimitatem patientiæ, quæ exhibetur proximo, designare, Et quia latitudo charitatem signat, quæ sinum mentis aperit, & amicos simul, atque inimicos in amorem recipit, tanta est longitudo thalami, quanta latitudo, quia quantum lata mens fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatē. Nā tantum quisque portat proximum, quantum amat. Si enim amas, portas, si desistis amare, desistis tollerare. Quem enim minus diligimus, minus etiam toleramus, quia irruente fastidio, citius facta proximi adducuntur in grauedinem ponderis, quæ nobis non leuat penna charitatis.

Thesaurus quid mysticè significet, Origenes ostendit lib. 2. in epistolam ad Romanos, exponens illud, Thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ: Thesaurus (inquit) appellatur, quo diuersi generis opes, & diuitiæ congregantur. Huius in scripturis significantiam triplicem legimus. Dicitur enim in Euangelio, thesaurus esse quidem in terris, in quo prohibet dominus thesaurizari, & alius thesaurus in cœlo, in quo iubet fideles quoscumque opes suas recondere, & hinc nunc Apostolus dicit iræ thesauros. Omnes ergo homines per hæc quæ agunt in hoc mundo, in uno aliquo ex istis tribus congregant thesauros. Aut enim infidelis est quis, & iniquus, & per duritiam cordis, & cor impotentis in thesauro iræ actus suos recondit. Aut terrenus est, & terrena sapit, ac de terra loquitur, & quum ei attulerit ager fructus uberes, destruit horrea sua, & maiora ædificat, & thesaurizat in terra. Et ille quidem durus, hic autem stultus appellatur. Dicitur enim ad eum: Stulte hac nocte repetent à te animam tuam, & ea quæ parasti cuius erunt? Aut sapiens est in Deum diues, & in terris ambulans, conuersationem habet in cœlis, atque omnia quæ agit digna

uu iij sunt.

Iob 9. c.
Terra, caro.
Impius, diabolus.2. Cor. 3. d.
1. Cor. 2. b.

Impius, infidelis, ac persecutor populus.

Terra, anima iustitiam Dei.

Gregorius.
Iob 2. c.

Testa, caro.

Psal. 21. d.
Sanies, peccatum carnis.

Psal. 50. c.

Rom. 8. d.

Gregorius.
Ezech. 40. b.

Thalamus, cor in amore Deo foederatum.

Cant. 2. b.
Philip. 1. c.

Ibidem.

Ibidem.
1. Tess. 2. d.

Longitudo, longanimitas, patientia.

Latitudo, amplitudo charitatis.

Origenes.
Rom. 2. a.

Thesaurus quid sit.

Matth. 6. c.

Ibidem.

Luc. 12. d.
Ibidem.

sunt regno caelorum. Iste talis diuitiarum suarum thesauros condit in caelis. Ita ergo uniuscuiusque thesauri possessor, & conditor potest alius quidem carnalis, alius uero animalis homo, alius autem spiritualis appellari. Et diuus Gregorius, libro Moralium primo cap. 38. exponens illud Hieremias, Decem autem uiri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro frumenti, & ordei, & olei, & mellis, & non occidit eos: Thesaurus (inquit) in agro, est spes in poenitentia: Quae quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa continetur. Qui ergo thesauros in agro habuere, seruari sunt, quia post in cautela sua uitium, ad lameta poenitentiae suae redeunt, nec capti moriuntur. Et libro quinto, cap. 3. exponens illud Iob, Quasi effodientes thesaurum: Omnes (inquit) qui fodiendo thesaurum quaerunt, quum fodere altius coeperint, ad laborem instantius inardescunt, quia quo se thesauro abscondito iam iamque appropinquare aestimant, eo in effodiendo enixius laborant. Qui igitur plene mortificationem suam appetunt, quasi effodientes thesaurum quaerunt, quia quanto fiunt uiciniores ad uitam, tanto se exhibent ardentiores in opere. Laborando ergo non deficiunt, sed magis ad usum laboris crescunt, quia quod iam praemia propinquiora considerant, eo in opere delectabilius exudant. Vnde bene Paulus quibusdam absconditum aeternae patriae thesaurum quaerentibus dicit: Non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto uideritis appropinquare diem. Laborare quippe, consolari est, pariter in labore persistere, quia subleuatio est laboris, uisio collaborantis, sicut quum in itinere comes iungitur, uia quidem non abstrahitur, sed tamen de societate comitis leuiatur labor itineris. Dum itaque Paulus consolantes se in laboribus quaereret, adiunxit, dicens: Tanto magis, quanto uideritis appropinquantem diem. Ac si diceret: Eo labor crescat, quod iam praemia laboris appropinquant, uelut si aperte dicat: Thesaurum quaeritis, sed eo fodere ardentius debetis, quod iam iuxta quaesitum aurum fodiendo peruenistis.

De eodem thesauro, thoro, throno, thure, tigride.

Cap. X.

Diuus autem Ambrosius lib. 1. de spiritu sancto, cap. 20. hoc pacto scribit: Doce nos domine Iesu, doce sicut docuisti Apostolos tuos, dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo, & tinea exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur. Furem uidelicet immundum spiritum esse significat, qui in bonorum operum luce gradientibus non potest obrepere. In tenebris autem saecularium cupiditatum, & inter oblectamenta terrestrium si quem coeperit uoluptatum, omni uirtutis aeternae flore dispoliat. Et ideo dominus dicit: Thesaurizate uobis thesauros in caelo, ubi neque erugo, neque tinea exterminat, & ubi fures non effodiunt, & furantur. Vbi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Erugo nostra, lasciuia est. Erugo nostra, libido est. Erugo nostra luxuria est, quae flagitiorum sordibus aciem mentis obducunt. Tinea rursus nostra, Arrius est. Tinea nostra, Fotinus est, qui sanctum Ecclesiae uestimentum impietate sua scindunt, & unitatem diuinae potestatis indiuiduam separare cupientes, sacrilego morsu preciosum fidei uelamen obrodunt. Funditur aqua, si Arrius dentem impresserit. Et Ambrosius sermone 8. in psalmum 118. exponens illum uersum, Portio mea domine &c. Nolite thesaurum uobis condere in terra, sed thesaurum (inquit) uobis condite in caelo. Sed hoc diuites audire non possunt. Clausas aures habent, & sono aeris obtusas, nummus magis illis resonat, quam uerba diuina. Denique accessit diues quidam ad dominum, qui portionem dominum non habebat, Habebat enim multas possessiones, sed dominus non inter multa numeratur, non enim dignatur habere cum saeculo consortium. Quae enim portio iustitiae cum iniquitate? Dicit ergo hic diues: Quid faciens uitam aeternam possidebo? Respondit ei dominus: Mandata nosti: Non homicidium facies, non adulterabis, non falsum testimonium dices, ostendens uel tam aeternam in his esse mandatis. At ille iustificare se uolens, dicit: Haec omnia feci, quid mihi restat? Ad quem dominus ait, uolens ei dominum fieri portionem, non pecuniam, non possessiones, sed utique uerum Deum: Si uis perfectus esse, uende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & ueni sequere me. Verum ille, cui portio aurum, atque argenti erat, sine quibus esse non poterat, contristatus est. Vnde dominus pronunciauit impossibile esse, ut diues intret in regnum caelorum. Sed quod impossibile per humanas cupiditates, hoc per diuinam gratiam iam posse esse possibile. De thesauro, require in dictione. Nix, & in dictione, Grando.

Thorax quid mystice significet, require in dictione, Hasta.

Thronus quid mystice significet, require in dictione, Sedes.

Thus, & thuribulum quid mystice significant, require in dictione, Incensum.

Tigris quid mystice significet, diuus ostendit Gregorius, exponens illud Iob, Tigris perijt, eo quod non haberet praedam, & catuli leonum dissipati sunt. Quem enim nomine tigridis, nisi beatum Iob nota uarietatis signat, uel aspersum maculis simulationis? Omnis namque simulator in eo quod uideri rectus appetit, mundum se per omnia non ostendit, quia dum uirtutes quasdam per hypocrisis assumit, & occulte semetipsum uitij subijcit, quaedam latenter uirtuta repente in faciem erumpunt, & superductae

superductae similitudines, quasi uisionis coruinæ ex admixtione sua uarium ostendunt, ut plerumque sit mirum, quare homo, qui tantis uirtutibus pollere cernitur, etiam tam reprobis actibus inquinetur. Sed nimirum omnis hypocrita tigris est, quia dum mundus color de simulatione ducitur, uirtutum nigredine interrumpente uariatur. Saepem enim dum de castitatis munditia extollitur, sorde auaritia foedatur. Saepem dum de uirtute largitatis speciosus ostenditur, luxuria maculis inquinatur. Saepem, dum castitatis atque largitatis decore uelut, uelut ex zelo iustitiae crudelitatis atrocitate fusca. Saepem largitate, castitate, pietate ex pulchra uisione induit, sed interfusa obscuritate superbiae notat, sicut sit ut intermixtis uitijs, dum mundum in se specie hypocrita non ostendit, quasi unum color tigris habere nequaquam possit. Quae uidelicet tigris rapit praedam, quia humani sibi fauoris usurpat gloriam. Quia enim rapta laude extollitur, quasi praeda satiat. Bene autem hypocritarum laus praeda dicitur. Praeda quippe est, quum aliena uiolenter auferuntur. Omnis autem hypocrita, quia uitam iustitiae simulans, iustorum sibi laudem arripit, alienum profecto est, quod tollit. Eliphaz itaque, quia beatum Iob incolumitatis suae tempore laudanda egisse cognouit, percussione subsequente, illum haec tenuisse per hypocrisis credidit, dicens: Tigris perijt, eo quod non haberet praedam. Ac si aperte dicat: Varietas tuae simulationis extincta est, quia & adulatio laudis ablata est, etiam tua hypocrisis praedam non habet, quia percussa diuinitus, humanis fauoribus caret. Translatione autem septuaginta interpretum nequaquam dicitur tigris, sed Myrmicaleon perijt, eo quod non haberet praedam. Myrmicaleon quippe paruum ualde est animal, formicis aduersum, quod se sub puluere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit, & interfectas consumit. Myrmicaleon autem latine dicitur uel formicarum leo, uel certe expressius, formica pariter, & leo. Recte autem formica, & leo nominatur, quia siue uolatilibus, seu quibuslibet alijs minutis animalibus formica est, ipsius autem formicis leo. Has enim quasi leo deuorat, sed ab illis quasi formica deuoratur. Cum igitur Eliphaz dicit, Myrmicaleon perijt, quid in beati Iob sub myrmicaleonis nomine, nisi pauorem, & audaciam reprehendit? Ac si aperte dicat: Non iniuste percussus es, quia contra erectos timidus, contra subditos audax fuisti. Ac si apertius dicat: Contra astutos formido te pressit, contra simplices temeritas inflauit. Sed iam myrmicaleon praedam non habet, quia tumida tua elatio, dum uerberibus premitur, ab aliena laesione prohibetur. Sed quia amicos beati Iob tenere haereticorum speciem diximus, urget necessarium, ut haec eadem Eliphaz uerba, quomodo etiam typice sentienda sint, intimemus. Et infra cap. decimo septimo: Tigris perijt, eo quod non haberet praedam, & catuli leonum dissipati sunt. Hunc uocabulo tigridis repetit, quem leonis appellatione signauit. Sathan quippe & propter saeuitiam se sicut est perditus humanis sensibus obijcit, modo quasi Angelum lucis ostendit, modo stultorum mentibus blandiendo persuadet, modo per culpam terrendo pertrahit, modo suadere uirtuta aperte nititur, modo suis in suggestionibus sub uirtutis specie palliatur. Haec itaque belua, quae tanta uarietate respergitur, iure tigris uocatur, quae apud septuaginta interpretes (ut praefati sumus) Myrmicaleon dicitur. Quod uidelicet animal absconsum puluere, formicas (ut diximus) frumenta gestantes interficit, quia nimirum apostata Angelus in terram de caelo proiectus, iustorum mentes, quae bonorum sibi operum refectionem praeparant, in ipso actionis itinere obsidet, quumque eas per insidias superat, quasi formicas frumenta gestantes improuisas necat. Recte autem myrmicaleon, id est, leo, & formica dicitur, formicis enim (ut diximus) leo est, uolatilibus formica, quia nimirum antiquus hostis sicut contra consentientes fortis est, ita contra resistentes debilis. Si enim eius suggestionibus assensus praebetur, quasi leo tolerari nequaquam potest: si autem resistitur, quasi formica auertitur. Alijs ergo leo est, alijs formica, quia crudelitate illius carnales mentes uix tolerant: spirituales uero infirmitatem illius pede uirtutis calcant. Haeretici igitur, quia de sanctitatis praesumptione superbiunt, quasi exultantes dicunt Myrmicaleon. Vel recte, Tigris perijt, eo quod non haberet praedam. Ac si aperte dicant: Vetus aduersarius in nobis praedam non habet, quia quantum ad nostra studia iam uictus iacet. Idcirco autem myrmicaleonis appellatione, uel tigridis repetitur, quia iam contritus leonis rugitus fuerat designatus, quia quicquid per gaudium dicitur, saepe replicatur. Voces quippe ingeminat animus, quum exultat. Vnde & ueraci laetitia Psalmista crebro repetit hoc, quod se exauditum esse recognouit, dicens: Exaudiuit dominus uocem fletus mei, exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit.

Quid tinea, tintinnabula, tonitruumque mystice significant.

Cap. XI.

Quid tinea mystice significet, diuus insinuat Gregorius, libro Mor. 5. cap. 27. & 28. exponens illud Iob, & in Angelis suis reperit prauitatem: Ex quorum (inquit) coparatione bene casus infirmis humanae consideratione colligit, quum illico subnectit: Quantomagis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur uelut a tinea? Luteas quippe domos habitamus

Hier. 41. b.

Iob 3. d.

Hebr. 10. e.

Ibidem.

Matth. 6. c.
Fur, immundus spiritus.

Matth. 6. c.
Erugo, lasciuia, libido, luxuria est.
Tinea, Arrius, Fotinus.

Matth. 6. c.

Luc. 18. d.

Gregorius, lib. Mor. 5. cap. 16.

Iob 4. b.
Tigris, hypocrita simulator.

Praeda, hypocritarum laus.

Myrmicaleon.

Myrmicaleon, Diabolus.

Tigris, diabolus.

Psal. 6. c.

Iob 4. d.

habitamus, quia in corporibus terrenis subsistimus. Quæ bene Paulus cōsiderans, ait; Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Et rursum: Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam. Terrenum quoque fundamentum, est substantia carnis. Quod in se sollicitè Psalmista conspexerat, quum dicit: Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. Tinea autem de ueste nascitur, & eandem uestem de qua oritur, oriendo corrumpit. Quasi quædam uerò uestis animæ caro est, sed hæc nimirum uestis habet tineam suam, quia ab ipsa carnalis tentatio oritur, ex qua laceratur. Quasi enim quadam sua tinea uestis nostra consumitur, quum caro corruptibilis tentationem gignit, & per hanc ad interitum peruenit. Velut à tinea homo consumitur, quum de se oritur unde coneratur. Ac si aperte dicat: Si illi spiritus esse ex se incommutabiles nequeunt, qui nulla carnis infirmitate deprimuntur, qua temeritate se homines in bono permanere constanter existimant, quos in eo quod intellectus ad summa euehit, carnalis infirmitas aggrauans præpedit, ut per corruptionis uitium in semetipsis habeant, unde ab intima nouitate ueterascant? Possunt quoque per Angelos sancti doctores intelligi, sicut per prophetam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Qui quantalibet uirtute fulgeant, esse omnino sine culpa nequeunt, quum iter præsentis illecebrosi uitæ gradiuntur, quia eorum nimirum gressus tangitur, aut luto illiciti operis, aut puluere cogitationis. Domos autem luteas habitant, qui de illecebrosa hac uita carnis exultant. Hanc domum luteam Paulus contempserat habitare, quum dicebat: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Dicat ergo: Ecce qui seruiunt illi, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem, quantomagis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum consumuntur uelut à tinea? Ac si aperte dicat: Si præsentis uitæ uiam illi sine contagione transire nequeunt, qui æterna cogitantes se contra temporalia accingunt, quæ detrimenta illi sustinent, qui esse se in carnalis habitationis uoluptatibus gaudent? Qui enim seruiunt ei, non sunt stabiles, quia quum mens ad alta nititur, carnis suæ cogitatione dissipatur, ita ut sæpe animus dum intimis inhiat, dum sola cœlestia expectat, subita carnali delectatione percussus, à semetipso scissus iaceat, & qui se infirmitatis suæ molestias superasse gaudebat, repentino uulnere prostratus gemat. Prauitas ergo & in Angelis reperitur, dum ipsos quoque qui ueritatem nunciant, nonnunquam surreptio uitæ fallacis grauat. Si ergo hi etiam mundi huius iniquitate feriuntur, quos contra eum sancta intentio erigit, quibus ictibus illi penetrantur, quos ante eius iacula, ipsa infirmitas suæ delectatio sternit? Qui bene uelut à tinea consumi describuntur. Tinea quippe damnum facit, & sonitu non facit: ita iniquorum mentes, quia damna sua cōsiderare negligunt, integritatē quasi nescientes perdunt. Amittunt namque à corde innocentiam, ab ore ueritatem, à carne continentiam, & per accessum temporis ab ætate uitam (aliàs æternam uitam). Sed hæc se indefinenter amittere nequaquam conspiciunt, dum toto desiderio curis temporalibus occupantur. Quasi ergo à tinea consumuntur, quia sine sonitu, culpæ morsum tolerant, dum quanta detrimenta uitæ, & innocentiam patiantur, ignorant. Et libro 18. cap. 9. exponens illud Iob, Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit umbraculum: Tinea sibi domum corrumpendo ædificat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui locum suæ perfidiæ non nisi in mētibus, quas corruerit, facit, qui etiam sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur. Spondet quippe eis refrigerium quietis æternæ, sed uerba eius soliditatē non habent, quia plenitudine ueritatis carent. Vnde subiungitur: Et sicut custos fecit umbraculum. Umbraculum namque custodis nullo fundamento solidatur, sed tempore mox transeunte destruitur. Et promissa ab hæreticis requies cum tempore destruitur, quæ post hanc uitam nullatenus inuenitur.

Tintinnabula quid mysticè significet, diuus ostendit Greg. epistola ad Ioannē episcopū Constātinopolitanum, Eulogio Alexandrino, cap. 24. Moyse (inquit) præcipitur, ut tabernaculum sacerdos ingrediens, tintinnabulis ambiatur, ut uidelicet uoces prædicationis habeat, ne superni speculatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus, quando ingreditur, uel egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non moriatur. Sacerdos namque ingrediens uel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, quia tram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædicationis incedit. Aptè aut tintinnabula uestimētis eius describuntur inserta. Vestimēta etenim sacerdotis, quid aliud quam recta opera debemus accipere, Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam: Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut uitæ uiam cum linguæ sonitu, ipsa quoque opera sacerdotis clament.

Tonitruum quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moralium 29. cap. decimo sexto, exponens illud Iob, Et uiam sonantis tonitruui: Quid (inquit) per tonitruum, nisi prædicationis superni terroris accipitur? Quem terrorem dum percipiunt humana corda, quatuntur. Aliquando uerò in tonitruo ipse incarnatus dominus figuratur, qui ex antiquorū patrū cōueniente prophetia ad notitiā nostrā, quasi ex nubiu cōcursu, platus est. Qui inter nos uisibiliter apparuit, ea quæ super nos

super nos erant, terribiliter sonuit. Vnde & ipsi sancti Apostoli de eius gratia generati, boanerges, id est, filij tonitruui sunt uocati. Aliquando autem (sicut dictum est) tonitruus, ipsa eius prædicationis accipitur, per quam supernorum iudiciorum terror auditur. Sed quia quilibet prædicator uerba dare auribus potest, corda uerò aperire non potest, & nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prædicantium uerbis ad corda audientium inuisibiliter aditum præstet, in cassum prædicationis aure audiētis percipitur, quæ peruenire ad intima corde surdo prohibetur, se dominus uia sonantis tonitruui dare asserit, qui quum prædicationis uerba præbuit, per terrorem corda compungit. Hanc uiam Paulus prædicator egregius, dum superna mysteria terribiliter intonaret, se à se habere non posse conspiciens, discipulos admonebat, dicens: Orantes simul, & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium uerbi ad loquendum mysterium Christi. Qui ergo loquebatur mysteria, sed in corde audientium eisdem mysterijs à domino aperiri ostium precabatur, habebat quidem iam tonitruum, sed dari ei uiam desuper quærebat. Hanc uiam nequaquam se Ioannes dare posse cognouerat, qui dicebat: Non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed unctio eius docet uos de omnibus. Hanc uiam rursum Paulus quis daret intimabat, dicens: Neque qui plātat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Accepta igitur uia, quid iste imber, ac tonitruus agat, audiamus, & cœtera.

Topazius quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moralium 18. cap. 34. exponens illud Iob, Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia: Quid (inquit) per Aethiopiā, nisi præsentem mundum accipimus? Quæ coloris nigredine designat peccatorum populum, & dicitatemque meritorum. Aliquando uerò Aethiopiæ nomine specialiter gentilitas designari solet, infidelitatis prius nigra peccatis. Quam ueniente domino, Abacuc propheta uidit timore perterritam, & ait: Tabernacula Aethiopiū expauescent, tabernacula terræ Madian. Dauid quoque propheta uidens, quod ad Iudæam redimendam ueniret dominus, sed antè gētilitas crederet, & postmodum Iudæa se queretur, sicut scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret, dicit: Aethiopia præueniet manus eius Deo, id est, priusquam Iudæa credat, saluandam se offert omnipotenti domino peccatis nigra gentilitas. Topazium uerò preciosus lapis est, & quia Græca lingua τὰ παν omne dicitur, pro eo quod omni colore resplendet, topazium, quasi topandium uocatur. Dum uerò in Deum conuersa gentilitas credidit, ex ea multi sunt ita dono spiritus locupletati, ut quasi multis coloribus, sic multis uirtutibus luceant. Sed ne acceptis quibusdam uirtutibus extollatur, à sancto uiro nunc dicitur: Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. Ac si aperte dicat: Nullus sanctorū quibuslibet uirtutibus plenus, ex ista tamen nigredine mundi collectus æquari ei potest, de quo scriptum est: Quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius Dei. Nos quippe & si sancti efficiamur, non tamen sancti nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut cum propheta dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. Ille autem solus ueraciter natus est sanctus, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis uinceret, ex commixtione carnalis copulæ cōceptus non est. Huic se sapientiæ quasi quidam topazius de Aethiopia æquari uoluit, quum quidam hæresiarches dixit: Non in uideo Christo Deo facta, quoniam si uolo, & ipse possum fieri. Qui Iesum Christum dominum nostrum non per mysterium cōceptionis, sed per profectum gratiæ Deum putauit, per uersa allegatione astruēs eum purum hominem natum, sed ut Deus esset, per meritum profectis, atque ob hoc æstimans & se, & quoslibet alios posse ei coæquari, qui filij Dei per gratiā fiunt, non intelligens, non attendens, quia non adæquabitur ei topazius de Aethiopia. Aliud est enim natos homines gratiam adoptionis accipere, aliud unum singulariter per diuinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu prodijisse. Nec æquari potest gloria unigeniti habita per naturam, alijs accepta per gratiam.

Torrens quid mysticè significet, require in dictione, Coruus. Et diuus Gregorius homilia 25. in Euangeliā, exponens illud Psalmistæ, De torrente in uia bibit, propterea exaltabit caput: In humano (inquit) genere ab ipso mundi initio torrens mortis effluerat, sed de hoc torrente dominus in uia bibit, quia mortem in transitu gustauit, atque ideo exaltauit caput, quia hoc, quod moriendo in sepulchro posuit, resurgendo super Angelos eleuauit. Require & in dictione, Mel, siue Butyrum, & in dictione, Salix, & in Lapide caliginis.

Trecentenarius numerus quid mysticè significet, require in dictione, Genu.
Tricenarius numerus quid mysticè significet, require in dictione, Fructus tricesimus.
Triticum quid mysticè significet, require in dictione, Frumentum.

Quid tuba mysticè significet.

Cap. XII.

Tuba quid mysticè significet, diuus insinuat Greg. lib. Moral. 31. cap. 25. exponens illud Iob, Feruēs, & fremēs sorbet terrā, nec reputat tubæ sonare clangorē: Primo (inquit) peccanti homini dicitur: Terra es, & in terrā ibis. Tubæ autem clangunt, quum huius sæculi potestates loqui sanctos

2. Cor. 4. b.
2. Cor. 5. d.
Psal. 138. c.
Vestis animæ, caro.
Tinea, carnalis tentatio.
Angeli, doctores.
Malac. 2. b.
Phil. 3. d.
Tinea, iniquorum mens.
Iob 27. c.
Tinea, hæreticus.
Gregorius.
Exo. 28.
Vestimenta, recta opera.
Psal. 131. b.
Iob 39. c.
Tonitruus, superius terroris prædicationis, Christus incarnatus.

Marci 3. b.
Col. 4. a.
1. Idem. 2. c.
1. Cor. 3. b.
Iob 29. c.
Aethiopia, præsentis mundus, & gentilitas.
Abacuc 3. d.
Rom. 11. c.
Psal. 67. g.
Topazius, multis lucens uirtutibus.
Iob 28. c.
Luc. 1. d.
Psal. 50. d.
Psal. 199. d.
Torrens, mors.
Gregorius.
Iob 39. c.
Gen. 3. d.

sanctos terribiliter prohibent. Quia igitur prædicator zelo sancti spiritus inflamatus, uel inter supplicia positus, quoslibet peccatores ad se trahere non desistit, feruens proculdubio terram sorbet, quia uero persecutorum minas minimè formidat, clangorem tubæ sonare nō reputat. Tuba enim, quæ discrimen belli denūciat, quid est aliud, quàm uox sæcularium potestatum, quæ cōtempta resistētibus mortis certamen parat. Hæc à principibus sacerdotum tuba sonuerat, quum flagellatos Apostolos de Deo loqui prohibebant, sicut scriptum est: Cæsis denunciauerunt, ne loqueretur in nomine Iesu. Sed uideamus quomodo equum Dei clangor tubæ non terreat. At Petrus: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Qui alijs quoque persequentibus dicit, Non enim possumus quæ uidimus, & audiimus, non loqui. Equus ergo clangorem tubæ non metuit, quia prædicator egregius despectis potestatibus sæculi, nullos minarum sonitus pertimescit. Et Origenes homilia 7. super Iesum Naue, hoc pacto scribit: Hiericho tubis subruitur sacerdotū. Statim em̄ ut tubarum clāgor increpuit, murorum deiectus est ambitus. Dixeramus iam & prius, quod Hiericho formam præsentis sæculi obtineat, cuius robur, & munimenta sacerdotalibus tubis uidemus esse destructa. Firmitas namque, & munimenta, quibus uelut muris mundus iste nitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallacia arte dæmonum ministrata, augurum, atque aruspicum, magorumque cōmentia, quibus omnibus uelut muris ualidissimis ambiebatur hic mundus. Insuper etiam diuersis philosophorum dogmatibus, & eminentissimis assertionibus, ac disputationibus, uelut proceris quibusdam, & robustis turribus firmabatur. Veniens uero dominus noster Iesus Christus, cuius ille prior filius Naue designabat aduentum, mittit sacerdotes Apostolos suos, portantes tubas ductiles, prædicationis magnificam, cœlestemque doctrinam. Sacerdotali tuba primus in Euangelio suo increpuit, Marcus quoque, Lucas, & Ioannes suis singuli tubis sacerdotalibus cecinerunt. Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis. Iacobus quoque & Iudas, Addidit nihilominus adhuc & Ioannes tuba canere per epistolas suas, & Apocalypsim, & Lucas Apostolorum gesta describens. Nouissimè autem ille ueniens, qui dixit: Puto autem nos Deus nouissimos Apostolos ostēdit, & in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis, muros Hiericho, & omnes idololatriæ machinas, & philosophorum dogmata usque ad fundamenta deiecit. Mouet me sanè etiam illud quod historia refert, quia non solum sacerdotes tubis cecinerunt, ut caderent muri Hiericho, sed & audita uoce tubæ, dicitur uniuersus populus ululasse ululatu magno, uel sicut in alijs exemplaribus habetur, iubilasse iubilo magno. Et quamuis iste sermo improprie tralatus esse uideatur, ἀλαλγμός enim in Græco scriptum est, quod neque iubilum, neque ululatum proprie significat, sed illam magis ostendit uocem, qua belli tempore exercitus clamorem cōsonum tollens, unanimiter sese cohortari ad prælium solet, tamen hic sermo in scripturis iubilatio, magis quæ iubilatio cōsueuit inscribi, ut ibi, Iubilate domino omnis terra. Et iterum: Beatus populus qui scit iubilationem. Quod etiam me permouet dictum, quia istud tantum sit operis, quod beatum populū faciat. Non dixit, Quia beatus populus, qui operatur iustitiā, uel beatus populus, qui scit mysteria, uel qui scit cœli, ac terræ, & syderum rationem. Mihi uidetur iubilatio indicare quēdam concordiam, & unitatis affectum, qui incidat in duos uel tres Christi discipulos. Omnia quæcunque petierint in nomine saluatoris, præstat ei pater cœlestis. Et diuus Gregorius, lib. Mor. 31. cap. 30. exponens illud Job, Feruens, & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorē: Contra equum (inquit) clangor tubæ insonat, quando electi mentem in eo quod agit fortiter, è uicino quædam posita culpa terribiliter tentat. Sed feruens, & fremens sorbet terram, quia nimio ardore semetipsum discutit, & quicquid in se terrenum reperit, quotidie proficiendo consumit. Et clangorem tubæ sonare non reputat, quia cōsideratione forti omne uitium quod de uirtutis gloria nascitur, sollicitus declinat. Sonare enim clangorem tubæ reputaret, si fortasse propter aliud quod prauè suboritur, alia agere recta metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonantia tentamenta non trepidat, in feruore suo positus, clangorem tubæ minimè formidat. Sæpe autem dum prosperari se uirtutibus cōspicit, ne ipsa illum uirtutum prosperitas eleuet, pulsari se tentationibus gaudet. Vnde & aptè subiūgitur: Vbi audierit buccinam, dicit: Vah. Multos enim peius sua felicitas strauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eoque illos inopinatus hostis grauius perculit, quod longo quietis usu negligentes inuenit. Vnde sancti uiri, quum multa se proficere uirtutum prosperitate cōsiderant, quodam dispensationis supernæ moderamine, exerceri se etiam tentationibus exultant, quia tanto robustius acceptam uirtutum gloriam custodiunt, quanto tentationis impulsu concussi, infirmitatem suam humiliter cognoscunt. Equus ergo audita buccina, Vah dicit, quia uidelicet præliator Dei, quam uim tentationis incumbere conspicit, utilitatem supernæ dispensationis cōsiderans, ex ipsa ualidius aduersitate confidit. Cuius aduersitatis certamina idcirco illum non superant, quia nunquam improuisa tentant. Longè quippe prænotat ex unaquaque re culus uitij pugna succrescat. Et Origenes homilia 30. in Matthæum, exponens illud Euangelicum, Mittet angelos suos cum tuba magna &c. Qui (inquit) mittuntur Angeli à saluatore ad congregandum electos eius, congregabunt eos

Tuba, uox secularium potestatum.

Act. 5. g.
Ibidem e.
Act. 4. d.

Origenes.

Tuba, cœlestis doctrina.

1. Cor. 14. b.

Psal. 65. d.

Psal. 88. c.

Iubilatio qd sit.

Matth. 18. c.

Gregorius,

Iob 39. c.

Origenes.

Matth. 24. c.

bunt eos, non cum uoce qualicūque, sed cum tuba, quæ uocatur magna, non uocem dante incertam, sed certam, & manifestam, & qui audierint, & didicerint, parent se ad uiam perfectionis, quæ ducit ad filium Dei. Quoniam autem uolumus intelligere quid est tuba magna, debemus spiritualibus spiritualia comparare. Agè nunc & de tubis in quantum capere possumus, breuiter exponamus, si tamen possumus ex congregatione, & admonitione istorum exemplorum intelligere, & magnam Angelorum tubam. Scriptum est enim in Numeris: Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas. Ductiles facies eas, & erunt tibi ad congregandam synagogam, & erunt tibi ad promouenda castra, & tubabis in eis, & cōgregabitur ad te omnis synagoga ad ostiū tabernaculi testimoniū. Si autē in una tuba uenerint ad te oēs principes militiū Israël tubabis significationem primam, & promouebunt castra, qui consistunt ad orientem. Et tubabis significationem secundam, & promouebunt castra, qui consistunt ad austrum. Et tubabis significationem tertiam, & promouebunt castra, qui consistunt secundum mare. Et tubabis significationem quartam, & tollēt castra qui consistunt ad aquilonem. Ergo tubabunt tuba in promotione eorum. Et quādo congregatis congregationē, tubate, & non significatione. Et filij Aaron sacerdotes tubabunt tubis, & erit uobis legitimum sempiternum in generationibus uestris. Si autem exieritis ad bellum in terra uestra contra aduersarios, tubabitis tubis, & rememorabimini in cōspectu Dei uestri, & saluabimini ex inimicis uestris, & in diebus lætitiæ uestræ, & in festiuitatibus, & neomenijs uestris, tubabitis tubis, & in holocaustis uestris, & in sacrificijs salutarium uestrorum, & erit memoria uestri in cōspectu Dei uestri. Ego dominus Deus uester. Vide etiam in istis, quoniam in prima significatione tubæ promouent castra, quæ sunt secundum orientem, in secunda autem promouent castra, quæ sunt secundum austrum, & ut breuiter dicam, ex quatuor uentis congregant sacerdotes tubantes eos qui sunt ex castris Israël, & secundum comparisonem sacerdotum tubantium, Angeli Christi cum tuba magna congregabunt electos eius, à quatuor uentis. Sed in Numeris quidem hæc facta scribuntur in terris, in Euangelijs autem à summo terræ usque ad summū cœli. Post hæc autem à summis cœlorum, usque ad summa eorum. Et forsitan lex umbram habet futurorum bonorum, & in Numeris quoque quod positum est de tubis, & ordinibus Israel, umbra est futurorum. Ne forte ergo argenteæ tubæ, quoniam argentum in multis locis pro uerbo suscipitur, magna uox uerbi intelligitur tuba argentea congregans unumquemque in ordine. Secundum umbram quidem sicut Moyses nominauit, secundum mysterium autem, secundū quod dicit Paulus in epistola ad Corinthios prima. Primum autem cum tubis rationalibus promouent castra. Ita legislatio sit de his rebus, quæ ad bellum pertinent Israël memorantis per illam significationem tubarum bellicas res. Quæ tubæ ferunt eos, qui commemorantur per eas significationes tubarum ad saluandum eos ab inimicis eorum. Voces autem argentearum, & productiū tubarum in diebus lætitiæ Israël, quæ assumuntur in neomenijs ipsorum, erant umbræ futurarum neomeniarū, de quibus dicit Apostolus: Nemo uos iudicet in esca, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū, quæ sunt umbra futurorū. Assumunt autē & in holocaustis, & in sacrificijs salutarium Israël. Quas significationes tubarum exemplo, & umbra cœlestis culturæ, quasi alicuius cœlestis, & conuersationem habentis in cœlum exponere conuenit. Hæc autem exempla accepimus, ut uel ex parte intelligere ualeamus quod scriptū est: Mittet Angelos suos cum tuba magna, & congregabunt electos eius. Euangelicas autem tubas ostendit & in prima ad Thessalonicenses Apostolus, dicens: Hoc autem uobis dicimus in uerbo domini, quoniam nos qui uiuimus, qui remanebimus in aduentu domini, non præueniemus eos qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu, & in uoce Archangelī, & in tuba Dei descendet de cœlo. Item ad Corinthios prima: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Tubabit enim, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Est autem & aliqua secundum legem, & tubarum festiuitas, neomenia septimi mensis, forsitan mysterium alicuius ueræ festiuitatis, & tubæ alicuius spiritualis, & magniloquij.

De eisdem tubis.

Cap. XIII.

RVpertus quoque libro primo in Numeros, cap. 25. Iuxta (inquit) sensum spiritualem, clāgor tubarum, uox est prædicatorum, sine quibus utique, quamuis pulchra, quālibet ordinata castrorū acies, terribilis non est. Nam quod prædicationem, uel peccatorum increpationem tubarum clangor significet, in prophetis tacitum nō est, & cur duæ potius quæ tres, aut quatuor fieri debuerint, itidem in prophetis significatum, & in Christo reuelatū est. Quid enim aliud nūciat tuba prædicationis, nisi futurum diem tremendi iudicij, quemadmodum & in propheta Ioel paulo ante dictum est, Quia propè est dies domini. Porro iudicis eiusdem, nō unus tantū, sed duo aduentus sunt. Vnus quo iam uenit iudicandus, alter quo ueniet iudicaturus. Vterque terribilis, præsertim illis, apud quos, uel contra quos præcipue scriptura prophetica clangit. Vterque (inquam) terribilis aduentus illis, uterque

Num. 10. d.

Tuba argentea, magna uox uerbi.

1. Cor. 14. b.

Col. 2. b.

Matth. 24. c.

1. Tess. 4. d.

1. Cor. 15. g.

Tubarum clangor, prædicatorum uox.

Ioel 2. d.

Aduentus, duo.

x x aduentus

10m.9.g.

aduentus iudicij. Nam de primo aduentu dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. De secundo aduentu an sit terribilis, superfluum est quærere, uel probare testimonijs. Igitur quia duo sunt aduentus tremendi iudicis, circa quos omnis scriptura diuinitus inspirata, omnis scriptura legalis, prophetica, atq; Euangelica omnem operam suã, totum spiritum, & omne conamen suum expendit, rectè non tres, aut quatuor, nõ (inquam) plures, aut pauciores, sed duas tantum tubas iubet dominus facere Moyfi. Quæ in hoc argẽtæ sunt, quia prædicatores uerba lucis nitore parent, & auditorum mentem nulla sui obscuritate confundunt. Nam, Eloquia domini (inquit Psalmista) eloquia casta, argentum igne examinatum. Idcirco autem ductiles, quia necesse est ut prædicatores, qui secundum ueritatem scripturarum ambulat, tribulationum tursionibus crescant. Si semel claxeris, uenient ad te principes &c. Summopere hæc tenenda distinctio est septem Angelis stantibus in conspectu Dei, quibus datae sunt septẽ tubæ, qui parauerunt se, ut tuba canerent, id est, omnibus prædicatoribus, in Ecclesia Dei præminentibus, quibuscũq; datum est, desuper doctrinæ donum perfectum, quicũq; impositum sibi sanctæ prædicationis officium susceperunt. Nam in figura quidem, uel significatione, duæ (ut supradictum est) tubæ fieri iussæ sunt, sed in re, & ueritate Euangelica, sicut multi prædicatores, sic & multa secundum diuisionem gratiarum data sunt, quorum uniuersitas per septenarium Angelorum, atq; tubarum rectè intelligitur numerum. Hæc (inquam) distinctio, uel discretio solerter obseruanda est, ut quando congregandus est populus, simplex tubarum sit clangor, & non concisè ululans: quando autem exeundum ad bellum, prolixior, atq; concisus clangor, siue ululans increpet: quando uerò uocantur principes, uel capita multitudinis, clangant semel, id est, quum primum auditores uocantur ad fidem, terribiliter, & grauiter futurum illis annuncietur iudicium: quãdo autem iam habentibus sermo porrigitur, temperatè excitentur ad bellum cõtra phalanges uitiorum: quãdo uerò cum illis agitur, qui iam bene instituti sunt, & spiritualiter uiuunt, suauiter cum illis habeatur colloquiũ. Hunc discretiõis modũ, Paulus tuba canentiũ optimus, dispẽsare sciẽs Romanis, qui adhuc in fide tam rudes erant, ut nõ intelligerent Dei se gratia, & non suis meritis esse saluatos, & ob hoc cõtra Iudæos conflictarent, ita grauissimè loquitur, dicens: Reuelatur enim ira Dei super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui ueritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notũ est Dei, manifestum est illis &c. in quibus uitia gentilitatis priora commemorans, simplici utiq; quasi tubarum clãgore personat, & non concisè ululat, ad hoc tendens, ut congreget populum, ut discordes pacificet animos duorum populorum. Porrò ad Corinthios iam secundam scribens epistolam, nec iam de fide, uel gratia, sed de pugna agens uitiorum, quasi clangorem cõcidens temperatum, & per arma (inquit) iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam. Ut seductores, & ueraces. Sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce uiuimus. Ut castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes. Sicut egentes multos autè locupletãtes, Tanquã nihil habẽtes, & omnia possidẽtes. Tandẽ post plurima huiusmodi itẽ quasi cũ cõciso ululatu dicit: Rogauit Titũ, & missi cũ eo fratres. Nunquid Titus uos circũuenit? Nõne eodẽ spiritu abulauimus? Nõne eisdẽ uestigijs? Oĩm putatis, quod excusemus nos apud uos? Corã Deo in Christo loquimur. Cõmnia autè charissimi ppter uestrã ædificatiõem. Timeo em̃ ne fortè, quum uenero, non quales uolo, inueniam uos, & ego inueniar à uobis qualem non uultis, ne fortè contentiones, æmulatiões, animositates, dissensiones, detractiones, scurrilitates, susurrationes, inflationes, seditiões, sint inter uos, ne iterum, quum uenero, humiliet me Deus apud uos, & lugeam multos ex his, qui antè peccauerũt, & non egerunt poenitẽtiam. Vbi uerò quodammodo solos uocat principes, & in uno discipulo bene instituto cõctos commonet, qui sunt capita multitudinis Israël, quasi tuba clangit semel, id est, summisè loquitur, quia uidelicet sapienti semel dixisse, satis est. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Non enim, dedit nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, & cõetera, quæ omnia summisè, & penè communi loquitur sermone.

Psal. 11. d.

Apoc. 8. b.

Rom. 1. b.

2. Cor. 6. d.

2. Cor. 12. f.

2. Timot. 1. b.

Cantic. 4. b.

Collum, prædicator.

Turris, prædicator.

Tunica quid designet, require in dictione, Pedes.
Turris quid mysticè significet, require in dictione, Turris, siue, Murus. Et diuus Gregorius exponẽs illud Canticorum, Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: Collum (inquit) extendimus, quãdo longius prospicere uolumus. Propter aliud ergo sancti prædicatores oculi, dentes, genæq; & collum, cõuenienter uocantur. Collum sanctæ Ecclesiæ prædicatores dicuntur, quia sancti prædicatores procul ueniẽtes hostes sanctæ Ecclesiæ speculatur, & fortiter resistit, si qui in Ecclesia lædere conãtur, & liberè terrena despiciẽtes, cõlestia cõtẽplantur. Collum ergo propter hostium speculationem, turris uerò dicuntur, propter fortitudinẽ, & propter excellentiam cõlestium gaudiorum cõtẽmplantationem. Quæ turris rectè Dauid esse dicitur, quia Dauid, manu fortis interpretatur, per quod Christus significatur, cuius est quicquid forte, & excelsum operantur;

operatur. Cũ propugnaculis turris Dauid ædificata dicitur, quia sancti prædicatores cõtra aduersarios homines, si necesse sit, miraculis armatur. Contra uitia autem se clypeis muniunt, quia ne spiritalibus hostibus succumbant, uirtutibus se defendunt. In quibus omnis armatura fortium p̃det, quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere uult, in eis exẽpla uidet, quibus armatus, hostes strenuè ualet superare. Mille autem hĩc pro perfectione ponitur, quia in millenario numero omnes numeri perfecti complentur. Et exponens illud Canticorum, Collum tuum sicut turris eburnea: Collum (inquit) sponsæ sicut turris eburnea dicitur, quia prædicatores Ecclesiæ, & alti per cõtẽmplantationem, & fortes per sanctorum operum exercitationem, & preciosi per diuinam sapientiam habentur. Et paulò inferius dicitur, Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit cõtra Damascũ: In naso odoris (inquit) discretio habetur. Per nasum ergo discretio prædicatorum designatur, quia per eos nobis uirtutum odores, & uitiorum foetores demonstrantur. Sed nasus sicut turris Libani existit, quia dum semel prædicatores aqua baptismatis lauantur, & quotidianis lachrymis à peccatis, quæ contra Deum commiserunt, dealbantur, digni fiunt, ut ad altiora magis, ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris contra Damascum respicit, quia peccatoribus semper sanctus quilibet prædicator contradicit. Damascus quippe, sanguineus interpretatur, & paccatrici genti dicitur: Manus tuæ plenæ sunt sanguine.

Turtur quid designet, require in dictione, Columba. Et in Canticis scriptum est, Vox turturis audita est in terra nostra: Quid per turturẽ (inquit Gregorius) nisi Ecclesia, quid per terrã spõsi, nisi uita illa beata designatur? Sed uox turturis in terra sponsi audita esse dicitur, quia dum pro desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à Christo in cõelo clemẽtissimè exauditur. Et diuus Bernardus sermone 59. super Cantica, Vox turturis &c. Hoc iudicium est transactæ hyemis, tempus nihilominus putationis adesse denunciãns. Id iuxta literam. Aliàs turturis uox non dulce admodum sonat, sed signat dulcia. Ipsa auicula si emis, non magni, si discutis, non prauis precij est. Et uox quidem gementi, quã canenti similior, peregrinationis nostræ nos admonet. Illius doctoris libenter audio uocem, qui non sibi plausum, sed mihi planctum moueat. Verè turturẽ exhibes, si gemere doceas. Et si persuadere uis, gemendo id magis, q̃ declamando studeas, oportebit. Exemplum sanctum in alijs multis, tum uel maximè hoc in negotio uerbo efficacius est: Dabis uoci tuæ uocẽ uirtutis, si quod suades, prius tibi illud cognoscẽris persuasisse. Validior operis, quã oris uox. Vox turturis &c. Vbi regni cõelorum promissio facta est, tunc intellexerunt homines se non habere hĩc ciuitatẽ manẽtem, sed futuram inquirere tota auiditate cõeperunt, & tunc primum manifestè sonuit in terra uox turturis. Nam dum sancta quæq; iam anima Christi præsentiam suspiraret, regni dilationem molestè ferret, desideratam patriam gemitibus, & suspirijs à longè saluaret, nõne tibi uideatur uice fungĩ gemebundæ, ac castissimæ turturis quæcũq; anima in terra ita fecisset? Hoc quippe est, quod ipse agebat: Nunquid possunt (inquit) filij sponsi lugere quandiu cũ illis est sponsus? Venient autem dies, quum auferentur ab eis sponsus, & tunc lugebunt. Ac si diceret: Et tunc uox turturis audietur. Ita est Iesu bone, uenerunt dies illi. Nam & ipsa creatura ingemiscit, & parturit usq; adhuc, reuelationem filiorum Dei expectans. Non solum autem illa, sed & nos ipsi intra nos gemimus adoptionẽ filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Hoc scientes, quia quãdiu sumus in corpore hoc, peregrinamur à domino. Nec uacui gemitus, quibus è cõelo tam misericorditer respondetur. Propter miseriam inopum, & gemitũ pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. Et infra: Denicq; compare uno turtur contenta est, quo amisso, alterum iam nõ admittit, numerositatem in hominibus nuptiarum redarguens. Nam & si forsitan culpa propter incontinentiam, uenialis est, ipsa tamen tanta incontinentia turpis est. Pudet ad negociũ honestatis rationẽ nõ posse in homine, quod natura possit in uolucere. Cernere enim est turturẽ tẽpore suæ uiduitatis sanctæ uiduitatis opus strenuè, atq; infatigabiliter exequentẽ. Videas ubiq; singularẽ, ubiq; gemitẽ audias, nec unq; in uiridi ramo residentem prospicies, ut tu ab eo discas uoluptatum uirentia uelut uirulenta uitare. Adde quòd in iugis montium, & in summitatibus arborũ frequentior illi conuersatio est, ut quod uel maximè propositum pudicitia decet, doceat nos terrena despiciere, & amare cõlestia. Ex quibus colligitur, quòd uox sit turturis etiam prædicatio castitatis. Neq; enim à principio uox ista in terris audita fuit, sed magis illa, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. In cassum profectò uox illa pudicitia sonuisset, necdum propalata resurgentium patria, in qua longè felicius homines neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cõelis. Tunc uoci illi tempus fuisse dicas, quum maledictò omnis subiacebat sterilis in Israël, quum patriarchæ ipsi plures simul haberent uxores, quum frater fratris absq; liberis defuncti semen suscitare ex lege compellebatur? At ubi insonuit ex ore cõlestis turturis commendatio illa spadonum, qui se castrauerunt propter regnum Dei, & item alterius cuiusdam castissimæ turturis consiliũ de uirginibus ubiq; inualuit, tunc primum dici ueraciter potuit, quia uox turturis audita est in terra nostra.

Tympanum quid mysticè significet, diuus insinuat Augustinus, exponens illud Psalmistæ, Accipite

Propugnacula, miracula.

Mille, pfectio. Cantic. 7. b.

Cantic. 7. b.

Nasus, discretio.

Esa. 1. d.

Cantic. 2. c. Gregorius.

Terra, uita beata.

Turtur, Ecclesia.

Bernardus.

Cantic. 2. c.

Psal. 67. g.

Hebr. 13. c. Turtur, anima.

Matth. 9. b.

Rom. 9. d.

Psal. 11. b.

Gen. 1. c.

Matth. 22. c. Luc. 20. f.

Matth. 19. b. 1. Cor. 7. f.

Augustinus.

Pfal. 50. a.
Tympanum, caro.
Pfal. 149. a.

Pfal. 149. a.

Gal. 6. d.

Luc. 9. c.

Pfal. 150. a.

1. Reg. 15. b.
Porta, initium fidei.
Salua, carnis infirmitas.
Barba, diuinitatis fortitudo.
Pfal. 149. a.

Exo. 15. c.
Tympanum, minima legis sapientia.
Rupertus.
Exo. 15. c.
Tympanum, carnis mortificatio

Mulier unde dicta.

capite psalmum, & date tympanum: Tympanum (inquit) quod de corio fit, ad carnem pertinet, psalmus ad spiritum. Psalmus ergo spiritualis est, tympanum carnale. Ergo plebs Dei accipite psalmum, & date tympanum, id est, accipite spiritualia, & date carnalia. Hæc enim quæ extrahuntur ad tempus ad recipienda corpora, uel uiuorum, uel mortuorum, necessaria sunt, sed tempore prætereun- ti. Nunquid post iudicium Dei istas fabricas in cœlum leuabimus? Sine his tamen hoc tempore age- re quæ ad possidendum cœlum pertinent, non poterimus. Si ergo auidi estis in spiritualibus acci- piendis, deuoti estote in carnalibus erogandis. Et exponens illud Psalmistæ, In tympano, & psalte- rio psallant ei: Vt non sola uox (inquit) laudet, sed & opera, quando sumitur tympanum, & psalte- rium, manus concinunt uoci, sic & tu quando Alleluia cantas, porrigas, & panem esurienti, uestias nudum, suscipias peregrinum. Et ipsum mysterium tympani, & psalterij non est tacendum. In tym- pano corium extenditur, in psalterio chordæ extenduntur, in utroq; organo, caro crucifigitur. Quam bene psallebat in tympano, & psalterio, qui dicebat: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ipsum psalterium uelut tympanum tollere te uult, qui amat canticum nouum, qui te docet, quando tibi dicit: Qui uult meus esse discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & se- quatur me. Non dimittat psalterium suum, non dimittat tympanum, extendatur in ligno, & siccetur à concupiscentia carnis. Nerui quantoplus fuerint extenti, tanto acutius sonant. Vt ergo acutè so- naret Pauli Apostoli psalterium, quid dixit? Quæ retrò oblitus, in ea, quæ antè sunt extensus, sequor ad palmam supernæ uocationis. Extendit se ipse, tetigit Christus, & sonuit dulcedo ueritatis. Et ex- ponens illud Psalmistæ, Laudate eum in tympano & choro: Tympanum (inquit) laudat Deum, quum iam in carne mutata, & morata nulla est terrenæ corruptionis infirmitas. De corio quippe fit tym- panum exiccato, atq; firmato. Chorus laudat Deum, quando laudat eum pacata societas. Et diuus Hieronymus, exponens titulum psalmi 31. Tympanizabat (inquit) ad portam ciuitatis: Tympanum de corio extenditur, Et dominus extendit manus suas in cruce. Porta ciuitatis, initium fidei no- stræ intelligitur, quando credimus incarnationem Christi. Per saluam infirmitatem carnis, quæ di- gnatus est suscipere. Illa barba, fortitudo diuinitatis. Et exponens illud Psalmistæ, In tympano, & psalterio psallant ei: Crucifigamus (inquit) corpora nostra Deo. Tympanum non habet carnem, sed pellem. Et nos quædiu carni sumus, non sumus tympanum. Tympanum non est, nisi quod tendit- ur: Tympanum non potest esse contractum, sed extensum. Et nos peccata non contrahant, sed iu- stitia dilatat. Et in epistola ad Dardanum: Tympanum (inquit) paucis uerbis explicari potest, quæ minima res est, eo quod in manu mulieris portari possit, sicut scriptum est in Exodo: Sumpsit autem Maria prophetes soror Aaron tympanum in manu sua, & est minima sapientia legis ueteris in manu iudæorum. Et Rupertus libro 3. in Exodum, cap. 38. exponens illud Exodi, Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua &c. Pulchrè (inquit) sumpsisse dicitur tympanum, quod modulationis instrumentum corium est in ligno extensum, significatq; carnis mortificationem, sine qua nulla potest anima probam se exhibere cantatricem. Egressæ sunt (inquit) omnes mulie- res post eam. Mulier à mollicie dicta est. Sed oportet ab ipsa mollicie sua fidelem animam parumper egredi, quatinus uiros imitari, & dignè Deo canere possit.

INCIPIT LIBER DECIMVS OCTAVVS, AD MY- STICOS SACRÆ SCRIPTVRÆ SENSVS.

Quid uacca & ubera mysticè significant. Cap. I.

1. Reg. 6. b.
Rupertus.
Uacca, prædi- catores.



Acca quid mysticè significet secundum Gregorium, require in dictioe, Hys- sopus. Vacca quoq; significat prædicatores, iuxta illud: Tollentes duas uac- cas &c. usq; Neq; ad sinistra, ubi Rupertus hoc pacto scribit: Quid em uac- cæ, nisi fideles quosq; in Ecclesia signauit, qui dum sacri eloquij præcepta cõ- siderant, quasi super impositam domini arcam portat. De quibus hoc etiam notandum, quod fuisse foetæ memoratur, quia sunt pleriq; qui in uia Dei in- trinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligantur. Sed non declinant à re- cto itinere: quia arcam Dei portat in mente. Ecce em uaccæ Bethsamis per- gunt, Bethsamis quippe domus solis interpretatur. Et propheta ait: Vobis autem qui timetis domi- num, oriatur sol iustitiæ. Si igitur ad æterni solis habitationem tendimus, dignum profectio est, ut de itinere pro carnalibus affectibus non declinemus. Tota em uirtute pensandū est, qd uaccæ Dei plau- stro suppositæ, pergunt, & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamen de itinere non retorquent gressus. Amorem quidē per compassionem sentiunt, sed colla posterius non deflectunt. Sic nimirū prædicatores sancti, sic fideles quicq; esse debent intra sanctā Ecclesiā, ut cõpatiantur proximis per charitatē, & tamen de uia Dei non exorbitent per cõpassionem. Arcā quippe uaccis superpositam Bethsamis pergere, est cum superna scientia, ad internæ lucis habitaculum propinquare. Sed tunc uerè

Malach. 4. a.

uerè Bethsamis tendimus, quum uiam rectitudinis gradientes, ad uitina erroris latera, nec pro affe- ctu pignorū declinamus. Sic nanq; sic necesse est, ut incedere debeāt, quæ sacrae legis iugo suppo- siti, iam per internam scientiā arcam domini portant, quatenus per hoc quod propinquoꝝ necelli- tatibus condolent, à cœpto rectitudinis itinere non declinent. Quorum nimirum gratia, mentē no- stram tenere debet, sed reflectere non debet, ne hæc eadem mens, aut si affectu non tangitur, dura sit, aut plus tacta, si inflectitur, remissa.

Quid ubera mysticè significēt, diuus insinuat Greg. exponens illud Cantorum, Meliora sunt ubera tua uino &c. Vbera (inquit) sponsi, dilectio Dei & proximi. Ex his uberibus sponfam suam lacte pietatis nutrit, & inter tentationū turbines his eam fouet, & nutrit: & ut persistat, reficit. Quid autem per uinum, nisi cura temporalis exprimitur, à qua mens sæcularis cuiuslibet inebriatur, ut ad inuisibilia cognoscenda, aut ex toto, aut penè insensibilis reddatur? Sed ubera sponsi uino meliora existunt: quia illud necat, hæc nutriunt. Illud oculos mentis turbat, hæc acuit. Illud apostatare facit etiā sapientes, hæc ipsos idiotas utiq; sapiētissimos faciunt. Quæ quot uicibus spōsa cū dilectionis ubertate su git, tot sentētias sapientiæ sibi in uentrē memoriæ trahit. Charitas enim sancta cor paci- ficat, mentē in tentationibus roborat, & ut sedes sapientiæ sit anima iusti, quietē tribuit, & locū præ- parat. Hæc itaq; uerba unguentis optimis fragrant: quia odorem suauitatis per sapientiæ uerba, & sanctitatis exempla secū portant. Quicūq; enim sancta charitate per gratiam Dei se reficit, is spiri- tualiu donoru, & odorem, & suauitatē sentit. Quoru bonoru ubertate proximos quosq; ad interio- ra gustada secū trahit, & ut in amorem diuinū cõualescant, istis uberibus nutrit. Et exponens illud, Exultabimus & lætabitur in te, memores diuinū cõualescant, istis uberibus nutrit. Et exponens illud, Christi in spōsi sui delitijs exultat, dum corporalia respuit, & in spiritualibus se occultat. Eundemq; sponsum delitijs suas facit, in cuius respectu mūdana omnia non curat. Sed hæc in memoria uberū agit: quia dum recolit quanta charitate Christus eam dilexerit, qui sanguine suo eam moriēs in cru- ce redemit, & quotidie eam in sinu Ecclesiæ matris eiusdē sanguinis lacte nutrit, proculdubio ma- gis, ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac bene super uinum dulce esse dicitur: quia per san- guinem Christi misericorditer educamur, qui per legis literā seuerè prius cõstringebamur. Et ex- ponens illud, Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli &c. Per duo ubera (inquit) duo præ- dicatorum ordines, unus in circūcisione, alius in præputio designatur. Qui bene sicut duo hinnuli capræ dicitur: quia & filij synagogæ existunt, & in montibus cõtemplationū pascū: ur. Gemelli uerò ideo dicti sunt, quia concorditer prædicant, & concorditer sapiunt. In lilijs uerò pascun- tur, donec aspiret dies & inclinentur umbræ: quia mundiciam infatigabiliter sectantur, donec in die iudicij præmia recipiant, quæ in labore noctis assidue cõtemplantur. Et exponens illud, Et erūt ubera tua sicut botri uineæ: Verè (inquit) per crucem ubera sponsæ sicut botri uineæ existunt: quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperūt, quibus pasta anima debrietur, debriata posteriora obliuiscat, & in anteriora extendatur. His uberibus etiam proximos quosq; nu- trit, ac roboratos secū ad ea quæ concupiscit, per ducit. Vnde scriptum est: Qui audit, dicat ueni. Et exponens illud, Ibi dabo tibi ubera mea: In malis punicis dat sponso sponsa ubera: quia in perfectis uiuit charitas gemina, ex qua, dum infirma membra in Ecclesia nutriūt, quasi Christū lactāt, quem non habet: Sororem Christum Ecclesiam uocat, quia de ipsijs Apostolis dicebat: Ite, dicite fratribus meis. Soror autem paruula, ubera non habebat, quando in solis Apostolis Ecclesia erat, in quibus seipsum, uel alios nutrire lacte prædicationis non poterat. Quid enim Petrus ahijs prædicaret, quū seipsum discipulum Christi in unius ancillæ uoce detestando, & iurando negaret? Prima (altas par- ua) ergo Ecclesia ubera non habebat, quia post resurrectionem in una domo inclusa, inter persecu- tores suos non dico prædicare, sed & uideri timebat. Illud autem Canticum: Ego murus, & ube- ra mea sicut turris, require in dictioe, Murus. Illud autem: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, require in dictioe, Fasciculus.

Gregorius.
Cant. 1. a.
Ubera, dilectio Dei, & proximi.
Vinum, cura cõ- foralis.
Ecc. 19. d.

Sapient. 7. d.

Cant. 1. a.

Cant. 4. b.
Ubera, prædica- torum ordines.

Liliū, mundicia.

Cant. 7. c.

Phil. 3. e.
Apoc. 22. d.
Cant. 7. d.

Cant. 9. c.

Soror, ecclesia.

Matth. 23. c.

Cant. 8. c.
Cant. 1. d.

De eisdem uberibus. Cap. II.

Diuus autem Bernardus, exponens illud Canticum, Quia meliora sunt ubera tua uino, hoc pacto scribit: Duo sponsi ubera, duo in ipso sunt ingenitæ mansuetudinis argumenta, quod & patienter expectat delinquentem, & clementer recipit poenitentem. Gemina (inquam) dulcedo suauitatis exuberat in pectore domini Iesu: longanimitas uidelicet in expectando, & in donando facilitas. Et audi quia non sit hoc inuentum meum. Legis profectio de longanimitate: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Item: An ignoras quia benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam ultionis à contemnente,

Bernardus.
Cant. 1. a.
Ubera, longani- mitas, & facilitas.
Rom. 2. d.
Ibidem.

ut quandoq; exhibeat gratiam remissionis in poenitente. Non uult enim mortem peccatoris: sed ut conuertatur, & uiuat. Ponamus exempla, & de altero ubere, quod dictum est remittendi facilitas. Legis & de ipsa: Quacunq; hora ingemuerit peccator, peccatum suum remittetur ei. Legis: Dere li nquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & misere bitur eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Pulchrè Dauid paucis comprehendit utrunq;, dicens: Longanimis, & multum misericors. Huius ergo geminae bonita tis experimento in eam se fiduciam excreuisse fatetur sponsa ut auderet petere osculum: Quid mi rum (dicens) si sic praesumo de te o sponse, quae de tuis uberibus tantam sum experta abundanti am suauitatis? Ergo ad audendum me prouocat dulcedo uberum tuorum: non meorum confiden tia meritorum. Quod autem dicit, Meliora sunt ubera tua uino, hoc est, Pinguedo gratiae, quae de tuis uberibus fluit, efficacior mihi est ad spiritualem profectum, quam mordax increpatio praelato rum. Nec solum meliora uino, sed & fragrantia unguentis optimis: quia non modo. interna dulce dinis lactae praesentes alis: sed bonae quoq; opinionis grato odore respergit absentes, bonum ha bens testimonium & ab his qui intus, & ab his qui foris sunt. Habes (inquam) lac intus, & foris un guenta: quoniam quidem non essent quos lacte resciteres, si non prius odore attraheres. Sanè de his unguentis, si quid dignum consyderatione contineant, uidebitur post haec, quum eò uentum fuerit, ubi dicit in consequentibus: In odore unguentorum tuorum curremus. Nunc iuxta pro missum nostrum haec ipsa uerba, quae sponsae data sunt, an & sponso congruant, uideamus. Spon sa loquente de sponso, repente (ut dixeram) adest ille, annuit uoto, dat osculum, impletq; in ea ser monem, qui scriptus est: Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non frau dasti eum. Quod & probat ex eius uberum repletione. Tantae nempe efficaciae osculum sanctum est, ut ex ipso mox, quum acceperit illud sponsa, concipiat: tumescentibus nimirum uberibus, & lacte quasi pinguescentibus in testimonium. Quibus studium est orare frequenter, experti sunt quod dico. Saepe corde tepido, & arido accedimus ad altare, orationi incubimus. Persistētibus au tem, repente infunditur gratia, pinguescit pectus, replet uiscera inundatio pietatis, & si sit qui pre mat, lac conceptae dulcedinis ubertim fundere non tardabunt. Dicat ergo: Habes sponsa quod pe tisti, & hoc tibi signum, quia meliora facta sunt ubera tua uino. Hinc te scilicet noueris osculum accepisse, quod te concepisse sentis. Vnde & ubera tibi intumuerunt facta in ubertate lactis melio ra uino scientiae saecularis, quae quidem inebriat, sed curiositate, non charitate, implens, non nu triens, inflans, non aedificans, ingurgitans, non confortans. Sed demus & sodalibus ista deprome re: Iniuste (inquiunt) murmurat aduersus sponsum: quia id plus ualet quod ille iam dedit, quam quod tu petis. Quod enim postulas, te quidem delectat, sed ubera quibus paruulos alis, quos & paris, meliora, hoc est, necessaria sunt uino contemplationis. Aliud siquidem est quod unius la tificat cor hominis, & aliud quod aedificat multos. Nam & si Rachel formosior, sed Lia foecun dior est. Noli ergo nimis insistere oculis contemplationis, quia meliora sunt ubera praedication is. Occurrit & alius sensus, quem quidem non proposueram: sed minimè praeteribo. Vt quid enim uerba haec non magis conuenire eis ipsis dicamus, quibus praest in sollicitudine tanquam paruulis mater, aut nutrix? Nec enim aequanimiter ferunt iuuentulae, & tenerae adhuc animae, illam uacare quieti, cuius plenius eruditi doctrina, & exemplis informari desiderant. An non deniq; talium in subsequenti compescitur inquietudo, ubi sub graui contestatione prohibentur suscitare dilectam, quousq; ipsa uelit? Haec itaq; sentientes oculis inhiare sponfam, secretum qua rere sibi, fugitare publicum, declinare turbas, & curae ipsarum, propriam praeferre quietem. Noli (inquiunt) noli, quia maior in uberibus, quam in amplexibus fructus exiit. Per ea siquidem nos uendicas à carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam, eripis mundo, & acquiris Deo. Hoc ergo est quod aiunt, quia meliora sunt ubera tua uino. Carnis (inquiunt) uoluptatem, qua paulò ante tanquam uino ebrae tenebamur, uincunt haec quas tua nobis ubera stillant delitiae spirituales. Et pulchrè uino comparat carnalem affectum. Vt enim uua semel expressa non habet iam quod denuo fundat, sed perpetua ariditate damnatur: sic caro in praessura mortis, ab omni prorsus sua delectatione siccatur: nec ultra reuitescit ad libidines. Vnde propheta: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos foeni. Exiccatur est foenum, & cecidit flos. Et Apostolus: Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Et rur sum: Esca uentri, & uenter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Vide autem, ne non carni tantum, sed & mundo fortè competat ista proportio. Si quidem & ipse transit, & concupiscē tia eius, Et quum omnia quae in mundo sunt, finem habeant, finis eorum non erit finis. Verum ubera non sic. Haec enim quum exhausta fuerint, rursus de fonte materni pectoris sumunt, quod propinēt sugētibus. Merito proinde meliora carnis, saeculi ue amore asserunt ubera spōsae, quae nullo unquam lactentiū numero arefiunt: sed semper abundant de uisceribus charitatis, ut iterū flyāt.

Flumina

Flumina siquidē fluūt de uētre eius, sitq; in ea fons aquae salētis in uitā aeternā. Cumulatur de in de laus uberum, fragrantia unguentorū, quod nō solū uerborū sapore pascāt: sed & factorū opinio ne redoleant. Et sermone 10. Sed redeamus ad ubera spōsae, ac pro diuersitate uberiū, diuersas & lactis species proponamus. Nam cōgratatio quidē exhortationis, compassio uero cōsolationis lac fundit. Porro utrāq; speciē ubertim cœlitus irrorari pio pectori suo spiritalis mater totiēs sen tit, quotiēs osculū sumit. Videas eam mox plenis uberibus paruulis incubare lactādīs, & ex uno quidem cōsolatoria, ex altero uero exhortatoria uberius ministrare, prout singulis cōuenire uide bit. Verbi causa: Si quē fortè ex his, quos genuit in Euāgelio deprehenderit forti aliqua tentatio ne cōcūsum, & inde turbatū, ac tristem, pusillanimumq; factū, nō posse iam ferre uim tentationis, quomodo cōdolet, quomodo mulcet, quomodo plangit, quomodo cōsolatur, quot argumēta pie tatis mox reperit, quibus erigat desolatū. E cōtrā, si proptum, si alacrem, si bene proficiētem co gnouerit, exultat, aggreditur salutaribus monitis, accendit amplius, instruit de quibus potest, ut perseueret, utq; in melius semper proficiat, exhortatur. Omnibus se conformat, omnī in se trans fert affectus, matrem se deniq; probat, non minus deficientium, quam proficientium. Quanti ho die secus affectos se ostendunt, de his dico, qui animas regere susceperūt. Quod enim sine misera bili gemitu dicendum non est, Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mor tem, haec omnia in fornace auaritiæ conflagant, & profligant in acquisitionē turpis quaestus, & pre cium uniuersitatis, suis mar supijs includere festinant. Hoc solo sanè à Iuda Scariotis differentes, quod ille horum omne emolumentum, denario numero compēsauit, isti uoraciori ingluuie, lucro rum infinitas exigunt pecunias.

Quid uellus, uenterq;, mysticè significent.

Cap. III.

Quid uellus, mysticè significet, diuus insinuat Bernardus, homil. 2. super, Missus est, hoc pa cto scribēs: Quid illud Gedeonis uellus significat, quod utiq; de carne rōsum, sed sine uul nere carnis, in area pō nitur, & nūc quidē lana, nunc uero area rore perfunditur, nisi carnē assump tam de carne uirginis, & absq; detrimēto uirginitatis? Cui utiq; distillantibus cœlis, tota se infu dit plenitudo diuinitatis, adeo ut ex hac plenitudine oēs acceperimus, qui uerè sine illa non aliud, quam terra arida sumus. Huic quoq; Gedeonico facto propheticū dictum pulchrè satis cōuenire uidetur, ubi loquitur: Descendet sicut pluuia in uellus. Nam per hoc quod sequitur: Et sicut stilla cidia stillantia super terram, idem datur intelligi quod per inuentam rore madidam aream. Pluuia quippe uolūtaria, quam segregauit Deus haereditati suae, placidè prius, & absq; strepitu operatio nis humanae suo se quietissimo illapsu uirgineum demisit in uterum, postmodū uero ubiq; terra rum diffusa est per ora praedicatorum, nō iam sicut pluuia in uellus, sed sicut stillicidia stillantia su per terram, cum quodam utiq; strepitu uerborum, ac sonitu miraculorum. Si quidem recordatae sunt nubes illae, quae portabant pluiam, praecceptum sibi fuisse, quum mitterentur: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, praedicate super tecta. Quod & fecerunt. Et enim in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae uerba eorum. Et Chryso stomus homilia secunda, in Psalmum quinquagesimū: Descendit sicut pluuia in uellus. Quoniam aduenit fillus Dei, non cum fulgure, aut tonitruo, neq; cum strepitu, neq; cum exercitu angelorū, neq; nuda deitate. Si enim sic uenisset, uniuerſa interisset creatura, quod nō mōtes, nec colles por tarent. Quippe qui respicit super terram, & facit eā tremere: qui tangit montes, & fumigant: Nam si nudam substantiā ostendisset, sol utiq; extingueretur, luna nō appareret, mare exiccaretur. Pro pterea silentio, & tacitè ueniens, nemine sciente, neq; ipso diabolo: sed uenit silentio in uterum uir ginalem. O noua res, & ineffabilis, & miranda rerum mysteria: lapides cōsumuntur, & mater nil laeditur: montes tabescunt, & uirginis uterus Deum intrinsecus gestat. Quid dicam, aut quid lo quar, quo digno sermone pronunciem? O amentia haereticorum: dicite mihi, quomodo ancilla Deum portabat? quomodo creatura creatorem? Qui interrogas, quae sursum sunt, dicitis quae deorsum sunt. Qui ubique erat, quomodo in matris utero erat, & in throno maiestatis suae sede bat? Si me interrogas, nescio, fide credo, non comprehendo cogitatione. Et quia silentio erat uen turus, non terrens, non conturbans, Descendit (inquit) sicut pluuia in uellus. In terrā enim descen dens, pluuia sonum reddet: super lanam autem, & in uellus descēdens, nullum sonitū dabit. Mollit ies lanae soluit sonum pluiā descēdentis: & ut dicas, quoniam silentio uenit, non terrens, nō cōtur bans, nō perdēs, nō exterminās: Descēdens (inquit) sicut pluuia in uellus. Et Ambr. lib. de uidijs: Descendit (inquit) sicut pluuia in uellus &c. In quo ueteris mysteriū referatur historiae, quo sanctus Gedeon mystici certaminis praelator, futurae capiēs insigne uictoriae, spiritale sacramentū uigo re mētis agnouit, pluuia illā, uerbi rorē esse diuini, quae primo pluit in uellus, quū terra omīs per petuis siccitatibus aestuaret. Secundo uero indicio uniuersam terram fuso imbri madefecit, quum siccitas esset in uellere. Aduertit enim uir praefagus futurae Ecclesiae crescentis insigne. Nam pri mo intra

Psal. 75. a. mo intra Iudæam diuini cœpit ros sermonis humescere. Notus enim in Iudæa Deus, quum arido fidei totius orbis uniuersa torrerent. Sed ubi Ioseph greges Deum negare cœperunt, & ausu nefario immanium delictorū contrahere diuinitatis offensam, tunc per omnes terras fuso imbris rore cœlestis, populus Iudæorum æstu perfidiæ suæ cœpit arefcere, quum Ecclesiam sanctam ex omnibus terrarum partibus congregatam, propheticæ nubes, & salutaris imber apostolicus irrigarent. Hæc est illa pluuia, non terrarum humido, non nebuloso concreta montium, sed cœlestiū scripturarum salubri per totum orbem imbre diffusa. Ostenditur exemplo igitur, nō omnium esse diuinæ mereri miracula potestatis, sed eorum quibus religiosæ deuotionis studia suffragentur. Et diuini eos fructu operis abdicari, qui reuerentiæ cœlestis sunt exortes. Ostenditur etiam in myste-
Hieronymus, Psal. 71. a. rio, quod ad instaurandā Ecclesiā Dei filius humani corporis sacramenta susceperit, abdicato populo Iudæorum, quibus consiliarius, & propheta, beneficiorumq; adempta sunt miracula diuinorum, eo quod ciuico quodam inuidiæ nauo in Dei filium credere noluerunt. Et Hieronymus in sermone assumptionis beatæ Mariæ, ad Paulam, & Eustochium: Descēdet sicut pluuia in uellus. Vellus itaq; quum sit de corpore, nescit corporis passionem. Sic & uirginitas, quum sit in carne, nescit uitia carnis. Cœlestis palnē imber in uirginum uellus, placido se infudit illapsu: & tota diuinitatis unda se contulit in carnem, quādo uerbum caro factum est: ac deinde per crucis patibulum expressum, terris omnibus salutis pluuiam effudit, & stillicidia gratiæ, humanis præstitit mētibus. Et Augustinus eadē Psalmitæ uerba, sic exponit: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut guttæ stillantes super terram. Recoluit, & admonuit illud quod factū est per iudicem Gedeon, de Christo id habere in finem. Petijt quippe ille signum à domino, ut in area positum solum uellus cōplueretur, & sicca esset area: & rursus solum uellus siccum esset, & complueretur area, & ita factum est. Quod significauit, tanquam in area in toto orbe terrarum, siccum uellus, fuisse priorem populum IIsraël. Idem ipse ergo Christus descendit sicut pluuia in uellus, quum adhuc area sicca esset. Vnde etiam dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus IIsraël. Ibi matrem de qua formam serui acciperet, in qua hominibus appareret, elegit: ibi discipulos quibus hoc idem præcepit, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis. Ite primum ad oues, quæ perierunt domus IIsraël. Quum dicit, Ite primum ad illas, ostendit & postea, quū iam esset area compluenda, ituros eos etiam ad alias oues, quæ non essent ex ueteri populo IIsraël, de quibus dicit: Habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, ut sit unus grex, & unus pastor. Hinc & Apostolus: Dico enim (inquit) Christum ministrum fuisse circumcissionis, propter ueritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Sic pluuia descendit super uellus, sicca adhuc area. Sed quoniam sequitur, Gentes autem super misericordia glorificare Deum, ut accedente tempore compleretur quod per prophetam dicit: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi, in iobauditu auris obediuit mihi: uideamus iam gratia Christi siccam remansisse gentem Iudæorum, totumq; orbem terrarum in omnibus gentibus Christianæ gratiæ plenitudo compluit. Alio quippe uerbo eandem pluuiam significauit, dicens: Guttæ stillantes, non iam super uellus, sed super terram. Quid est enim aliud pluuia, quam guttæ stillantes? Ideo autem illam gentem, uelleris nomine significari puto, uel quia expolianda fuerat autoritate doctrinæ sicut ouis expoliatur uellere; uel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quam nolebat præputio prædicari, id est, in circumcisis gentibus reuelari. Et Cassiodorus: Et descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hic ipsum mysterium gloriosè exponitur. Nam dominus ille uirtutum, ante cuius faciem terra tremefacta, cōcutitur, omnis creatura turbatur, quum non potest ullatenus sustineri, quādo se mauult manifesta potestate cognosci, uoluit leniter in utero uirginali, sine aliquo strepitu, tanq; pluuia in uellus agnæ descēdere, ut uirtutem suam hinc magis ostēderet, si illam ineffabilē potentia reperasset, sicut dicit Apost. Qui quū in forma Dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æquē Deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs, in similitudine hominū factus, & habitu inuētus ut homo. Sed cōsideremus tantæ rei, qualis similitudo sit posita. Vellera lanæ sunt ouiu, quæ sic aquā recipiūt, ut nulla diuisione rūpantur, & iterū sic reddūt, ut in suis integritatibus perseuerent. Audite si qui adhuc estis increduli, & pudeat hoc de summa diuinitate nō credere quod uidetis minimas creaturas indicare. Sequitur: Et sicut stillicidia stillantia super terrā: scilicet quæ in modū roris summa lenitate descēdūt. Hæc si pura mēte cōsideres, hæsitatiōe de partu uirginis nō habebis. Illud em̄ ingēs miraculū, ut sine aliqua dubitatione credi possit, exēplo duplici cōprobauit. Hinc Ambrosianus ille, quædā Ecclesiæ cādela mirabilem lapauit, dicens: Veni redēptor gentiū, ostēde partū uirginis, miratur omne sæculū: talis decet partus Deū. Vnde etiā beatissimi papæ Leonis, corusco similis sermone respēdit. Ait enim: Cōceptus quippe est de spiritu sancto, intra uterū uirginis matris, quæ illū ita salua uirginitate edidit, quæadmodū salua uirginitate cōcepit. Digni patres, & pōtificatus arce pollētes, quorū suauissima doctrina sermonū, tantū ualuit declarare miraculū. Et Ruptus exponēs illud Iudicū, Dixitq; Gedeon ad

deon ad dñm. Si saluū facis per manū meā IIsraël, sicut locutus es, ponā uellus hoc lanæ in area. Si ros in solo uellere fuerit, & in omni terra succitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis IIsraël. Factumq; est ita &c. Iuxta sensum mysticum (inquit) utrunq; hoc uelleris signum, futurorum prælagium est. Quādiu ros in uellere, tandiū in omni terra fuit succitas, Itemq; econtrā, ubi omnis terra rore maduit, solum uellus siccū fuit. Sic profectō, quādiu in Iudæa notus erat Deus, quādiu in IIsraël magnum erat nomen eius, totus mundus, succitate, id est, ignorantia Dei marcebat, & econtrā nunc, ubi in tota multitudine & latitudine mundi spiritus sancti dona diffusa sunt, Iudæa Christū nō habens, omnimoda supernæ gratiæ squalet inopia. Quod respiciens Psalmita, dominū canit, domino patri, de filio eius Christo dicit: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, id est, prius ueniet in cognitionem Iudæorū, & descendet deinde super terram, id est, in cognitionem gentium. Ideo autem per uellus populus Iudæorum intelligitur, quia sicut uellus sine corruptione, & dolore agni succidit, ita Iudæus populus primum Deo adhærens, à fide Christi sine damno ipsius domini est separatus. Quāuis rectè & aliter debeat intelligi. Nam descendet sicut pluuia in uellus, id est, sicut pluuia in uellus descēdit sine omni corruptione & dolore ipsius uelleris: ita ipse rex nascetur de uirgine, sine omni corruptione uirginis, & postea descendet sicut stillicidia stillantia super terram, id est, in cognitionē omniū hominū. Venter siue uterus mentem designat, ut dictum est in dictione, Lucerna.

Quid uentus, uermis, uespera, & uestibulum, uestigiumq; mysticè significant. Cap. III.

Ventus (ut diuus ait Gregorius) tentationē significat. Vnde scriptū est: Vētus uehemēs irruit à regione deserti &c. Regio (inquit) deserti est immūdorū spirituum multitudo derelicta, quæ dum conditoris sui beatitudinem deseruit, quasi manū cultoris amisit, à qua uētus uehemens uenit, & domum subruit: quia ab immundis spiritalibus fortis tentatio surrepit, & à tranquillitatis suæ statu conscientiam euerit. In quatuor uero angulis domus ista cōsistit: quia nimirum solidum mentis nostræ ædificium, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinet. In quatuor ergo angulis domus ista subsistit: quia in his quatuor uirtutibus, tota boni operis structura consurgit. Vnde & quatuor paradisi flumina terram irrigant: quia dum his quatuor uirtutibus cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu temperatur. Sed nonnunquam, dum menti ignauia surrepit, prudentia frigeſcit: nam quum fessa torpet, uentura non prouidet. Nonnunquam dum nonnulla mēti delectatio surrepit, temperantia nostra marcescit. Inquātum enim ad delectationē præsentium ducimur, intantum minus ab illicitis temperamur. Nonnunquam se timor cordi insinuat, & uires nostræ fortitudinis turbat, & eō minores contra aduersa existimus, quod quædam perdere immoderatus dilecta formidamus. Nonnunquam uero amor suus se mēti ingerit, eamq; latentē motu à rectitudine iustitiæ diuertit, & quod se totam auctori reddere negligit, eō in se iustitiæ uiri contradicit. Ventus ergo uehemēs quatuor angulos domus cōcutit, dum fortis tētatio occultis motibus quatuor uirtutes quatit, & quasi quassatis angulis domus obruitur, dum pulsatis uirtutibus conscientia turbatur. Intra hos autem quatuor domus angulos filij conuiuantur: quia intra arcana mentis, quæ principaliter his quatuor uirtutibus ad summæ rectitudinis culmē erigitur, uirtutes cœteræ quasi quædam cordis soboles se inuicem pascunt. Donum quippe spiritus, quod in subiecta mente, ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam format: eandem mentem ut contra singula quæq; tentamenta erudiat, in septem mox uirtutibus temperat, ut cōtra stultitiam, sapientiam: contra hebetudinem, intellectum: contra præcipationem, cōsiliū: cōtra timorem, fortitudinem: cōtra ignorantiā, scientiam: cōtra duritiā, pietatem: contra superbiam, det timorem. Sed nonnunquam, dum mens nostra tātū muneris plenitudine, atq; ubertate fulcitur, si cōtinua in his securitate perfruatur, à quo sibi hæc sint, obliuiscitur: seq; habere à se putat, quod nūquam sibi abesse cōsiderat. Et lib. 18. cap. 11. exponēs illud Iob, Tollit eum uētus urens, & aufert. Quis (ait) hoc loco uentus urens, nisi maglignus spiritus uocatur, qui desideriorum flammam in corde excitat, ut ad æternitatem suppliciorum trahat. Per uersum ergo quemlibet uētus urens tollere dicitur, quia infidiator malignus spiritus, qui uiuentem quæq; accendit ad uitia, morientē trahit ad tormēta. Nam quia uētus urēs immūdus spiritus solet intelligi, q malæ suggestiōis flatu ad terrena desideria iniquorū corda succēdit. Hierem. testatur, dicens: Ollā succēsam ego uideo, & faciē eius à facie Aglonis. Olla nanq; succēsa, est cor humanū sæculariū curarū ardoribus, desideriorūq; anxietatibus feruens, quæ à facie Aglonis succēditur, id est, diaboli suggestiōibus infamā. Et Cassiodorus exponens illud Psal. Qui producit uētos de thesauris suis: Vētos (inquit) non improbè ponimus Apostolos, quorū prædicatio totū mūdū tāq; uētus celerrimus percurrat, de quibus alio loco scriptū est: Sagittas suas ardētibus effecit. Nā ipsi quoq; uētis, pēnæ p discursus celeritate tribuunt: Ait em̄: Et ascendit

Iudic. 6. g.
Psal. 75. a.
Siccitas, ignora
tia.
Psal. 71. a.
Vellus, Iudæo
rum populus.
Gregorius.
Iob 1. d.
Vētus, cētatio.
Anguli qua
tuor, uirtutes
quatuor.
Iob 27. d.
Ventus urens,
diabolus.
Hierem. 1. a.
Olla, cor huma
num.
Cassiodorus.
Psal. 134. b.
Vēti, Apostoli.
Psal. 7. d.

Psal. 17. b.

Et ascendit super Cherubim & uolauit, uolauit super pennas uentorum. De thesauris suis, unde reuera spirituales poterant prodire diuitiæ.

Vermis quid mysticè significet, require in Indice.

Gregorius.
Vespera, peccati tentatio.
Gen. 1. a.

Vespera quid mysticè significet, regre in dictione, Mane, & in dictione, Somnus, siue, Dormire. Potest quoque uesperæ nomine etiam peccati tentatio designari (ut diuus ait Gregorius, libro Moral. 8. cap. 10.) quæ sæpe tanto acrius mentem laceffit, quanto eadem mentē spiritus ad superna altius euehit. Quod Moyses quoque spiritualiter innuit, quum ait: Factum est uespere. Creator quippe omnium humanæ culpæ præsciis tunc expressit in tempore, quod nūc uersatur in mēte. Lux quippe ad uesperum ducitur, quia nimirum lucem rectitudinis umbra sequitur tentationis. Sed quia electorū lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, sed uespera facta perhibetur, quia nimirum sæpe in corde electorum lumen iustitiæ abscondit, sed nō interimit, quia si ad pallorem trepidationis pertrahit, sed funditus nō extinguit. De uespera multa habes in expositione primi capituli Geneseos. Perquire in indice.

Gregorius.
Vestibula, auditorum corda.

Vestibulum quid designet, require in dictione, Porta, & in dictione, Limen. Et diuus Gregorius, homilia 20. super Ezechielem, hoc modo scribit: Plana sunt vestibula, quia humilia sunt corda bonorum auditorum. Et notandum quia postquam portarum vestibula superius alia dicta sunt, postmodum vestibulū quod quinq; cubitis habet latitudinem, exterius respicere dicitur: quia nimirum sunt auditores alij qui intellectum interioris uitæ magnis uirtutibus proficiendo penetrāt, & sunt quidam simplices qui bene quidem, sed iuxta sensus corporeos uiuunt. Vnde & exterius respicere dicuntur. Quasi enim extrā respiciunt, quia iuxta sensus corporeos uiuunt. Sed tamē, & exterius respicientes intus sunt, quia & si sensus corporeos intelligendo transcendere nesciunt, si dem tamen atq; charitatem, & humilitatē tenent. Et intus ergo sunt in spiritali ædificio per amorem, & quasi foris respiciūt per simplicitatem. Potest per vestibulum quod exterius respicit, fides inchoantium designari, & per vestibulum quod est interius, fides perfectorum, qui iam per eam in uirtutibus micant. Possunt etiam per vestibulum interius præcepta altiora, per vestibulum uerò quod respicit exterius, præcepta adhuc minima figurari. Per vestibulū quippe itur ad gradus, & ad portam, quia per præcepta prædicationis pertingitur ad uirtutes atq; aditum gratiæ cœlestis. Quū uerò iubet alijs in cogitatione sua æterna meditari, cœlestia sapere, eisq; in Psalmis & hymnis & canticis spiritalibus uiuere: quasi interius vestibulum ostēditur, quod quinquaginta cubitis longitudine, & uiginti quinque latitudine mensuratur.

Vestibulum exterius, fides inchoantium.
Vestibulū interius, fides perfectorum, uel præcepta maiora, ac minora.

Gregorius.
Lib. Moral. 10. cap. 9.
Iob 12. b.
Vestigiū Dei, benignitas uisionis Dei.

Vestigium quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Iob, Forsitan uestigia Dei comprehendes &c. Quid Dei uestigia, nisi benignitatem illius uisionis uocat? Quibus nimirum progredi ad superna prouocamur, quum eius spiritus afflatu tågimur, & extra carnis angustias subleuati per amorem, agnoscimus cōtemplandam autoris nostri speciem, quam sequamur. Nam, quum mentem nostram spiritalis patriæ amor inflamat, quasi sequētib; iter insinuat, & subiecto cordi uelut quoddam uestigium Dei gradientis imprimitur, ut ab eo rectis cogitationum gressibus uia uitæ teneatur. Quem enim necdum cernimus, restat, necesse est, ut per uestigia sui amoris indagemus: quatenus usq; ad cōtemplationis speciem quandoq; mens ueniat, quam nunc quasi à tergo subsequens, per sancta desideria explorat. Hæc Psalmista autoris nostri uestigia bene sequi nouerat, quū dicebat: Adhæsit anima mea post te. Quem reperire quoq; usq; ad uisionem suæ celsitudinis satagebat, quū dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quādo ueniam, & apparebo ante faciē Dei: Tunc quippe cognitione manifesta omnipotēs Deus reperitur, quū mortalitatis nostræ funditus corruptione calcata, ab assumptis nobis in diuinitatis suæ claritate cōspicitur. Nunc autem à carnali cogitatione animum infusione spiritus gratia subleuat, & in contemptum rerum transeuntium exaltat, totumq; mens quod appetebat in infimis, despicit, atq; ad superna desideria ignescit, & cōtemplationis suæ uī extra carnem tollitur, quæ corruptionis suæ pōdere adhuc in carne retinetur. Incircumscripti luminis iubar intueri conatur, & non ualet, quod infirmitate pressus animus, & nequaquam penetrat, & tamen repulsus amat. Iam nanq; de se conditor per quod ametur, ostendit, sed uisionis suæ speciem amantibus subtrahit. Sola ergo eius uestigia conspicientes gradimur, qui hunc per donorum suorum signa sequimur, quem necdum uidemus. Quæ nimirum uestigia comprehendī nequeūt: quia unde, ubi, quibus ue modis ueniant eius spiritus dona, nesciuntur: ueritate attestante, quæ ait: Spiritus ubi uult, spirat: & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quō uadat, In retributionis autem culmine reperiri omnipotens per cōtemplationis speciem potest, sed tamen ad perfectum nō potest: quia & si hūc in claritate sua quādoq; cōspicimus, nō tamen eius essentiam plenē cōtuemur. Angelica etenim, uel humana mens, quū ad incircumscriptum lumen inhiat, eo ipso se quo est creatura, coangustat, & super se quidē per prouectū tēdit, sed tamē eius fulgorē cōprehendere nec dilatata sufficit, qui & transcendēdo, & portādo omnia, & implēdo cōcludit, Et exponens illud Iob, Et uestigia pedum

Psal. 62. c.
Psal. 41. a.

Iob 17. b.

803

glia pedum meorum cōsiderasti: Et uestigia (inquit) pedum cōsiderat, quia intentiones nostrorum operum, quā rectē ponantur, examinat: ne & hoc quod bonū agitur, nō recto desiderio agatur. Possunt quoq; per pedum uestigia, quædā malē acta signari. Nam pes in corpore, est uegillum in uia. Et plerunq; dū quædā praua agimus, intuentibus hoc fratribus, exemplum malum præbamus: & quasi inflexo extra uiam pede, sequentibus uestigia distorta relinquimus, dum per nostra opera ad scādalum aliena corda prouocamus. Valde autem laboriosum est custodire, ne mala homo facere audeat, ne in bonis actibus per intentionem titubet, & inter recta opera sinistra eum cogitatio illudat. Quæ tamē cūcta omnipotēs Deus subtiliter examinat, atq; in iudicio singula repenfat. Et Cassiodorus exponēs illud Psalmistæ, In mari uia tua, & semitæ tuæ in aqs multis, & uestigia tua non cognoscētur: Si ad literam hoc uelis accipere, in mari fuit uia eius, quādo super dorsa pelagi uisualiter ambulans, Petrum apostolum, ut ad se ueniret, euocauit. Siue magis illud intelligendum est: In mari uia tua, in cogitationibus hominum, quæ uelut mare perfidum fluctuāt: ubi tamen ille uias habet, quādo eos sibi larga pietate subdiderit, Aquæ multæ, cōuersorum est turba gentilium, ubi sunt semitæ domini, id est, uia ipsius, dum ad eos uenire dignatur. Sequitur: Et uestigia tua nō cognoscētur. Hoc cum imputatione legendum est: ut quum palam uenerit, tantisq; se demonstrauerit miraculis, nō sit tamē cognitus ab infidelibus Iudæis. Merito ergo illis exprobrat, qui tantæ maiestati, & tam præsentibus beneficijs credere noluerunt. Vestigia siquidem, significant præsentiam corporalem. Nam uestigium est plantæ signum, quod facimus ambulantes.

Iob 13. d.
Lib. 11. Moral. cap. 25.

Cassiodorus.
Psal. 76. d.

Mare, cogitatio.
Aqua, turba gentilium.

Vestigium, præsentia corporalis.

Quid uestis, siue uestimentum mysticè significet,

Cap. V.

Vestis, siue uestimētum opera nostra significat, ut diuus ait Gregorius lib. Mor. 2. cap. 38. exponens illud Iob, Scidit uestimenta sua: Vestimenta (inquit) scindimus, quum discernendo opera nostra retractamus. Si enim nos apud Deum opera nostra quasi uestimenta non tegeter, nequaquam uoce angelica diceretur: Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua, ne nudus ambulat, & uideant turpitudinem eius. Turpitudine enim nostra tunc cernitur, quum uita reprehensibilis ante iustorū oculos in iudicio, nequaquam subsequētis boni operis tegmine uelatur. Præterea uestimentum corpus significat terrenum, iuxta illud Iob, Et abominabuntur me uestimenta mea: Quid enim (inquit Gregorius) uestimēti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in subtilitatis suæ substantia nuda uideatur: Hinc etenim Salomon ait: Omni tempore sint uestimenta tua candida, id est, mēbra corporis à sordidis actibus mūda. Hinc Esaias ait: Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. Sanguine quippe uestimētum miscere, est desiderijs carnalibus corpus inquinare. Quibus nimirum se pollui Psalmista formidauerat, quum dicebat: Libera me de sanguinibus deus Deus salutis meæ. Hinc uoce angeli ad Ioannem dicitur: Habes pauca nomina in Sardis, quæ non inquinauerunt uestimenta sua. More autem sacri eloqui, uestimenta nostra nos abominari referūt, quia abominabiles reddunt, quia nimirum, dum contra mentem membra superbiūt, dum sancti desiderij studia, tentationum suarum tumultibus interrumpunt, in ipso certamine posita anima agnoscit, quātum adhuc à diuinitate despicitur, quæ corruptionem suam plenē appetens trāsire, sed nō ualēs, fœdo puluere cogitationis inquinatur. Hanc uestimentorum abominationem senserat, qui dicebat: Video aliam legē in membris meis, repugnantem legi meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Vestimentum quoq; fidelium dicitur uita, iuxta illud Iob, In multitudine eorum cōsumitur uestimentum meum. Si hystoria intendimus (inquit Gregorius) quid aliud uestimētum beati Iob, quā eius corpus accipimus? Cuius uidelicet uestimentum cōsumitur, dum caro cruciatur, iuxta allegoriæ uerò mysterium, uestimentum est sanctæ Ecclesiæ, fidelium uita. Nam sicut tota simul Ecclesia uestimētum Christi, ita fideles quicq; eiusdem Ecclesiæ uestimēta deputātur. Si enim sancta Ecclesia uestimētum Christi nō esset, Paulus profectō nō diceret: Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, nō habentem maculam, neq; rugam, id est, nec per peccatū habentem maculam, nec per duplicatam rugam, quæ & per iustitiam mūda est, & per simplicem intētionem tēsa. Quæ igitur abluta est, ne habeat maculam, tēsa est, ne habeat rugā, utiq; uestis est de qua Propheta ait: Viuo ego, quia omnibus his uelut ornamento uestieris. Dicat ergo: In multitudine &c. quia dum multi sunt qui cruciant, destruantur plurimi, qui ei connexionione amoris inhærebant. Et exponens illud Iob, Nōne uestimenta tua calida sunt, quum perflata fuerit terra austro? Sæpe (inquit diuus Gregorius) beatum Iob figuram sanctæ Ecclesiæ tenere diximus. Vestimenta uerò Ecclesiæ sunt oēs qui ei fidei adunatione iunguntur, per austrum uerò, qui nimirum calidus uentus est, non immerito spiritus sanctus designatur, ut dictum est in dictione, Ausser. Et infra: Natura uestimētorum est, ut per semetipsa calere nō possint, sed adiūcta uiuētī corpori, dum exhalantes membrorū poros contegunt, emanantem ab intimis calorem premunt, quo nimirum calore hæc eadē uestimēta calefiunt,

Gregorius.
Iob 1. d.

Vestimēta, opera, corpora terrena, fidelium uita.

Apoc. 16. c.
Turpitudine, uita reprehensibilis.

Vestimētū, corpus terrenum.

Iob 9. d.

Lib. Moral. 9. cap. 29.

Eccis 9. b.
Esa. 9. a.

Psal. 50. c.
Apoc. 3. a.

Rom. 7. d.

Vestimētū, fidelium uita.

Iob 30. c.
Lib. Moral. 20. cap. 23.

Ephes. 5. f.

Esa. 49. c.

Iob 37. c.
Lib. Mor. 27. cap. 24.

Auster, spiritus sanctus.

calescunt, sed calefacta calorem, quem acceperint, retinendo ad corpus reddūt. Quid ergo per uestimenta uiuenti corpori adhaerentia, nisi discipulorum uita, magistris bene uiuentibus, coniuncta signatur. Quae quasi per poros calorem accipit, quia ad amorem Dei & exemplo actionis, & impulsu exhortationis ignescit. Quae uelut frigus proprium expellit, dum a pristina iniquitate discedit, calorem, quae accepit, retinet, quia in eo, quem praedicando sumpserit, feruore conualescit. Doctores autem sancti, dum auditores suos in amorem Dei proficere sentiunt, ipsi amplius in doctrinae uirtute feruescunt, & quia eos ad summa inardescere, & feruescere conspiciunt, ad praedicanda bona caelestis patriae ualidius succeduntur. Dicit ergo: Nonne uestimenta &c. quia nimirum tunc auditores, qui iam bene uiuentibus doctoribus inhaerent, calorem superni amoris accipiunt, quum per afflatum sancti spiritus excitantur. Et in explanatione septem psalmorum poenitentium, exponens illud Psalmistae, Et omnes sicut uestimentum ueterascent: Vestimenta (inquit) sanctorum, sunt corpora eorum. Vnde de quibusdam scriptum est: Isti sunt qui non inquinauerunt uestimenta sua. Et iterum: Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Quae profectio uestimenta tunc ueterascent, quum animabus eorum ad caelum tendentibus, ipsa eorum corpora in terrae essentiam deducuntur. Et infra: Sicut enim homini nihil est uicinius, quam uestis, ita Deo nihil est uicinius sanctis. Sicut enim uestimentis suis homo circumdatur, ita sanctis suis uestitur. Hinc namque per Prophetam scriptum est: Omnibus his uelut uestimento uestieris. Et per Psalmistam dicitur: Myrrha, & gutta, & casia a uestimentis tuis, Quia enim omnium uirtutum odorem a sanctis procedunt, recte dicitur, quia a uestimentis Dei myrrha, & gutta, & casia procedunt. Hinc namque Apostolus ait: Christi bonus odor sumus Deo. Vestimenta ergo Dei mutantur, quia sancti post mortem corporis, in felicitatem transeunt uitae caelestis. Et libro octauo Moralium, cap. 39. exponens illud Deuteronomij, Non indues uestem ex lana, linoque contextam; Per lanam (inquit) simplicitas, per linum uero subtilitas designatur. Et nimirum uestis, quae ex lana, linoque conficitur, linum interius celat, lanam in superficie demonstrat. Vestem ergo ex lana, linoque contextam induit, qui in locutione, uel actione qua utitur, intus subtilitatem malitiae operit, & simplicitatem foris innocentiae ostendit. Quia enim sub puritatis imagine deprehendi calliditas non ualet, quasi sub lanae grossitudine linum latet. Et eodem capite scriptum est in Deuteronomio: Non induetur mulier ueste uirili, nec uir utetur ueste foeminea. Abominabilis est enim apud Deum qui facit haec. Mulier (inquit) Rupertus) ueste uirili induitur, quando is qui suae nescit moderamina tenere, iudex fieri audent alienae, & praesse praesumit, qui nondum subesse didicit. E contrario uir utitur ueste foeminea, quando is qui iam spiritualia percepit charismata, scilicet prophetiam, aut sapientiam, siue scientiam sermonem, aut generalium linguarum, aut quippiam horum, propter quod uir iure dici poterat, & tanquam uir praesent in domo Dei, quae est Ecclesia, fluxa tamen sequitur uita, & pro contemptibili uita meretur, ut si qua est praedicatio eius, ipsa quoque recte despiciatur.

De eisdem uestimentis.

Cap. VI.

Scriptum quoque est, Faciesque uestem sanctam fratri tuo in gloriam, & decorum &c. Quae uerba Rupertus enarrans lib. 4. in Exodum, cap. 23. hoc pacto scribit: Vnum pontificem magnum Iesum Christum, pontificem caelestem, & uerum intueamur, cuius in habitu caelesti, haec esse completa non dubitamus, quem & imitari oporteat nos, ut simus regale sacerdotium, & gens sancta. Foeminalia linea sacerdotis magni, decus significat incarnationis sanctae Christi filij Dei, qua praeparata est natura nostra ignobilis, & plaga peccati originalis folijs ficus in Adam infeliciter connecta, in ipso exclusa est. Non enim de ulcero libidine, ut nos, ita & ille conceptus est, sed de munda, & simplici uirgine. Byssum retorta, id est, candidi & incoquinati corporis decorem induit & fortitudinem. Vnde & corporis sui (quod est Ecclesia) uerecundiam, scilicet originale peccatum, operuit. De hoc uestimento eius Ioanes in Apocalypsi scribit: Et habet in uestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum, & dominus dominatum. Tunica deinde linea stricta, id est, subucula, quam uulgo camisiam uocant, noua est eiusdem caelestis hominis uita, quia uidelicet sicut nouo haec inusitato ordine conceptus, & natus, sic noua, & ueteri uitae contraria pulchritudine inter homines conuersatus est. Baltheus circa renes, fortitudo diuinitatis est, per quam commoueri non potuit. Vnde & in Psalmo, quum dixisset: Insuper & usque ad noctem increperunt me renes mei, continuo subiunxit: Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear. Etenim sic ille cognouit figmentum nostrum, & ita usque ad noctem, id est, usque ad mortis tribulationem sui renes increperunt eum, ut experimento sciret id quod nullo unquam passibili modo titilatus est, non ex ipsa carnis natura, sed ex diuinitate esse, quae a dextris erat. Vnde uerissime Apostolus dicit: Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, quoties tentamur a renibus nostris, quia sic alijs infirmitatibus tentatus est, sic & tentatione peccati tentatus fuisset, si non esset Deus, quod non sumus nos. Tunica hyacinthina cum tintinnabulis,

tintinnabulis, & malis punicis, uita uel conuersatio gloriosa est eiusdem pontificis nostri domini Iesu Christi a baptismo Ioannis. Extunc enim tintinnabulis coepit persistere, id est, aperta & publica praedicatione personare, malis punicis intermicantibus, id est, miraculorum operibus per singula penes uerba concurrentibus. Ipse color tunicae hyacinthinae, caelestem eorundem operum eius exprimit dignitatem. Vnde & dicitur in Cantico: Manus eius tornatiles, aureae plenae hyacinthinis. Illic in manibus, hic in uestitu, secundum hyacinthi colorem aereum eius (ut dictum est) opera designantur, qui non de terra est, neque de terra loquitur, sed de caelo uenit, & super omnes est. Et bene per tunicae circuitum deorsum ad pedes mala rubent, & tintinnabula concrepant in ingressu sanctuarij, quia uidelicet maxime in fine uitae mortalis operosa claruit dilectio, uel doctrina redemptoris. Quum enim (inquit Euangelista) dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem quoque dilexit eos. Tintinnabula, id est, dilectionis praecipua, quibus in illa cena personauit, totus mundus audiuit, & mala rubentia, scilicet uitae aeternae fructum, de illo ingressu eius in caeleste sanctuarium, totus orbis consecutus est. Superhumeralis huius pontificis, obedientia charitatis est, qua idem Christus filius Dei portandis, imo tollendis peccatis nostris humeros suos supposuit, & cum illis in crucem ascendit. Nam dominus (inquit Propheta) posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Et bene ex quatuor coloribus supradictis, qui quatuor respondent elementis mundi, auro quoque intextum superhumeralis fieri debuit, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi, non coacta, sed spontanea charitate, quae coeteris uirtutibus ita praeminet, ut coeteris metallis aurum praepollet. Duae orae iunctae, & in singulis humerum singuli lapides, onychini hominibus duodecim filiorum Israel inscripti, duo sunt populi, temporibus quidem distincti, sed causa uel sacramento coniuncti, quorum Christus peccata in corpore suo pertulit. Neuter quippe aliter, nisi per Christi gratiam saluari potuit, & uterque uno, eodemque peccatorum portatore Christo indiguit. Et recte lapides onychini, quae species gemmae siue lapidis colorem habet unguis humani. Vnde & uocabulum sortitum est (Graeci namque unguem onychen dicunt) recte (inquam) quia pro hominibus Deus homo factus, peccatorum superhumerali oneratus est. Lapidibus eiusmodi nominibus filiorum Israel, id est, electorum omnium inscripti sunt: Ipse enim cunctos nouit ex nomine, quorum super se peccata tulit. Vnde & appropinquans articulo passionis, Ego (inquit) scio quos elegerim: Iuxta ordinem (inquit) natiuitatis eorum sculpsit eos. Ergo cuncti maiores in uno, cuncti minores natu scripti sunt in lapide altero. Maiores filij Israel sunt, qui ante minores, qui post aduentum humerosi huius portatoris peccatorum conscripti sunt. Maiores (inquam) qui ex Iudaeis, minores qui ex gentibus sunt. Nam de illo populo loquitur Deus ad Pharaonem. Filius meus primogenitus Israel. Rationale igitur iungitur superhumerali, quia misericordia & ueritas obuauerunt sibi. Misericordia in superhumerali, ueritas intelligitur in rationali. Vnde & dicitur rationale iudicij, doctrina quoque, & ueritas inscribitur illi. Qui enim in misericordia redemit, idem ipse in ueritate iudicabit. Vnde non uno, aut duobus lapidibus onychinis in rationali, sicut & in superhumerali cuncta filiorum Israel nomina, sed singulis lapidibus singula inscripta sunt. Nam una quidem gratia cunctos Christus redemit, & cunctorum super humeros suos peccata tulit, sed in iudicio reddet unicuique secundum opera sua. Et electorum quoque non omnium eadem erunt praemia, sed pro diuersis differentia meritis. Multae enim sunt (inquit) mansiones in domo patris mei. Multitudinem mansionum caelestium, multiplex & distinctus designat ordo lapidum preciosorum. Etenim apud Ezechielem contra principem Tyri noui ordines angelorum, per nouem designantur nomina lapidum. Notandum, quod in superhumerali non solum catenulae, sed & uncini sunt, qui rationale iudicij constringant, quia uidelicet in misericordia redemptorum nostrae spei anchorae sunt, ut semper misericordia superexaltet iudicium. Hoc in pectore suo portat pontifex, nam in praesentia sua scriptos habet omnes, omniumque condignas meritis ab origine mundi parauit mansiones. Cydaris quoque super caput pontifex accipit, ne Cherintus, uel Arrius, seu quilibet alius haereticus, Iesu Christi filij Dei caput, id est, initium se uidisse arbitretur. Non enim sicut nos, ita & ille a carne existendi initium habuit, iuxta blasphemiam Cherinti, qui illum autem Mariam extitisse negauit, sed diuinum caput, quod erat in principio, & ante saecula, ibi abscondit. Cydaris ergo caput tegit pontificis, quia uidelicet incomprehensibilis est antiquitas, uel origo diuinitatis Christi. Lamina aurea fronti imminens, corona est gloriae, & honoris in capite redemptoris. Gloria (inquit) & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Apostolus, quum dixisset: Christus factus est pro nobis obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis, continuo subiunxit: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Huius rei mysterium scilicet nominis, quod est super omne nomen, in eo est, quod laminae sancti domini insculptum est, id est, nomen domini tetragrammaton, quod ineffabile dicunt. Scribitur enim quatuor literis, Iod, He, Vau, He, quae in syllabam aut uocem articulatam comprehendere nequeunt. Arcanum scripturae haecenus latet, nisi quia ex interpretatione elementorum colligi potest,

yy quod

Tintinnabulum, aperta, & publica praedicatione, dilectionis praecipua. Mala punicis, miraculorum opera. Cantico. 5. d. Ioan. 3. d. Ioan. 13. d. Tintinnabula, dilectionis praecipua. Esa. 53. b.

1. Ioan. 4.

Ioan. 13. b.

Exo. 4. f.

Psal. 84. b.

Superhumeralis,

misericordia.

Rationale, ueritas.

Ioan. 14. d.

Ezech. 28.

Cydaris, incomprehensibilis diuinitas.

Lamina aurea,

corona gloriae.

Psal. 8. b.

Philip. 2. d.

quod euangelicam fidem non minime delectat. Interpretatur enim Iod, principium, He, iste, Vau, & He, iste. Estque continuus literarum sensus, principium iste, & iste, Hoc (inquam) iure nos delectet, quia principium iste pater, & principium iste filius est. Patrem esse principium uidens ultrò cōsentit, Principium se quoque esse filium defendit, qui interrogantibus Iudæis, Tu quis es, Principium, ait, qui & loquor uobis. Hoc nomen profectò super omne nomen est, qui super principium nihil esse potest. Igitur octauum pontificis decus est, aurea lamina est, insculptum habens ineffabile nomen, quod dicitur sanctum domini, quia uidelicet Christo pontifici propter passionem mortis, octaua sua, id est, resurrectionis gloria coronato, nomen quod est super omne nomen pater donauit, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Via quid mysticè significet.

Cap. VII.

Gregorius. Iob 21. b. Via Dei, pax, humilitas, patientia.

Via quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, libro Moral. 15. cap. 20. exponens illud Iob, Scientiam uiarum tuarum nolumus: Via (inquit) Dei pax, uia Dei humilitas, uia Dei patientia est. Sed quia hæc omnia iniqui despiciunt, dicunt: Scientiam uiarum tuarum nolumus. Dum enim in præsentis uitæ superbunt, dum honoribus inflantur, dum etiam si non habent, appetunt, uias Dei in sua cogitatione cōtemnunt. Quia enim uia Dei in hac uita humilitas fuit, ipse hic Deus redemptor noster ad probra, ad contumelias, ad passionem uenit, & aduersa huius mundi æquanimitè pertulit, prospera fortiter uitauit, ut & prospera doceret æternæ uitæ appeti, & aduersa præsentis uitæ non formidari. Sed quia iniqui gloriam uitæ præsentis appetunt, ignominiam fugiunt, dicere memorantur, Scientiam uiarum &c. Scire quippe nolunt, quod facere contemunt. De uis rursus scriptum est: Oculi enim eius sunt in uis illius. Vias enim suas (inquit diuus Gregorius) peccator intuetur: quia sola cogitare, sola cernere nititur, quæ sibi ad commodum temporale suffragentur. Hinc etenim Paulus dicit: Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Via namque elati, superbia: uia raptoris, auaritia: uia est lubrici, concupiscentia carnalis. In uis ergo suis iniquis quisque oculos deprimit: quia solis uisus, ut per hæc animo satisfaciatur, intendit. Vnde per Salomonem dicitur: Oculi stultorum in finibus terræ, quia hoc solū tota cordis intentione conspiciunt, per quod ad finem terreni desiderij perducantur. Nequaquam uero suæ cōsiderationis obtutū in terra peccator figeret, si ad sancta sui redemptoris itinera mentis oculos leuaret. Vnde per Salomonem rursus dicitur: Oculi sapientis in capite eius: quia uidelicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat. Has namque humanæ conuersationis uias uidere contempserat, qui dicebat, In mandatis tuis exercebor, & considerabo uias tuas. Ac si aperte spondeat, dicens: Quæ mea sunt, iam uidere refugio: quia per imitationis tuæ uiam, pergere conuersionis gressibus inardesco. Qui enim præsentis iam mundo contradicit, amoris exercitatione continua, redemptoris sui uias cordis oculis obijcit, ut mens prospera fugiat, ad aduersa præparetur, nihil quod demulcet, appetat, nihil quod deterrere creditur, pertimescat, mœrorem gaudium deputet, præsentis uitæ gaudia, dāna mœroris putet, abiectionis detrimenta non timeat, sed per hæc manentis gloriæ locum quærat. Has etenim uias sequentium monstrabat oculis ueritas, quum dicebat: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Ad has uias tumētia discipulorum corda reuocabat, quum locum iam gloriæ quærerēt, sed eiusdem gloriæ iter ignorarēt, dicens: Potestis bibere calicem, quæ ego bibiturus sum? Confessionis quippe illius celsitudinē à dextris, sinistrisque quæsierāt, sed quanta ad hanc esset itæris angustia, non uidebant. Vnde & eorum mox oculis imitandus passionis calix obijcitur, ut uidelicet si ad sublimitatis gaudia tenderent, prius uiam humilitatis inuenirent. Quia igitur considerare peccator uias Dei negligit, sed solis in quibus carnaliter delectetur, intendit, rectè nunc dicitur: Oculi enim eius sunt in uis illius. Vix quoque actiones designant, ut habes in dictione, Gressus. Et lib. Moral. 26. cap. 8. exponēs illud Sapientiæ, In uis ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit illis. Vix quippe ad creatorem sunt, opera considerata creatoris. Quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. In istis uis à sapientia omni nobis prouidentia occurrit: quia factoris nobis uirtus inquirēda proponitur in omne quod mirabiliter factum uidetur: & quocumque se uerterit anima, si uigilanter intendit, in ipsidem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit, eiusque potentiam ex eorum rursus cōsideratione cognoscit, quorum amore desecuit: & per quæ peruersè cecidit, per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimus, ut resurgamus, & quasi ibi surgendo manū cōsiderationis figimus, ubi pede amoris lubrici corruentes, negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per uisibilia cecidimus, dignū est, ut ad inuisibilia ipsis rursus uisibilibus inuitemur: ut quo casu anima uenit ad infima, eo gradu reuertatur ad summa: atque eisdem quibus corruit passibus, surgat, dum (sicut dictum est) illa nos ad Deum bene considerata reuocant, quæ nos ab eo malè electa diuiserunt. Et Cassiodorus, exponēs illud

Iob 24. d. Lib. Moral. 17. cap. 4. Philip. 2. c.

Prouerb. 17. d.

Eccis 2. b.

Psal. 118. k.

Idem. 12. d. Matth. 20. c.

Via, actiones, opera. Sap. 6. c. Via, opera.

Cassiodorus.

illud Psalmistæ, Vniuersæ uia domini misericordia, & ueritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius: Dum sint incomprehensibiles uia domini, aptissime eas sub breuitate colligit. Quis enim opera eius enarrare sufficeret, quanta potentia cœlestia, terrenaque moderetur? Sed quum illa non potuissent enumerari, sufficienter cōprehensum est, Vniuersæ uia domini misericordia, & ueritas. Misericordia: quia præuenit cuncta bonitate. Veritas: quia omnia sub integritate dijudicat. Sed ne hoc putares communiter conferendum, sequitur quibus possint talia cōuenire: scilicet requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Quando singulari numero dicitur testamentum, aut uetus significatur, aut nouum. Hic ergo testamentum, nouum debemus accipere: testimonia uero præcedentium dicta prophetarum. Testes enim fuerunt sacrarum promissionum, quas dominus aduentus sui manifestatione compleuit. Et diuus Augustinus: Vniuersæ uia &c. Docebit mansuetos uias suas. Quas autem uias docebit eos, nisi misericordiam, qua placabilis est, & ueritatem, qua incorruptus est? Quorum unum præbuit donando peccata, alterum merita dijudicando. Et ideo uniuersæ uia domini, duo aduentus filij Dei, unus miserantis, alter iudicantis. Peruenit ergo ad eum tenens uias eius, qui nullis meritis suis se liberatum uidēs, deponit superbiam, & deinceps cauet examinantis seueritatem, qui clementiam subuenientis expertus est. Requirentibus &c. Intelligunt enim dominum misericordem primo aduentu, & secundo iudicem, qui mites & mansueti requirunt testamentum eius, quum sanguine suo nos in nouam uitam redemit, & in prophetis, atque euangelistis testimonia eius. Et diuus Thomas: Quolibet in opere Dei misericordiam, hoc est, defectus remotionem, & ueritatem inueniri, necesse est. Siquidem nihil Deus facere potest, quod suæ non congruat sapientiæ, atque bonitati, quo pacto debitum Deo quippiam dicitur. Præterea quicquid rebus à se conditis præbet, cōuenienti ordine, ac proportione, in quo eius consistit iustitia, dilargitur, atque distribuit. Sed opus diuinæ iustitiæ, eius misericordiam præsupponit, & in ea fundatur, ut prima eius radix. Nam quicquid creaturæ tribuitur, ex illius duntaxat bonitate proficiscitur. Et sic in quolibet Dei opere & iustitia & misericordia reperitur. Verum nonnulla opera diuinæ tribuuntur iustitiæ, quædam uero misericordiae, quod in nonnullis eius magis apparet iustitia, uel misericordia. Siquidem in impiorum dānatione eius magis conspicitur iustitia, quam misericordia, quoniam illius misericordia eorum poenam non penitus relaxat, quanquam aliquo pacto alleuiat, dum illos punit citra indignum Deum. E diuerso autem in impiorum iustificatione diuina magis conspicitur misericordia, quæ illorum culpas remittit, non tamen citra iustitiam. Nam ob dilectionem, quam tamen illis sua misericordia dilargitur, peccata condonat, dicente ipso domino: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Origenes autē, homilia tertia, super Exodum, exponens illud Exodi, Viam trium dierum ibimus in eremo, & ibi immolabimus domino Deo nostro: Quæ est (inquit) uia trium dierum, quæ nobis incedenda est, ut exētes ex Aegypto peruenire possimus ad locum, in quo immolare debeamus? Ego uiam illum intelligo, qui dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Hæc uia triduo nobis incedenda est. Qui enim confessus fuerit in ore suo dominum Iesum, & crediderit in corde suo, quod Deus suscitauit illum à mortuis tertia die, saluus erit. Hæc ergo est tridui uia, per quam peruenitur in locum, in quo domino immoletur, & reddatur sacrificium laudis. Hæc quantum ad mysticum pertinet intellectu. Si uero etiam moralē, qui nobis perutilis est, requirimus locū, iter tridui de Aegypto proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animæ, & corporis, ac spiritus conferuemus, ut quemadmodum dicit Apostolus, Integer spiritus noster, & anima, & corpus in die Iesu Christi seruet. Tridui iter proficiscimur de Aegypto, si rationalem, naturalem, moralē sapientiam de rebus mundialibus auferentes, ad statuta diuina cōuertimus. Tridui iter de Aegypto proficiscimur, si purificauerimus in nobis dicta, facta, uel cogitata. Tria sunt enim hæc per quæ peccare hoies possunt. Efficiamur mundi corde, ut possimus Deum uidere. Vis autem uidere, quod huiusmodi sunt, quæ in scripturis indicat spiritus sanctus? Pharao hic, qui est princeps Aegypti, ubi se uidet uehementius perurgeri, ut dimittat populum Dei, secundo loco hoc cupit impetrare, ne longius abeat, ne totum triduum proficiscatur, & dicit: Non longè abeat. Non uult longè à se fieri populum Dei, uult eum si non in facto, uel in sermone peccare, si non in sermone, uel in cogitatione delinquere. Non uult ut totum à se triduum proficiscantur. Vult in nobis uel unum diem suū habere, in alijs duos, in alijs totum triduum ipse possidet. Sed illi beati qui integrum ab eo triduum secedunt, & nullam in eis suam possident diem. Et homil. 6. super Exodum: Audi prophetam quid dicat: Resuscitabit nos Deus post biduum, & in die tertia resurgemus, & uiuemus in conspectu eius. Prima dies nobis passio saluatoris est, & secunda qua descendit in infernum, tertia autem resurrectionis est dies. Hoc ergo erat triduum ad quod festinabat Moyses, & contradicebat Pharao.

Quid uinea, uinumque mysticè significet.

Cap. VIII.

Vinea scripturæ sacræ latitudinē signat, & uniuersam Ecclesiam, ut inquit diuus Gregorius, libro Moral. 16. cap. 23, exponens illud Iob, Vineam eius, quem ui opprefferant, uindemiāt: YY ij Vineæ

Psal. 24. b. Testimonia, præcedentium dicta prophetarum. Augustinus. Psal. 24. b.

Thomas 1. par. 2. 2. art. 4.

Luc. 7. a. Origenes. Exod. 3. f. 8. g. Ioh. 14. a. 1. Ioh. 5. a.

2. Cor. 7. a. 1. The. 5. d.

Offe. 6. d.

Gregorius. Iob 24. b.

*Vinea, scriptura
ra sacra.*
Botrus, uirtus.
Esa. 43. d.
Cant. 8. d.
Gregorius.
Esa. 5. b.
Psal. 2. d.
Cant. 8. d.
*Botrus, Christi
stus.*
Psal. 131. b.
Rom. 9. a.
*Argentus, ter
rena substantia.*
A. 3. a.
*Millenarius nu
merus, perfe
ctio rei desi
gnat.*
A. 4. g.
Matth. 21. f.
Cant. 8. d.
Bernardus.
Cant. 1. b.
Esa. 5. b.
A. 4. f.
Matth. 21. f.
Psal. 79. b.
1. Cor. 3. b.
Ioan. 15. a.
Psal. 103. b.
Esa. 60. c.

Vinea (inquit) appellatione scriptura sacra exprimitur, quia per ueritatis sententias botros uirtutum profert. Cuius uineae dominum, id est, scripturae sacrae conditorem, quasi ui opprimunt, quia eius sensum in uerbis sacri eloquii inflectere uolenter conatur, qui dicit: Seruire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et eandem uineam uindemiant, qui ex ea sententiarum botros, pro suae intelligentiae intentione coarceruat. Potest agri uel uineae nomine, uniuersa Ecclesia designari, quam peruersi praedicatores demetunt, & autorem eius in membris suis opprimendo, uindemiant: quia creatoris nostri gratiam persequentes, dum quosdam de illa, qui recti uidebantur, rapiunt: quid aliud, quam spicas, uel botros animarum tollunt. Et in libro Canticum scriptum est: Vinea fuit pacifico in ea quae habet populos &c. Quae uerba diuus enarrans Gregorius, hoc pacto scribit: Ipse uero pacificus noster esse dicitur, quia per ipsum Deo omne genus humanum reconciliatum est. Huic pacifico uinea fuit, quia in labore praceptorum carnalium synagogam plantauit, de qua dicitur, Vinea domini sabaoth domus Israel est. Quae uinea in ea quae habet populos extitit, quia in lege posita est, quae multos populos ad se collegit. De quibus populis dicitur: Populi meditati sunt inania. Hac uinea custodibus tradidit, quia synagogam Moyse, & ceteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur: Vir affert pro fructu eius mille argenteos. Haec uinea fructum protulit, quia ex synagoga botrus ille magnus, qui de terra promissionis allatus est, Christus uidelicet Iesus, per humanitatem processit. De quo fructu pater ad Dauid ait: De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Vnde & Apostolus scribit: Quorum patres sunt, & ex quibus Christus. Per argenteos uero in hoc loco omnem terrenam substantiam intelligimus, de qua Petrus eleemosynam petenti claudo dicebat: Argentum, & aurum non est mihi. Pro fructu ergo uineae uir mille argenteos affert, quia quisquis uiriliter in fide, quam suscepit, se habet, libenter mentem, & perfecte omnia terrena dimittit, ut Christum ueraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus, ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demonstratur. Hos argenteos in primitiua Ecclesia illi ferebant, de quibus in actibus Apostolorum scriptum est: Quotquot autem possessores agrorum, aut domorum erant, uendebant, & afferentes, ponebant ad pedes Apostolorum precia eorum quae uendebant. Isti congregati aliam uineam, uidelicet sanctam Ecclesiam ex seipsis construxerunt, & ut boni agricolae, sanguine suo propagauerunt, & praedicationibus usque ad fines terrae dilatauerunt, ut iam mundum penes uniuersum impleat, & fructum gratiae locata agricolis suis temporibus reddat. Vnde in Euangelio dicitur: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. De qua uinea iam bonis locata ipse pacificus dicit: Vinea mea coram me est. Coram ipso uinea sua existit, quia perditis malis agricolis, sanctam Ecclesiam per bonos doctores respectu benigno erudit. Et diuus Bernardus sermone 30. in Cantica, exponens illud Canticum, Posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Si spirituali (inquit) sensu uineas Ecclesias, id est, fideles interpretemur populos, iuxta prophetam sensum, dicitur: Vinea domini sabaoth domus Israel est, incipiet fortassis elucere nobis, quomodo sponsa minime indignum sit, fieri custodem in uineis. Puto quidem, quod & non parua insuper & in hoc ipso apparebit praerogativa, si quis diligentius curet aduertere, quantum ubique per orbem in huiusmodi uineas dilatauerit terminos suos a die illa, qua Hierosolymis a filiis matris suae expugnata est, & exturbata una cum prima illa sua nouella plantatione, multitudinem dico credentium, quorum legitur fuisse cor unum, & anima una. Et ipsa est, quam modo fatetur se minime custodisse, sed non ad insipientiam sibi. Neque enim ita inde euulsa in persecutione fuit, ut non alibi plantaretur, atque alijs locaretur agricolis, qui reddant fructus eius temporibus suis. Non prorsus non perijt, sed migravit etiam, creuit, & dilatata est, tanquam cui benedixit dominus. Denique leua oculos tuos, & uide, si non operuit montes umbra eius, & arbuta eius cedros Dei. Si non extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines eius. Nec mirum: Dei enim aedificatio est, Dei agricultura est. Ipse foecundat, ipse propagat, ipse putat, & purgat eam, ut fructum plus afferat. Quando nempe sua destituerat cura, uel opera, quam plantauit dextera eius? Non plane habenda neglectui, in qua Apostoli, palmites, dominus, uitis, & pater eius, agricola est. In fide plantata, in charitate mittit radices, defossa sarculo disciplinae, stercorata poenitentium lachrymis, rigata praedicatorum uerbis, & sic sane exuberans uino, in quo est laetitia, sed non luxuria, uino totius suauitatis, nullius libidinis. Hoc certe uinum laetificat cor hominis, hoc constat, & angelos uiuere cum laetitia. Ergo ex illa una uinea, quam saepe persecutionis uisa est deleuisse tempestas, quantae in uniuersa terra propagatae reflexerunt. Et in his omnibus custos posita sponsa est, ut non contristetur, quod primam uineam non custodiuit. Et infra: Quid adhuc unius uineae plangis damnum, quod tanto tibi foenore compesatum est? Pro eo quod fuisti derelicta, & odio habita, & non fuit qui per te transiret, ponam te (inquit) in superbia saeculorum, gaudium in generatione, & generationem, & suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, & scies, quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Tali itaque modo dicit se sponsa positam custodem in uineis, & quia uineam suam non custodiuit.

Vineas

Vineas quoque animas interpretor, fidem uitem, uirtutes palmites, botrum opus, deuotionem uinum. Siquidem nec palmes absque uite, nec uirtus sine fide aliquid est. Sine fide enim impossibile est placere Deo, fortasse & displicere necesse erit. Denique, omne quod non est ex fide, peccatum est. Et sermone sexagesimo tertio, exponens illud Canticum, Capite nobis uulpes paruulas, quae demoliuntur uineas: Nam uinea nostra floruit: Viro (inquit) sapienti sua uita, uinea est, sua conscientia. Nil quippe incultum, desertum uel in se sapiens derelinquet. Et infra: Soli (inquit) conuenit sapienti habere, uel potius esse uineam, qui uitam habet. Bona uinea iustus, cui uirtus uitis, cui actio palmes, cui uinum testimonium conscientiae, cui lingua torcular expressionis. Denique gloria nostra haec est (inquit) testimonium conscientiae nostrae. Vides apud sapientem uacare nihil? Sermo, cogitatio, conuersatio, & si quid aliud est, ex eo quid, nisi torum Dei agricultura, Dei aedificatio est, & uinea domini sabaoth? Quid denique illi de se perire possit, quando & folium eius non defluet? Ceterum tali uineae nunquam infestationes, nunquam insidiae deerunt. Nempe ubi multae opes, multi sunt & qui comedunt eas. Sapiens erit sollicitus seruare uineam suam, non minus quam excolere: nec sinet eam uorari a uulpibus. Pessima uulpis occultus detractor, sed non minus nequam adulator blandus. Cauebit sapiens ab his. Dabit operam sane quod in ipso est, capere illos qui talia agunt: sed capere beneficis, atque obsequijs, monitisque salutaribus, & orationibus pro his ad Deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis cogere super caput maledici: & item super adulatoris, quousque (si fieri potest) & illi inuidiam, & isti simulationem de corde tollat, faciens mandatum sponsi, dicens: Capite nobis uulpes paruulas, quae demoliuntur uineas.

Vinum quid mystice significet, require in dictione, Calix, & in dictione, Hydria. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Potasti nos uino compunctionis: Vino (inquit) comparata est uirtus, quae in bonum propositum studium nostrae uoluntatis immutat, & facit recta sapere, postquam se inde meruerint homines diuina largitate complere. Contra hoc humanum poculum sanitatem mentis excutiens, intromittit uerba uanitatis. Sed potus ille non oris, sed mentis est, nec humana industria preparatur, sed diuina inspiratione conceditur, sicut superius dictum est: Et poculum tuum inebrians, quam praeclarum est. Nam quid sit istud poculum, pulchre, breuiterque definitum est, id est, uinum, in quo non est ultiorum copia, sed compunctionis ubertas. Et exponens illud Psalmistae, Et uinum laetificat cor hominis: Vinum (inquit) laetificat cor hominis, quum sacramentum fuerit in sanguinem domini Iesu Christi. Hinc nos inebriari licet, sicut dictum est, Et poculum tuum inebrians, quam praeclarum est. Ipsum est enim reuera merum quod laetificat mentem, non ad quod reatum, uitiaque perducit. Ebrietas sobria, satietas felix, quae merito laetificare dicitur, quia nihil ibi culpabile reperitur. Et diuus Hieronymus, exponens illud Prouerbiorum, Date siceram in ceteris, & uinum his qui amaro sunt animo: Siceram (inquit) & uinum hoc loco supernam diuinam sapientiae consolationem dicit, quae illis est exhibenda cordibus, quae in infimis consolari refugiunt, & quicquid occurrit in praesenti, amaro suscipiunt animo: solis quae nondum uident gaudijs coelestibus, tota mente inhaerentes, iuxta eum qui dicit: Negauit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum. Item, Date siceram in ceteris, & uinum bibere his qui amaro sunt animo. His qui pro poenitudine actuum pristinum moerore, atque tristitia deprimuntur, spiritualis scientiae uelut uinum, quod laetificat cor hominis, affluenter infundite, eosque salutaris uerbi crapula refouete: ne forte iugitate moeroris de tali desperatione demersi, abundantiore tristitia absorbeantur qui eiusmodi sunt. De uino quoque regre in dictione, Guttur, & in dictione, Vbera, &, Fauus, & Mel, & in dictione, Mustum, & malogranatum.

Quid uipera, uirga, mystice significant.

Cap. IX.

Vipera quid mystice signet, diuus insinuat Gregorius, libro Moralium decimo quinto, capite septimo, exponens illud Iob, Caput aspidum suget, & occidet eum lingua uiperarum: Aspides (inquit) paruus est serpens, uipera uero prolixioris est corporis: & aspides oua gignunt, atque ex ouis eorum filij procreantur: uiperarum autem, quum conceperint, filij earum in uentre saeuunt, qui ruptis lateribus matrum, ex earum uentribus procedunt. Vnde & uipera, eo quod ui pariat, nominatur. Vipera itaque sic nascitur, ut uolenter exeat, & cum matris suae extinctione producat. Quid ergo per aspides paruos, nisi latentes suggestiones immundorum spirituum figurantur, qui cordibus hominum parua prius persuasionibus surrepunt? Quid uero per linguam uiperarum, nisi uiolenta diaboli tentatio designatur? Prius enim leniter surrepit, postmodum uero etiam uolenter trahit. Caput itaque aspidum fugit: quia initium suggestionis occultae paruorum prius in corde nascitur, sed occidit eum lingua uiperarum: quia postmodum capta mens ueneno uolentiae tentationis necatur. Primum subtilibus consilijs, ad cor hominis immundi spiritus loquuntur, qui dum leniter persuadent, quasi uenenum aspidum fundunt. Vnde scriptum est: Oua aspidum ruperunt, & telas araneae texerunt. Qui

Vinu, deuotio.
Vinea, anima.
Vitis, fides.
Palmites, uirtutes.
Botrus, opus.
Heb. 11. a.
Rom. 14. d.
Cant. 2. d.
Vinea, uita.
Mes, conscientia.
Vinea, sapiens, iustus.
Vitis, uirtus.
Palmes, actio.
Vini, testimonium conscientiae.
2. Cor. 1. c.
Torcular, lingua.
Eccles. 5. c.
Vulpis, detractor, adulator.
Rom. 12. d.
Cant. 2. d.
Psal. 59. a.
Vinum, uirtus.
Psal. 22. a.
Psal. 103. b.
Psal. 22. a.
Prouerb. 31. a.
Psal. 76. a.
Prouerb. 31. a.
Gregorius.
Iob 20. c.
Aspides, latentes demonum suggestiones.
Vipera, uiolenta demonis tentatio.
Esa. 59. a.

yy iij runt. Qui

runt. Qui comederit de ouis eorum, morietur, & quod confotum est, erumpet in regulum. Et infra, cap. 8. Sed fortasse hæc ipsa intelligere etiam per contrariam interpretationem ualemus. Nam quia ueneno suo aspis concitè, uiperæ autem tardius occidit, per aspidè uiolenta & subita, per uiperam uerò lenis, & diuturna tētatio designatur. Vnde & illi mors in suctione capitis, uiperæ autem in lingua esse perhibetur: quia repētina tentatio sæpe inopinatā mentē mox ut fugit, interficit: longa uerò tentatio, quia praua diūtius persuadēdo suggerit, uelut ex lingua uiperæ occidit.

Virga quid mysticè significet, require in dictione, Baculus, & in dictione, Flos, & in dictione, Radix. Scribit autem diuus Gregorius libro Moral. 14. cap. 29. exponens illud Numeri, Et loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere &c. Quum Aaron sacerdotium, qui de tribu Leui fuerat, despiceret, nec digna tribus, quæ offerret holocausta, crederetur, duodecim uirgæ, iuxta duodecim tribus, in tabernaculo poni præceptæ sunt, & ecce uirga Leui uiruit, & quicquid uirtutis in munere Aaron haberet, ostendit. Quo uidelicet signo quid innuitur, nisi quod omnes qui usq; ad finem mundi iacemus in morte, quasi uirgæ reliquæ in ariditate remanemus? Sed cunctis uirgæ in ariditate remanētibus, uirga Leui ad florem redijt, quia corpus domini, ueri scilicet sacerdotis nostri in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore Aaron rectè sacerdos esse cognoscitur, quia hac resurrectionis gloria redemptor noster, qui de tribu Iuda, ac Leui ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo iam uirga Aaron post ariditatem floret, sed uirgæ duodecim tribuum in ariditate remanent, quia iam quidem corpus domini post mortem uiuit, sed nostra adhuc corpora usq; ad finem mundi à resurrectionis gloria differuntur. Vnde cautè hanc eandem dilationem Iob intulit, dicens: Et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et Rupertus de uirgine exponit, citans illud Esaia, Et egreditur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet &c. Quid (inquit) uirga illa, quæ neq; plātata, neq; rigata germinat, floretq; & fructum facit, nisi uirgo regia Dauidicæ stirpis, quæ iuxta fidem Euangelij, sine uirili femine Christum nobis protulit uerum florem, uerumq; decus generis humani, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis? In illa uirga speciosæ nouitatis uetus Eux genus reuirit, in illo flore, quem peperit, carnis nostræ sylua reffloruit, in illa nuce quassa, uel fracta per lignū crucis, anima nostra nucleum uitæ inuenit: anima (inquam) nostra esuriēs inde refecta est, uitamq; recepit. Et illa quidem uirga tunc litem dirimit, querimoniasq; filiorum Israël remouit, qui contra Moysen murmurabant, & Aaron, tanquam ille sacerdotiū traxisset magis fraterno amore, quam arbitrio cœlesti. Hæc autem uirga regia, hæc flos uirginitatis, hic fructus uirginei uētris Iudaicam superbiam compescuit, percussa gente, deiecta gloria templi manufacti, palamq; fecit, quia nō carnale, sed spirituale sacerdotium deo curæ est, quia solus Christus sacerdos in æternum est, non solum taurorum, aut hircorum cædes, sed secundum ordinem Melchisedech. Et diuus Bernardus homilia secūda, super, Missus est: Quid (rogo) uirga Aaron florida, nec humectata, nisi ipsam concipientem, quamuis uirum non cognoscentem? Huius magni miraculi maius mysterium Esaia edisserit, dicens: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, uirgam uirginem, florem uirginis partum intelligens. Sed tibi quod nunc in flore Christus intelligi dicitur, superiori uidetur aduersari sententiæ, qua nō uirgæ flore, sed floris fructu designari dicebatur. Noueris in eadem Aaronica uirga, quæ non solum floruit, sed & fronduit, & fructum emisit, non solum flore uel fructu, sed ipsis etiam frondibus eundem significari. Noueris & apud Moysen, nec fructu uirgæ, nec flore, sed ipsa uirga demonstrari. Illa utiq; uirga, qua feriente, aqua uel diuiditur transiuris, uel de petra excutitur bibituris. Nullū autem inconueniens est diuersis rebus, diuersis ex causis Christum figurari: & in uirga quidem potentiam, in flore uero fragrantiam, in fructu autem saporis dulcedinem, in frōdibus quoq; sedulam eius intelligi protectionem, qua uidelicet paruulos ad se confugientes sub umbra alarum suarum protegere non desinit, siue ab æstu carnalium desideriorum, siue à facie impiorum, qui eos afflixerūt. Bona, & desiderabilis umbra, sub alis Iesu, ubi tutum est refugium fugientibus, gratum fessis refrigerium. Miserere mei domine Iesu, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo, donec trāseat iniquitas. In hoc tamen Esaia testimonio, florem filium, uirgam intellige matrem, quoniam & uirga floruit absq; germine, & uirgo concepit non ex homine. Nec uirgæ uirorem floris læsit emissio, nec uirginis pudorem sacri partus æditio.

Quid uitta, uitis, uitrum, & uitulus, & ulmus, & umbilicus, & umbra mysticè significant. Cap. X.

Quid uitta mysticè significet, require in dictione, Labia.

Vitis quid mysticè significet, require in dictione, Vineæ, & in dictione, Palmes.

Vitrum

Vitrum quid mysticè designet, diuus ostendit Greg. libro Mor. 18. cap. 30. exponēs illud Iob, Nō adæquabitur ei aurum, uel uitrum: Auri (inquit) metallum nouimus potiori metallis omnibus claritate fulgere: uetri quoq; natura est, ut extrinsecus uisu pura, intrinsecus pspicitate perluceat. In alio metallo quicquid intrinsecus cōtinetur, absconditur: in uitro uero quilibet liquor qualis cōtinetur interius, talis exterius demonstratur, atq; (ut ita dixerim) oīs liquor in uitreo uasculo clausus patet. Quid ergo aliud in auro, uel uitro accipimus, nisi illam supernā patriā, illā beatorum ciuium societatem, quorum corda sibi inuicem & claritate fulgent, & puritate translucent? Quam Ioannes in Apocalypsi conspexerat, quum dicebat: Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa uerò ciuitas aurum mundum, similis uitro mundo. Quia enim sancti omnes summa in ea beatitudinis claritate fulgebunt, instructa auro dicitur. Et quoniam ipsa eorum claritas uicissim sibi in alternis cordibus patet, & quum uniuscuiusq; uultus attenditur, simul & cōscientia penetratur, hoc ipsum aurum uitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe uniuscuiusq; mentē ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abscondet, sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis harmonia, sicq; uniusquisq; tunc erit conspicibilis alteri, sicut nunc esse non potest conspicibilis sibi.

Vitulus populum signat Iudæorum, iuxta illud psalmistæ: Circudederunt me uituli multi, id est, populi Iudæorū, qui ignorato Dei iugo, incōsiderata procacitate lasciuūt, simul petulantes, & fatui, qui gressus suos nulla moderatione distinguūt, sed uagi, & penduli, ad iniqua consilia quibusdam saltibus efferuntur. Et in alio Psalmo, Tunc imponēt super altare tuum uitulos. Vitulos (inquit Cassiodorus) posuit, aut pro innocentibus adultis, quorum ætas prima est, & à iugo peccati ceruix probatur aliena, & ideo in tali uerbo permāsit, ut actum illū præteritæ legis indicaret fuisse rerum imaginem futurarum. Siue illos prædicatores Euangelij promittit, quorū imaginem in uituli figura Lucas Euangelista suscipit, qui non mugitibus aëra uerberarent, sed orbem terrarum dominicæ fidei prædicatione complerent. Siue illos magis uitulos debemus aduertere, qui animas suas in hostiam suauitatis sacris altaribus obtulerunt. Nam & pater Augustinus, quū de figuris illis Euangelicis ageretur, quodam loco ipsum dominum uitulum dicit, qui se hostiam obtulit pro salute cunctorum. Quapropter, siue de adolescentibus, siue de prædicatoribus, siue de martyribus sentiat: tales tamen propheta uitulos altaribus domini potuit promittere, quos Christianæ religioni nouerat conuenire. Et in alio Psalmo scriptum est: Et placebit Deo super uitulum nouellum, carnua producentem, & ungulas. Hic psalmodiæ uirtus exponitur, quia multo acceptior est laus puro corde fusa Deo, quam potest pecudū placere mactatio. Iste enim prioris oblationis mos fuit, ut pro peccatis offerretur nouellus uitulus. Significabat enim hæc uictima innocētis, ac nouæ uitæ munera secutura, quæ defensionē haberet in cornibus: pedū uero munimen in ungulis, per quas sæculi istius aspera, cōuersatiōe sanctissima calcaremus. Cornua producentē. Quod ait, cornua, illud significat, quia Christianorū populus per dies singulos uirtute domini semper augetur.

Vlmus quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, homil. 20. in Euangelia, exponēs illud Esaia, Ponam in deserto abietem, & ulmum, & buxum simul: Quid per abietem (ait) quæ ualde crescendo ad aëris alta sustollitur, nisi hi designati sunt, qui intra sanctam Ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi, iam cœlestia contemplantur? Et quamuis nascendo de terra exierunt, contemplando tamen iam iuxta æthera uerticem mentis extollunt. Et quid per ulmum, nisi sæcularium mentes expressæ sunt? Quæ dum terrenis adhuc curis inseruiunt, nullum uirtutum spiritalium fructum ferunt. Sed si fructum proprium uel non habet, portare tamē uitam cum fructu solet, quia & sæculares uiri intra sanctam Ecclesiam, quamuis spiritalium uirtutum dona non habeant, dū tamē sanctos uiros donis spiritalibus plenos sua largitate sustentant, quid aliud quam uitam cum botris portant? Buxus autē quos alios designat, quæ in altum nō proficit, & quamuis fructum non habeat, uiriditatem tamen habet, nisi eos, qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ex ætatis infirmitate bona opera ferre non ualent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequentes, fidem perpetuæ uiriditatis tenent.

Vmbilicus quid mysticè significet, diuus insinuat Gregorius, exponens illud Canticorū, Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis: Vmbilicus (inquit) sanctorum prædicatorū ordo est, qui bene crater esse dicitur, quia dum per eos populus eruditur, uino spiritali ipsorum officio debriatur. Qui bene tornatilis nūcupatur, qui iuxta mores hominū uniuersos, necesse est, ut lingua prædicatoris uoluatur. Qui poculis nō indiget, quia quod alijs propinat, necesse est, ut abundantius cœteris bibat, & plenius quod dat, contineat. Et Rupertus de uirgine: Vmbilicus &c. Hoc est: O Sunamitis, o filia principis, corde, & corpore casta es, mēte, & carne integra, & incorrupta, cogitatione, & opere mūda. Hoc enim uersiculo appetitus carnalis cogitationis denegatur, qui si inesset, nunquam ueraciter diceretur umbilicus sic præcisus, imò & circūcisus, ut crater tornatilis, neq; adderetur adhuc, nunquam indigens poculis. Quid nam est umbilico non y y iij indigerē

Gregorius. Num. 17. 4.

Iob 19. d. Rupertus. Esa. 11. 4. Col. 2. b.

Bernardus.

Esa. 11. 4.

Exod. 14. Exod. 17.

Psal. 56.

Iob 23. c.

Aurum, cœlestis patria. Vitru, cœlestis patria. Apocal. 21. c.

Psal. 21. c.

Psal. 50. d. Cassiodorus.

Vitulus, innocens, adultus, prædicator, martyr, Christus.

Augustinus.

Psal. 69. g.

Gregorius. Esa. 41. c.

Abies, qui cœlestia cōteplatur.

Vlmus, mens sæcularium.

Buxus, uiriditatem fidei tenēs.

Gregorius. Cant. 7. a.

Vmbilicus, prædicatorū ordo.

Rupertus.

Ambrosius. indigere poculis, nisi non uri, uel sitire per appetitum libidinis: Et Ambrosius in epistola ad Ireneum: Umbilicus animae, ac uenter subtilis est illius, quae ascendit ad Christum, ideoque laudatur uoce spiritus dicentis, Umbilicus tuus &c. Etenim in omni doctrina tornatus, & potus spiritalis non deficiens plenitudine, & coelestium secretorum cognitione.

Gregorius. Umbra quid mystice significet, require in dictione, Obubrare, siue obubratio. Umbra autem mortis quid mystice significet, require in dictione, Mors. Et diuus Gregorius lib. Mor. 4. cap. 9. exponens illud Iob, Obscuret eum tenebrae, & umbra mortis: Per umbram (inquit) mortis obliuio debet intelligi, quia sicut mors interimit uitam, ita obliuio extinguit memoriam. Dicat igitur: Obscurent eum &c. id est, sic eum erroris sui caecitas obruat, ut nequaquam ulterius ad lucem poenitentiae per diuini respectus memoriam resurgat. Require & in dictione, Tenebrae. Et lib. Mor. 4. cap. 20. exponens illud Iob, Et umbra mortis: In scriptura (inquit) sacra umbra mortis aliquando obliuio mentis accipitur, aliquando imitatio diaboli, aliquando mors carnis. Vmbra enim mortis, obliuio mentis accipitur, quia, ut & superius diximus, sicut mors hoc quod interficit, agit ut non sit in uita: ita & obliuio hoc quod intercipit, agit, ut non sit in memoria. Vnde & recte quia Ioannes Hebraeorum populo eum cuius obliuio fuerant Deum praedicare ueniebat, per Zachariam dicitur: Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. In umbra enim mortis sedere, est a diuini amoris noticia in obliuione latefcere. Vmbra mortis imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse enim quia mortem intulit, mors uocatur, Ioane attestante, qui ait: Et nomen illi mors. Per umbram igitur mortis, eius imitatio designat, quia sicut umbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur. Vnde & recte Esaias, quum gentiles populos ab antiqui hostis cerneret imitatione defecisse, eosque ad ueri solis ortum resurgere, quae certo futura considerat, quasi ex praeteritis narrat, dicens: Sedentibus in tenebris, & umbra mortis, lux orta est eis. Vmbra enim mortis, mors carnis accipitur, quia sicut uera mors est, qua anima separatur a Deo: ita umbra mortis est, qua caro separatur ab anima. Vnde recte uoce martyrum per prophetam dicitur: Humillasti nos in loco afflictionis, & operuit nos umbra mortis. Quos enim constat non spiritu, sed sola carne mori, nequaquam se uera morte, sed umbra mortis dicunt operiri. Quid est ergo, quod beatus Iob, ad obscurandum diem prauae delectationis, postulat umbram mortis, nisi quod ad delenda peccata ante Dei oculos, Dei & hominum mediatorum requirit, qui sola pro nobis mortem carnis susciperet, & ueram mortem delinquentium per umbram suae mortis deleret? Ad nos quippe uenit, qui in morte spiritus, carnisque tenebamur, unam ad nos suam mortem detulit, & duas nostras, quas reperit, soluit. Si enim ipse utraque susciperet, nos a nulla liberaret. Sed unam misericorditer accepit, & iuste utraque dannauit. Simplicem suam duplarem nostram contulit, & duplarem nostram mortem subegit. Vnde & non immerito uno die in sepulchro, & duabus noctibus iacuit, quia uidelicet lucem suam simplicem mortis, tenebris duplarem nostram mortis adiunxit. Qui ergo sola pro nobis mortem carnis suscepit, umbram mortis pertulit, & a Dei oculis culpam, quam fecimus, abscondit. Dicatur igitur recte: Obscurent eum tenebrae, & umbra mortis. Ac si aperte diceretur: Ille ueniat, qui ut a morte carnis, & spiritus debitores eripiat, mortem carnis non debens, soluat.

Quid unguentum mystice significet. Cap. XI.

Gregorius. Quid unguentum mystice significet, diuus ostendit Gregorius exponens illud Cantico, Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata: Per unguenta (inquit) ipsae uirtutes, quae ex charitate oriuntur, intelliguntur. Habent quippe etiam reprobis aliquando aromata, quibus redolent, quia uirtutes quasdam possident, & bona opera perpetrant. Sed quia sine charitate uiuunt, in conspectu Dei, nulla quae faciunt, placent. Vnde in iudicio, quum dicitur: Domine in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus, respondebitur: Nunciamus noui uos. Discendite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo unguenta Ecclesiae super omnia aromata redolere dicuntur, quia & si opera reproborum aliquando hominibus placent haec, quae sancta Ecclesia ex charitate conficit, in diuinis naribus sine cessatione redolent. Et exponens illud Cantico, Cyprum cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cinamomum cum uniuersis lignis libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis: Quid (inquit) per has diuersas aromatum species designatur, nisi sanctarum uirtutum odor, & profectus, qui in sanctis habetur? Ex his quippe speciebus regalia unguenta conficiuntur, ex his corporum sanitates inueniuntur. Bene igitur uirtutes animarum designant, quibus congregatis, & confectis, & bonus odor opinionis egreditur, & agris aëribus competens sanitas reparatur. Et diuus Bernardus sermone 10. super Cantica: Est unguentum (inquit) contritionis, & est unguentum deuotionis, est & pietatis. Primum pugituum, dolorem faciens. Secundum temperatiuum, dolorem leniens. Tertium sanatiuum, etiam morbum expellens. Est ergo unguentum, quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, si quum incipit cogitare uias suas, colligat, coegerat, coteratque in mortariolo conscientiae multas ac uarias species peccatorum suorum, & intra aestuatis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam poenitentiae, & doloris, ut possit dicere cum propheta: Cocaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ecce hoc est unguentum, quo anima peccatrix suae conuersiois primordia condire debet, plagisque suis recubibus adhibere. Primum namque sacrificium deo, spiritus contribulatus. Quoad ergo non habet, tanquam pau-

per, & inops, unde sibi melius, ac preciosius componat unguentum, non negligat parare interim istud, licet de uilibus speciebus: quia cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Tanta autem minus uile, diuini uis apparebit conspectibus, quanto plus sibi illa uiluerit in recordatione peccatorum suorum. Tamē si illo uisibili, quo uisibiliter uncti a peccatrice corporei pedes Dei referuntur in Euangelio, inuisibile hoc, & spirituale fuisse dicimus figuratum, non omnino uile reputare poterimus. Quid enim de illo legitur? Et domus (inquit) impleta est ex odore unguenti. Peccatricis manibus distillabat, & extremis membris corporis, id est, pedibus fundebat, & tamē non usque adeo contemptibile, aut uile fuit, quoniam tota domus uis aromatum, & suauitas replet odoris. Quod si attendamus quanta in unius peccatoris conuersione fragrantia respicitur Ecclesia, & quanta fiat odor uitae ad uitam quibus poenitēs, si publice profectaque poeniteat, profectio & de hoc aequē indubitate pronunciamus, quia domus impleta est ex odore unguenti. Denique & supernas beatorum mansiones attingit poenitentiae odor, ita ut (teste ipsa ueritate) magnū gaudium sit inter Angelos Dei super uno peccatore poenitentiam agente. Gaudete poenitentes, pusillanimes confortamini, uobis dico, quos nuper conuersos de saeculo, & a uis uestris prauis excedentes, excipit mox amaritudo, & confusio animi poenitentis, ac uelut recentium adhuc uulnerum dolor nimius excruciat, & perturbat. Securē manus uestrae distillent myrrhae amaritudinē, in salubre hanc unctiōnē, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Non est omnino spernenda, nec uilis aestimanda huiusmodi unctio, cuius odor non solum homines prouocat ad correctionem, sed & Angelos ad exultationem inuitat. Sed est unguentum tanto isto profectio preciosius, quanto de melioribus compositum speciebus. Huius siquidem species, ne longē quaeratur, penes nos, & absque difficultate reperimus, ac de nostris hortulis talium perfacile copia tollimus, quotiescunque necessitas poscit. Quis enim non satis de proprio, quum uult, ad manus habet iniquitates, & peccata, si non dissimulat? Haec autem sunt (sicut recognoscitis) species unguenti primi, quod iam descripsimus. At uero secundi huius aromata, terra nostra nequaquam profert, sed procul, & de ultimis finibus ea nobis conquirimus. Nempe omne datum optimū, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre lumine. Fit enim unguentum istud de diuinis collatis humano generi beneficijs. Felix qui ipsa sibi studiosē colligere, & ante mentis suae oculos digna cum gratiarum actione reducere curat. Profectio quum fuerint in uasculo pectoris pistillo crebrae meditationis cotusa, atque contrita, deindeque igne sancti desiderij simul decocta omnia, & demum impinguata oleo laetitiae, erit unctio longē preciosior, excellentiorque priorē. Sufficit ad probandum eius testimonium, qui ait: Sacrificium laudis honorificabit me. Nec dubium, quin excitet ad laudandum beneficiorum recordatio. Porro quum scriptura hoc solum testetur de illo alio, quia nequaquam despiciat, liquet amplius esse commendatum quod & honorificat. Denique illud pedibus apponit, hoc capitum. Si enim in Christo caput ad diuinitatem referendum est, dicente Paulo: Caput Christi Deus, Proculdubio caput ungit, qui gratias agit, quum Deum tangit, non hominem. Non quia non sit homo, qui Deus est, siquidem Deus, & homo unus est Christus, sed quia omne bonum a Deo, non ab homine est, etiam ipsum quod per hominem ministrat. Profectio enim spiritus est, qui ipsum uiuificat, caro non potest quicquam, propterea & maledictus qui spiritum suum ponit in homine, quum & si spes nostra tota merito pendet ex homine meo, non tamen quia homo, sed quia Deus est. Itaque illud pedibus, hoc capiti exhibet, quum & humiliatio contriti cordis, humilitati congruit carnis, & maiestatem decet glorificatio. En quale unguentum propositum uobis, quo se nimium tangi caput illud tremendum principatibus, non ducit indignum, imo & honoris insigne iudicat, dicens: Sacrificium laudis honorificabit me. Quomodo non est pauperis, & inopis seu pusilli cordis animae conficere istiusmodi unctiōnē, nepe cuius aromata, & species sola conscientia possidet, quae tamē de libertate spiritus, & cordis puritate descendat. Quae enim pusillanimitas est, & modicae fidei mens, rei suae familiaris tenuitate constringitur, nec ualet praeter inopia ociari ad uacandum diuinis laudibus, seu his quae laudes pariunt intuendis beneficijs. Et si quando certe conatur assurgere, confestim domesticarum necessitatum curis urgentibus reuocatur ad sua, & in se comprimere propria egestate compellitur. Et sermone 12. Sed est unguentum quod ambobus longē antecellit, & hoc appellauerim pietatis, eo quod fiat de necessitatibus pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristium, de culpis delinquentium, & postremo de omnibus quorumlibet miserorum aerumnis, etiam si fuerint inimici. Despicabiles uidentur species istae, sed est super omnia aromata unguentum quod ex eis conficitur. Sanatiuum est. Beati enim misericordes, quum ipsi misericordiam consequuntur. Igitur multae miseriae collectae, atque oculo pietatis conspiciuntur, ipsae sunt species ex quibus unguenta optima componuntur, sponsae signa uberibus, sponsi sensibus grata. Felix mens, quae talium collectione aromatum sese ditare, & impinguare curauit, infundens ea oleo misericordiae, & ardore decoquens charitatis. Quis putas est iocundus homo qui miseretur & commodat, pronus compati, subuenire proptus, dareque accipere beatus iudicans, ignoscere facili, irasci difficili, ulcisci penitus non acquiescens, & per omnia proximorum aequē ut proprias respiciens necessitates? Quaecumque es anima sic affecta, sic imbuta rore misericordiae, sic affluens pietatis uisceribus, sic te omnibus omnia faciens, sic facta ipsa tibi tanquam uas perditum, ut coeteris praesto ubique semper occurras, atque succurras, sic denique mortua

Ibidem. Luc. 7. f. Ioan. 12. d. Luc. 15. b. Psal. 50. d. Vnguentum deuotionis. Iacobi 1. d. Psal. 49. d. 1. Cor. 11. d. 1. Ioh. 6. g. Hier. 17. d. Psal. 49. d. Vnguentum pietatis. Matth. 5. d. Psal. 111. d. A. 2. o. g.

tibi, ut uiuas omnibus, tu planè tertium, optimūq; unguentum felix possides, & manus tuæ distilla-
uerunt totius suauitatis liquorē. Non exiccabitur in tempore malo, nec feruor persecutionis ebi-
bet illum, sed semper Deus memor erit omnis sacrificij tui, & holocaustum pingue fiet. Sunt
uiri diuitiarum in ciuitate domini uirtutum, quæro, an apud aliquos hæc unguenta inueniantur. Et
primus occurrit (sicut ubiq; solet) mihi Paulus uas electionis, reuera uas aromaticum, uas odorife-
rum, & refertū omni puluere pigmentario, Christi enim erat bonus odor Deo in omni loco. Mul-
tæ profectò suauitatis fragrantiam longè, lateq; spargebat pectus illud, quod sic affecerat sollicitudo
omnium Ecclesiarum. Vide enim quales species, & qualia aromata coaceruauerat sibi. Quotidie
(inquit) morior propter uestram gloriam. Et rursum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis
scandalizatur, & ego non uror? Et multis talibus, quæ uobis bene nota sunt, abūdabat diues iste in
componendis unguentis optimis. Decebat nanq; primis, & purissimis aromatibus redolere ube-
ra, quæ Christi membra lactarēt, quorum Paulus mater erat, pro certo parturiens semel & iterum,
donec Christus formaretur in eis, ac mēbra capiti suo reformarentur. Audi & de alio diuite, quo-
modo ad manum habebat electas species, de quibus optima unguenta cōficeret. Foris (inquit) non
mansit peregrinus. Ostium meum uiatori patuit. Item: Oculi mei cæco, & pes claudō. Pater eram
pauperum, cōterebam mōlas iniqui, & de dentibus illius auferēbam prædam. Si negabā quod uo-
lebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci. Si comedi buccellā meam solus, & nō comedit
pupillus ex ea. Si despexi prætereuntem, eò quod non haberet indumentum, & absq; operimento
pauperem. Si nō benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouiu mearum calefactus est. Quā-
to putamus uir iste odore terram resperferat in his operibus? Singula opera, singula aromata. His
propriam repleuerat conscientiam, ut fetorem putridæ carnis internæ suauitatis exhalatione sibi
temperaret. Ioseph postq; uniuersam Aegyptum post se fecit currere in odore unguentorum suo-
rum, etiam suis uenditoribus eandem demum fragrantiam propinauit. E quidem increpatoria uer-
ba uultu proferebat irato, sed erumpēbant lachrymæ de pinguedine cordis, non iræ indices, sed
gratiæ proditrices. Samuel lugebat Saul, qui se quærebat occidere, & ad ignē charitatis, incalescen-
te pectore liquefactus, intus pietatis adeps foras emanabat per oculos. Ob bonum deniq; quem cir-
cunquaq; diffuderat suæ opinionis odorē, refert de eo scriptura, quia cognouerunt omnes à Dan
usq; Bersabee, q; fidelis Samuel propheta esset domini. Et infra: Sed recurramus ad Euangelium,
atq; aliquid quod fortè spectet, & ad hæc unguenta recurramus. Maria Magdalene, & Maria Ia-
cobi, & Salome emerunt aromata, et uenientes ungerent Iesum. Quænam ista unguenta tam pre-
ciosa, ut Christi corpori parentur, & comparētur, tam copiosa ut toti sufficiant? Neutrum quippe
duorum præcedentium aut emptum, aut factum specialiter ad opus domini, aut toto in corpore le-
gitur fuisse diffusum, sed de subito introducitur mulier, uno quidem in loco osculans pedes, &
unguento ungens: in altero uero uel ipsa, uel altera habens alabastrum unguenti, & illud mittens in
caput. Cæterum nunc emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Emunt non unguenta, sed
aromata, & unctio in obsequium domini non facta assumitur, sed noua conficitur, nec ad ungendā
tantum aliquam corporis partem, uerbi gratia, pedes, aut caput: sed sicut, scriptum est, ut uenientes
ungerent Iesum, quod est totius complexio, non partis distinctio.

Quid ungula, siue unguis, unicornis, uolatilis, uolumen, urbs, uterus, &
uulpes, mysticè significant. Cap. XII.

Ungula quid mysticè significet, require in dictione, Equus. Et diuus Greg. exponēs illud Iob,
Terra ungula fossit: Ungula (inquit) terram fodere, est districta abstinentia carnem edomare.
Quod autem plus caro premitur, eò de cœlesti spe animus securius lætatur. Vnde effossa terra, aptè
subnequitur. Exultat audacter. Qui enim ualēter reprimat, quod impugnat, audacter exultat de his
quæ in æterna pace desiderat, tantoq; mens melius ad superna appetēda cōponitur, q̄to ab illicitis
arctius corpus edomatur. Vnde rectè per Salomonē dicitur: Diligēter exerce agrum tuū, ut postea
ædifices domū tuā. Ille quippe bene mentis domū ædificat, qui prius agrum corporis à spinis ui-
tiorum purgat, ne si desideriorū sentes in carnis agro proficiant, intus tota uirtutū fabrica, fama bo-
ni operis crescente, destruat. In ipso autem quique belli certamine positus, tantò subtilius frau-
dem hostium conspicit, quanto & districtius corpus proprium, quasi quendam hostium adiuto-
rem premit. Et in Deuteronomio scriptum est: Si ingressus fueris &c. circuncidat unguis &c. ubi
Rupertus hoc modo scribit: Iuxta sensum mysticum hoc ita facere debet ecclesiasticus uir. Mu-
lier pulchra in numero captiuorum siue inimicorum, sancta scriptura est in tractatibus hæretico-
rum. Nam & pleriq; hæretici, siue hæresiarchæ in cathedra Moyfi, imò & in apostolico culmine
federunt, & quanq; de diuinitate malè sentientes, de moribus tamen, & allegorica subtilitate utili-
ter multa dixerunt. Si ergo egressus fueris (inquit) ad pugnādū cōtra inimicos tuos, id est, si sanctū
habueris zelum contra fidei Christianæ hostes hæreticos, & tradiderit eos dominus Deus tuus in
manu tua,

manu tua, ut palmam ueritatis obtineas potenti fide, & sana doctrina, non tibi illa legis imponitur
necessitas, ut nullam, quālibet pulchram mulierē apud illos inuentā adamare non audeas, id est, ut
beas, sed omnibus probatis, quod bonū est, tenere, & à sola specie mala tibi abstinere licebit. Nam
hoc est quod nunc dicitur: Quæ radet cæsariē, & circuncidat unguis, & deponet uestem in qua ca-
circūcidere, uestemq; pulchræ mulieris mutare, est omne quod prauum, omne quod superflū est,
sacræ lectioni amputare, omnem deniq; speciem malam, id est, sensum hæreticum, cautè ac diligen-
ter auferre, ut uxorem habeas idoneam, iuxta illud: Dixi sapientiæ, Soror mea es, & prudētiam uo-
caui amicam meam. Sin autem postea non federit in animo tuo, dimittes eam liberam, nec uendere
poteris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia humiliasti eam. Iuxta literā manifesta est æqui-
tas, iuxta anagogen uerò iudicij lectorum inhibetur mutabilitas, uidelicet qualem in Theophilo,
Alexandrinæ ciuitatis episcopo ecclesiastica reprehendit relatio. Qui quum Ioannis Constantino
politani, qui Chryostomus appellatur, esset inimicus, lectionem Origenis, cui libenter incumbē-
bat, zelo eiusdem Ioannis damnauit, tandemq; damnato Ioanne, quia se à lectione Origenis non
cohibuit, rursus ipse lectioni Origenis eiusdē incubuit. Qui dū ab aliquo fuisset interrogatus, quo-
modo ea quæ abdicauerat, rursus amplecteretur, ita respondit: Origenis libri similes sunt prato flo-
ribus pleno. Quicquid ergo bonum in eis inuenero, decerpo: si quid mihi spinosum occurrerit, hoc
quasi si pungat, omitto. Igitur si postea (inquit) non federit in animo tuo, dimittes liberam, id est, si
quamlibet circūcisam semel damnaueris, pro experimento tuo lectionem captiuam, non eadem
rursus, mutata sententia, ad tuam retrahes scholam, quia humiliasti, id est, damnasti eam, ne non tā
per rationem damnasse uidearis, quā per inuidiam.

Vnicornis quid mysticè significet, require in dictione, Cornu.

Volatilis quid mysticè significet, require in dictione, Auis.

Volumen quid mysticè significet, require in dictione, Plumbum.

Urbs quid mysticè significet, require in dictione, Ciuitas.

Uterus quid mysticè significet, require in dictione, Venter.

Vulpes quid mysticè significet, diuus insinuat Greg. lib. Mor. 19. c. 1. exponēs illud Euāgelicū,

Vulpes foueas habet: Vulpes (inquit) ualde fraudulēta sunt animalia, quæ in fossis, uel specubus se

abscōdūt, quūq; apparuerint, nunq; rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currūt. Noie ergo

uulpiū dolosa, atq; fraudulenta dæmonia designāt. Ac si dicat: Fraudulēta dæmonia in corde ue-

stro, id est, in cogitatione superbæ inueniunt habitationem suam: filius autem hominis ubi caput

suum reclinet, non habet, id est, humilitas mea requiem in superba mente uestra non inuenit. Et ex-

ponens illud Canticorū, Capite nobis uulpes paruulas, quæ demolunt uineas: Per uulpes (inquit)

hæretici, per uineas singulæ Ecclesiæ designantur. Sed uulpes uineas demolunt, quia per hære-

ticos Ecclesiæ à rectæ fidei uiriditate exiccantur. Quæ bene paruulæ dicuntur, quia quāuis contra

ueritatem intus superbiant, exterius tamen in uerbis humilitatem per simulationem sectan-

tur. Quæ tunc à sanctis prædicatoribus capiuntur, quando in instante altercatione sententijs uerita-

tis conuincuntur. Prædicatoribus quippe sancti aliquando canes per similitudinem dicuntur, quia

prædicationibus assiduis, quasi latratibus importunis aduersarios quosq; à grege ouium arcere ni-

tuntur. Isti canes uulpes Christo capiunt, quia ducem suum, dum fideliter diligunt, pro-

eius amore laborātes, tergiuersantes hæreticos ab inuolutionibus quæstionum, quasi à tenebris

caueis ad lucem ueritatis educunt. Et diuus Ambrosius sermone 11. in Psalmum 118. citans illud

Euangelicum de persecutoribus, Ite, dicite uulpi illi, id est, Herodī. Et alibi, quum se fraudulenter

interrogari aduerteret, dixit: Vulpes foueas habent &c. eò quod fraudulenter in terrestrium passio-

num quibusdam latibulis demorentur. Inde etiam Samson binas uulpes sibi nexuit, ad quarum

caudas alligauit faces, & dimisit eas per messes allophyllorum, per hanc figuram significans, quod

improbi, ac fraudulenti homines, & maximè hæretici liberam linguam habeant ad latrandum, sed

exitus impeditos, aut religiosa principia, finem uerò fraudis suæ incendio deputatum. Ideoq; & tre-

centas uulpes dimisit, eo quod perfidi crucis quidem se prædicatione cōmendare desiderant, sed

mysterium eius tenere non possunt, qui hac prædicatione cōposita & falsa, atq; simulata urere ma-

gis fructus conātur alienos, quum utiq; uera crux domini non exurat aliena merita, sed fœcundet;

meritoq; scriptū est in Canticis Canticorū: Prendite nobis uulpes pusillas exterminātes uineas, ut

uineæ nostræ floreat. Quo ostēditur, quod uel dominus Iesus, uel Ecclesia si adulētorū dolos à

uineis suis exterminādos esse præcipiant, ne pusillulis uincis noceant, quia adultis iam uitibus no-

cere nō possunt. Hæreticus em imperfectū tentare potest, perfectū supplantare nō potest. Et lib. 2.

de spiritu sancto: Rursus (inquit) hic alia oboriunt mysteria, q; uxor eius (nēpe Sāsonis) aufertur,

& ideo uulpes incendunt manipulos alienigenarum, eos enim qui aduersus diuina sacramenta cō-

tendant,

Psal. 19. d.

2. Cor. 2. d.

1. Cor. 11. g.

1. Cor. 15. d.

2. Cor. 11. g.

Gal. 4. c.

Iob 31. d.

Iob 29. c.

Gen. 42. c.

1. Reg. 15. g.

1. Reg. 3. d.

Marci 16. a.

Matth. 26. a.

Marci 14. a.

Luc. 7. f.

Gregorius

Iob 39. c.

Prouer. 24. c.

Deut. 21. c.

Rupertus.

Mulier pulchra

captiua, sacra

scriptura.

1. Thess. 5. d.

Prouer. 7. d.

Gregorius.

Matth. 8. c.

Luc. 9. g.

Matth. 13. g.

Cant. 2. d.

Vulpes, hæretici.

Vinea, Eccles.

Ite.

Canes, prædica-

tores.

Ambrosius.

Luc. 13. g.

Matth. 8. c.

Iudicium 15. ai

Cant. 2. d.

tendant, decipere sua consuevit astutia. Vnde dicit in Canticis Canticorū: Prendite nobis uulpes pusillas &c. Bene pusillas uulpes dixit, quia maiores uineas exterminare non poterant.

De eisdem uulpibus.

Cap. XIII.

Bernardus.
Cantic. 2. d.2. Tim. 2. d.
Vulpes, tentationes.
Ecc. 2. d.
2. Tim. 3. c.2. Pet. 2. d.
Vulpecula, frustratoria spes.Prouer. 11. d.
Matth. 10. b.
Deut. 15. d.
1. Tim. 3. b.
Heb. 5. a.
Rom. 10. c.Psal. 76. e.
2. Cor. 11. c.Hebr. 5. d.
2. Cor. 2. c.

1. Tim. 2. d.

Augustinus.

ET diuus Bernardus: Capite nobis uulpes paruulas &c. Pessima uulpis occultus detractor, sed non minus nequam adulator blandus. Cauebit sanè sapiens ab his, dabit operam sanè quod in ipso est, capere illos qui talia agunt, sed capere beneficijs, atq; obsequijs, monitisq; salutaribus, & orationibus. Et infra: Locus moralis est, & iuxta morum disciplinam iam ostēdimus spirituales has uineas non nisi spirituales uiros esse, ideoq; prouidens capi sibi iubet insidiantes uulpeculas, ne no uellos fructus ipsa praecripiat. Et sermone 64. Vulpes, tentationes, sunt. Necessè est ut ueniant tērationes. Quis enim coronabitur, nisi qui legitime certauerit? Aut quomodo certabunt, si desit qui impugnet? Tu ergo accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & praepara animam tuam ad tentationem. Certus, omnes qui piè uolunt uiuere in Christo persecutionem passuros. Porrò tentationes diuersae sunt. Vidi ego hominem currentem bene, & ecce cogitatio. Quid ni uulpecula fuit? Quantis (inquit) bonum quo solus fruor, si essem in patria, possem utiq; impartiri fratribus, & cognatis, notis, & amicis. Amant me, & facillè acquiescerent suadenti. Vt quid perditio hæc? Vado illuc, & saluo multos ex illis, & me pariter. Nec uerendum in loci mutatione. Etenim dum benefaciam, quid interest ubi, nisi quod illic proculdubio fatius, ubi fructuosius degam? Quid plura? It& perit miser, non tam exul à patria, q̄ canis reuersus ad uomitum. Et se perdidit infelix, & suorum acquisiuit neminem. En una uulpecula ista, uidelicet frustratoria spes, quam habuit in acquisitione suorum. Interdum bene proficientis culuspium, quum sibi profusus aliquid supernae gratiae senserit irrorari subit animum desiderium prædicandi, non quidem ad parētes, ac propinquos, sed quasi purius, fructuosius, fortiusq; passim ad extraneos, & ad omnes. Cautè omnino. Sanè timet propheticum incurrere maledictum, si quæ in abscondito accepit frumenta, abscondat in populis, & cōtra Euangelium facere, nisi quæ in aure audiuit, prædicauerit super tecta. Vulpes est, atq; illa priore, eò nociuor, quo occultior ueniēs. Sed capio tibi eam. Primus Moyfes dicit: Non arabis in primo genito bouis. Hoc Paulus interpretans, Non neophytum (inquit ne in superbiā elatus, incidat in iudicium diaboli. Et rursus: Neq; quisquā sumit sibi honorē, sed qui uocatur à Deo tanq; Aaron. Item quomodo prædicabunt (ait) nisi mittantur? Et scimus monachi officium esse non docere, sed lugere. Ex his, similibusq; collectis, mihi texo rete, & capio uulpem, ne demoliat uineam. Aspice & aliam. Quātos ex monasterijs spiritu feruentes eremi solitudo suscepit, & aut tepe factos euo muat, aut tenuit contra eremi legem, non modo remissos, sed etiam dissolutos, sicq; apparuit uulpeculam affuisse, ubi tanta facta est uastatio uineae, id est, uitæ, & conscientiae hominis detrimentum. Cogitabat si solus degeret, nullo se copiosiores fructus percepturum, Quippe qui in cōmuni uita tantum spiritualis gratiae fuisse expertus. Et bona uisa est ista cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit magis eandem illi cogitationem uulpem demolientem fuisse. Et infra: Nunc intendamus his quæ à sponso dicuntur super pusillis, & astutis his animalibus demolientibus uineas. Pusillis dixerim, non malitia, sed subtilitate. Astutum siquidem natura hoc genus est animantis, promptumq; admodum ad nocendum in occulto, & uidetur mihi congruentissime designare subtilissima quædam uitia specie palliata uirtutum. Sunt autem cogitationes hominū, aut uanae, aut factae immisiones per angelos malos, angelos sathanæ qui se transfigurant in angelos lucis, parantes sagittas suas in pharetra, id est, in occulto. Vnde pusillas eas propter hoc reor dici, quod quā cœtera uitia quadā quasi corpulentia sui manifesta se præbeant, hoc genus pro sui subtilitate haud facillè agnosci, & ideo nec caueri possit, nisi dūtaxat à pfectis, & exercitatis, & qui habeant illuminatos oculos cordis ad discretionem boni, & mali, qui cum Apostolo possint dicere, quia non ignoramus astutias eius, neq; cogitationes eius, & uide ne fortè ob hoc à sponso iubeantur non quidem exterminari, uel abigi, uel occidi, sed capi, quod uidelicet huiusmodi spirituales, dolosaeq; bestiolas omni uigilantia, & caute la obseruari oporteat, & examinari, & sic capi, id est, cōprehendi in astutia sua. Ergo quū proditur dolus, quū fraus aperitur, quū cōuincitur falsitas, rectissime tūc dicitur capta uulpis pusilla, quæ demoliebatur uineas. Et infra: Vel ideo paruulae describuntur, ut nascētia uitia in ipso ortu, donec utiq; paruula sunt, uigilāter obseruās, ilico cōprehēdas, nec crescētia plus noceant, & difficiliter capiant. Et si iuxta allegoriā Ecclesias uineas, uulpes hæreses, uel potius hæreticos itelligamus, simplex est sensus, ut hæretici capiantur potius, q̄ effugent. Captant (dico) nō armis, sed argumētis, quibus refellatur errores eorū, ipsi uero (si fieri pot) reconcilient catholicæ Ecclesiae, reuocent ad uerā fidē. Hæc est em̄ uolūtas eius, qui uult oēs hoīes saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Hoc deniq; uelle se phibet qui nō simpliciter, Capite uulpes, sed, capite (inquit) nobis uulpes paruulas. Sibi ergo, & spōsæ suæ, id est, catholicæ, iubet acqri has uulpes. Et diuus Aug. in enarratiōe psalmi 80. Samson (inquit)

(inquit) caudas uulpiū colligauit. Vulpes (inquit) insidiosas, maximeq; hæreticos significant dolosos, fraudulentos, cauernosis anfractibus latentes, & decipientes, odore etiam tetroputentes, de quibus dicitur: Capite nobis uulpes pusillas exterminantes uineas, id est, cōuincite nobis, Capis em̄ eum, quem de falsitate conuincis. Contradictibus deniq; uulpeculis domino, & dicentibus: In qua potestate ista facis, respondete mihi & uos (inquit) unum sermonem: Baptismus Ioannis unde est, de cœlo, an ex hominibus? Vulpes autem solent habere tales foueas, ut ex una parte intrent, & ex alia parte exeant. Ad utrunq; foramen captor uulpiū retia posuit, Dicite mihi, de cœlo est, an ex hominibus? Sentiant illi eū ex utraq; parte tetendisse unde caperet, & aiunt apud se: Si dixerimus, (inquit) de cœlo, diciturus est nobis, Quare ergo nō credidistis? Ille enim testimoniū Christo perhibuit: Si dixerimus de terra, lapidabit nos populus, quia ut prophetam eum habet. Sentientes ergo hæc, atq; hæc esse unde caperentur, responderunt, Nescimus. Et dominus: Nec ego uobis dico in qua potestate ista facio. Vos dicitis, uos nescire quod scitis, ego uobis nō dico quod queritis, quia ex nulla parte exire ausi estis, in uestris tenebris remansistis. Obtemperemus ergo & nos si possumus dicenti uerbo Dei, Capite nobis uulpes pusillas exterminantes uineas: Videamus si & nos quasdam uulpeculas capere possumus. Proponamus ad foramen utrunq;, ut unde uulpes exire uoluerit, capiatur, uerbi gratia: Manichæo facienti sibi deum recentem, & in corde suo ponenti, quod non est, dicamus & interrogemus eum: Substantia Dei corruptibilis est, an incorruptibilis? Elige quod uis: Exi quā uis, sed non effugies. Si dixeris, corruptibilis, non à populo, sed à teipso lapidaberis. Si autem dixeris, incorruptibilem Deum, incorruptibilis quomodo timuit gētem tenebrarum? Quid factura erat incorruptibili gens corruptionis? Quid restat, nisi ut dicatur, nescimus? Vultus quid mysticè significet, require in dictione, Facies.

Iudic. 15. a.
Cantic. 2. d.
Matth. 21. c.

Cantic. 2. d.

Deut. 21. e.
Rupertus.

Esa. 54. b.

Rom. 11. c.

Ioan. 5. e.
Gal. 4. a.

Psal. 46. a.

Cassiodorus.
Psal. 127. a.Uxor, sapientia.
Sapient. 8. a.
Prouer. 4. a.

Parietes, duo testamenta.

Quid uxor mysticè significet.

Cap. XIII.

SCRIPTUM est in Deuteronomio: Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, & alterā odiosam &c. Spiritualiter (ut ait Rupertus) hanc partem legis mediator Dei & hominum Christus Iesus adimpleuit. Nam hic ille homo est, qui duas uxores habuit, unam dilectam, scilicet synagogā propter patres charissimam, alteram odiosam, scilicet gētilitatem, cui loquitur per Esaiam: Quia ut mulierem derelictam, & moerētē spiritu uocauit te dominus, & uxorem ab adolescentia abiecit. Verum hæc abiecta, hæc odiosa prior peperit. Primum enim sponsi sui filij Dei aduētum recepit, illa autem nunc sterilis permanens, secundum eius agumentum receptura est. Quum enim plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israël saluus erit. Igitur filius odiosae primogenitus est, & ex lege nō potest homo filium dilectae facere primogenitum, & præferre populo Christiano filio huius odiosae, quemadmodum dicit: Non possum ego à me meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum uerum est. Quid enim homo iste factus ex muliere, factus sub lege, quid (inq;) quum hæc diceret, audiebat homo iste, nisi legē iustitiae, auditor, & factor legis sanctae, & iustae, & bonae? Quamuis illam diligeret, quāuis super illam dilectam, flere quoq; pro carnis affectu potuisset, non tamen sic iniustus esse potuit, ut non filium odiosae agnosceret primogenitum, magis diuinitatis rationem, quā carnis sequens affectum. Dedit ergo huic primogenito de his, quæ habuerat cuncta duplicia. Nam apud illam quondam dilectam, sola remanente litera, filius huius non iam odiosae, scilicet populus Christianus, sic sanctam possidet scripturā, ut cū historica spiritualia quoq; obtineat mysteria. Iste enim est principium liberorum eius, quia primus credidit in aduētū eius, & huic debentur primogenita. Vnde in Psalmo gratulatur idem primogenitorum possessor, & dicit: Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit. Speciem Iacob (inquit) quia uidelicet quemadmodū Iacob ille secundum nomen suum, fratrem suum Esau supplāuit: sic iste filius odiosae illi filio dilectae supernae benedictionis primogenita præripuit. Et Cassiodorus exponens illud Psalmistae, Uxor tua sicut uitis abūdans &c. Simili modo (inquit) intellectus ad literā & hic quoq; uitandus est. Nam quum plures sanctissimos uiros uxorem, & filios perspicias non habere, & iterum sceleratos hæc omnia possidere, quomodo in istā partem beatitudinis applicabis, quæ subtrahitur plerunq; bonis, & iniquis potius attributa cognoscis? Uxor enim dicta est quasi ut soror. Quapropter uxorem hic beati uiri sapientiam debemus accipere, sicut Salomon dicit: Et quæsiui eam mihi sponsam assumere. Et alibi: Ama illam, & amplexabitur te: circunda illam, & seruabit te. Ipsa ergo uxor est iustorum quæ casto amplexu complectitur maritum. Vitis uero mater est uuarum, quæ dulcia uina profundens, corda nostra recreat. Sic & ista uxor, id est, sapientia, fructus inferens iocundos, suauiter nos delectatione lætificat. Domus autem nostra rectè dicitur propria cogitatio, quando in eandem defixi, quasi in quibusdam ædibus commoramur. Istius autem domus parietes, duo sunt testamenta, in quibus mens sancta uelut quibusdam lateribus firmata solidatur. Sequitur: Filij tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae. De uxore sapientia, merito dicuntur filij nati esse, non filiae. Per sexum enim uirilem plerunq; mentis firmitas indicatur. Siue quia

Psal. lxxv. 4. Siue quia hic sexus nominatus, utrunq; complectitur, sicut & alibi dicit: Beatus uir qui timet dominum. Non enim solū uir beatus est qui timet dominū, sed & mulier beata est, quæ dominum timet. Ipsi ergo circundant mensam spiritalē, hoc est, altare domini, quando cœlesti pane saginantur. Sed ideo, Tua, dictum est, ut honor pontificis clarius appareret. Sic enim de ipsis dicimus: Præsides Ecclesiæ suæ. Redi ad Ecclesiam tuam, quod uerbum in usu constat esse cunctōrū. Illud quoq; discutiendum est, quod filios beatorum oliuis nouellis comparare maluerit. Ipsæ enim uiridiores, ac fortiores sunt, & ex omni parte firmissimæ, fructum quoq; copiosius inferentes, de quo fructu & cibus conditur, & lumen accenditur, & fessō corpori subuenitur. Nec putes incassum oliuam, atq; uitem his comparationibus fuisse sociatam. Nam ille qui à latronibus in Euangelio uulneratus fuerat, infuso uino & oleo legitur esse curatus, quoniā hæc duo uitæ nostræ mystica præsidia subministrāt. In uino austeritas iustitiæ est, in oleo lenitas misericordiæ. Illud aduetus, istud ad nouum potest respicere testamentum. Nam quod uxori uitem, filiis similiauit oliuas, parabolæ figura esse dinoscitur, quoniam res sibi genere dissimiles comparauit. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Secuta est beati illius, qui timet dominum, perfecta conclusio. Nam quum dicit: Sic benedicetur, significat sicut superius constat expositum. Sic enim meretur benedici, qui suum timet autorem, qui formidare desinit inania, qui casto domini timore completur. Et uide ordinem dictorum. At enim prius: Ecce sic benedicetur omnis homo. Et ne sibi hanc benedictionem usurparent contumaces, ac fatui, addidit: Qui timet dominum. Benedicat te dominus ex Sion, & uideas quæ bona sunt in Hierusalem, omnibus diebus uitæ tuæ. Venit ad secundum membrum, ubi pietate sanctissima illos postulat benedici, qui ad omne bonum studium domini timore flammātur: ut agnoscamus quàm sit timor iste proficiuus, cui benedictio sancta geminatur. Dicit enim: Benedicat te dominus ex Sion, id est, dominus Christus, qui in hoc monte hominibus apparere dignatus est, & pro nominis sui qualitate, tanquam pastori optimo, semper ascribitur. Sion enim interpretatur speculatio. Sequitur: Et uideas quæ bona sunt in Hierusalem. Necessè nobis est ista uerba frequenter exponere, quia positi sensus, ex ipsis maxime pendere noscuntur. Hierusalem indicatur uisio pacis. Pax hic inuisibilis res est, quæ tunc uidebitur, quando auctor pacis Christus dominus beata mente conspicietur. Optat ergo ut in Hierusalem uideat cuncta quæ bona sunt. Aspicitur enim illic ipse dominus, qui & ipsos intuentes æternos facit, & se iugi perpetuitate demonstrat. Hoc ergo prophetiæ spiritui sanctis optatur, quod eis euenire cognoscitur. Sed ne crederes hoc temporale, additū est: Omnibus diebus uitæ tuæ, ut ineffabili dono æternitatis cumulus adderetur. Et uideas filios filiorum tuorum pacem super Israël. Adiecit & hunc uersum benedictionibus suis, ut ille, qui hic timet dominum, uideat in illa beatitudine filios filiorum suorum, quod etiam & spadonibus accidere posse nō dubium est. Filij sunt, sicut iam dictum est, qui spiritali doctrina generantur. Sed minus gaudij fuerat filios acquisisse spirituales, nisi etiam & ipsi, qui docti sunt, alios filios generasse uiderentur. Filios enim filiorum, significat nepotes, quod utiq; beatis uiris contingere potest, qui prædicationibus sanctis populos instruere consueuerunt. Et intuere, quod inter summa gaudia, memorat hoc uidentium. Necessè est enim, ut acquisitus fidelis, magnum gaudium pariat acquirētī, quia magna inde probatur mercede cumulandus. Ad quod illud talentum respicit quod paterfamilias duplicatum lætus inuenit. Sequitur sententia quæ beatitudinis illius culmen, suauitatemq; declarat, ut supra illam beatam Hierusalem, pax, id est, dominus saluator insideat, & cuncta beata faciat quæcunq; maiestatis suæ uirtute complectitur. Hoc est quod superius dixit: Uideas quæ bona sunt in Hierusalem. Ista enim pax est, quam omnis desiderat deuotus, cui suspirat, cui gemit, pro qua ipsam animam libenter effundit.

Lugduni apud Franciscum Iustum typographum,
Impensis honestissimi uiri domini Thomæ
Guadagni Florentini, mense Martio,
M. D. XXXVI,